L.V. G. 5.

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
L.V.
G
5
NAPOLI

P. 134. 23.

BVRCARDI GOTTHELFFII
STRUVII
ICTI,
SERENISSIMIS SAXONIÆ DVCIBVS LINEÆ ERNESTINÆ ET SERENISSIMO
MARCHIONI BRANDENBVRGICO-CVLMBACENSI A CONSILIIS AVLICIS
HISTORICI SAXONICI PROFESSORIS IVRIS ET HISTORIARVM
IN ACADEMIA SALANA ORDINARII

CORPVS HISTORIÆ GERMANICÆ

A
PRIMA GENTIS ORIGINE
AD ANNVM VSQVE
MDCCXXX.
EX
GENVINIS

HISTORIARVM

DOCVMENTIS,
COAEVORVM SCRIPTORVM
MONVMENTIS
DIPLOMATIBVS ET ACTIS PVBLICIS
ILLVSTRATVM,
CVM
VARIIS OBSERVATIONIBVS
ET FIGVRIS ÆNEIS
ADIECTO
INDICE LOCVPLETISSIMO
ET
OPVSCVLIS
AD
HISTORIAM GERMANICAM
FACIENTIBVS.

TOMVS II.

IENÆ
SVMPTIBVS IOAN. FELICIS BIELCKII
MDCCXXX.

PERIODVS DECIMA AVSTRIACA.

SECTIO TERTIA

DE MAXIMILIANO I.

§. I. *Maximiliani natiuitas & Corporis Status.* §. II. *Animi mores & Characteres.* §. III. *Educatio & virtutes.* §. IV. *Gesta Maximiliani patre adhuc viuo.* §. V. *Maximilianus contra Turcas se munit, excquias patri parat, nuptias cum Blanca Maria celebrat, cum Vladislao Hungariæ Rege pacisciuur. B. Geldricum.* §. VI. *Comitia Wormatiensia 1495. Pax Publica. Iudicium Camerale. Consilia de Regimento Imperii. Auxilia contra Gallos. Mediolanensis & Wurtenbergensis Duces fiunt. Monomachia Maximiliani cum Claudio de Barre.* §. VII. *Fœdus contra Gallos. Carolus Italiam relinquit.* §. VIII. *Cæsar Sigismundo Tirolensi succedit. Aduentus eius in Italiam.* §. IX. *Comitia Lindauiensia, Friburgensia & Wormatiensia.* §. X. *Caroli VIII. R. Gallorum mors. B. Burgundicum & Geldricum. Albertus dux Saxoniæ sit Frisiæ Præfectus.* §. XI. *Initia belli Helvetici.* §. XII. *Progressus belli Helvetici, prælia, pax.* §. XIII. *Ludouicus XII. Mediolanum occupat. Comitia Augustana 1500. Diuisio Imperii in Circulos.* §. XIV. *Ordinatio Regimenti.* §. XV. *Ludouicus Alexandrum VI. in suas partes trahit & cum Imp. pacisciur.* §. XVI. *Ludouicus XII. & Ferdinandus Catholicus regnum Neapolitanum, electo Friderico, inuadunt. Varia pacta cum Imp. pactum Tridentinum. Consilia de Maximiliano deponendo.* §. XVII. *Comitia Noribergensia 1500. Tumultus Rusticorum in tractu Spirensi.* §. XVIII. *Comitia Electoralia Gelhusæ 1502. Francofurti 1503. Comitia Moguntina 1503. Granamina de Iudicio Camerali. Electores receptionem Philippi Austriaci in Collegium Electorale reiiciunt. Societas S. Georgii contra Turcas instituta.* §. XIX. *Initium B. Bauarici. Iudicium Feudale circa terras Georgii Diuitis.* §. XX. *Rupertus Palatinus proscribitur. Bellum Bauaricum.* §. XXI. *Pax & diuisio terrarum Bauaricarum. Comitia Colonienſia 1504.* §. XXII. *Tractatus pacis Blesensis & Hagenouiensis inter Maximilianum & Ludouicum XII.* §. XXIII. *Philippus Rex Castellæ proclamatur. B. Geldricum 1505.* §. XXIV. *B. Vngaricum ob successionem. Transitum a Venetis petit in Italiam.* §. XXV. *Progressus Gallorum in Italia. Comitia Constantiensia 15 7. Vicariatus Friderici Sapientis.* §. XXVI. *B. Geldricum an. 1508.* §. XXVII. *Causæ belli Veneti. Aduentus Maximiliani in Italia. Titulum Imp. assumit.* §. XXVIII. *Bellum Venetum & iniuciæ.* §. XXIX. *Fœdus Cameracense.* §. XXX. *B. Ludouici VII. contra Venetos. Auxilia Imp. in Comitiis Wormatiensibus a. 1509. denegantur. Veneti proscribuntur. Ant. Iustiniani Venetorum legatus ad Cæsarem.* §. XXXI. *Pacta inter Maximilianum & Ferdinandum Catholicum de Castellæ regimine.* §. XXXII. *Comitia Augustana 1510. Pax Venetorum cum Papa. Progressus belli Veneti. Renouatio fœderis inter Cæsarem & Gallum. B. Papæ cum Duce Ferrarensi. Mirandulam Iulius II. Papa ipse oppugnat.* §. XXXIII. *In eisdem Comitiis decem Grauamina Nationis Germanicæ fuerunt exhibita.* §. XXXIV. *Pax inter Cæsarem & Venetos tentatur. B. Veneti progressus.* §. XXXV. *Concilium Pisanum & Lateranense.* §. XXXVI. *Clades Venetorum Brixiensis, Prælium ad Ariæ. ad Ruuenam. Inducie Maximiliani cum Venetis. Galli ex Italia eiiciuntur.* §. XXXVII. *Restauratio b. Geldrici.* §. XXXVIII. *Comitia Treuirensia & Colonienſia a. 1512. Iudicium aulicum instituitur.* §. XXXIX. *Gurcensis aduentus Romam. Maximilianus adscisat Papatum, & pacisitur cum Papa.* §. XL. *De pace cum Venetis agitur. Iulius II. moritur. Leo X. eligitur. Gallorum clades ad Nouariam. Continuatio B. Veneti.* §. XLI. *B. Henrici VIII. cum Gallis. Terouannæ occupatio. Maximiliani expeditio in Burgundiam.* §. XLII. *Pax inter Cæsarem & Venetos tentatur.* §. XLIII. *Ludouicus XII. moritur, cui Franciscus I. succedit. Carolus Austriacus sit Belgii princeps. Conuentus Regum, Hungariæ, Poloniæ, Bohemiæ cum Maximiliano Vitunæ.* §. XLIV. *Galli regno Neapolitano & Italiæ inhiant. Prælium ad Marinianum. Pax Nouiodunensis.* §. XLV. *Carolus in Hispaniam nauigat.* §. XLVI. *Comitia Augustana a. 1518. Consilia de B. Turcico & successione in Imperio. Albertus Moguntinus sit Cardinalis.* §. XLVII. *Maximiliani mors.* §. XLVIII. *Familia.*

§. I.

Friderici III. filius erat Maximilianus I. 1) natus XXII. Martii, die Viridium, Neoſtadri 2) a. 1459. Erant ipſi oris probitas, ſtatura quadrata, in qua tamen Imperatoria Maieſtas elucebat; corpus validum ac robuſtum, idemque laboris atque operis patientiſſimum, par victus frugalitas & ex eo valetudo proſperrima. 3)

§. II. Maximilianus hic ab infantia pene in nonum ætatis annum elinguis, vt pleriſque mutus iudicaretur: 4) tanta difficultate primum verba enunciabat, non ſine matris ingenti dolore. Sed in perfecta eius ætate, facundia omnibus etiam externis fuit admirabilis. Qui ſupra patriam linguam, Latine, Gallice, & Italice eleganter loquebatur. Quod non modo Oratores vniuerſæ Chriſtianitatis Regum ac Principum ingenue ſæpe confeſſi ſunt, ſed inſuper in publicis conuentibus & diætis Imperialibus ac prouincialibus, Electores ac principes Imperii, nec non vniuerſa hæreditariarum terrarum nobilitas teſtata eſt. In quibus ſæpe numero ſine interprete longiſſimas de rebus admodum arduis habuit orationes, liberius loquutus. Res magni quoque momenti ſic tractauit, vt ex arte omnia videretur agere: quod ſola illi natura conceſſit. 5) Praceptorem nactus eſt Petrum

1) NICOLAVS LANCKMANNVS hiſtoria deſponſationis Friderici ſub finem: *Anno Domini 1450. vicesima ſecunda die Menſis Martii, poſt meridiem, infra quintam & ſextam horas, Domina Imperatrix, & iam Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Regina, in Noua Ciuitate, peperit in lucem filium, quem Reuerendiſſimus Dominus Salzburgenſis Archiepiſcopus baptizauit, & nomen ipſi impoſuit Maximilianus, quem Dominus Deus protegat.* GRVNBECK p. 48. *nicht lang nach der Zerſtœrung des Griechiſchen Landes den zweyn vnd zwantzigſten tag des Mertzen, vier Stunde nach mittag iſt Maximilianus von den Banden des mutterlichen Leib in der neuſtadt erledigt worden.* Eundem diem confirmat Monumentum ipſius in Templo Franciſcanorum Oeniponti apud LAMBECIVM *lib. II. Comment. de Bibl. Cæſar. Vindobon. c. VIII. pag. 697.* FVGGER *lib. V. c. XIII. n. 6.* qui etiam Eleonoræ litteras ad Auguſtanos, ſuper hac natiuitate exhibet. SCHÖNLEBEN *ephemeride Habsburgo-Auſtriaca ad d. XXII. Martii.* Eundem diem confirmat, nominis etiam rationem inſimul exponit GERH. a ROO lib. VI. p. 217. *non multis diebus poſt, naſcitur Friderico filius, vigeſimo ſecundo die Martii, qui eo anno cœnæ dominí facer erat. Cuſpinianus duodecimum eius menſis ponit, quo D. Maximiliani memoria nonnullis celebratur: ſed prior ſuppuratio cum manuſcriptis, & ad Paſchalis ſi ſi rationem conuenit, quo ipſo die, puer a Sigismundo Volckensdorffio Salisburgenſi præſule, ſacris baptiſmi vndis tinctus, Maximiliani nomen accepit, ſuſcipiente ipſum Nicolao Vilacko, Croatiæ præfecto. De nominis ratione alia aliter conſiuitant. Sunt qui diuinum nobis Fridericum facere volentes, dudo ex aſtris augurio, Fabii Maximi; ac Pauli Æmilii nomina connexiſſe dicunt, quorum fatta eſſet æmulaturus. Laxius (vt ſupra paucis attigi) monitum in ſomnis Friderico Cilex periculum cuitaſſe, & Maximiliani Laureacenſis antiſtitis, illic Martyrio affecti, nomen puero impoſuiſſe narrat. Ego in re non magni momenti, hoc tantum affirmare poſſum: cum in tam Auguſta gente, non deeſſent laudatiſſimorum principum nomina, non ſine peculiari aliqua cauſa id nomen, tum primum, in eam proſapiam eſſ inuectum.* Adde MVLLERVM *Reichstags-Theatro unter Maximiliano ſub initium.* Eundem diem ex Codice Mſto ſeculi XV. confirmat RAYM. DVELLIVS *Miſcellan. lib. I. pag. 148.* Ad nomina Maximi & Aemiliani adludit IASON Maynus in oratione ſua, habita in nuptiis Maximiliani cum Blanca, in FREHERI Tomo ſecundo. Maiores Maximiliani ſingulari ſcripto expoſuit, IACOBVS MENLIVS, a quo etiam habemus *Seel und heiligenbuch Keiſer Maximilians alsforrern.*

2) Eundem locum equidem confirmat FVGGERVS, ſed in parentheſi addit: *Megiſerus ſcizt, im Schloſſ Tantzenberg in Kœrnten, denen von Keutſchach gehœrig.* Inde SCHÖNLEBEN c. l. *vnde Lazius, & poſt eum Megiſerus habuerint, quod natus ſit in Tanzenberg arce Carinthiæ, illi viderint. Epiſtola Chunegundis Auguſtæ puerperæ data die Paſchæ, quo baptizatus fuit Maximilianus, & ſignata Neoſtadii miſſaque Auguſtam Vindelicorum apud Fuggeros communis illos erroris. Potuit euenire, vt in arce Tanzenberg conciperetur Maximilianus. Nam ve narrat Megiſerus ex antiquis Celeenſibus MSS. Friderieus cum Eleonora Cilex anno 1448. die S. Georgii periculum adiit ne caperetur, manſit deinde Cilex vsque ad 25. Maii. Inde tranſiuit in Carniolium, ex Carniolia in Carinthiam, vbi ſimoratus eſt vsque ad finem Iunii cum coniuge, & diuertit ad illam arcem, concipi potuit filius, qui nono dein menſe natus eſt Neoſtadii. Neque abſit nunc erat Friderieus Imperiquia hoc ipſo anno die 17. Martii ab Hungaris Rex ſalutatus eſt, & coronatus Neoſtadii.* Eundem locum confirmat RICHARDVS BARTHOLINVS *in Hodœporico* apud FREHERVM *Tom. II. pag. 328.* de Neoſtadio dicens: *tum etiam quia natale Cæſaris Maximiliani ſolum eſt, ibi tanti principis prima fuere incunabula, vnde Numen adoleſceret, quod tam pie ſanſteque Imperium R. gubernaret.*

3) EGNATIVS app. ad Bonau. de Rambaldis. CVSPINIANVS pag. 494. *fuit autem humaniſſimus Princeps, Statura quadrata, in qua Cæſarea Maieſtas eluxit ac reſplenduit. Nemo non hanc Imperatorem eſſe, etiam externus, inter triginta maximos Principes, antea non viſum agnouit, tanta erat oris probitas. Corpus erat laborum patientiſſimum, adeo vt in multam noctem crebro ſertheret, conſuleret, res magnas ageret, ſæpe etiam arma tractaret, haſtis concurreret cum Principibus in ludis, & ſerio cum hoſtibus: æſtum ac frigus, inediam & commeatus penuriam iuxta ferret. Erat alioqui par victus frugalitas; licet quotidie veſceretur ſplendide adeoque munde, vt nemo non ipſum viueret, non ſine magna animi voluptate aut cenantem aut prandentem. Inter prandia raro bibebat, in menſa ve plurimum ser: atque ideo valetudo illi vsque ad periodum vitæ proſperæ ſemper fuit.* Corporis eiusdem habitum deſcribit etiam FVGGERVS *lib. VI. cap. XX. n. 5.* PONTVS HEYTERVS *lib. VII. c. XVII.* GRVNBECK *p. 93.*

4) CVSPINIANVS *pag. 485.* GERH. a ROO lib. VIII. p. 188. *a puero Maximilianum impeditiori lingua fuiſſe, ſint qui prodidere.* FVGGER *lib. V. cap. XXI. n. 4.*

5) CVSPINIANVS *c. l.* GERH. a ROO p. 289. *hinc exterorum oratores Romana potiſſimum lingua vtentes intellexit, & eadem reſpondens, de magnis ſæpe rebus ſapienter ac diſerte perorauit.* IAC. WIMPHELINGIVS in epiſtola ad Iac. Spiegelium apud FREHERVM Tom. II. p. 441. *vt interim taceam,*

pio

trum quendam Engelbertum, pium quidem illum, sed qui (vt tunc erant tempora) non satis dextre eius ingenium excolebat, id quod ipsum sæpe postea conquestum, & præposteram in docendo rationem accusasse ferunt. 6) Hunc defectum prima ætate commissum, singulari cum industria postea resarciuit. Coluit enim, & summa liberalitate fouit viros doctos, cum quibus variis de rebus, vbi a rebus suis otium habere potuit, commentatus, multa, quæ sibi vsui fore putabat, didicit. 7) Habentur quoque ac proferri possunt, præter ea, quæ Germanice lusit, opuscula quædam Latine ab ipso scripta, dictione simplici ac terſa. 8) Primus etiam ex Germaniæ principibus illustriorum familiarum genealogias in lucem proferri curauit, qua in re studium ipsius cæteri dehinc æmulati, effecêre, vt patria eorum Germania armis olim ac Imperii gloria insignis, linguarum quoque

pio Cæſari noſtro Maximiliano tam mirificam, nec de Mithridate minorem linguarum peritiam fuiſſe. Regium legatis, oratoribus ſuo cuique patrio ſermone, imo etiam Cardinalibus a Roma miſſis, latino per ſe reſpondere potuit. Horoſcopum ipſius videmus apud GRVNBECK *p. 54.*

6) GERH. a ROO *lib. VIII. p. 288.* FVGGER *c. l.* CVSPINIANVS *pag. 485. vbi vero habilis per ætatem ad literas addiſcendas fuit, magiſtro Petro, qui poſtea Noue ciuitatis antiſtes erat, traditus, aliquot annis cum nobilium quorundam filiis contubernalibus Latinas didicit literas. Sed cum eius præceptor ſolis dialecticis argutiis doctus, ſophiſmata illi inculcare vellet, ad quæ capeſſenda aptus non erat, ſæpius atrociter verberatus ab eo, magis ipſe verberandus, cum verbera ſtratos deceant non liberos, tandem efficit, vt literas magis odio haberet quam diligeret. Quod tamen præcipuum eſſe debet addiſcenti litteras, quemadmodum omnes docent boni præceptores. Audiui ex ore ipſius Maximiliani hoc verbum, quod nunquam e memoria mea excidet: quod iam Romanorum Rex factus, in menſa (vt ſolebat de variis loqui) multis aſſtantibus, dixerat: ſi, (inquit) hodie præceptor meus viueret Petrus, quanquam multa præceptoribus debeamus, efficerem vt eum inſtituiſſe me puniteret.*

7) GERH. a ROO *c. l.* qui etiam doctos enumerat, quos coluerit, dicens: *inter doctos ſui temporis, quos maxime coluit, fuêre: ex hiſtoriarum & antiquitatis inueſtigatoribus, Ioannes Cuſpinianus, ſumma dignitate ab eo auctus, Ioannes Nauclerus, Cunradus Peutingerus resp. Auguſtanæ Archigrammatheus. Inſobiat Mudius Erfurtgenſis, & Ladislaus Sunthemius, Viennenſis Collegii Canonicus: ex Medicis vero & Mathematicis, Georgius Collimitius Tranſſeterus, Ioannes Vogelinus & Ioannes Stabius, cuius in Matheſi extant aliquot opuſcula non contemnenda. Horum omnium ingenia ac ſtudia monitis ſuis ac præmiis excitauit Maximilianus, vti pro ſe quisque adniſi, optimas quasque artes, imprimis vero hiſtoriarum cognitionem in Germania etiamnum rigida, & armis quam literis magis addicta, erueret, veraque eruditionis fontes aperirent.* Hoc etiam plenius adhuc exponit CVSPINIANVS *p. 486.* IO. FABER *in Orat. parent. Maximiliano dicta* apud PRAEHERVM *Tom. II. p. 412.* & in SPIEGELII *Notis ad Aegydii Threnodiam p. 438.*

8) Verba ſunt GERHARDI a ROO pag. 289. qui etiam addit: *vt Commentarius rerum ab ipſo geſtarum, cuius alicubi meminêre Bilibaldus Pirckheimerus, & ex eius relatu Ioannes Carion, alter item de quorundam animalium ingenio, ex quo ſatis conſtat, arcanas quaſdam naturæ cauſas cognitas illi ac probe perſpectas fuiſſe.* De hoc commentario ita dicitur in PARALIP. AD CONR. VRSP. CHRON. p. 459. *Bilibaldus Pirckhaimer Norinbergenſis, Philippo Melanchthoni aliquando dixit, Maximilianum ipſum ſuas res geſtas aliquot annorum deſcripſiſſe, nam ſe nuiquo vectum cum Maximiliano a Lindauia ad Conſtantiam, & tum in nati ocium habuiſſe Imperator, vocaſſe ad ſe ſcribam, & dictaſſe illi res geſtas vnius anni, idque variis conſiliis & circumſtantiis. Et cum Pirckhaimerus putaret agi ſecreta quædam, ſecedere voluit. Ibi Imperator manere iuſſit, & auſcultare. Ad veſperam eurauit, vt dictata legerentur Pirckhaimero, rogans, vt ei placeret equeſtre latinum, vulgo das reiter latein? Dicebat vero optimus Princeps, ſe percupere paucis completi res geſtas, vt eruditi, qui vellent deſcribere & hiſtoriam parare, ex autographis certa haberent. Teſtatus autem eſt Pirckhaimer de perſpicuitate huius ſcripti, & quod a morte Maximiliani adnixus ſit, ſed non potuerit aſſequi.* Ex iisdem hæc repetit FVGGERVS *lib. VI. c. III. n. 8.* Extant in Bibliotheca Cæſarea varia MSCta ex iis, quæ dicto Secretario ſuo Marco Treyzſaurwein von Erntreiz in calamum dederat Maximilianus, de quibus LAMBECIVS *Comment. lib. II. c. VIII. p. 969.* FVGGER *cit. loc.* MVLLER *II. Vorſt. c. LVII. §. 20.* Ex iisdem dictus Secretarius volumen compoſuit de geſtis Friderici III. & Maximiliani ſub titulo: *der weiſe Künig*, de quo LAMBECIVS *pag. 967.* Sunt, qui Maximilianum auctorem faciunt Operis rhytmici, quod ſub titulo *der Teurdanck* varia Maximiliani pericula deſcribit, quod aliquoties, potiſſimum *Norinbergæ a. 1517.* fuit impreſſum. Aliam poſſideo Auguſtæ *durch Hanſen Schawberger 1519. f.* cum figuris, & quidem CVSPINIANVS hoc ipſi tribuit, *p. 486. ſcribens: & licet palam (quia male in puericia inſtitutus) poëticam aſſernaretur, ad poëticam tamen natus, poëtice opus de diuerſis ſuis periculis edidit, cui gentili linguæ Deurdanck nomen indidit. Fingens inuidiam & cauſidicos, quaſi perſonas quasdam comicas, quas ratione & prudentia ſua vitaueret vicerique ac proſtrauerit, vt olim Hercules, qui relicta voluptate, laborem ſequutus eſt per ſaxa per ignes.* Sequitur DECKHERRVS *de adeptoris p. 247.* Verum ZEILERVS, vero auctori hoc vindicat Melchiori Pfintzingio, Præpoſito ad D. Sebaldum Norib ergæ. Id quod dedicatio rhytmis præpoſita atque ad Maximilianum directa, ſatis clare docet, vbi ipſe Pfintzingerus ſe auctorem profitetur. Plenius de hoc libro egit PLACCIVS *Theatro Anonymorum p. 478.* & potiſſimum ſingulari diſſertatione Cl. V. IO. DAVID KOELERVS. Alia tamen ſunt Maximiliani ſcripta. Sic etiam CVSPINIANVS p. 386. *pulcherrimque opus confinxit: quod Fortum honoris appellauit, a Stabio viro erudito erudite concinnatum & picturis venuſtatum. Qua re efficit, vt docti omnes noſtræ Germaniæ vndique abditas eruerent hiſtorias, omnes ſcbedas perluſtrarent. Et qua diu auos noſtros latebant, prodirent in lucem.* De hoc etiam FVGGER *lib. VI. cap. XX. n. 10.* Hanc BILIBALDI PIRCKHEIMERI Operibus videmus imitatum. Alia Maximiliani Opuſcula a LAMBECIO *p. 971.* adlegantur *die Gartnerey, Falcknerey, Iegerey, Kellerey,* GRVNBECK de ipſius opuſculis ſic loquitur *pag. 52. erſtlichen ein Büchel von der natur der Thieren und mancherley erfahrungen aller Ding ſo er in ſeinen Leben begrieffen hat, nachmals ein Büchlein von den Sprüchen und anmanicherley gemeine reden, zum den dritten ein Büchlein von ſeiner eltern geſchichten.*

que ac artium ſtudia amplecti, & ſæculi ingeniorum prouentu florere cœperit. 9) Idem etiam ordinauit, vt ſinguli Electores in terris ſuis Academias fundarent. Quare ipſius hortatu Academia Wittebergenſis a Friderico Sapiente, Saxoniæ Electore, atque Viadrina a Ioachimo I. Brandenburgico fuerunt fundatæ. 10) Erat in eo acre ingenium, ſumma diſcendi cupiditas, & tenaciſſima eorum, quæ didicerat, memoria. Itaque quorumcunque artificum opera videbat, eorum cauſas & effectum penitus exquirebat, præcipue vero, ſi qua in communem vitæ vſum belli domiue profutura viderentur. 11) Muſicam etiam præ cæteris amauit. 12) Ad militiam autem & graue Martis opus a primis ſtatim annis animum a natura factum habere videbatur, & tractandis armis multa cum dexteritate ſe exercens, omnes æquales anteibat. Nemo arcum citius tendere, ſcopum melius ferire, nemo ſub armis expeditius currere, leuius equum inſilire, nemo omni armorum genere melius dimicare. Tormentis bellicis diſponendis eorumque ictibus recte collimandis cum peritiſſimis eius inuenti artificibus ſæpe, non ſine magna ipſorum admiratione, certauit, nec pauca ad commodiorem eorum vſum adinuenit. Præcipue vero primus Germanorum, copias in certas legiones diuiſit, lanceas & nouum militum genus, quod *die Landsknechte* vocabant, inuenit. 13) Venationi atque aucupio adeo erat deditus, vt ea ſæpe de cauſſa res maximas feſtinationem requirentes, in aliquot dies non ſine euidenti incommodo procraſtinaret: aliquando autem ad inſaniam vsque capreolas auesque maiores, eques inſecutus, per auios deuiosque montium anfractus errabat, vt non ſine ſummo ſemel ad Oenipontem vitæ periculo a capreolis ſeductus, ægre a montanis hominibus, fame ferme enectus, maioribusque funibus alligatus, ex Alpium faſtigiis in ſubiectas valles, magno ſpectantium horrore ac ſtupore, dimitti eum neceſſe fuerit; ita, vt a familiaribus verbis caſtigatus, pudore confuſus, certæ ſe morti ereptum fuiſſe confiteretur. 14) Erat in eo ſum-

9) Verba ſunt GERH. a ROO *lib. VIII. p. 189.* CVSPINIANVS p. 489. *primus enim inter omnes Principes noſtræ ætatis, ſingulorum genealogias indagauit, miſſis per Italiam, Franciam, & Germaniam nunciis, qui omnia conuolui, omnes bibliothecas, omnia archiua Principum diſquirerent, euoluerent, ac perſcrutarentur. Atque ob id Annales ſingularum prouinciarum, qui ſtiui deliriſſe debant ac ſqualore, tineis abſumebantur, eius opera renixerunt & in lucem commigrarunt. Quotus quisque enim Principum noſtri ſecuti ætatum ſuum norat?* Hinc etiam de reliquis eiusdem ſtudiis hæc addit: *philoſophabatur non nunquam, & ingenioſe de rebus ſæpe naturalibus diſputauit, in nulla re ſocors. De rebus ſacris non nunquam acriter, ſed non ſine lumine (vt Pythagoras docuit) diſſerui. In medicis ſæpe magna quadam experimenta exhibuit. Solis iureon vltis, qui Bartoli Baldique opinionis pro oraculis affirebant, contrarius. Eius inſuper auctu litera Hebraica, Græca, ac Latina, elegantiores quoque diſciplinæ, quaſi in Germania primum ortæ ſint, ac paulatim ſuccreuerint, & tandem vi ac impetu quodam erupuerunt. Quia bona ſtudia fouit, literatos amauit euexitque, ac præmia digna largitus eſt: agnoſcent ſibi in poſteritate male inſtitutum. Prouectiori etate doctos libenter audiuit, cum iis commentatus liberius in ſecreto, multa ab iis edidicit.* GRVNBECK *p. 80.* MVLLER *II. Vorſt. c. XLV. §. IV.*

10) P. LAMBECIVS Comment. de Bibl. Cæſar. Vindobon. lib. I. p. 31. *in primis Comitis anno 1495. Auguſtæ Vangionum, ſiue Wormatiæ celebratis, ſapientiſſime decreuit, vt Septemuiri Electores ſua quisque ditione publicas ſcholas, ſiue Academicas, inſtituerent.* De eodem teſtatur BOECLER *de rebus Geſtis Secuti XVI. p. 275.* MICH. SACHS *Kayſer-Chronic p. IV. f. 267.* SENNERTVS *Athenis Wittebergenſibus lib. I. cap. II.* GASPAR PEVCER Chron. lib. V. p. 1279. *Exemplo Imperatoris inuitati & confirmati Principes reliqui, non minore deſiderio & cura cognitionem hiſtoriarum expediuerunt. Nam & Cæpnio Philippo Paletino Epitomen hiſtoriarum compoſuit, recitata ferie Monarchiarum ex Herodoto & Xenophonte & aliis probatis Scriptoribus, qui poſtea res Macedonicas & Romanas expoſuerunt. Et reſtoreſtemium in Academia Viennenſi literarum celebritate moti Electores duo Friderieus Saxo cognomento ſapiens, & Ioachimus Brandenburgicus, cum recte iudicarent veriora & maiora communis vitæ ornamenta eſſe literarum & artium propagationem, leges, diſciplinam, in ſuis ipſi quoque ditionibus ſcholas inſtituerunt. Friderieus Witteberga ad Albim anno ſecund. ſupra milleſimum quingenteſimum doctoribus omnium honeſtarum artium acceſſitis ex Academia Tubingenſi præcipue, non null's etiam ex Lipſenſi, ſed Legibus ad formam Tubingenſis ſchole, quæ ceu colonia Bononienſium eſt, compoſitis. Ioachimus Francofurti ad Viadrum, colonia deducta ex Lipſenſi, quam ex Pragenſi natam eſſe ſupra dixi. Pragenſis ad Ideam ſchole Pariſiorum accommodata fuit. Talis priuata vita fuit Maximiliani.*

11) Verba ſunt GERH. a ROO *pag. 489.* CVSPINIANVS *p. 494.*

12) P. HEVTERVS lib. VII. c. XVII. *Muſicam ſummopere amauit, nec hac in re a Burgundis principibus, præceſſoribus ſuis, vinci ſe eſt paſſus, tanta tamque exquiſita eum ſequebatur ſymphoniacorum turba, adferebanturque quotidie ab hominibus ingenioſis noua Muſices inſtrumenta, admirabili arte inuenta, honeſtamque delectationem auribus præbentia.* FVGGER *lib. VI. c. XX. n. 7.*

13) IO. FABER in orat. parent. apud FREHERVM Tom. II. p. 413. *& vt ſummatim perſtringamus, neque Iulio Cæſare, nec Octauiano Auguſto, inferior erat Cæſar hic in militari arte: qui & nouum genus bellandi, nouum quoque militum genus (quos Landskwerht appellant) ipſe inſtituit atque fouuit primus.* Plenius hæc exponit P. HEVTERVS *rer. Auſtr. lib. VII. cap. XVIII.* GERH. a ROO *c. l.* CVSPINIANVS *pag. 494.* FVGGER *lib. V. c. VI. n. 8.* ACHILLES PIRMINIVS GASSARVS Ann. Augsburg. an. 1700. *Circiter hanc tempeſtatem,* (a. 1489.) *cum & contra Venetos, & contra Belgas Germanici pedites, nouo Maximiliani Cæſaris auſpicio, foriſſima ſtratagemata lanceis longioribus ederent, cæperunt paſſim ab eo armorum genere Lantzknechtii, quaſi dicat Δορύφοροι, Lancearitique cognominati. Hactenus enim aut a prælianda Streitsleuthi, aut ab ingurgitando Schlemmeri nobiscum fuerunt vocati.* Sic etiam militarem ipſius prudentiam commendat HERMOLAVS BARBARVS, in oratione gratulatoria apud FREHERVM *Tomo ſecundo.* GRVNBECK *p. 78. 90.*

14) Verba hæc ſunt P. HEVTERI *rer. Auſtr. lib. VII. c. XVIII.* Periculo hæc, quæ ipſi in capreolarum venatione aliasque a cciderunt, late deſcribit FVGGER *lib. VI. c. XX. n. 12.* Locus erat inter Auguſtam & Oenipontem ad pagum Zirle in monte

ummus animi candor, probitasque, licet ab aliis fæpius circumueniretur. 15) Præterea eximia quædam animi magnitudo, quam, in rebus profperis moderatio, in aduerſis conſtantia & fortunæ contemptus ſequebatur. Liberalitatem ita coluit, vti multorum ob eam reprehenſionem incurrerit, dum nihil ſibi defuturum putans, pecuniæ ſtudium contemnebat. Inde fæpe ob penuriam rei pecuniariæ, res magnas profpere inchoatas deſerere coactus fuit. 16) In congreſſu comis erat & affabilis, ſermonem inter familiares doctis ſalibus condiebat ipſe, neque aliorum in dicendo libertatem ægre ferebat. Honeſtatis, grauitatis, temperantiæque & caſtitatis in matrimonio egregia vbique exempla præbebat, quas in eo commendatiores faciebat inſigne oris decus, formæque & ſtaturæ modus tantæ maieſtati conueniens 17) Hoc tamen ipſi pleruinque vitio vertitur, quod negotia probe cœpta ſemiperfecta relinqueret. 18)

§. III. Qua ratione Mariam Burgundicam duxerit vxorem, ſuperiori iam dictum fuit Sectione. 19) Quæ etiam exinde cum Gallis bella geſſerit, expoſitum. 20) Anno 1486. in Regem Romanorum eligebatur. 21) Anno 1488. a Brugenſibus captiuus fuit factus, ſed a patre iterum liberatus 22) Inſequenti anno Sigismundus, Tirolenſium princeps, quod legitimam prolem haberet nullam, Maximilianum patruelis filium, adoptionis iure, hæredem omnium ſuarum ditionum inſtituit. 23) Eodem anno præſidebat Comitiis Francofurtenſibus, 24) Inſequenti anno 1490. mortuo Matthia, recuperata omni Auſtria, multam Vngariæ partem occupat, 25) tandem a. 1491. cum nouo Vngarorum Rege Vladiſlao tranſigit. Anno 1493. ob Annam Britannicam ipſi præreptam ſeſe cum Gallorum Rege Carolo VIII. pace Senliaca componit. 26) Hæc igitur viuo adhuc parente ipſius Friderico III facta fuerunt.

§. IV. Defuncto autem Friderico III. ſtatim factus fuit Imperator. Eodem menſe quo obierat Fridericus. Turcæ Croatiam & Carniolam vaſtant, contra quos præſidiis diſpoſitis in Auſtriam redit. 27) Celebraris igitur patri magnifico cum adparatu exequiis, nuptiis cum Blanca Maria Oeniponti peractis, 28) pacem facit cum Vladiſlao, rege Vngaro-

monte *S. Martins Wand* dicto. GERHARD. a ROO *p. 490.* CVSPINIANVS *c. l.* Ardorem venandi deſcribit GRVNBECK *p. 76.*

15) ACHILLES PIRMINIVS GASSARVS Annal. Augſthurg. p. 1765. *Optimus hic princeps, cum ob innatam probitatem ſummo ſemper candore, res quascunque etiam propria negocia agitauerit, ſæpiſſime tamen ab aliis fraudulenter circumuentus fuit. Et cum non multo tempore ante mortem ſuam, a Pontif. Max. Leone, fallaciis quoque deluſus fuiſſet, ferio in hæc verba prorupit: Iam demum vere auſim afferere, nullum papam Romanum per omnem meam vitam paſta mihi aut fidem ſeruaſſe.*

16) GERH. a ROO *cit. loc.* CVSPINIANVS *p. 494.* *cuius eximia bonitas cum ſumma liberalitate fuit coniuncta, adeo vt plerique nihil in eo reprehendendum duxerint, quam quod ſæpe ob penuriam rei pecuniariæ res magnas profpere inchoatas, deſerere coactus ſit. Non tamen vnquam, etiam in ſumma neceſſitate voluit aureamenta gemmaque & ex gemmis multis ſeculis congeſtam ſupellectilem, a patre, auo, ſocero, ac maioribus ſuis diſtrahere aut alienare, ſed integram in Noua ciuitate Auſtria reliquit nepotibus, donec Ferdinandus Archidux iuſſu fratris Caroli Cæſaris aperto theſauro ex viſo, obſtupuit tremebundus, atque incredibilem ac inæſtimabilem theſaurum fratri ſuo in Flandriam traduxit. Adeo, vt qui eum pauperem ex tot bellis geſtis arbitrabantur, mirati ſint tantas poſſe reliquiſſe diuitias.* Idem dicit P. HEVTERVS *lib. VII. c. XVII.*

17) Verba ſunt GERH. a ROO *c. l.* cui adſentitur CVSPINIANVS *p. 494.* Sic etiam inter laudibus ipſius ſunt orationes PALLANTIS SPANGELII, IASONIS MAYNI, PANDVLPHI COLLENVTII, HENRICI GLAREANI, & quæ in funere ipſius habita fuit oratio IO. FABRI, & GEORGII SAVROMANI, quæ in Tomo ſecundo FREHERI. Sic etiam laudes ipſius prædicat FVGGERVS *lib. VI. c. XX. n. 5. ſqq.*

18) B. de VERVLAMIO *Hiſtoria Henrici VII. p. 140.* de Maximiliano dicit: *cuius moribus peninſi inſitum erat, vt Negotia ſemper ſemiperfecta relinqueret, & religua imaginatione tantum forti conſummaret: tanquam Sagittarius malus, qui ſagittas ad cuſpidem vſque attrahere non ſolet.* Confirmat hoc PONTVS HEVTERVS *rer. Auſtr. lib. VII. c. XVIII.* poſtquam alias Maximiliani virtutes commendaſſet, addit: *prædicta Cæſaris Maximiliani virtutes comites habebant humanum imbecillitatem teſtantes. Erat enim in conſiliis varius, in rebus communi ſententia decretis incoſtans, leui rumore ac fama cita aliter perſuaſus. Quare ſubinde non minori facilitate rem diuinebat, quam aggrediebatur.* Huetiacit etiam FRANCISCVS GVICCIARDINVS *Hiſt. lib. XVII. p. 282.* ſcribens: *Obiit Lincii in Auſtria finibus, ſeu rum venationi, vt ſemper, intentus, eademque qua ſemper fere vixerat fortuna comitante: quæ in maximis occaſionibus ei offentandis cum liberaliſſima fuiſſet, an viciſſim quo minus eas arripuret, ei aduerſa fuerit, an potius ita, quæ a fortuna illi in domum importabantur, cum inconſtantia & non ſatis moderata atque ab reliquorum hominum iudicio ſæpe diſcrepantia conſiliis cum immenſis pecuniarum profuſionibus coniuncta, qua illi omnes ſucceſſus & occaſiones frangerent priuarit, neſcio. Fuit autem alioqui princeps rei bellicæ peritiſſimus, diligens, taciturn, laboriоſiſſimus, clemens, benignus. multisque egregiis dotibus atque ornamentis praditus.*

19) §. *LII.*
20) *Sect. Super.* §. *LIII.*
21) *Sect. Super.* §. *LVII.*
22) *Sect. Super.* §. *LIX.*
23) GERH. a ROO *lib. X. pag. 516.* FVGGER *lib. V. c. XXXVII. n. 9.*
24) *Sect. Super.* §. *LIX.*
25) *Sect. Super.* §. *LIV.*
26) *Sect. Super.* §. *LX.*
27) TRITHEMIVS *Chron. Hirſaug. ad a. 1493.* PONTVS HEVTERVS *lib. IV. c. II.*
28) IACOBI VNREST Chron. Auſtr. p. 792. *Alspald der romiſch Kunig Maximilian ſolches Kayſerthvms Begen auf dis loblichſt verpracht het, gedacht Im die kunigliche Maiestat, des ſemen Gnaden und dem loblich Stam von Oſterreich nicht gepurlicher wer, dan wider zukern zu dem Stand der heilgen Kamtſchafft, und nam zu Gemahel ain Herzogin zu Mayland, gnant Wiancka Maria, ain von allen und rechten Stam Maylands. die wart Kunig Maximilian geannt wurtt gen Innſprug, und durch ain Legatin vermacht, und lang darnach zoch Kunig Maximilian mit der Kunigin auf gegen Burgundi, und Brabant.*

garorum, cui dictum regnum relinquit. 29) Geldriæ etiam Ducatum a quatuor Rheni Electoribus, arbitris ad hanc causſam conſtitutis, qui Traiecti ad Mosam Kl. Auguſti 1494. per Conſiliarios ſuos iudicium delegatum conſtituerunt, Carolo Egmondano abiudicatum petit, 30) ex iure Caroli Burgundi, cui Caroli Egmondani auus Arnoldus hunc Ducatum vendiderat, 31) Gerhardus etiam Dux Iuliacenſis, qui in eundem prætendebat, iura ſua Carolo Burgundo ceſſerat, 32) qui ideo a Friderico III. Imp. de dicto ducatu fuit inueſtitus. 33) Idem Imp. etiam d. XIX. Aprilis a. 1478. defuncto Carolo Burgundo, Maximilianum, eiusdemque coniugem Mariam de eodem Ducatu inueſtiuit. 34) Licet Geldrenſes acerrime ſe opponerent, qui potius dicti Arnoldi nepotibus, Carolo atque Philippæ fauebant, Catharina Arnoldi filia rerum adminiſtrationi admota. 35) Maximilianus

29) GERH. a ROO *lib. XI. iucunde: reuerſus Viennam Maximilianus legatos in Hungariam ad Vladislaum miſit, cum quibus ab eo aduenere, Agrienſis præſul, & Nicolaus Bamfii. Ii Imp. Friderici exequias interfuere, quæ per eos dies, magnifico apparatu, celebratæ ſunt. Quid inter ipſos actum ſit, vulgo non innotuit. Pax ac fœdus denuo inſtauratum putabatur, cuius ſumma erat: vti Maximilianus Vladislao, quod cognatus eſſet, regnum permitteret, retento ſucceſſionis iure ſi absque prole maſcula decedere ipſum contingeret.* Plenius vero hæc exponit GEORGIVS SAVROMANVS in Orat. parent. apud FREHERVM tom. II. p. 426. *& rurſus quanta celeritate quam infeſto agmine Pannonias repeteuerit, cum Rex Vladislaus (quo nemo natus erat melior, iuſtior, aut ſanctior princeps) ſine hærede regnum relicturus videretur; & cum tanquam diſceptatorem & ſimul ſucceſſorem accerſiſſet, quia plerosque regni proceres ad id largitione & perniciosis ſalariis ambelare compertum eſſet. In qua expeditione præter militarem laudem animi eius quoque æquitas infigniter enituit. Nato enim regi in ipſo rerum motu præter omnium ſpem diuinitus filio Ludouico (cuius nunc adoleſcentis virtus tantum ſuperare cœpit ætatem, vt breui vnus & idem eius animorum & imperiorum progreſſus futurus videatur) cum ipſum inquam, Cæſar primum hanc lucem aſpicientem, coram regni hæredem vltro agnouit, ſumma pietate pronuntiauit, auctoritate armata confirmauit, confirmauit, atque (quod pauci admodum feciſſent) pedem non dubitanter ex tot regnorum quaſi poſſeſſione retulit, ſimul omnem exercitum prouincia innoxium reduxit.*

30) lib. 15. PONTANVS hiſtor. Gelr. lib. XI. p. 602. *vnde Carolus Dux, qui vt meminimus, acceſſerat Cæſarem poteſtatem acceperat, varia mente animoque verſabat. At tandem ſub fide, vt dictum Regina Blanca, ſalutato in oppido Grauiæ Cæſare, acceptaque Cæſarea gratia, ei adpromiſit Cæſar, ſi ſolidis documentis demonſtrare poſſet, ſe legitimum ac vere natum Geldriæ Ducem, ſe haud quaquam impedimento fore, quo minus principatum iure ipſi debitum ſuum ac placide poſſideret. Inde in quatuor Imperii Electores compromiſſo, vt vocant, facta. Ii cunctis, die conſtituto, ad examen propius vocatis, pronuntiarunt, nec eſſe Carolo, neque eius progenitoribus fuiſſe iuris quicquam in Geldriæ Ducatum ac Comitatum Zutphaniæ: deſiiſſe ſibi annum 1423. veterem Geldriæ Ducum ſtirpem ac ſoboleſſe, qui omnium vltimus fuerit, in Reinaldo IV. Adam ipſum Arnoldum patremque Adolphum ab Imperatore haud fuiſſe inueſtitos: eosque circiter annos 50. contra Imperium armatos illiſſe; eamque ob cauſſam in commiſſum, vt vocant, feudum recidiſſe. Carolum deinceps nominandum non Geldrium ſed Egmondanum. Qua ſane perdura ac deceptoria ſententia, nec Imperator nec Electores obtinere potuerunt, quo minus Carolus Geldriæ Dux paſſim a ſuis appellaretur, ac principatus poſſeſſionem ad vitæ vſque finem retineret.* GERH. a ROO *lib. XI. p. 537.* EVGGER *lib. VI. c. I. n. 2.* qui ſententiam exhibet tali ratione: *Weil Arnold von Egmond, und ſein Sohn Adolf, nachdem anno 1423. der Stam der alten Grafen von Geldern abgeſtorben, ohne des Rom. Keyſers Bewilligung, in dieſes dem Reich lehnbahres Hertzogthum ſich eigenmæchtig eingedrungen, niemahls von einigen Keyſer die Lehen darüber empfangen, und ſolcher Geſtalt daſſelbe bey 50. Jahre lang als Rebellen beſeſſen, weil auch Caroli Groß-Vater Hertzog Arnold, wann Er ſchon einiges Recht zu Geldern gehabt hatte, ſolches anno 1472. Hertzog Carln zu Burgund verkaufft, und ſolgbar diſſ Land mit deſſen Tochter Frau Maria an Kœnig Maximilian und Ertzhertzog Philipſen, als ihren Gemahel und Sohn erblich gelanget: Demnach ſolte Carolus nicht allein diſs Hertzogthumb K. Maximiliano abtreten, ſondern auch forthin des Tittels müſſig gehen, und ſich allein Carl von Egmond ſchreiben. Hingegen daſern Er dem Rœm. Kœnig zu Hof dienen wolle, ſolte Ihm lehrlich 60000. Gülden zur Beſtallung gereichet werden.*

31) Sic enim controverſiam exponit PONTVS HEVTERVS lib. V. c. VII. *Arnoldus auus Caroli Geldri Ducatum Geldriæ & Comitatum Zutphaniæ Carolo Audaci Burgundo vendiderat, exheredato Filio Adolpho, a quo per ſexennium in Carcere duriter habitus erat. Adiecit Contractui Teſtamentum, quo Venditionem confirmauit. Anno inſequenti 1473. in Collegium Equitum Aurei Velleris Valencinis menſe Maio habitum, lata eſt Sententia: Venditionem & Teſtamentum Arnoldi valere: Andacem poſſeſſionem omni iure adire poſſe: Adolphum Geldriæ propter impietatem in Patrem in Carcere vitam finire debere. Hinc ergo ad ſe deuolutum Ius Maximilianus per ſe & Philippum filium, & Albertum Saxoniæ Ducem tuebatur.*

32) Extat iſta ceſſio apud MVLLERVM *II. Vorſt. c. XI. §. IX.* FRANC. HARAEVS Ann. Brabant. p. 437. *Dum autem Gerhardus, Iuliacenſis Dux, Geldriæ Ducatum haereditario iure peteret, eundem etiam per Sigismundi ſententiam Pragæ 1437. in vigilia exaltationis Sanctæ Crucis latam obtinuiſſet, idem a Friderico III. a. 1442. fruſſet confirmatum, idem Gerhardus ſingulari diplomate XX. Iunii 1473. omnia iura ſua in Geldriæ Ducatum in dictum Carolum Burgundum transfert, id quod etiam Treueri VI. Nouembris 1473. a Friderico III. Imp. fuit confirmatum. Poſt mortem vero Caroli Burgundi Fridericus III. Imp. Maximilianum & Coniugem ipſius Mariam Gracii IX. Aprilis 1478. de dicto Geldriæ Ducatu & Zutphaniæ Comitatu inueſtit, ea ratione, qua Carolus, Burgundiæ Dux illum tenuerit.* Prout ſingula hæc ſcripta continentur *in Aſſertione eius iuris, quod Imperatoria Maieſtas ad Geldriæ Ducatum, & Zutphaniæ Comitatum habere prætendit in Comitiis Ratisbonenſibus an. 1541. exhibita, & Salingiaci 1543.* ſ. edita.

33) Extant litteræ Inueſtituræ apud MVLLERVM *c. l. §. XXII.*

34) Extant litteræ Inueſtituræ *c. l. §. XVI.*

35) PONTANVS lib. X. Hiſt. Geldriæ p. 561. n. 10. *Adolpho humanis erepto, Catharina, Adolphi ſoror, a Gebria proceribus, Adolpho etiam exulcenis id ceris percipiente, rerum adminiſtrationi admota, ante omnia præfectos a Carolo Burgundo conſtitutos loco, qua poteſt, mouet: ac omnes in verba Caroli nepotis ſui, licet ille in aula Burgundica teneretur, adigit.*

lianus igitur numeroſo coacto exercitu, Ruremondenſes ad deditionem cogit, Neomagenſem vero obſidionem ſoluere cogitur. 36) Inde inauguratо Louanii Philippo, Belgis Duce, 37) ad Comitia Wormatienſia reditum in Germaniam paranſ, Albertum Saxoniæ ducem cum exercitu in Geldria relinquit. 38)

§. V. Dum igitur Turcæ circa vltima Friderici tempora Croatiam inuaſiſſent, & liceat a Maximiliano magna celeritate fuiſſent repulſi, 39) attamen non deſinerent, incurſionibus Chriſtianos vexare miſerrimis, 40) Gallorum etiam Rex Carolus VIII. Italiam inuaderet, 41) Maximilianus Comitia in diem Purificationis a. 1495. Wormatiæ habenda indicebat, 42) ſed turbis Belgii inteſtinis impeditus, ſerius eo adueniens, demum die lo-

adigit. PONTVS HEVTERVS lib. I. Rer. Auſtr. c. V. p. 52. *Eximde Catharina interfecti Adolfi ſoror, conſilio auxiliogue Geldriæ Ordinum, per vniuerſam Geldriam Ducis Mariæ Rectores pelli curat. Et quamquam Carolus & Philippus dicti Ducis Adolfi liberi, in poteſtate adhuc eſſent Ducis Mariæ, amita tamen eorum Catharina, connocatis Geldria Ordinibus, in verba eos pueri Caroli adigit, maiori parte id non grauatim faciente, pleriique tergiuerſantibus, adduſti non ſolum auctoritate dictæ Catharinæ, ſed inprimis Ludouici Borbonii, Antiſtitis Leodienſis, qui Caroli ac Philippi auunculus erat.*

36) PONTANVS hiſt. Gelr. lib. XI. p. 603. *Quin Gelria omnis ac Zutphanienſis nimium quantum ea declaratione exacerbati, validius arctiuſque inter ſe fœdera ineunt, de Carolo principe tuendo, eique medii omnibus ſuo in Ducatum ad Comitatum iure conſeruando. Hinc non modo inhibuere ſuas ingredi prouincias Cæſaris militem, verum & præſidiarii eius omnes, pedite equitesque loco vbiuis moti puſſique. At contra Imperator numeroſo coacto exercitu, primum impetum, tra peruicaciam, vertit in Ruremundenſes. Hi vim maiorem pertimeſcentes poſtquam ſe dediderunt, mota continuo aduerſus Neomagenſes caſtra. Aſt illi admotas vrbi ſuæ, loco naturaque munitiſſimæ, machinas, parum curare: hoſtem identidem nauris auertere, ac crebras in Regis caſtra impreſſiones facere, ibique maximas ac multarum bonarum ſtragES edere. Tandem generoſum principem ſalutare obſidionem cogunt, ac ſuas redire in ſedes, relictis poſt ſe tormentis pluribus, aliisque quæ auehi deſubito non potuerunt, variis gentiris impedimentis.* TRITHEMIVS *Chron. Hirſ. ad a. 1496.*

37) PONTANVS c. l. *hinc filius Philippus ſeruitor a prouinciis paſſim, Gebria excepta, & primo quidem a Brabantis Louanii, præſente patre Imperatore, eſt inauguratus inque Ducem ſuſceptus. Eoque facto, reditum exuide in Germaniam Cæſar ad Comitia, quæ Wormaciæ erant celebranda, inſtituit.* P. HEVTERVS *lib. V. c. II.* Decreuerat filium, annum decimum ſeptimum agentem, emancipare, ac dimiſſa tutela, Belgarum illi imperium, maternam hereditatem in poſteritatem conſtituere. FVGGER *lib. VI. c. I.* MVLLER *II. Vorſt. c. IX.*

38) PONTANVS c. l. *Neomagenſes interim omniſque Geldria, digreſſo, de quo dixi, Cæſare eiusque copiis, militem nihilominus, qui erat diuerſis locis relictus Saxonie Ducis alloerti, ſibi genuem habuit. Præter cætera, de quo annis, Velauiæ munitipium, Nicherkam dictum, Saxo aut eius præfidiarii veluti ſedem belli, elegerant; vnde in dies rapinis, incendiis atque incurſionibus vicinos, qui erant Velauiæ præſertim incolæ vbertate infeſtos habere opportunum ipſis erat.* FVGGER *lib. VI. c. I. n. 3.*

39) MVTIVS lib. XXX. incunte: *Anno, quo mortuus eſt Fridericus Imperator, Turca Croatiam opperſus, totamque depopulatus eſt, magnam hominum multitudinem captiuam abduxit in ſeruitutem diræſſimam, ad labores tamen iumentis ſubeundos Maximilianus, vbi hoc audiuit, mirabili celeritate cum Germanorum manu in Croatiam properat, Turcas copias abigit, multis ex illis mactatis: Croatiam vrbesque, nec mediocrem gloriam reportauit ex illa expeditione.*

40) MVTIVS c. l. *Turcæ vero quotidie incurſionibus Chriſtianos vexabat: miſerrimis, & crudeliſſimis modis. Quare & contra hunc cupiebat Maximilianus decerni bellum.* Sic etiam Imp. in Propoſitione, ſtatim ſub initium: *Inan allen, und menigkelichen ſey ungezweifelnd wiſſend, und unverborgen, die mercklich vorwuſſung Beſchedigung und unwiderbringlich verderplich Beſchwerung, ſo die Türcken vergangen Zeyt an vil Orten und ſonderlich an und in den anſtoſſenden Landen, ſeiner Maieſtat erplichen Landen, gegen den Chriſtanlichen Volck, mit Rob, Nom, Todſchlag, Verbrnng, und vnerhörte Wueterey, mancfaltiger Weis geübt und furgenommen. Wie ſy auch ain lüngſten ſich mit groſſer Macht in das Land Crabaten gezhan, darinn Bewegſung und Teber gemacht, und die Einwohner deſſelben Lands mit ſolcher übermeſſigen Anfechtung genat, und gedrungen, das ſy ſich mit Inen den Türcken in ainen Vertrag und Satzung betten begebin müſſen.* Extat integra Propoſitio apud MVLLERVM *II. Vorſt. c. IV.*

41) P. HEVTERVS rer. Auſtr. lib. V. cap. IV. *exinde Cæſar Wormatiæ Comitia Principum Cuitatumque Germaniæ liberarum celebrans, auxilia contra Francorum Regem petit, quod non ſolum Regnum Neapolitanum ac Belgas inuaſiſſet, ſed perturbata Chriſtiana Eccleſia, Vrbem Romam, fugiente Venetias Pontifice, occuparat. Petit etiam conſucto more operæ contra Turcas. Sed ſententiarum diuerſitate, nil memorata dignum fuit decretum.* TRITHEMIVS Chron. Hirſ. ad a. 1495. *inter alia in mediam prodnita fuerunt Conſilia, quomodo Rex Gallorum pelleretur de Italia, qui plura tenere contra Romanam Eccleſiam & eius tentauit Pontificem, & non minus Imperii Iura per Lombardiam & Italiam vbique violauit. De mouenda in Turcas expeditione multa fuerunt dicta, multa concluſa, & nihil ſequebatur in actu. Cuius fuerit Culpa, quid mea intereſt? qui non indicantis, ſed ſcribentis ſuſcepi officium.* GERH. a ROO lib. XI. p. 529. DATT *lib. IV. c. III.* Bellum vero Caroli Neapolitanum deſcribit PHILIPPVS COMINAEVS *Memoires lib. VII. c. I. II. ſqq. & libris V. de Bello Neapolitano.* NAVCLERVS *vol. II. Gen. L. p. III.* GERH. a ROO lib. XI. p. 530. FVGGER *lib. VI. c. I. n. 4.* FRANC. GVICCIARDINVS lib. I. & II. IO. MARIANA *lib. XXV I. c. VI. VII. VIII.* ROB. GAGVINVS *lib. XI. p. 854.* Poſtſimum veto huc factunt ALEXANDRI SENEDICTI Veronenſis *de rebus a Carolo VIII. Gallor. Rege in Italia geſtis, libri duo*, qui repetiuntur in EGGARDI *Corpore Medii aui Tomo ſecundo* GEORGII FLORI ICtiMediolanenſis *de expeditione Caroli VIII. in Neapolitanum Regnum libri duo.*

42) Patet hoc ex ipſa propoſitione apud DATTVM p. 825. n. 4. *und wir wol ſein Kü. gnad. den, auf vnſer lieben Frawen tag Purificationis, nechſtvergangen, ernenne gehabt: hat doch ſein Kü. Mt. auf dieſelbig zeyt alhie zu erſcheinen mercklich verhyndrung gehabt*, enarrat poſtmodum inuſſituram Philippi filii, & cauſſam Geldriæ. MVLLERVM *II. Vorſt. c. IV.* Litteræ Conuocationis extant apud MVLLERVM *I. Vorſt. c. II.*

uis poſt Oculi magna Principum frequentia de inhibenda Turcarum, Gallorumque potentia proponebat, 43) atque ſuſpicionem, quæ de ipſo enata erat, quaſi ipſe tecte cum Carolo VIII. faceret, elidebat, 44) dum Ludouicus Maria ſolennem legationem in Galliam miſiſſet, qui Regem ad hoc bellum concitaret, Maximilianus vero per dictum matrimonium Ludouico faueret. 45) Dicebatur hæc magna diæta Wormatienſis. 46) Cum autem ante omnia concordia domi eſſet ſtabilienda, Maximilianus pacem Francofurtenſem a. 1486. ad decennium concluſam ad triennium prorogabat: 47) Dum vero Status Imperii pacem perpetuam poſtularent, 48) nondum elapſo iſto decennio, in his Comitiis de publica pace per Imperium ſeruanda, ſtatutum eſt, quæ dicitur *der Kœnigliche Landfriede zu Worms*, 49) eademque communi Statuum conſenſu fuit adprobata, 50) etiam *Handhabung Friedens und Rechtens zu Wormbs* fuit publicata. 51) Hæc eſt iſta Conſtitutio Pacis publicæ atque Ciuilis, per quam abolitis in Imperio omnibus Diffidationibus,

43) Integrum Comitiorum ſtatum breuiter deſcribit NAVCLERVS vol. II. Gen. L. p. 1113. ſcribens: *Anno ſalutis 1495. menſe Martio, Maximilianus Romanorum rex conuentum Germaniæ in vrbe Wormatia celebrauit, in quo (vt fama eſt) de duobus deliberandum fuit, quemadmodum Turcis occurrendum eſſet, qui inditis magis ac magis Chriſtianorum terras opprimebant. Deinde, quod rex Francie Carolus immenſis copiis Italiæ incumbebat, aliqua imperii, nonnulla Eccleſiæ Rom. bona occupans, vehementque Romam ingreſſus, nonnulla indigna a Rom. Pont. extorſerat, Apuliamque fere totam expugnauerat. Propter quæ rex Rom. tanquam aduocatus Eccleſiæ, vt illius & imperii iura tueretur, crebro vocatus eſt. Sed interim dilata res eſt, principibus ad inteſtina incommoda ſpectantibus: ne tamen nihil ageretur de tribus tandem deliberatum eſt: de indicio Cameræ, vbi vrgeat iniuſtitia reddaretur, forma & modus dictus. Placuit & ſapientibus ad hoc, vt vel contra Turcum vel contra regem Franciæ iuſtus mitteretur exercitus, duo fore neceſſaria, pax in imperio, & commeatus tantis copiis dignus. Quo enim modo foris bellum feliciter geri poſſet, ſi domi lites fuiſſent? ſed & ſine commeatu fruſtra bellgeratur, ſi enim alimenta vel ſuppeditare aliſ ſint multi, at ſequium magnitur & ſoles. Fuit igitur prouiſa imprimis pax, & principali Statuto mandata: tributum per capita impoſitum perexiguum duntaxat in quinquennium. Sed quia non placuit omnibus, nihil ad effectum eſt deductum, forte vt adimpleatur tritum, quo dicitur: ſicut Germani virtutibus meruerunt imperium, ita iguauia & vitiis amittere poſſunt.* M. COCCINIVS de bellis Italicis apud FREHERVM Tom. II. p. 276. *agebat Maximilianus, per id tempus conuentum Germaniæ Wormatiæ, in quo ipſe adhortabatur Principes Germaniæ pro ſuccurſu imperii, & reipublicæ Chriſtianæ, ac certa millia peditum Germanorum cum quadringentis equitibus Ludouico in auxilium mittebat.*

44) Sic enim Imp. in Propoſitione ſua: *Verner, ſo ſey auch ſein Kön. Maieſt, als vil Leut gedencken, aufgeben, oder als ſein Genad anlang, reden möcht, nit dem Kung von Franckreich, obgemelts Fürnemens halben, in kainer ſonderlichen Vorſtentnus, Bericht oder Weſen, das jza awnichen Abbruch, Nachtail oder Zerrattung des hailigen Reichs gedienen mög, yr geweſen, auch nach nit, trög ſolichs Fürnement, Miſſoſtlon, und merklich Beſchwarung: In Maynung und Willen, dem mit Hilff des Almechtigen, und des Hayligen Reichs Churfürſten, Fürſten und Verwanten ſtadlich zu begegnen.*

45) GERH. a ROO lib. X. p. 389. *Miſerat Ludouicus celebrem admodum Legationem in Galliam, cuius Princeps, Ioannes Franciſcus Sanſeuerinus, Gaiazi Comes, multis promiſſis regem exhortatus, animum gloriæ cupiditate inflammatum, ita ad hoc bellum confirmauit, vt omnia aliorum conſilia ſurdis auribus præteriret.* Quare IO. PHILIPPVS DATT *de Pace Publica lib. III. p. 517.* ait, *Occaſio ſuſpicionum inde enata, quod qui Carolum, Galliarum Regem, Mediolanenſi iubians regno, in Italiam euocauerat Ludouicus Maria, vt Maximilianum Cæſarem tam vaſtis conſiliis æquiorem haberet, Neptem ſuam Ioannis Galeacii ſororem, Cæſari in matrimonium collocauit.*

46) Principes atque Status, qui interfuerunt, enumerat LINTVRIVS in appendice ad Rolewinckii faſciculum temporum *ad a. 1495.* addens: *Summa Principes in propria perſona adfuerunt.* Comites vero ſine illis, qui cum Principibus erant, circiter 67. qui per ſe venerunt. Deinde multi Legati abſentium Electorum, & Principum & Regum exterorum, & vrbium. Ibi cum magna pompa Regalia ſua acceperunt Electores & Principes, Clerici & Laici. Et propterea dicta fuit Magna Diæta Wormatienſis. Ibi etiam tractatum fuit, vt in Chriſtianitate tam pax, quam Iuſtitia in adminiſtratione ſeruaretur, & hoſtibus Chriſti ipſis reſiſtentia fieri poſſet.* MVTIVS lib. XXX. NAVCLERVS vol. II. Gen. L. p. 111. FVGGER *lib. VI. c. I. n. 7.* TRITHEMIVS *ad a. 1495.* BERNH. HERTZOG *Elſaſſ. Chronic lib. II. f. 145.* DATT *lib. III. c. I. & II.* MVLLER *II. Vorſt. c. III.*

47) Maximilianus reſcripto ſpeciali die X. Maii menſis, Campidoni emiſſo, Pacem Francofurtenſem ſi decennium XVII. Martii 1496. elaboretur, in triennium prorogauit. Extat apud DATT *lib. II. c. XIII. n. 13.* MVLLERVM *II. Vorſt. c. XXXIX. §. II.*

48) Prout Acta docent apud DATT *lib. V. c. I.* MVLLERVM *II. Vorſt. c. XXXIX. §. IV.*

49) GERH. a ROO lib. XI. p. 530. *itaque de pace per Imperium ſeruanda ſtatutum eſt.* NAVCLERVS *cit. loc.* De hac pace BROWERVS in Ann. Treuir. ad a. 1495. *nullum præſentius longo temporum interuallo remedium Germania ſentit: cum haud parum inde totius Germanici regni res tranquilliores eſſe cœperint, ſubſiſſorum latrociniis principum diligentia retuſis & potentiorum protentia, Legum fueritate coërcita & refrenata.* Hiſtoriam huius Conſtitutionis plenius explicat DATT *lib. V. c. I.* qui etiam *cap. VII.* inſeruit *handlung und abſchid des Kœnigl. tags zu Worms anno XCV. gehalten.* FVGGER *lib. VI. c. I. n. 7.* Sequitur MVLLERVS *II. Vorſt. c. XXXIX. §. IV.* Hac ipſa autem pace omnes etiam diffidationes per A. B. *tit. XVII.* certo modo conceſſæ, abrogantur. Extat hæc Conſtitutio etiam in Corpore Receſſuum Imperii & a mendis repurgata apud DATTIVM *lib. V. c. I. n. 25.* Commentati in eandem fuerunt ANDREAS GAILIVS, IO. DECKHERRVS & ADAMVS CORTREIVS

50) Qua ratione Status plerique Comitiis præſentes ſe ad hanc pacem ſingulariſcripto obligauerint, narrat DATT *lib. V. c. II.* qui etiam hanc formulam exhibet, hoc titulo: *die verpflichtung der Stand zu Handhabung des Friedens und Rechtens*, quæ a plerisque fuit ſubſcripta, atque iplorum ſigillis corroborata VII. Auguſti 1495. Abſentes etiam per literas peculiares, quas vocabant *Beybriefe*, fidem Cæſari dederunt, de quo DATT *lib. V. cap. II. n. 16.* Diuerſa huius Pacis elogia videmus apud MVLLERVM *c. l. §. XIV.*

51) Extant apud MVLLERVM *II. Vorſt. cap. XLIV.*

52) Extant

nibus, securitas publica in perpetuum stabilitur, hodienum adhuc obseruanda. In eiusdem etiam tutelam Fœdus Sueuicum a. 1496. in triennium fuit prorogatum, 52) varia quoque Principum fœdera fuerunt conclusa. 53) Dum autem controuersiæ omnes Principum coram aula Imperiali essent componendæ, & modo hic, modo illic Iudicium aulæ Imperialis constitueretur, ad tuendam pacem publicam, terminandasque Statuum lites de nouo iudicio Camerali fuit decretum. 54) Locus huic iudicio primum Francofurti fuit adsignatus, quod a. 1497. Wormatiam, inde ad alias Ciuitates Imperiales fuit translatum, nunc Wetzflariæ continuatur. 55) Agebatur quoque in iisdem Comitiis, vt, dum bellum contra Gallos Turcasque meditaretur Maximilianus, constituto Imperii Regimento, per certos Assessores de negotiis Imperii ageretur. Factum etiam in iisdem Comitiis a Statibus Proiectum de Ordinatione Regimenti, quod tamen Imp. displicebat, qui se in Aula sua prudentes Consiliarios esse constituturum adserebat, qui Imperii curam gererent. 56) Subitaneum quoque auxilium contra Gallos fuit decretum, 57) designato Alberto, Saxoniæ Duce præfecto militiæ Imperialis. 58) ab Heluetis etiam petebantur auxilia, legatio ad Gallorum Regem decernebatur, 59) & tributum perexiguum in singula Capita imperatum, dictum communis denarius, quod per proximum quadriennium exigeretur in subsidium pacis

52) Extant rabulæ prorogati fœderis apud DATTVM *lib. II. c. XIV.* & MVLLERVM *c. l. c. XLVII.* Qui & reliqua Acta Publica, quæ huc faciunt, proponit. Multa alia quoque fœdera consensu Maximiliani, ad firmandam pacem publicam fuisse conclusa, idem plenius exponit *lib. V. c. III.*

53) De his plenius DATT *lib. V. c. III.* MVLLER *II. Vorst. c. XLI.*

54) Sub Friderico equidem III. Imp. cœpius iamdum actum fuit, de nouo constituendo Imperiali iudicio ad tuendam pacem publicam. Factum hoc in Comitiis Noribergensibus 1467. de qua *Sect. super.* §. *XLII.* Comitiis Colonienſibus & Noribergensibus 1487. §. *LVIII.* Francofurtensibus 1489. §. *LXI.* Tandem vero consensu Comitiali die VII. Augusti 1495. hoc Cameræ Iudicium Wormatiæ fuit constitutum, hoc adiecto, *daß das Cammergericht zu Francfurt prima Octobris angeen ſolle*, prout Acta VVormatiensia testantur §. *LXXVII. n.* 2. Consultationes de hoc negotio Acta VVormatiensia plenius exponunt, & DATT *lib. IV. c. I. n.* 66. *ſqq.* In Grauaminibus nationis Germanicæ apud GOLDASTVM *Polit. Imp. p. XXIII. p.* 1040. vocatur *Conſiſtorium Regalis Cameræ.* Plurimum de constituto hoc iudicio Maximilianum I. commendat THRASYBVLVS LEPTA siue CONRADVS DINNERVS *Vita Georgii Ludouici a Scinsheim lib. I. p.* 43. de Maximiliano sic scribens: *qui cum rei militaris ſcientia rerumque geſtarum gloria & felicitate, fortiſſimis Heroibus & huius & ſuperioris aui æquiparandus, in multis etiam anteferendus ſit, ob id æternæ laude digniſſimus iudicandus eſt, quod Iudicium, vulgo Camera dictum, quo Germania nullum auguſtius, & ad publicam pacem conſeruandam efficacius vidit, primoteſtimo ſalubertimoque conſilio conſtituit, immo aliquando, hoc eſt, Anno* 1495. *VVormatiæ, loco tum indicii, ipſe Iudex ſedit, & certis Legibus ita munuit, quod ea cuſtodiantur, nullum Iniuſtitiæ periculum adhuc publicæ pacis & otii per Germaniam neruus, & vinculum ſutumue iſtuc ſit.*

55) DATT *lib. IV. c. I. n.* 158. Iudex autem communi Cæsaris & Ordinum suffragio constitutus est, Eitel Fridericus. Comes a Zollern, cui in prima Iudicum Congregatione Francofurti mox habita, septrum Maximilianus ipse tradidit, ac Sedile iudicis commisit. P. HEVTERVS lib. V. c. IV. *pridie Kalendas Nouembreis Cæſar Francofurti ad Manum Romani Imperii Senatum, quem vulgo Cameram Imperialem vocant, inſtituit, dictoque die inter horam nonam & decimam antemeridianam, in ædibus Brauſeliis, Iudices hos cum aſſeſſoribus inſtituit Eitelfredericum Zollernenſem Comitem, Bernhardum Eberſtainii Comitem, Richardum Neccardicenſem Comitem, Theodoricum Pleiminganum, Nicolaum Heinrenum, Georgium Neideccenſem, Aurin-*

gum Simanum, Martinum Walderodenſem, Barones omnes. Prodierunt vero Annotata de Personis Iudicii Cameræ Imperialis, Ingolstadii 1557. f. in quorum initio statim: *poſtquam Cæſar Maximilianus, in proximo conuentu principum Wormatiæ habito, Imperialis Cameræ ſuæ iudicium, quod hactenus aulam ſequi oportuit, ita inſtituit, vt in fixo loco, & per certos Iudices a ſua Maieſtate ſimul cum principibus conſtituendos, poſthac celebraretur. Huic rei Maieſtas ſua, per ſe ipſum initium fecit Francofordiæ in domo Brunfelſiana, vltima Octobris Anno* 1495. *Quando ab iis iudicibus, qui infra notantur, Iudicandi ſacramentum recepit, eisque cauſſas & alia negotia Iudicii, grauiſſima oratione per Baronem Vitum de Wolckenſtain habita, commendauit, ac vt illi poſthac a reliquis, qui huic celeberrimo Tribunali quouis modo præeſſe, aut inſeruire debebunt, ſuo quemque Iuramento adſtringant, commiſit Iudices. Eytel Fridericus Comes de Zollern &c. Iudicii Cameræ Imperialis præſidens. Bernardus Comes de Eberſtain. D. Ino Witeich 3. Nouembris. D. Theodoricus de Pleuningen. D. Richardus Grammann de Neckendich, Officialis Treucrenſis. D. Nicolaus de Heynitz. D. Haringo Sicknama Friſius. Vitus de Walrod eques. D. Georgius de Hotzfeld. 3. Nouembris. D. Bernhardus Schefferlin, 2. Decembris. Per iſtos capta eſt haberi publica audientia* 3. *Nouembris.* DATTVS etiam §. 172. loca indicat, in quæ hoc iudicium fuerit translatum, & SYNT. IVR. PVBL. *Cap. XXIV.* §. *LXVI.*

56) Exhibet illud Proiectum ex Archiuo Vinariensi MVLLERVS *im Reichs Tags Staat lib. I. c. I. & Maximiliano II. Vorſt. c. XXXIX.* qui etiam Acta huc facientia exponit. Plenius vero hæc Acta exponit DATT *lib. III. c. XI. XII.*

57) Centum quinquaginta florenorum millia quod vocabant *die eylende hulffe*, fuerunt decreta, prout ex Actis VVormatiensibus §. *XLIII. & XLIV.* patet. MVLLER *II. Vorſt. c. XXXV. XXXVI. XXXVII.*

58) Acta Comitialia §. XLIV. *demnach iſt bey der Ko. Mt. und des reichs Stenden, zu des reychs Oberſten Hauptman erwelt worden Herzog Albrecht von Sachſen. Darauf hat derſelb Herzog Albrecht etlich artiekel ſeiner notturfft und begerd angeben als hernach volgt.* DATT *lib. III. c. IV. n.* 55. Conditiones potissimum in eo constabant, vt ipsi certum salarium aliaque necessaria concederentur, iura præfectorum relinquerentur. Deficiente igitur adhuc ærario, omnia in proxima Comitia reiiciebantur, prout ex Actis patet §. *LXXV. n.* 26. Plenius de hoc G. FABRICIVS *Origg. Saxon. lib. VII. p.* 835. MVLLERVS *II. Vorſt. c. XXVI.*

59) DATT *lib. III. c. IV. n.* 60. *ſqq.*

cis publicæ, sustentationem Cameralis Iudicii, & expeditionem contra Gallos. 60) In iisdem Comitiis Imp. Ludouicum Sfortiam, quem iamdum accepta magnæ pecuniæ summa, die S. Catharinæ 1494. de Mediolanensi Ducatu inuestiuerat, 61) d. V. Aprilis 1495. denuo inuestiuit, in eandemque inuestituram Electores, licet ad Ludouici personam saltim consenserunt, 62) idemque dum Io. Galeacius fuisset præteritus, die VIII. Octobris 1494. defendebat. 63) Licet Ludouicus Sfortias hæc diplomata ante Caroli in Italiam aduentum exequi non auderet. 64) Eberhardus quoque Barbatus ex Comite Würtenbergæ & Teccæ, Dux creatur. 65) Geldriæ etiam causſa in his Comitiis proponebatur, maxime

60) ROO *c. l.* TRITHEMIVS *ad a.* 1495. Extat inter Recessus Imperii *die Koenigliche Satzung zu Worms von dem gemeinen Pfennig*, quam etiam DATTIVS *lib. III. c. V. n.* 13. exhibet, eiusdemque summam n. 6. hoc modo exponit: *nemo cuius dignitatis aut fortis fuerit, immunis aut exfors haberetur: Principes ratione redituum ad prædictam expeditionem liberaliter contribuerent; omnes Præsules, Comites, Barones, Nobiles, Ciuitates ex singulis millibus florenorum, omnem armatum equitem, vel duos pedites per annum contra Turcas militaturos alerent: Cæteris ex bonis non Censualibus e 25. floreuis vnum tribuerent, decimumque nummum pendere tenerentur, vt & Ciues ditiores. Opifices autem minorum facultatum, ad minimum quartam floreni Rhenani partem soluerent; Operarii diurna stipe victitantes octodecim nummos per annum contribuerent: Serui denique & Serua de vnoquoque florino mercedis sux, duos numinos persoluerent. Quoad ecclesiasticos ita decretum est. Archiepiscopi & Episcopi iuxta modum censuum & redituum conferrent: Capitula vero omnium ac imprimis Cathedralium Ecclesiarum Collectionum quoque ita instituant, vti etiam Canonici, Abbates, Abbatissæ, Præpositi, Præsulati e bonis Censualibus contribuant: hæc omnia permittente Pontifice, ac contra Turcas barbaros Indulgentias adiicientes.* Extant Acta apud MVLLERVM *II. Vorst. c.* XLII. *&c. XLIII.* Acta inseruntur, qua ratione Communis iste denarius in terris Saxonicis fuerit indictus. FVGGER *lib. VI. c. I. n.* 7. IAC. VNRESTVS Chron. Austr. p. 793. *zu derselben Zeit schrib König Maximilian einen Tag aus gen Worms an nasser Frawen Tag zu Liechtmes und erfordert all Fürsten des Reichs da zuerunemen, wie man den Türcken Widerstand tet, das die Kriechenhait nicht als sverlich von in gewinnt vnnd, und unter anndern berachte der gemain Pheanig yederman, edl und unedl, geistlich und weltlich, also vber das hiet an liegenden und varinden Gnet, das tawsent oder darueber vwert vber ain fl. uad daruber, vwas in sein Gewissen ermahend. Wer aber hat funffhundert fl. vwert, sol IIII fl gebn, und all, die zu XV larn alt vwern, X pf. Das solt ain yeder Pfarrer in seiner Pfarr mit zwvan frumen Mauen abnemen, und antvvurtn noch Gesthafft und Ordnung des Kaniys Maximilian.* Licet magnam Imp. argenti summam fuisse promittam, PONTANVS velit, dum *Hist. Gelr. lib. XI. p.* 605. dicat: *siorsim cum Imperii principibus iisdem in Comitiis pactum Cæsar iniit, de ingenti pecuniæ summa per Imperium vniuersum conficienda, qua reprimi, cum opus esset, atque in ordinem quam citissime redigi posset, quicunque Cæsarea eius Maiestati immorigeri haberi ac refractari nosceretur.* Qua ratione nobilitas immediata se communi denario subducere fuerit conata, late narrat LINTVRIVS *ad a.* 1495. & CASPAR A LERCH von *des Adels herkommen* 2. *Grundsatz f.* 153. DATT *lib. III. c. VI.*

61) Verba sunt PONTI HEVTERI *lib. V. c. IV. p.* 126. PONTANVS *hist. Geldr. lib. XI. p.* 684. *ibi Ludouicus Sfortia accepto Diplomate Dux Mediolanensis a Cæsare renunciatur.* MVTIVS *lib. XXX. p.* 307. Pactum hoc iamdum fuisse, dum Cæsar Blancam Mariam nuberet, ex IOSEPHI RIPAMONTII *Historia Mediolanensi lib. VI. p.* 654 discimus, dum ait: *tractio in partes Gallo, Ludouicus ad maiorem aliam curam adiecit animum, vt Maximiliani Cæsaris auctoritate Mediolani Dux appellaretur, Erasmumque Scribam suum intimum in id legauit. Quo facilius impetraret a Cæsare id quod volebat, Blancam Mariam fratris sui sobam in matrimonium ei offert. Accepta conditione & inito Cæsarem inter & Sfortiam fœdere, Ludouicus Mediolani Dux appellatur.* Factum autem hoc per Cæsaris legatos, narrat. Idem confirmat IO. MARIANA *rer. Hispan. lib. XXVI. c. IV.* MVLLERVS *II. Vorst. c. XIII. §. XVII.* Extat Diploma Inuestituræ de Ducatu Mediolanensi in RECVEIL DES TRAITTES DE PAIX *Tom. I. p.* 791. & apud du MONT *Tom. III. p. II. p.* 333. *Actum & scriptum in Ciuitate nostra Antverpiensi die Catharinæ virginis, anno* 1495. NAVCLERVS vol. II. Gen. I. p. 1114. *eodem fere tempore* (1495.) *idem serenissimus ac inuictissimus rex Maximilianus, defuncto Iohanne Maria vicecomite & Mediolan. principe, per legatos ad hoc missos Ludouicum Mariam Sphorciam Mediolanens. præfecit ducem.* Hinc publica Latina & solennis declaratio in Comitiis facta fuisse videtur.

62) MVLLER *c. l. §. XXXII. XXXIII.*

63) Extat diploma Iustificatorium *c. l. §. XIX.* De alio diplomate narrat IOVIVS in fauorem huius Ludouici filiorum naturalium, dum *in Narrat. Hered. Mediol. p.* 100. sic scribit: *Sed horum solemne exemplar non comparuit, suppe ssum vique si extitit, quod non affirmauerim, a Ludouico, domum a Maximiliano Francisque liberis: at mox extinctio Francisco in manus Cæsareanorum a Maximiliano Stampa arcis custode ex Sfiriitis Sfortianis traditum, quamquam is vi nonnulli Sfortiano nomini fauentes prædicant, exempli copiam Ioanni Pauli Ludouici ex concubina filio, benigne, sed occulte fecisse dicatur. Hoc vero Diploma* IMHOFF *Hist. Italiæ Genealog. p.* 242. habet pro supposititio.

64) FRANC. BELCARIVS lib. V. Rer. Gall. p. 136. *Ludouicus diplomata a Maximiliano obtinuerat, quibus Ducatu Mediolanensi ob non præstita obsequia, iuraque Germanici Imperii non exolutæ Imperatori (vi præferebatur) commisso donabatur, & ducum Mediolanensium priuilegia eiusdem Maximiliani auctoritate confirmata paulo ante Galeacii mortem receperat: quod Carolo nondum ad Italiam appulso exequi non audebat.* Hæc singula vberius enarrat MVLLERVS *Staats-Cabinet VI. Erafnung cap. II.* id quod Maximiliano *II. Vorst. c. XIII.* iterum inseruit.

65) TRITHEMIVS Chr. Hirsaug. ad a. 1495. *Deinde XXI. mensis Iulii, anno prænotato, Maximilianus Rex, proprio, vt ferebatur, motu ad nullius iustantiam, Eberhardum Seniorem barbatum Comitem de Wurtemberg, Virum sciens prudentem, strenuum, & non minus armis, quam rebus atque diuitiis potentem, in publica Principum confessione de Comitum Numero in Ducem sublimauit, adhibitis in eo negotio solemnitatibus debitis & consuetis. Ex eo tempore Duces in Wirtenberg ex Comitibus sæli Duces glorioso perseuerant vsque in præsentem diem.* Plenius vero hæc describit IO. LINTVRIVS in appendice ad Werneri Rolewinckii sæculorum tomporum *p.* 107. dicens: *in dieta Wormatiensi, Comes Wurtebergensis, Eberhardus, in Ducem promotus est, quod sic factum fuit: Venit Comes Eberhardus*

xime, dum eundem Ducatum Gallis concedere vellet Carolus, qui etiam missis legatis causſam ſuam defendere ſuit conatus. 66) Facta in iisdem Comitiis ſuit Conſtitutio contra Blaſphemos, & Reformatio Iudicii Weſtphalici. 67) In iisdem quoque Elector Moguntinus, Treuirenſis, Colonienſis, Philippus Palatinus, Fridericus Saxo, ſuo & fratris Ioannis nomine, Albertus Dux Saxoniæ, Ioannes El. Brandenburgicus & frater ipſius Fridericus Marchio, Salisburgenſis Archiepiſcopus atque plures alii Principes ſolenni ritu fuerint inueſtiti. 68) In iisdem quoque Maximilianus cum Claudio de Barre equite, Germanos prouocante, fuit congreſſus, atque in omnium principum conſpectu ſtupendum, ſed fortitudinis

hardus Wormatiam, cum multis Clientibus & ſpecialiter cum nouem Comitibus, & 37. Nobilibus, & Doctoribus, & multis equis. Ideo in die Martis poſt Diuiſionis Apoſtolorum, venit ille Eberhardus, & duxitur a duobus Landgrauiis Haſſie, duobus Wilhelmis, a dextra, & a Rudolpho, Principe de Anhald, ex ſiniſtra parte, qui ante Nobiliſſimum Regem Romanorum in pedes ceciderunt. Sic Rex Ille Comitem ex ordine Comitum poſuit, & fecit illum Ducem, & primo Pallium Ducale, deinde Pileum Ducalem, tertio Gladium Ducalem, & Arma, & Titulum Ducis dedit. Ibi primo HeilFriz Zolrenſis, & Hans a Werdenberg, & Craft ab Hohenloh, petierunt Regalia a Rege Romanorum. Tum deinde ſellam Cæſaris, cum nigro & fuluo vexillo, circum equitari iuſſit; & ipſe, cum quinque vexillis, cum ducentis equis, deinde poſtuenit. Fuerunt autem quinque Vexilla, unum Wirtenbergenſis Ducatus, quod portauit Simon Wencker, Comes in Zwybruch & Bitſch, ſecundum fuit Ducatus, Teck, quod portauit Comes Wolffes a Fürſtenberg, tertium fuit Comitatus Montpelgardici, quod portauit Simon, Dominus in Falkenſtein: quartum fuluum vexillum, cum nigra Aquila, quod fuit Imperii Sturm Vexillum, quod portauit Bernhardus Comes in Oberſtein; quintum fuit totum rubeum, quod eſt Sanguineum Vexillum, & ſignificat Regalia, quod portauit Stephanus, Baro de Gundelfingen. Sic fuit ille inthronizatus, & datus, a Rege Romanorum. Ipſum Diploma ſub dato VVormbs, *an eiu. und zwanzigſten Tag des Monats Iulii, nach Chriſti Geburt, vierzehenhundert und in dem ſiebenden und neunzigſten Jahr* exhibet HORTLEDER *Tomo I. lib. III. c. I. p.* 809. & ex eo LIMNAEVS *lib. V. c. XVI.* du MONT *Tom. III. p. II. p.* 325. in quo hoc ſingulare, quod extincta familia VVurtenbergica, aliis non deleat conferri Ducatus, verum inter Imperii dominia referri: *ſoll bleiben bey Reamiſchen Keyſern und Kœnigen, und bey den H. R. Reich, ewiglich, und alſo in Mehrung des Reichs Widdumb Gut der Cammer incorporirt und einverleibt ſyn.* MVTIVS *lib. XXX. p.* 626. NAVCLERVS *c. I.* B. HERTZOG *Chron. Alſat. lib. II. f.* 157. P. LANGIVS *Chron. Citic. p.* 887. M. BELLAIVS *Comm. Gall. lib. V. f.* 152. FVGGER *lib. VI. c. I. n.* 7. DATT *lib. III. c. XII. n.* 77. *ſeq.* MVLLER *II. Vorſt. c. LXII.*

66) Patet hoc ex PONTANI *II ſt. Gelr. lib. XI. p.* 695. dum ait: *ad Comitia autem, de quibus dicimus, Wormacienſia veniſſe iſto tempore a Gelris moſos viros tam ſæculares quam ſpirituales, ex apologia Duris, quæ poſtea in ſcriptis ad animum MDXIX. ſatis conſtat.* Sic etiam ex dicta Apologia idem PONTANVS p. 685. *miſſe eum viros tam ſæculares quam eccleſiaſticos ad Imperii comitia, quæ Vormatiæ celebrata anno Chriſti milleſimo ſexto quadringenteſimum nonageſimo quinto, atque ibi coram Electoribus ac ciuitatibus Imperii proteſtatum, ſe per omnia obſequi Cæſareæ Maieſtati, nihilque non agere paratum, quæ agere ipſum, vt Imperii principem, oporteret, modo paterna ibi hæredia ac ditiones relinquerentur, iisque a Cæſare perficeretur. Sed & iſta cum feſtina agerentur, declarauiſſe, ſe permittere cauſam ſuam agi apud Electores ac principes Imperii, neutri partis addictos, vt vel amice per eos vel iure decideretur. Sed & id locum habere nequiuiſſe, nec ceſſaſſe interea eos vi & armis ditiones ipſius impetere: quod nimirum ſtatutum ſixumque Cæſari eſſet Gelriæ Ducatum domui Burgundiæ per fas neſſaque, vtpote eidem adeo oportunum commodumque, adnectere. Et hinc poſtremo ſumma coactum cum neceſſitate opem auxiliumque amicorum & in his præcipue Gallorum Regis implorare, & fœdus cum eodem iceire: idque haudquaquam in præiudicium ac detrimentum Sacri Romani Imperii, ſed animo defendendi, quæ ad ipſum ſpectarent, bona poſſeſſionesque auitas paternasque. Nec cogitaſſe vnquam de Ducatu Gelriæ cæterisque ditionibus ſuis in Gallum transferendis, quod tamen pia memoria Imperator Maximilianus perſuadere Electoribus haud ſimul voluit, ve eos nimirum in ipſum concitaret.* Hoc autem Maximilianum in Comitiis VVormatienſibus propoſuiſſe, teſtantur Acta VVormatienſia §. *V. ſin.* & apud MVLLERVM *II. Vorſt. c. II.* tali ratione: *zum andern ſey offenbahr, wie ſich herr Carle von Egmont, der ſich nennet Hertzog zu Gelder von ihre Pflicht, Eyd, und Verſchreibung des Hertzogthums von Gelder, das ſeiner Majeſtat, on mittel zugehœrig, und durch ſein Vorfahren, Hertzogen zu Burgundi, mit merckliehen darlegen erworben ſey, unbilliger Weiß unterzogen, in ſolchen Gewalt gebracht und angenommen, und ſein Majeſtat dardurch bewegct, daß ſy ſich in ire Hinabziehen, des vergangenen Sommers zur Gegenwehr geſchickt, in das Veld mit Hœres-Crafft gelegert, und ſolch Hertzogthumb wieder zu erlangen underſtanden. Als aber nach viel gehter Handlung ſolcher Sach halben ain friedlicher Anſtand gemacht, und zu Hinligung der Sachen gearbeit: Sey ain Vertrag mit beiderſeits wiſſen und Willen, vmb die Irrung auf die Sechs Churfurſten zu rechtlichen Austrag beteidigt, darinnen vnder andern begriffen, das vber Stet, die Nahmhafften in den Land zu Gelder, meinem gnadigſten Herrn von Celen, biß zu vollendung verſelter Rechtfertigung eingeantwurt werden ſolten in beſtonder Zeit. Dem hat aber der gedacht Carl von Egmont kein Volg gethan, und dardurch ſeine kan. Gnaden zu verrern Emnehmen genetzicht. Darinn ſein Majeſtat durch ſeine verordnete Hanpt Leute tœglichs in ernſtlicher Wonne und Handlung ſtünd. Aus nachfolgender hervorgelicher Betrachtung: den unverbergen am tag leg, wie der genande Herr Carle von Egmont in dieſem Handl einem Zuſchnb des Kunigs von Franckreich und mit demſelben in beſondere Verſtendnuſs auch in der Cron Frankreich verpflicht, beſtelder und gefrundt; Solt nun das Land Gelder und Zutphen dat als kundig dem Hauſs Burgundi von Recht und Billigkeit zugehœrig, undervorpflicht, auch nicht geringſchetzig, ſunder an Schloſſen, Stadten, Beſtelgungen vier Schiffreichen Waffern, Leuten und Gutern mechtig iſt; durch den gedachten von Egmont an den Kun. von Franckreich gewend, und ihm eingegeben werden, vnurd dem Heyl. Reich teutſcher Nation, den Churfurſten des Reichs und anderer merckliehen Unrat daraus erwachſen, davon ſein kan. Majeſtat, in Betrachtung ſolchs Handels, daran viel gelegen ſey, ſich zu Gegenwehr geſchickt: Und den Tag auf Purificationis Mariæ nit hab verſtellen mugen.* Adde MVLLERVM *II. Vorſt. c. XLIX.*

67) Extant iſtæ in Corpore Receſſuum & apud GOLDASTVM *Conſtit. Tomo II. p.* 112. MVLLERVM *II. Vorſt. c. XLVI. XLVII.*

68) TRITHEMIVS ad a. 1495. *XIV. die menſis Iulii, Maximilianus Rex ornamentis regalibus ex more indutus, & ſedens in ſolio Maieſtatis loco emi-*

dinis fuæ non leue argumentum ac ſpectaculum exhibuit. 69) Durauit autem Principum hæc congregatio quaſi menſibus quinque. 70)

§. VI. Circa Comitiorum initia, menſe Aprili 1495. Venetiis, quo omnium legati pridem conuenerant, ictum eſt fœdus inter Pontificem, Cæſarem, Hiſpanum, Venetos ac Mediolanenſem, id ne antea fieret, in cauſſa fuerat Caroli celeritas, & quod Philippus Cominæus illius legatus, ſeorſum cum Venetis per eos dies, multa agitaret. 71) Idque tanto magis, quod Gallorum Rex Carolus VIII. Imperialem dignitatem adſectare dicebatur. 72) In illud vero Rex Neapolitanus recipi enixe petebat. 73) Fœderi prætendebatur communis omnium defenſio, ſed occultius conſilium erat, Aragonios iuuare, reliquos Italiæ regulos in fœdus adſciſcere, Cæſari ac Hiſpanorum regi, ad bellum in Galliam mouendum, pecuniam decernere, vt Carolus ad ſua defendenda reuocatus, Italia excederet. 74) Carolus autem in patriam redire ſtatuit. Neapoli igitur relicta, Roma per Etruriam ducens, Senas & Piſas, quæ ex Caroli conceſſione ſe Florentinis ſubtraxerant, 75) interuiſit, inde ad Tarrum amnem progreſſus, ad Forum Nouum Parmenſis Ducatus, 76) obuiam habuit confœderatorum copias, duce Franciſco, Mantuæ Marchione, cum quibus d. VI. Iulii 1495. prœlium fuit factum, in quo primum ſuperiores erant Itali, dum vero ad præ-

nentiori ad hoc fabricato ex tabulato ligneo, in ea planitie vrbis, per quam de S. Martino itur ad Carmelitas in ſuburbanum, circumdantibus imprimis Principibus Electorii ordinis ac poſtea quibusdam aliis, in multa Principum, nobilium & populi frequentia, quibusdam nouellis Principibus regalia ſeu feudalia ex antiqua conſuetudine poſtulantibus conceſſit. Ritum Inueſtituræ deſcribit HERTZOG *Elſaſſiſcher Chronic. p.* 152. MVLLER *II. Vorſt. c. LVI. LVII. LVIII. LIX. LX. LXI. LXIII. LXIV.*

69) CVSPINIANVS *p.* 488. & latius FVGGER *lib. VI. c. XX. n.* 10. MVLLER *II. Vorſt. c. LXXIII.*

70) TRITHEMIVS *Chr. Hirſang. ad a.* 1495. LINTVRIVS *c. l.* Maximilianum ait cum Imperii Principibus ad Feſtum vsque Iacobi conſilia habuiſſe in ciuitate VVorms, P. LANGIVS vero in *Chron. Cir.* duraſſe dicit prædictam diætam per biennium. Verum, ex Actis VVormatienſibus DATTIVS *lib. IV. c. II. n.* 46. probe demonſtrauit, propoſitionem fuiſſe factam die Iouis poſt Oculi, finem Comitiorum in ſeptimum diem menſis Auguſti 1495. incidiſſe, quo ſignatus fuit Receſſus. Integrum vero horum Comitiorum Receſſum vna cum Actis denuo edidit DATTIVS *lib. V. c. VII.*

71) Hoc ipſe innuit PHIL. COMINÆVS *Mem. lib. VII. c. VI. & XV.* Separatim etiam extant Orationes Galliæ legatorum ad Italiæ Status habitæ, ſub titulo: *Legatio Gallicana, Hanouiæ* 1613. 4. & apud GOLDASTVM *Polit. Imp. p. XX. p.* 853. De fœdere vero agunt Acta VVormatienſia §. XXII. *deshalben vnſer heiliger Vatter der Pabſt, die Roemiſch Kuniglich Mayeſtat, der Kung von Hiſpanien, der Hertzog von Mayland, und die Herrſchafft von Venedig ſich einer Hilffgegeneinander verainiget, vertragen, und zuſamen verbunden: auch etlich Comminen in waliſchen Landen in dieſelben Bundnus begert.* COMINAEVS de bell. Neap. lib. II. fin. *nondum illi perficerant actionem & Maximiliani Cæſaris legati, quod moram iſtam grauiter ferrent, ambitionem parabant. Mediolani Dux etiam, quum ex conditionibus vnam diu recuſaſſet, permiſit tamen ſuis, vt aſſentirentur. Eo facto decreta fuit confœderatio.* GVICCIARDINVS *lib. II.* 10. MARIANA *lib. XXVI. c. IX.* DATT *lib. III. c. IV. n.* 3. *ſeq.* VNRESTI *Chron. Auſtr. p.* 798. Ipſum fœdus extat apud MVLLERVM *Maximiliano II. Vorſt. c. XIV. §. XVI.*

72) COMINAEVS de b. Neap. lib. II. p. 141. *Hiſpaniarum quoque Rex Ferdinandus, propter Siciliam & Sardiniam, quas teneret, non parum ſibi metuebat. Maximilianus autem Cæſar indigne etiam ferebat, & in eo ſuo imperio minus honeſtum ſibi putabat, tantos eſſe noſtrorum hominum ſucceſſus per Italiam, cumque dolorem augebat, quod nonnulli dicerent Regem affectare Imperium Romanum, & Pontificem, vt id ſibi pace ipſius liceret, interpellaſſe, verum iſtud erat confictum & callide excogitatum. Itaque legationem ambo Reges decreuerunt ad Venetos. Eius, quam Maximilianus mittebat, Princeps erat Epiſcopus Tridentinus: cum eo veniebant, ex nobilitate duo, & quidam iure conſultus. Hiſ aniæ Rex nobilem quendam miſit, egregium virum, amplo cum comitatu, iis magnum deferebat honorem ſenatus, omnemque ſumptum ſubminiſtrabat. A Mediolani Duce veniebant, Epiſcopus Comenſis, & Franciſcus Bernardinus, Vice Comes. Hi omnes noctuno tempore occulte conueniebant, & initio per ſcribas rem tractabant. Nam & Veneti imprimis & Mediolani Dux, cum de fœdere adhuc dubitarent, timidius agebant, & ne quid ad Regem efferetur, valde erant ſolliciti.* FRANC. BELCARIVS lib. VI. p. 159. *Pridie Idus Maius Poggium Regale receſſit: inde clamydem Imperatoriam indutus, ac Carolus Cæſar Auguſtus ſalutatus conceſſo quo progreſſus dextra rotundum pomum, orbis ſymbolum, ſiue notam ſiuiſtra ſceptrum tenens, Gallica Neapolitanaque nobilitate comitante, vrbem, fauſtis acclamationibus vndique perſonantibus, velut Orientis Imperator ingreſſus eſt, ac conuiuiis, equeſtribus ſpectaculis, aliisque id genus oblectamentis operam dedit, quod Gallica leuitati, inuenilique ambitioni Itali tribuerunt: etenim & Maximilianum recenti amulatione grauiter accendit, & tantis periculis imminentibus non vana ſpectacula, ſed res ſerias curare debuit.* Immo, vtrumque Imperium Carolo VIII. fuerat prædictum, *de quo* IOVIVS *Hiſtor. lib. I. p.* 11. *Perſuaſerat quoque in vulgus hominum ex antiquis quorundam fatum carminibus celebris fama, Carolo Gallorum regi maximum totius orbis imperium portendi, illumque eſſe eius nominis octauum, cui Mathematicorum teſtimonio fatum foret, occidentis ſimul atque orientis imperio potiri. Nec deerant, qui nobiliſſimum quondam Græcorum imperium, quod Mahometes Ottomannus, Byzantio capto & caſo Conſtantino Græcorum Imperatore, non multis antea annis occupauerat, ad Gallos pertinere, iactarent.*

73) Hoc ex Actis Comitialibus §. *XV.* declarat DATT *lib. III. c. V. n.* 4.

74) Verba ſunt GERH. a ROO *lib. XI. p.* 531. FVGGER *lib. VI. c. I. n.* 6. FRANC. BELCARIVS lib. VI. p. 158. *intellecta ſoederatorum aduerſum ſe conſpiratione Carolus anxius (neque enim tot, tantasque principes antea ſimul coiiſſe quisquam recordabatur, prudentiſſimos quosque e ſuis ducibus in conſilium adhibuit. Illi ſtatim antequam ſoederatorum vires vna coirent, in Galliam redeundum cenſuerunt.* MVLLER *II. Vorſt. c. XVI.*

75) Hoc narrat COMINES *lib. VII. c. VII. & lib. VIII. c. III.* IO. MARIANA *lib. XXVI. c. IX.*

76) GERH. a ROO *lib. XI. p.* 531. qui hoc ſaltim prælium vocat ad Tarrum amnem. FVGGER *lib. VI. c. I. n.* 8. Plenius vero de hoc prœlio agit PHIL. de COMINES *lib. VIII. c. VI.* qui ipſe præ-

prædam præcociter aduolarent, 77) Galli proelii ad Guinegaſtum memores, 78) eos adorti, tandem victoriæ palmam reportarent, licet illis adhuc facta fuerit dubia. 79) A Maximiliano miſſus huic prœlio interfuit Fridericus Capellius, mille equites ac bis mille pedites Germanos ducens. 80) Carolus tandem pace cum Ludouico Sforzia d. X. Octobris 1495. facta, 81) ſub finem Octobris, deductis ſuis, in Galliam rediit. 82) Piſani etiam a. 1496. Pontificis, Cæſaris, Venetorumque & Mediolanenſis ſimul opem implorabant, a quibus omnibus benigne auditi, beneque ſperare iuſſi ſunt, & Maximilianus, miſſo diplomate, libertatem illis confirmauit: quam vti defenderent, Alexander Pontifex literis ſuis cohortatus eſt. Vicinæ quoque ciuitates Florentinorum, pars odio, aliæ & metu, ac reliqui Italiæ reguli, quibus illorum cum Gallis coniunctio moleſta erat, ſua Piſanis ſtudia oſtendebant. Inprimis vero Mediolani Princeps, & Veneti non promiſſis tantum & conſiliis, ſed re ipſa iuuabant. Sed cum ille ad rem attentior parcius, hi vero liberalius tribuerent, Piſani ſuæ ciuitatis patrocinium Venetis obtulerunt, non refragante Ludouico, ſed adhortante potius, vt plures in ea re ſumptus non faceret, Venetosque ac Florentinos inter ſe committeret. Hoc rerum Statu, Florentini aſſiduis nunciis Carolum, vti in Italiam rediret, extimulabant, quod & aliis de cauſis facere ipſe cogitabat, iamque magnos belli apparatus fieri rumor ferebatur. Territus igitur Ludouicus, quod non ſatis ex fide pacem ſe cum rege feciſſe, idque minime ipſum latere nouerat, ſi in Italiam is rediret, proximum ſe periculo ac iniuriis oportunum videns: fidos ex ſuis homines ad Cæſarem mittit, qui eum magnis promiſſis euocarent. Apud Venetos quoque effecit, vti & ipſi adventum illius vrgerent, conſtituto ad vicena aureûm nummûm millia ſtipendio menſtruo, cui ſummæ altera tricena adiici volebat Cæſar, idque in tres menſes. Id cum Venetis nimium videretur, Sforzia de ſuo numeraturum ſe recepit, cumque illum per id tempus ad Atheſim in Tirolenſi agro eſſe accepiſſet, præmiſſis nunciis Malzium, ſub ipſis alpibus pagum, euocauit, vnde ſub venationis ſpecie adeuntem Bormium vsque profequutus, de expeditione in Italiam, deque tempore & ratione tranſeundi cum ipſo conſtituit. 83)

§. VII.

prœlio interfuit, idemque vocat *la iournée du combat de Fornoüe &* diem definit VI. Iulii 1495 MVLLER p. 472.

77) PHIL. de COMINES lib. VIII. c. VI. p. 521. *Leurs Eſtradiots, qui eſtoient à leur queüe, virent fuir mulets & coffres, vers noſtre Auantgarde, & que leurs compagnons gagnoient tout; Ils allerent celle part, ſans ſuivre leurs Hommes-d'armes, qui ne ſe trouverent point accompagnez: mais ſans doute, ſi mille cinq cens Chevaux legers ſe fuſſent meslez parmy nous avec leurs Cimeterres au poing (qui ſont terribles eſpées) veu le petit nombre que nous eſtions, nous eſtions desconfets ſans remede. Dieu nous donna cette aide, & tout auſſi-toſt comme les coups de Lance furent paſſez, les Italiens ſe mirent tous à la fuite.*

78) PHIL. de COMINES c. I. *Pluſieurs fois avoit eſté ecrit par aucuns de noſtres en combattant; ſouvenez-vous de Guynegate; C'eſtoit pour vne bataille perdüe du temps du Roy Louys onzieſme, en la Picardiè, contre le Roy des Romains, pour ſoy eſtre mis a piller le bagage; mais il n'y eut rien pris ne pille.* GVICCIARDINVS lib. II. p. 72. *eos magno furore ad flumen vsque Galli, paſſim eos ſternentes, captiuum nullam facientes, ſunt inſecuti, illud modo crebro inclamantes: redeat vobis in mentem, Commilitones, Guinequaſtium. Eſt autem Guinequaſtium in Morinis, quorum hodie regio Picardia vocatur, prope Taruannam locus, vbi poſtremis Aloiſii vndecim annis, Gallorum copiæ in pugna cum Maximiliano Rege Rom. commiſſa, iam propemodum victrices, prædandi ſtudio perturbatæ, ſeſe fugataque ſunt.*

79) GVICCIARDINVS lib. II. p. 73. *Victoriam ſiquæ diei gloriam vtrique ad ſe pertrahere conati ſunt, Itali, quod eorum caſtra atque impedimenta intacta atque integra fuere, cum Galli bonam partem, & in his Regis ipſius tentoria amiſiſſent, gloriabantur præterea, ſe hoſtes debellaturos fuiſſe, niſi pars ipſorum ad pugnandum deſtinata, prædæ cupiditate a conflictu, quod quidem verum eſſe haud abnuebant Galli, abſtinuiſſet. Nihilominus tamen omnium fere mortalium conſenſus palmam Gallis adiudicauit, tum ex eorum qui in ea pugna ceciderè, numero tanto minore, quam in parte aduerſa, tum quod hoſtem trans flumen profligauerunt, tum quod ipſis expeditum vlterius progrediendi iter, de quo erat contentio, & propter quod in certamen erat ventum, remanſit.*

80) GERH. a ROO lib. XI. p. 531. PHIL. COMINAEVS lib. VIII. c. VI. *interim venerant Germani pedites, ad duo millia & equites circiter mille, quos Maximilianus Cæſar auxilio mittebat, eisque Fridericum Capelarium præfecerat.* FRANC. BELCARIVS lib. VI. Rer. Gallic. p. 162. *Res Mediolanenſis auctа ſuperior videbatur, nam & Germani mille equites ductore Federico Capellari Ferctum peditum duo millia acceſſerant.* Rationem minoris numeri reddit FRANCISCVS GVICCIARDINVS lib. II. Hiſt. Ital. p. 65. ſcribens: *Stipendiorum parvitate factum erat, vt pauciſſimi Germanorum militum veniſſent.*

81) Extant tabulæ Pacis apud MVLLERVM *II. Vorſt. c. LXXVI. §. XX.*

82) ROO *lib. XI. p.* 532. FVGGER *c. I.* qui etiam hoc bello morbum Neapolitanum ſiue Gallicum notum factum eſſe teſtatur, ex nouo orbe equidem aduectum, ad Gallos & Italos ob nimiam illorum libidinem translatum. PHIL. de COMINES *lib. VIII. c. XI.* TRITHEMIVS *Chr. Hirſaug. ad a.* 1496. VBERTVS FOLIETA *Hiſt. Genuenſ lib. XII. p.* 278. BELCARIVS *Rer. Gallic. lib. VII. p.* 189. MARIANA *Rer. Hiſpan. lib. XXVI. c. X.* REVSNER *Hiſt. Frundsberg lib. I. p.* 2. GVICCIARDINVS *lib. IV. excunte.* GABR. FALLOPIVS *de morbo Gallico cap. I.* PONTANVS *hiſt. Gelr. libr. XI. p.* 607. ACHILLES PIRMINIVS GASSARVS *Annal. Augſtburg. p.* 1720. de eodem morbo ſic ſcribit: *porro puſtulas & ſcabiem eam hodie morbum gallicum vocamus, qui ſuperiore anno, dum Ludwichus XI. Gallorum rex, Neapolim contra Ferdinandum II. regem ibidem debellaret, in caſtris ab Elephantici Hyſpani cum menſtruoſa meretrice concubitu ortum ſumpſit. Licet alii ſonticum cum morbum per contagionem in caſtra ea per Hyſpanicum militem ex noua terra allatum fuiſſe doceant.*

83) Verba ſunt GERHARDI a ROO *lib. XI. p.* 533. P. HEVTERVS *lib. V. c. V.* qui etiam addit: *nactus erat Cæſar apud Italos, ob res ſortiter*

§. VII. Inter hæc, Oeniponti in palatio suo diem obiit Sigismundus Archi-Dux, Friderici Senioris Austriaci, dicti *mit der leeren Taschen* filius, pridie Nonas Martii 1496. Hæredem iste reliquit Maximilianum Cæsarem, patruelis filium. 84) Rebus in Tirolensi ditione constitutis, Cæsar cum parte copiarum in Italiam profectus; partim Romanæ coronationis caussa, partim etiam, vt Gallis se opponeret 85) in itinere, haud procul Mediolano, de Ferdinandi regis Neapolitani obitu nuncium accepit. Is enim, cum iam retro laborantibus Germanorum rebus, omnia prope recuperassset, subito quodam morbo correptus, nondum exacto ab Alfonsi patris morte anno, decessit. Qui, quod filios non haberet, Cæsar de regno illo ad generum suum, Ioannem, Ferdinandi Hispani filium transferendo, cogitare cœpit, sed Ludouicus Sfortias eam rem disuadebat, vti incommodam, & per quam disiuncta societate, Gallorum potentia in Italia vires acquireret. Igitur mutato consilio. Cæsar Friderico regis mortui patruo, successionem regni diplomate comprobauit. 86) Post varia consilia, Cæsar collectis copiis, Liburnum expugnare statuit, maritimum Florentinorum oppidum, ingenio loci, & opere munitum. Cum vero, exorta per eos dies tempestate, triremes, quæ ad portum erant, affligerentur: & Germani milites, quibus tentoria deerant, frigus durare non possent; Cæsar aduersa diuûm atque hominum voluntate, bellum facere negans, Pisas rediit, & quod Germaniæ res ipsius præsentiam postularent, per agrum Mediolanensem in Tirolum abiit. 87)

§. VIII. Dum autem expediendis Imperii negotiis, quæ Wormatiæ relicta erant, anno sequenti 1496. conuentum Comitialem in diem purificationis Mariæ Francofurtum Imp. indixisset, ob diuersa impedimenta, hæc Comitia in II. Augusti 1496. Lindauiam fuerunt translata, 88) quo tamen Imperator, agens adhuc in Italia, non venit, sed per Philippum filium suum, litteras ad Status misit, quibus expeditionis Italicæ Statum exponit, atque communis denarii exactionem secundum decretum Wormatiense postulat. 89) Dum vero pauciores Status Lindauiæ comparuissent, isti per litteras respondent, se sine reliquorum consensu nihil valuisse decernere, petentes, vt noua in alium locum eundemque commodiorem, Comitia indiceret Imperator. 90) Dum vero iste Legatos suos Lindauiam mitteret, & plures ibidem Status comparerent, tandem per Recessum Lindauiense, die Iouis post Dominicam Esto Mihi a. 1497. fuit decretum, vt in Dominicam Lætare a. 1497. communem Denarium omnes Status conferrent, collata etiam pecunia, Imperatori, quod desiderabat auxilium, non nummis, sed conducto milite præstaretur. Ex communi tamen denario Cameralibus etiam personis salaria præstanda. Hæc vt eo certius executioni mandentur, Status Dominica Misericordias Domini denuo Wormatiam esse conuenturos. Ordinatio etiam Vestiaria & leges sumtuariæ huic Recessui fuerunt adiectæ. Hæc autem Comitia Lindauiensia, prout Recessus indicat, finita sunt Donnerstag nach Esto Mihi a. 1497. 91) Insecuta fuerunt Comitia Wormatiensia, quibus Cæsaris nomine præerant Iacobus Marchio Badensis, Iudex Cameræ, & Wolfgangus Comes Nassouius, Geldriæ præfectus 92) & finita ista fuerunt *Mittwoch nach Sanct Bartholomæus Abend* a. 1497. 93) In hisce Comitiis grauis Bertholdi Moguntini Oratio ad Status Imperii fuit habita, qua de corrupto Imperii statu agit, & qua ratione iste sit emendandus, consilia quærit. 94) Consilia etiam contra Ruthenos Liuoniam infestantes, in hisce Comitiis petebat Magister Ordinis Teutonici. 95) In iisdem quoque de soluendo communi de-

ac feliciter in Austria contra Hungaros, & apud Belgas contra Francos gestas, ingentem bellicæ virtutis opinionem, eiusque ductu facile Francos se Italia depulsuros, eorumque fautores in ordinem redacturos, & ex virtusque ruina limites se suos amplificaturos confidebant. Cæsar hac apud Italos immixtis fama, ingentia ab iis munera, veteraque Imperatoribus a Ciuitatibus conferri solita exspectabat tributa, annexamque a Romanorum Pontifice sperabat Imperii coronam. FVGGER *lib. VI. cap. I. n. 13.* CAMILLVS GHILINVS *de Maximiliani Cæsaris in Italiam aduentu.* MVLLER *III. Vorst. c. XXX. §. XXXII.*

84) ROO *lib. XI. pag. 534.* FVGGER *lib. VI, cap. I. n. 10.*

85) Patet hoc ex litteris Imp. ad Imperii Status Lindauiam scriptis, apud DATTIVM lib. III. c. VII. n. 1. *bewegt worden sein, uns gentzlich darnach zurichten, in aigner person, zu erlangung unser Kaiserlichen Cron, und dem Kunig von Franckreich wiederstand zu tun in Italia zu ziehen.*

86) ROO; FVGGER *cit. loc.* IO. MARIANA *lib. XXVI. c. XIV.*

87) ROO *p. 536.* FVGGER *c. l.* P. HEVTERVS *lib. V. c. V.* MICH. COCCINIVS *de bellis Italicis p. 277.* Facit huc CAMILLI GHILINI Commentariolus *de Maximiliani in Italiam aduentu*, in FREHERI *Tomo tertio.*

88) Hæc ex ipsis Actis demonstrat DATT *lib. III. c. II. n. 50.* MVLLER *III. Vorst. cap. I. II.* Litteræ conuocationis extant apud DATT *lib. III. c. VI. p. 544.* LVNIG *p. Gen. Cont. p. 163.*

89) Extant litteræ Imp. *Geben zu Calmia am Montag nach Bartholomei anno domini 1496.* apud DATTIVM *lib. III. c. VII. n. 1.* MVLLERVM *III. Vorst. c. VII.*

90) Extat declaratio Comitialis apud DATTIVM *n. 2.* MVLLERVM §. *IV.*

91) Integer Recessus Lindauiensis extat apud DATTIVM *lib. IV. c. VIII.* Singula Comitiorum Acta exhibet MVLLER *III. Vorst. cap. XXX.* qui etiam *c. l. & sqq.* singula horum Comitiorum Acta exhibet.

92) MVLLER *IV. Vorst. c. VIII.*

93) Extat iste apud DATTIVM *c. IX.* & *Ordnung des Cammergerichts* apud GOLDASTVM *Reichs-Satzungen pag. 209.* apud MVLLERVM *IV. Vorst. c. VIII.*

94) Extat ista apud WENCKERVM *Appar. Archiv. p. 70.* MVLLERVM *IV. Vorst. c. VI. §. VII.*

95) MVLLER *c. l. c. III.*

96) Sin-

ni denario, declaranda Pace Publica, & transferendo iudicio Camerali fuit actum. 96) Dum autem dictis Comitiis Imp. præsens interesse nequiret, Comitia iterum Friburgum Brisgoiæ fuerunt translata, quibus tamen Cæsaris nomine præfuerunt Adolphus Nassouius, Sürzelius Cancellarius & Hermannus de Sachsenheim. 97) Petebat in hisce Comitiis auxilia contra Gallos, Belgium, Grisones terras Austriacas inundantes, Gallorum prætensionibus in Ducatum Mediolanensem, Bello Turcico, prorogando fœdere Sueuico, componenda inter Noribergenses Burggrauios & vrbem Noribergam controuersia, Ordinatione Iudicii Cameralis, re monetaria & vestiaria aliisque ad politiam facientibus, communi denario, multa fuerunt decreta. 98) Mittebat ad hæc Comitia legatos Io. Albertus, Poloniarum Rex, auxilia contra Turcas petituros. 99) In iisdem quoque legatio ad Alexandrum VI. Papam nomine Imperii fuit decreta, qui auxilia peterent contra Turcas, atque vt variis Grauaminibus contra sedem Romanam medela adhiberetur. Licet ista Legatio ad effectum minime fuerit deducta. 100) In iisdem Ius repræsentandi nepotum in successione auita quoque fuit definitum. 1) Finita hæc Comitia fuerunt die Iouis post diem S. Aegidii a. 1498. 2) In iisdem Comitiis etiam Ordinationem fecit de vinis, quod falsiri non debeant, 3) & alius iterum Conuentus Wormatiam in diem Catharinæ a. 1498. fuit indictus, qui tamen effectu fuit destitutus. 4)

§. IX. Mortuo septimo Idus Aprilis 1498. Carolo VIII. Gallorum rege 5) Cæsar, collecto ex Heluetiis exercitu, in Burgundiæ Ducatum, filii sui maternam hæreditatem, quam Francici occupatam tenebant, contendit. Præerat Francorum nomine Burgundis Tremulius Dux, qui cum in vrbem Diuionensem se cum copiis includere esset coactus, Cæsari sine dubio cessisset, nisi pecunia corrupti Heluetii, subito stipendia ac missionem petiissent. Carolus quoque Egmondius a Francis concitatus, magnisque pollicitationibus, ad suscipiendum bellum inflammatus, contempta Septemuirûm Germaniæ sententia, Belgis e Geldria bellum infert. Quare facile Cæsar cum Rege Ludouico, id summopere expetente, mediante potissimum Friderico Saxoniæ Electore & Renato, Lotharingiæ Duce, 6) inducias aliquot mensium, dimissa exercitus maiori parte, facit. 7) Contra Egmondanum tamen bellum, instante Cæsare 8) continuabatur, & leuibus prœliis pugnabatur,

95) Singula hæc Acta reperiuntur apud MVLLERVM *IV. Vorst. c. I. ad VII.*

97) Prout patet ex propositione apud MVLLERVM *c. X.*

98) Summam horum Comitiorum refert TRITHEMIVS *ad a. 1498.* scribens: *eodem anno factus apud Friburgum in Brisgouia Conuentus Principum Maximiliani præcepto, duranit non paucis diebus, in quo multa pro communi Reipublicæ commodo & vtilitate fuerunt proposita, plura pertractata, nec pauca in diuersis negotiis conclusa, de bello videlicet in Turcos mouendo, de continuando iudicio Cameræ regalis ante triennium apud Wormatiam satis prouide instituto & vtcûlo de pace firma vbique seruanda in Regno, & de exercendo rebellibus puniendisque latronibus & violatoribus pacem. Alia quoque multa fuerunt satis vtiliter proposita, quæ vtinam fuissent & practicata.* Horum Comitiorum Acta vberius exposuit MVLLER *IV. Vorst. a cap. IX. ad LVII.*

99) Agit de hac legatione vberius MVLLER *c. I, c. XVIII.* In FREHERI tomo secundo reperitur Nicolai Rosenbergeri, legati Polonici Oratio ad Maximilianum & Principes Imperii in hoc conuentu habita. TRITHEMIVS *ad a. 1498.*

100) De hac legatione MVLLERVS *cap. XX.* De Grauaminibus vero GEORGI *cap. VII. §. I.*

1) MVLLER *cap. XXXIII.*

2) Extat Recessus Imperii apud DATTIVM *lib. V. c. X.* MVLLERVM *c. LV.*

3) Reperitur ista in Corpore Recessuum Imperii hoc titulo: *Römischer Königlicher Maieflet Ordnung und Satzung über die Wein; zu Freyburg in Brieggau anno 1497. aufgericht*, licet annus 1498. sit supponendus, & apud GOLDASTVM *Constit. Imper. Tom. II. p. 114.* FVGGER *lib. VI. c. II. n. 2.* Constitutionem vero istam emendatam exhibet DATTIVS *lib. III. c. XIV. n. 27.* qui etiam de eiusdem ratione erudite disserit MVLLER *c. XLII.*

4) DATI *lib. III I. cap. II. n. 75.* MVLLER *cap. LIII.*

5) COMINES *lib. VIII. c. XVIII.* PONTVS HEVTERVS *lib. V. c. V.* FVGGER *lib. VI. cap. II. p. 1106.* IO. MARIANA *lib. VII. c. II.* Omnes hi VII. Idus Aprilis siue VII. Aprilis determinant, GERH. a ROO excepto, *qui p. 558.* sexto Idus Aprilis definit. TRITHEMIVS ad an. 1498. *dum hæc agerentur in Gallia, Maximilianus Germanorum Rex contraxit copiis exercitum mouit in Sequanos, id est superiores Burgundos, in alterum Burgundiam impetum facturus. Quod cum innotuisset nouo Regi Ludouico, tumultuarium contra eum misit exercitum, quanquam viribus imparem Germanorum. Concurrentibus tamen in mutuum conflictum partibus, atrox bellum committitur, & a Germanis mox Galli superantur, haud paucis eorum interemptis. Verum instante iam hyeme interpositæ sunt inducie, quas Treugas vocant.* GAGVINVS pag. 289. *Cum hæc agunter, Maximilianus, Romanorum Rex, nunquam quietus Princeps, cuius ceptis fortuna raro feliciter arrisit, coacto reptim exercitu Sequanos, id est, superiores Burgundos, petit, in alteram Burgundiam, quæ Francorum est, licet ad Philippum Maximiliani filium pertinere plerique disputent, impetum facturus.*

6) Hoc ex Actis vberius declarat MVLLER *IV. Vorst. cap. XIV.*

7) P. HEVTERVS *lib. V. cap. VI. Rer. Austr.* MICH. COCCINIVS p. 477. de Maximiliano: *cum certis copiis equitum per Sequanos profiscisceretur contra terras regis Franciæ, & cum nonnullas excursiones leuiaque prælia contra Gallos confecisset, nec quidquam auxilii a confœderatis sibi offerretur pacem cum rege Francie Ludouico constituit, ad id quidem faciendum inducebatur propter bellum, quod dux Geldriæ contra terras, Philippi filii sui mouerat.* TRITHEMIVS *Chron. Hirs. ad a. 1497.* HARAEVS *Ann. Brabant. Tom. II. p. 498.* PIRCKHEIMER *B. Helluct. p. 74.*

8) PONTANVS Hist. Gelr. lib. XI. pag. 606. *Nam & ipse exinde Cæsar, cum ad eum in Germaniam euocatus mox accessisset Filius Philippus Archidux, ipsum inter catera fœrsim atque arbitris remotis, sirio identidemque commonuisse perhibetur, ne Gelriæ asserendæ ac reliquis suis dictionibus annectendæ negotium missum faceret, additis pollicitationibus ac promisso, haud defuturæ imperii auxilia fauoremque.*

9) PONTA-

tur, vsque dum proximo Decembri super induciis sex mensium inter Carolum Ducem & Archi-Ducem facillime conueniret. Antequam istæ expirassent, de bello Gelris faciendo consilia agitare, & filium Philippum identidem huc incitare Imperator haut destitit. 9) Eodem anno, in Comitiis Friburgensibus, Albertus animosus, Saxoniæ Dux, Belgicæ militiæ, nomine Cæsaris eiusque filii Præfectus, præfecturam Occidentalis Frisiæ, quæ iam ab anno 1494. factionibus, Grööningensi, vulgo *der Vetcoopers*, & Schiringensi, variis agitata motibus, hæreditario iure obtinuit, hac addita lege, vt numeratis ipsi ter centum florenorum millibus, restitutisque sumtibus, in redigendos in ordinem rebelles impendendis, prouincia iterum Archiducibus cederet. 10) Exinde a. 1499. Cæsar e Germania in Geldriam cum copiis descendens; Duci Carolo, nunquam a latrociniis quieto, bellum infert, oppidumque Arkelensium capit. Defendit se Gelder quantum potest, acceptis a Francorum Rege quingentis lancearijs equitibus, Ducibus, notho Borbonio, ac Roberto Marcano, Esdainæ Domino, ne pacem Rex violare videretur. Cæsari quoque Cliuiæ ac Iuliæ Ducum auxilia non defuere, qui in Comitiis Friburgensibus a. 1497. cum Maximiliano eiusdemque filio Philippo fœdus concluserant. 11) Verum, dum Imp. propter nouum in Sueuos consœderatos, subditos suos, atque Heluetios subortum bellum, in Germaniam reuerti necessum haberet, 12) bellum quidem per Iuliacenses & Cliuiæ Duces continuabantur, qui tamen mediante Ludouico XII. pacem cum Egmundano fecerunt, 13) in quo nulla nec Maximiliani nec Philippi Archi-Ducis facta fuit mentio, id quidem insciis atque inuitis ipsis factum, sunt qui velint, 14) licet potius studio id factum fuisse, sunt, qui contendant, dum Carolus Egmundanus in pactione inter Maximilianum atque Ludouicum XII. nouiter coronatum inita, iamdum fuerit comprehensus. 15)

§. X. In finem anni 1498. incidebant belli Heluetici initia & apparatus, cuius hæ potissimum fuerunt causæ. A primo tempore, quo Maximilianus a Sigismundo ad optatus, ipso adhuc viuo, ditionum eius imperium suscepisset, sæpe ab Heluetiis consœderatis petierat, vt concordiam & fœdus, quod ipsis cum Sigismundo intercesserat, secum quoque confirmarent, quod ipsis denegantibus, noua animorum exacerbatio orta, & belli quasi semina iacta esse videbantur. 16) Iam enim a multis annis plerique Principes & nobilitas omnis, Heluetis insensi infestique erant, ob assertam armis libertatem, & quod a fœdere Sueuico, in quo plurimum poterat nobilitas, tantopere abhorrebant. 17) Inter hæc, Constantia celebris ad lacum Podamicum ciuitas, quæ hactenus immunem se ab vtrorumque societate continuerat, multis vtrinque promissis sollicitata, per eos dies Sueuico

9) PONTANVS *p. 609.*

10) Late hæc narrat HEVTERVS *lib. V. c. VII.* FVGGER *lib. VI. c. II. n. 3.* CHYTRAEVS *histor. Saxon. lib. III. p. 99.* MVLLER *c. l. c. XLVIII.*

11) PONTANVS *Hist. Gelr. lib. XI. p. 609.* TRITHEMIVS *ad a. 1498.*

12) P. HEVTERVS *lib. V. cap. VI.* FVGGER *lib. VI. c. II. n. 2.* MVLLER *IV. Vorst. c. XV. §. 6.* qui etiam ipsas fœderis tabulas §. *10.* inseruit.

13) Pacis conditiones extant apud PONTANVM *p. 615.* MVLLER *c. l. §. 13.*

14) Sic enim CHRONICON COLONIENSE apud MVLLERVM cap. XV. §. 14. *cum pacem inscio, aut saltem non consulto Rege Romanorum Maximiliano factam, cuius tamen nomine inchoatum bellum fuerat, & admiratos id plurimos præsertim cum etiam pactis consentis inter Principes fuisset statutum, ne quis seorsim & altero inscio cum hoste pacisceretur.*

15) PONTANVS p. 615. *Quod vero ei pacificationi nec Regis Romanorum Maximiliani, nec Archiducis Philippi inserta mentio occurrat, existimo studio potius quam temere factum, & maxime, quod anno hunc præcedente post obitum, de quo supra iniectum, Regis Galliarum Caroli VIII. Cæsar Maximilianus postquam comparasset instum ex Heluetiis exercitum eo animi, vt Burgundiæ Ducatum, filii sui maternam hereditatem, recuperaret, necres eo tempore ob Heluetios, qui stipendia ac missionem flagitabant, atis succederet, pactionem per legatos cum Rege Galliarum Ludouico, tum nonnier Rhemis inuncto, solenniter inierit. Cui pactioni, cum a parte Galliarum Regis comprehensus etiam esset, quod archiua domestica indicant, Carolus Dux, vtpote Regi eidem eiusque prædecessoribus fœderatus, ea quoque de causa egisse ista tempore omnia pro Gelro ipsum, nec obnisos magnopere Romanorum Regem aut Archi-Ducem Philippum, aspectu pactionis iam dictæ, vero est consentaneum.*

16) GERH. a ROO *lib. XI. pag. 539.* P. HEVTERVS *lib. V. cap. VI.* NAVCLERVS *ad a. 1499. Anno salutis 1499. circa finem Februarii in superiori Alemania haud longe a fontibus Rheni fluminis, inter domum Austriæ & Heluetios, alios consœderatos seu Suitenses, exorta est grandis turbatio, quæ paulatim descendens per lineam Rheni quaqua versum vsque ad Basileam, bellum suscitauit atrocissimum. In eo namque bello etsi nunquam totis copiis bellatum fit, cæsa tamen diuersis in locis & pugnis referunt XX. millia pugnatorum, quale non memoratur, nisi fallor, a centum annis & citra in omnibus bellis illarum partium fuisse visum vel auditum. Venerunt enim ad arma duo populi finitimi Austriæ domus, regis Rom. Maximiliani patrimonium est proprium, is tum aberat bello apud Geldrenses occupatus. Erant per idem tempus in vrbe Constantia congregati primates Sueuorum, tractantes de liga eorum renouanda. Hos Austrii veluti socios locum tenentes, pro rege in auxilium contra Heluetios inuitabant. Quærebant hi media pacis, & inuenisse se arbitrabantur: sed noua repente turbatio exorta, cuncta prius compositа dissipauit: quo factum est, vt & si nondum conclusa essent capitula omnia in liga Sueuorum, opem tamen ferre regi dignum ducerent. Et cum hi belli motus peruenissent ad regem, totum ipse imperium contra Heluetios suos hostes inuocabat: propter quod nonnulli principes communitatesque auxiliares copias miserunt.* TRITHEMIVS Chr. Hirſaug. *ad a. 1499.*

17) ROO *p. 540.* Addit FVGGERVS *lib. VI. c. II. n. 4.* Maximilianum Imp. in Comitiis Lindauiensibus ac Friburgensibus ab Heluetis postulasse, vt Sueuico fœderi accederent, & communi denario se subiiicerent, quod etiam confirmat GOLDASTVS *de Regno Bohemiæ lib. IV. c. VIII. p. 476.* & STVMPFIVS *Schweitzer Chronic. lib. XIII. c. XXI.*

18) ROO

vico ſe fœderi coniunxit, eoque ſtatim Cæſaris & ſociorum legati conuenêre, fœdusque & ſocietatem cum ea ciuitate firmauêre. Accedebat ad has animorum offenſas, vetus quædam ſimultas, inter Athesinos Cæſaris ſubditos, & Griſones, Rhætiæ populum, Curienſi ditioni parentem, quæ in eum vsque diem ad varios ſubinde arbitros reiecta, componi non potuerat. Cumque res ad arma iam ſpectare videretur, Curienſes, quod impares ſe aduerſariorum viribus putarent, Tiguri, in publico Heluetiorum conuentu, ad Idus Decembris eorum ſe fœderi adſociauêre. 18) Id vbi audiuiſſent, qui Cæſaris & Sueuici fœderis partes ſequebantur, Conſtantiam XX. Ianuarii a. 1499. & ipſi frequentes conuenêre: vbi de belli gerendi ratione, qua parte, quisque & quibus hoſtem viribus aggrederentur, deliberatum eſt. 19) Conſtituebatur etiam Albertus, Bauariæ Dux, Imperialis militiæ præfectus, quem tamen fœderati recuſabant, dum indignum iudicarent, Sueuico fœderi, cuius ipſi ſe ferebant Principes, Boicum caput imponi. 20)

§. XII. Initium huius belli apud Vennones, Rhætiæ populum, fuit exortum, vbi Atheſini aliquot, iuſſu, (vt ferebatur) Oenipontani Conſilii, quod ſuperiorum Auſtriæ prouinciarum regimen vocabant, Münſterdalium quoddam collegium inuadere tentantes, ab accolis repulſi, octodecim ex ſuis amiſêre. Locum illum ſub Maximiliani imperio eſſe Atheſini contendebant, contra quorum iniurias, Griſones eum ſuo præſidio firmarunt. 21) Inde, dum Cæſar bello Geldrico eſſet occupatus, Heluetii in Comitatum Tyrolenſem aliaque domus Auſtriacæ dominia ipſis vicina hoſtiles faciebant incurſiones. 22) Licet enim Cæſareani & viribus & militum robore longe præſtarent, illis tamen conſæderati, licet ruſtica & collectitia manu conſtarent, nequaquam ceſſere. 23) Hinc ſuperiores ad Maienfeldam apud Griſones 24) atque iterato ad Treiſenam in Pago Appenzell Rhenenſis vallis vicum 25) & tertio ad Hardtum vicum prope Brigantium ad lacum Bodamicum conuenerunt. 26) Sub finem Februarii a. 1499. a legatis Philippi Palatini, Baſilienſis, Argentoratenſis, & aliarum ciuitatum tentata pax, obſtinatis vtrinque animis, conueniri 27) non potuit. Licet enim Heluetii primum Imperio ſe ſubiicere velle, atque Cæſari in auxiliis eſſe contra Turcas, profiterentur, ſi a bello deſiſteret Maximilianus, nolebat tamen Imp. potius ipſos ſibi ſubiicere conabatur. 28) Ludouicus vero Gallorum rex, ad primum huius belli nuncium, miſſis ad Heluetiorum pagos legatis, pacem iis ac fœdus amicitiamque obtulit. Sperabat enim hac occaſione implicito iis bellis Cæſare, Mediolani imperium, cui iamdudum inhiabat, facilius occupari poſſe. Neque Heluetii hoc rerum Statu, tanti regis coniunctionem ſibi negligendam putabant. Fit igitur d. XXI. Martii 1499. fœdus ad annos decem, fruſtra id ſuis artibus impedire ſatagente Mediolanenſium duce. 29) Inde XXV. Martii ad Baſileam victores Heluetii. 30) In quinto præ-

lio ad

18) ROO *c. l.* BIL PIRCKHEIMER *de B. Heluet. lib. II. ineunte.* FVGGER *c. l.*

19) ROO *c. l.* FVGGER *n.7.* Impia & tumida quorundam militum Sueuicorum verba refert MICH. STETTLER Nüchtländiſcher Geſchichte lib. VII. p. 331. *Etliche in Coſtentz ligende rawe Landsknecht, dorfften offentlich rühmen und ſchreyen, man ſolte ſie nur allein mit dem loſen unnützen Kühmeulern laſſen umbgehen, und ſich erbeiſſen: Sie weren jetzt des Kriegens auch berichtet: ihrer ieder dorffte drey beſtehen: Sie wolten Juncker Jeſum zum Gehülffen nennen, den Schweitzeren ihre lange Klaffter Gebet, auch ihre alte Mertz zu Einſidlen bevor geben, ſie weydlich auff die Kuhmeuler treffen, und in dem Schweitzerland reuchen und brennen, das Sanct Peter vor dem Rauch, den Himmel aufzuſchlitzen, nichts ſehen, und Gott der Herr auff den Regenbogen ſitzende, vor Hitz die Füs an ſich zuhen wurde.*

20) FVGGER *lib. VI. c. II. n.5.* VRSTISIVS *Baſler Chronic lib. VI. cap. XVII.* ADLZEREITER *Ann. Boiicis p. II. lib. IX. n. 67.*

21) GERH. a ROO *lib. XI. p. 540.* STVMPFIVS *lib. XIII. c. XXIV.* FVGGER *lib. VI. c. II. n. 6.* MVLLER *IV. Vorſt. c. XVI.*

22) TRITHEMIVS ad a. 1498. *anno præſcripto Maximilianus Rex quorundam Principum ſuorum præſentia ſimul & copiis aduentus iterato mouit contra Ducem Carolum in Geldriam, exercitum pugnatorem habens ingentem, copiique nonnullas in ea munitiones, cepiſſetque forſitan plures, niſi hanc expeditionem Suitenſium excurſiones coactus-fuiſſet intermittere. Enim vero gens illa Suitenſium homines nunquam quieti, Rege abſente incurſiones faciebant hoſtiles in Comitatum Tyrolanum, & in alia Domus Auſtriacæ Dominia eis vicina, propter quod neceſſe fuit, eorum temeritati finem imponere.*

23) Verba ſunt PIRCKHEIMERI *operum pag. 75.*

24) ROO, FVGGER *cit. l.*

25) VRSTISIVS *Basler Chronic lib. VI. cap XVII.* ROO *c. l.* STVMPFIVS *c. l.*

26) FVGGER *n.7.* VRSTISIVS *lib. VI. cap XVIII.* BIL. PIRCKHEIMER *de b. Helvet. lib. II p.58.59.* MICH. COCCINIVS *p.278.*

27) GERH. a ROO *lib. II. ad a. 1499.* PIRCKHEIMER *pag.77.*

28) VNRESTI Chron. Auſtr. p. 802. *Vnd als der romiſch Künig aus dem Niderlant in das und ſeine Lant kham, lies er des Reichs Panir ſtigen, und ſein Sun Hertzog Philipp ſchickt Im zu Hilff XIVC. Kuriſſer. Dy Schweitzer ſchickten Ir Potſchafft zum Kunig, wolt ſein Gnad des Kriegs abſteen, ſo wollen ſy ſich dem Reich unndertenig machn zu ewign Zeitn, auch Im wider dy Turckn Beyſtand tun. Solches ſtug der romiſch Kunig alles ab an Willn und Wiſſn der Furſtn des Reichs, daran ſy ainen Vnluſt gewunnen und furgenomen, ee ſy ſich gantz zu aigu wolltn gebn, ee wolltn ſy all ſterbn, und vermeinten den Kunig ain lange Zeit Kriegs genug zu gebn, und machtn von Stund an ir Ordnung und ſchickten ſich zu Wer.*

29) Verba ſunt GERH. a ROO *p.541.* FVGGER *n.8.* VRSTISIVS *lib. VI. c. VIII.* STVMPFIVS *lib. XIII. cap. XXVI.* PIRCKHEIMER *pag.59.* Extat Tractatus confœderationis Lucernæ XVI. Martii 1499. in RECVEIL DES TRAITTES DE PAIX *Tom. I. p. 809.* apud LEIBNITIVM *Tom. I. p. 809* MVLLERVM *IV. Vorſt. c. LVII. §. II.*

30) STVMPF *lib. XIII. c. XXVI.* locum deſignat *por ilem Brüderholtz by Baſel.* VRSTISIVS *lib. VI. c. XIX.* FVGGER *lib. VI. c. II. n. 9.* PONTVS HEVTERVS *lib V. c. vlt.*

lio ad Conſtantiam, 31) & ſexto in Rheni valle ad Fraſtentiam, victores iterum Helueti, 32) in ſeptimo etiam apud Griſones ad Atheſin *auf der Malſer Heyde*, 33) ſemel tantum in Hegouia deuicti. 34) Interim Maximilianus, bello Geldrico tum occupatus, acceptis de Heluetiorum rebus, & fœdere cum Gallis icto nunciis, præfecto caſtris Alberto Saxoniæ duce, magnis itineribus Friburgum aduolat, inde ad Imperii principes, miſſis paſſim nunciis, ac litteris, auxilia conuocat. 35) Vaſtata poſtea a Cæſareanis valle Engadina, 36) octauum, idemque vltimum præliũ factum fuit ad caſtrum Dorneck, haud longe a Baſilea, quo præter Comitem Fürſtenbergium, Ducem militarem, multosque illuſtres atque inſignes viros, ceciderunt quatuor millia Cæſareanorum. 37) Ludouicus interim XII. Mediolanenſi prouinciæ inhians, Heluetos magis concitare conabatur, miſſis ad eosdem tormentis bellicis aliquot, cum illorum artificibus & magna pulueris pyrii copia. 38) Maximilianus, licet ad medium Iulii Conſtantia egrederetur, ſequentibus eum, longo ordine, omnibus ciuitatum Imperialium & confœderatorum copiis, eo animo, vt illas in hoſtem duceret. Principibus vero ob varia fœderatorum conſilia præliandi tibus, Cæſar in ciuitatem rediit. 39) Per eosdem dies, Ludouicus, Mediolanenſium Princeps, vt pacem faceret, Galeacium Vice Comitem, propinquum ſuum, cum mandatis in Sueuiam legauerat. Gallorum etiam rex, quamuis Heluetiis auxilia & mitteret & pollicereturr, ne tamen bellum intet ipſos quam pacem malle videretur, ſuum & ipſe legatum miſit, Caſtellæ præſulem. Factis igitur decem dierum induciis, vtrorumque legati Tigurum conuenêre. Ibi quod Caſtellanum viderent ſub pacis procurandæ prætextu id agere, vt bellum produceretur, ſoli Galeacio conficiendi negocii poteſtas facta. Eo admonente, Schaffuſii conuentus indicitur, inde Baſileam. Cæſar eo miſit Caſimirum Brandenburgicum, Ioannem Dalburgium, Vangionum antiſtitem, Philippum Naſſouium, Paulum Lichtenſteinium, Cyprianum Serentinum Cancellarium, & Ioannes duos, Abensbergicum & Tungenſem, cum centum equitum comitatu. Aderant Heluetiorum quoque & Griſonum, Curiæque & Sangalli oppidorum legati. 40) Magna tandem Galeacii induſtria in die Mauritii XXII. Septembris a. 1499. pax conuenit in has conditiones, vt compenſatis vtrinque damnis, omnia ablata reſtituantur, Pretigouia Cæſari pareat, diſſidium inter Curienſes & Tirolenſes Friderici Auguſtani arbitrio, reliquæ controuerſiæ per arbitros decidantur. 41) Fructus belli erat, vt vel viginti hominum millia fuiſſent cæſi, vel duo pago-

31) Vocatur *die Schlacht im Schwaderloch bey Coſtnitz.* STVMPF *c. l. p.446.* VRSTISIVS *lib. VI. cap. XIX.* hoc prœlium Sextum facit HEVTERVS *c. l.* PIRCKHEIMER *lib. III. p. 60.* MICH. COCCINIVS *p. 278.*

32) FVGGER *lib. VI. cap. II. n.11.* STVMPF *lib. XIII. c. XXVI.* VRSTISIVS *c. l.* hoc quintum prœlium facit, HEVTERVS *c. l.*

33) STVMPF *lib. VI. c. XXVII.* VRSTISIVS *lib. VI. cap. XX.* FVGGER *n.13.* PIRCKHEIMER *lib. II. p. 65.* COCCINIVS *p. 278.*

34) FVGGER *cit. loc.*

35) Verba ſunt GERH. a ROO pag. 541. PIRCKHEIMER lib. II. p. 60. *Cæſar etſi Geldrenſi implicitus eſſet bello, illud tamen quibus potuit, compoſitis conditionibus, conſeſtimque exercitum in Germaniam præmiſit ſuperiorem, cunctisque Principibus, ac Ciuitatibus Imperialibus imperauit, vt auxilia, quo Heluetiorum domari poſſet pernacacia, ſubmitterent. At illi licet parere cogerentur, ſignius tamen & inuiti, minores quoque, quam imperata fuerant, copias emittebant, nouerant enim bellum hoc nulla neceſſitate, ſed ſolum ob animorum impotentiam, & arrogantiam contractum eſſe. At Sueui admodum moleſte conſtationem hanc ferebant, & cum ſe facilis vindicare non auderent, aut nequirent, tamen (vt ſolent) propriam culpam in reliquos imperii reiiciebant fabulitos, quaſi per eos ſtetiſſet, quo minus Heluetii debitas luiſſent pœnas.* STVMPF *lib. VI. c. XXVIII.* VRSTISIVS *lib. VI. c. XXI.* FVGGER *lib. VI. c. III.* ROO *p. 541.*

36) ROO *p. 542.* FVGGER *lib. VI. c. III. n. 2.* PIRCKHEIMER *lib. II. p. 67.*

37) Hoc prœlium late deſcribit PIRCKHEIMER *lib. II. p. 72. & 73.* addit: *deſideratæ ſunt in tumultuaria hac pugna Cæſarianorum fere millia quatuor, ceciderque præter Comitem de Furſtenberg multi illuſtres, ac inſignes viri, in quorum numero fuit Comes de Pitſch, & Baro de Caſtelwardt familiæ illius nouiſſimus.* Paullo poſt addit: *hæc clades tum Cæſari in oppido Lindauio degenti fuiſſet nunciata, clauſa, vt dictum eſt, regia. Comitis accuſabat imprudentiam ac temeritatem. Veſperi tamen fores rurſus patuere, Cæſarque in propaulo canauit, nullum triſtitiæ ſignum oſtendens, quin fabla cœna, cum iam nox ingrueret, ad feneſtram quandam concedens, ſtellasque inſpiciens multa de illarum natura & ratione diſſeruit, ad:o vt acceptæ calamitatis plane immemor videretur.* STVMPF *lib. XIII. c. XXVIII.* VRSTISIVS *lib. V. cap. XXII.* FVGGER *lib. VI. c. III. n. 7.* MICH. COCCINIVS *pag. 278.* ADAM REISNER *Hiſtor. Frundsberg lib. I. p. 3.* HEVTER *citat. loc.*

38) ROO *lib. XI. p. 542.* STVMPF *lib. XIII. c. XXIX.* FVGGER *lib. VI. c. III. n. 8.*

39) ROO *pag. 543.* STVMPF *lib. XIII. cap. XXVIII.*

40) Hæc verbis plerumque GERH. a ROO ſcribo *p. 543.* STVMPFIVS *c. l.* FVGGER *n. 9.* Plenius VRSTISIVS *lib. VI. c. vlt.*

41) De hac pace ita loquitur GERH. a ROO lib. XI. p. 544. *dilato igitur negocio, per equos celeres Vlmam, quo Cæſar abierat, profectus eo rem adduxit, vti ad finem Septembris pax fieret. Eius conditiones hæ fuerunt primariæ: Quas ad Rheticenſem monum (Pretigouiam hodie tractum illum vocant) Cæſar ditiones ab Amaſianis Comitibus, quorum profapia interierat, acceptas poſſederat, earum incolæ ipſi, vti ante bellum, dicto audientes ſint; fœdus cum Griſonibus iſtum ſeruent; neque quod ab illo deſciuiſſent, poenis aut multa afficiantur. Diſſidium, quod inter Curienſes & confines Tirolenſes tenuerat, Friderici Auguſtani præſulis arbitrio decidatur, a quo nulla eſſet prouocatio. Accepta bello damna, cædes, prædationes, incendia, iniuriaque & contumelia perpetua obliuione obliterentur. Oppida, arces, pagi, villæ ac prædia manu capta, priori quaque domino, vti nunc ſunt, reddantur: quod quisque in ea iuris ante bellum habuerat, retineat. Eorum ciues, inquilini, cæterique cultores ac habitatores in priſtinum locum reſtituantur, neque fraudi cuiquam ſit, offenſionum cauſas eo bello vel deduſſe vel acceſſe.*

A con-

pagerum millia diruta. 42)

§. XIII. Ludouicus XII. vbi primum ex animi sententia regni res compoſuerat, totus & animo & opibus in bellum Mediolanenſe inſiſtere cœpit, Valentinæ auiæ nomine Principatum Mediolanenſem iure ſibi delatum hæreditario contendens. 43) Ideoque ſtatim poſt coronationem, non modo Galliæ & regni Neapolitani ratione, Ieroſolymæ, & vtriusque Siciliæ Rex, verum etiam Mediolani Dux appellari voluit. 44) Hic anno 1500. Heluetorum ope Mediolanenſem Ducatum occupabat, Ludouico Sforzia Duce facto captiuo, 45) grauiter hoc ferens Maximilianus, hanc aliasque ob cauſſas Comitia Auguſtana indicebat. 46) Hæc magna Principum frequentia celebrabantur. 47) In iisdem Pacem

A contumeliis, iniuriisque & iurgiis abſtineatur: quod vti fiat, iudices vtrinque conſtituantur, qui lites omnes, quæ interuenire poterant, ex æquo & bono diiudicent. Prater has conditiones, aliæ quadam controuerſiæ, arbitri & legatorum diſceptatione, diſcuſſæ ſunt. Sub hac pace comprehendi Cæſar voluit Auſtriæ domum, Ludouicum Mediolanenſem, principes Electores, cæteroſque Imperii Ordines, Argentoratum & Baſileam, cum eorum Epiſcopis, aliasque Imperiales Sueuiæ & ad Rhenum ciuitates Heluetiis victas. Hi Galliæ regem, eiusque confœderatos, Sangallenſes, Abbacellenſesque, & Curienſes nominabant. Ita finem habuit bellum Helueticum, quo, ceſi nunquam ad ſummæ rei dimicationem ventum, multi tamen ab vtraque parte mortales periere, quorum numerum quidam ad viginti millia prodidere. Acer erat Maximilianus, & belli ſciens, magnaque Sueuorum & Imperialium auxilia habebat, ſed quorum viribus Heluetii quaſi pro communi omnium vna quadam ciuitate, & ex vnis mœnibus depugnantes reſiſtebant, neque inferiores ſeſe declarabant, donec vtrique bello defatigati, pacem æquis conditionibus lubentes accepere. FVGGER *n.* 12. PIRCKHEIMER *p.* 77. MICH. COCCINIVS *p.* 279. Ipſa capita Pacis reperiuntur apud MVLLERVM *IV. Vorſt. c. LVII. §. 25.* Pretigouia corruptum eſt ex Rhætigouia ad montem Rhæticonem in confiniis Comitatus Tirolenſis DELICES de la SVISSE *pag.* 659. STRAVCH *Diſſ. Exot. I. §. IV.* Integrum bellum ſingulari libello BILIBALDVS PIRCKHEIMERVS deſcripſit, quem Tomo ſecundo Scriptorum inſeruit MARQVARDVS FREHERVS. Vberius illud deſcripſit MICHAEL STETTLERVS *Nächtlendiſcher Geſchichte lib. VII.* STVMPF *lib. XIII.* VRSTISIVS *lib. VI.* WALDKIRCH *Schweitzeriſche Hiſtorie lib. I. p.* 249. MVLLER *IV. Vorſt. c. LVII.*

42) NAVCLERVS ad a. 1499. *In eo bello, etſi nunquam totis copiis bellatum ſit, caſa tamen dimerſi in locis & pugnis referunt XX. millia pugnatorum, quale non memoratur, niſi fallor, a centum annis & citra in omnibus bellis illarum partium fuiſſe viſum vel auditum.* Addit VNRESTVS Chron. Auſtr. p. 803. *Vnd iſt zu erparmen, das ſo vil gueter Lewt in den poſen Krieg umb ſein komen, und nichts gewunnen noch gepeſſert iſt damit, wiewol doch auf des romiſchen Kunigs Tail ob XII. M. Mann umb ſein komen, und der Schweitzer auch ain groſſe unzelig Menig.*

43) Verba ſunt ARNOLDI FERRONI de rebus geſtis Gallorum p. 47.

44) GVICCIARDINVS *lib. IV. p.* 128. BELCARIVS lib. VIII. p. 216. *Cal. Iul. regiam coronam apud Dionyſiopolim Ludouicus accepit; poſtridie triumphali pompa Lutetiam iniit, & ſtatim quid animo cogitaret, haud diſſimulandum putauit. ſe rex regni, ſimiliorisque conſilii decreto non ſolum Galliarum ſed & Hyeroſolymarum & vtriuſque Siciliæ, (quo nomine Siciliam inſulam, ac regnum Neapolitanum temporis illius & aliquot ante ſæculorum ſcriptores appellarunt,) Regem, Mediolanenſemque regulum inſcripſit.* MVLLER *IV. Vorſt. c. XVII.*

45) De hoc plenius ROB. GAGVINVS *lib. XI. c. II. & III.* GERH. a ROO *lib. XI. p.* 545. TRITHEMIVS *ad a.* 1499. 1500. FVGGER *lib. III. c. IV.* PONTVS HEVTERVS *lib. VI. c. I.* 10. MARIANA *lib. XXVII. cap. IV.* GVICCIARDINVS *lib. IV.* NAVCLERVS *vol. II. Gen. L. p.* 1120. PETR. MARTYRIS Epiſt. *lib. XIII. epiſt. CCXIV.* Extat de eo PVBLII FAVSTI Andrelini ad Ludouicum XII. *de captiuitate Ludouici Sforziæ Triumphus*, ligato ſermone ſcriptus. Initium vero & cauſſas belli Italici a Carolo VIII. & Ludouico XII. moti, latius exponit MICH. COCCINIVS *de bellis Italicis* apud FREHERVM *Tomo II. p.* 276. tandem ita concluditt *Ludouicus autem rex Franciæ alta mente reuoluens ignominiam expulſionis ſuæ ab Italia, quam Caroli tempore perpeſſus erat, anxius ſolicitusque meditabatur, quo pacto ſe contra Mediolani Ducem vindicaret. Itaque inſtigatis ac ſolicitatis Heluetiis contra Sueuos ſibi conterminos, ac inita cum Venetis ſocietate, ipſe, & Veneti vno eodemque tempore contra Ludouicum Sforziam Mediolani Ducem ſuſceperunt. Ais acceptis liberis ſuis & theſauro, in Germaniam ad terras Maximiliani confugit. Sic rex Ludouicus anno nonageſimo nono ſupra milleſimum quadringenteſimum, Ducatum Mediolani, ſine aliqua vi aut repugnatione obtinuit: & Veneti occuparunt Cremonam & terram, quæ dicitur Clara Abdua, & terram quandam circa Lacum Benacum.* Idem p. 279. *Anno dein milleſimo quingenteſimo Dominicæ natiuitatis, Ludouicus Gallorum rex magna equitum ſtipatus caterua, in Mediolanum deſcendit, ducens ſecum ad ſex millia Heluetiorum, & vt ambo exercitus ex aduerſo conſtitiſſent, ac iam de mutuo conflictu expectaretur, Heluetii quibus dux largiter ſtipendia dederat, & Fratres in concione appellitauerat, noluerunt aduerſus Gallos & reliquos Heluetios arma mouere ac Ducem ipſum gregali inuntum habitu, ne agnoſceretur, deſeruerunt: ſicut Volateranus proſa, & Petrus Cyrnitus carmine ſcripſerunt, quo quidem tempore & Sphorzia captus eſt, & pedites Sicui armis & bonis exuti, Heluetii vero honoribus & præmiis decorati, quibus de rebus Heluetii non incongrue iactitant, ſeſe eſſe auctores ingreſſus Gallorum in Italiam.*

46) Teſtatur de eo GERH. a ROO lib. XI. p. 547. *hoc tam inſperato regis ſucceſſu, ſollicitus Cæſar, multoque & a Venetis antea, & nunc ab illo, qui amicos ſibi eos habere videbatur, quæ ad veteris Imperii iura pertinerent, occupata eſſe egre ferens, Septemuiros cæteroſque Imperii principes & ordines, ad impediendos illorum conatus hortabatur, vti in aſſerenda Imperii dignitate ſibi auxilio eſſent, & iniurium non tam ſibi, quam Germanorum genti fieri prohiberent, ne Gallus impune abire ſibi, quicquid agat, videns, maiora aggrediatur, & conciliato ſibi Pontifice, (quod facile eſſet) Cæſaream dignitatem ad ſe trahat, aut relicto Germanis titulo ac nomine, ea interim agat, quæ a Cæſare fieri ſolent. Hæc & alia Maximilianus ferio vrgebat, neue ſua quadam ſecordia Imperii maieſtatem conuelli paterentur, ſed partum a maioribus decus retinerent, obteſtabatur. Mouebantur his principum ac cæterorum animi, & pro ſuo quisque ingenio varie afficiebantur, habitique ſunt aliquot conuentus, quibus de rebus eſſet bellum, eiusque nerum pecuniam, rumor ferebat.* De hoc etiam FVGGER *lib. VI. c. IV. p.* 128. GVICCIARDINVS *lib. V. incunte.*

47) Enumerat Principes ac Status hiſce Comitiis præſentes FVGGER *lib. VI. c. IV. n.* 4. MARTINVS

tem publicam magis adhuc declarauit, ad eandemque tuendam Fœdus Sueuicum ad duodecim annos fuit prorogatum, idemque a legato Papali Raymundo Gurcensi Cardinale VIII. Kal. Februarii 1561. in oppido Hall confirmatum, 48) pro tuenda magis pace publica, id quod varie iamdum fuerat tentatum, 49) Imperii Status in sex Circulos 50) distinguebantur, Franconicum, Bauaricum, Sueuicum, Rhenanum, Westphalicum, Saxonicum. 51) Ansam Maximiliano dedisse videtur priſtina Germaniæ diuiſio in quinque iſtos populos, quorum quemlibet ſingulari Circulo comprehendit. Lotharingis cum vicinis Rheno populis Rhenanum conſtituentibus, & addito ſexto, Weſtphalico, quod Weſtphalia poſt Henrici Leonis exauctorationem, ſeparatas plane a Saxonia acceperat rationes. 52) Dum autem dicti Circuli vel nimis ampli eſſent, nec omnia complecterentur, quæ ſub iſtis quinque populis olim fuerant poſſeſſa, quatuor alios in Comitiis Colonienſibus a. 1512. adiecit Maximilianus I. Auſtriacum ſcilicet, Burgundicum, Saxoniæ Superioris, & Rhenanum Inferiorem. Auſtriacus quidem terras, quæ vel ſub Boiis olim comprehendebantur, vel ex Slauorum terris acceſſerant, continet, Burgundicus vero Belgii prouincias, quæ ſub Lotharingis olim partim continebantur. Saxonicus & Rhenanus ſaltim fuerunt diuiſi. 53) Agebatur in iisdem Comitiis de augendo Circulorum numero, & adiiciendis circulo Bohemico & Boruſſico, irrito tamen cum ſucceſſu, cum & Boruſſi & Bohemi de eo proteſtarentur, metuentes, ne forſan ad onera etiam Imperii adigerentur. 54) Aliæ quoque Conſtitutiones ſingulares in his Comitiis fuerunt publicatæ. 55) Decreta etiam in iisdem fuit Legatio ad Alexandrum VI. Papam de Annatis, Indulgentiis & Cruciatis ad bellum Turcicum adſignandis, 56) atque inſtructio legatis danda fuit formata. 57)

TINVS CRVSIVS etiam *Ann. Sueu. lib. IX. p. III. c. X.* ait: *Comitia celebrabat Auguſtæ Cæſar Maximil. Ibi choreæ celebrata eſt zuff dem Frouhoff. Duxebat Cæſar in choreæ virginem Neithardinam, quæ funali, quod manu geſtabat, inter ſaltandum ignem triumphalem accendit, ein wol zugerichts Freudenfewr.*

48) Extat Declaratio Pacis in Comitiis Auguſtæ 1500. factæ, in Corpore Receſſuum. De eadem Raymundus Gurcenſis Cardinalis & Legatus Papalis in Confirmatione Fœderis Sueuici a. 1500. facta, apud du MONT Tom. IV. p. I. p. 5. *Cum autem Sereniſſimus & Inuicteſſimus Princeps Dominus Maximilianus, Romanorum Rex ſemper Auguſtus, ac Illuſtriſſimi Sacri Romani Imperii, Principes, Electores, aliique Principes & Potentatus Germanicæ Nationis, vidlentes nihil eſſe Regnis, Prouinciis, & Ciuitatibus Chriſtianis vtilius, quam inter ſe Pacem bonam & vnitatem conſeruare. Fecerunt, inſtituerunt de Anno Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimo quinto, ſeptimo die menſis Auguſti, Wormacie Pacem cum Articulis iuſtis & honeſtis. Deinde Anno Domini milleſimo quingenteſimo, decima die menſis Septembris in Ciuitate Auguſtenſi, quasdam Declarationes preſate Pacis adhibuerunt, que omnia diligenter vidimus & perſpeximus. Super quibus Articulis Pacis, vt eo melius & facilius Imperii Rebellibus & Pacis fractoribus reſiſtere, ac eandem Pacem manutenere poſſent. Sereniſſimus Romanorum Rex cum certis Imperii Principibus, Electoribus, Epiſcopis, Prelatis, Comitibus, Baronibus, Nobilibus Sueuie ac Imperii Ciuitatibus ad manutenendam dictam Pacem, Confederationem (quam vulgo nominant Sueuorum Ligam) inierunt ac contraxerunt. Preterea tam Eccleſiaſtice quam Laice perſone, Iuriſdictiones & Indices eorum, quo melius concordes manere poſſent, intra ſe conſtituerunt, compromiſerunt ac prorogarunt.*

49) Sunt, qui huius diuiſionis initium iam a Fœdere Mergentheimenſi & anno 1387. reputent, quo dicti fœderis ſocii in certas claſſes *gewiſſe Partheyen* fuerint diuiſi, de quo etiam LEHMANNVS *lib. VII. c. LXVIII.* Sed male hoc exinde duci docet ARVMAEVS *de Comitiis cap. II. n. 42.* DATT *vol. nou. rer. German. lib. I. c. VIII. & c. XXVII.* de quo *Per. IX. Sect. VI. §. VIII.* Alii ab Alberti II. diuiſione in Comitiis Noribergenſibus a. 1438. facta ducunt, quæ tamen effectu fuit deſtituta, de qua *Per. X. Sect. I. §. IV.* Alii a Friderici III. temporibus ducunt, moti Receſſu Imperiali Noribergenſi de a. 1467. in quo de XXIV. Adſeſſoribus ad Iudicium Imperiale conſtituendis, *alſo das dieſelben Teutſchen Lande in ſechs Theil getheilt, und ieder Theil vier darzu ordnen ſolt*, de quo *Sect. ſuperior. §. XLIII.* Verum, cum & hæc effectu fuerint deſtituta, ipſam diuiſionem merito tribuo Maximiliano.

50) Vocantur etiam Germanice *Circkel* in ORDIN. REGIM. WORMAT. *de an. 1521. §. XXI. XXII.* GOLDASTVS *de R. Bohemiæ lib. IV. c. V.*

51) Patet hoc ex Ordinatione Regimenti, factæ Auguſtæ an. 1500. *in der Regiments-Ordnung* apud MVLLERVM *im Reichs-Tags Staat lib. I. c. V. p. 31.* vbi ſex iſti Circuli plene definiuntur & in *Cammergerichts-Ordnung zu Coſtnuz 1507. Art. XX.*

52) De quinque iſtis populis SYNT. IVRIS PVBL. *cap. III. §. II. & cap. V. §. VIII.*

53) REC. IMP. COLON. de a. 1512. §. II. 12. *Darauf haben wir ſambt denen Standen zehen Circkel geordnet, wie hernach folget: Nemlich ſollen wir mit unſern Erblanden zu Oeſterreich und Tirol &c. einen, und Burgund mit ſeinen Landen, auch einen Circkel haben. Item, ſollen die vier Chur-Fürſten von Sachſen und Brandenburg, mit ſamt Hertzog Georgen von Sachſen, und den Biſchoffen, ſo in den Landen und Gezircken daſelbſt geſeſſen, auch einen Circkel haben. Vnd ſollen die ſechs Circkel hiemit auf dem Reichstag zu Augſpurg verordnet bleiben, und ſolche ſonſt einem iedeu Stand, an ſeinen Obrigkeiten, Herrlichkeiten, und Rechten unſchädlich ſeyn.* Conuenit SLEIDANVS *lib. X. pag. 272.* dum ait: *Germania eſt enim omnis in ſex deſcripta prouincias, in Franconiam, Bauariam, Sueuiam, Saxoniam, Rhenſi tractum & Burgundiam. His ſimibus omnes vtique principes ac ciuitates, in Imperii Comitiis, antiquomore cenſentur: hodie vero Saxonia diuiditur in ſuperiorem ac inferiorem, deinde adiicitur inferior Germania & Weſtphalia, & Auſtria, itaque decem regionibus Imperium nunc circumſcribitur.*

54) GOLDASTVS *de Regno Bohemiæ lib. II. c. XVI. n. 2.* ARVMAEVS *de Comitiis cap. II. n. 41. ſqq.* LIMNAEVS *lib. I. c. VII. n. 37.* SYNT. IVRIS PVBL. *cap. V. §. X.*

55) Sic extat in Corpore Receſſuum *Erklarung des Landfriedens, Cammergerichts-Ordnung, Abſchied des Reichstags zu Augſpurg 1500.*

56) Patet hoc ex ipſo Receſſu: *item ſoll auch ein Bothſchafft zu unſerm heiligen Vater dem Babſt geſchicket werden, ſeine Heiligkeit des löblichen Fürnemens wider den Türcken und ander Anfechter der Chriſtenheit und des Reichs, des dann ſein Heiligkeit ein Verwandter ſey, hie aufgericht, zu berichten, und*

ta. 57) Præueniebat tamen hanc legationem Alexander, missō in Germaniam Raymundo Cardinalo, vt Iubilæum indiceret, & cruciatam decimasque colligeret. 58) Sed, dum Germanis probe cognitum esset, quam male hæ pecuniæ Germanis extortæ impenderentur, & quod spurius eius, Cæsar Borgias hæc dilapidaret, qui dicere consueuerat, peccata hæc esse Germaniæ, non nisi sub durissimis admissus fuit conditionibus. 59) Germanorum vero legatio effectu suo destituta. Dum autem post obitum Alexandri VI. partem pecuniæ pro Iubilæo collectæ postularet Raymundus Cardinalis, eiusdem attentato per singulare edictum d. 12. Nouemb. a. 1503. 60) obuiam iuit Imperator, mandans, vt ipsius Commissariis pecunia pro Iubilæo & Cruciatis collecta concederetur.

§. XIV. Conuenit etiam in iisdem Comitiis cum Imperii Regimento, & constitutum, vt ipse Imperator, vel Vicarius eius, Præses esset. Constitutus itaque ab Imp. Fridericus III. Saxoniæ Elector, Vicarius, *zum Stadthalter unſer und des Heil. Reichs-Regiment*, adiecto annuo salario sex mille florenorum. 61) Assessores constituti viginti. Vnus semper ex Electoribus in persona, ita, vt singuli per trimestre spatium inuicem alternarent, reliquorum quinque Consiliarii, vnus ex sex ad Regimentum selectis Principibus Ecclesiasticis, vnus ex sex secularibus, qui æque per trimestre spatium inuicem alternarent, Legatus Austriacus, Legatus Burgundicus, vnus ex quatuor Prælatis, vnus ex Comitibus, duo Deputati ex octo selectis Ciuitatibus, sex Circulorum legati. 62) Neque enim singuli Status ad Regimentum admittebantur, sed præter Electores, duodecim saltim Principes, quatuor Prælati, totidem Comites, octo Ciuitates erant selectæ. 63) Negotia erant publica, quæ ad conseruandam pacem & defensionem Imperii potissimum facerent, cum potestate exequendi. Quod si tamen res maioris essent momenti, requirebatur, vt easdem ad Imp. & selectos ex Principibus deferrent, & cum iisdem communicarent. 64) Certa etiam in Comitiis Augustanis de anno 1500. constituta est Ordinatio Regimenti. 65) Prima Regimenti sessio eodem anno 1500. Noribergæ cœpit. 66) Licet autem hæc Regimenti Ordinatio ad sex annos esset præfinita, cessauit tamen Regimentum a. 1502. partim, quod ipsum Imp. instituti Regimenti pœniteret, partim quod vix dimidia pars ex selectis conueniret, reliqui etiam quererentur, se plane excludi, immo diuersa orirentur negotia, quæ omnium consensum requirerent. 67)

§. XV. Dum autem Galli Italiæ adhuc inhiarent, & Ludouicus Rex missis Romam legatis, Alexandrum VI. Pontificem in suas partes perduxisset, Cæsar Borgia eius filius, homo malæ frugis, qui ipse Italiæ regnum adfectabat, hac occasione vtendum ratus, Pisaurum, Ariminum, ac alia circum loca dominorum fuga deserta, occupauit. 68) Exeunte anno 1500. Ludouicus Rex, vt a Germanorum motibus securus, Neapolitanum bellum commode adgredi posset, Maximilianum sibi conciliare omni studio conatus est. Hinc, dum masculā prole careret, Maximiliani filio, Philippo, Claudiam filiolam trienem offerebat, Carolo illius filio, qui iste demum an. 1500. fuerat natus, desponsandam, idque

und ſein Heiligkeit zu bitten, das Er, als der heilig Vater, ſeine Treue, Hulff und Rath mittheile, ſonderlich, das Er die Annaten der Teutſchen Nation, ſo darzu ſonderlich zu geben verordnet ſind, darzu gebe, und folgen laſſe. Auch Indulgenz, Cruciat, und anders darzu gebe, immaſſen Er, als der Vater der Chriſtenheit, zuthun ſchuldig ſey. Es ſoll auch das Reichs-Regiment, wo ſich der Pabſt wiederſetzt, und keine Hulffe darzu thun wolt, rathſchlagen, wie die Paſtliche Heiligkeit zu ſolchem loblichen Fürnehmen zu bewegen. Item dieſelbe Bobſchafft ſoll auch Befehl haben, mit ſeiner Heiligkeit, der Concordaten und anderer Beſchwerungen halben, ſo der Teutſchen Nation von Stuhl zu Rom mannigfaltigklich aufgelegt werden, und begegnen, ernſtlich zu handeln, alles nach laut einer Inſtruction, ſo unſer verordnet Regiment in vollkommlicher form wohl wird wiſſen nothdürfftiglich zu ſtellen. Dicitur in hoc Recessu Papa *des Reichs Verwandter*, quod ita intelligendum, Papam ratione terrarum Imperio subiectarum, subditum esse Imperii. Adde GEORGI *Granam. Nat. Germ. lib. I. cap. VII. §. III. n. 6.* Fontes horum Granaminum ipsi adgnoscunt Catholici, fuisse indulgentias, de quibus FRANC. GVICCIARDINVS lib. XIII. pag. 298. *quæ quia pecuniæ tantum a mortalibus extorquendæ gratia concessi notum erat, & a quæſtoribus huic negotio præfectis inepudenter administrabantur, magnam plerisque in locis indignationem offensionemque concitarunt.* SILLON Minister d' Etat liu. II. Disc. X. p. 178: *ils ont mis à prix les choſes, qui n'en auoient pas; ils ont traſiqué du merite de Jeſus-Chriſt, & vendu aux enfans ce qui prouenoit de l' indulgence de leur mere.*

57) Extat Legatorum instructio apud MVLLERVM *lib. I. c. X. §. X.*

58) MVLLER *lib. I. c. XIX.*

59) MVLLER *lib. I. c. X. §. 2. 3.*

60) Extat illud apud DATTIVM *lib. II. c. II.* LVNIGIVM *Contin. p. Gener. pag. 261.* du MONT *Tom. IV. p. I. p. 47.*

61) Extat diploma Maximiliani *Gehen zu Augſpurg am letzten Tag des Monats Auguſti an. 1500.* apud MVLLERVM *lib. I. cap. II.* DATT *lib. III. cap. XII.*

62) Hos describit MVLLER *lib. I. cap. II. §. 30.* FVGGER *lib. VI. c. II. p. 1130.*

63) Quinam ex singulis Statibus fuerint selecti, recenset MVLLER *lib. I. c. II. §. 5.*

64) Hæc latius describit MVLLER *lib. I. cap. III.*

65) Reperitur ista in Corpore Recessuum sub titulo: *Reinſcher Kœnigl. Maj. und des H. Reichs-Stand Ordnung des Regiments zu Augſpurg an. 1500. aufgericht* & apud MVLLERVM *lib. I. c. V.*

66) FVGGER *lib. VI. c. IV. p. 1131.* MVLLER *lib. I. c. VI.*

67) MVLLER *lib. I. c. XXII.*

68) GERH. a ROO *lib. XI. p. 547.* Cæsaris Borgiæ vero facta nefaria describuntur in Specimine Historiæ arcanæ de vita Alexandri VI. a LEIBNITIO edita *Hanoveræ 1696. 4.* & ADAM REISNER *Hiſt. Friedsberg lib. I. p. 4.*

idque ea lege, vt ad pubertatis annos proiectis, Mediolanensis Ducatus, dotis nomine traderatur. Adfensus est Philippus. 69) Maximilianus etiam certum pacis proiectum Imperii Regimento obtulit, 70) a quo, re deliberata, legati ad Gallorum Regem missi, Adolphus, Nassouius Comes, Henricus de Bünaw Eques & Georgius Lampartter, Doctor, qui XIII. Decembris 1500. vsque ad Kal. Iulii insequentis anni cum Gallis inducias fuerunt pacti, 71) quas ob varias Gallorum artes, primum ratas habere nolebat Maximilianus, 72) tandem accepta certa pecuniæ summa, 73) III. Aprilis a. 1501. confirmauit, nulla plane Regis Neapolitani facta mentione.

§. XVI. His ita peractis, cum Ferdinando Hispano, qui & ipse regno Neapolitano inhiabat, fœdus facit Ludouicus, 74) quo vterque simul Fridericum Neapolitanum bello aggressi, ditionem eius omnem manu captam, ita partirentur; vti Gallo Neapolis ipsa, cum Aprutiorum prouincia, Hispano Apulia & Calabria cederet. 75) Id fœdus ab initio tam occultum fuit, vt Fridericus, auxilii sibi aduersus Gallum ferendi caussa adesse Consaluum putauerit, quoad regis exercitus, qui, vtrique simul iuncto, impar futurus videbatur, Romam peruenisset. Tum enim Hispanorum legati, cum Gallis coniuncti, Pontificem adierunt, qui diuisionem prouinciarum inter reges factam, comprobauit: quod fœdus illud feciſſe dicebantur, vti eo bello defuncti, Christiani nominis hostem, iunctis viribus commodius adgredierentur. Igitur Fridericus a duobus potentissimis Regibus oppugnatus, dedentibus sese passim ciuitatibus, externa necessitate circumuentus, ad Gallorum se fidem contulit, & ad Ludouicum regem multa pollicitum nauigauit. Non multo post Consaluus, filium illius Alfonsum, Tarenti aliquamdiu obsessum, eoque dedito, captum, non in Galliam, quod promiserat, sed in Hispaniam misit. 76) Per eosdem dies Ludouicus rex, ne secundo rerum successui mora a Germanis obiiceretur, veritus, Maximiliani Cæsaris amicitiam omnibus modis ambiebat, a quo si diploma de Mediolanensi principatu impetrasset, loca quædam ad eius iurisdictionem pertinentia, a Venetis adimere in animo habebat. 77) Mittebat igitur Ludouicus legatum suum in Germaniam, qui non solum factam ab ipso regni Neapolitani occupationem significaret, sed etiam Ducatus Mediolanensis inuestituram ab Imp. peteret. 78) Dum autem Ludouicus per arcana cum Papa pacta, omnem Italiam, ipsam quoque Imperii dignitatem ad Francos transferre cogitaret, 79) renuebat Imp. Regimentum etiam in proximis Comitiis illud negotium propo-

69) GERH. a ROO *p. 548.* FVGGER *lib. VI. cap. IV. n. 6.*

70) Extat apud MVLLERVM *lib. I. cap. VII. pag. 56.*

71) Extat de eo Statuum Attestatum apud MVLLERVM *pag. 62.*

72) De his plenius MVLLERVS *p. 64.*

73) GVICCIARDINVS lib. V. p. 455. *cuius* (pacis) *opera, quam multæ difficultates, quæ in pacis negocio inueniebantur, non tam cito tolli possent, anni 1501. initio inducias in multos menses, certa pecunia numerata, a Maximiliano impetrauit: quibus Neapolitani regis, quamuis Maximilianus quadraginta ducatorum millibus ab illo acceptis, & si opus esset quindecim millium in singulos menses soluendorum stipulatione, nullam se pactionem sine ipso admissurum, & si necessitas incideret, ad periculum ab illo auertendum bellum in Insubria moturum promisisset.* Extat Imp. Ratificatio apud MVLLERVM *pag. 82.*

74) Hic Tractatus XI. Nouembris 1500. conclusus, reperitur in RECVEIL DES TRAITTES DE PAIX *Tom. I. p. 821.* Prætendebant autem vtrique ad Regnum Neapolitanum, prout ipsæ pacis tabulæ docent *p. 822. & quia prædictus Rex Franciæ ius habere prætendit in Regno Siciliæ citra Farum, illaque de causa ad illud recuperandum cum exercitu suo proficisci decreuit, & nihilominus Rex & Regina Hispaniæ prædicti ius habere prætendunt in dicto regno, ita vt dictum Regnum vni ex duobus dictis Regibus, & nemini alii de iure pertineat.* Iura autem Gallicana a Ioanna I. sunt petenda, quæ circa annum 1382. Ludouicum Andegauensem Caroli Sapientis Gallorum regis fratrem, adoptauit, ex quo iura in Ludouicum XI. huiusque filium Carolum VIII. & Ludouicum XII. fuerunt translata. Iohanna II. vero Alfonsum V. dictum Magnanimum, Ferdinandi Catholici, Hispaniarum Regis patruum a. 1420. legit successorem, cui tamen a. 1422. Ludouicum Andegauensem, eoque defuncto, fratrem Renatum prætulit, (licet hoc testamentum per Consiliarios suppositum fuisse, velit PAND. COLLENVTIVS *Hist. Neap. lib. VI. inemnte*) qui Arragoniæ armis tandem per Alfonsum a. 1442. pulsus, regnoque vt cederet, fuit coactus, prout FRANC. GVICCIARDINVS *lib. I. p. 21.* pluribus narrat. Idem *lib. V. p. 455. nam etsi Alfonsus Aragoniæ rex peculiari, & ab Aragoniæ regno separato iure id adeptus esset, ideoque tanquam rem propriam Ferdinando filio notho tradidisset, tamen apud Ioannem eius fratrem, qui illi in Aragoniæ regno successit, & Ferdinandum Ioannis filium, quum Alfonsus id Aragoniæ regni armis & pecuniis adeptus esset, iure ad id regnum spectare, ad illud tempus vsque tacita querela fuerat: quam Ferdinandus Hispanica arte & patientia, non modo debitis inter propinquos officiis, cum Ferdinando Neapolitanorum rege & successoribus non prætermisis, sed etiam nouæ affinitatis vinculo auctis texerat: Ferdinando enim Neapolitano regi, Ioannam sororem suam in matrimonium dedit, & vt altera Ioanna illius filia Ferdinando iuniori nuberet, assensus est: nec tamen efficere potuerat, quin cupiditas sua multo ante Neapolitanis regibus innotesceret.* Hispanorum etiam iura sigillatim defendit IACOBVS VALDESIVS *de dignitate Hispaniæ c. XVII.* IO. GEORG LAYRITZ *de bellis inter Austriacos & Gallos Exerc. II. §. IX.*

75) ROO *lib. XI. p. 548.* GVICCIARDINVS *lib. V. p. 455.* BRAVDLACHT *hist. Pacif. cap. III. p. 13.* FVGGER *lib. VI. c. IV. p. 1133.*

76) Verba sunt GERHARDI a ROO *c. l.*

77) ROO *c. l.* FVGGER *p. 1134.*

78) De hoc ex ipsis Actis publicis MVLLER. *lib. I. c. IX.* qui etiam litteras Maximiliani ad legatum Gallicum, Ioannem de Alto Busco exhibet, quibus ipsum hortatur, vt negotia ipsi commissa, coram Electoribus, Principibus & Statibus Regiminis Imperialis Noribergensis exponat.

79) Arcana hæc consilia Instructio continet Commissariis Cæsareis ad Ordines Prouinciales Austriacos

proponendum esse respondebat. 80) Denuo ad Conuentum Regimenti Noribergensem a. 1501. legatos mittebat Ludouicus, idem petituros, denegante tamen hoc Imperatore. 81) In iisdem etiam Comitiis, cum dicto Legato Papali de Grauaminibus nationis Germanici articuli quidam fuerunt tractati atque concluſi. 82) Tridenti vero XIII. Octobris 1501. inter Imp. atque Ludouicum conuenit, dicta desponſatio confirmatur, aliaque Delphini, quibus ſit futurus, cum Philippi Archi-Ducis filia, auxilia contra Turcas & pro obtinenda Vngariæ atque Bohemiæ corona, conſequenda etiam Romana coronatione: Gallorum vero Regi Mediolanenſis inueſtitura & confirmatio pacis ab Imperii Statibus promittitur. Licet non tam pax firmata, ſed induciæ ſaltim factæ fuiſſent, & primordia pacis iacta. 83)

§. XVII. Gliſcentibus interea cum Papa & Gallis controuerſiis, ab Imperii Regimento non Imp. ſolum, ſed reliqui etiam Status ad diem Iacobi 1501. Noribergam inuitabantur, iſto tamen & diuerſis Statibus non comparentibus. 84) Præter cauſſam Gallicanam, vt diximus, agebatur de Baſilea, quæ eodem anno Heluetis acceſſerat ad Imperium

ſtriacos miſſis, data, apud MVLLERVM *p. 92.* in qua potiſſimum hæc verba: *Nemlich, vnſer heiliger Vater der Bapſt hat den Kœnig von Franckreich bewegt, daz Er vnderſtee, Italien an ſich zu bringen. So wælle Er yne Alldann zu der Keyſerlichen Wirde krœnen, alles der Mainung, das damit des Kœnigs von Franckreich Macht groſſer vnd mer, dann vnſer erſtreckt, und ſein Sun (Cæſar Borgias) der ain Cardinal geweſen, und durch Ine wiederumb in einen weltlichen Stand gefetzt iſt, an deſſelben, Kunigs von Franckreich ſtat, zu Regirer in Italien gemacht werde. Es haben auch, der Bapſt, Kunig von Franckreich, und die Venedier, das Keyſerthumb und alle Furſtentbumb des Heyl. Reichs in Italia, und tezt zuletzt, das Kunigreich Neaplis, vnder inen ſelbſt augetailt, der ains tails erobert in teglicher Anſechtung ſind, und an allen Zweifel erobert werden, wo das mit dem Swert nicht verhiit wirdet*, & quæ plenius ibidem deſcribuntur Gallorum artes fraudesque, inter quæ *p. 95. anfenckhlichen der Kunig von Franckreich iſt der willens, vns vmb die Kayſerlich Cronzu bertriegen vnd zu bringen.* Conſpiratſſe cum Gallo quoque videntur quidam Germaniæ Principes. Sic enim PONTVS HEVTERVS *lib. VII. c. XVII.* poſtquam ipſius animi dotes commendaſſet, addit: *quibus dotibus non ſemel Germanorum aliquot Procerum clandeſtinas contra dignitatem ſuam conjurationes percepit, & ſine armis extinxit; nonnulli tamen eo impudentiæ prouecti, vt de abrogando illi Imperio atque in ordinem moderatiſſimo Cæſare redigendo, conſilia clam inire non dubitarent.* Confirmat hoc CVSPINIANVS, *p. 494* dicens: *& cum præterea paulo diligentius aliquis animaduerſit, quottes æmuli abrogare illi imperium molichantur fruſtra, prudentiam non vulgarem inuenit. Ita enim eos elusit, vt quum olim Principes conuenticulum celebrarent contra eum, quo adminiſtrationem imperii illi auferrent in caſtrum illius principis ſponte ingreſſi, qui autor factionis erat, cum vxore eius pranſus ſit hilariter & intrepide.*

80) MVLLER *p. 101. 103.*

81) De hoc MVLLER *lib. I. c. XIV.*

82) Extant iſti apud DATTIVM *lib. II. c. II.* §. *V.* & LVNIGIVM *Contin. p. Gener. pag. 252.* vbi etiam Receſſus huius Conuentus reperitur.

83) GERH. a ROO lib. XI. p. 549. *ea in re poſtquam Cardinalis Rotomagenſis fidelem diu operam nauaſſet, ſpe tandem aliqua a Maximiliano facta, Tridentum ad eum profectus eſt. Ibi inter ipſos, de Caroli cum Claudia matrimonio, deque Mediolani Ducatus poſſeſſione illis confirmanda facile conuenit, quod ea res longa eſſe videbatur, & ſi quid interueniſſet, non magno negotio irrita reddi poſſet. Hinc de bello Venetis inferendo agi captum, qui multa Imperii Auſtriæque Principum, nonnulla quoque Mediolanenſis ditionis loca tenebant, & Ludouici ſucceſſibus inuidentes, pacem inter ipſum & Cæſarem nolle videbantur. Tertio de generali Synodo conuocanda propoſitum, qua Cardinalis Eccleſiam non in membris tantum, ſed in ipſo capite reformandam eſſe contendebat: erant vero, qui occaſione ipſum ad inuadendam ſedem aditum ſibi quærere putarent. De Inſubriæ iure controuerſia erat, quod Cæſar maſculæ regis proli, ſi qua naſceretur, de ea cauere recuſabat, exules præterea poſtlimino reſtitui poſtulabat. Id, propter quorumdam factiones & potentiam, rex minime admiſſurus videbatur. Ne vero Cæſaris interceſſioni omnino nihil daretur, Aſcanius Cardinalis liber eſſe iuſſus, & de Ludouico Sforzia, in Gallia extra cuſtodiam aliquot ſuſtentando, ſpes facta eſt, regemque annua viginti ducalium nummium millia in ſumptui numeraturum Cardinalis recepit. Poſt longam diſceptationem ita diſceſſum, vt quanquam de rei ſumma nihil eſſet liquido transactum, primordia tamen pacis eſſe iacta viderentur. Inducia vero confirmatæ, quibus tenentibus, commodior aliqua ineunde pacis via quæreretur.* P. HEVTERVS lib. VI. c. I. *pridie Idus Auguſti (1501.) Archi-Dux Lugdunum ad Regem Ludouicum mittit Franciſcum Buſſidium, Archipreſulem Biſontinum, virum apud ſe primæ auctoritatis, cum Gheurica ac Verrii Dominis, vt filiam natu maximam Claudiam, ex Anna Britone natam, filio ſuo natu maximo Carolo, Duci Lutzenburgenſi, ex promiſſo conuentoque deſponderet. Promittebat Rex cum filia maternam hæreditatem, Britonum Ducatum. Cæſar Regem Ludouicum Mediolani Ducem, conceſſo diplomate, ac ſacramento clientali accepto, ea conditione renuntiarat, vt ſi dicta nuptiæ Regis culpa effectum non ſuiſſent ſortitæ, conceſſio dicti Ducatus nullius foret momenti, ſed omnia actio, quam iure Imperii in Ducatum Mediolanenſem Cæſar habebat, ad Carolum Auſtriacum, Lutzenburgi Ducem rediret.* GVICCIARDINVS *lib. V. p. 474.* ipſe Pacis Tractatus extat in RECVEIL DES TRAITTES DE PAIX *Tom. II. p.t.* ex quo habet MVLLER *p. I. cap. XXII.* & du MONT *Tomo IV. p. I. p. 16.* Hanc ſecuta eſt Declaratio diuerſorum Articulorum Biefis d. XIII. Decembris 1501. Hunc inſecutus fuit Tractatus Lugdunenſis, X. Aprilis 1502. per quem Ludouicus XII. vna cum Ferdinando & Iſabella ſe obligant ad cedendum regnum Neapolitanum Carolo Archi-Duci, qui extat in RECVEIL *pag. 3.* BRAVDLACHT *hiſt. Pacif. cap. IV. §. 20.*

84) Non tam Comitia fuiſſe, quam potius magnum Regimenti Conuentum, docet MVLLERVS *p. I. c. XII.* §. 7. ad quem præter Selectos ad Regimentum deſtinatos, plures ex Principibus aliisque Statibus comparuerunt, eo quod Comitiorum forma delit, prout ex procemio potiſſimum & ſubſcriptione patet: Maximilianus, licet ſæpius inuitatus, huic Conuentui non intererat, partibus ſuis Friderico, Saxonum Electori demandatis, prout MVLLERVS nos docet *lib. I. c. XII. §. 5.*

85) MVTIVS

rium reducenda, 85) auxilio Friderico Saxoni Ordinis Teutonici Magistro contra Polonos præstando, 86) firmanda pace publica, abusibus Monetæ tollendis, 87) iubilæo in Germania publicando, 88) & iudicio Camerali transferendo, & quid circa singula decretum, singulari Recessu fuit statutum. 89) Circa eadem tempora, in Spirensi pago, ob nimias Cleri exactiones, Rusticorum tumultus fuit exortus, a calceo militari, quem in vexillo gerebant, *der Bundschuh*, dictus, quo ipso se ad Heluetorum exemplum, in libertatem adserere conabantur, qui tamen per vicinos Imperii Status statim iterum fuit sopitus. 90)

§. XVIII. Dum autem ob pacem Tridentinam, Comitia Noribergæ, iam Francofurti habenda decreta, non procederent, Gelnhusæ Iunio mense 1502. conuenientes Electores, nouam inter se fecerunt vnionem, & de non nisi communi consilio componendis Imperii negotiis fuit conclusum, auxilia etiam contra Turcas fuerunt promissa, ita tamen, vt alii quoque Europæ Proceres inuitarentur, idemque communi consensu in Comitiis decerneretur. 91) Dum interim Camerale Iudicium Noribergæ translatum, plane cessaret, nouum Iudicium sine Statuum consensu Ratisbonæ instituebat Imp. 92) quod, dum normam præscriptam minime obseruaret, sportulas etiam iudiciales, quas Status denegabant, peteret, de eodem abolendo in Comitiis Moguntinis 1503. agebatur. 93) Nouum Conuentum Electores Nouembri mense 1503. Francofurti instituebant, in quo Iacobus Treuirensis in vnionem Electoralem fuit receptus, 94) sed etiam propositam ab Imp. Philippi, Austriæ Archiducis receptionem in Collegium Electorale per legatos deprecabantur, 95) atque Imp. denuo monebant, de abolendis grauaminibus Iudicium Camerale Ratisbonense concernentibus. 96) Dum autem Imp. de bello aduersus Turcas esset sollicitus, noua a. 1503. contra eosdem instituta fuit societas S. Georgii dicta, a Maximiliano confirmata. 97)

§. XIX.

85) MVTIVS lib. XXX. p. 310. *anno Domini milleſimo quingenteſimo primo, fœdere iunctis ſunt Helueticis Baſilienſes & Mullhuſenſes.* VRSTISIVS *lib. VII. c. I.* & ex hoc MVLLER *lib. I. c. V.* qui etiam cauſſas addunt, quod Baſileenſes ex terris Auſtriacis ſæpius fuerint infeſtati. Licet ſine cauſſa hoc factum, dicat Receſſus, qui etiam, quid fuerit decretum, indicat: *zum vierdten: nachdem ſich die Stadt Baſel, die on mittel zum heiligen Reich gehœrt, und dem bisher angehangen und gedienet hat, ietzo in kürz verſchinen Tagen unverurſacht und on allen Rezwang und nott aus des Reichs Geborſam zu den Schweitzern gethan, die auch dieſelben Schweitzer, wider den Ferirag, iüngſt zwiſchen der Kœnigl. Maieſt. und Iuen aufgericht, unpillichen angenommen, das dem heiligen Reich ſchwern Abfall bringen mocht; das auch Nottursft iſt zu betrachten.*

86) In Receſſu Imperii Auguſtano de a. 1500. iam decretum, vt Poloniæ Rex per litteras rogaretur, ne præiudicium Imperio adferat, Ordinem Teutonicum Imperio ſubtrahendo. De eadem re agit FABRICIVS *Origg. Sax. lib. VII. p. 841.* & MVLLER *lib. I. c. XVI.*

87) Plenius de ſingulis agitur apud MVLLERVM *lib. I. c. XVII.*

88) MVTIVS Chron. Germ. lib. XXX. p. 310. *anno hoc Raimundum Cardinalem miſit Pontifex, Alexander ſextus eius nominis, in Germaniam, & alias quasdam ſeptentrionales nationes, cum magna apoſtolica clauium poteſtate, indulta eius extendebant ſe in mortuorum ante multos annos animas, verum vbi limina Germaniæ attigit, eum in Germania legatione fungi prohibebant Principes & Maximilianus, nolebant enim caritati dure exactionem etiam accedere: ſed tandem Principes admiſerunt legatum, qui peragrauit totam Germaniam, ex Inſpruck Norinbergam, illic per Franconiam Orientalem, & Thuringiam, peruenit Coloniam, inuenitque hic legatos Germanos ad pietatem & dandum promptiores aliis nationibus.* NIC. BASELIVS add. ad NAVCLERVM: *in eo Comitemu poſt varios deſuper habitos Tractatus, Raimundus Cardinalis Tit. S. Mariæ nouæ Gurcenſis ab Alexandro VI. Legatus a latere, in Germaniam & reliquas prouincias cum gratia Iubilæi miſſus, conſenſu Principum Norimbergam vocatus, ad ſua Legationis partes eſt admiſſus.* Quid hac in parte fuerit concluſum, ipſe Receſſus docet, cui quatuordecim articuli inter Nuntium Papalem ac ſenatum & Conuentum Imperii concluſi, fuerunt inſerti.

89) Extat ipſe Receſſus in forma apud MVLLERVM *lib. I. c. XXI.*

90) De hoc tumultu FVGGER lib. VI. cap. 5. n. 4. qui etiam addit: *Ihre Loſung daram ſie einander erkennten, ware, das der eine fragte: Was iſt dann nun vor ein Weſen? und der andere zur antwort gabe: Man kan vor Munchen und Pfaffen nicht geweſen.* GERH. a ROO lib. XI. p. 551. *per idem tempus, quo hæc per Italiam geſta ſunt, in Germania apud Nemetes, ruſtici complures, & ex agris collecta multitudo, in magiſtratus coniuratære. His teſſera, qua inter ſe noſcerent, hæc data, quærebant ex obuio quoque: equis hoc tempore rerum eſſet Status? is ſi reſpondiſſet, a monachis & eccleſiaſticis nihil tutum eſſe; pro conſcio & fido habebatur. Ea & rogantis & reſpondentis verba, ne abeſſet elegantia, vernaculis verbis in ſimilem ſonum cadebant, quem Rythmum vocant. Creantur inter ipſos præfecti duo, quibus ceteri dicto audientes eſſent. Eo facto, etſi ſatis ipſi declarabant, nullam ſine principatu ſocietatem feruari inter plures incolumem poſſe, ſtatuunt tamen omnem prorſus magiſtratum eſſe extirpandum, armis vindicandam libertatem.* Plenius hunc Tumultum deſcripſit TRITHEMIVS *Chron. Hirſaug. ad a. 1502.* quo illorum vexillum tali modo deſcribit: *vexillum ſibi ordinauerunt fieri bicoloratum, album videlicet & blauium, in quo imago Crucifixi Saluatoris deberet eſſe depicta, ſicuti Beato Gregorio dicitur apparuiſſe, ad cuius latus alterum ſotular vnum in ſignum Ligæ ſotularis formaretur, in altero vero ruſticus geniculando ſtaret complosis manibus depictus, ſuper cuius verticem ita ſcriptura legeretur in vulgari:* Nichts dann die Gerechtigkeit Gottes.

91) De hoc conuentu plenius MVLLERVS *lib. II. c. I. II. III. IV.*

92) Ceſſauerat autem iudicium Camerale; partim quod Regimentum, Noribergæ inſtitutum ceſſaret, partim etiam quod Adſeſſoribus ſalaria deficerent. MVLLER *lib. I. c. XXIII.*

93) De hoc MVLLER *lib. II. c. VI.*

94) MVLLER *p. II. c. VII. p. 279.*

95) MVLLER *p. II. c. X.*

96) MVLLER *p. II. c. XIII.*

97) De hoc plenius agit DATT *lib. II. cap. I.* & MVLLER *lib. II. c. XV.* Primi ſocii erant Wilhelmus,

§. XIX. Tandem vero ferale illud bellum Bauaricum exarſit. Georgius enim diues Bauariæ Dux, lineæ Landshutanæ, teſtamento hæredem ſcripſerat Rupertum. Palatinum, Philippi Electoris filium, generum ſuum, cuius tamen confirmationem anxie licet quæſitam, a Maximiliano I. impetrare non valuit. 98) Hic antequam an. 1503. moreretur, generum ſuum Boiicæ ſecundæ Vicarium conſtituebat, & Status ſuos Prouinciales, vt ſe Ruperto ſubmitterent, admonebat. 99) Morte vero inſecuta, proximi ipſius adgnati Albertus & Wolfgangus lineæ Monachienſis, die V. Decembris 1503. Vlmæ in conuentu Fœderatorum, Landshutanas terras, feudali iure ab Imp. obtinebant. 100) Senatus igitur quinto Februarii 1504. datus Auguſtæ Vindelicorum cauſæ diſceptandæ coram Cæſare, Septemuiris, Principibus & Cæſareo conſilio. Cauſſa coram hoc ſenatu ventilata, Ruperto præcer ſucceſſionem naturalem filiæ competentem, quod pleræque terræ ſint allodiales, vel Georgii pecunia comparatæ, adiegante. Adgnatis vero ad ius feudale & adgnationis, pactum etiam ſucceſſorium an. 1392. initum prouocantibus. 1) Tandem vero per ſententiam XX. Aprilis 1504. latam, terræ Landshutanæ tanquam feudales adgnatis fuerunt adſignatæ. 2)

§. XX. Dum

nus, Dux Iuliacenſis, Rudolphus, Princeps Anhaltinus, Eitel Fridericus, Comes Zolleranus, Felix Comes Werdenbergicus, Leonhardus de Frauenberg & Wolfgangus Iörger, Barones.

98) Cauſſam belli ſic exponit HEVTERVS *Rer. Auſtr. lib. VI. c. VI.* dicens: *Georgius & Albertus Bauariæ Duces fratresque, mortuo patre, eius Regnum inter ſe diuidunt, ita vt Georgius natu maior Ingolſtadii habitaret, ſuperioremque Bauariam poſſideret; Albertus Monachii ſedem ſtatueni, inferiorem teneret, addita conditione, ſi alter eorum ſine maſcula prole vita decederet, ſuperſtes frater eius hereditatem in ſolidum adiret, ſibique ſucceſſionis iure excluſis certaque pecunia ſumma pro dote aſſignata. Dux Georgius prior moritur, unica tantum relicta filia Elizabetha, vxore Roberti filii Philippi Comitis Palatini: qui, non obſtantibus fratrum pactis conuentis, Bauariæ ſuperioris Ducatum omneſque ſoceri opes ad ſe hereditario iure eſſe deuolutas aſſeuerabat, quod ex eius vnica filia liberos genuiſſet. Albertus Bauariæ inferioris Dux vxorem duxerat Cunigundim, Cæſaris Maximiliani ſororem, eiusque auxilio cauſam ſuam defendebat. Contendens ex pacto conuento ſe fratris ex aſſe eſſe hæredem. Oritur hac de cauſa inter Albertum ac Robertum bellum: intercedit Cæſar, arbitrumque ſe componendi diſſidii offert. Erat enim vtrique ſanguine iunctus, ac proinde æquiſſimam concordiæ formulam proponit, ſæpiusque Principum Germaniæ hanc ob rem conuentus habens, enixe laborabat, ſine bello res componeretur. Albertus ſe Cæſaris ac Principum Imperii ſententiæ ſubmittebat. Renuebat Robertus, eiusque pater Philippus, conſiſi promiſſis Ludouici Francorum Regis, ſedulo ſtudentis Cæſari in Germania longum grauequæ ſuſcitare bellum.* Errat tamen in eo Heuterus, quod Georgium & Albertum fratres vocet, cum remotiores adhuc fuerint adgnati. Tale enim erat ſchema:

Stephanus Fibulatus

Stephanus II. Ingolſtadienſis	Fridericus Landshutanus	Ioannnes Monachienſis
Ludouicus Barbatus	Henricus Dives	Ernestus III.
Ludouicus Gibboſus † 1445.	Ludouicus Dives	Albertus III.
	Georgius Dives	Albertus Wolfgangus IV.
	Eliſabetha vxor Ruperti Palatini	

Melius igitur GERH. a ROO lib. XI. p. 554. *dum hæc per Italiam geruntur, obiit apud Germanos Georgius inferioris Bauariæ Princeps, cognomento Diues, vnicam relinquens filiam Eliſabetham, quæ Ruperto Palatino, Philippi Electoris filio nupta, duos ei filios Philippum & Orhonem pepererat. Huic omnia ſuæ teſtamento legauerat Georgius: ſed Albertus & Wolfgangus ſuperioris Bauariæ regnli, contra leges & inſtituta id factum eſſe contendebant: extare vetuſtiora diplomata, quibus caueretur, ſi quem ex Bauariæ principibus, absque hærede maſculo decedere contingeat, vti proximus ex lateral (quam vocant) lineæ agnatus in bona ipſius & ditionem ſuccederet. Hac ratione cum nihil proficerent, totius rei arbitrium ad Cæſarem detulerunt. Is, ne bello per Germaniam occaſio inter principes cognatos exiſteret, magnopere in eam curam incubuit, vti ſublatis ex æquo & iure controuerſiis, pax & concordia ſeruaretur. Sed Rupertus, vix primæ iuuentutis annos ingreſſus, & ſuopte ingenio, & aliorum conſiliis ferocior, conditiones quantumuis æquas non admiſſurus eſſe videbatur.* FVGGER *lib. VI. cap. VI. n. 1. 2.* ADLZREITER *p. II. lib. IX. n. 71.*

99) TRITHEMIVS Chron. Hirſ. ad a. 1504. *prius enim quam moreretur, generum ſuum Ducem Rupertum de Heidelberga cum vxore & liberis ad ſe vocauit in Bauariam, cupiens eum hæredem inſtituere Ducatus ſui, & omnium quæ poſſidebat. Venit ad focerum gener eum vxore & liberis anno ferme prius quam obiret, habitauit cum eo in Bauaria, & oppida quædam atque munitiones ſocero mandante in deditionem accepit. Moriturus autem Dux Georgius ſæpe dilium Rupertum generum ſuum ex teſtamento hæredem vniuerſorum inſtituit, eumque violenter ad Bauariæ Ducatum introduxit. Quæ res Alberto Bauariæ Duci vt hæredi proximiori diſpliceut, & teſtamentum Ducis Georgii reclamauit. Sed Georgius Dux quam diu vixit, manu tenuit Generum, & ſedulo ne diſcederet a teſtamento, ſe mortuo, admonebat.* ADLZREITER n. 72. *Dux Georgius, vt Generum rebus ipſis, & velut inchoatæ adminiſtrationi inneſteret, eum Vicarii nomine ſeruande Boice præfecit, adiectis viris illuſtribus & rerum vſu peritis, qui conſiliis adeſſent Ruperto ius dicenti,* FVGGER *c. l.*

100) ADLZREITER *n. 75.* FVGGER *n. 3.* LINTVRIVS *ad a. 1504.*

1) Integrum deſcribit ADLZREITER *p. II. lib. IX. p. 76.* FVGGER *n. 4.* TRITHEMIVS *ad a. 1503.* Ipſum vero pactum mutuæ ſucceſſionis inter Stephanum II. Fridericum & Iohannem, fratres, Duces Bauariæ an. 1392. Monaci initum, exhibet MVLLERVS *lib. II. c. XVIII.*

2) Sententiam & Proceſſum exhibet ADLZREITER n. 78 FVGGER pag. 1148. MVLLER lib. II. c. XVIII. LVNIG *p. Spec. Cont. II. Abſatz I. pag. 58.* du MONT *Tom. IV. p. I. p. 49.*

§. XIX. Dum autem decreto ſtare nollet Rupertus Palatinus, ipſe cum adiutoribus ſententia Cæſarea fuit proſcriptus. Idem fatum expertus fuit pater ipſius, Philippus Ingenuus, Electoris Palatinus, qui fruſtra licet monente Cæſare, Ruperto filio acceſſerat. 3) Contra eosdem Maximilianus totius Regni Principes, ciues atque Miniſteriales euocabat, bellumque iis tanquam Imperii proſcriptis indicit. Et licet Electores datis ad Imp. litteris, diffidationem iſtam impedire conarentur, 4) Comitia etiam ab Imp. a. 1504, Francofurtum fuiſſent indicta, factum tamen hoc porius, vt auxilia ab Imperio impetrarentur, quæ denegabantur. 5) Nihilominus Rege Maximiliano præcipiente, diuerſis a locis in Palatinum mouetur expeditio. 6) Primum contra Rupertum exercitum ducebat Maximilianus, Rex Germanorum, & qui cum ipſo erant Albertus & Wolfgangus, Duces Bauariæ, Fridericus, Marchio Brandenburgenſis, Epiſcopus Argentinenſis, & tota confœderatio Sueuica cum Regni ciuibus in circuitu vniuerſis, qui Georgii Ducatum vaſtabant, plura oppida occupabant. Maximilianus etiam aduentantem ex Bohemia exercitum mercede conductorum a Ruperto haud procul a Ratisbona fudit. Inde diuiſo exercitu, partem dimiſit in Bauariam contra Rupertum, ipſe cum parte altera in Alſatiam contra Philippum, Electorem pergens, 7) multa Palatinatus loca, vrbem etiam Kuſtein, vna cum arce Geroldseck ſtrenue licet a Pintzenauero defenſam, occupat 8) & Philippum ad petendam pacem cogit. Noribergenſes denique proprium exercitum ducentes contra Philippum, multa ei damna circa oppidum Amberg in Bauaria fecerunt, vtpote qui & viciniores erant, & ſe cæſos aliquoties ab eo grauiter animis ferebant. 9) Secundum exercitum contra Philippum duxit Vdalricus, Dux Würtenbergenſis, cum iuſſu regio, tum propriam aduerſus memoratum Principem habens actionem, qui miſſis menſe Maio litteris Heidelbergam, hoſtem & inimicum ſe manifeſtat eiusdem. Deinde contractis copiis ad numerum, vt ferunt, viginti millium pugnatorum peditum, & octingentorum equitum, terras Palatini Comitis ingreditur, Maulbrunnenſe cœnobium incendit, varia oppida capit. 10) Tertium contra Palatinum circunduxit exercitum Alexander Comes Palatinus, Bauariæque Dux & Comes in Veldentia, Capitaneum ſuum cum exercitu paruo rufticano & magis ad prædam idoneam quam ad pugnam, in terras miſit Palatini, variasque vrbes capit. 11) Quartum contra Philippum Palatinum Comitem excitum duxit Wilhelmus, Haſſorum Landgrauius, ſecum habens Henricum Ducem Brunſuicenſem, Henricum quoque, Ducem Mecklenburgenſem, Emichonem Comitem de Leiningen, Comitem Lippienſem, Comitem de Königſtein, aliosque plures Comites & nobiles, quorum aliqui odio Palatini laborantes, aut proprias cauſſas prætendentes, ſpontanea voluntate militabant; alii ſtipendio fuerunt ab eo conducti: cum his terras Palatini nimium infeſtauit, 12) qui interea in ſua munitione fortiſſima Heidelbergæ reſidebat. 13) Hæc igitur

3) TRITHEMIVS *Chr. Hirſaug. ad an. 1505.* ADLZREITER *p. II. lib. IX. n. 79.* ROO lib. XI. p. 554. *Cæſar vero, nihil amica tractatione obtineri poſſe videns, illum proſcribit, omnemque illius ditionem cuiuis dirripiendam permittit: patri Electori, ne filio opem ferat, eadem multa proposita, intermittit. Philippus animi dubius, dum neque filium deſcrendum, neque Cæſaris in ſe iram prouocandam putat, tandem promiſſis (vti ferebatur) a Galliorum rege auxiliis fretus, & paterni animi affectu victus, arma capit, filio defenſorem ſe præbet. Hinc & ipſe omnibus Imperii commodis ac beneficiis priuatur, reliquis item principibus, inprimis vero Vdalrico Wirtenbergenſi & Guilielmo Haſſiæ regulo inuinctum, vti bello illum, tanquam perduellem adorirentur. Promptus in hanc expeditionem erat Vdalricus, cui Alberti filium Salomam Cæſaris, quia annucula ei erat, auctoritate collocatam, ſupra retulimus.*

4) Quid hac in cauſſa fuerit actum, declarat MVLLER *p. II. c. XVIII.* §. *16.*

5) De hoc FVGGER *lib. VI. c. VI. pag. 1552.* MVLLER *lib. III. c. I.*

6) TRITHEMIVS *cit. loc.* FVGGER *lib. VI. c. VI. n. 16.* ROO *lib. XI. pag. 554.* ADLZREITER *p. II. lib. IX. n. 79.* quod autem Maximilianus Ruperto tam infeſtus fuerit, rationem reddit FVGGERVS *lib. VI. c. VI. n. 5.* eo quod Fridericus Victoriosus Philippi patruus, & Ludouicus diues Bauariæ Dux, tantum mali intulerint Friderico III. Imp. Addit, quod a. 1396. Bauariæ Duces vrbes Kuzbühel, Radenberg & Kuſtein ſubtraxerint, Allatiæ etiam Aduocatiam ſeptuaginta millium florenorum pretio Sigismundus Palatinus oppignorauerit, & quod Georgius Dux Comitatus Kirchberg & Weiſſenhorn Auſtriacis terris finitimos, emtionis iure adquiſiuerit.

7) TRITHEMIVS *c. l.* ROO *p. 555.* Victoriam de Bohemis ſingulari carmine canit HENRICVS BEBELIVS in FREHERI *Tomo II.* 10. FABER in Orat. parentali p. 413. *Bohemi quoque viri omnium bellicoſiſſimi, qui pluries ſola nomini ſui fama exercitus fugarunt, cum neſcio quid ſiniſtri aduerſus Cæſarem hunc molirentur, eſſentque auxilio his qui non ſatis obedire viderentur, parua militum manu excepta (neque enim exercitum ſuum, qui magnus eſſet, expellare volnit) apud Ratisponam ab hoc Cæſare noſtro proſtrati ſunt atque profligati. Nemo eorum ſalutis remanſit, niſi quem innata clementia Cæſaris conſeruauit, quos & in verba ſua iurare coëgit.* Eadem dicit GEORG SAVROMANVS *orat. parent. p. 425.*

8) Quid circa Kuſtein occupationem acciderit, late exponit ROO *citat. loc.* FVGGER *n. 10.* ADLZREITER *n. 87.*

9) TRITHEMIVS *c. l.*

10) TRITHEMIVS *c. l.* ROO *p. 554.*

11) TRITHEMIVS *c. l.*

12) TRITHEMIVS *c. l.*

13) TRITHEMIVS c. l. p. 614. *interea dum hac agerentur, Philippus Comes Palatinus in ſua munitione fortiſſima reſidebat Heidelbergæ, finem & exitum rei expectans. Caſtrum eius reſidentiæ muris, turribus, montibus & ſitu fortiſſimum eſt, nec facilis patet acceſſus, in quo tot machinas repoſuit bellicas atque bombardas numero & magnitudine ingentes, quantas vel quales antehac apud vnum principem nonvidimus in Germania. Oppidum quoque Heidelberg ſatis ante munierat, & victualia pro triennio ſufficientia præparauerat, viros etiam audacia & fortitudine*

igitur Palatinatus inuasio per quinque menses durauit. 14)

§. XXI. Postquam autem XX. Augusti 1504. defunctus esset Rupertus, 15) circa festum Michaelis Maximilianus Rex pacem cunctis indixit communem, præcepitque iam deinceps ea cessandum. Et ne cuiquam videretur subtraxisse patrocinium iuris, conuentum principibus statuit in mense Iulio sequentis anni apud Coloniam celebrandum, in quo si quis aliquid haberet iustæ querelæ aduersus alium, communi Procerum iudicio definiretur: interea mandauit, ab omni tumultu quiescendum. 16) In Principio igitur mensis Iulii anni 1505. conuenerunt ad Maximilianum in Coloniam multi Regni Principes. 17) Ibi Philippus Palatinus, a Friderico Saxoniæ Electore ad Cæsarem introductus, veniam supplex & pacem orans, in gratiam ab illo receptus est, ipsumque inter & Alberum ac Wolfgangum fratres Bauariæ regulos, pacis & concordiæ leges dictæ, & sub grauissima læsæ maiestatis pœna obseruari iussæ. Ruperti quoque puerorum rationem Cæsar haberi voluit, quibus præter thesaurum Georgii, eam controuersæ regionis partem attribuit, quæ inter Danubium & Nabum amnes, & veteres Palatinæ ditionis limites, adiacet, quæ exinde *die lunge Pfaltz*, siue a metropoli, Ducatus Neuburgensis solet vocari, cæteræ Georgii ditiones Alberto & Wolfgango cesserunt. Omnem quoque controuersiam, quæ inter Palatinos & Wirtembergicos, multis annis agitata, proximo bello inualuerat, æquis conditionibus sustulit. 18) Singulis relicta, quæ in bello occupauerunt, 19) præcipue vero Maximiliano Cæsari Rotenberga arx, ciuitas & arx Kuelstaina cum multis aliis vrbibus & iuribus cesserunt. 20) Licet plena huius diuisionis Executio demum in Comitiis Constantiensibus 1507. fuerit facta. 21) Actum in iisdem Comitiis Colonienſibus de restituendo Imperii Regimento & Iudicio Camerali, pace publica promouenda, auxiliis contra Turcas præstandis & Comitem Zipsensem, qui Vngariæ regnum adfectabat, de bello Venetis inferendo, expeditione etiam Romana, & abolendo communi denario. 22) In iisdem Comitiis Gröninga, eo quod Alberto Saxoniæ Duce, constituto Vicario, & post mortem ipsius, Georgio filio se nollet submittere, banno fuit notata. 23)

§. XXII. Dum hæc in Germania fiunt, nouum in Gallia fœdus, Blesis d. XXII. Septembris a. 1504. inter Cæsarem, eiusque filium, & Galliæ regem, per legatos ictum fuit, præsentibus Iulii Pontificis nuntiis, Sisteronensi Episcopo, & Marchione Finariensi. Fœderis summa fuit hæc: vti Caroli & Claudiæ matrimonium, iam antea regis sacramento confirmatum, ab ipso demum, & Francisco Angulismensi consanguineo, & proximo illius hærede masculo, aliisque Galliæ quibusdam principibus subscriberetur. 24) Maxi-

tuline potentes pro loci defensione in præsidio habuit, & bellium aduentum fecurus expectauit.

14) TRITHEMIVS postquam ad a. 1504. omnes has expeditiones latius descripsisset, tandem his verbis concludit: *omnia quæ scripsimus, annua sub serie pranotata mala, in ea concertatione regni & principum Germaniæ aduersus Philippum Comitem Palatinum facta sunt, quæ mensibus fere 5. durauit, quatuor videlicet per inæquales exercitus, quorum primum in Bauaria duxit Maximilianus Rex & certi cum eo Principes. Secundum in Sueuia processit Vdalricus Dux Wirtenbergensium & ambo satis nocuere Palatinatui. Tertius vero parvus & minimum nocens fuit exercitus Ducis Alexandri. Quartus autem crudelis & nimis hostilis incendio & rapina plus nocuit multis, qui sub manibus Wilhelmi Landgrauii Hassiorum ducebatur. Hos quatuor impugnantium exercitus, quia descripsimus nunc pacem requiramus.* Ex eodem TRITHEMII Chronico Hirsaugiensi desumta est *Historia Belli Bauarici*, quæ in tertio Tomo FREHERI reperitur. De eodem bello agit MVTIVS *lib. XXX. pag. 311. 312.* CHYTRAEVS *Hist. Saxon. lib. V. p. 139. 140.* RICARDVS etiam BARTHOLINVS *de bello Norico Austriados* libros XII. scripsit, qui prodierunt *Argentorati 1516. 4.* & in REVBERI extant collectione.

15) TRITHEMIVS ad a. 1504. *anno pranotato, 20. die mensis Augusti obiit Rupertus Comes Palatinus Bauariæque Dux Philippi Palatini Principis Electoris tertio genitus filius & gener Ducis Georgii Diuitis anunculi sui, hic aduersum se adhuc durante, anno ætatis suæ XXII. filium reliquens, & filiam cum vxore vidua, Ducis Georgii quondam filia, quæ & ipsa post dies paucos moriens secuta est.* FVGGER *p. 1151.* ADLZREITER *n. 85.*

16) TRITHEMIVS *c. l.*

17) Principes qui ibidem conuenerunt, recenset TRITHEMIVS *ad a. 1415.* & MVLLER *lib. III. c. III.* ADLZREITER *p. II. lib. IX. n. 93.*

18) ROO *lib. XI. p. 557.* FVGGER *c. l. n. 13.* Has vero pacis conditiones latius exponit ADLZREITER *p. II. lib. IX. n. 93. 94.* De iisdem GOLDASTVS *Reichs-Handlungen pag. 45.* MVLLER *lib. III. cap. V.*

19) TRITHEMIVS *ad a. 1505. in eo conuentu Principum Maximilianus Rex inter discordantes Duces pacem reformauit, & conditiones pacis in medium proposuit, quas seruari & custodiri ab omnibus inuiolabiliter sub pana criminis læsæ Maiestatis partibus mandauit. Summa conditionum in eo fuit sententiam, vt qui tempore guerrarum plura perdidit, careret amissis, & qui multa fuerat lucratus, non compelleretur, saltem in foro contentioso, ad restitutionem.*

20) De his late ADLZREITER *n. 96.* FVGGER *n. 15.*

21) *Vide infra §. XXV.*

22) De singulis hisce latius MVLLERVS *lib. III. c. IV. VI. vsque ad XII.* qui etiam *cap. XIII.* ipsum Recessum Colonienſem exhibet. GERH. a ROO *lib. XI. p. 557. Maximilianus, peracto cum Rotomagensi colloquio Haganoa discedens, Coloniam Agrippinam, secundo Rheno descendit, vbi indicta erant comitia, sub Iulii mensis initium, quibus inter alia de bello Venetis inferendo & itinere Romam versus instituendo actum.*

23) PONTVS HEVTERVS *lib. VII. cap. VII.* MVLLER *lib. III. c. XII.*

24) Maximiliano tamen imputabatur, quod hoc matrimonium fuerit refisum. Sic enim in Epistola Apologetica apud FREHERVM Tom. III. p. 406. *clamitant Ludouicum Regem Francisci socerum fidem Maximiliano Cæsari fefellisse, quod Caroli sui nepoti Claudiam filiarum suarum natu maxi-*

Maximilianus omnibus Mediolanensis principatus diplomatis rescisis, novum regi eiusque proli masculæ, si qua nascereтur, sin minus, Carolo & Claudiæ, aut illo ante maturam nuptiis ætatem moriente, Ferdinando Philippi secundo filio, si Claudiam ipse duxisset, concederet. Quod simulatque confectum esset, Cæsar sexaginta aureûm nummûm Rhenensium millia a rege, altera totidem post sex menses acciperet, singulis item annis, ad natalem seruatoris nostri diem, bina aurea calcaria. Idem in Italiam aduersus Venetos profectus, 25) Romam sibi iter ad suscipiendam sacram coronam expediret. Quod ad bellum Venetis inferendum attineret, quo omnia, quæ abs singulorum ditionibus diuulsa possidebant, restituere cogerentur, Pontifex in fœdere comprehenderetur: Hispaniæ regibus, si & ipsi ascribi vellent, quatuor menses locus relinqueretur. Rex Palatino auxilia, quæ promisisse dicebatur, nulla mitteret. Hæc scripto firmata sunt, ac præterea actum est de colloquio inter Cæsarem constituendo, cui locus alius designaretur. 26) Insequenti anno 1505. Ludouicus rex, postquam Cæsarem Hagenoæ cum filio agere & Comitia celebrare intellexerat, Georgium Amboſium Cardinalem Rotomagensem eo cum mandatis misit. Ibi solenni ritu d. 4. Aprilis 1510. fœdus sacramento confirmatum, Ludouicus postquam Amboſius solenne vasallagium præstitisset, de Mediolanensi Ducatu fuit inuestitus, & promissæ pecuniæ dimidium Cæsari numeratum est. 27)

§. XXIII. Sub finem anni 1504. moriebatur Hispaniæ regina Elisabetha. 28) Celebratis igitur postridie Idus Ianuarii 1505. ipsi a Philippo archiduce Bruxellis exequiis, ipse vna cum Iohanna vxore, Elisabethæ vnica, Rex ac Regina Castellæ proclamabantur. 29) Noui eodem anno in Geldria motus, quos Carolus Egmondanus Geldriæ Dux conciebat, auxiliis Ludouici Regi fretus, 30) qui rupto fœdere, illi accedebat, & coactus quasi Claudiam, Carolo promissam, postmodum Francisco Angulesmensi, in matrimonium concedebat. 31) Cum Venetis quoque pacisceбatur, vt Maximiliani profectionem Romanam secum impedirent. 32) Brabantii autem maximis iniuriis, per principis sui absentiam a Carolo prouocati, collecto milite, Arnhemium obsidebant, quibus Cæsar, cum plerisque prin-

nam non dederit in matrimonium, quam vt illi scilicet desponderet, Mediolani principatum a Maximiliano impetrauerat, beneficio Populi Romani (quod Pestrates vocabulo nouo inuestituram vocant) fibi radi. Et paullo post: *etenim ignorare non debuerant, hodie quoque multa superesse hominum milia, qui pro testimonio possint dicere, natu maximam Ludouici filiam non modo eo tempore, quo in Ludouici principatum Maximilianus arma intulit, verum vno etiam atque altero post anno nemini collocatam, atque adeo apud patrem fuisse: ipsum vero Maximilianum Cæsarem iam antea despondisse Carolo Mariam, Britannorum Regis Henrici septimi filiam.* Extat ipse Tractatus Pacis in RECVEIL DES TRAITTES DE PAIX *Tom. II. pag. 8.* apud du MONT *Tom. IV. p. IV. p. 55.*

25) Contra hos eodem die singulare fœdus Blesis fuit conclusum, quod extat apud du MONT *Tom. IV. p. I. p. 58.*

26) Verba hæc sunt GERH. a ROO *lib. XI. p. 556.* G. BRAVDLACHT *c. IV. §. 19.* P. HEVTERVS *lib. VI. c. VII.* FVGGER *n. 16.*

27) P. HEVTERVS rer. Austr. lib. VIII. c. VII. *exinde Rex Ludouicus Georgium Amboſium, Cardinalem Rotomagenſem, ad Cæſarem in Germaniam, Hagenoæ comitia celebrantem mittit, ſuo ei nomine clientale ſacramentum de Ducatu Mediolanenſi ac Comitatu Ticinenſi Angleriæque dicturi, quemadmodum pacis conditionibus ſuperiori anno conceptis erat conuentum, præſentemque dimidium promiſſæ pecuniæ partem, reliquum ex pacto numeraturus, cum Cæſar in Italiam veniſſet. Amboſius diploma a Cæſare Hagenoæ accipit, quo conditionibus pacis anni præcedentis Rex in poſſeſſionem Ducatus Mediolanenſis, vt cliens a patrono conſtituebatur. Huius diplomatis exemplum, Hagenoæ dictis legibus ſeptimo Aprilis huius anni exaratum legi.* Tractatum Bleſenſem Hagenouiæ IV. Aprilis confirmauit Maximilianus, prout hæc confirmatio reperitur in RECVEIL DES TRAITTES DE PAIX *Tom. II. p. 8.* & apud MVLLERVM *lib. III. c. II.* LVNGIVM *Cod. diplom. Tom. I. p. I. Col. 127.* du MONT *Tom. IV. Supplem. pag. 55.* Vasallagium a Georgio Amboſio, nomine Ludouici XII. de Mediolanensi Ducatu VI. Aprilis præstitum exhibetur *p. 17.* ipsa vero inuestitura VII. Aprilis 1505. *p. 18.* & apud MVLLERVM *lib. III. c. II. pag. 427.* du MONT *Tom. IV. p. I. pag. 60.* GERH. a ROO *lib. XI. p. 557.*

28) GERH. a ROO lib. XI. p. 557. *ſub finem huius anni (1504.) moritur in oppido Methymna Campi, Eliſabetha Hiſpaniæ regina, honeſtiſſimis moribus, & rara in eo ſexu prudentia inſignis; cuius exequiis Granatæ procuratis, Ferdinandus rex, ne belli inteſtini motus, qui ea viuente conſopiti erant, reſuſciterentur, in frequenti procerum conuentu Ioannam ſuam Philippi vxorem, quæ vna ſupererat, Caſtellæ, Legionis, Granataque & reliquorum vlteriorís Hiſpaniæ regnorum dominam ac reginam declarauit, & ex conſuetudine, ad gubernacula capienda, vocari debere decreuit.* PONTVS HEVTERVS *rer. Auſtr. lib. VII. c. VI.* FVGGER *lib. VI. c. VI. n. 11.* IO. MARIANA *lib. XXVIII. c. XI.*

29) P. HEVTERVS *cit. loc.* FVGGER *lib. VI. c. VII.* P. MARTYR *ep. CCLXXXV.*

30) ROO *c. l.* FVGGER *lib. VI. cap. VI. n. 7.* ROO lib. XII. pag. 562. *non multo poſt, Carolum Geldrum, nouis iterum auxiliis inſtruxit, quibus vicinos Philippi ſubditos diuexaret.*

31) Extant matrimonii Tractatus in RECVEIL DES TRAITTES DE PAIX *Tom. II. p. 19.* GERH. a ROO *lib. XII. pag. 562.* de Ludouico XII. *igitur aperte iam ab eo fœdere auerſum ſeſe oſtendens, filiam Carolo principi pactam, Franciſco Angoliſmenſi deſpondet. Id ne prorſus iniquum eſſe videretur, iam antea quoſdam ſubornauerat, qui tanquam ex omnibus Galliæ conſiliis prouincialibus ad ipſum legati, in tenui ſpe prolis maſculæ hoc vti faceret, ſupplices petiuêre. In toti regno, non iniuria, neque ſine grauibus cauſis poſtulanti, negare ſe non potuiſſe, Philippo regi per legatos ſignificat, quæ ſatis euidens, erat fœderis renuntiatio.* FVGGER *lib. VI. c. XI.* PONTVS HEVTERVS *lib. VI. c. I.*

32) GERH. a ROO lib. XII. p. 561. *hanc Philippi potentiam, vt regnorum acceſſione auctam moleſte ferens Gallorum rex, & Maximiliani Cæſaris iter in Italiam eo expeditius fore timens: varia ſecum animo ſuo conſilia agitabat. Superueniunt a Cæſare legati, qui quingentos cataphractos, quos promiſerat in Italiam ituro, mitteret, reliquum pecuniæ intra paucos dies ex pacto numeranda daret, Inſubres exules in pa-*

principibus, soluto conuentu Colonienſi, ſuppetias ire pertexit. Geldrus, haud contemnendas illum copias adducere videns, quibus ſimul & Brabantinis imparem ſeſe agnoſceret, deditionem oppidi facit, ſeque, ſub certis quibusdam conditionibus, eius fidei commiſit. A Philippo quoque veniam ſupplex petiit, & in Hiſpaniam ſe cum eo iturum pollicitus eſt, id quod minime præſtitit. Cæſar vero, dimiſſo in Brabantiam filio, Coloniam ouabundus rediit, magnoque ciuium plauſu, campanis per totam vrbem reſonantibus, exceptus eſt. 33)

§. XIV. Hoc ipſo anno 1506. dum Vladislaus, Vngariæ Rex, aduerſa valetudine laboraret, Stephanus Tranſyluaniæ regulus, Annam Vladislai Regis filiam adhuc infantem filio ſuo deſponderi poſtulabat, idque Vladislaus importunis cæterorum Principum interceſſionibus prope coactus, contra vetera pacta conceſſurus eſſe videbatur. Clamabant enim illi, nullum ſe ex Germanis regem accepturos, maxime, dum ſuperiori anno 1505. in publicis Comitiis fuiſſet concluſum, ac inpoſterum vllo vnquam tempore, ſi Rex Vladislaus absque hærede maſculo decederet, alienæ gentis & ſanguinis Regem ſibi deligendum proponerent: addita atroci denuntiatione, vt qui contra hanc legem feciſſent, eorum Bona fiſco addicerentur, ac ipſi liberique, & poſtea eorum vniuerſi, aut perpetuo exilio, ſi capi non poſſent, aut capti præſentiſſima extremi ſupplicii pœna plecterentur. His igitur per fideles nuntios mature cognitis, Maximilianus, dum contra pacta priora eſſet, ſtatim Poſonium cum exercitu profectus: magnum Hungaris a bello imparatis, imprimis regi, pacis quam belli partibus magis idoneo, terrorem fecit. 34) Poſtquam vero vterum geſtare reginam, & menſes prope exactos eſſe reſciuit, conſulto ſe facturum ratus, ſi partum expectet; inducias aliquot dierum impetrari facile paſſus eſt. Interim ad Calendas Iulii 1506. regina puerum enixa eſt, cui Ludouico nomen datum. Hunc cute nondum enata editum memorant, quam inunctionibus medici produxêre. 35) Poſt natum puerum, Maximilianus pacem cum Hungaris fecit, pactis de ſucceſſione denuo confirmatis. Mox Hungarico bello expeditus, iterum ad Italicum iter & coronationem Romam animum conuertens, a Venetis tranſitum petit, quem ipſi denegabant. 36)

§. XXV. Inſequenti anno 1507. Maximilianus acceptis a Pontifice Iulio & Venetis litteris admonebatur, dignitari Imperioque conſuleret. Ludouicum enim Francorum Regem cum ingenti exercitu in Italiam deſcendiſſe, Inſubriam Imperio ſuo adieciſſe, Genuam rebellantem domuiſſe, Cardinalem Rothomagenſem aſtu vel armis Papam facere conſtituiſſe, vt accepta ab eo Imperii corona, a Germanis ad Francos dignitatem transferret. 37) Commotus Litteris Cæſar, Comitia ad diem Oculi 1507. conſtantiæ haben-

in patriam reſtituereț, petière. Rex ſe præter animi ſententiam conuenta ſeruari cupere dixit, ſed de pecunia, ante tempus præſentanda, excuſationes adſert, mox datis ad Venetos literis, hoc agit, vti illi vna ſecum Maximiliani iter impediant. Inſederat eius animum non vanus omnino timor, hac Cæſaris profectione id quæri, vti confirmato ipſi Imperio, filius in Regem Romanum eligatur.

33) G. a ROO *lib. XI. p.* 527. P. HEVTERVS *lib. VII. c. VIII.* FVGGER *c. l.* LINTVRIVS ad a 1505. *eodem anno, circa feſtum Pentecoſtes, iterum dieta celebratur pro pace, per Regem Rom. Maximilianum & principes. Ibi bellum in Alemannia intercipitur: ſed vox Francie per ducem quendam adeo filium Regis Romanorum in Flandria tributauit bello forti, quod Rex Rom. cogebatur de Colonia filio venire in ſubſidium. Ibidem per aſtutem bellant, tandem pacificantur.*

34) GERH. a ROO *lib. XII. p.* 562. CZECHOROD *lib. VII. c. VI. p.* 521.

35) Verba ſunt G. a ROO *lib. XII. p.* 562. GEORGIVS SAVROMANVS in Orat. parentali apud FREHERVM tom. II. *p.* 426. *& rurſus quanta celeritate quam infeſto agmine Pannonias repetierit, cum Rex Vladislaus (quo nemo natus erat melior, iuſtior, aut fauctior princeps,) ſine hærede regnum relicturus videretur; & cum tanquam deſpectatorem & ſimul ſucceſſorem acceſſiſſet, quia plerosque regni proceres ad id largitione & perniciosa factionibus anhelare compertum eſſet. In qua expeditione præter militarem laudem, animi eius quoque equitas inſignitet cuitui. Nato enim regi in ipſo rerum motu præter omnium ſpem diuinitus filio Ludouico (cuius nunc adoleſcentis virtus tantam ſuperare cœpit ætatem, vt breui vnus & idem eius amorum & imperiorum progreſſus futurus videatur) eum ipſum inquam Cæſar primum hanc lucem aſpicientem, coram regni hæredem vltro agnouit, ſumma pietate pronunciauit, auctoritate armata conſtituit, confirmauit, atque (quod pauci admodum feciſſent) pedem non dubitanter ex tot regnorum quaſi poſſeſſione retulit, ſimul omnem exercitum prouinciæ innoxium reduxit.* CZECHOROD *c. l. p.* 521. *Natus eſt Ludouicus die* 1. *Iulii: cui Pater nomen Iulii indere voluit, ſed mater obtinuit, vt Ludouicus in memoriam Regis auunculi nominaretur. Editus in lucem, raro ſane inter homines exemplo, nudatus cute, omnium qui adeant, nouæ rei admiratione oſtenſe ribus. Vocati Medicipitur: ſed vox Francie per ducem quendam adeo filium Regis Romanorum in Flandria tributauit bello forti, quod Rex Rom. cogebatur de Colonia filio venire in ſubſidium. Ibidem per aſtutem bellant, tandem pacificantur.*

36) ROO *lib. XII. p.* 563. Singula hæc in literis conuocationis ad Conuitia Conſtantienſia narrat Maximilianus apud DATTIVM *p.* 562.

37) Verba ſunt P. HEVTERI *lib. VII. c. I.* G. a ROO *lib. XII. p.* 565. *conſtitutis Belgii rebus, Cæſar in Germaniam reuerſus, Conſtantiam ad Comitia illic indicta, ſe contulit. Adorant Septemviri Electores omnes perſonaliter, cæterique eccleſiaſtici & ſeculares principes plerique & ex liberis Germa-*

habenda indicit, quibus Electores omnes, Principes seculares & ecclesiastici, cum Ciuitatum legatis aderant solito frequentiores. 38) Postquam Maximilianus hæc Gallorum attentata Statibus proposuisset, 39) dictas etiam litteras legi iussisset, ardentissimis principum sententiis, summaque animorum consensione ad defendendam Imperii Germanici dignitatem, Cæsari ingentia promittuntur auxilia, quæ non solum pellendis Italia Francis, recipiendaque aurea Romæ corona, sed ad recuperandam per vniuersam Europam veteris Imperii Maiestatem amplitudinemque videbantur suffectura, 40) noua quoque Matricula fuit confecta, quantum quisque militum, quantumue pecuniæ contribueret. 41) Hæc ad regem Ludouicum nunciata, effecerunt; vt is rebus Genuæ constitutis, Mediolanum prius, inde Sauonæ cum Ferdinando in Hispanias rediturο collocutus, in Gallias iter maturaret. Ad famam de regis discessu ex Italia, feruor ille apud nonnullos in Comitiis deferbuit & erant, qui Cæsaris potentiæ, & Austriacæ familiæ incremento non satis æqui, parcendum esse impensis contenderent, non enim tam magno exercitu iam opus esse. 42) Pontifex quoque varia cum animo suo consilia agitans, quod veterum cum Cæsaribus controuersiarum causas nondum esse sublatas sciret, non minus suis rebus a Cæsare, cuius apparatus fama in immensum auxerat, quam ante a rege timere cœperat. Itaque missο ad illum S. Crucis Cardinale, vti pacato itinere veniat, hortatur, nullum se honorem, inaugurandis Imperatoribus adhiberi solitum, esse omissurum. 43) Ludouicus quoque, Gallorum rex, per interpretes sese apud Principes quosdam purgare conabatur, idque eo facilius, quod ad inuadenda Pontificis & Imperii iura nihil palam attentare videbatur, 44) vnum tamen ex his Ioannem Antonium de Cabellis, qui Imp. apud Status diuersimode calumniari conabatur. captiuum fieri fecit, atque Gallorum calumniis singulari Apologia obuiam iuit. 45) Tandem in Comitiis decreta Cæsari fuere tria equitum, nouem peditum millia, qui eum semestri stipendio in Italiam euntem comitarentur, in tormenta vero & reliquos belli sumptus, centum viginti aureûm Rhenensium millia, ad medium Octobrem præsentanda. Hæc illi suis auspiciis rem gerenti, sufficere visa, quibus ex suis ditionibus, quas vellet, copias adiungeret. 46) Helueti quoque sex hominum millia sese missuros polliciti sunt, sed ea lege, ne contra Gallos, nisi aggressores arma ferre tenerentur

nia ciuitatibus honoratissimus quisque, solito frequentiores, in quorum concilio Cæsar Pontificis, Venetorum, ac aliorum aliquot literas, variis ex locis scriptas, legi iussit, ex quarum nonnullis intelligere erat, Ludouicum Gallorum regem hoc agere, vti Cardinalis Rothomagensis, Iulio deiecto, in sedem Apostolicam collocatus, Imperii coronam ipsi imponat. GVICCIARDINVS *lib. VII. p.* 679. MVTIVS *lib. XXX. p.* 313.

38) Litteras conuocationis exhibet DATT *de Pace publica lib. III. c. VII. n.* 17. *p.* 562. & ex eo MVLLER *lib. IV. c. I.* §. 9. in quibus etiam dictæ causæ recensentur. Hic etiam *cap. II.* Status, qui in Comitiis comparuerint, recenset.

39) Propositionem Cæsaream adducit FVGER *lib. VI. c. XII. n.* 2. & ex eo MVLLER *lib. IV. c. III.* G. a ROO *lib. XII. p.* 56.

40) Verba sunt P. HEVTERI *lib. VII. c. I.* FVGGER *lib. VI. c. XII. p.* 1234. G. a ROO *p.* 566. *Hæc & alia in hanc rem plura cum Cæsar dixisset, Principes & legati omnes, ira simul & vndore moti, magno animorum ardore non ferendum esse decernunt, vti Imperii dignitas a quoquam labefactetur, vndum, cum summo omnium dedecore, in aliam gentem transferatur; semel tunctis omnium viribus ostendi deberet, Germaniam & contra Gallos, & alios quoscunque, partam maiorum virtute gloriam tueri posse. Sunt, qui Cæsarem hoc conuentu dixisse & productis rationibus demonstrasse, prodidere, centies centena aureûm nummûm millia ex suis opibus reipublicæ impensa fuisse bactenus, quo tempore ab Imperii ordinibus vix quadringenta millia accepisset.* TRITHEMIVS *ad a.* 1507.

41) Exhibet eandem MVLLERVS *lib. IV. c. VII.*

42) ROO *p.* 566. P. HEVTERVS lib. VII. c. I. *Rex Ludouicus, his rebus intellectis, cum nulla ratione bellum cum Germanis cuperet, dimisso post receptam Genuam exercitu, in Franciam reuertitur, extinctο sopitoque apud Germanos & Italos rumore, quem Pontifex ac Veneti de se sparserant.* GVICCIARDINVS lib. VII. p. 681. *sed non multo post, quid illa Comitia paritura essent, expectatio minui cœpit: quamprimum enim Galliæ regem statim post Genuenses subactos exercitum dimisisse, transque alpes rediisse, in Germania cognitum est, timoreque de pontificatu atque imperio inuadendo sublato, cumque reliquæ publicæ caussæ non tanti fierent, quin, vt plerumque accidit, priuatis commodis postha berentur, principum ac populorum ardor magnopere deferbuit: nam præter ceteras caussas per vniuersam Germaniam erat inueteratum studium, ne Cæsarum potentia tanta esset, vt reliqui eis parere cogerentur.*

43) ROO *p.* 567. GVICCIARDINVS *lib. VII. p.* 680.

44) ROO *c. l.* GVICCIARDINVS c. l. *Hæc vero Galliæ rex caussæ sine vlla in parte defuerat. Constantiam enim eam proprios homines miserat, qui ibi latitantes atque quam occultissime agentes, clandestino principum amicorum fauore, infamiæ notas quibus grauabatur, factorum demonstratione purgatis, quod statim Genua domita tam cito exercitum dimisisset: quod esi Italia inermis esset, tamen quam primum trans alpes rediisset, quod non modo semper factis ab Romano imperio violando abstinuisset, sed in omnibus etiam fœderibus, pactionibus, obligationibus quas fecisset, semper se nulli rei aduersus sacri imperii iura obstringi velle expressisset, reliquorum animos mitigare nitebantur: nec tamen tantum his purgationibus freti quiescebant, quin summo studio, liberalissimaque manu, vt Germanorum ferocitatem armorum auro cuius tantopere splendor adamatur, temperare niterentur.*

45) Agit de eodem plenius FVGGER *lib. VI. c. XII. n.* 5. Instructionem eiusdem exhibet DATT *lib. III. c. II. n.* 63. & ex eo MVLLER *lib. IV. c. V.* §. 3. Imp. vero Apologiam GOLDASTVS *Polit. Reichshandeln p. XI. p.* 274. & MVLLER §. 7.

46) GVICCIARDINVS equidem lib. VII. p. 681. *Tandem vigesima Augusti die conuentus finem habuerunt, quibus post multas altercationes decretum fuit, vt Romanorum regi octo equitum, & viginti duo peditum millia, quæ ipsum in Italiam deducerent cum semestri stipendio, & in tormentorum aliosque qui extra ordinem fiunt sumptus, centum & viginti Rhenensium aureorum millia penderentur.*

Idem

tur. 47) Veneti iterum per Cæsarianos de fœdere & amicitia interpellati, idem quod antea respondérunt. 48) Agebatur in iisdem Comitiis de Heluetis ad Imperii obsequium reducendis, 49) & potissimum de restituendo Iudicio Camerali, quod Ratisbonæ iterum constituendum, ita vt a Cæsare duo a sex Electoribus totidem, a sex circulis certi constituerentur Adsessores. 50) Actum de conseruanda pace publica, monetæ abusibus tollendis, re vestiaria. 51) Causa quoque Bauaricæ hæreditatis plenarie componebatur, 52) atque exequiæ Philippo, Maximiliani filio ibidem celebrabantur. 53) Concedebatur etiam Friderico Sapienti, Saxoniæ Electori, vt dum Imp. ex Germania abesset, Generalis Vicarii potestate vteretur, adiunctis ipsi quibusdam Imperii Statibus, protestante licet desuper Electore Palatino, a proscriptione sua nondum absoluto. 54)

§. XXVI. Post hæc, mense Septembri 1507. Carolus Egmondanus morte Philippi Castellæ Regis, liberorum eius pueritia, Cæsaris in Germania negotiis, promissisque Francicis confidens, rupta pace, Brabantiam inuadit. 55) Initio anni 1508. considerantes Belgæ, esse bellum cum Geldro, instare cum Franco, Legatos in Austriam ad Cæsarem Innstii agentem mittunt, rogatum, (quod ante sesqui annum recusarant) dignaretur ad Belgas proficisci, nepotisque ex filio Caroli Austriaci dictiones regere ac defendere. Legationis Principes erant Guilielmus Croyacus, Cheuriæ & Arschoti Dominus; Ioannes Hauthemius, Brabantiæ Cancellarius, qui elegantissima oratione ad Cæsarem habita, effecit, vt statim cum eis itineri se accingeret, inque Belgium veniret: vbi rebus omnibus ex Ordinum consilio consensuque constitutis, paceque cum Carolo Egmondano Cameraci X. Decembris 1508. facta, 56) bona eorum voluntate iterum in Germaniam revertit, commissa Prouinciarum Belgicarum cura filiæ Margarethæ, cui ex Ordinum sententia consiliarios Belgas dedit. 57) Mouebat nihilominus Carolus iste Egmondanus a Ludouico Gallorum Rege instigatus, turbas vsque ad Maximiliani I. obitum. 58)

§. XXVII. Exinde Cæsari cum Venetis bellum oritur, varium, graue ac diuturnum, idque ob denegatum ipsi transitum. Licet inimicia contra Venetos concepta maiorem causæ partem tulerit. 59) Sub initium igitur anni 1508. Cæsar fecialem, qui ipsum ad Cæsaream coronam accipiendam in Italiam transire velle significaret, & quatuor equitum millia recipi postularet, Veronam misit: cui Veronæ magistratus ea re prius Venetiis discussa, respondérunt, si eius aduentus nulla alia quam coronæ accipiendæ causa, se illum

idem dicit GERH. a ROO *lib. XII. p.* 567. FVGGER *lib. VI. c. XII. n.* 6. MVLLERVS tamen ex Actis Publicis demonstrauit *lib. IV. cap. VI.* duodena saltim millia fuisse decreta, ita tamen vt fama fieret de triginta millibus.

47) Mittebantur primum Imperii nomine ad Heluetos legati, de quo FVGGER *lib. VI. c. XII. n.* 3. MVLLER *lib. IV. c. IV.* qui postea legatos in Comitia miserunt. De his optime G. a ROO lib. XII. p. 567. *per eosdem dies, Heluetii quoque per legatos de auxiliis ad hoc iter mittendis sollicitabant; quanquam a Dinionensi Præfecto & aliis Galli internuncii, ne id faceret, admonebantur, ne tamen a communi totius Imperii consensu diuersum sentire viderentur, sex hominum millia esse missuros pollicti sunt, sed ea lege, ne contra Gallos arma ferre tenerentur, in extero dicto audientes futuri. Adhæc respondsum esse a legatis memorat Stumpfius, Heluetios aut Cæsari in omnibus obsequi, aut domi velitari debere. Sunt qui, vti duodecim millia suis stipendiis conscriberent, legatos in mandatis habuisse dicant, sed exorta animorum offensione, re infecta abiisse.* Agit autem de hoc negotio STVMPFIVS *lib. XIII. c. XXXII.*

48) ROO *p.* 567. FVGGER *lib. VI. c. XII. n.* 6. MVLLER *lib. IV. c. IX.*

49) MVLLER *lib. V. c. X.*

50) De hoc Recessu Constantiensi plenius egit §. *XVI. & seq.* & MVLLERVS *lib. IV. cap. XI.* FVGGER *p.* 1240. Extat etiam in Corpore Recessium *p.* 94. Ordinatio Cameralis Constantiæ 1507. confecta. DATTIVS *lib. III. c. VII. p.* 560. singulos Assessores tunc lectos recenser.

51) De his pluribus egit MVLLERVS *lib. IV. c. XII. XIII. XIV.* & c. XVIII. vti integer Recessus reperitur & apud DATTIVM *lib. III. cap. VII. n.* 10. *p.* 557.

52) FVGGER *lib. VI. c. XII. n.* 7. MVLLER *lib. IV. c. XV.*

53) FVGGER *lib. VI. c. XII.* MVLLER *lib. IV. c. XVI.*

54) FVGGER *lib. V. cap. XII. n.* 7. diploma desuper concessum exhibet MVLLERVS *lib. V. n.* I. Hic Vicariatus autem Saxoni concessus, eo quod Philippus Palatinus proscriptione sua nondum esset absolutus, pronc ex FVGGERO dissimus. *c. l.* MVLLER *lib. V. c. III.* Fridericus interim ideo in nummis audit. *Sacri Romani Imperii Locum Tenens Generalis.*

55) P. HEVTERVS *lib. VII. c. I. p.* 154. G. a ROO *lib. XII. pag.* 567. FVGGER *lib. VI. cap. XII. n.* 8.

56) Extant pacis Tabulæ in RECVEIL DES TRAITTEZ DE PAIX *Tom. II. pag.* 20. apud du MONT *Tom. III. p. I. p.* 109.

57) HEVTERVS *lib. VII. c. II.* qui etiam legationem ex aliter orationem, FVGGER *lib. VI. c. XII. n.* 9. FVGGER *p.* 489.

58) De his motibus plenius in Historia Geldrica egit PONTANVS *lib. XI.* P. HEVTERVS *lib. VII. c. III. & VIII.* Conqueritur de eo ipse Maximilianus in litteris ad Germaniæ Status apud DATTIVM *lib. III. c. II. n.* 65.

59) P. HEVTERVS lib. VII. c. II. *exinde Cæsari bellum cum Venetis oritur, varium, graue, ac diuturnum. Causa fuit arrogantia Germanorum, & ambitio Venetorum, ortumque est apud Austriacos, Carnias Alpes vicinasque ditiones incolentes. Paulo ante recusarunt Veneti transitum Cæsari, Romam cum exercitu, vt aurea a summo Pontifice redimeretur corona, tendenti.* Sic etiam ANDREAS GRITTVS in oratione sua ad Senatum Venetum habita apud GVICCIARDINVM lib. VI. p. 693. *nihil enim nobis, tum ob imperii autoritatem, cuius incrementum semper nobis suspectum esse debet: tum Austriæ familiæ causa, quæ in aliquot nostra loca ius se habere existimat: tum ob Germaniæ, cuius inundationes imperio nostro nimium periculosæ sunt, propinquitatem, permitiosius foret, quam si Romanorum*

illum maximo cum honore accepturos: ſed cum tormenta, aliosque bellicos apparatus ad ipſorum fines duxiſſet, facta ab eius oratione diuerſa apparere. 60) Hinc Tridentum veniens III. Februarii 1508. trina vice per præconem Laurentium Loredanum, Ducem, Venetorumque Senatum in iudicium vocat, nemineque eorum comparente, eos in bannum Imperii maius declarat. 61) Hinc ad tertium Nonas Februarii publicis ſupplicationibus peractis, iter in Italiam edicit, & per Matthæum Langium, epiſtolarum magiſtrum, e ſuggeſtu, non iam regem, vt hactenus, ſed Romanorum Imperatorem ſe deinceps adpellandum, promulgari iubet. 62) Sed poſtquam iam ex Italia redux eſſet factus, Bolſani per Bernhardinum, Tituli S. Crucis Cardinalem, litteras a Pontifice accepit, quibus ille Imperatoris titulum Tridenti adſumptum abs ſe confirmari ſignificaret, non aliter ac ſi aurea eius capiti impoſuiſſet coronam. Veritus enim, ne antiqua Imperii iura ſibi iterum vindicaret. 63)

§. XXVIII. Cæſar igitur armis viam facturus, ſtatim cum mediocribus copiis Tridento profectus, per montes Vicentiam contendit, ac Rouerado per Marchionem Brandenburgi fruſtra tentato, captisque aliquot oppidis, 64) quarto die, ex quo Tridento exceſſerat, in Germaniam magna omnium admiratione per Boltzanum eſt reuerſus, maiores copias congregaturus. 65) Veneti ſub Cæſaris diſceſſum elati, conſcripti decem peditum, duobusque equitum millibus, Gallorumque auxiliis ſuffulti, 66) hæreditarias Cæſaris ditiones ad Atheſin ſitas inuadunt, Carnos, Hiſtrios, ac Foro-Iulienſes vaſtant. Ab alia parte Andreas Grittus, cum quinque peditum millibus & equitibus leuis armaturæ

rum rex aliquod imperium in Italia haberet. Hæc plenius exponit HISTOIRE DE LA LIGVE FAITE A CAMBRAY *lib. I.* ſingulari cura hoc bellum expoſuerant ANDREAS MOCENICVS libris VI. & BERNARDINVS ARLOMVS libris VI. Vtrique extant in BVRMANNI *Theſauro Italiæ Tom. V. pag.* III.

60) Verba ſunt GVICCIARDINI *lib. VII. p.* 702. P. BEMBVS *Hiſt. Venetæ lib. VII. p.* 767. G. A ROO *lib. XII. p.* 568.

61) FVGGER *lib VI. c. XIII. n.* 1.

62) Verba ſunt G. A ROO *lib. XII. pag.* 568. GVICCIARDINVS lib. VII. 702. *Maximilianus igitur Tridentum profectus, vt belli initium faceret, tertio Februarii die ſupplicationes tota vrbe indixit: quibus ipſimet Imperii feciales & Cæſareum enſem e.g.na vacuum ante ſe habens interfuit: in quarum fine, Matthæus Langius. qui illi ab epiſtolis erat, & poſtea Gurcenſis Pontifex fuit, eminenti ſuggeſto conſcenſo, Cæſaris nomine, illum non amplius Romanorum regem, ſed quemadmodum reges Romanorum, quum ad coronam accipiendam veniunt appellari conſueuerunt Imperatorem deſignatum nuncupant, eius in Italiam hoſtiliter exercitum traducendi decretum promulgauit: eodemque die* PE *nemo Tridento exiret, cauit.* PVGGER *c. l.* MVLLER *lib. IV. c. VI.* Qua ratione etiam hoc Imperii Statibus ſignificauerit, poſtulans ab iisdem, vt ipſum Electi Imperatoris Romanorum titulo honorarent, docent litteræ ipſius ad Eslingenſes ſcriptæ, apud DATTIVM *lib. III. c. VII. p.* 569. & MVLLERVM *lib. V. c. VI.* §. 6.

63) Dicitur quidem, quod Tridentum Cardinalis miſſus. Sic enim P. HEVTERVS lib. VII. c. II. *miſerat illi Pontifex Tridentum vsque diplomа aureis exaratum litteris, quibus eum Cæſaris titulo ornabat, non aliter quam ſi aureum eius capiti impoſuiſſet coronam. Id autem ea Pontifex faciebat de cauſa, ne cum exercitu vlterius tenderet, verens ne antiquam in Italia ius auctoritatemque, vt prædeceſſores aliquot Cæſares conati erant, aſſerendum ſibi cenſeret, dignitatem ac libertatem Italiæ eminuendo.* LINTVRIVS ad a. 1507. *Papa transmiſit Cardinales ad Trilentum, cum Corona, & Imperiali Titulo, ipſum coronando, & titulo inſigniendo; ſed prudenti vſus conſilio, Titulum recepit Cæſaris, coronam vero Romæ, vt decet, aſſerre recipiendo voluit.* CVSPINIANVS p. 480. FVGGER *lib. VI. c. XIII. n.* 2. Aſt G. A ROO *lib. XII. p.* 569. litteras ipſi Bolſani poſt factam Tridenti proclamationem, fuiſſe porrectas, auctor eſt. Idem docet ACHILLES PIRMINIVS GASSARVS Annalibus Augſburgenſibus p. 1745. *Hoc anno* (1508.) *dum Germanici regni deſtinatæ copiæ, cum Cæſarianis Tridenti iungerentur, inque inſti exercitus numerum excreſcerent, noluit Iulius ſuſpicioſus papa, præcipue Venetis inhorrantibus, tanta turba Italiam vlterius turbari. Quin miſſa extemplo XIV. Februarii die ex Vrbe plumbata bulla, Maximiliano Cæſari plenam poteſtatem fecit, vt ſe Romanorum electum Imperatorem deinceps & ſcribere & nominare ipſo facto deberet.* PETRVS MARTYR ep. CCCLXXXI. *Maximilianum Cæſarem inter Tridentum & munitam Venetorum arcem nomine Rouereduni caſtra metantem nouo Summus Pontifex titulo inſignivit.* Patet hoc potiſſimum ex Poſtſcripto litterarum Imp. ad Eslingenſes Bolſani ſcriptarum, apud DATTIVM *lib. III. c. VII. n.* 30. quo dicit, Papam adſumptionem tituli Imp. ab ipſo Tridenti factam, adprobaſſe. CONRING *de Imperio Romano Germ. c. XII.* DATT *lib. III. c. VII. n.* 30. *ſeq.* Ab iſto autem tempore Imp. modo electi Imperatoris titulo fuit vſus.

64) P. HEVTERVS *lib. VII. cap. II.* GVICCIARDINVS *lib. VII. pag.* 702. GERH. A ROO *lib. XII. p.* 569. FVGGER *lib. VI. c. XIII. n.* 3.

65) Sic P. HEVTERVS *c. l.* GVICCIARDINVS lib. VII. p. 703. *ex quo cum initles feliciores ſucceſſus expectarentur, quarto poſtquam Tridento diſceſſerat die, omnium animis ob tantam vel inconſiderantiam, vel inconſtantiam ſummæ admirationis repleris, repente Bolzianum, quod oppidum ab Italie finibus longius quam Tridentum diſtat, regreſſus eſt.* Veram autem diſceſſus cauſſam exponit G. A ROO *lib. XII. p.* 569. dicens: *cum vero audiret Venetos Bartholomæum Liuianum (Aliuianum quidam vocant) & Georgium Cornarium, magni nominis ducem, euocaſſe, & auxilia non contemnenda a Gallo expectare, vti & ipſe maiora ſibi præſidia pararet, Oenipontem, atque inde Vlmam, inſignem Sueuiæ ciuitatem, magnis itineribus contendit, vbi conuentu ordinum indicto, Sueuici fœderis viros in bellum Venetum ſolliciturit, & promiſſa ab Imperio auxilia, in alios ſex menſes prorogari poſtulauit. Sed antequam certi aliquid reſponderetur, propter Geldrorum aſſiduas excurſiones, in Belgium qua potuit celeritate profectus, prouinciarum gubernatioue Braxellis ſuſcepta, & pecunia in bellum Geldricum imperata, in Germaniam rediit.* GVICCIARDINVS *lib. VII. p.* 704. De Sueuici autem fœderis Conuentu Vlmenſi teſtatur Maximiliani Reſcriptum apud DATTIVM *lib. III. c. VII. n.* 46.

66) P. HEVTERVS *c. l.* GVICCIARDINVS lib. VII. p. 703. *hoc tam debile initium Venetorum animos excitauit, quare tam multos peditis conſcri-*

piſſent.

turæ Albanis, Alpes Athesinas invadit, Trautsonium, ducem Cæsareum in valle oppidi Codoriani fundit. 67) Altera Cæsareani exercitus pars, in Italiam se dimittere conata, ad arcem Petronianam a Nicolao Comite Petiliano, Venetorum, ac Triuultio, Francorum Ducibus, quibus aliquot mercenariæ Hispanorum cohortes accesserant, accepta clade, est repulsa. 68) Veneti, partim fuso, partim repulso Cæsaris exercitu, ad deditionem compellunt Clusium, Cadoram, Gradiscam, Cormonam, Goritiam, ac Wipachum. Antonius Contarenus, educta classe, occupat Dumum, Tergestum ac Bistoniam, & nisi vlterius Triuultius procedere recusasset, sciens, Regem irritari nolle Cæsarem, Tridentum cum vniuersa subiecta regione Veneti in potestatem redegissent. Cæsar enim eo tempore imparatus, Coloniæ Agrippinæ res priuatas atque Imperii tractabat. 69) Quas ob causas conuenere ad Ripam Benaci lacus oppidum, Imperatoris nomine, Tridentinus præsul, Paulus Lichtensteinius, & Cyprianus Serentinus ab epistolis, a Venetis, Zacharias Contarenus, Gallorum Regis nomine aderant Iacobus Triuultius, & Carolus Iusredus, Mediolanensis Senatus Princeps, qui inducias inter Cæsarem & Venetos in triennium pangunt ea lege, quæ quisque tenebat, interea temporis posset, ac pro arbitrio muniret: quibus induciis Cæsareani nulla ratione indui potuere, vt Geldriæ Dux comprehenderetur. 70)

§. XXIX. Quærebat interea Cæsar rationem, qua acceptum a Venetis detrimentum ac dedecus sarciret. Irritarant enim hoc bello Veneti, nimia dominandi detecta libidine, non solum Cæsarem, sed Papam Iulium, & hactenus socium Ludouicum Francorum regem, maxime ob arrogantes inducias conditiones, quas se inconsulto, neglectoque Geldro præscripserant. Retundendam igitur superbæ Vrbis ambitionem Pontifex Iulius, Cæsar, Francus, atque Hispanus iudicantes, contra Venetos coniurant, ac Cameraci apud Belgas, locum mittendorum Legatorum, sanciendique fœderis, tanto silentio constituunt, vt, cum fama tale quid agi spargeret, Veneti non crederent. Venit Cameracum pro Cæsare filia eius Margaretha, Belgarum Gubernatrix, Matthæus Langius, Cæsari ab Epistolis, ac Nicolaus Frisius; pro Rege Ludouico Georgius Ambosius, Cardinalis Rothomagensis, tandemque & Ferdinandi Hispaniæ Regis Legatus; sparsarantque famam, se coisse, vt pacem inter Castellæ Principem Carolum Austriacum ac Geldriæ Ducem facerent, factis inter eos hac de causa quadraginta dierum induciis; tractantque multa variaque de rebus Geldricis ac Nauarræis, sed adeo frigide multis verbis chartas implentes, vt facile appareret, non hisce de rebus eos conuenisse. Decimo Decembris die 1508. fœdus Cameraci concluditur, atque in summo Templo publicatur, & iureiurando confirmatur, non tamen diuulgatur bellum communibus viribus in Venetos decretum. Repetebat ab iis Pontifex Iulius, vt ab iniustis possessoribus, Fauentiam, Ariminium, Ceruiam, Cæsar Imperii nomine Patauium, Vicentiam, Veronam, suo nomine Forum Iulii, & Taruisium; Francorum Rex, vt Insubrum Dux, Cremonam, Giouadadam, Brixiam, Bergomum, & Cremam; Hispaniæ Rex Portus & Oppida a Ferdinando Neapolitanorum Rege, bello Francico Venetis oppignorata, Sipontum, Tranium, Monopolim, Brundusium, ac Hidruntum. Vt autem Cæsar legitimo titulo inducias cum Venetis factas rumpere posset, cautum fuit, Pontifex ab eo, Pontificatus Patrono, auxilium contra Venetorum iniurias imploraret; Francorum Rex ipsemet ad bellum primus omni-

pissent, Gallicas copias, quæ cum Triuultio Veronæ erant, Rouoretum euocarunt, maioribusque apparatibus cœptis, Galliæ regem ad idem faciendum incitabant: qui Italiam petens quinque Heluetiorum millia suis, & tria millia Venetorum stipendiis præmitebat: quoniam ea gens, cum Maximilianus pecuniam numeraret non potuisset, tandem prorsus ad regis stipendia erat conuersa: qui nihilominus vbi accepits stipendiis conuenissent, Venetorum imperium ingredi, se nulla alia in re quam ad Mediolanensis imperii defensionem, aduersus Cæsarem miitare velle profitentes noluerunt. GVICCIARDINVS *c. l.*

67) P. HEVTERVS *c. l.* G. a ROO lib. XII. p. 569. *interim Venetorum duces, superatis quæ Cadurium ducunt angustiis, recta in Germanos ibi agentes aciem direxêre. Hi quod ex improuiso sese circumuentos, & effugia, ab incolis locorum Veneti nominis studiosis, infesta videbant, necessitate pugnandi in fortitudinem versa, facto globo, acerrime repugnantes, numero hostium victi sunt.* FVGGER *lib. VI. c. XIII. n.* 3. P. BEMBVS *lib. VII. p.* 273. GVICCIARDINVS *lib. VII. p.* 705.

68) P. HEVTERVS *c. l.*

69) P. HEVTERVS *c. l.* G. a ROO *lib. XII. p.* 570. FVGGER *c. l.* P. BEMBVS *c. l.* GVICCIARDINVS *p.* 706.

70) P. HEVTERVS *c. l.* G. a ROO p. 570. *Cum in hunc modum res, non satis prospero successu, geretur, (neque enim promissa ad tempus pecunia numerabatur, & auxilia alii citius, alii tardius aduentabant) de inducis agi cœpium. Conuenêre itaque ad Ripam Benaci lacus oppidum Imperatoris nomine Tridentinus præsul, & Cyprianus Serenimus ab epistolis, a Venetis Zacharias Contarenus, Gallorum quoque regis mandato, sine quo Veneti nihil paciscivolebant, aderant Ioannes Iacobus Triuultius, & Carolus Iusredus, Mediolanensis Senatus Princeps. Cumque de inducis ad triennium seruandis, eo tempore ea quisque loca quæ habebat, retineret, conuenire viderentur, in eo tantum difficultas offerebatur, quod Gallos generales esse illas, & Geldrum iisdem comprehendi volebat. Veneti vero, vti bellum a suis finibus auerterent, ac inducias tempore imperii sui in iis locis quæ ceperant, confirmarent, seorsum a Gallis consilia habere cœperunt, & suo tantum nomine inducias fecerunt, reclamantibus regis legatis. Etsi vero Veneti satis idoneas eius rei causas adferebant (quod transalpinarum rerum cura nihil ad ipsos attineret, sed de mutuo in Italicis bellis auxilio fœdus esse factum, & regi fi inducias comprehendi vellet, locum & tempus relictum esse dicerent) ille tamen grauiter eam rem tulit, veteresque offensas, bello Neapolitano oblitas, in memoriam reuocauit.* GVICCIARDINVS *lib. VII. pag.* 709. P. HEVTERVS *lib. VII. pag.* 287. FVGGER *lib. VI. cap. XIII. n.* 5.

71) Hic

omnium ſociorum proficiſceretur, alter alteri, ad ſua recuperanda, auxilio eſſet; pax cum Venetis, niſi communi conſenſu, non fieret: tres menſes conceſſi, qui rebus ſuis recuperandis fœderi vellent adſcribi: Francorum Regi Cæſar diploma confirmaret de Ducatus Mediolanenſis iuſta poſſeſſione, Rex Cæſari perſolueret quingenta millia florenorum. Addita eſt fœderi pax inter Principem Carolum ac Geldriæ Ducem; quæ non fuit diuturna. 71) Idemque fœdus d. 17. Nouembris 1510. Bleſis fuit ratihabitum & prorogatum. 72) Pontifex Iulius, ingentem imminere Italiæ tempeſtatem hoc fœdere videns, Venetis obtulit, ſe fœderi non ſubſcripturum, ſi Ariminium ac Fauentiam ſibi redditiſſent. Qua de re diu deliberantes, tandem magno ſuo malo ſeraque cum pœnitentia negauere. Tum Iulius fœderi Cameracenſi ſubſcribit. 73) Semel Veneti, inſtantis belli mole perculſi, Legatos ad deliniendum Cæſaris animum mittunt. At ille ingenti incenſus ira, audire eos, nec in conſpectum admittere voluit. Nec multo poſt miſſi in Galliam Impl. legati, coram quibus magna ſolennitate fœdus illud iuramento confirmauit. 74) Rothomagenſis, cum Alberto Pio Carpenſi, & Luretiano præſule, ad Maximilianum proficiſcuntur, qui & ipſe eodem ritu, ac cæteri fœdus comprobauit. 75) Indeque Ludouicus per litteras Tridenti XIV Iunii 1509. ſcriptas, de Ducatu Mediolanenſi a Maximiliano ſuit inueſtitus. 76) Carolus etiam Dux Sabaudiæ datis ad Imp. & Gallorum Regem litteris d. 10 Maii 1509. Auguſtæ Taurinorum ſcriptis hoc fœdere volebat comprehendi. 77) Ludouicus XII. etiam illud ſingulari ſcripto d. 19. Maii 1519. declarauit. 78)

§. XXX. Indicto a Ludouico XII. Venetis bello, proſcriptisque iisdem a Pontifice 79) a. 1509. XIV. Maii ad Geraddam medio inter Mediolanum & Cremam itinere, inter Francos & Venetos collatis ſignis, concurritur. Superantur ingenti peditum cum iactura Veneti. 80) Poſt hanc victoriam, Rex Ludouicus ſpatio quindecim dierum, oppida, quæ repetebat omnia, in fidem accepit; inſuperque Pontifici ac Cæſari occaſionem dedit, nullo negotio ſua recipiendi, refugiente Comite Nicolao Petiliano, Venetorum Imperatore, cum maxima exercitus parte Meſtrium, quod eſt extremum Venetæ ditionis in continente Oppidum, vix ſeptimo a Venetorum vrbe lapide diſtans. 81) Veneti rebus afflictis aliud remedium non reperientes, Pontifici ac Cæſari, quæ repetebant, fruſtra offerunt. Tantus enim eos ex aduerſo prælio inceſſerat terror, vt vrbem munirent, ſubditos nomina dare cogerent, & ad conciliandam beneuolentiam, portoria remitterent, leges frumentarias tollerent, ad Germaniæ Septemuiros, liberasque Ciuitates legatos mitterent, vt apud Cæſarem pro pace interpellarent. 82) Agebatur quidem de Cæſaris & Gallo-

71) His verbis celebre illud fœdus Cameracenſe cum debitis circumſtantiis deſcribit PONTVS HEVTERVS *lib. VII. c. II.* Eadem fere habet G. a ROO *lib. XII. p.* 572. FVGGER *lib. VI. c. XIII. n.* 3. GVICCIARDINVS *lib. VIII. incunc.*, qui & p. 719. dicit: *Cameraci pauciſſimorum dierum interuallo res confecta eſt, nulla re niſi omnibus peractis, cum Catholici regis oratore communicata, quæ poſtero die qui fuit Decembris decimus, in maiori templo, Margaritæ, Rothomagenſis, & Hiſpani legati ſolenni ſacramento ſancita fuit, nulla alia re tunc in vulgum prolata, niſi inter pontificem & hos principes ſingulos perpetuam pacem fœdusque contractum.* TRITHEMIVS *ad a.* 1509. P. BEMBVS *lib. VII. p.* 250. MVTIVS *lib. XXX. p.* 313. IVSTINIANI *hiſt. Veneta lib. XI. pag.* 216. 10. MARIANA *lib. XXVIII. c. X.* Agitur de hoc fœdere in Litteris Ludouici XII. *Tom. I. p.* 120. 122. 124. *& pag.* 136. reperiuntur Articuli quidam ſeparati, qui Cameraci XI. Decembris 1508. de negotiis quibusdam Belgicis fuerunt concluſi. Integram hiſtoriam continet libellus ſub titulo: *Hiſtoire de la Ligue faite a Cambray, a la Haye* 1710. 12. Extat fœdus illud in RECVEIL DES TRAITTES DE PAIX *Tom. II. pag.* 25. apud du MONT *Tom. IV. p. I. p.* 113.

72) Extat illud apud du MONT *Tom. IV. p. I. p.* 132.

73) Extat Bulla Papalis, per quam fœderi Cameracenſi ſubſcribit in RECVEIL *Tom. II. pag.* 28. apud du MONT. *p.* 116.

74) Teſtantur de hoc litteræ legatorum Cæſaris in Gallia ad Margaretham Auſtriacam inter literas Ludouici XII. *Tom. I. p.* 152.

75) ROO *lib. XII. p.* 572. Extat Inſtrumentum Maximiliani deſuper datum, apud P. IVSTINIANI *Rer. Venet. lib. XI. pag.* 217. & FVGGERVM *n.* 9.

76) Extant iſtæ in RECVEIL *Tom. II. p.* 29. apud du MONT *Tom. IV. p. I. p.* 118.

77) Extant iſtæ apud du MONT *Tom. IV. p. I. pag.* 116.

78) Ludouici XII. declaratio in campis ad Pontilio extat *p.* 117.

79) GVICCIARDINVS *lib. VIII. p.* 737. G. a ROO *lib. XII. p.* 572. FVGGER *lib. VI. cap. XIII. p.* 1257. Extat Venetorum proſcriptio X. Aprilis 1509. apud GOLDASTVM *Reichshændeln p. XII. p.* 391. *& Reichshandlungen p.* 72.

80) P. HEVTERVS *lib. VII. c. II.* G. a ROO *lib. XII. p.* 573. *cecidere ex vtriſque plurimi in ipſa pugna, ex Venetis fuga quoque nonnulli, apud ipſos peditum, apud Gallos equitum iactura maior fuit ad octodecim hominum millia vtrinque deſiderata, ſunt qui prodidere.* Idem paulo poſt: *atque hæc fuit nobilis illa ad Giaraddadam pugna, quæ pridie Idus Maias commiſſa eſt, cum magno rerum Venetarum detrimento. Rex eo loco ſacellum S. Mariæ Victoriæ nomine dedicauit,* GVICCIARDINVS *lib. VIII. p.* 745. P. BEMBVS *lib. VII. p.* 300. FVGGER *n.* 13. IVSTINIANI *pag.* 226. Hanc Venetorum etiam Stragem deſcribit P. MARTYR *ep. CCCCXVI.*

81) P. HEVTERVS *cit. loc.* P. MARTYR ep. CCCCXIX.

82) P. HEVTERVS *c. l.* GVICCIARDINVS *lib. VIII. p.* 747. FVGGER *lib. VI. c. XIII. pag.* 15. G. a ROO *lib. XII. p.* 573. *Veneti his difficultatibus circumuenti, neque vllum in armis præſidium eſſe videntes, vltro boſtibus, quod amiſſuri erant, offerendum rati: de relinquendo contimenti imperio, conſilium cepere: & magiſtratibus, quos Patauii, Veronæque & aliis locis Maximiliano deſtinatis habebant, vti locis in ciuium poteſtate relictis, ipſi domum redirent, imperauere.* Repetitur equidem in GOLDASTI *Reichshandlungen pag.* 69. Oratoris Veneti

Gallorum Regis conuentu in campis apertis ad Gardam, qui tamen interruptus fuit. 83) Denegabantur eodem tempore Cæſari in Comitiis Wormatienſibus Iunio menſe 1509. inſtiturus, a Statibus Imperii contra Venetos auxilia, 84) Cæſar tamen XIII. Iunii 1509 Wormatiæ ſententiam proſcriptionis contra Venetos tulit. 85) Mittebatur ad ipſum a Venetis Antonius Iuſtinianus, qui oratione ad prouocandam commiſerationem eximie compoſita, promiſſisque Cæſari ſingulis annis aureorum nummûm quinquaginta millibus, fruſtra laborauit. 86) Exinde Veneti Legatum in Apuliam miſere, Regi Ferdinando eius ditionis oppida, quæ præſidiis obtinebant, liberaliter reſtituentes. 87) Aſt, licet Veronenſes, Patauini, Vincentini, aliorumque oppidorum ciues ſeſe Imp. dederent, 88) paullo tamen poſt aliquot ciuium opera, ductu vero Andreæ Gritti, Patauium recuperant, quod fruſtra iterum Cæſar oppugnabat. 89) Et licet Imp. cum reliquis fœderatis de ipſa Venetorum vrbe oppugnanda conſilia agitaret, illud tamen ob diuerſos animorum ſenſus caruit effectu 90) Hinc pecuniæ inopia preſſus, dimiſſo exercitu, in Germaniam regreditur, Marchione Brandenburgico cum præſidio Veronæ relicto. 91) Fruſtra tamen

Veneti diffidatio ad Imp. Memmingæ XXX. Decembris 1508. facta, cum Imp. reſponſione, iſta tamen oratio nimiam arrogantiam ſapit, vt cum adlegatis Scriptorum locis plane non conueniat.

83) Agit de eodem G. a ROO lib. XII. p. 576. *ſub Iunii menſis initium Maximilianus Tridentum proficiſcitur, cum de regis victoria in itinere audiuiſſet; ex ſuis ad eum miſit, qui gratulaverentur, ſimul & de opera fideliter nauata gratus ageret. Cum iis a rege miſſis Rothomagenſis, vti cum rege in colloquium veniret, conſtituit, cui ad Gardam in apertis campis dictus eſt locus. Sed Maximilianus, cum Ripam Tridentinam vsque veniſſet, mutato conſilio, in Carnos iter conuertit, miſſoque Cremonam Matthæo Langio, regi ſignificat, illo ſe ob nemoniam quam tumultus, iuſſe, rebus inſtectis, propediem adfuturum, rogare vti aduentum operiretur. Hanc eius excuſationem, quidam ex ſiſtione aliqua profectam, alii aliter interpretati ſunt. Ipſe cum exercitu nouoveſore in Italiam ire, & Venetias ipſas aggredi velle, præ ſe tulit. Rex mora pertæſus, Mediolanum abiit, & in Gallam iter expedire iuſſit.* Conqueritur de hoc interrupto conuentu Andreas de Burgo, legatus Maximiliani I. in litteris ad Margaretam Auſtriacam, inter Litteras Ludouici XII. *Tom. I. p. 175.* vbi dicit: *& ſemble que le Grand Diable ait tenu la main à interrompre ladite veue.* GVICCIARDINVS *lib. VIII. p. 761.*

84) LINTVRIVS ad a. 1509. p. 113. *eodem anno, Veneti gratiiter debellantur. Et Maximilianus Wormatiæ apud electores & principes in dieta auxilium quærit: ſed non obtinet pro tunc & Cæſar ſcriptis inuehitur contra Status Imperii tunc & poſtea.* FVGGER *lib. VI. c. XIII. n. 8. 11.* Cauſſabantur potiſſimum Germani, quod fœdus Cameracenſe ſine ipſorum voluntate concluſum, Imperium hoc hellum non concernere, auxilia quæ poſtularentur, nimis eſſe ſubitanea. Continentur Acta horum Comiiorum in GOLDASTI *Reichshandlungen p. 84. & Politiſchen Reichshandeln p. XII. p. 400. ſqq.* Cauſſas denegationis etiam recenſet TRITHEMIVS *ad a.* 1409.

85) Extat ſententia proſcriptionis apud GOLDASTVM *Conſtit. Imp. Tom. II. p. 117.* Litteræ diffidationis quorundam Statuum *in Reichshandl. p. 92.*

86) Verba ſunt HEVTERI *lib. VII. cap. II.* Idem lib. VII. c. XIII. *in quantam rerum deſperationem Veneti hoc bello aliquando fuerint redacti, patet ex oratione Antonii Iuſtiniani, Venetorum ad Cæſarem Maximilianum legati, habita Tarviſii pro impetranda pace: quæ a Petro Bembo filentio preſſa, a Franciſco Guicciardino Hiſtoriæ Italicæ libro octauo hoc fere modo recitatur.* Sequitur inde ipſa Oratio. GVICCIARDINVS lib. VIII. p. 752. & *præterea ut illum aliqua ratione ad pacem flecterent, ſummæ celebritate Antonium Iuſtinianum legatum ad eum miſerunt: qui ad Cæſaris conſpectum in publico conſiſtit admiſſus, miſere & ſubmiſſe admodum, ſed fruſtra, quia Cæſar nulla de re absque Galliæ rege pacifci volebat, loquutus eſt.* Inde ipſam Iuſtiniani orationem inſerit, quæ tamen in noua editione Veneta Hiſtoriæ GVICCIARDINI fuit omiſſa. Eandem inſeruit ROO *pag.* 574. & Germanice verſam FVGGER *n.* 16.

87) GVICCIARDINVS *lib. VIII. p.* 756. G. a ROO *p.* 576.

88) G. a ROO lib. XII. p. 576. *Veronenſes Picentiam ad regem proſecti, clues, quas attulerunt, Maximiliani legatis forte præſentibus dare iuſſ. Illorum exemplum ſecuti ſunt Patauini, Vincentini, & aliorum quoque oppidorum ciues, præter Tarviſinos, qui vnius ciuis Marci Belſarii exhortatione, in Venetorum fide permanſere.*

89) P. HEVTERVS c. l. *paulopoſt poſt aliquot ciuium opera, ductu vero Andreæ Gritti, Patauium recuperant. Aperta enim porta, vi plauſtra aliquot frumento, ſenoque onuſta immittentur, Gritti, cum pedite equiteque ſtrtedens eum occupat, paulopoſt poſt arcem expugnat, Leonardo Triſſino cum quatuor aliis, qui Vrbem Cæſari tradiderant, Veneto in foro ſtrangulato. Exinde oppugnant Ligniacum, Patauio propinquum. Cæſar ſuorum negligentia amiſſum recuperaturus Patauium, iuſto cum exercitu, ſociorum auxiliis; magnoque tormentorum apparatu obſidet, fruſtraque oppugnat. Erat enim in Vrbe Comes Petilianus cum firma electæque peditum equitumque manu.* Eadem dicit ROO lib. *XII. p.* 577. FVGGER *lib. VI. c. XIV. n.* 2. 4. GVICCIARDINVS *lib. VIII. p.* 767. BEMBVS *lib. VIII. p.* 352. 362.

90) G. a ROO lib. XII. p. 577. de Maximiliano: *Inde maiora iam animo conſilia agitans, mittis ad confœderatos nuncios, vti totis ſinuul viribus res vrgeretur, Gallica Aragoniaque claſſe cum Pontificiis triremibus coniunctæ, Venetiæ ipſæ bello peterentur, propoſuit. Eam rem Gallus, ſi eius vrbis expugnatæ commoda ad omnes ſocios eſſent recidura, vtcunque approbare videbatur; Aragonius vti improbam & de qua in Cameracenſi conuentu nihil actum erat, reiiciebat; Pontifex quoque, ne vel Cæſaris vel Galli potentia per Italiam augeretur, veritus, ab eo conſilio alienus erat.* GVICCIARDINVS lib. VIII. p. 762. *imo quaſi reliqua omnino conſecta eſſent, vt coniunctis ſociorum viribus, Veneta vrbs oppugnaretur proponebat: quæ res a Gallis rege libenter audita, ſed Pontifici moleſta fuit: Aragoniæ vero rex aperte repugnauit.*

91) P. HEVTERVS c. l. Cæſaris negligentiam hoc modo inculpat GVICCIARDINVS lib. VIII. p. 760. *huiusce rei ſpeique Venetis ſe aliquam imperii partem retinere poſſe reſtituendæ, multorumque grauiſſimorum caſuum qui poſt ſequuti ſunt, potiſſima cauſſa fuit Cæſaris negligentia, & confuſa rei belliæ adminiſtratio: cuius ad eam vsque diem, in tanto victoriæ curſu, nihil præter nomen auditum fuerat: quamuis Gallicorum armorum terrore, tot vrbes, oppidaque ſe illi dedidiſſent, qua conſeruare illi facillimum fuiſſet: ſed poſt Cameracenſe fœdus, aliquot dies in Flandria, vt pecunias in id bellum (vt ante dixi-*

tamen cum Venetis de induciis agebatur. 92)

§. XXXI. Sub anni 1509. finem, mortuo Philippo Archi Duce, Cæsar ac Rex Ferdinandus inter se ob Castellæ gubernationem dissidentes, mediante potissimum Georgio de Amboisia Cardinale, Blesis in Gallia conciliantur, ea lege. Rex Ferdinandus Castellam regeret, donec communis nepos, Princeps Carolus annum ætatis vigesimum quintum, attigisset; abstineretque Carolus Regio in Hispania titulo, quamdiu mater eius Ioanna viueret. Rex Ferdinandus Cæsari quinquaginta millia ducatorum numeret, eumque, donec sua a Venetis recuperasset, Hispanicis copiis iuuaret. Principi Carolo singulis annis ducenta millia ducatorum penderet. 93)

§. XXXII. Ineunte anno 1510. Cæsar Augustæ Vindelicorum Comitia celebrat, Pontificisque Iulii legatum, Pisaurensem Præsulem, discedere iusserat, quod eius opera Septemuiri prius de pace cum Venetis ineunda, quam de ferendo auxilio agendum censuissent. 94) Decreta tandem ab Imperio contra Venetos auxilia, certus etiam modus fuit præscriptus. 95) Mittebantur æque Augustam ad pacem petendam Venetorum legati, nihil tamen perfectum fuit, cum Cæsar nullam pacis mentionem, nisi relicta sibi Verona, admittere vellet. Veneti vero oblata ingenti pecunia, vrbem eam sibi reddi postularent. 96) Incitauit potissimum Imperii Status contra Venetos Ludouicus Helianus Galliæ Regis Orator, Oratione inuectiua in publico consessu habita. Mense Februario Pontifex Iulius rupto Cameracensi fœdere, nouum cum Venetis pangit, eosque iam antea diris deuotos sacris restitutos, quibus voluit conditionibus in gratiam recepit. 97) Ne vero Cæsarem hac re offenderet, stipulatur, certo Veneti tempore, Cæsari Terutium Tergestum, omniaque quæ in Foro Iulii, Carnis, ac Histris occuparant, redderent, Tabulas

vnus) cogeret, moram traxerat: quas non ante accepit, quam pro more suo inutiliter consumpserit: & quamuis armatus, cumque omni Cæsarea pompa atque ceremonia Mechliniæ profectus, & Italiæ approximans, si ante tempus federe præscriptum, bellum illaturum diuulgasset, nihilominus consuetis suis impedimentis, consilioque oppressus, vlterius non progrediebatur: neque illum Pontificis stimuli mouere poterant, qui Gallicorum armorum metu in quo verſabatur, assidue vt in Italiam descenderet, vrgebat: & quo melius id facere posset, Constantinum Macedonem cum quingentis auri libris ad eum misserat, eidemque prius mille auri libras, quæ ad bellum contra Turcas gerendum ante aliquot annos in Germania seruabantur, ei concesserat: quin etiam a Gallis regeue mille auri pondo in Mediolanensis Imperii diploma acceperat. Conquerunter etiam de eo legati Imp. in Gallia in litteris ad Margaretham Austriacam Tom. I. p. 221. 227.

92) GVICCIARDINVS lib. VIII. p. 808. *vbi dum arma pene silent, Maximilianus continenter de induciis cum Venetis agebat, Pontifice per Achillem Crassum Pisaurensem episcopum nuncium suum, ad vehementer admirante, quam ob rem eius oratores, & Io. Cornelius & Ludouicus Mocenicus Venetorum oratores ad Hospitalenum supra Scalam adcollocutum venerunt: sed ob immoderatas Cæsaris petitiones Pontifice, qui Venetos omnibus molestiis liberari cupiebat, id ægerrime ferente vanus extitit.*

93) Verba sunt P. HEVTERI *lib. VII. c. II.* GERH. a ROO *lib. XII. pag.* 581. GVICCIARDINVS *lib. VIII. p.* 809. cum alii annum vigesimum saltim statuant FVGGER *lib. VI. c. XIV. n.* 10. MARIANA *de rebus Hispanicis lib. VI. c. XXI.* Faciunt huc epistolæ Ludouici XII. *Tom. I. p.* 179. 184. 203. 214. istæ autem a legatis Imperatoris Blesis hoc negotium tractantibus, ad Margaretham Austriacam, fuerunt scriptæ. FVGGER *lib. XII. pag.* 581. P. MARTYR *ep. CCCCXXXIII.*

94) P. HEVTERVS *lib. VII. c. III.* GVICCIARDINVS *lib. VIII. p.* 811. G. a ROO *lib. XII. p.* 582. qui etiam Papæ molimina circa pacem procurandam exponit. Tempus exprimit TRITHEMIVS ad a. 1510. *Conuentus Principum apud Augustam Rhatiorum anno præcedente per Maximilianum Regem indictus ad Festum Epiphaniæ celebratur: lente cepit, sed diu duravit a Principio videlicet Ianuarii, vsque ad finem mensis Maii. Conuenerunt huc Germaniæ Principes multi.*

95) MVTIVS lib. XXX. p. 314. *Conuenerunt Augustæ Principes Ciuitatesque Imperii omnes, & Imperator Maximilianus, multorumque Regum legati, Regis Galliæ, Vngarorum, Boemorum, & Iulii, Summi Pontificis. In eo conuentu multum actum est de Venetis, omniumque sententia concordi, bellum denuo decretum est aduersus eos.* FVGGER *lib. VI. c. XIV. n.* 6. 7. introitum Cæsaris, huius propositionem, domum etiam Statuum decretum exponit. Decreta autem in auxilia sex peditum millia, mille octingenti equites. Recessus Imperii extat in Corpore Recessuum *p.* 112.

96) P. BEMBVS lib. X. p. 410. *Aloisius Mocenicus, Ioannes Cornelius legati ad pacem cum Maximiliano tractandam missi, vt superiori libro demonstratum est, atque in Alpes profecti regiis internunciis, qui ad eos venerant, reipublicæ dare muneribus (ea erant vini Cretici pretiosioris, Cera alba ad tenebras expellendas, fructuum in Agypto conditorum ad regias epulas omnis prope generis non parua copia) sermonem cum iis complures dies habuerunt, non vnisque in locis una fuerunt, neque tamen pax iniri potuit, cum illi omnia, que in Maximiliani potestate proxime fuerant, a Senatu peterent, Senatus nihil eorum, quæ ante bellum obtinebat, vellet amittere: dependere quidem Maximiliano aliquam pecuniæ vim se obligasse: si de reliquis fœderis capitibus quæ proponebantur, conuenire inter ipsos potuissent: sed obstinatione, duritieque animorum parum factum esse, vt insectis rebus ab vtrisque domum discederetur: ita ea multorum dierum tractatio & mora, que suspensos atque solicitos Patrum animos habuerat, postremo ad nihilum rediit.* G. a ROO lib. XII. p. 581. *etsi vero Imperator ab illo ipso* (Iulio II.) *& Electoribus aliisque principibus assidue intrapellabatur, nullam tamen pacis mentionem, nisi relicta sibi Verona, admittere volebat. Veneti vero, oblata ingenti pecunia, vrbem eam sibi reddi postulabant.* FVGGER *lib. VI. c. XIV. n.* 9.

97) TRITHEMIVS Chr. Hirsaug. ad a. 1510. *conuenerunt illuc Germaniæ Principes multi: Oratores quoque Ludouici Regis Gallorum, Ferdinandi Regis Arragoniæ, Vladislai Regis Vngariæ & Bohemiæ, aliorumque, & Regum & Principum ac regni ciuium plurimorum. Multa eo conuentu contra Venetos tractata fuerunt, quorum adhuc indomita rebellio contra Imperium durabat. Dixit in eo conuentu Principum, Oratorum Regis Gallorum vnus nomine Ludouicus Helianus Vercellensis senator elegantem* ratio-

bules, quibus ſe in poſterum ab alienis temperaturos promittebant, darent. Extorſere hanc Iulio Veneti pacem magna cum difficultate. Omnibus enim artibus, ne concederetur, Cæſaris ac Regis Ludouici Oratores erant conati. 98) Exinde Cæſaris Legati Vicentiam armis captam, militi concedunt diripiendam, ægre vita ciuibus conceſſa. 99) Interea in Foro Iulii maxime calamitoſum gerebatur bellum: nunc Germani, nunc Veneti erant ſuperiores: aliquando a propria nobilitate indignis tractabantur modis: vbique clades, mœror, luctus, cædes, direptiones, incendia; vis atque iniuria conſpiciebatur. 100) Pontifex, occaſionem receſſionis a Franco quærens, clam palamque bellum Ferrarienſibus ac Genuenſibus, Francorum clientibus, inferri curat, ſperans, ea ratione facile Cæſarem a Francica amicitia diuelli, ac ſibi Venetisque coniungi poſſe. Sed ii nouo inter ſe fœdere Blefis 1510. ſancito, ſeparari nondum poterant. 1) Fœderis conditiones erant, vt Cæſar proximo vere 1511, tria equitum, decem peditum millia in Venetos duceret, iis rex mille ducentos cataphractos equites, cum octo millibus peditum, & iuſto inſtrumentorum bellicorum apparatu adiungeret, mari duas triremes, & quatuor longas naues maiores mitteret. Fœdus Cameracenſe vterque tueretur, idem vt faciant, Pontificem, Aragonium que admonerent, quod ſi ille facere recuſet, Concilium procederet. 2) Italiam Cæſari omnem promittebat Gallus, excepta Mediolanenſi, Genuenſi, Florentina ac Ferrarienſi ditione. 3) Ardebat interea contra Ferrariæ Ducem bellum, vectigalium ſalisque Comacienſis cauſſa, eundemque Pontifex Iulius cum Francorum Rege, omnibusque qui iis adhærebant, aqua ignique interdixerat. 4) Mutinam etiam Ferrarienſi Duci parentem

orationem latino ſermone conſcriptam: in qua Venetos acriter taxat: aſſerens eos primum fuiſſe piſcatores, ex his mercatores, ex mercatoribus per latrocinia, per cædes & venena, per nefandiſſima ſcelera dominium ſibi vſurpaſſe plurimarum vrbium, ciuitatum, atque terrarum. Adducit inde TRITHEMIVS integram orationem, quam etiam FREHERVS Tomo II. Scriptorum Germanicorum inſeruerat. Dum vero iſta mutila ſit, hanc ex alio Exemplari *Auguſtæ Vindel. 1510. 4.* edito, plenius expreſſi. Petierat autem Maximilianus, vt Rex mittat vnum Oratorem Iuriſconſultum ad diætam Imperialem pro habenda Oratione & perſuadendis illis, quæ petat & proponet Cæſar, prout ex litteris Andreæ Burgenſis ad Margaretham Auſtriacam patet, inter litteras Ludouici XII. *Tomo II. p. 70.*

98) Verba ſunt P. HEVTERI *lib. VII. c. III.* GVICCIARDINVS *lib. IX. ineunte.* GERH. a ROO *lib. XII. p. 581.* FVGGER *l. VI. c. XIV. n. 8.* IVSTINIANI *lib. XI. p. 230.* P. BEMBVS *lib. X. p. 399.* Conqueritur de hac Papæ perfidia Maximilianus in litteris ad Ludouicum El. Palatinum, apud GOLDASTVM *Reichshandlungen p. 93.* & in litteris ad Ciuitatem Gelhuſim, *in Reichs-Satzungen pag. 233.* Anſam hoc etiam dediſſe videtur variis Grauaminibus Imp. & Imperii contra Papam proferendis, prout Grauamina Nationis Germanicæ extant in Tomo II. FREHERI apud GOLDASTVM *Polit. Imper. Tom. I. p. XXIII. Conſtit. Imp. Tom. II. p. 119.*

99) P. HEVTERVS *c. l.* GERH. a ROO *lib. XII. p. 582.* GVICCIARDINVS *lib. IX. p. 833.* FVGGER *lib. VI. c. XIV. n. 11.* Litteræ Ludouici XII. *Tom. I. p. 237. 242.*

100) Verba ſunt P. HEVTERI *cit. loc.* GVICCIARDINVS *lib. IX. p. 834. ſqq.* P. BEMBVS *lib. IX. p. 375. lib. X. p. 415.* FVGGER *lib. VI. c. XIV. n. 1.* Sic etiam de belli contra Venetos progreſſu agitur inter litteras Ludouici XII. *Tom. I. pag. 244. 245. 248. 252.*

1) Verba ſunt P. HEVTERI *c. l.* Extat fœdus illud XVII. Nouembris 1510. concluſum in RECVEIL *Tom. I. p. 31.*

2) Verba ſunt GERH. a ROO *lib. III. p. 583.* FVGGER *lib. VI. c. XIV. n. 14.* qui etiam centum aureorum millia a Gallorum rege Imp. fuiſſe promiſſa addit.

3) PONTVS HEVTERVS *c. l.* hæc addit: *Interea Francorum Rex Pontifici in ſequentem annum clam bellum parat, vniuerſam Italiam Cæſari, vt ſimulabat, (excepta Mediolanenſi, Genuenſi, Florentina ac Ferrarienſi ditione) occupandam præbere, cogeruque Aurelii contra Pontificem omnium ſacrorum ſui Regni Procerum concilium ſtatuit.* GVICCIARDINVS *lib. IX. pag. 862.* P. IVSTINIANI lib. XI. p. 233. *curauit etiam, quantum potuit, Cameracenſe fœdus arctiori coniunctionis vinculo cum Cæſare confirmare, & ex eius conſenſu Pontificem armis perſequi, ac cum validiſſimis copiis vere primo in Italiam tranſcendere, vt vel rem Venetorum vel Romanam præpotenti armorum apparatu aggrederetur, atque ſpiritualia quoque in Pontificem arma exerceret, cum Cæſare, miſſis Legationibus tacite conuenit, vt concilium euocaretur, in quo fas eſſet, de Pontificis iniuria queri, qui nulla habita ſui muneris ratione, Chriſtianam rem bello exagitet. Actum quoque eſt, quam occultiſſimis conſiliis, de Roma, omnique Eccleſiaſtica ditione occupanda, cuius iura ad Imperium ſpectare ſirebantur: totius quoque Italiæ dominationes Cæſar, Rexque affectantes, Venetorum in primis terra, marique potentiam eneruare in animis induxerant; admittebanturque eis, iniquiſſimis conditionibus propoſitis, Cyprus, Creta, Corcyra, cum Hiſtria, & Illyrico, imaque omnis reliqua terreſtrium eorum ditio. Ad hanc etiam ſuicitatem cum Maximiliano, & Ludouico ineundam, Ferdinandus Arragoniæ Rex plurimus ſollicitatus eſt: ſed is regno ſuo contentus, bellaque exoſus, pacem in Rep. Chriſtiana, pio ſtudio exoptabat. Eadem mens in plerisque Germaniæ & Galliæ regulis erat qui impium eſſe exiſtimabant, ſacroſanctæ Pontificis dignitatem armis oppugnari: alia tamen Cæſaris, & Regis voluntas erat, qui omnino concilium cogere decreuerant, ad armaque reſpiciebant.*

4) P. HEVTERVS *c. l.* GVICCIARDINVS lib. IX. p. 841. *bis de cauſſis cum Ferrarienſium ducem a Galliæ regis clientela removere non potuiſſet, eum ducatum omnino occupare decreuerat: & veſtigalium ſalisque cauſſa ſe tantum moueri aiebat.* Sic etiam legati Imp. in Gallia ad Margaretham Auſtriacam inter Litteras Ludouici XII. *Tom. I. p. 259.* de Papa: *proponſuit in Conſiſtorio multas quarelas contra Ducem Ferrariæ, & inter cæteras has quod non vult faciat ſal in Comachio, quod dicit eſſe de iuribus Eccleſiæ & debere eſſe in peiori conditione quam eſſent Veneti, qui conuentionem habebant cum dicto Duce Ferrariæ, quod non poſſet facere ibi ſal. Dux autem multas bonas rationes in contrarium adduxit, & quod Veneti per vim obtinuerant illam conuentionem, nec ſibi hoc poſſe Papam vllum ius prætendere: & quantum ad Comachium, demonſtrat, quod non ſit feudum Eccleſiæ ſed Feudum Imperiale, & quod ſupra trecentos annos Domus Eſtenſis habuerit priuilegia ab Imperio & quod eſt contentus ſtare in iuſtitia & eligantur arbitri & iudices.*

tem Cæſaris legato reſtituit, 5) Mirandulam, quæ Gallico præſidio tenebatur, ipſe obſidioni præſens, ineunte anno 1511. expugnat. 6)

§. XXXIII. In iisdem Comitiis Auguſtanis a. 1510. Decem Grauaminа Nationis Germanicæ Maximiliano Cæſari exhibebantur, de mala Pontificum fide, reiectis electionibus, illicitis beneficiorum reſeruationibus, expectatiuis, gratiis, collatione beneficiorum, indulgentiis, decimis, & cauſis Germanorum ad Romanorum iudicia non trahendis. Remedia ſimul proponentes, quæ hisce Grauaminibus poſſint adhiberi, atque auiſamenta ad Cæſaream Maieſtatem, vna cum exhortatione ad Eundem, vt iſta aboleat 7) Grauamina. 8) Cæſar etiam inſtinctu potiſſimum Iacobi Regii, familiaris eius, edicto publico Oeniponti a. 1510. decreuit, ne quis plura poſſideat beneficia, vel alio modo iura atque libertatem Eccleſiæ Romanæ lædat. 9) His decem Grauaminibus alia inſuper fuiſſe addita, vt ad centum vsque excreuerint, ſunt qui velint, 10) licet fide incerta, hoc tamen patet, Maximilianum Imp. Iacobo Wimphelingio demandaſſe, vt ad fidem ſanctionis pragmaticæ Gallorum, talem in vſum Germaniæ adornaret, 11) qui etiam talem poſtea compoſuit, quæ vero defectu fuit deſtituta.

§. XXXIV. Anno 1511. Cæſar, perſuaſus a Rege Arragoniæ Ferdinando, pacem ferme cum Venetis fecerat, 12) mittens ad Pontificem Matthæum Langium Epiſcopum Gurcenſem, qui, poſtquam Mantuæ primum de pace egiſſet, Bononiæ ſummis cum honoribus fuit exceptus. Poſtulabat iſte, vt Veneti omnia Imperii & Auſtriæ loca reſtituere-

5) GERH. a ROO lib. XII. p. 584. *cum itaque Iulius magno conatu in hoc bellum incumberet, Ciamontius Ferrariæ principem defendere a ſuo rege iuſſus, Mutinam ducere ſtatuit, in qua, confeſtos ſeſe habere, Cardinalis Eſtenſis aſſerebat. Sed pontifex, ex Aragonii regis conſilio, vti eam rem Gallis difficilem redderet, veteri iure Mutinam Cæſaris ciuitatem eſſe declarauit, & eius legato tradi iuſſit.* GVICCIARDINVS *lib. IX. p. 848.* Extat mandatum Papæ de dato Mirandola XXII. Ianuarii 1511. ad Mutinenſes, vt Cæſari homagium faciant, inter Litteras Ludouici XII. *Tit. II. p. 98.*

6) GVICCIARDINVS lib. IX. p. 885. *ſed noui anni auſpicia, res cunctis ſeculis inexpectata inaudita que ſummopere notauit, ac memoriæ commendauit: eum enim Mirandulæ oppugnatio lentius procedere Pontifici videretur, idque, ducum, ac præſertim nepotis, partim imperitiæ, partim perfidiæ tribueret, quod potius ex multis impedimentis oriebatur, impetu ardoreque animi omnibus rationibus antepoſito, ſua præſentia rem accelerare conſtituit: nec quam tanta maieſtatis ſublimitate ipſummet Rom. pontificem in caſtra contra Chriſtianorum oppida proficiſci eſſet indignum & periculoſum, fama ac mortalium omnium de ſe iudicio contempto, iis qui præcipue eius adminiſtrationem eccleſiæ perniciosam, erroreſque omnibus offenſioni, ac tales qui nulla ratione corrigi poſſent eſſe aſſerentibus, concilium cogere, ac principes in eum concitare ſtuderent, conſpicuum colorem, & pene inſtam cauſſam præbere, vlla cogitatio eum continebat. His verbis tota curia perſonabat: omnes mirabantur: nemo erat qui non vehementer improbaret, nec minus alii Venetorum legati: Cardinales ſupplices ne iret vehementer inſtabant, ſed vana erant omnium preces, vanæ ſtudiosæ. Secunda Ianuarii, tribus comitatus Cardinalibus Bononia profectus, in caſtra peruenit.* GERH. a ROO lib. XII. p. 584. *vigebat interim bellum Ferrarienſe, & Pontifex ipſe, non prius deſtitit quam ea ciuitas caperetur. Nullis enim ſtiorum conſiliis, nulla & itineris & temporis difficultate, quo minus id bellum præſens ipſe, & periculis ſeſe offerens vrgeret, deterreri potuit, exemplo admodum raro, mirantibus pleriſque, illo ipſo tempore, quo Gallorum vex quietus, ipſe per legatos rem adminiſtrabat, pontificem in caſtris verſari. Germani militari quoque diſciplinæ Cæſaris illi munia, ipſi contra Cæſari, pontificis rectius commiti debuiſſe diſtitahant.* Deditionem Mirandulæ Idem deſcribit *lib. IX. p. 891.* P. BEMBVS *lib. XI. p. 451.* Inter epiſtolas Ludouici XII. extat *Tom. I. p. 270.* epiſtola Andreæ de Burgo, in qua hæc habentur: *venerunt etiam noua, quod Pontifex cepit duo Oppida ducis Ferrariæ in agro Bononienſi, data olim Duci pro dote vxoris ſuæ. Rex eſt totus indignatus contra Pontificem propter illa quæ fecit bacchans, & quia intercepit aliquas litteras per quas cognouit, quod Papa machinabatur res Diabolicas contra ipſum Regem. Tom. II. p. 87. 92. 99.* Quam bellicoſus Papa fuerit, docet PHIL. MORNAEVS *Myſterio Iniquitatis p. 616.*

7) De his Grauaminibus MATTHIAS FLACIVS Catal. Teſtium Veritatis p. 1007. *Anno vndecimo ſupra milleſimum & 500. oblata ſunt Maximiliano grauamina Germanicarum Eccleſiarum, quibus a Papa premuntur. Iis motus Maximilianus decretum quoddam oppoſuit, quo vtcunque malum reprimeret & leniret. Gratiæ ſane, ne dicam impiæ ſunt illa Grauamina, ac digna quæ a multis cognoſcantur. Impreſſa ſunt ſapius: poſtremo vero Coloniæ cum Baſilenſi concilio Syluii.* Intelligit vero FASCICVLVM RERVM EXPETENDARVM & FVGIENDARVM, *Coloniæ 1535. f.* Reperiuntur etiam apud WOLFIVM *Lect. Memorabilium Tom. II. f. 202.* GOLDASTVM *Tomo II. Conſt. Imper. p. 19. politicis Imperialibus pag. 1038. Reichs-Satzungen I. Th. p. 215.* LVNIG *im Reichs-Archiv, p. Gener. Cont. pag. 299.* GEORGI GRAVAMINIBVS *Nat. Germ. lib. I. c. VII. §. VI.* & potiſſimum cum pluribus adiectis apud FREHERVM *Tomo II. p. 673.* Quæ tunc fuerint Grauamina aduerſus ſedem Papalem, exponit etiam PAVLVS LANGIVS *Chron. Citic. ad a. 1513.*

8) Extat eius epiſtola apud FLACIVM *Catalogo Teſtium Veritatis p. 320.* GOLDASTVM *Politicis Imperialibus p. XXIII. pag. 1042.* FREHERVM *Tom. II. p. 373.* GEORGI *c. l. §. IV.*

9) Extat illud apud WOLFIVM *Tom. II. p. 27.* FLACIVM *Cat. Teſtium Veritatis p. 324.* FREHERVM *Tom. II. p. 378.* GOLDASTVM *Conſtit. Imper. Tom. II. p. 122. Polit. Imper. p. XXIII. p. 1043.* SCHILTERVM *de libertat. Eccleſ. Germ. lib. VII. c. I. §. III. p. 821.* GEORGI *c. l. §. X.*

10) Prout GOLDASTVS contendit, *Conſt. Imper. Tomo vno p. 320.* quem ſequitur SCHILTERVS *de Libert. Eccleſ. Germ. lib. VII. cap. I. §. III.* GEORGI *lib. I. c. VII. §. V.*

11) Patet hoc ex vtriusque epiſtolis apud FREHERVM *p. 684. ſqq.* GEORGI *c. I. p. 316.*

12) P. HEVTERVS *lib. VII. c. III.* GVICCIARDINVS *lib. IX. pag. 905.* GERH. a ROO *lib. XII. p. 583.* FVGGER *lib. VI. c. XIV. n. 14.* Conſilia de hoc negotio patent ex Mercurii de Gattinara, qui legatus erat apud Ferdinandum, litteris ad Margaretham Auſtriacam, Montzoni Arragoniæ XXVI. Iulii a. 1511. ſcriptis, inter Litteras Ludouici XII. *Tom. I. p. 273.*

13) GERH.

tuerent, Patauio ac Tarui∫io excepto, quas numerata ſatis magna pecuniæ ſumma, ab Imperio tenerent. Adnuebat quidem Papa, renuebant Veneti. 13) Ludouicus vero XII. malebat Cæſarem ſecum in fœdere contra Venetos ictо permanere, non dubiam ex pace contra ſe tempeſtatem Pontificis opera emerſuram conſpiciens. Variis igitur artibus pacis mentione obliteratа, Cæſareque in fœdere confirmato, per Triuultium Pontifici bellum infert, ac menſe Maio illi Bononiam, multaque alia loca eripit. 14) Interea Cæſareani modicis copiis Veronam contra Venetos tuebantur, diuerſiſque paruis prælиis vario ſe euentu exercebant. Cæſar enim iuxta Tridentum ſedens, ſuiſque neceſſaria ſuppeditans, ad res magnas conſilia non explicabat, ſibi quidem ſalutari, at ſocio Franco graui moleſtoque conſilio, adeo vt coniectura cauſam non ſatis aſſequi valens Rex, Lugduni Bloſium ad Regni interiora reuertereturr. Interea conſucto more, ac pecuniæ extorquendæ cauſa, Foroiulienſes, Hiſtri, Tergeſtini, ac Flaminicnſes omni bellica calamitate perueſtabantur, diripientibus eodem tempore Cæſarianis Vtinam, Foro Iulii Caput, Venetis timore fugientibus, ac paulo poſt vniuerſum Foro-Iulium Cæſari relinquentibus: excepta Gradiſca, cui Ludouicus Mocenicus cum iuſto præſidio ac tormentorum apparatu præerat. Sed cum muri inſigniter verberati ingentem feciſſent ruinam, præſidiarii timore correpti, tradito Cæſareanis Mocenico, deditionem fecere. Sed hæc omnia paulo poſt, excepta Gradiſca, Veneti recuperarunt. 15)

§. XXXV. Per id vero temporis, Cardinalium primæ notæ, quorum caput erat Cardinalis a Caruaial, 16) qui Florentiam ſeceſſerant. nomine, item Cæſaris & Ludouici, concilium generale, Mediolani decretum, ad Kl. Septembris 1511. Piſis celebrandum indicebant, 17) iuxta facultatem Cardinalibus datam, ac iuramento firmatam, ab ipſo Iulio Pontifice, ſi nempe Concilium Generale intra biennium a creatione non indiceret. 18)

Voca-

13) GERH. a ROO de Matthæo Gurcenſi lib. XII. p. 585. *breui oratione miſſum ſe ab Imperatore dixit, vti ea, quæ ipſi erepta ab aliis tenerentur, repeteret; quamquam vero Imperator pacem bello præferat, cum Venetis tamen fieri non poſſe, niſi omnia ſimul oppida, qua vel ad Imperii vel ad Auſtriæ domus iura pertinerent reſtituantur, aut pro retentis omnium ſolis Patauio Tarui∫ioque ſatis magna pecunia numeretur, & earum poſſeſſio Imperatoris beneficio acquiratur. Hæc eius poſtulatio magnas ſecum difficultates adferebat, quod ea ciuitates adeo munitæ eſſent, vti Senatus Venetus non eas tantum retinendi, ſed alias quoque ſuperiori bello amiſſas recuperandi ſpem non dubiam in ipſis collocatam haberet.* Inde reliquæ conſultationes deſuper habitæ deſcribuntur. Patet hoc etiam ex Litteris Ludouici XII. *Tom. II. pag. 136. 139. 151. 160. 163. 165. 202. 205.* P. MARTYR *ep. CCCCLII. & CCCCLIV.* GVICCIARDINVS *lib. IX. p. 910.* BEMBVS lib. XI. p. 457. *vbi erat antea Bononiam Matthæus Langus Gurcenſium Epiſcopus ex Germania magno comitatu, homo arrogantia & elatione inſignis, a Maximiliano miſſus, vt cum Iulio de fœdere cum Venetis ineundo ageret: qui paucos ibi dies moratus, cum nimis duras pacis conditiones attuliſſet, infectis rebus in Germaniam rediit.* FVGGER *c. l.* De his Matthæi Gurcenſis quoque conſultationibus plenius egit MICH. COCCINIVS *de bellis Italicis ſub initium & p. 207.* Quod autem Mantuæ primum omnium Fœderatorum conuentus fuerit indictus, docent nos Litteræ Ludouici XII. *Tom. II. p. 96.*

14) P. HEVTERVS *c. l.* P. BEMBVS *lib. XII. p. 458.* GVICCIARDINVS *lib. IX. p. 920.* COCCINIVS *de bellis Ital. p. 159. 160.* Qua ratione prorogatio iſta fœderis per Epiſcopum Gurceniem apud Gallos fuerit tractata, docent Litteræ Ludouici XII. *Tom. II. p. 60. 64. 76.*

15) P. HEVTERVS *c. l.* ROO *lib. XII. p. 586.* FVGGER *lib. VI. c. XV. n. 2.* IVSTINIANI *lib. XI. pag. 235.*

16) Blaſii Orbizii Itinerarium Hadriani VI. cap. XV. Pontificatus tamen illius (Iulii II.) tempore illud immane ſchiſma ſeu concilibabulum in toto orbe terrarum diffamatum profiluit, cuius caput fuerat Dominus Cardinalis a Caruaial.

17) P. HEVTERVS *cit. loc.* PET. MARTYR *epiſt. CCCCLXIV.* Extat *der Ramiſchen Cardinal Ausſchreiben oder Conuocationes, zum Concilio wider Pabſt Iulium, ſub dato Mediolani 23. Maii* apud GOLDASTVM *Polit. Reichshandel p. XVIII. p. 736.* & in idiomate Latino in *Politicis Imper. p. XXVIII. p. 1094. in Tomo I. Conſtit. p. 421.* Edicta Maximiliani *ſub dato Friburgi 16. Ianuarii 1511.* & Ludouici XII. *Blaſii 15. Febr. 1511.* de celebratione & conuocatione Concilii Piſani, pro neceſſitate & vtilitate Reipublicæ Chriſtianæ contra Iulium *Tom. I. p. 424.* Conuocatio etiam Generalis Concilii ex parte Principum *pag. 427.* Mandant hoc Cardinales Carolo, Principi Hiſpaniæ inter Ludouici *Tom. II. p. 235. 238.* qua ratione Cardinales a Papa diſceſſerint, docet IO. MARIANA *rer. Hiſpan. lib. XXX. c. I.* GERH. a ROO *lib. XII. p. 587.* COCCINIVS *de bellis Ital. p. 164.* GVICCIARDINVS *lib. IX. p. 927.* Hæc autem conuocatio nomina præfert Bernhardini Sabinenſis, Guilielmi Prænеſtini, & Franciſci, Cuſſentini Epiſcopi, qui, ex mandato aliorum ſex Cardinalium, quorum nomina etiam ſunt ſubſcripta, Concilium indicunt. Aſt, GVICCIARDINVS Papæ fauens, lib. X. p. 955. *Concilium, vt ſupra dictum fuit, Romanorum Gallique Regum autoritate, Crucei, Macloui, Briçonenſi, Coſtentinoque Cardinalibus interuenientibus, & Sanſeueriuate etiam palam conſentiente, indictum & denunciatum fuerat: conſultationibus ac decretis, vtriuſque regis procuratores intererant: verum quinque huius peſtis autores Cardinales, quo maiorem autoritatem conciliarent, indictioni aliorum Cardinalium quoque nomina adiunxerant: inter quos Alibretus Gallus quamuis inuitus, non potuit regis ſui imperio non parere: ex reliquis vero ab illis nominatis, Cardinalis Adrianus, & Cardinalis Finarienſis, p. dam, ſine ſuo mandato & conſenſu factum fuiſſe affirmabant: quare cum in hac re non pleuſquam ſex Cardinales manifeſtarentur, Pontifex eos ſponte ab hac inſania remouerit poſſe ratus, rerum commiſſarium tali cum ſcuriſtate, vt eis nulla offenſio eſſet timenda, venia oblata continuetur cum illis agebat: qua omnia Cardinales ſimulate audiebant.* IO. MARIANA *rer. Hiſpan. lib. XXX. c. III.* Sic etiam Cardinalium nomina exprimit TRITHEMIVS *ad a. 1409.* Qui tamen Concilium hoc tanquam illegitimum ſingulari epiſtola ad Maximilianum ſcripta reprobat.

18) FVGGER *lib. VI. c. XV. n. 1. &* IO. MARIANA Rer. Hiſpan. lib. XXX. c. III. *ſuperioribus Comitiis Pontificis clauſi intra conclaue Patres conſenſu pro ſe quisque ſacramento ſunt poſtciti, quicun-*

que

Vocabatur ad hoc Iulius Pontifex, qui Rauenna, vbi commorabatur, 19) Romam redibat, ibidemque haud longe poſt in febrem incidit, & vsque adeo male ſe habere cœpit, vt per totam vrbem increbeſceret, Pontificem interiiſſe, ita, vt Cardinales Mediolani adhuc conſtituti, iter Romam verſus adripuerint. 20) Pontifex autem vt a febribus conualuit, animum ad turbandum concilium Piſanum intendit, & eodem ſub anathemate prohibito, indixit aliud Concilium generale Romæ in palatio Lateranenſi, ad feſtum Paſchatos 1512. celebrandum, quam concilii indictionem publicauerat vigeſima prima menſis Iulii. Poſtea Cardinales Mediolani conſtitutos monuit, vt ad obedientiam reuerterentur. 21) Hoc tamen non obſtante, Cardinales iſti in menſe Octobri Piſas ſunt profecti, ad auſpicandum Concilium menſe Maio indictum, in prima ſtatim ſeſſione Bernardinum, Epiſcopum Sabinenſem, tunc ſanctæ Crucis Cardinalem, & Patriarcham Hieroſolymitanum Concilii præſidem conſtituentes. 22) Poſt, duabus ſeſſionibus ibidem habitis, Concilium Mediolanum tranſtulere. 23) Aderant ex Eccleſia Gallicana quinque Archiepiſcopi, viginti Epiſcopi, & viginti quatuor abbates. 24) Cæſar, ob auxilia alio deducta regi offenſus, poſt Lateranenſe concilium a Pontifice promulgatum, neminem Piſas legauit, ſed Epiſcopos ſuos Auguſtæ Vindelicorum ſuper hoc negotio conſultare iuſſit. 25) Hic tandem Conuentus, publico decreto Piſanum Concilium ſeditioſum ac deteſtandum eſſe reſpondit. 26) Iulius interim, vt contra Gallos vires ſuas firmaret, Piſanumque concilium impediret, ſub anni 1511. finem, fœdus cum Arragonio & Venetis de mutua ſociorum defenſione percuſſit, in quo Cæſari & Anglorum regi relictus eſt locus. 27) Cruceius vero Cardinalis, qui præſidis vice fungebatur, & qui cum eo Piſis erant, Cæſarem, vti ſuum

que eorum eſſet Pontifex renunciatus intra biennium Epiſcoporum e toto orbe conuentum habiturum, ſi falleret, graui capui ſuum obtreſtatione deniciens. Hinc non vna pro eodem Apologia. Sic PHILIPPVS DECIVS Patrum Piſanorum nomine apologiam conſcripſit, quæ extat apud RICHERIVM *Hiſtoria Concil. lib. IV. p. 167. ſqq.* dein reſponſum, quod tuo nomine elaborauit *p. 233.* & aliud quod Sermo dicitur *pag. 278.*

19) P. HEVTERVS lib. IV. c. III. *eodem fere tempore Cæſar ac Franciæ Rex, miſis per vniuerſam Germaniam, Italiam ac Franciam Oratoribus, in proximum Septembris menſem Piſis Concilium auctoritate ſacrorum nominum, ac Cardinalium ſecum facientium, indicunt, Pontificem Iulium auctoritate ac poteſtate exuturi, quem, vt Piſis ſe præſentem ſiſtat, citauere. Pontifex contrarium in Laterano conuocat, eosque ad id citat; confirmatusque tribus Hiſpanorum peditum millibus, quos Rex Ferdinandus ex Hiſpania Neapolim miſerat, veteres reſimit ſpiritus.* MICH. COCCINIVS de bellis Italicis p. 164. *per id vero temporis quo Galli milites Eccleſiaſtici exercitus perſequebantur nomine Cardinalium, qui Florentiæ receſſerant, nomine item Cæſaris & regis Chriſtianiſſimi concilium generale ad Kalendas Septembris Piſis celebrandum indicebatur. Ad quod quidem vocarunt Iulium Pontificem, publicantur literæ inuitationis Parmæ, Regii, Mutinæ, Bononiæ. & etiam Rauennæ, vbi erat Pontifex. Itaque Pontifex rebellione ſeu defectione Bononienſium, fuga exercitus, & indictione concilii perculſus, Rhomam redire ſtatuit, quo & vigeſimo ſeptimo die menſis Iunii peruenit, relinquens Cardinalem Petrum tunc ſanctæ Quiriaci, vulgariter Regium nuncupatum, Legatum Bononiæ & Romandiolæ.* P. BEMBVS lib. XI. p. 463. *nondum erat Romæ Iulius, cum nonem numero Cardinales, quorum erat princeps Bernardinus Cardinalis ſanctæ Crucis homo Hiſpanus, literas ad illum Mediolano dederunt, quibus literis eum certiorem faciebant: quoniam ipſe tot annos, ex quo ſummus Pontif. eſſet, contra maiorum decreta generale concilium ad remp. Chriſtianam iuuandum cogere diſtuliſſet, ſe communem cauſam obire agereque ſtatuiſſent, atque illum vt Piſis ſe ante diem Cal. Septembr. concilio agendo ſiſteret, mouebant. Neue Iulius eas literas inficiari poſſet ſe accepiſſe, quod nemo eſſet tam audax, qui ei ſe allaturum ullo præmio polliceretur, in foribus templorum Parmæ atque Placentiæ, tum vero etiam Ariminii eas præfigi curauerunt: quod quidem Iulio permoleſtum ſane fuit.*

20) COCCINIVS *p. 169.*

21) COCCINIVS *p. 170.* GVICCIARDINVS lib. X. p. 935. *Concilium in proximi Maii Calendas in vrbe Roma, in D. Ioannis Lateranenſis templo celebrandum indixit: qua indictione Concilium ab aduerſariis conuocatum diſſolutum: inque concilium ab ſe indictum iure, omnium poteſtatem autoritatemque tranſlatam eſſe cenſebat: quamuis Cardinales contra arguerent, quod eiſi hoc ab initio verum fuiſſet, tamen poſtquam ipſi anteuertiſſent, debere Concilium ab ipſis conuocatum atque indictum locum habere.*

22) COCCINIVS *p. 171.*

23) COCCINIVS *p. 171.* GVICCIARDINVS *lib. X. p. 970.*

24) COCCINIVS *p. 172.* GERH. a ROO vero *lib. XII. p. 587. ad Piſanum Ludouicus ex toto regno, quatuor & viginti Epiſcopos miſit.* Idem dicit GVICCIARDINVS *lib. X. p. 972.*

25) GERH. a ROO *c. l.* COCCINIVS tamen c. l. *Maximilianus Cæſar ſtatuerat Epiſcopum Brixienſem ad concilium Piſanum mittere, qui tamen certis ex cauſſis quas allegauerat, ab huiusmodi onere leuatus eſt, poſthac ordinauit, ac cum pleno mandato abſoluit, Felicem comitem de Werdenberg, Hieronymum comitem de Tyrol Veronenſem, & Doctorem Faellam Vicentinum, qui Tridenti ſubſiſtentes, vlteriùs hactenus progreſſi non ſint, neque ad quartam concilii ſeſſionem, quæ ex cauſſis emergentibus in quartam diem Ianuarii prorogata fuit, peruenerunt.* GVICCIARDINVS *lib. X. p. 971.*

26) GVICCIARDINVS *lib. X. p. 1005.*

27) GERH. a ROO *lib. XII. p. 587.* PONTVS HEVTERVS lib. IV. c. III. *Secundo Nonas Octobres, nouum fœdus inter Pontificem, Venetos, ac Regem Ferdinandum contra Francum ſancitur, in quo Cæſari, ac Henrico Octauo Angliæ Regi, locus, ſi aſcribi vellent, ſicuti paulo poſt euenit, ad certum tempus relinquebatur, vtroque apud Belgas Franco bellum inferente, dum cæteri confœderati Gaſtoni Foxæo, Francorum in Italia Imperatori, reſiſtunt.* COCCINIVS *p. 173.* Idem p. 173. de Ferdinando: *dein ligam ſeu fœdus commune cum Iulio Pontifice & Venetis iniit pro mutuo quidem auxilio, & in primis pro recuperandis ac tuendis rebus Eccleſiæ Romanæ, pro ſalario vero Hiſpanorum in ſingulos menſes a Venetis viginti millibus ducatorum conſtitutis, & totidem a Pontifice. Memorata confœderatio Romæ in templo quod vocant Mariæ de populo, Kalendis Octobris publicata exiſtit, & ilux de Thermis Capitaneus ligæ ſeu fœderis Generalis deſignatus* GVICCIARDINVS *lib. X. p. 933.* Patent etiam hæc conſilia ex epiſtola

Maxi-

ſuum quoque procuratorem eo mittat, rogant. 28) In hoc Concilio Papam contumaciæ accuſant Patres, eundemque omni Papali adminiſtratione ſuſpenſum declarant. 29) Papa e contrario in Concilio Lateranenſi, Decreta Piſis & Mediolani damnat, & ſub rigidiſſimis cenſuris vetat obſeruari. 30) Huic concilio Lateranenſi tamen pauciores interfuerunt Epiſcopi, de quo ipſi conqueruntur Pontificii, idemque an. 1517. fuit finitum. 31)

§. XXXVI. Ludouicus XII. autem ineunte anno 1512. Andream Burgium, Cremonenſem, Cæſareum apud ſe Oratorem, Bruneccam ad Imp. mittit, qui vt Imp. legatum ſuum Piſas mitteret, peteret, ac offenſam ipſi amplis promiſſis reconciliaret. Is ad Regem reuerſus, poſt multas de ipſo querelas, Cæſarem poſtulaſſe refert, vt rex filiolam natu minorem cum dotali Burgundia, Carolo nepoti deſponderet, puellam ſtatim traderet, Bononienſes, Ferrarienſes, & Concilii Piſani res, ipſius arbitratui permitteret, exercitum Romam verſus ire ne iuberet, neque enim permiſſurum, vt regis potentia per Italiam extenderetur. 32) Rex alienatum abs ſe Maximiliani animum videns, vt cum hoſte, antequam ille aperte ſe cum eo coniungat, debellaret, operæ pretium duxit. Hinc Galli XVIII. Februarii Breſciam vrbem cum magna Venetorum ſtrage expugnant. 33) Iulius igitur ſe Francorum Regi imparem ſentiens, omnes Europæ Chriſtianos Principes ad opem contra Francum ferendam implorat, Regem Ludouicum, omnesque, qui cum eo faciebant, publice magna cum ſolennitate grauiſſimis cenſuris oneratos proſcribit. 34) Gaſto autem Foiſſeus, Francorum Dux, Rauenna nequidquam tentata, ad Pontificis exercitum aduenientem conuerſus, memorabili prœlio, ipſo Paſchatos die XI. Aprilis 1512. victoriam fuit adeptus, ab Hiſpanis, quibus abire volentibus, fugam permittere noluit, occiſus eſt. 35) Per eosdem dies, Cæſar, cui Mediolanenſis & Burgundici principatus Gallo eripiendi ſpes ab Arra-

Maximiliani I. ad Henricum VIII. R. Angliæ, inter Epiſtolas Ludouici *Tom. II. p. 5.* P. IVSTINIANI *lib. XI. p. 234.* GVICCIARDINVS *lib. X. pag. 954.* P. BEMBVS *lib. XII. p. 485.*

28) GERH. a ROO *c. l.*

29) Sententiam aduerſus Iulium II. in Concilio Piſano, ſeſſione VIII. d. 12. Aprilis 1512. pronuntiatam ex RICHERIO *Hiſt. Concil. lib. IV. p. 548.* adducit SECKENDORF *Comm. de Luther. lib. I. Sect. II. §. XI. add. III. l. K.* quæ talis eſt: *declarat* (ſancta Synodus) *præfatum Dominum Iulium Papam II. hujus ſacroſancti Concilii (vltra quadrimeſtre & dictos XXIV. adhuc dies eidem conceſſos) manifeſtum & contumacem in ſua peruerſitate impeditorem & turbatorem, ac eiusdem Concilii indictorum & ſuppoſitorum pertinaciſſimum infectatorem, ac decretorum ipſius ſancti Concilii notorium violatorem, contemptorem, & aſſiduum in maximum Eccleſiæ ſcandalum & iactarum contumacem, & in aperta rebellione perſiſtentem ſchismatis excitatorem, pacis inimicum, bella inter fideles principes & Chriſtiani ſanguinis iactarum procuratorem, & promotorem Zizania & diſſortiat in populo Dei ſeminatem, & in his omnibus enormibus continuis & notoriis criminibus incorrigibilem, induratum, inueteratum, & obſtinatum, eo ipſo incurriſſe pœnas in dictis Decretis contentas, ab omnique, tam in ſpiritualibus quam in temporalibus Papali adminiſtratione ipſo facto ſuſpenſum fuiſſe, eſſe & fore.*

30) P. IVSTINIANI lib. XI. p. 234. & *dum omnia ab his diligenter ad bellum parantur, Pontifex ingenti animi magnitudine aliud ſolemne Concilium Romæ in Laterano celebrandum edixit, Piſanoque fidem abrogat, ac Pſeudo Cardinalium Sanctæ Crucis, Coſſentiæ, Bainſſe, Scuerinatis, & Caruajalis impietatem acerbiſſime execratur, eosque omnes veluti rebelles, & ſchismaticos conciliabuliique Piſani authores ſacri pilei honore priuat.* Vid. FRANCISCI LONGI a CORIOLANO ſimma Conciliorum *p. 901.* vbi Acta vtriusque huius Concilii reperiuntur. GVICCIARDINVS *lib. X. p. 950.* TRITHEMIVS *ad a. 1409. 1410.* Adde LÖSCHERI *Reformations-Acta Tom. I. c. XXIX.*

31) RAYNALDVS ad a. 1517. n. 1. ex PARIDE de GRASSIS: *Die Iunæ XVI. Martii fuit habita ſeſſio in Concilio Lateranenſi præſente Papa & Cardinalibus XVI. ac prælatis XC. vel centum mitharatis: ad quam item eſt tarditutele propter conſiſtorium habitum. Miſſam cantauit Cardinalis S. Cru-*

cis epiſcopus Sabinenſis cum vnica oratione, licet impoſitum ei fuerat, quod cum tribus, vt alii fecerunt. Ego hinc Cardinali operatus ſum, quod miſſa hac cantanda demandaretur, quia ſicut ipſe fuerat cauſa concilii propter conciliabulum per ipſum Piſis præſumptum etiam inchoatum; ſic ipſe idem clauderet concilium Romæ per ſuam miſſam. Tum paucos numero præſules ex tot amplioſſimis regnis, quæ tunc Romanæ eccleſiæ parebant, totius ad concilium apoſtolico imperio vocatos venuſſe indicat eorum temporum ſocordiam, quibus plures epiſcopi, abieſta eccleſiarum Cura, terrorumque verum amore irretiti inanibus curis ſe implicabant; quamobrem nec vnius pſeudomonachi impios furores coercuerunt: huius concilii decreta optato fructu magna ex parte demum caruerunt.

32) GERH. a ROO *lib. XII. pag. 587.* GVICCIARDINVS *lib. X. p. 973.*

33) MICH. COCCINIVS p. 217. *hoc Brixiæ ampliſſimæ ac diuiſſimæ ciuitatis expugnatio facta eſt XVIII. die menſis Februarii anno XII. Dominicæ natiuitatis ſupra milleſimum quingenteſimum, interfectorum numerus non eſt omnino certus: Galli primum ſcripſerunt ad Cæſarem interfectorum numerum fuiſſe ſupra XI. milia hominum. Sed poſtea compertum eſt occiſorum ſeu interfectorum perſonarum tam in plateis quam domibus in multo pauſtum numerum excedere. Cadauera mortuorum per vicos, plateas, fora frequentia iacuere. Ex Gallis vero & Germanis admodum pauci interiere.* FVGGER *lib. VI. c. XV. n. 5.* GVICCIARDINVS *lib. X. p. 996.* P. IVSTINIANI *lib. XI. p. 236.* BEMBVS *lib. XII. pag. 503.* LITTERAE LVDOVICI *Tom. III. p. 178. 185.* Blaſii Orbizii Itinerarium Hadriani VI. *c. XV.* Atque hujusmodi occaſione ſucceſſit conflictus ille horribilis inter Hiſpanos, ſequentes partes Iulii, & Gallos, inhærentes factioni prædicti Domini Cardinalis, quod vulgariter dicitur la bataille de Rauenna.

34) P. HEVTERVS *c. l.*

35) GERH. a ROO *p. 588.* qui addit: *incidit hoc prælium in ſolennem dominicæ reſurrectionis diem, qui eo anno Aprilis erat vndecimus.* Hoc prœlium GVICCIARDINVS *lib. X. p. 1012. ſqq.* late deſcribit HEVTER *c. l.* COCCINIVS *p. 223. ſqq.* IO. MARIANA *lib. XXX. c. IX.* FVGGER *lib. VI. c. XV. n. 6.* P. IVSTINIANI *lib. XI. p. 237.* P. BEMBVS *lib. XII. p. 509.* Plenius de hoc prœlio vna cum Catalogo mortuorum agitur inter Litteras Ludouici *Tom. III. p. 227. 232. 235. 241.*

Arragoniæ Angliæque regibus oſtendebatur, decem menſium inducias cum Venetis fecit, & ſex Heluetiorum millibus per agrum Tridentinum iter & tranſitum conceſſit. 36) Italque Gallorum res priore in loco eſſe cœpêre, & Pontifex pleraque Aemyliæ ac Flaminii loca recuperauit. Genua item a Iano Fregoſio eſt occupata. Igitur Gallorum duces, ſpe Mediolanenſis Imperii diutius retinendi amiſſa, cum exercitu diſceſsêre. Cardinales item qui concilium Piſis Mediolanum tranſtulerant, in tutiora ſeſe loca recipere coacti ſunt. 37) Proponebat equidem Ludouicus XII. pacis conditiones, quas etiam ſub initium Papa ſubſcribebat, 38) ſed abducto a Gallis milite, aduentantibus Papæ in auxilium Heluetis, omnia reuocabat, tertia Maii ſolenni ritu in Baſilica Ioannis Lateranenſis concilium auſpicabatur, atque Gallos ex omni Italia ciici volebat. 39)

§. XXXVII. Inter hos Italiæ motus, Carolus Egmondius, rupta iterum pace, Brabantiæ fines a. 1511. depopulabatur. Margaretha equidem Auſtriaca, quæ Belgio imperabat, collecto milite, acceptis etiam ex Anglia copiis, Venloam fruſtra obſidet. 40) Tum Carolus Harderuicum, Bommelium, Tilerum, aliasque Geldriæ vrbes recuperat. 41) Inde Geldri, Brabanti ac Hollandi inter ſe potius latrocinabantur, quam bellabant, vsque dum in ſexennium inducíæ fierent, quæ decimo Auguſti die a 1517. finirentur. 42)

§. XXXVIII. Anno 1512. Comitia ad diem XI. Aprilis Auguſtæ Treuirorum habenda, indicit Imperator. 43) Erat illic maximus Principum Conuentus. 44) Aderat Legatus Regis Galliarum, Campegius, legatus Iulii Papæ; Regum Nauarræ, Angliæ, Poloniæ Oratores. 45) Aeſtate vero anni flagrantiſſima ob immenſam hominum vndique in vrbem affluentium multitudinem, vulgata contagioſa lues Treuirem infecit: quo factum, vt Principes, Coloniam verſus, in loca tutiora, cœlique purioris regionem, Comitia transferrent. 46) In iisdem Comitiis de Pacis publicæ conſeruatione, & Iudicio Cameræ deliberationes fuerunt habitæ, quatuor etiam Circuli ſex prioribus adiecti, 47) de auxiliis, Maximiliano, communi iubdirorum Imperii contributione præſtandis, decretum; & de Schismate Cardinalium a Iulio II. diſcedentium, quod Ludouicus Galliæ rex foueret, non tolerando, actum. 48) Conſtituti etiam fuerunt Conſiliarii aulici octo, qui in Imp. aula

36) GERH. a ROO *pag. 588.* P. HEVTERVS c. l. *poſt hæc Cæſar ac Venetі, interpellante Pontifice ac Rege Ferdinando, octo menſium inducias hac lege faciunt: Veneti Cæſari numerarent quinquaginta millia aureorum Rhenenſium, vterque quæ tenebat, poſſideret.* Idem dicit GVICCIARDINVS *lib. X. p. 1010.* Iſti vero inducias iſtas ad octo ſaltim menſes reſtringunt. Aſt Tractatui inducíarum, qui inter litteras Ludouici *Tomo III. p. 217.* reperiuntur, tempus definitur a die VI. Aprilis 1512. per totum menſem Ianuarii proxime futuri, & non vltra *Vid. & p. 232. 235.* Miſſus denuo ad Maximilianum a Venetis fuerat Antonius Iuſtinianus, qui tamen nihil obtinuit, prout P. BEMBVS nos docet *lib. XI. p. 475.* Idem docet, qua ratione ſæpius de pace cum Imp. fuerit tractatum *p. 488. 493. 496. 501. 507.* Tandem etiam *p. 508.* de inducíis hiſce agit.

37) Verba ſunt GERH. a ROO c. l. P. BEMBVS *lib. XII. p. 514.* P. HEVTERVS *lib. VII. c. III.* poſtquam de prœlio ad Rauennam dixiſſet, addit: *ſed illud admiratione dignum; Francos duabus ingentibus pugnis in Italia ſuperiores (hac contra Pontificem, illa contra Venetos) paulo poſt non ſolum bello manuſſe inferiores, ſed vniuerſa Italia exactos, donum inglorioſe rediiſſe: adeo etiam admirabili Deus ratione per res ſæpe aduerſas felicia ac ſalutaria nobis procurat.* Qua ratione vero Gallorum fortuna in Italia ſenſim ſe inclinauerit, docet GVICCIARDINVS *lib. X. pag. 1030. ſqq.* FVGGER *lib. VI. cap. XV. n. 7.*

38) GVICCIARDINVS *lib. X. p. 1032.* qui etiam conditiones propoſitas recenſet. Quare etiam P. HEVTERVS c. l. *Anno 1512. nono poſt pugnam Rauennenſem die, Pontifex Iulius cum Rege Ludouico aquiſſimis conditionibus pacem facit, eumque ſacra profanaque proſcriptione liberat.*

39) GVICCIARDINVS *p. 1033.* P. BEMBVS *lib. XII. p. 521.* FVGGER *lib. VI. c. XV. n. 7.*

40) P. HEVTERVS *lib. VII. c. III.* FVGGER *lib. VI. c. XIV. fin.*

41) De hoc latius HEVTERVS c. l. Teſtantur e capto Harderuico Litteræ Ioannis Oſtii ad Maximilianum I. inter litteras Ludouici XII. *Tomo II. p. 116.* Ludouicus vero XII. in Litteris ſuis ad Maximilianum *p. 122.* teſtatur, quod hoc ipſi maxime diſpliceat. Sic etiam agitur de eadem in litteris Andreæ Burgenſis ad Margaretham *p. 125.* Faciunt ad hoc bellum Geldricum aliæ epiſtolæ *p. 131. 132. 185. 187.*

42) P. HEVTERVS *cit. loc.*

43) BROWER *Ann. Treuir. lib. XX. n. 45.*

44) MVTIVS *lib. XXX. p. 315.* Principes, qui Comitiis hiſce interfuerunt, recenſet TRITHEMIVS *ad an. 1512.* BROWERVS & FVGGER *lib. VI. c. XV. n. 8.*

45) MVTIVS *c. l.*

46) FVGGER *c. l.* CHYTRAEVS *lib. VI. Saxon. p. 174.* GERH. a ROO *p. 588.*

47) De *hoc ſupra* §. XI.

48) CHYTRAEVS *c. l.* BROWER n. 4. *Diſtumque Maximiliano eſt, ad decreſcentes indies Imperii vires conſeruandas ad liberas vrbes defectionem ab Imperio molientes in officio continendas, ad pacem tranquillitatemque in Germaniæ regno ſanciendam, ad bellum denique non inferendum, vt ipſe ait, ſed defendendum, & propulſandum ab exteris illatum, conſultationem adhibere Procerum, & in communi Reip. periculo, commune ab omnibus requirere fidei atque ſibſidiis officium. Extant omnia conuentus huius publicis prodita monumentis acta: vt eadem hic a nobis repeti; vel cum faſtidio legentium inculcare nihil opus ſit.* PARALIPOMENA ad Conradi VRSPERGENSIS Chronicon f. 464. *Anno Domini mill. DXII. Maximilianus Comitia habet Treueris & Coloniæ, præſentibus principibus Electoribus, Vricle archiepiſcopo Moguntino, Philippo Colonienſi, Reichardo Treuirenſi, Ludouico Palatino & aliis. Ibi inter alia, quoniam ſuſpicio erat ſchismatis oriundi, & grauaminum in eccleſia, neceſſario decernitur, vt Imperator & principes Electores, cum aliis principibus & ſtatibus Imperii, qua ratione commodiſſime grauamina tollantur, & ſublato ſchiſmate, omnia in ædificationem inſtituantur, diſpiciant & probe conſultent.* Extat Receſſus iſte in duas partes diuiſus in Corpore Receſſuum *pag. 115.* Tacite etiam contra Gallorum Regem conſilia fuiſſe facta, docet COCCINIVS

aula in Imperii negotiis ad Imp. delatis Iudicium formarent, curarent etiam, ne detrimentum capiat Resp. Germanica. Ex quo Iudicium Aulicum succreuit. 49) In Blasphemos quoque graues pœnæ fuerunt constitutæ, & edictum ea de re singulis feriatis diebus pro concione proclamari iussum. Actum item de ebrietate & ei vitio deditis, principum familia pellendis. 50) Proposita item læsæ Maiestatis pœna, omnibus Imperii subditis prohibitum, ne Gallo militarent, quod cum Emicho Comes Leiningensis fecisset, proscriptus est, & iussu Cæsaris, aliquot arcibus, a Palatino multatus. Alii quoque eius exemplum secuti, eodem loco habiti, & Germani, qui ad quatuor millia in Gallorum castris erant, reuocati paruêre, nam Tirolenses plerique erant. 51) In iisdem Comitiis publicata quoque fuit Ordinatio de Notariis, quæ adhuc hodie obtinet, 52) & decreta fuit Reformatio Iudicii Westphalici, ne iurisdictionis limites vltra modum extendant, & legitimo modo procedat, habita potissimum inter Philippum Colonienſem & Friegrauios Capitulatione. 53) Eodem anno 1512. auspiciis Imp. Sueuicum fœdus denuo fuit confirmatum. 54)

§. XXXIX. Post Gallorum discessum, Pontifex Mantuæ conuentum indixit, ad quem Gurcensis a Cæsare missus. 55) Hic iam ex Gallia Romam destinatus, postquam a. 1511. fama de Pontificis morte esset sparsa, vt nouæ Pontificis creationi præsto esset. 56) Animus enim erat Imp. Papatum ambiendi, id quod ex litteris ipsius ad Paulum Lichtenſteinium patet. 57) Licet autem Papa sanitatem suam recuperasset, atque omnem ambi-

NIVS *p. 218.* dicens: *Cæsar tum Germaniam inferiorem præsidio, comitatus a Ludouico Palatino imperii electore de Heydelberga, & Vdalrico Wirtenbergensium duce, quoniam dux Geldriæ maximas fecerat incursiones, depopulationesque in Bauaros, quos Hollandinos appellant, & Brabantinos, qui olim parum Admatici dicti sunt, partim Ambauarici adiutus ferebatur occultis auxiliis a rege Franciæ, cuius conatibus Cæsar vt in tempore occurreret, & alii imperii & reipublicæ Christianæ vrgentia negotia tractaret, conuentum seu concilium Germanicum Treueris celebrauit.*

49) Sic enim FVGGER lib. VI. c. XV. p. 1289. *In dem zweyten von berührten R. Abſchieden, wurde zu dem Keyſerlichen Reichs-Hof-Rath ein Anfang gemacht, und dem Keyſer vom Reich Acht Raths zugeordnet, welche in Keyſ. Mai. Namen die Parteyen entſcheiden, und vom Reich beſoldet werden ſolten.* Decretum de hoc in parte posteriori Recessus §. *ſ. & ſqq. vbi* §. *g.* dicitur: *auch auſſerhalb des Cammergerichts, ſo die Partheyen etwan ſelbſt des Verzugs und Koſten halben ſcheuen.* Salua enim Camerali Iudicii iurisdictione, manebat adhuc Maiestas Imperatoris in controuersiis Principum definiendis, quod vero vel in Comitiis fiebat, vel pro Imp. arbitrio certus senatus Imperialis in vrbe quadam Imperiali consituebatur. Pater hoc ex controuersia Georgii Saxoniæ Ducis & Edzardi Comitis, de qua P. HEVTERVS lib. VII. c. IV. *Interea Cæsar Coloniam Agrippinam profectus, coram ſe iſti iubet Georgium Saxonem, ac Comitem Etzardum, cum vterque Legatos miſiſſet, nil vel præſente Cæſare effici potuit, tanta erat ab vtraque parte innata ambitioſis animis & diuturno odio pertinacia. Tandem controuerſiam definiendam permittunt iudicibus neutri partiadditis, quos Cæſar eſſet daturus. Quod ſi nec hi cauſſam finire poſſent, poſtulat Cæſar renuntiantes vlteriori prouocationi Senatus Imperialis iudicio, quod tum Wormatiæ erat indicturus, omnino ſtarent.*

50) PARALIPOMENA c. l. *Decretum etiam contra blasphemos, pœna marcæ auri, vel capitali: & vt hoc decretum neminem fugiat, visum eſt principibus & ſtatibus imperii, vt concionatores & parrochi in quatuor primariis feſtiuitatibus, Paſcha, Pentecoſtes, Aſſumptionis Mariæ, Natalis Chriſti pro concione populum fideliſſime admoneant. Et quoniam ex ebrietate blaſphemiæ, homicidia, & innumera vitia fluunt, grauiſſime interdicitur, vt Electores & alii principes in aulis ſuis nullos ex nobilibus ebrioſos perferant, & qui de vulgo, in corpore grauiſſima luant.*

51) GERH. a ROO *lib. XII. p. 583.* FVGGER *c. l.* P. HEVTERVS *lib. VII. c. IV.* TRITHEMIVS *ad a. 1512.*

52) Extat ista æque in Corpore Recessium *p. 130.* & apud GOLDASTVM *Stat. & Reſcripta Imper. Tom. I. p. 222.* & *Tom. I. Conſt. p. 430.*

53) Extat hæc ordinatio apud GOLDASTVM *Reichs-Satzungen p. I. p. 235.* Plenius DATT *lib. IV. c. II. n. 115. ſqq.* & *c. IV. n. 90. ſqq.*

54) FVGGER c. l.

55) GERH. a ROO *lib. XII. p. 589.* FVGGER *lib. VI. c. XV. n. 10.*

56) COCCINIVS p. 169. *at Iulius Pontifex vt Romam aduenit, haud longe poſt in febrem incidit, & vrgue adeo male ſe habere cœpit, quod per totam increbuerit vrbem Pontificem interiiſſe. Omnes namque taberne, omnes item officine claudebantur. Vſque preterea & Columnenſes in armis ſtabant, quæ quidem fama obitus Pontificis allata eſt ad Cardinales Mediolani conſtitutos, item ad Cæſarem, item ad regem Francie eius obitus tam certus exploratusque habebatur, quod legatus Romandiole iter verſus Romam arripuerit, & Cardinales Mediolani exeuntes hoſpitia Ferrariæ, & aliis in locis diſponerent, Cæſar quoque voluerit, vt Gurcenſis tum Cardinale Adriano Romam profiſciſceretur, ad nouam Pontificis Creationem.* OLDOINVS vit. Pontif. Tom. III. pag. 246. *hæc dum agerentur, parum abfuit, quin pontifex ex hac vita migraret: nam XVII. die Auguſti anni 1511. in morbum incidens quarta agritudinis die adeo ingenti animi deficu oppreſſus eſt, vt per aliquot horas ab ipſius miniſtris pro mortuo fuerit habitus. Vnde mortis fama vbique ſparſa, multi Cardinales abſentes, iique ipſi, qui conciliabulum conuocarunt, Romam iter inſtituerunt, & Romæ nonnulli nobiles ſeditioſi populum ad recuperandam libertatem concitarunt.* Sic etiam IO. CAVLIER mandat Margarethæ, inter litteras Ludouici XII. Tom. II. pag. 59. *a ce ſoir ſont venues trois poſtes qui ont apporté au Roy, que le Pape vault que mort & qu'il n'y a remede en ſa vie.* Spem tamen ſanitatis esse, idem narrat *p. 63.*

57) Extat ista epistola apud WAREMVNDVM de EHRENBERG *in veriſimilibus de regni ſubditis ac oneribus ſubditorum p. 19.* & inter Litteras Ludouici XII. *Tom. III. p. 324.* germanice apud GOLDASTVM *Reichshandlungen p. 96.* in qua hæc verba: *& quia cum animo tuo reputare ipſemet potes, ſi Papa hoc morbo defungatur (id quod omnino verendum eſt, quum & omnem edendi libidinem iam amiſerit, nec alios cibos cupiat quam crudos fructus, tanta autem potione repleatur, vt de valetudine actum eſſe nunciatur) in illum euentum, ſi Papa defungatur, Epiſco-*

ambitum de Pontificatu publica lege sustuliſſet, 58) miſit tamen inſequenti anno 1512. Septembri menſe Gurcenſem Epiſcopum Romam, 59) prout ſæpius ad pacem procurandam a Papa fuerat expeditus, 60) vt cum Papa, de Imp Coadiutore ipſi adiungendo, ageret. 61) Quid circa hoc negotium fuerit geſtum, tacent Scriptores, pacis vero negotium multa cura fuit ſuſceptum. Mantuæ primum de Inſubriæ principatu Maximiliano Sforziæ vindicando, decretum eſt. Vrgebat eam rem Iulius ipſe & Heluetii, quod externi regis potentiam ille per Italiam inualeſcere nollet, ac tenuiorem hi vicinum Gallo præferrent. Multa dein cum Petro Lando, Venetorum legato verba habuit Gurcenſis, pacem cum eo facere, antequam ad Pontificem iret, cupiens. 62) Cum vero nihil concluderetur, & Landus, vti Pontificem conueniret, identidem hortaretur, quod eo interprete, & tanquam arbitro, æquiores pacis conditiones ſperaret; Gurcenſis ſoluto conuentu, Bononiam, atque inde Nouembri menſe Romam profectus eſt, vtrobique magnifice exceptus. 63) Ibi cum rebus Italiæ ita conſtituendis ordinatum eſſet, vt Galli ex iis locis, quæ adhuc tenebant, eiecti, redire ne permitterentur, de Cæſaris & Venetorum pace ad id neceſſaria, agi cœptum. Gurcenſis Patauium, Taruiſiumque, & reliquas ciuitates Venetis relinqui concedebat, ſi Cæſari præter eas, quas habebat, Vincentiam traderent, triginta aureûm nummûm millia quotannis, cenſus nomine perſoluerent. Hæc eius poſtulata Veneti gratuita eſſe dicebant, Vincentinis iam a Senatu promiſſum, nunquam ipſos a reipublicæ imperio diuellendos. Iulius vero, ſacræ cenſuræ minis interpoſitis, vti conditiones admitterent, adhortabatur. Quod cum facere illi recuſarent, neque Gurcenſis de poſtulatis quicquam remitteret, Pontifex, qui ad diſturbandum aduerſariorum concilium, Cæſaris authoritate opus habebat, fœdus cum eius vicario, ſeorſum a Venetis, in hunc modum facit: Cæſar Piſani concilii actionibus antiquatis, Lateranenſe concilium approbaret, Alfonſo Ateſtino Ferrariam, & Bentiuoliis Bononiam retinentibus, opem ne ferret, Germanos ab illius ſtipendiis reuocaret. Pontifex Venetos hoſtium loco haberet; ſacris profanisque armis, quoad omnia ſua recuperaſſet, Cæſarem iuuaret; nullam, eo inconſulto, pacis actionem cum illis inſtitueret; neuter absque alterius conſenſu cum quoquam noua fœdera, ſocietatemque contraheret; regi Ferdinando ſuus in hoc fœdere locus relinqueretur. His ita conuentis, & publice promulgatis, Gurcenſis Lateranenſe concilium,

pum Gurcenſem Romam ablegauimus, qui negotium interim noſtrum de recuperando Papatu praſticetur. Quod quando ipſe intelligis ſine ingenti pecuniæ ſumma, quæ impendenda erat, geri atque effici non poſſe, viſum nobis eſt, e re fore noſtri propoſiti, vt Cardinalibus & Procuribus aliis Romanis, quos ad partes noſtras pertrahere ſatagimus, polliceamur ac ſpondeamus trecentum millia ducatorum a Fuggeris mutuandorum & Romæ ab eorundem pannelcha ad conſtituendum dum præſentandorum. Idem teſtatur IO. MARIANA ter. Hiſpan. *lib. XXX. c. V.* de Maximiliano dicens: *vaſto is Principis animo Pontificatum erat complexus, Iulii obitu, an etiam eo ſuperſtite. Sic fama tulit & annales teſtantur. Non deerant qui cupiditati ſuorum aſſentatoresque quales in aulis Principum multi viuunt. Præ cæteris Sanſeuerinus Cardinalis & aſſiduus non Pontificatum modo pollicebatur: ſed & Neapolitanum imperium in partem acceſſurum, ſimiliæ ope ſed & totius Italiæ viribus odio nominis Hiſpani.* Agit de hoc negotio P. BAYLE *reſponſe aux queſtions d' vn Prouincial Tom. II. c. CXXIV.* & ſingulari diſſertatione ERN. SAL. CYPRIANVS *de Maximiliano I. Pontificatum maximum affectante, Coburgi 1710. 4.*

58) IO. MARIANA ter. Hiſpan. lib. XXX. c. I. *grauis repente morbus in ea vrbe Pontificem inuaſit ſanitate a medicis deſperata turpi Patres ambitu prehenſare inter ſe, nulla decoris memoria nulla probitatis & modeſtiæ, præ cupiditate aſſequendi quod animis deſtinarunt, ſummum honoris faſtigium. Recreata pontifex valetudine indicatas moliriones egre, pro eo ac par erat tulit, quin Patres ad ſe ad quartum Idus eius menſis enocatos gratii increpatione caſtigauit, ſe ſuperſtite de ſucceſſore agitaſſe, dignum vindicta commiſiſſe facinus. Et ſunt inuiſi ſuſpecti-que dominantibus, qui ſuccedendi ſpem importuno tempore præſumunt. In poſterum ergo ſuero edicto Simoniaca labes coërcita in electione Pontificum: quod edictum initio pontificatus per ſcriptum eatenus promulgare variis ob cauſſas diſtulerat.* Idem dicit GVICCIARDINVS *lib. X. p. 945.*

59) IO. MARIANA lib. XXX. c. IV. *inter multiplices tamen cogitationes, ſtatuanti viſum eſt, Gurcenſem quidem ad Pontificem legare, ſi eius opera controuerſiæ inter ipſos facta pace componerentur.* GVICCIARDINVS *lib. IX. p. 860.*

60) Teſtatur de hoc epiſtola Iulii ad Epiſcopum Gurcenſem, inter Litteras Ludouici XII. *Tomo III. p. 112.* quibus etiam ſubiectæ ſunt pacis articuli, a Papa propoſiti. COCCINIVS p. 377. *interim Iulius Pontifex apud Cæſarem vehementer inſtitit, vt Gurcenſem ad ſe deſtinare dignaretur, pro conficienda concordia inter ipſum & Venetos. Cuius rei gratia Veneti certas naues ſigno Aquilæ inſignitas ordinauerunt, quibus Gurcenſis de Venetis Anconam deferretur.* Idem p. 218. de Papa: *Ad hæc Matthæum Lang Epiſcopum Gurcenſem Cardinalem nominauit, quo medio eiusdem Cæſarem ad confœderationis ſuæ partes alliceret.*

61) Docet hoc nos ipſe Maximilianus in epiſtola ſua ad Margarethæam Auſtriacam, inter Litteras Ludouici Tom. IV. p. 2. dum ait: *enuoyons demain Monſr. de Gurce Eueſque de Rome deuers le Pape pour trouuer ſachon que nous puyſſuns accorder auec ly de nous prenre pour ung Coaditeur, affinque apres ſa mort pouruns eſtre aſſuré de auoer le Papat & deuenir Preſter & apres eſtre Saint, & que yl vous ſera de neceſſité que apres ma mort vous ſeres contraint de me adorer dont ie me trouueré bien gloryoes. Ie envoye ſur ce vng poſte deuers le Roy l' Aragon pour ly prier quy nous vouille ayder pour à ce parvenir dont yl eſt auſſy contant moynant que ie reſigne l' Empir a noſtre comun fyls Charl de ſcla auſſy ie me ſuys contente.* Idem paullo poſtaddit: *Ie commance auſſy praſtiker les Cardinaulx dont II. C. ou III. C. mille ducas me ſorunt vng grand ſervice, aveque la parcialité qui eſt deia entre eus.*

62) GERH. a ROO *lib. XII. p. 589.* Sic etiam Epiſcopus Gurcenſis Margarethæ Auſtriacæ adiucatum ſuum Mantuam narrat, inter Litteras Ludouici XII. *Tom. III. p. 280.* GVICCIARDINVS *lib. XI. pag. 10. 15.*

63) GERH. a ROO *c. l.* Aduentum ipſius, & honores ipſi Romæ habitos ſingulari libello deſcribit

IO.

lium, proximo conſeſſu, præſens comprobauit, & Piſanum, Cæſari nunquam legitimum eſſe viſum, teſtatus eſt. 64) Hinc impetratis monitoriis in Venetos litteris, Roma diſcedens, Maximiliano Sforтиæ, qui ex Germania Veronam veniſſe dicebatur, obuiam profectus eſt. Is vero ex Sedunenſis Cardinalis inſtinctu, non expectato illius aduentu, Cremonam abierat, vbi eum aſſecutus Gurcenſis, Mediolanum vsque deduxit. Ibi magna cum omnium lætitia ſolenni ritu inauguratus eſt. 65)

§. XL. Sequenti anno 1513. de pace cum Gallo & Venetis agebatur, ſed fruſtra, induciæ tamen cum Venetis ad finem Aprilis fuerunt prorogatæ. 66) Inter hæc Iulius Pontifex, qui iam edito diplomate, Ludouicum regia dignitate priuauerat, Ferdinando etiam Catholico Nauarram adſignauerat, & Chriſtianiſſimi titulum in Anglum tranſtulerat, nono Calendas Martias obiit, 67) in cuius locum ſuffectus eſt Ioannes Medicæus, cui Leoni Decimo poſtea nomen fuit. 68) Iulii morte finem habuit Piſanum concilium, & Cardinales nouo Pontifici conciliati ſunt. 69) Gallus vero, cui ingens cum Argonio bellum, occupato Nauarræ regno, extra Italiam erat, 70) inducias cum ipſo, ac pace & fœdere cum Venetis Blefis d. 23. Martii 1513. facto &, Venetiis d. 21. Aprilis ratihabito, quibus ſe inuicem obligant, quod velint ſibi pro recuperandis ablatis eſſe in auxilio, Gallo quidem pro Ducatu Mediolanenſi recuperando, Venetis vero pro terra ferma. 71) Eademque Liga d. 8. Octobris 1517. fuit confirmata, 72) exercitum nouum ad recuperandum Inſubriæ Imperium miſit, Mediolanum & pleræque Ducatus vrbes Gallis accedebant, 73) qui tamen VI. Iunii 1513. ad Nouaram ab Heluetis Maximiliano Sforтиæ accedentibus, victi, Mediolanenſem Ducatum vt relinquerent, iterum fuerunt coacti. 74) Continuabatur etiam ab Imp. bellum inter Imp. & Venetos, & Patauio licet fruſtra tentato, 75) hi nonis Octobris ad Vincentiam cæſi. 76) Eodem fere tempore, denuo Matthæus Gurcenſis Romam profectus eſt, Cæſaris & Caroli Archiducis nomine, obſequium nouo Pontifici præſtiturus. Aduenienti, Leo purpurati Senatus inſignia obuiam miſit, quibus ille, antequam ad vrbem veniret, vti noluit. Pontifex inter Cæſarem & Venetos arbiter lectus (cum absque vtriusque partis aſſenſu nihil ſe iudicaturum, fidem dediſſet) edicto promulgato, vtrinque armis & iniuriis abſtineri præcepit. Sed, cum Cæſar

IO. PIERIVS VALERIANVS, in Tomo ſecundo Freheri. GVICCIARDINVS *lib. XI. p. 35.*

64) GERH. a ROO *cit. loc.* Extat apud GOLDASTVM *Conſtit. Imp. Tom. III. p. 484.* mandatum de abolendis decretis Concilii Piſani. P. BEMBVS *lib. XI. p. 321.* FVGGER *lib. VI. c. XV. n. 11.* GVICCIARDINVS *lib. XI. pag. 36.* TRITHEMIVS *ad a. 1512.*

65) PONTVS HEVTERVS lib. VII. c. IV. *exinde Gurcenſis Cardinalis, Cæſaris legatus, Romam ad Pontificem profectus, ſummo cum honore eſt receptus, actumque magna animorum contentione de pace inter Cæſarem ac Venetos incunda, ſed fruſtra. Quare nouum Pontifex cum Cæſare facit fœdus, quo veriſimile conſenſu Maximilianus Sforтia in Ducatum Mediolanenſem reſtituitur, Cæſare tamen neque diploma neque titulum ei concedente.* GERH. a ROO *c. l.* De hac reſtitutione agitur inter Litteras Ludouici *Tom. III. p. 275. 285. 288. 292. 294. 303. 305. 306. 309. 317. Tom. IV. p. 13. 23. 31. 40.* GVICCIARDINVS *lib. XI. pag. 40.* IO. MARIANA *lib. XXX. cap. XVII.*

66) GERH. a ROO *lib. XII. p. 590.* FVGGER *lib. VI. c. XVI. n. 2.*

67) SPALATINVS vita Iulii pag. 12. *Dieſer Babſt iſt am Sontag Reminiſcere geſtorben Anno Domini V. C. XIII. und hat in die XII. M. Ducaten zw ſeinem Begrebnus, erlich tauſend Ducaten Fried zw erhalten, bis ein newer Babſt erwelt wurd, und in die zweymal hundert tauſend Ducaten zw Sant Peters Munſter verordnet.*

68) TRITHEMIVS *ad a. 1513.* GERH. a ROO *c. l.* P. HEVTERVS lib. VII. cap. IV. *obierat paulo ante ſupremum diem Pontifex Iulius, vir immenſi pectique animi: ſucceſſeratque illi Ioannes Medices, aſſumpto Leonis decimi nomine, a quo Cæſar grauis armaturæ equites in auxilium contra Venetos petit, hac ratione experturus, quo erga ſe animo foret Pontifex, & an initum cum Iulio fœdus ſeruare conſtituiſſet. Mittit Leo equitum auxilia; quæ res non parum Venetos ac Francos mouit.* IO. MARIANA *lib. XXX. cap. XVIII.* GVICCIARDINVS *lib. XI. p. 58. 88.* FVGGER *lib. VI. c. XVI. n. 1.* Litteræ Ludouici XII. *Tom. IV. p. 58. 59. vbi & p. 63.* Diarium Conclauis exhibetur *p. 72. 80. 82.* P. IOVIVS *lib. X. exemte* P. MARTYR *ep. DXVII. DXIX. DXX.* Huius Leonis caracteres ex Pontificiis Scriptoribus detegit ERNESTVS SALOMO CYPRIANVS in præfatione ad TENTZELII *Hiſtoriſchen Bericht von der Reformation* §. *VI.* Spalatinus ipſius Vitam ſcripſit, quæ reperitur in Tomo II. Hiſtor. Berichts *p. 13.*

69) GERH. a ROO *cit. loc.* Litteræ Ludouici *Tom. IV. p. 82.*

70) De hoc breuiter P. HEVTERVS c. l. *ſub idem fere tempus Rex Hiſpaniæ Ferdinandus, & Angliæ Henricus, conſociatis mari viribus, Guiennam, veteris Aquitaniæ partem, inuadunt; fugientesque ad Bearnios Ioanne Alberto Rege Nauarræ, vniuerſim id Regnum Ferdinandus occupat. Proſcriptus enim Nauarreus fuerat a Pontifice Iulio, cum Francorum Rege Ludouico, quod ei contra Pontificem in auxilium eſſet profectus. Mittit ſtatim Rex Ludouicus Duce Palicia, circa huius anni finem, iuſtum Ioanni Alberto peditum equitumque auxilium, quo Regnum ſuum recuperet: ſed, quod virtute Frederici Toletani, Albæ Ducis, repulſum, re infecta in Franciam redit, relicta Regi Ferdinando quieta Regni Nauarræ poſſeſſione.* FVGGER *lib. VI. c. XVI. n. 1.* P. MARTYR *ep. CCCCXCV. CCCCXCVIII. ſqq.*

71) GERH. a ROO *c. l.* Extat in RECVEIL *Tom. II. p. 38.* du MONT *Tom. IV. p. I. p. 182.*

72) Du MONT *p. 263.*

73) GVICCIARDINVS *lib. XI. p. 70.*

74) GERH. a ROO *pag. 591.* Plenius GVICCIARDINVS *lib. XI. pag. 79.* IO. MARIANA *lib. XXX. c. XX.* P. MARTYR *Epiſt. DXXIII.* P. IOVIVS *lib. XI. p. 373. ſqq.* FVGGER *lib. VI. c. XVI. num. 3.*

75) GERH. a ROO *p. 591.* GVICCIARDINVS *lib. XI. p. 91.* FVGGER *lib. VI. c. XVI. n. 4.*

76) GERH. a ROO lib. XII. p. 593. *Veneti, primo ſtatim impetu perturbati, fugam arripiunt, tormenta cum impedimentis relinquunt. Cæſ aut capti ſunt equites quadringenti, pedites ad quatuor millia. Pugnatum eſt prælium Nonis Octobribus.*

sar de prima postulatione nihil remitteret, re infecta discessum est. 77) Per eosdem dies Ludouici regis procuratores, Lateranense concilium approbauêre, & Galliæ Episcopi Leoni conciliati sunt. 78)

§. XLI. Eadem æstate, qua hæc in Italia gesta sunt, Henricus VIII. Anglorum Rex, mari traiecto, Teroanam Morinorum vrbem obsidione cingit, ad quem Cæsar, cum pulcherrimo equitatu proficiscitur, cuius nutu & imperio bellum maxime administrabatur, quod belli scicns & locorum gnarus esset. 79) Eodem fere tempore Heluetii, ad viginti hominum millia Anglicis stipendiis conducti, in Burgundiam proficiscuntur, quibus Cæsar mille equites adiunxit, quorum Dux erat Vdalricus Wirtenbergicus. 80) Hi Diuionam, primam regionis vrbem obsident, muros tormentis pulsant. Tremullius, qui loco præerat, periculum in quo erat, videns, petito cum Heluetiorum tribunis colloquio, reclamante nequicquam Wirtembergico, ita rem transigit, vti rex omni Mediolanensis principatus iure sese abdicans, certis pensionibus sexcenta aureûm nummûm millia ipsis persolueret, ad nullam aliam rem obligatis, quam vti domum tunc irent. Ad has conditiones duras admodum & iniquas, necessitas eum impulit. Igitur & obsides quatuor dati. Heluetii vero, stipendia ab Anglo ad præstitutum solutioni tempus non esse missa, causabantur. 81) Rex tamen has conditiones tanquam arrogantes reiiciebat. 82) Interim in Morinis Galli abs rege, vti commeatum in Terouanam vrbem inferrent missi, ab Anglis, quibus Cæsar cum quatuor millium equitatu suppetias venit, magna clade in fugam acti sunt, 83) & vrbs auxilio destituta, ad nonum Calendas Septembris deditionem fecit. 84) Interim Iacobus quartus, Scotorum rex & suis quibusdam de causis, & a Ludouico concitatus, Angliam bello aggreditur. Hunc Angli, quibus Catharina regina præsens, animum & vires auxerat, ad Tilum amnem cum multis principibus viris occidêre. Post eius victoriæ nuncium, cum iam ante Cæsar ex castris abiisset, Henricus Tornaco, celebri Neruiorum ciuitate, Gallis erepta, & præsidio firmata, Germania dimissa, in Angliam

77) ROO *cit. loc.* GVICCIARDINVS *lib. XI. pag. 103.*

78) ROO *c. l.* GVICCIARDINVS *lib. XI. & lib. XII. pag. 118. exemte.* P. HEVTERVS *lib. VII. c. IV.* Papa enim Gallorum legatum audire noluerat, nisi reuocato concilio Pisano, Litteræ Ludouici XII. *Tom. IV. p. 198. 235.*

79) GERH. 2 ROO *lib. XII. p. 591.* P. HEVTERVS *lib. VII. c. V.* FVGGER *lib. VI. c. XVI. n. 5.* GVICCIARDINVS *lib. XII. p. 109.* Quæ circa hoc bellum fuerint consilia, docent LITTERAE LVDOVICI XII. *Tom. IV. p. 133. 137. 156. 158. 189. 192.*

80) GERH. 2 ROO *cit. loc.* P. HEVTERVS lib. VII. c. IV. *vere anni 1513. Cæsar acceptis ab Anglæ Rege centum quinquaginta liliorum millibus, ac pro reliqua solutione eodem Rege, fideiubente conducit viginti quinque millia peditum Heluetiorum, addit bis mille equites, duceque Vlrico Principe Wirtembergico in Ducatum mittit Burgundiæ, cum nepoti Carolo Hispaniæ Principi vindicaturus.* FVGGER *lib. VI. c. XVI. n. 8.*

81) GERH. 2 ROO *c. l.*

82) Singulas conditiones recenset TRITHEMIVS *ad an. 1513.* PONTVS HEVTERVS lib. VII. c. IV. *præfecti Bernensium, Lucernensium, ac Friburgensium, non vocato nec adhibito Wirtembergico, bisce legibus Franco impositis, pacem sanciere: Rex cum Romano Pontifice in gratiam redito, nec postea ab eius auctoritate discedito. ei omnia sua restituito. Eam Burgundiæ partem, quam Iureconsulti æquum influmque iudicabunt, Carolo Austriaco restituto. Ex Arce Mediolanensi ac Cremonensi, exteriisque Insubriæ locis, præsidia deducito, omnique Insubria in posterum abstineto; Heluetiis pro huius belli stipendiis, impensis, ac molestiis quadraginta aureorum liliorum millia persoluito; Wirtembergio, eiusque equitatui, octo millia. Obsides quatuor Nobiles, qui capite luant, si Rex conditiones reiecerit, dato. His paulo post ex Heluetia in Germaniam fugêre. Timebant enim capitis pœnam Rege arrogantes leges irridente atque explodente. Exinde tabulis rite consignatis, per Comitatum Burgundiæ Heluetii sine iniuria domum rediere, Cæsarem eadem animi leuitate ac perfidia hic deferentes, qua anno anno 1498. fecerant. Rex enim Ludouicus lectis conditionibus risit, omnesque reiecit, Tremullium recte fecisse dicens, quod arte Heluetorum dissoluisset exercitum, Burgundos graui bello liberasset.* GVICCIARDINVS *lib. XII. p. 115. n. 7.* addit: *hanc pactionem Galliæ regno saluteni attulisse plerique existimarunt: nam Diuione capto, in Heluetiorum potestate erat, absque vllo impedimento ad Lutetiæ portas vsque excurrere: & verisimile erat, Angliæ regem Somma fluuio traiecto, sese illis adiuncturum fuisse, quod G lli prohibere non poterant: nam quum tunc temporis non plus quam sex Germanorum pedium millia haberent, nec dum Gheldrensium duxveniisset, oppidis inclusi essegocabantur.* Heluetos autem parum de eo fuisse contentos docent LITTERAE LVDOVICI XII *Tom. IV. p. 203.* Agit de his conditionibus etiam VARILLAS *Histoire de Louis XII. in fine &* RECVEIL DES TRAITTES *Tom. II. p. 35.* du MONT *Tom. IV. p. I. p. 175. 218.* FVGGER *lib. VI. c. XVI. n. 8. 9.* LITTERAE LVDOVICI XII. *Tom. IV. p. 222.*

83) GERH. 2 ROO *c. l.* PONTVS HEVTERVS vero *lib. VII. c. V.* hoc prœlium latius describit, & GVICCIARDINVS *lib. XII. p. 109.* FVGGER *lib. VI. c. XVI. n. 7.* Addit HEVTERVS: *peditatus enim non conflixit, nec tormenta damnum intulere, cum mixti inter se equites vsui vix fuissent. Collucari enim inter se cataphracti, ruptarum lancearum fruſtis ac mucronibus maiorem motum ac tumultum quam eadem edidere, ita vt eodem tempore pugna hæc Calcarium, lingua Francica appellabatur, quod etiamnum me adolescente nobiles senes narrare solitos memini.* P. MARTYR *ep. DXXV.* Idem confirmat FVGGER *c. l.* LITTERAE LVDOVICI XII. *Tom. IV. p. 195. 196.*

84) TRITHEMIVS *ad a. 1513.* P. HEVTERVS *c. l. tertio a pugna die Terouanna deditionem fecit, præfidiariis cum armis & impedimentis libere abeuntibus. Rex Henricus, a Flandris exoratus, Teroanam diuiectis mœnibus, repletis fossis, ac diruris ædificiis, solo æquari (summo excepto Templo, ac Canonicorum ædibus) permisit. Sed anno 1517. Francorum Rex Franciscus primus, loci opportunitate motus, oppidi fossas purgari, murum ac vallum restitui cum iussisset, multo quam vnquam antea fuerat, muni-*

Angliam victor abiit, sub initium Nouembris. 85) Post hæc an. 1514. præter omnium expectationem, Angliæ rex, pacem cum Ludouico, nouamque affinitatem facit, sorore sua iuuencula Maria, Henrici VII. filia, ei in vxorem collocata. 86) Hæc autem Carolo Austriaco antea fuerat destinata. 87)

§. XLII. Sub anni 1513. finem, tentabatur pax Cæsarem inter atque Venetos, medio Leone X. omne etiam negotium per compromissum, die XXIII. Nouembris 1513. factum, arbitrio Papæ fuit relictum. 88) Sub spe rati demum inuente vere anni 1514. fuit concluſum, vt Cæsar ea loca, quæ vel ipse vel Hiſpani in Patauino & Taruiſino agro ceperant, retineret, Cremonam depoſiti nomine acciperet, idque inter proximum menſem ratum haberetur, & tum Veneti viginti aureûm millia, & altera totidem intra tres menſes Cæſari penderent. 89) Has conditiones recipere Veneti noluêre, & Liuianus in Forum-Iulii profectus, Portum Naonis, Montem falconis, & alia quædam loca recipit, qui cum tentata nequicquam Goritia, diſceſſiſſet, Germani Cremona, Montem falconis iterum occuparunt, & ab obſidione Marani Venetos prohibuerunt. 90)

§. XLIII. Kalendis Ianuarii anni 1515. obiit Ludouicus XII. Francorum Rex, in cuius locum mox ſucceſſit eius gener, Franciſcus I. Angulesmenſis Dux, agnatione Regi proximus, cui Claudia eius filia vxor erat. 91) Is eodem die, quo regno initiatus eſt, Mediolanenſis Ducatus titulum aſſumpſit, & fœdus cum Venetis confirmauit. Heluetios quoque per eos dies tentauit, ſed hi legatos audire noluerunt, & niſi promiſſa ſeruentur, in Burgundiam ſeſe aut Delphinatum moturos minabantur. 92) Interea Carolus tutelæ annos egreſſus, a Belgis in Principem, dicto acceptoque ſacramento, fuit inauguratus, qui ſtatim cum Franciſco fœdus facit. 93) Hoc rerum ſtatu Imperator, vti rem Auſtriacam vicinorum regum fœderibus & adfinitate aliqua conſtabiliret, Ioannem Cuſpinianum in Hungariam ad Vladislaum regem miſit, qui nunciaret, ob nec opinatum Gallorum regis obitum, & Caroli nepotis annos iam tutelæ egreſſi, res, dubiosque Heluetiorum motus, non fuiſſe ipſi integrum, vti ad expetitum cum illo & fratre illius Sigismundo Poloniæ rege colloquium veniret, quare producendum eſſe tempus, quoad maiori rerum mole ſeſe expedire poſſet. Vladislaus ea de re fratrem per celeres nuncios certiorem fecit. Ad finem Martii, cum Gurcenſis Cardinalis a Cæſare in Auſtriam venisset, reges Poſonium conuenêre, quo & ille profectus, ea quæ in mandatis habebat, cum ipſis agit, reliqua in aduentum Cæſaris fuerunt dilata. 94) Multis legatis vltro citroque miſſis, tandem XVI. Iulii 1515. in campis apertis prope arcem Trautmansdorff, 95) conuenerunt cum Imp. Vladislaus II. Rex Vngariæ, Sigismundus I. Rex Poloniæ, Ludouicus I. Rex Bohemiæ, qui proximo die, ſolenni adparatu Viennam fuerunt ingreſſi. Poſt varias conſultationes, de bello potiſſimum contra Turcas ſuſcipiendo, ideoque legatis ad Venetos mittendis, pace etiam inter Sigismundum & Moſchos concilianda, ad decimum Kl. Auguſti, Maximilianus Annæ Ludouici filiæ coronam impoſuit auream, & florenti ſerto ab ea donatus eſt. Hinc ad D. Stephani itum eſt, vbi peractis ſacris, verba præeunte Strigonienſi, Anna, accepto in fidem annulo, ita Maximiliano deſponſa eſt, vti intra annum aut Carolo aut Ferdinando nepoti iungeretur. Dein Ludouico Maria Cæſaris neptis, præſens ipſa deſponſa eſt, idemque ſingulari tractatu Viennæ d. 22. Iulii 1515. concluſo, fuit confirmatum. 96) His peractis, ducenti viri militari dignitate donati ſunt. Inde ad

nuntius reddidit, ei præficiens Fresnoii Dominum, filium nothum Morcullii Reguli. EVGGER *lib. VI. c. XVI. n.* 10.

85) Verba ſunt GERHARDI a ROO *cit. loc.* GVICCIARDINVS *lib. XII. p.* 118. EVGGER *lib. VI. c. XVI. n.* 10. P. MARTYR *ep. DXXXIII.*

86) Verba ſunt G. a ROO *lib. XII. pag.* 594. P. HEVTERVS *lib. VII. cap. VIII.* GVICCIARDINVS *lib. XII. p.* 131. Extat Tractatus Pacis Londini VII. Aug. 1514. concluſæ in REGVEIL *Tom. II. pag.* 39.

87) Docent hoc nos variæ litteræ inter illas Ludouici XII. *Tom. IV. p.* 270. 296. 312. 318.

88) Extat hoc compromiſſum inter LITTERAS LVDOVICI XII. *Tom. IV. p.* 213. EVGGER *lib. VI. c. XVI. n.* 13.

89) G. a ROO *pag.* 594. GVICCIARDINVS *lib. XII. p.* 126. Dicitur de hac pace in LITTERIS LVDOVICI VII. *Tom. IV. pag.* 233. 235. 237. Quare etiam Epiſcopus Gurcenſis Cæſari de dato Romæ IV. Martii 1514. narrat, pacem iſtam ad ratihabitionem vsque fuiſſe concluſam *pag.* 273. 282. 290.

90) ROO *p.* 594. P. HEVTERVS *lib. VII. c. VI. VIII.* GVICCIARDINVS *lib. XII. p.* 124.

91) G. a ROO lib. XII. pag. 594. *cum igitur magni iterum motus ex Gallia timerentur, rex dum nouæ nuptæ amori, præter ætatis, & infirmæ valetudinis rationem, pluſculum indulget, in febrim incidit, qua ipſis nou. anni Calendis extinctus eſt.* P. HEVTERVS *lib. VII. cap. IX.* GVICCIARDINVS *lib. XII. p.* 146. EVGGER *lib. VI. c. XVII. pag.* 314. P. MARTYR *ep. DXXVI.*

92) G. a ROO *lib. XII. p.* 565. GVICCIARDINVS *lib. XII. p.* 151.

93) P. HEVTERVS *lib. VII. c. IX.* GVICCIARDINVS *lib. XII. pag.* 148. EVGGER *lib. VI. c. XVII. n.* 4.

94) G. a ROO *c. l.* EVGGER *lib. VI. c. XVII. n.* 6. *& ſeq.*

95) Locum ſic deſcribit CVSPINIANVS in Diario p. 902. *mane itaque horam circiter ſextam, 16. Iulii ego . . . eſt Cæſar cum omni ſuo exercitu ad Trautmansdorff ad locum illum deſignatum, in planitie quadam, iuxta ſyluam cui nomen eſt patria lingua Hart: Hic erat collis intumeſcens aliquantisper à dextris ſyluæ, à ſiniſtris vepribus ac montitis ſpinis conſparſis monticulus, ab hoc deſcendens Cæſar poterat tam ab Hungaris quam a Polonis latiſſime conſpici, armis illuſcentibus.* EVGGER *lib. VI. cap. XVII. n.* 9. G. a ROO *p.* 595.

96) Extat iſte Tractatus apud LONDORPIVM *Tom. IV. lib. IV. cap. CXXIV. pag.* 177. BALBINVM *Miſcel. Hiſtor. Regni Bohemiæ Dec. I. lib. VIII.*

ad epulas, ludosque equestres & choreas discessum est. Per eosdem dies pax & fœdus promulgatum, ex quo maximæ prouinciis illis & regnis commoditates redundarunt, imprimis vero Austriacis principibus, ad Hungariæ Bohemiæque regna paratus est accessus. In eodem etiam Conuentu Maximilianus singulari diplomate Ludouicum Hungariæ regem, constituit suum & S. Imperii Vicarium Generalem, & post fata in Imperio legitimum succesſorem. 97) Licet eadem etiam promisisse videatur Henrico VIII. Regi Anglorum. 98) Post sponsalia rite celebrata, Imperator & Polonus Hungarum Neapolim Austriæ deduxêre, inde Viennam reuersi; paucis post diebus in regnum hic, ille Egensurtum ac Lincium abiêre. 99)

§. XLIV. Inter hæc, Cæsaris, Aragonisque regis, & Mediolanensis Principis legati, ad defensionem Italiæ, fœdus cum Heluetiis percusserunt, & Pontifex, cui in fœdere seruatus erat locus, fruſtra a Gallo sollicitatus, illis se coniunxerat. Sed rex apparatu bellico a Ludouico iam antea facto, & regni opibus, insuper & Venetorum amicitia freetus, variantibus 100) Heluetiorum consiliis, Italiam ingressus: plerasque Insubriæ ciuitates ad obsequium redegit. Dum autem de pace inter Helvetios & Gallos ageretur, eademque iam perfecta esset, 1) alii Heluetii superuenientes Gallorum castra XIV. Septembris 1515. ad Marinianum inuadunt, sed postera die cruentam victoriam Gallis, qui tormentis vtebantur, relinquere fuerunt coacti, 2) Maximiliano Sfortia vrbe arceque Mediolanensi cedente, Papa etiam cum Gallo pacem faciente. 3) Inde Veneti Brixiam obsident, sed audito Germanorum aduentu, obsidionem soluunt. 4) Ferdinandus autem Arragonius hoc Francisci successu regno Neapolitano sollicitus, inter noua cum Cæsare & Anglorum rege consilia, X. Kl. Februarii 1516 in pago Madrigalegio prope Guadalupam Castiliæ oppidum, moritur. 5) Dum igitur Gallus regno Neapolitano inhiaret, has cogitationes interpellabat Cæsaris nec opinatus in Italiam ingressus. qui ex fœdere, superiori anno cum Heluetis facto, equitum quinque, Heluetorum quindecim, & decem

VIII. Epist. p. 1. Ep. LXXVIII. p. 100. LVNIG p. *Spec. Cont. I. Fortf.* 1. *Abſatz IV. p.* 38. 10. SAMBVCVS *Append. Rer. Vngar. ad Bonfinii Hiſt. Hungar. p.* 539. du MONT *Tom. IV. p.* 1. *p.* 212.

97) Tacent de hoc omnes Scriptores, ex quo concludo, inter arcana fuisse. Testatur tamen de eo GEORGIVS SPALATINVS in Ephemeridibus Mstis ad *a.* 1515. dicens: *Maximilianus Rom. Imp. Vladislaus & Ludouicus Hungariæ & Bohemiæ Reges, pater & filius, & Sigismundus Poloniæ Rex Viennæ in Austria conuenerunt, vbi quod miretur posteritas. Maximilianus Ludouicum Regem Hungariæ & Bohæmiæ ita sibi fecit, dixit & ereauit, locum tenentem generalem, vt vellet sibi etiam defuncto in Imp. Rom. succeſſorem. Subscripſere unt & signauerunt Maximilianus, iidem Reges & Matthæus Langius Gurcensis Cardinalis.* Integrum diploma ex Archiuo Vinariensi exhibuit MVLLERVS im *Staats-Cabinet Tom. I. p.* 2. in quo: *tenore præsentium facimus, creamus, constituimus & ordinamus, nostrum & Imperii sacri Vicarium Generalem, vita comite, & post fata in eodem Imperio legitimum succeſſorem nostrum, dantes & concedentes eidem filio & Vicario plenam, liberam & amplam facultatem, qua vti consueuerunt vti & frui alii, qui pro tempore Vicarii Generales extiterunt, post vero decessum nostrum potestatem nostram Imperii in ipsum transferimus & traducimus, sicuti in nos per predecessores fuit translata.* Facere quoque huc videtur P. IOVIVS *lib. XVI. Hiſt. p.* 329. scribens: *secretiora denique de maximis rebus inita fuere consilia, quæ sicuti ipso rerum exitu, nihil memoria dignum pepererunt, ita ea nos literarum monumentis minime tradenda esse censuimus.* Hoc autem per pacta contraria, posita in Comitiis Augustanis 1518. fuisse sublatum, coniectamur ex litteris Sigismundi, Poloniæ Regis, qui Ludouici Hungariæ Regis tutor erat, post mortem Maximiliani scriptis, in MVLLERI *Staats-Cabinet Tom. I. p.* 10. in quibus: *quod ad illius Maiestatis* (Maximiliani) *postulationem iam nonnullam significationem de Sede Imperii pro Serenissimo Domino Rege Hiſpaniæ fecimus in Conuentu Augustensi.*

98) Docet hoc nos ipse Henricus VIII. in Litteris ad Margarethan Austriacam Elthami 12. Iunii 1514. scriptis, inter LITTERAS LVDOVICI Tom. IV. p. 323. *car il nous souvient bien, que lors que l' Empereur nous fit demonſtrance de l' offre de la Couronne Imperialle, & epres de Vicariat irrevocable, a cauſe que nous eſtions vſſieux de malladie, ne luy feismes aucune reſponſe adont, mais que voulions par l' advis de nostre Conſeil ſavoir & entendre premierement & conſiderer l' importance de telle & ſi grande matiere, & ſur ce par bonne, & meure deliberation declarer la reſolution & determination de nostre intention.*

99) Hunc conuentum plenius & sigillatim describitere 10. CVSPINIANVS in *Diario de Congreſſu Maximiliani & Triumphi Regum*, quod & ipsius Operibus, & FREHERI Tomo secundo suit insertum & in *vita Maximiliani p.* 400. RICHARDVS BARTHOLINVS *in Hodœporico Matthei Gurcensis Epiſcopi*, qui vltro citroque missus, omnibus interfuit consiliis. Inter alia, hunc conuentum descripserunt NIC. ISTHVANFIVS *Rerum Hung. lib. VI. p.* 77. G. a ROO *lib. XII. p.* 595. FVGGER *lib. VI. c. XVII.* P. HEVTERVS *lib. VII. c. XI.* MVTIVS *lib. XXX.* CHYTRAEVS *Saxonia lib. VII. p.* 185.

100) G. a ROO *lib. XII. p.* 596.

1) G. a ROO *p.* 597. FVGGER *lib. VI. cap. XVIII. n.* 2. Pacis iam confectæ conditiones exhibet GVICCIARDINVS *lib. XII. p.* 168.

2) G. a ROO *p.* 597. GVICCIARDINVS *lib. XII. p.* 172. 180. FVGGER *lib. VI. c. XVIII, n.* 3. FRANC. BELCARIVS *rer. Gall. lib. XV. n.* 20. Addit G. a ROO *casorum numerus parum apud scriptores certus, plures ex Heluetiis: magis clari ex Gallis ceciderc, inter quos nonnulli quoque Germ. præfecti.*

3) ROO *c. l. paulo post, Franciscus, Heluetiis domum abeuntibus, Mediolanum ingressus est. Sforzia in arcem, præsidio munitam, se recepit. Huius rei fama territus Leo Pontifex, per Allobrogum principem cum rege pacem fecit. Sub initium Octobris Sforzia, quibusdam pactionibus arcem regi tradit, & in Galliam abit.* P. HEVTERVS *lib. VII. c. IX.* P. IOVIVS *lib. XV. p.* 662. GVICCIARDINVS *lib. XII. p.* 186.

4) GVICCIARDINVS *lib. XII. p.* 189. ROO *lib. XII. p.* 597. FVGGER *lib. VI. c. XVIII. n.* 4.

5) G. a ROO *p.* 598. FVGGER *lib. VI. c. XVIII. n.* 5. GVICCIARDINVS *lib. XII. p.* 197. P. HEVTERVS *lib. VII. c. XI.*

cem Germanorum & Hiſpanorum millia ducens, aduentabat. 6) Maximilianus, Aſula per aliquot dies nequicquam oppugnata, omnem inter Ollium, Padumque & Abduam amnes regionem, præter Cremonam & Cremam, occupauit. Abdua ſuperata, Maximilianus Laudam deditione capit, dein recta Mediolanum ducens, ſecialem præmittit, qui, emiſſis Gallis, vrbem tradi poſtularet, quod niſi ante triduum exactum fiat, peiore illam loco, quam olim ſub Friderico I. fore. Dum itaque Galli iam de relinquenda vrbe cogitarent, & Heluetios aut non venturos, aut ſi venirent, non pugnaturos, ſed ad populares in hoſtium caſtra transgreſſuros dicerent, contra vero Andreas Grittus & Triuiſanus, Venetorum legati, defenſioni intentos eſſe, & meliora de auxiliis ſperare iuberent; adulat nuncius, Albertum Petrum cum decem Heluetiorum millibus poſtridie adfore. Id cum ita eſſet, iamque Albertus in vrbem receptus, nutantes Gallorum animos confirmaſſet, tumultuabantur in Cæſaris caſtris Heluetii, ob non ſoluta ſtipendia, pugnam in cognatos detrectabant, imperia contemnebant, ſeque aut Mediolanum, aut domum abituros palam dicebant, niſi intra quatriduum pecunia daretur. Hinc a nemine contineri poterant, quo minus per Volturenam vallem domum abirent. Tria item partim Germanorum, partim Hiſpanorum millia, ad Venetos transfugêre. Reliqui leuibus ad Abduam pugnis hoſtem laceſſebant. Maximilianus interim ob magnam pecuniæ penuriam in Germaniam, Tridentum reuerti ſuit coactus. 7) Inter hæc Nouiodunum conuenêre, a Gallorum rege Pariſienſis præſul, cum regiæ domus præfecto, & aliis nonnullis: a Carolo, qui iam Hiſpaniarum rex dicebatur, Guilielmus Cheurienſis & Maximiliani Cancellarius. Hi 13. Auguſti 1516. fœdus inter ſe compoſuerunt, cuius hæc præcipua fuerunt capita: Pax & fœdus inter reges ad mutuam defenſionem ſeruaretur. Gallus Hiſpano filiam Ludouicam, cum ea Neapolitani regni parte, quæ ex diuiſione Ludouico regi ceſſerat, vxorem daret. Carolus in educationem puellæ, quoad nubilis fieret, mille auri pondo quotannis penderet, Nauarræ regnum reſtitueret, quod niſi fecerit, arma pro rege cognato ſumere Franciſco liceret. Cæſari in fœdere locus intra duos menſes eſſet, qui etſi aſſumatur, nihilominus regi Venetis, ad Veronam recuperandam, auxilia ferre liberum eſſet. Quod ſi Veronam Cæſar nepoti ea lege tradat, vt Franciſcus illam ante exactas ſex ſeptimanas acciperet, tum rex illi centum Ducalium nummûm millia; totidem Veneti duabus intra ſex menſes penſionibus perſoluerent. Interim ripam Tridentinam Roboretumque, & capta in Carnis ac Iulii foro loca ipſa, Veneti quæ habebant, vti erant, ita retinerent, quoad de finium controuerſia, Gallorum ac Hiſpanorum reges, arbitrium tuliſſent. De Geldrenſi quoque Duce conciliando actum eſt. 8) Licet hæc pax neceſſaria magis quam vtilis fuiſſe videatur 9) Et licet Veneti, ne tantum pecuniæ ſoluere cogerentur, Veronam obſiderent, eandem tamen relinquere fuerunt coacti. Anni ſequentis 1517. initio, Maximilianus Nouiodunenſe fœdus approbat, 10) inducias quinquennales cum Venetis facit, Veronam ipſis, ſoluta pecunia reſtituit, & cum ipſis conuenit, vti quinque & viginti aureûm nummûm millia Cæſari quotannis penderentur. Poſtea vero a. 1518. abſoluta pax fuit inſecuta. 11) His ita peractis, quo arctior inter fœderatos neceſſitudo contraheretur, de colloquio Cæſaris & regis vtriusque inſtituendo agi cœptum, iamque Cheurenſis, & Magnus Franciæ Magiſter, eum aliis quibusdam, Cameracum præceſſerant, qui colloquio dictus erat locus. Ea res etſi euentu caruit, per legatos tamen conſtabilita eſt regum inter ipſos concordia, Tractatu iam antea Cameraci XI. Martii 1516. de communi bello contra Turcas gerendo concluſo. 12) Eodem anno d. 19. Octobris Liga inter Leonem X. Papam Romanum, Maximilia-

6) G. a ROO *c. l.* GVICCIARDINVS *lib. XII. p.* 200.

7) G. a ROO *c. l.* GVICCIARDINVS *lib. XII. p.* 202. FVGGER *lib. VI. c. XVIII. n.* 6. P. HEVTERVS *lib. VII. c. XII.*

8) G. a ROO *p.* 599. GVICCIARDINVS *lib. XII. pag.* 214. P. HEVTERVS *lib. VII. cap. XII.* THVANVS *lib. I. ad a.* 1516. Extat ipſe Tractatus apud du MONT *Tom. IV. p. I. p.* 224.

9) Quare IOVIVS *lib. I. de Vita Ferdinandi Dauali Piſcarii* pacem hanc neceſſariam potius vocat quam honeſtam. Idem vita Hadriani *cap. VI. Sequenti anno Carolus, confirmata cum Franciſco Rege ad Nouiodunum amicitia, quam iniquis conditionibus impetraſſe videbatur, in Hiſpaniam venit, circumuectusque per vltériores Prouincias, paſſim ciuitates & Regulos in verba iurantes ſacramento adegit.*

10) G. a ROO *p.* 600. GVICCIARDINVS *lib. XII. p.* 217. FVGGER *lib. VI. c. XVIII. n.* 8. Rationem huius pacis Nouiodunenſis per Carolum factæ, reddit P. HEVTERVS lib. VIII. c. I. dicens: *alterum cum Carolo Nouioduni fœdus faciens, non minus quam primum propter conditionum iniquitatem duraturum; quas Carolus ſuadente Cheurio admiſit, vt ſibi neceſſario in Hiſpaniam proficiſcenti iter tutum Rex Franciſcus præſtaret, neque abſenti bellum inferret.*

11) Sic G. a ROO *lib. XII. p.* 603. qui addit: *inducias* (Galliæ) *quam pacem, inter ipſos malebat, ne aut illi, metu belli Germanici ſublato, ipſius amicitiam partu facerent, aut hic illorum opibus adiutus, aliquid in ipſum mouceret.* P. HEVTERVS lib. VII. c. XVI. *paulo ante pacem Nouiodunenſem Veneti quinquennales cum Cæſare inducias fecierant, ſingulis ei annis triginta millia aureorum nummûm ac Ciuitatum ſtatum exultibus, Cæſarem ſecutis, quartam fructuum e propriis bonis partem pollicitis hoc anno abſolutam tandem pacem impetrant, grauiſſimoque iurantur bello.* GVICCIARDINVS *lib. XIII. p.* 277.

12) G. a ROO *c. l.* GVICCIARDINVS *lib. XII. extenſe.* FVGGER *lib. VI. cap. XVIII. n.* 10. P. HEVTERVS *lib. VII. c. XIII.* P. IOVIVS *lib. XVIII. p.* 902. Addit G. a ROO *pag.* 601. *ex hac pace ingens hominum gaudium eſt conſecutum, &*

milianum I. Imp. Carolum I. Hiſpaniæ & Henricum Angliæ Regem pro defenſione Eccleſiæ Londini fuit inita. 13)

§. XLV. Maximilianus vero, a Francisco alienatus, cum Anglo fœdus inſtauravit, cui & Pontifex & Carolus rex ſubſcripſere. Id etſi ad defenſionem tantum factum eſſe videri volebant, Gallo tamen moleſtum ſuſpectumque erat. Non multo poſt, adulto iam autumno, cum Carolus Middelburgi agens, ventum, quo in Hiſpanias nauigare poſſet, operiretur, Geldri, quorum naues Felix Comes Buranus incenderat, cum valida equitum & peditum manu Hollandiam ingreſſi, Medemblicum, Alcmariam, & Sparendamum, oppida vi capta, diripuêre, multosque pagos incendio deuaſtarunt. Aſperam inde aggreſſi, cum iam mille quingentos ex ſuis, in oppugnatione amiſiſſent, oppido potiri, ad internecionem omnes, absque vllo ordinis, ſexus, ætatisue reſpectu, occidêre, neque vllum crudelitatis genus omisêre. Sub anni finem, Carolus ex Selandia ſoluens, ſecundo vento in Hiſpaniam nauigauit, vbi ſingulari gaudio exceptus; regnorum omnium impe-rium ſolenni ritu ſuſcepit. 14)

§. XLVI. Poſteaquam circa initium anni 1518. inſignem conuentum celebraſſet prouincialium Maximilianus, cui in oppido regio Tirolis Inſprugk adeſſent ex hæreditariis ſingulis Auſtriæ terris nobiles ac ſenatores, multaque illic futura, quæ ſe mortuo pro pace ac conſeruatione patriæ atque prouinciarum Auſtriæ neceſſaria forent, iam diſpoſuiſſet, 15) Auguſtam Vindelicorum petiit, illic principes electores, cæterique Germaniæ principes, Epiſcopi, prælati, reſpublicæ ac innumeri nobiles conuenerunt. 16) Aderant quoque Pont. Max. Leonis X. legatus Cardinalis, Thomas Caietanus, Lutheri doctrinam confutaturus, 17) Regum Hiſpaniæ, Franciæ, Hungariæ, Poloniæ atque Bohemiæ Oratores. 18) Conſultabar in eadem diæta celeberrima Maximilianus de futuro Romanorum Rege eligendo cum Electoribus, 19) de Ferdinando primum, poſt aliorum ſuaſu, de Carolo nepote ſollicitus. Cumque noui exempli res eſſet, Cæſare necdum a Pontifice coronato, regem eligi, in concilio propoſitum fuit, eo inducendum eſſe Leonem, vt coronam & alia Imperatoriæ dignitatis inſignia per legatum conferenda, in Germaniam mittat. Adſpirabat ad hanc dignitatem Carolus, contranitente Gallorum Rege Fran-

Veneti, fatis latum belli tam diuturni exitum, adepti eſſe ſibi videbantur, in quo per annos octo, quinquies centena aureûm nummûm millia expendiſſe dicuntur. Extat Tractatus iſte in RECVEIL DES TRAITTES DE PAIX *Tom. II. pag.* 78. apud du MONT *Tom. IV. p.* 224.

13) Extant apud du MONT *Tom. IV. p. I. pag.* 240.

14) G. a ROO *lib. XII. p.* 602. FVGGER *lib. VI. c. XIX.* P. HEVTERVS *lib. VII. c. XIV. XVI.*

15) Hæc Verba ſunt IO. FABRI *in orat. parent. Maximiliani I. ap.* FREHERVM *Tom. II. p.* 417.

16) Adlegatur de hisce Comitiis Auguſtanis RICHARDI BARTHOLINI Perufini Commentarius. Prouocat ad eundem Commentarium VLR. ab HVTTEN in epiſtola ad Paulum Ricium, quæ extat in IAC. BVRCARDI *Analectis ad p. I. ad p.* 198. ſcribens: *illum in primis Bartholinum Concentum Auguſtanum* qui *deſcripſit.* In HARDTII vero *Tomo III. Autogr. p.* 18. adlegatur *Reſponſio Principum Germaniæ, data Reuerendiſſimis Dominis Legatis ſanctiſſimi Domini noſtri Leonis X. & cæteris Oratoribus in Auguſta Vindelicorum Anno* 1518. *per eruditiſſimum Dominum* RICHARDVM BARTHOLINVM, *Perufinum, Capellanum Reuerendiſſ. Cardinalis Gurcenſis in litteras redacta.*

17) Sic enim OLDOINVS *pitis Paparum* Tom. III. col. 392. *Ad Maximilianum imperatorem legatus de latere, Martini Lutheri falſam doctrinam confutaturus, eſt miſſus.*

18) Verba ſunt IO. FABRI *cit. loc.* GERH. a ROO *lib. XII. p.* 603. *Imperator quoque in Turcicum bellum animatus, conuentum Ordinum Auguſtæ Vindelicorum egit, ad quem Principes ſolito frequentiores venêre. Adfuit & a Pontifice Thomas Caietanus Cardinalis, qui Eccleſiæ theſaurum omnem in id bellum intuliſſe dicitur.* Licet Lutherus aliam cauſſam aduentus Caietani ſubodoratus fuerit, vt ſcilicet decimas ex Lateranenſis Concilii placitis impetraret, prout auctor eſt SECKENDORFIVS *Comm. de Luther. lib. I. ſect. XVI. §. XXXIII. p.* 42.

19) Verba ſunt IO. FABRI *c. l.* P. HEVTERVS *lib. VIII. c. XVII.* FVGGER *lib. VI. c. XIX. n.* IO. CVSPINIANVS *pag.* 490. In KAPPENS *Sammlung. p.* 401. extat Leonis X. Inſtructio Romæ d. V. Maii 1518. Caietano data pro extirpanda ſic dicta hæreſi Lutherana, componendis Huſſitis cum eccleſia Romana, & animando Imp. Rege Daniæ atque Sueciæ cum Turcis. De eadem ex PARIDE de GRASSIS, RAYNALDVS *Tom. XX. Annal. ad a.* 1518. §. 2. vberius agit & ſic ſcribit: *grauiſſima hæc omnium fuit legatio; cum ad Lutheranæ hæreſi opprimenda delendaque ſemina, & Bohemorum Huſſitarum reliquias eccleſiæ conciliandas; nec non Ceſarem ac Daniæ, Sueciæ, Norwegiæque Regem in Turcam concitandos mitteretur.* AVGVSTINVS OLDOINVS *Tom. III. Vit. Pontif. col.* 391. *Ad Maximilianum Imperatorem legatus de latere Martini Lutheri falſam doctrinam confutaturus eſt miſſus.* AMBROSIVS de ALTAMVRA in Bibliotheca Dominicana ex Actis Conſiſtorialibus *p.* 259. ſic ſcribit: *Die* 26. *Aprilis Pontifex Maximus loco Cardinalis Farneſii Legati ad Maximilianum electum Imperatorem, & ad Regem Daciæ pro foedere ſanciendo contra Turcas, creauit Legatum Cardinalem F. Thomam de Vio Tit. S. Sixti volutque, quod cuſem benedictum eidem Imperatori deferret. Die* 5. *Maii F. Thomas de Vio Presb. Card. S. Sixti in publico Conſiſtorio fuit a Pontifice benedictus, atque more ſolito ad portam populi ſociatus.* GEORGIVS IOSEPHVS EGG Purpura ducta lib. IV. p. 388. *Thomas igitur ad Maximilianum Imp. Auguſtæ Vindelicorum comitia tum agentem Legatus de Latere miſſus eſt eo fine, vt emergentem orco Martini Lutheri Doctrinam authoritate Cæſaris & Pontificis comprimeret, ſuaque facundia & eruditione Catholicam ſanctam tectam tueretur.* Licet PALLAVICINI *lib. I. c. VII. d.* 2. contrarium velit adſerere, quod Caietani legatio ad cauſſam Lutheri minime fuerit directa.

Francisco. 20) De bello quoque in Turcas adsumendo, deque bellorum apparatu & nervo, multa per Cæsarem & Principes, in primisque per legatum Cardinalem fuerunt tractata, qui ad bellum hoc Turcicum de bonis ecclesiasticis decimas quærebat. 21) Decretus etiam fuit capitis census, quem singuli in Imperio viuentes, decimam quidem floreni Rhenensis partem persoluerent, ita, vt nec Principes & illustres personæ excluderentur, qui pro arbitrio soluerent. Pecuniam inde redactam in conscribendum exercitum esse impendendam. 22) In iisdem Comitiis Caietanus Cardinalis Alberto Moguntino stirpis Brandenburgicæ, solenni ritu Papæ nomine, Cardinalis dignitatem confert, & Maximiliano Imp. gladium & pileum consecratum offert. 23) Actum in Comitiis quoque fuit de Luthero, de quo sub Carolo V. dicemus. In iisdem Comitiis dicta decem Graduamina Maximiliano iterum fuerunt exhibita, & cum licentia Imp. in Officina Schüreriana ad incrementum Germaniæ, & Dei gloriam Slestadti a. 1518. impressa. 24) Curauit etiam, vt Pragmatica Sanctio Regni Franciæ cum obseruationibus Iacobi Wimphelingii in Germania publici iuris fieret. 25) In iisdem quoque Comitiis Erardus de Marka Episcopus Leodiensis de nimiis sedis Romanæ abusibus fuit conquestus, hisque adferre voluit medelam. 26)

§. XLVII. Soluto Augustano conuentu, Maximilianus Oenipontem profectus, audiendis & mittendis legationibus operam dabat, & nepotis successionem identidem vrgebat.

20) Totam rem hoc modo exponit GERH. ROO lib. XII. p. 603. *per eos dies in Hispania Carolus rex sumptis in Marrhanos armis (confebantur hoc nomine Maurorum reliquiæ, quasi Mauritanos dicas) primum fuit, in re bellica, specimen dedit, ex hostium spoliis duo vexilla, cæteris præstantiora, ad auum suum Imperatorem misit. Is ætate iam prouectum se confiderans, siue mortem haud procul abesse animo præsagiens, cum Septemuiris Imperii Electoribus, qui præter Bohemiæ regem Augustam omnes venerant, de Carolo nepote, in Romanorum regem eligendo, agere cæpit. Cumque noui exempli res esset, Cæsare necdum a Pontifice coronato, regem eligi, in concilio propositum fuit, eo inducendum esse Leonem, vti eo ornam, & alia Imperatoria dignitatis insignia, per legatum conferenda, in Germaniam mittat. Hæc etsi Francisus rex & apud Pontificem ipsum, cui tantam Caroli potentiam non minus quam sibi timendam offendit, & apud plerosque Germaniæ principes impedire nitebatur, nec Pontifex tamen, nec Electores abnuere videbantur, vtque proximis Imperii comitiis ea de re perferratur decretum est. Refert Guicciardinus (nam apud alios id non legi) Maximilianum prius de Ferdinando cogitasse, sed purpurari Sedunensis, & aliorum consilio impulsum, quod firmitas Austriacæ domus, & ipsius Imperii stabilimentum in Carolo, tot regnorum domino, quam in eius fratre, & vnitam potentiam, quam diuisam longe firmiorem esse dicerent, illum præstitisse.* Agit de eodem GVICCIARDINVS *lib. XII. p.* 281. Neque tamen solus hæc habet Guicciardinus, prout ROO contendit, sed etiam PONTVS HEVTERVS *lib. VII. c. XVII.* & *lib. VIII. c. II.* & post hos FVGGERVS *lib. VI. c. XIX. n.* 10. Quanta autem solicitudine Carolus pro Imperii dignitate laboraverit, patet ex mandato ipsius ad Hoierum Mansfeldensem Comitem misso, quo ipsi iubet, vt Principum opem ad obtinendum desiderium suum imploraret. Addit, se magnam pecuniæ summam Corteuillæ, ministro in aula Cæsaris residenti concredidisse, quæ inter Principes distribueretur, prout ex scriptis authenticis declarat SECKENDORF *hist. Luther. lib. I. sect. XVI.* §. *XXXIII. p.* 2. Confirmant hæc verba PONTI HEVTERI *lib. VII. cap. XVII.* vbi dicit: *Septemuiros fere omnes Cæsar in sententiam pertraxerat. Bina etiam millia auri pondo Principes Carolus, in Hispaniis tum agens, per Germaniam hac de causa misisse dicebatur. Assulgebat & spes non exigua, Pontificem Leonem in Germaniam per aliquot Cardinales aureum Imperii coronam Cæsari transmissurum.* Idem dicit *lib. VIII. c. II.* & GVICCIARDINVS *lib. XIII. p.* 282. Verum, ex SECKENDORFIO discimus, Fridericum, Saxoniæ Electorem maxime restitisse.

21) CHYTRAEVS Saxonia lib. VII. pag. 201. *præcipua de bello Turcis inferendo, deliberatio fuit, qui superiore biennio, Campsone, Syriæ & Aegypti Rege, ad Singam fluuium, cum Mamaluchis, cæso, vniuersam Syriam, Palæstinam & Aegyptum, in ditionem ac Imperium suum redegerant. Maximilianus etiam a Senatu Electorum, qui, solo Boemiæ Rege excepto, omnes Comitiis intererant, Nepotis sui, Caroli, rationem haberi, in electione Cæsaris, ipsi successuri, petiuit.* Adde RAYNALDVM *Tom. XX. ad a.* 1518. *n.* 85. *sqq.* Reperiuntur in Tomo secundo FREHERI binæ Orationes; altera a Legatis Leonis X. in iisdem Comitiis habita; pro colligendis decimis contra Turcas; altera est disuasoria, ne Principes in easdem consentiant, dum proprium lucrum saltim quærat Papa, quæ tribuitur VLRICO HVTTENO. Adlegatur etiam a IAC. BVRCARDO Anal. ad p. I. p. 125. VLRICHI de HVTTEN *Eq. Germ. ad Principes Germaniæ, vt bellum Turcis inuehant Exhortatoria, publico Germaniæ Concilio, apud Augustam Vindelicorum anno Domini MDXVIII. Maximiliano Austriæ Imperatore. In officina excusoria Sigismundi Grimm. Medici, & Marci Wyrsung.* Apud GOLDASTVM *Tom. I. p.* 436. & *Tom. II. Constit. Imper. p.* 127. extant propositio & Consultationes de hac expeditione.

22) De hoc FVGGER *c. l.* Testatur de eo Recessus desuper confectus, qui in Corpore Recessuum p. 140. reperitur.

23) CAR. STENGELIVS *Rer. August.* pag. II. c. LXIV. *in iisdem Comitiis Albertus Brandenburgicus Moguntinus Archiepiscopus, a. Augusti Cardinalis inauguratus est caremoniis & sacris in ea re consuetis.* Idem declarat FVGGERVS *lib. VI. c. XIX. p.* 1359. Cæremonias singulari libello describit IACOBVS MANLIVS, qui in FREHERI Tomo secundo reperitur. Et apud RAYNALDVM *Tom. X. Opp. p.* 530. reperitur *Natale Domini pontificis gladii & pilei initiatione solemne.*

24) GOLDASTVS *Constit. Tom. II. pag.* 396. Ista postmodum sub titulo *Grauamina Germanicæ Nationis ad Carolum, electum R. Regem, Coloniæ apud Eucharium Cervicornum & Heronem Fuchs a.* 1520. prodierunt, in quo varia scripta huc facientia videmus congesta. Licet pleraque horum in GOLDASTI *Politicis Imperialibus p. XXIII. pag.* 1044. *sqq.* & in FREHERI *Scriptor. Rer. Germ. Tom. II. p.* 378. reperiantur.

25) Exhibet illam GEORGI *lib. I. cap. VII.* §. *XII.*

26) Primus hanc Admonitionem Christianam ex Spalatini MSis in lucem protraxit IO. ERHARD. KAPPE *in der Nachlese p. II. p.* 409.

gebat. 27) Inter has cogitationes invasit eum lenta quædam febris, quæ vti soli cœlique mutatione, aut ipso itinere discuteretur, secundo anno Oeno in Austriam descendit. Welsam oppidum cum venisset, intendi morbum videns, subsistit. 28) Ibidem febrem perpetua venatione atque aucupio pellere conabatur. Dumque aliquando a venatione reuersus, ardentem sitim immoderato melopeponum esu sedare studet, sumptoque insuper dubiæ potestatis intempestiuo medicamento, contra morbum, ac quam adhuc instare sibi persuadebat, febris, quæ per intervalla accedere solebat, sit continua; accedenteque ventris profluuio, cum duplicis mali vim sensim corpus perferre non posset, sumpto Christianorum certissimo sanctissimoque viatico, compluribusque viris pijs ac doctis ad se consolandi confirmandique animi causa accersitis, testamento rite confecto, 29) vitam cum morte XII. Ianuarii 30) 1519. hora tertia post mediam noctem commutat, cum laborare cœpisset mense Iunio anni præcedentis. Prædixere eius mortem viri eo tempore in Mathematicis disciplinis peritissimi, ex insigni Solis Eclipsi, quæ dicto mense Iunio Viennæ Austriæ in cœlo apparuit, Cæsaris (vt volebant) genesin vehementer obfuscantis, ac proinde ei lethalis. Accessit eadem hora miserabile atque horrendum, ignota de causa, in vrbe Vienna incendium. 31) Sepulturæ locum delegit in Ciuitate Noua Austriæ, in capella sumptuosissime a Friderico III. illic in castro amplissimo constructa. Balsamo noluit condi: neque voluit ob pudicitiam illam innatam exenterari, sed iussit, vt corpus mortuum calce repleretur. Sacco quintuplici & diuerso est inuolutus, subque signo crucis, quod militares fratres S. Georgii deferunt, sepulturæ traditus. Corpus mortuum biduo cunctis cuiusque ac quantumuis infimæ sortis hominibus passim (priusquam sacco obtegeretur) palam vt conspiceretur, permissum. 32) Inclusus deinceps feretro, primum Welsæ in templum de more delatus, ibidemque ipsi per Io. Fabrum fuit parentatum. 33) Dehinc per villas ac oppida Viennam allatus XXIV. eiusdem mensis, in D. Stephani templo, astante vniuersa Austriæ nobilitate, & Viennensi antistite Georgio sacra celebrante, exequiæ peractæ sunt cum maxima omnium astantium tristitia. Post triduum in Nouam ciuitatem delatus, sub ara D. Georgii sepultus, a Philippo Gundelio, professore humanitatis Viennensi, elegantissima oratione funebri decoratus est. 34) Multa etiam a viris doctis, restauratis sub eo litteris, Epitaphia ac Elogia ipsi fuerunt scripta. 35)

§. XLVIII.

27) Verba sunt GERHARDI a ROO *lib. XII. excuiæ.* 10. FABER orat. parent. p. 417. *Augusta (postequam conuentus ille principum esset dissolutus) discedunt, Insprugk reuersus, domum opidum Kopfstam petit: illic per aliquot moratus dies cum magistratu, qui prouinciæ Tirolis præsit, nonnulla commentatus.*

28) ROO *c. l.* FABER *p.* 418.

29) Verba sunt PONTI HEVTERI *lib. VII. c. vlt.* ROO c. l. *Sunt qui ipsi potionem dicæteriam a medicis, tempore non satis commodo, exhibitam fuisse asserunt. Cuiusmanus ventris profluuio mortuum dixisse fatis habuit.* FVGGER *lib. VI. cap. XX. n.* 1. ACHILLES PIRMINIVS GASSARVS Annalibus Augsburgensibus p. 1765. *Et ecce dum ista apud nos adornantur, eadem ipsa nocte obiit Welsæ, post lentam febrem, alii profluuio, in quod ex sumto parum opportune pharmaco, inciderat; Maximilianus Imperator, qui inde per Viennam Austriæ, quemo loculo, quem multis iam annis secum circumferre curabat, vectus, apud Nouam ciuitatem Styriæ, in Georgiano sacello arcis, in qua post prima incunabula educatus, litterisque institutus fuerat honorificentissime ad matrem suam Leonoram sepultus est.* GRVNBECK *p.* 90.

30) P. HEVTERI sunt verba. IO. FABER pag. 419. *mortuus est infra tertiam & quartam horas die XII. mensis Ianuarii, Anno salutis M. DXIX. Postequam vixisset annos LIX. menses IX. dies vero XIX. Regnasset que annis XXXIII. Tali quidem moriendi genere, vt Christiano homini vltra id ad bene ac Christiane moriendum non facile quidpiam addi posset.* Et paullo post: *& si omnia quæ in Cæsaris morte ac vita plane sint mirauda, id tamen præ cæteris admirandum magis, quod cum Cæsar noster natus sit Anno MCCCC. LIX. vixerit quoque LIX. annis, mens. IX. diebus XIX. Obieritque anno Christi M. D. XIX. regnauerit vero 33. annis, quod omnes fere. numeri huius Cæsaris in nouenarium, qui in se ter reductus ternarium causat, qui omnium est perfectissimus, terminentur.* GERH. a ROO c. l. *Postquam vero defecere iam vires, animumque debilitari sensit, vltimæ voluntatis placita deferri iussit, vbi & quomodo seyleri vellet, Carthusiano præcipit, hinc vltimis sacris rite perceptis, animam Deo reddidit, pridie Idus Ianuarii, anno millesimo quingentesimo decimo nono, cum vix esset annos prope sexaginta, imperasset triginta duos.* Eundem diem emortualem ponit eiusdem Epitaphium Oeniponti a Ferdinando I erectum, apud LAMBECIVM *lib. II. c. VIII. p.* 697. & CVSPINIANVS *in vita p.* 492. Male igitur FVGGER *lib. VI. c. XX. n.* 3. diem XI. Ianuarii ponit. Confirmat eundem Protocollum Electionis Caroli V. *in* GOLDASTI *Politischen Reichshandelu p. I. p.* 140. GVICCIARDINVS *lib. XIII. p.* 282.

31) De hoc late HEVTERVS *c. l.* & FABER *c. l.* CVSPINIANVS *p.* 491.

31) FABER *p.* 419. FVGGER *lib. VI. c. XX. n.* 3. qui, qua ratione in feretro conditus, æri fecit incidi.

33) Extat IO. FABRI, qui postea Episcopus factus fuit Viennensis, Oratio parentalis in FREMERI Tomo secundo.

34) CVSPINIANVS *c. l.*

35) P. HEVTERVS lib. VII. c. XVIII. *varia ac docta Cæsari Maximiliano Epithaphia ac Elogia a viris litteratis fuere scripta, quod eius tempore potiores litteræ disciplinæque omnes e cælo detractæ, & ab Inferis excitatæ, Europam exornarent; nullaque non erant paulo elegantiora ingenia, quæ non ad eloquentiam sub liberalibus Mæcenatibus se exercerent.* In BILIB. PIRCKHEYMERI Operibus reperitur Eiusdem Mausoleum Oeniponti in aula noua conspicuum *p.* 191. Idem *p.* 172. exhibet Currum Triumphalem Maximiliani honori erectum & *pag.* 176. IO. STABII *portam Honoris.* Elogium ipsius & diuersa doctorum Epitaphia Austriacis suis subiecit PONTVS HEVTERVS *p.* 364.

§. XLVIII. Prima ipſius vxor erat Maria Burgunda, cum qua XX. Auguſti 1477. nuptias Gandaui celebrauit. 36) Cum hac coniunctiſſime paucis vixit annis. Hæc fatali caſu equo delapſa V. Kl. Aprilis 1482. quarto fœtu grauida, magno cum Maximiliani dolore fuit extincta. 37) Altera fuit Anna, Franciſci, Britonum Ducis filia ac hæres, quam per Legatum ducem, ei Carolus Octauus Francorum Rex, a. 1488. remiſſa filia Margarita, eripuit, & in vxorem duxit. 38) Tertia fuit Blanca Maria, Mediolani Ducis, Galeatii Mariæ Sforciæ filia, quam per Eraſmum Bruſcam, legatum ſuum, mediante Ludouico Maria Sforcia, quo hic ibi aditum ad Mediolanenſem Ducatum pararet, cum magna dote duxit in matrimonium. 39) Non probabantur illæ nuptiæ plerisque Germaniæ principibus, quod Sforciarum ac Vice Comitum familia, Auſtriacæ veteri & tot maiorum imaginibus auctæ proſapiæ, impar eſſet, videreturque Cæſar dote magis quam genere adductus, eam affinitatem inire. 40) In dotem conſtituta fuerant, ad quater centena millia aurei nummi. Inſuper in parapherna adueĉta eſt ſumma aureorum ſexaginta millium. 41) Itaque Blanca Maria, cum ampliſſimo comitatu, Oenipontum deducta eſt, vbi poſtridie Idus Martias 1494. nuptiæ fuerunt celebratæ. 42) Cum hac, ſterili matrimonio annis ſeptem vixit, quæ poſtea a. 1511. ex mœrore fuit defuncta, dum

36) De quo *Sect. ſuper. §. LII.*

37) P HEVTERVS lib. I. c. X. *erat hoc tempore Maximilianus cum vxore Brugis. Exis illa cum nobilium virorum ac virginum comitatu ad venationem, inſtructum hieroſolymum atque accipitrum, quibus plurimum delectabatur, artem ac ſolertiam, Iuſſebat noto Auſtrorum, admodum animoſ. ac feroci. Cingula, quæ ſillam ſuſtineret ſtringebant, dum incitatus Auſtreo ardentius ferur, inter curruendum ſolluntur. Labitur ſupina equo Maria in terguru, lecteque coſtas adeo graniter, vt poſt tertiam ſpimanam decumbere cogeretur. Hallenus enim vim mali diſſimulando, nemini aperire, mariti cauſa fuerat auſa. Tandem accedente continua ſibi, Deo in Vibe Brugenſi V. Kal. Aprileis anno 1482. animam reddit, quintum,* (leg. quartum) *grauida, ætatis anno vigeſimo quinto, incredibili cum dolore Maximiliani. In ipſo enim adoleſcentiæ flore ac vigore conſtituti, inuicem ſemorime adamabant: quod vel ex eo conſtat, quia per omnem exinde vitam, cum de ea Maximilianus mentionem inferret, aut fieri audiret, a lacrymis aut ſuſpiriis abſtinere non poterat. Fit vidaus anno ætatis vigeſimo tertio. Conditur Maria (vt poterat) ſumma cum celebritate Brugis, in Templo Diuæ virginis Mariæ, III. Nonas Aprileis. Cor Antuerpiæ in matris ſepulchro clauditur.* Hem *lib. VII. c. XVII. &* p. 363. illius elogium exhibet. G. a ROO *lib. IX.* p. 392. NAVCLERVS *vol. II. Gen. L.* p. 1106. FVGGER *lib. V. c. XXX.* LAMBECIVS *lib. II. c. VIII. p.* 709. FABER *orat. parent.* p. 410. CVSPINIANVS p. 493.

38) De quo *Sect. ſuper. §. LXII.* Vnicum ſiltim hic adducere licear, ex Oratione Germaniæ querula contra Gallos ſub finem Toni ſecundi FREHERI, vbi inter alia: *quorum vnus Federico ratiſbonæ Cæſari, ſponſam Leonoram præripere & abſtrahere molitus eſt: quorum alter pii Maximiliani filiam, ſeſe dignam optetit, & pro conſtantia maiorum abiecit; eiusdemque ſponſam ex Britannia per terras ſtatas ad me proſicſcentem rupta fide publica pellexit, præripuit, abduxit.* Extat mandatum procuratorium legatis ſuis a Maximiliano datum, Oeniponti XX. Martii 1489. in RECVEIL DES TRAITTES DE PAIX *Tom. I. p.* 747.

39) GERHARDVS a ROO lib. X. pag. 389. *hac affinitate Ludouicus ablcum ſibi ad Mediolanenſe imperium præſtruere conabatur, neque enim affirmare dubitabat, ſe fratri Galeacio iure præferri debuiſſe, quod etſi natu minor tamen ex patre iam duce, non priuato vt illum, eſſe natum;* CORIO *Hiſt. Mediol. p.* 1045.

40) Verba ſunt GERH. a ROO *lib. XI. ſub initium.* FVGGER *lib. VI. c. I. n.* 1. Plenius vero hæc exponit PHIL. de COMINES *lib. VII. p.* 433. dicens: *Le Roy des Romains s' eſt marié, inconti-*

nent après ces mutations dont i' ay parlé, avec la fille du Duc Galeas de Milan, ſœur du Duc, lequel Galeas, dont a eſté parlé: & s' eſt faict le mariage par la main du Seigneur Ludouic. Le mariage a fort deſplen aux Princes de l' Empire, & a pluſieurs amis du Roy des Romains, pour n' eſtre de maiſon ſi noble comme il leur ſembloit qu' il leur appartenoit. Car du coſté des Vicomtes, dont s' appellent ceux qui regnent à Milan, y a peu de Nobleſſe, & moins du coſté des Sforces, dont eſtoit fils le Duc Francique de Milan: car il eſtoit fils d' vn cordonnier d' vne petite ville, appellé Cotignoles: mais il fut homme tres ſuppreux, & encores plus le fils: lequel ſe fit Duc de Milan, moyennant la faveur de ſa femme, baſtarde du Duc Philippe Maria.

41) Verba ſunt IASONIS MAYNI in *oratione p.* 226. ROO ornamenta ad quadraginta aurum nummum duculum æſtimat. FVGGER *c. l.* n. MARIANA *Hiſt. Hiſpan. lib. XXVI. c. IV.* Pontiſſimum vero PONTVS HEVTERVS Rer. Auſtr. lib. V. c. II. p. 23. *Mirabantur coæquales Cæſarem Maximilianum ætatem imaturas ſi ſponſas nuptias: ſed rerum ignari, non conſiderabant Cæſarem, ob prodgam liberalitatem continuaque bella, ſemper pecunia indigum cum ea in dotem ac pro dignomate, quo Ludouicus Sforcia, ſponſæ patruus, Dux Mediolanenſis, renunciabatur, accipere quadrigenta milla aureorum ducatorum; pro mundo eius muliebri ducenta millia, aliaque centum millia, quibus cognati eius atque affines honorare diebantur.* Excuſat tamen Maximilianum FVGGER lib. VI. c. I. p. 1091. eo quod dicta Blanca Maria multarum fuerit virtutum, Sigismundus Archi Dux, tres Electores Eccleſiaſtici vna cum Saxone, hoc ſuaſerint matrimonium.

42) ROO *c. l.* NAVCLERVS vol. II. Gen. L. p. 1111. *eodem anno decimo ſexto die menſis Martii, Blanca Maria virgo illuſtriſſima Galeatii quondam vicecomitis & Mediolanenſium principis filia, ſereniſſimo inuictiſſimo Romi. regi Maximiliano ianuludum deſponſata, in oppidum Inſpruck ad tedas nuptiales traducitur, rituque Chriſtiano copulatur, oratione habuit tum clariſſimus Iaſon Maiuus eques Romanus iuriſconſultus toto orbe celebratus.* Extat hæc oratio in Tomo ſecundo FREHERI. FVGGER *c. l.* TRITHEMIVS Chr. Hirſaug. ad a. 1494. *Anno eodem menſis Martii die XXVI. quæ fuit Feria quarta, & die altera poſt Feſtum Dominicæ Annuntiationis Blancæ Mariæ Galeatii Ducis quondam Mediolani filiæ, Maximiliano Germanorum Regi prius deſponſata venit ad oppidum Inſpruck, & ingenti cum pompa ſuſcipitur, nec diu poſt celebratis ſolemniter nuptiis Regi coniungitur, cum quo vixit annis ferme quindecim, & ſine liberis obiit, mulier corpore parua, ſed animo magno, ſuaque gentis amatrix.*

dum marito minus 43) grata esset, sepultaque est in Monasterio Austriæ, nomine Srams, 44) Duxisset & quartam iam senex vxorem, Annam, Vladislai Bohemiæ atque Hungariæ regis filiam, nisi intempestiuas imparesque nuptias prudentes Consiliarii ac Proceres arte impedientes, Annam eius nepoti Ferdinando despondissent. 45) Ex priori coniuge Maria Philippum sustulit, Margaretham, & Franciscum. 46) Philippus XXIII. Iunii 1478. Brugis Flandrorum natus, 47) qui ducta a. 1496. Ferdinandi Catholici & Isabellæ filia vnica Iohanna, post mortem socrus, Castiliæ regnum fuit adeptus, 48) sed XXV. Septembris 1506. ex ardente febre Burgis contracta extinctus, relicto Carolo & Ferdinando, vtrisque postea Imperatoribus. 49) Margaretha nata X. Ianuarii 1480. Bruxellis. 50) Infelix ista Princeps, quæ Carolo VIII. Delphino adhuc, desponsata, repudiata 51) tamen nupsit a. 1497. Iohanni, Ferdinandi Catholici Regis filio, & dum mare in Hispaniam deueheretur, fœuam sustinauit tempestatem, vt sibi ipsi faceret epitaphium. Hoc, 52) eodem adhuc anno defuncto, Philiberto, Sabaudiæ Duci a. 1501. fuit

43) GRVNBECK pag. 70. *Er solt sich wieder vermehlen, und so viel eines theils von des eigennutzes, den andern tail von rechter lieb und treuwegen, geübet und gearbaitet worden, das er Blancam Mariam von Mailandt genomben hat, mit derselben ein Zeitlang gelebet, und kein Kind bey ihr erworben, darumb er ihr am letzten abholt ist worden, mag nit absyn, es sey ein Argwohn bey ihm gewesen. Als soll sie ihr Lieb von ihm in anderweg abgewendet haben, dann er ist am letzten etlich Jahr nit zu ihr kumben, welches eine Vrsache ist gewesin eines Abbruchs ihres Lebens, dann so sie von Leib sonst hübsch und subtiel das er sie offt über alle Weiber hat gelobt, hat sich die gantze Natur in dreyen Jahren in ihr also verandert, daß sie von Tag zu Tag abgenomben, ist am letzten an der Darsichti gestorben.*

44) P. HEVTERVS *lib. VII. cap. XVII.* FVGGER *lib. VI. c. XXIV. n.* 13. ROO *lib. XII. pag.* 387. *Pridie Calendas Ianuarii dum Maximilianus Friburgi agit, eius vxor Blanca Maria diem obiit, nulla relicta prole.* FABER *p.* 410.

45) Verba sunt P. HEVTERI *c. l.*

46) Hos tres saltim liberos nominat FABER *c. l.* dicens: *postea vero quam ex ea (*Maria*) filios duos suscepisset, Philippum qui post tempus aliquod Hispaniarum Rex fuit designatus; atque Franciscum, qui iuuenis admodum ab hac luce migrauit, nec non Margaritam filiam, inter mulieres huius nostræ ætatis fœminam omnium rarissimam, aduersa fortuna equi casu collapsa diem obiit extremum.* Eosdem etiam saltim recensct FVGGER *lib. VI. c. XXI. n.* 1. & PETRVS AEGYDIVS in Epitaphio Maximiliani I. canens:

Vxores geminas duxi quarum altera Carli
Vnica Burgundi Maria est, iuuenilibus annis
Filis ducta mihi, primo quæ enixa Philippum,
Et mox Margaritham, Franciscum deinde tenellum.

Male igitur P. HEVTERVS *lib. VII. c. XVII.* de Maria: *periit enim inter venandum equo decidens, cum peperisset Philippum, Margaritam, Franciscum & Georgium: e Georgium grauida, cum fœtu periit.* Georgius enim filius erat naturalis.

47) GERH. a ROO lib. IX. p. 380. *dum hæc in Hannonia fiunt, interim Brugis Maria nono Calend. Iulii filium peperit, qui sexto post die ad D. Donati a Tornacensi præsule sacris aquis lustratus, ex matris voluntate (vti ferebatur) auitum Philippi nomen fortitus est. Fideiussere pro eo Adolphus Rauensteinius Imperatoris, Petrus Lucemburgus Comes S. Pauli, Eduardi Anglorum regis nomine, & Margaretha Caroli vidua. Ingens non Brugis tantum, sed in aliis quoque ciuitatibus gaudium, ob natum principem fuit, multique festi ludi, aliaque publicæ lætitiæ argumenta, celebrata sunt. Imprimis vero baptismi apparatus magnificus, & pompa pene regia fuit.* IO. ROLLIVS adnot. Chronic. apud Duellium Miscell. lib. I. p. 148. *Idem derselb Hertzog Maximilian hatt von derselben Maria ain sonn; ist poren an sannt Iohannstag nacht darnach liber* I. *Iar, und ist genannt filips.* FVGGER *lib. V. cap. XXVIII. n.* 9.

48) P. HEVTERVS *lib. V. cap. V. & VIII.* Galli hoc matrimonium qu uis modo impedire conati fuerunt. Quare per Tractatus Barcinonenses XIX. Ianuarii 1493. conclu os, qui repertuntur apud LEIBNITIVM *Cod. Inr. Gent. diplom. Tom. I. p.* 463. Ferdinandum obligare conabantur, de non tradendis filiabus cuiquam Principi. Sic etiam IO. MARIANA lib. XXVI. cap. IV. *in ea vrbe ad quintum decimum Kalendas Februarii anno millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio consensu hæ conditiones sancitæ sunt. Pax regibus Gallo & Hispano esto fœdusque aduersus omnes Principes vno excepto Pontifice Romano. Filiastne Ferdinandus Rex cuiquam Principi iungito nisi ex Galli Regis voluntate. Rusinonensis & Ceretani ad Aragoninm Imperium ditionemque redeunto detractis inde præsidiis Gallicis.*

49) P. HEVTERVS *lib. VI. c. X.* TRITHEMIVS Chr. Hirs. ad a. 1496. *eodem anno Philippus Archi-Dux Austriæ Maximiliani Regis Germanorum filius annum agens ætatis octauum decimum Patre iubente duxit vxorem, Ferdinandi & Elisabethæ Regum Hispaniæ filiam; cum qua vixit in Brabantia, vbi residentiam habebat confuetam annis decem, & genuit ex ea filios duos Ferdinandum & Carolum, quorum alter hodie regnat in Hispania, alter sub tutela Maximiliani regis paterni Dux commoratur in Brabantia.* CVSPINIANVS p. 489. qui etiam Philippi filias recensct.

50) G. a ROO lib. IX. p. 385. *sequentis anni initio, ad quartum Idus Ianuarii, Maria Bruxella filiam peperit Margaretham.* FVGGER *lib. V. c. XXIX. n.* 7.

51) De quo *Sect. super. §. LXII.*

52) P. HEVTERVS lib. V. c. V. GVICHENON Hist. Geneal. de Sauoye c. XXXIII. p. 614. *Marguerite qui estoit l' une des plus riches Heritieres de la Chrestienté, fut recherché en mariage par Iean Prince de Castille, qui vn Autheur du siecle passé, nomme mal George, Fils & Heritier presomptif de Ferdinand Roy d' Arragon, & d' Isabelle Reyne de Castille, à qui elle fut promise: Et comme elle se fut embarquée à Fresinghe pour passer en Espagne, vne horrible tempeste faillit à faire submerger toute sa flotte proche des Costes d' Angleterre. Dans vn rencontre si fascheux cette Princesse temoigna son Courage & sa resolution; car chacun se croyant prest de la mort, elle sans se trouble écrinit ces deux Vers en vn billet*

Cy gist Margot la gentil' Damoiselle
Qu' a deux Maryz, & encor est Pucelle

Elle enueloppa ce papier de toile, & l' attacha à son bras auec ses principaux ioyaux; afin que l'amer portant son corps a terre, elle fut reconnue & inhumée selon sa qualité. Dieu la deliura de ce peril, parce que le calme estant venu, elle prit terre à Hampton en

fuit iuncta. Hoc a. 1504. denato, Belgii præfecturam gessit, a. 1530. denata. 53) Franciscus II. Septembris 1481. Bruxellis in lucem editus, eodem adhuc anno XXVI. Decembris iterum fuit defunctus. 54) Venere etiam delectatum fuisse Maximilianum, nothi vtriusque sexus liberi octo testantur, quos viduo thoro fuscepit. 55) Matrimonii enim iura sanctissime coluit, ac cum nobilibus matronis pudicissime verecundissimeque est versatus. 56) Nothos masculos ad honores prouexit: puellas viris claris in matrimonium collocauit. Inter filios Georgius de Austria dictus, factus Episcopus Brixiensis & Leodiensis, demum Cardinalis, Fridericus de Amberg legioni præfectus fuit. De Maximiliano & Cornelio nil certi constat. 57)

en Angleterre, d' ou elle se remit sur mer, & aborda à Burgos ou se fit la solemnité de son mariage, qui pourtant ne dura pas long-temps : car ce Prince mourut le 4. d' Octobre 1498. laissant la Princesse enceinte d' vn Fils, dont elle accoucha avant le terme.

53) GERH. a ROO lib. XII. p. 537. *non multo post Ioannes, Ferdinandi regis filius, diem obiit, vxorem reliquens grauidam. Ea erat Margaretha Cæsari filia, quæ acerbo eo casu afflicta, ante pariendi tempus, fœtum edidit minime vitalem. Publicus ob eam rem luctus per Hispaniam indictus est, & Ferdinandus rex, eiusque regina, in grauissimo mœrore fuere, quibus antea læta omnia & felicia euenerant.* Idem paullo post : *Margaretha vero Philiberto postmodum nupsit, Sabaudiæ duci.* Plenius de eadem agit GVICHENON *c. L. fpq.* GERH. a ROO lib. XII. p. 565. *aberat eo tempore Cæsar, & a Belgicarum prouinciarum ordinibus votatus, vti Caroli nepotis hic, rei gubernacula susciperet; conuentu Louanii indicto, Margaretham filiam illis gubernatricem dedit.* CVSPINIANVS *p. 489.*

54) GERH. a ROO lib. IX. p. 391. *secundo die Septembris, nascitur Maximiliano filius Bruxellæ & decimo septimo ab Henrico Bergensi, Cameraci episcopo, sacris vndis lustratur : spondentibus pro eo Philippo Croyo, Cardinali Cluniacensi, & Auramii principis vxore. Nomen puero Francisco datum, a Francisco Britanniæ Duce, cuius vice Croyus aderat. Natalem illius Bruxellani magna cum lætitia celebrarunt, quod principem haberent apud se natum, sed non diuturnum illis hoc gaudium fuit, nam eodem anno infans obiit, scribit Stephanus Prothonotarius.*

55) Verba sunt PONTI HEVTERI *lib. VII. c. XVIII.* qui tamen septem salum nothos recenset, quorum octo numerat FVGGERVS *lib. V. cap. XXI.*

56) De hac etiam castitate matrimonii intelligenda sunt verba IO. FABRI p. 414. postquam de vxoribus ipsius egisset : *verumque adamanti vnice, casfoque amore dilexit, puto quod neque Gracchi Corneliam Rom. neque Iulia Pompeium Magnum adamauerit magis. Continentiæ (inquam) ac modestiæ talis ac tantæ, vt nullo vnquam tempore quisquam audierit ab ipso nec ingenuas, sed neque inferioris sortis virgines pollutas. Vt maiora interim taceam, matronarum puta seu virginum raptus, aut incestus, seu id generis multa, quibus (proh dolor) Reges nonnulli ac principes huius nostræ ætatis (vt fertur) plerique dant operam.*

57) De his plenius FVGGER *c. l.*

SECTIO QVARTA
DE
CAROLO V.

§. *I. Caroli V. parentes, natiuitas & infantia.* §. *II. Caroli mores.* §. *III. Regimen Belgii susceptæ & Hispaniæ.* §. *IV. Fœdus Electorale Rhenense. Caroli V. electio. Fridericus, Saxoniæ Elector oblatam dignitatem repudiat.* §. *V. Electio Carolo nuntiatur.* §. *VI. Austriaci & Hispani instinctu Francisci rebellant.* §. *VII. Carolus ex Hispania venit & coronatur.* §. *VIII. B. Hildesiense.* §. *IX. Comitia Wormatiensia 1521. Regimentum Imperii restituitur.* §. *X. Lutheri natiuitas & professio.* §. *XI. Lutheri contra indulgentias docet : Augustæ cum Caietano colloquitur.* §. *XII. Carolus Multitius a Papa mittitur in Germaniam. Colloquium Lipsiense. Initia Reformationis apud Heluetos, per Vlr. Zwinglium.* §. *XIII. Leo X. Lutherum condemnat, qui ad Concilium appellat, & Decretales an. 1520. comburit.* §. *XIV. Lutheri acta in Comitiis Wormatiensibus.* §. *XV. Lutherus a Comitiis Wormatiensibus reduc, Wartheburgum abducitur.* §. *XVI. Adrianus VI. fit Papa. B. inter Cæsarem & Gallum in Nauarra, Belgio & Italia a. 1521. 1522. gestum.* §. *XVII. Bellum Francisci a Sickingen cum Electore Treuirensi.* §. *XVIII. Comitia Noribergensia 1522. Confirmatio fœderis Sueuici.* §. *XIX. Carolus conclusio cum Henrico VIII. Anglorum Rege fœdere, in Hispaniam venit & rebelles domat. Maria Anglicana ipsi desponsatur.* §. *XX. Comitia Noribergam ab Imperii Regimento indicta.* §. *XXI. Acta legati Pontificii in Comitiis Noribergensibus. 1522. Centum Grauamina Nationis Germanicæ. Decretum de religione.* §. *XXII. Conuentus Protestantium Iuterboci a. 1523. Catholicorum Ratisbonæ a. 1524.* §. *XXIII. Continuatio belli cum Francisco I. Fontarabia capitur. Carolus Borbonius a Francisco defici.* §. *XXIV. Mortuo Adriano VI. Clemens VII. fit Papa. Quid in Comitiis Noribergensibus 1524. de religione fuerit actum. Decretum Catholicorum Ratisbonense.* §. *XXV. Initia motuum rusticanorum, in Sueuia & Franconia.* §. *XXVI. In Saxonia & Thuringia. Fridericus, Elector Saxoniæ moritur.* §. *XXVII. Borbonius Galliam inuadit, Franciscus in pugna Papiensi capitur.* §. *XXVIII. Franciscus captiuus in Hispaniam ducitur. Franciscus Sforzia ob conspirationem contra Cæsarem, Hieronymo Morono conciliante, Ducatu Mediolanensi priuatur. Francisci per pacem Madritensem liberatur.* §. *XXIX. Franciscus e captiuitate liberatus, omnia reuocat. Fœdus Clementinum contra Carolum.* §. *XXX. Roma a Cæsareanis occupatur.* §. *XXXI. Roma a. 1527. denuo capitur & diripitur. Borbonius cadit. Papa cum Cæsare pacem facit.* §. *XXXII. Francorum & Anglorum Regis legati, Carolo bellum denuntiant. Franciscus Caroium ad duellum prouocat. Carolus V. cum Carolo Egmondano pacem facit.* §. *XXXIII. Galli regnum Neapolitanum inuadunt. Papæ Concilia de Cæsare deponendo.* §. *XXXIV. Continuatio belli in Italia. Franci Italiam relinquunt. Pax inter Cæsarem & Papam Barcinonæ concluditur.* §. *XXXV. Pax Cameracensis a. 1529.* §. *XXXVI. Pax cum Venetis & Francisco Sforzia. Florentia frustra obsidetur. Philibertus Arausionensis in hac obsidione occiditur.* §. *XXXVII. Cæsar Bononiæ cum Papa fœdus facit, ibidemque coronatur.* §. *XXXVIII. Ludouico Hungariæ Rege mortuo, Ferdinandus Hungariæ regnum petit. Turca a. 1529. Viennam obsidet.* §. *XXXIX. Comitia Augustana 1525. Spirensia & Esslingensia 1526.* §. *XL. Comitia Ratisbonensia a. 1527. Motus Pacciani.* §. *XLI. Comitia Spirensia a. 1529. Origo nominis*

nominis Proteſtantium. Horum adpellatio & legatio ad Cæſarem. §. XLII. Varii Proteſtantium conuentus. Articuli XVII. Suabacenſes. §. XLIII. Comitia Auguſtana a. 1530. & exhibita in iisdem Confeſſio Auguſtana. §. XLIV. Variæ Ciuitates Confeſſioni Auguſtanæ ſe ſuam ſeparatim exhibent. Confutatio Auguſtanæ Confeſſionis eiusdemque Apologia, Receſſus Auguſtanus. Varii Principes inueſtiuntur. Reformatio Politiæ, Viſitatio Cameralis, Finis Regimenti Imperialis. §. XLV. Florentini, Cæſari ope a Mediceis ſubiugantur. §. XLVI. Electio Ferdinandi in Regem Romanorum. Initia fœderis Smalcaldici. §. XLVII. Pax Religionis Suinfurti & Noribergæ 1532. concluſa. Ordinatio Criminalis publicata. §. XLVIII. Turcarum incurſiones in terras Auſtriacas. §. XLIX. Controuerſia Boruſſica. §. L. Fœdus Cæſaris cum Italiæ Principibus. §. LI. B. Wirtenbergicum. Transactio Cadamenſis. §. LII. B. Anabaptiſticum. §. LIII. B. Tunetanum. §. LIV. Franciſci Sforziæ mors. B. Galli cum Sabaudo. Scripta inter Carolum & Franciſcum contraria. B. cum Imperatore per annum 1536. & 1537. Variæ inducieæ, potiſſimum Nicæenſes. §. LV. Paulus III. concilium Mantuam indicit. Proteſtantium varii conuentus. Articuli Smalcaldici. Fœdus Noribergenſe Smalcaldico oppoſitum. Conuentus Francofurtenſis a. 1539. §. LVI. Cæſar per Galliam pergit ad tumultum Gandauenſem ſedendum. §. LVII. Conuentus Proteſtantium Arnſtadienſis 1539. & Smalcaldicus 1540. Comitia Hagenoicenſia & colloquium Wormatienſe 1540. §. LVIII. Comitia & Colloquium Ratisbonenſia 1541. §. LIX. Altera expeditio Africana a. 1541. infeliciter ſuſcepta. §. LX. Bellum ob interfectos in Pado Fregoſium & Rinconem legatos an. 1542. cum Gallo reſtauratur. §. LXI. Galli a Turcis adiuti, Niceam obſident. Cæſar cum Papa Buxeti colloquitur. Galli Luxenburgum capiunt. §. LXII. B. Geldricum. §. LXIII. Prælium ad Ceroſolam. Cæſar Luxenburgenſibus Ducæ. Prælium ad Ceroſolam. Cæſar Luxenburgenſibus Ducæ. Initia vrbes recipit, & fere Pariſios vſque mouet: inopinata tamen pax Criſpianenſis concluditur. §. LXIV. Comitia Spirenſia 1542. §. LXV. Contentio inter Comitia Spirenſia 1542. & Mauritium, ducem Io. Fridericum Electorem, & Mauritium, ducem Saxonia. Cauſſa Numbergenſis. §. LXVI. B. Brunſuicenſe cum Henrico Iuniore. Comitia Noribergenſia & Spirenſia 1542. 43. 44. §. LXVII. Comitia Spirenſia 1544. Wormatienſia 1545. Fœdalis Gallus reuocatur. §. LXVIII. Initium concilii Tridentini. Epiſcopi Bononiam fœcedunt. §. LXIX. Conuentus Proteſtantium Francofurtenſis 1546. Colloquium Ratisbonenſe. §. LXX. Tentata Reformatio in Archiepiſcopatu Coloniensi ſub Hermanno Archi-Epiſcopo. §. LXXI. Mors Lutheri. §. LXXII. Comitia Ratisbonenſia 1546. Præparatoria Cæſaris ad bellum contra Proteſtantes. §. LXXIII. Proteſtantes Vlmæ conueniunt: horum belli adparatus: in Tirolenſem agrum irrumpunt: a Cæſare profligantur. §. LXXIV. Caſtra Cæſaris ad Landshutam. Proteſtantes Cæſari bellum denuntiant. Caſtra ad Ingolſtadtum & bellum ad Danubium. §. LXXV. Mauritius D. terras Io. Friderici El. inuadit. Exitus belli ad Danubium. Quid ad Gingam geſtum. Plures Cæſari conciliantur. §. LXXVI. B. Saxonicum. Bohemi Ferdinando rebelles, Cæſaream Pilsgkium Regem creant. §. LXXVII. Prælium ad Mulbergam. Electoris captiuitas. §. LXXVIII. Mortis ſententia contra Io. Fridericum Electorem lata: quæ tamen certis conditionibus remittitur. Conuentus Principum Noribergenſis. §. LXXIX. Captiuitas Philippi, Haſſiæ Landgrauii. §. LXXX. Comitia Vlmenſia & Auguſtana 1548. Mauritius de Electoratu Saxonia inueſtitus. Cum Ferdinando agitur, vt Imperii dignitati renuntiet. §. LXXXI. Declaratio Religionis, dicta Interiet. §. LXXXII. Reliqua decreta Comitiorum Auarim. §. LXXXII. Reliqua decreta Comitiorum Auarim. §. LXXXIII. Pax publica confirmatur. Reformatio Politiæ. Belgii Prouinciæ Imperio ſubiiciuntur. Politiæ. Belgii Prouinciæ Imperio ſubiiciuntur. Polonia Rex vtro Alberto Boruſſiæ Duce incercedit. §. LXXXIII. Cæſar in Belgium proficiſcitur. Henricus Brunſuicenſis Smalcaldicis litem facit. §. LXXXIV. Comitia Auguſtana 1550. Cæſar cum Ferdinando denuo agit, de reſignando Imperio, terra Electores Mauritio addicuntur. §. LXXXV. Occupatio Aphrodiſii, ſeu Africæ Vrbis a Cæſareanis. §. LXXXVI. Iulius III. Concilium Tridentinum reſtauratur. §. LXXXVII. B. Parmenſe. §. LXXXVIII. B. Magdeburgenſe. §. LXXXIX. Mauritius cum Henrico II. Gallorum Rege, multisque Germaniæ Principibus fœdus pangit contra Imp. §. XC. Franci a Turcis aditi, Italiæ oras infeſtant. Tripolis a Turcis capitur. §. XCI. Progreſſus Mauritii in agrum Tirolenſem. Conuentus Lucienſis. Io. Fridericus Electior e captiuitate dimittitur. §. XCII. Henricus II. Lotharingiam inuadit. §. XCIII. B. inter Cæſareanos & Gallos in Belgio & Picardia. §. XCIV. Tranſactio Peſſauienſis. §. XCV. Alberti Brandenburgici turba. §. XCVI. B. Senense. Turcarum claſſis Italiæ oras infeſtat. §. XCVII. Landgrauius & Io. Fridericus dimittuntur. Carolus Metenſem vrbem obſidet. Aumalius profligatur. Albertus Brandenburgicus cum Carolo iterum conciliatus. §. XCVIII. Continuatur bellum in Belgio & Picardia. §. XCIX. Albertus Brandenburgicus nouas turbas mouet. Prælium ad Sifridshuſam cum Mauritio. Hic in prælio occumbit. Albertus moritur. §. C. Transactio Numburgenſis inter Auguſtum Saxoniæ Electorem & Io. Fridericum. Pactum Confraternitatis denuo confirmatur. §. CI. Carolus Philippo Principatum Mediolanenſem cedit. Comitia Auguſtana 1555. pax Religionis. Reformatum Eccleſiaſticum. §. CII. Caroli Hiſpaniæ Regnum & Belgii Brauinicias Philippo filio cedit. §. CIII. Solennitas abdicationis Francofurti 1556. §. CIV. Vita in monaſterio & mors cuangelica. §. CV. Vxor & liberi. Scriptores de Vita ipſius.

§. I.

CArolus V. patre natus Philippo, Caſtiliæ Rege, matre Iohanna, Ferdinandi Catholici filia vnica & hærede, nepos Maximiliani, lucem adſpexit Gandaui XXIV. Februarii 1500. quem diem etiam ſemper pro felici habuit. 1) Infantiam pro maiori parte Mechliniæ, apud amitam Margaritam, Philiberti Sabaudiæ Ducis viduam, transegit;

1) PONTVS HEVTERVS lib. VIII. c. I. *Carolus Auſtriacus, Hiſpaniarum Rex, Belgarum Burgundionumque Princeps, ac Cæſar nominis Quintus, ex antiquiſſima Habsburgicæ Procerum familia ortus, Philippi Auſtriaci ac Ioannæ Aragoniæ, Caſtellæ &c. Regum filius, Cæſaris Maximiliani primi e filio Philippo nepos, natus eſt Gandaui Flandriæ primaria vrbe, anno* CIↃ IↃ *Menſis Februarii die vigeſimo quarto, mane paulo ante horam quartam, quo eius mater Ioanna ex Hiſpanis grauida appulerat. Lauit eum ſacra aqua antiſtes Tornacenſis.* EVGGER *lib. VI. c. IV. n. 2.* GERH. 2 ROO *lib. XI. p. 546. circa idem fere tempus vigeſimo quinto* (legendum vigeſimo quarto, qui dies Matthiæ eſt facer) *die Februarii qui D. Matthiæ Apoſtolo conſecratus eſt, natus eſt Philippo Belgarum principi ſilius Gandaui in Flandria, cui Carolo nomen ab auo parentis materno, poſt ad Imperii faſtigium euecto, Quinto conſterno, poſt ad Imperii faſtigium euecto, Quinto cognomen datum, isque multis per Europam prouincognomen datum, isque multis per Europam prouinciis ſumma cum laude præfuit. Hunc ex ſacro regenerationis fonte ſuſtulere Carolus Croyus, Princeps Gergenſis, & Margaretha dnæ, Anglica, Eduardi regis*

egit; quæ Belgis præfecta, cum Margaretha Eboracensi, Caroli pugnacis vidua, aulam hic constituerat. Adolescentiæ ipsius formandæ præfuit Antonius Vacca Hispanus, qui id muneris ad aliquot annos obiit. 2) Mortuo patre Philippo, Margaretha puero nondum septenni dat Præceptorem Adrianum Florentii Vltraiectinum, in Academia Louaniensi Professorem, qui postea factus fuit pontifex. 3) Ab hoc quidem probe fuit enutritus, sed litteras citius deserens, ab ephoro suo Guilielmo Croyiaco, Cheuriæ & Arschoti Domino, ad exercitia militaria fuit ductus. 4) Inde Germanis licet parentibus natus, in Hispania tamen sedem habuit præcipuam. 5)

§. II. Princeps erat, litteris non satis exculsus, sed linguam Belgicam, Germanicam, Hispanicam, Francicam & Italicam exacte, diserteque loquens, latinam aliasque aliquot titubabat. Vita moderatus, modestus, quietis amans, iracundus sine vitio, donec crescentibus articularis morbi doloribus, seniorque factus, ad iram procliuior redderetur, sui subinde cerebri; in Venerem pronus liberque, attamen cautus & arcanus, ne vitii publicatione facto exemploque noceret. Illatam iniuriam contumeliamque recordari, dataque opportunitate vlcisci atque obliuisci nouerat. Conquæsta est sæpius Italia de militum eius dissoluta disciplina. Sed quid faceret in extrema pecuniæ rerumque omnium inopia subinde constitutus adolescens Princeps, ab vniuersa fere Europa oppugnatus? In cibo potuque adeo fuit temperans, vt ad pondus mensuramque a medicis præberi sibi, inualescente articulari morbo, permitteret, nec vllum in aula comitatuque genus hominum præter ebriosos, difficilius tulit. 6) Ab initio princeps prudens potius quam bellator, postea virtute militari magnos etiam Principes adæquauit. 7) Non desunt

regis soror, & Austriaca Cæsaris Maximiliani filia.

IOANNIS VIPERANVS Orat. Parentali ad Manertinos habita, apud FERBERVM Tom. III. p. 598. *Natus est porro Gandaui Flandriæ nobili & illustri oppido a natali die Iesu Christi anno MD. VI. Kal. Martii, qui dies Apostoli Matthiæ festus illi bonus faustusque fuit, ad salutem, & memoriam nominis Christiani fatalis, nobis posterisque nostris in honore habendus. Nam eodem die Imperator creatus & corona i vsigni Imperii donatus, & gloriosas de hoste victorias consequutus est.* CHYTRAEVS *Saxonia lib. XIX. p. 502.* SLEIDANVS *lib. I. p. 27.* NIC. MAMERANI *de reb. præcip. gest. Caroli* apud SCHARDIVM *Tom. II. p. 802.*

2) GERARDVS MORINGVS *Vita Hadriani cap. XII.*

3) GER. MORINGVS Vita Hadriani cap. X. *Sed occupatus erat a Cæsare Maximiliano, qui cum Carolo nepoti iam Cæsari, tum patre Philippo Castellæ rege recens orbato, præceptorem destinarat, quem graniter offensum iri metuebat, si conditionem, quam Princeps tantus obtulisset, contumaciter recusasset, & ob id etiam iniuriosem fore Academiæ Louaniensi, a qua commendatus erat, id quod maxime doluisset.* Ipse Carolus in *Charta* de a. 1511. testatur, Hadrianum fuisse suum Præceptorem, apud ANTONIVM MATTHAEI *Analectis Veteris æui Tom. VI. p. 389.*

4) HEVTERVS *c. l.* qui addit: *quo tempore apud Belgas Principe viro dignis artibus (exceptis literis Latinis Gracisque) liberaliter est instructus, loquens pro ætatis ratione Latine, Belgice, Germanice, Francice, Hispanice, & Italice. Armorum omni genere quotidie corporis ingenioque vires experiebatur, quemadmodum & venatione, luctatione, cursu, saltu, ac pila.* HADRIANVS BARLANDVS *Chron. Brabant. cap. CLXXIII.* ambos vocat *viros sapientes & incorruptos, & qui in recte instituendo adolescente frequenter fidelem ac strenuam operam nauauerunt, nec privatim emolumentum, sed patriæ vtilitatem spectarunt.* Adde MORINGVM *c. XII.* ZENOCARVS vita Caroli V. p. 33. *Maximilianus Cæsar, suggerente Bisontino, commendauit puerum custodiæ & gubernationi Guilielmi a Croia, Marchionis Arschotæ, qui communi nomine dynastæ Ciuriæ vocabatur, atque erat patruus Philippi, ducis Arschotæ, & eius fratrum, Cameracensis & Tornacensis diœcesis episcoporum.*

5) THVANVS lib. I. p. 8. *cumque tot locorum intercallis & moribus distinctarum nationum princeps esset, ex Germania oriundus, in Belgio natus & educatus, in Hispania tamen, quamdiu per bella Gallica & Germanica licuit, sedem præcipuam habuit, & Hispanorum ductu maxima prælia fecit: ac postremo renunciato imperio & abdicatis regnis ibi priuatus mori voluit.*

6) Hac ratione HEVTERVS elogium Caroli V. Austriacis suis fubiicit *p. 368.* Corporis habitum describit idem HEVTERVS *rer. Austr. lib. XIV. c. VII.* vna cum vitiis eiusdem & virtutibus. PANTALEON *p. III. der Teutschen Helden p. 166.* Virtutes ipsius præcicat THVANVS *lib. XXI. p. 642.*

7) Singulare est, quod ipsi tribuit elogium FR. BELGARIVS *lib. XVI. p. 477.* qui, postquam inter ipsum & Francisc um I. comparationem instituisset, addit: *Carolus flatura quoque quadrata, sed mediocri, capillo flauo, colore niueo, labro inferiore paulo latiore atque in mentum prominente, facie oblonga ac subtrisi, sermone raro, gestu moderato, non eam initio, quam mox præstiit, de se expectationem dedit. Is vix dum pubes Guilielmo Croio Ciuriano tutore ita instituente gerendis negotiis assuetus, & publicis consiliis adhibitus ac præclare educatus, prudentis potius quam bellatoris principis indolem pra se tulit. Itaque primum non per se, sed per legatos bella gessit, ac decimum duos & triginta natus annos, aduersus Solymannum Turcarum Imperatorem Viennam Austriacam circumsedentem prima militiæ suæ rudimenta edidit: quamquam antea feliciter per varios duces multa ac grauia bella confecerat; inprimisque Francisum Regem per Carolum Borbonium vltimum Boiorum regulum sui exercitus imperatorem, qui Ludouica Sabaudiana Regis matre procurante, patrimonio exutus ad Carolum defecit, ad Ticinum ceperat. Sed repulso Solymano tantum militaris gloriæ gustum hausit, vt cætera fere bella per se gesserit, post Carolum Magnum Germanicorum Imperatorum potentissimus euaserit; & nisi præclaros eius conatus Francisus interturbasset, collapsum Germanicum Imperium instaurare, Solymanum Turcam vel debellare vel procul reprimere facile potuerit. Erat enim ingenio perspicax, consilio bonus, in bellis magnanimus, domi mansuetus ac facilis, in priuato sumtu parcus, publice non illiberalis, nullis voluptatibus addictus, vt omnia diligenter & belli munia, & consilia obiret. Tot tantisque virtutibus nonnihil obstabat infirma fere semper valetudo, præsertim quum paulo ætate processisset: in consiliis pertinacia, iudicii sui nimium tenax, in conseruandis propagandisque suis ditionibus maior nonnunquam vtilitatis, quam honestatis respectus: quod vitium illi cum Ferdinando Hispano materno auo, sed & cum omnibus fere rerum potentibus commune fuit. Hunc*

desunt tamen, qui diuersos in Carolo nævos Politicos animaduerterent. 8) Inter eosdemque numerant, quod Lutherum liberum dimiserit, æque Francisco I. Hariadenum Barbarossam non ceperit, Muleassem Tunetanum restituerit, Guletam neglexerit, Mauritio Saxoniæ Electoratum concesserit, familiam Mediceam euexerit, Ferdinandum præpropere Regem Romanorum fecerit, Papæ fuerit contrarius, atque Imperio se abdicauerit, filio Philippo nuptias cum Maria Anglicana probrosis nimis conditionibus parauerit, exteris, maxime Belgis nimium fuerit addictus, iisdem potissimum in Ministerio vsus, 9) ideoque Germanos atque Hispanos a se alienauerit, & quæ sunt alia. 10)

§. III. Sexto ætatis anno Philippum patrem amisit, an. 1515. emancipatus ab auo Maximiliano, regimen Belgii ipse suscepit. 11) Eodem anno, Middelburgi reluit a Georgio & Henrico, Saxoniæ Ducibus Frisiam Occidentalem in ipsorum parentem, Albertum Animosum a. 1498. a Maximiliano Imp. collatam, mediante summa ducentorum millium florenorum Rheni. 12) Post mortem aui sui materni, Ferdinandi Catholici, d. 23. Ianuarii 1516. insecutam, omnia regna ipsius ex Testamento ad Carolum, ipsius nepotem peruenerunt. Iste Ferdinandus quidem a Carolo nepote primum erat alienus, eo quod ipsius Administratores de studio in Gallos haberet susceptos, ita, vt Ferdinando fratri per priores Testamenti tabulas Regnum relinqueret. Verum, postquam Carolus Hadrianum, præceptorem suum in Hispaniam misisset, mutato consilio, postea Franciscum Ximenium Archiepiscopum & Cardinalem Toletanum regni gubernationi præfecit, id quod a Carolo suit confirmatum, 13) ipsique postea Hadrianus, quem Carolus Episcopum Derthusiensem fecerat, fuit adiunctus 14) Hispaniæ Proceres equidem dubitabant, an viua adhuc Iohanna, matris ipsius, titulus Regis ipsi foret conferendus, verum auctoritate aui sui Maximiliani, in Belgio non solum, 15) sed etiam adstipulante Ximenio Cardinale, in Hispania Rex proclamabatur. Hinc die XIX. Septembris 1517. in Hispaniam trans-

cum Ludouico Galliarum Rege eius nominis Vndecimo non immerito conferre possimus: quem sibi imitandum proposuisse, idcircoque Philippum Commineum, qui vitam Ludouici scripsit, secum fere semper circumtulisse produtur: quem tamen facilitate, (alter enim in multis crudelis fuit,) & rerum gestarum gloria superauit. Vid. & BVSSIERES *lib. XV. fin.* VARILLAS *lib. XIII. p. 340.* & IO. ANTONII VIPERANI Oratio parentalis ad Mamertinos apud FREHERVM *Tom. III. p. 598.* concludens: *atque hæc omnia, quæ in formando perfecto Imperatore dilecti homines afferunt, in nostro Carolo, quantum fert humanæ naturæ conditio, summa fuere.*

8) GREGORIVS LETI enim *in Vita ipsius libro IV. p. 343.* recenset librum latinum, cui titulus: *Scultitia Caroli V.* Italum alterum: *Le Gagate di Carolo V. nel fiio Imperio.* Facit huc etiam IO. BVRCARDI MENCKENII *dissertatio Historico-Politica de Næuis politicis Caroli V.* Quare in PARRHASIANIS *Tom. I. p. 199.* iniustitiæ arguitur Carolus V. Facit huc potissimum PETRVS MARTYR *epist. DLXIX.* scribens: *qui apud Principem versantur tam Hispani quam Belgæ (Belgica est enim Flandria) mira inquiunt de illius moribus & præclara indole. Sexdecennis est, grauiusque tamen aiunt pollere senili, nec desunt, qui tantam in adolescente auctoritatem, imperitiam & naturæ defectum appellent, sed absint interpretes maligni. Audite attente, respondet breuibus & per interpretes. linguam nondum callet Hispaniensem. idiomati addiscendo studet, est docilis, optime sperantur ab his, qui eius interna cognoscunt. Dicunt magnanimum esse ac liberalem, iustique ac veri amatorem, cum adulatoribus & intemperantibus secus.* Vid. etiam BAYLE *art. Charles Quint.*

9) Erant enim in ipsius Ministerio Io. Saluagius, Burgundiæ postea Cancellarius, Hontenius Cusius, Rocsius, Armaltophus, Laxaus, Laurentius Gorrebotus, Carolus Lanoius, & præcipue Marchio Cheurianus, qui apud ipsum summa gratia & auctoritate florebat. Hunc vt Carolus cubiculo, cui præerat, pelleret, neque quidquam, quod ad Rempublicam pertineret, tractaret, petiit Ferdinandus. GOMECIVS *lib. VI. de reb. gest. Franc. Ximenes, & Histoire Generale d' Espagne par* LOVIS de MAYENNE TVRQVET *lib. XXVI.* MORINGVS *Vita Hadriani VI. c. XIV.*

10) Hos, aliosque errores politicos taxat FREIBERGER *Germania perturbata p. II. disc. XXII.* MENCKENIVS dicta dissertatione.

11) *Scil. super.* §. *XLIII.* PONT. HEVTERVS *lib. VIII. c. I.*

12) Tabulas fœderis exhibet HEVTERVS *lib. VII. c. X.* FVGGER *lib. VI. c. XVII. p. 1316.* CHYTRAEVS *Saxonia p. 189.* G. FABRICIVS *Origg. Saxon. lib. VII. p. 856.* MVLLER *Ann. Saxon. ad an. 1515.*

13) CHYTRAEVS lib. VII. p. 191. *Testamentum autem superiore anno Burgis condiderat Ferdinandus, in quo, Ferdinandum nepotem, Caroli, quem Belgicis moribus innutritum, in Hispaniam vix venturum arbitrabatur, fratrem, Gubernatorem Hispaniæ constituerat, eique tria militarium ordinum, S. Iacobi, Calatrauæ & Alcantaræ magisteria iure hæreditario donarat. Verum paucis ante mortem diebus, intimis amicis & senatoribus regiis, quibus Tabulas Testamenti inspiciendas dederat studentibus, prumque caput induxit, & Carolum primogenitum, Ioanna regina Caroli matre viuente; gubernationi Reipublicæ præfecit: eoque absente curam regnorum, Francisco Ximenes archiepiscopo & Cardinali Toletano, seni prudenti, iusti ac recti tenaci, & longo Reipublicæ vsu probato, commendauit.* Idem in oratione sua de Ferdinando dicit SIGISMVNDVS a SARAW apud CHYTRAEVM *lib. XXI. p. 546.* GOMECIVS *lib. V. de Gestis Ximenii circa finem.*

14) MORINGVS Vita Hadriani c. XV. Ferdinandus enim moriens commendauerat Ximenio, Carolo absente, regnorum curam, secundum CHYTRAEVM *c. l.* ita tamen, vt maior penes Ximenium esset autoritas. Adde BVRMANNVM *in notis.* P. IOVIVS *Vita Hadriani c. V.*

15) PETRVS MARTYR Ep. DXII. *Cæsarie est, Reges creare. Carolum Principem, eius ex Philippo nepotem, Regem iubet appellari. Qui Castellam incolimus, Regem post hac nuncupabimus, Aragones cum suis præiudicijs non admittent, nisi per suarum curiarum suffragia præsens eligatur. Sapidius forte Castellanis etiam foret, expellasse parumper. Maiores mallem edere racemos, quam intempestiuos & acerbos, de meo gustu loquor & forte multorum. Qui consilium præbuerunt, ipsi viderint.*

16) *Scil.*

transfretando, appulit classem ad Villam Vitiosam, Austriæ oppidum, 16) anno 1518. VII. Februarii inauguratur Vallisoleti Rex Hispaniarum, ipsique solenne fiebat homagium. 17) Eodem anno, eiusdem auspiciis, Ferdinandus Magellanus, nobilis Lusitanus, quinque nauium classe instructus, ad Moluccas, nouo itinere per Occidentem adeundas, peruenit, qui fretum, quod ab eo nunc Magellanicum appellant, inter Peruanam & Polo Antarctico subiectas terras aperuit, per quod orientem versus, cursum dirigens, etsi ipse in insula Mautama, pene in conspectu Moluccarum, per insidias cæsus fuit, tamen duæ ex ipsius nauibus ad Moluccas peruenerunt. Quarum vna, toto terrarum orbe, auspiciis Caroli circumnauigato, incolumis Hispalim rediit. 18)

§. IV. Inter consilia de successore Maximiliano Imp. destinando, dum & Maximilianus de transferenda in Carolum dignitate Imperiali esset sollicitus, & Galliarum Rex Franciscus I. Germanos, ingenti profusa pecuniæ summa, in suam trahere sententiam conaretur, 19) moriebatur Maximilianus XII. Ianuarii 1519. fuitque quinque mensibus in Imperio interregnum; Durante eodem, dum sibi a Francisco I. metuerent Rhenani Electores, Moguntinus, Colonienſis, Treuirensis & Palatinus, in oppido Oberwesel Treuirenſis ditionis conuenientes, Dominica Lætare 1519. ad mutuam se obligant defensionem, quæ dicitur *die besondere Rheinische Verein*. 20) Præluſisse huic fœderi videtur vnio illa Electorum ad Rhenum Spardiæa. 1390. tempore Wenceslai Imp. erecta. 21) Quo tempore Carolus ac Franciscus Reges, non amplius secreto, sed palam ad Imperium aspirare, illudque multis factis impensis per clarissimos Oratores petere cœperunt. 22) Adfectabat etiam Henricum VIII. Anglorum Regem Imperialem dignitatem, sunt, qui tradant. 23) Franciscus I. equi lem Leonem X. Papam sibi adiungere studebat, atque vt petitionem Imperii adiuuet, flagitat, sibi titulum Imp. Constantinopolitani decerni: pollicetur, se moturum esse Turcicum bellum, ad quod gerendum maxime profuturo esset coniunctio Italiæ, Galliæ & Germaniæ. Papa primum ad Comitia Electorum Vesaliam mittebat legatos suos, Thomam Cardinalem S. Sixti legatum & Robertum Vrsinum, Archiepiscopum Rheginensem nuntium suum, cum hac instructione, vt Regem Neapolitanum, cuius Regni proprietas ad Ecclesiam Romanam spectaret, nullo pacto in Regem Romanorum eligant, obstante sibi defectu inhabilitatis & ineligibilitatis ex constitutione Clementis IV. 24) Innitabantur Veneti ad societatem consilii. Rogati etiam a Franco Heluetii, cum primum cum eo fœdere iuncti, se Germanis commendarent, Sepremuiris scribunt, quid Francus petiisset: ne vero vlla ratione externum Cæsarem, ad ignominiam nominis Germanici legerent, suadebant. Sollicitabantur Electores, & quædam Germaniæ ciuitates, vt Gallicis exercitibus

16) *Sect. supèr.* §. *XLV.* PONT. HEVTERVS *lib. VII. c. XVI.* & *lib. VIII. cap. I.* CHYTRAEVS *pag.* 197.

17) P. HEVTERVS lib. V. II. c. I. *mense Februario anno* CIↃ IↃ XVIII. *in Hispaniis Regem est inauguratus, matre Ioanna Regni gubernatione, ob cerebri læsionem, procumbus Proceribus, hac lege cedente, vt in omnibus Edictis ac diplomatibus filii Caroli nomen, matris semper postponeretur, neque alio, ni vana titulo, quam Principis Hispaniæ, veretur, Carolo facile in ipso noui Regni exordio hoc in re Proceribus obsequente.* Hemagii solennitates vberius describunt ELECTA IVRIS PVBLICI *Tom. VI. n. XX.*

18) P. HEVTERVS *lib. VIII. c. XIV.*

19) De his consiliis P. HEVTERVS *lib. VIII. c. II.* & *Sect. supèr.* §. *XLVI.* Apud FREHERVM in fine Tomi secundi extat Oratio Germaniæ querula, quod Franciscus ambiret Imperium, qui tamen moribus plurimum dissideat, Germanisque semper fuerit contrarius. P. IOVIVS Vita Hadriani c. VI. *Nec multo post Cæsar Maximilianus in Germania moritur. Inde pro nouo Cæsare deligendo Proceres Comitia habita, in queis ipse etiam Franciscus Gallorum Rex magis inuius largitionibus pro se eum summi Imperii honorem petebat. Sed Germani natura Gallis infensi, quanquam nonnulli præsente pecuniæ corrupti, & ingentium pollicitationum spe inducti, labare videremur, facile tamen rerum omnium, præteritarum publici decoris memoriam abiecerant, atque ita Carolus curatis suffragiis Cæsar est appellatus. Nec mora, tanto cognomine audius, vti necesse erat, quamprimum in Germaniam redire constituit, vt de more apertis in campis Cæsar & Imperator militaribus Comitiis acclamaretur.*

20) BROWERVS lib. XX. n. LXVIII. *Circummissis igitur per Rheni regionem nuntiis placuit omnibus ad Dominicam Lætare conuenire intra ditionis Treuericæ metas in oppidulum Wesaliam.* Exhibet hanc vni nem GOLDASTVS *Polit. Reichshandels p. I. p. 43.* & *p. VIII. p. 216.* du MONT *Tom. IV. p. I. p. 283.* Licet autem ista vnio ad tempus Interregni falsim fuerit relicta, *his so lang ein Kœnigscher Kœnig und wahlich Haupt der Christenheit einmütiglich erwelt, und furter mit der Kœniglichen Crone wie sich gebürt gekrœnt ist, und nicht länger.* Postea tamen tacite huic continuata: immo, primum in CAPITVLATIONE MATTHIAE *art. IV.* Electores Imp. obligarunt ad confirmandum *die gemeine und besondere Rheinische Verein*, quod posterioribus etiam fuit infertum CAPIT. LEOPOLDI & IOSEPHI *art. VI.*

21) De qua *Per. IX. S. VII.* §. *VIII.*

22) P. HEVTERVS *l. l.* GVICCIARDINVS lib. XIII. p. 783. qui etiam pecuniæ neruum ab vtroque fuisse adhibitum, testatur, dicens: *vitaque quod ab auo agitatum fuerat, quum tam cum singulis Septemuiris de præmiis & donatiuis esset constitutum, perficere facile existimabant. Ab altera vero parte Galliæ regis nec cupiditas, nec ipsa minor erat: quæ suffragiorum Septemuiralium maxima pecuniæ vi emendorum opinione præcipue nitebatur: quorum aliqui ipsi veteri amicitiæ & pensionibus addicti rei facilitatem demonstrantes, eum ad rem aggrediendam incitabant.* Quantum autem pro hac electione impenderit Carolus, dictum fuit *Sect. supèr.* §. *XLVI.* METZERAY *ad an. 1519.* Carolum impensibile dicit 300000. Ioachimicos.

23) Hoc ex SPALATINO de vita Friderici III. discimus: *der Kœnig von Franckreich, desgleichen der Kœnig von Engelland waren auch gerne Kœnigischer Kœnig gewest.*

24) Prout patet ex ipsorum instructione apud GOLDASTVM *Constit. Imp, Tomo vno p. 439.* Ad-

citibus receptum præbeant: 25) habebat etiam Franciſcus, potentes amicos in Germania inter quos potiſſimum erat Richardus Treuirenſis & Ioachimus Brandenburgicus, qui tamen ob exercitum Caroli Francofurto adpropinquantem fuit territus. 26) Poſtquam Albertus Moguntinus Comitia Electoralia menſe Iunio Francofurtum indixiſſet, conueniunt præter ipſum, Hermannus Colonienſis, Richardus Treuirenſis, archiepiſcopi, Ludouicus Palatinus, Fridericus Saxoniæ dux, Ioachimus Brandenburgicus, 27) Ludouici Bohemiæ Regis nomine, Ladislaus Sternebergius, ab Bohemiæ Ordinibus miſſus, reiecto Sigismundi Poloniæ Regis, qui tanquam tutor hoc ius petebat, legato. 28) Caroli quidem legati ſub hoc tempus Moguntiam vsque venerant, Gallici vero Confluentiæ ſubſiterant: vtrique per litteras & internuntios principem quique ſuum electoribus commendant. 29) Mittebat ad hæc Comitia Leo X. Papa dictum legatum ſuum Robertum Vrſinum cum huiusmodi mandatis, vt & ſeorſim, & vna cum regis Galliæ procuratoribus, qui illic erant, quantum poſſet, apud Septemuiros eius deſideriũ promoueret, monens tamen illum, vt maiore minoreue, prout in Germania Septemuirũm ſtudia & rerum ſtatum inueniret, moderatione vteretur, conſiliumque caperet ex tempore. 30) Dum vero Franciſci I, artes nihil proficerent, Papales legati Carolum Regem Catholicum tanquam futurum Papalis ſedis optimum & filium & defenſorem Electoribus commendabant. Initium d. XVII. Iunii 1519. fiebat per ſacra in æde D. Bartholomæi peracta. 31) Vbi poſtri-

luditur autem ad hoc, quod Clemens IV. inter alia Carolum Andegauenſem pro obtinenda corona vtriusque Siciliæ obligauerat, *ne ipſe, aut ſuorum poſterorum quisquam Imperator fieri poſſet, quum forte ab Electoribus ad id manus deligeretur*, apud PAND. COLLENVTIVM *Hiſt. Neap. lib. IV. p. 197.* Sed reſponderunt Electores, ſe dignum eſſe electoris Imp. SPALATINVS vita Leonis p. 16. *Als der Ro. Kayſer Maximilian im Iar nach Criſti geburt XVCXIX. geſtorben war, bevliſſen ſich mit ſchreiben, Botſchafften und in ander weg zu erheben, das die Churfürſten dem Konig von Franckreich zu Ro. Konyg erwelen, und hett den itzigen Ro. Keyſer Carl dem funfften gern verhindert, es wolt aber eben ſo wenig ein gluckſeligen furgang haben, als etlich ſein vorige furhaben. Da nun Key. Karl erwelt war, ſtellt er ſich, als hett er in die Wal auch wol gefallen.* Sic etiam BROWERVS *Tom. II. Antiquit. Treuir. ad a. 1519. p.333.* ſcribit *Leonis legato immunitum fuiſſe, vt queis valeret artibus omnino faceret, vt Franciſci nomen ſepremuiri acciperent.* Rationem reddit RAYNALDVS ad a. 1519. n. 8. *Metuebat certe Leo, ſi Carolus ad faſtigium imperii eucheretur, ſedem apoſtolicam ab eo oppreſſum iri.* Sic etiam GVICCIARDINVS lib. XIII. p. 293. *Pontificis vero mens ſimulationibus artibusque recondita, quamuis potius quod id niſi eius animo grauiter offenſo denegandi occaſionem non haberet, quam libera voluntate, Carolo contra regni Neapolitani diplomatis leges, quibus e veterum diplomatum forma ad eo expreſſe interdicebatur, Imperii ad ſe delati acceptionẽ poteſtatem conceſſiſſet, nemini erat mota, ac ne ipſi quidem forte ſemper conſtabat.* P. DANIEL *Tom. III. pag. 65.* BELCARIVS *lib. XVI. p. 477.* SLEIDANVS *lib. I. p. 19.* BROWER *Annal. Treuir. lib. XX. n. LXVIII.* Licet etiam Papæ mentem fuiſſe, vt tertius ſubintraret minori potentia præditus, cui potius imperaretur, quam imperare poſſet, docet ipſe Carolus in Reſcripto ad Clementis VII. Criminationes apud GOLDASTVM *Tomo vno p. 481.*

25) G. SABINVS *hiſt. elect. p. 2.* SLEIDANVS *lib. I. pag. 19.* GVICCIARDINVS *lib. XIII. p. 286.* P. HEVTERVS *lib. VIII. c. II.* CHYTRAEVS *Saxonia lib. VIII. ineunte.* Controuerſias illuſtriores circa electionem & coronationem Caroli V. exponit STRAVCHIVS *differt. exot. I.* Qua ratione etiam Friderici Saxoniæ Electorem Franciſcus I. ſollicitauerit, teſtantur eius litteræ ad Electorem, apud CYPRIANI *Hiſtor. Bericht Tom. II. p. 114.*

26) P. HEVTERVS *c. l.* In horum numero GVICCIARDINVS *lib. XIII. p. 290.* etiam habet Ioachimum, Brandenburgicum Electorem, dicens: *& Galliæ rex quotidie magis ingentibus Brandenburgenſis marchionis Septemuiri, qui ingenti pecunia promiſſa, & fortaſſe aliqua ex parte repræſentata clam non modo ſtuum ſed & Maguntini Archiepiſcopi fratris ſui, qui ex tribus Antiſtitibus Septemuiris vnus erat, ſuffragium illi pollicitus fuerat, promiſſis allectus deciphebatur. Plurimum quoque rex ſibi de altera Septemuirum parte pollicebatur: & ſi paria eſſent ſuffragia in Bohemia regis ſuffragio, quod reliquis ſex, quorum tres ſunt Antiſtites & tres principes, diſſidentibus controuerſiam dirimit, ſpem habebat: id circo maximam pecuniæ vim quæ Septemuiris daretur, ad ore maritimæ præfectum, quem Ammiralium vocant, qui antea hanc ob cauſſam in Germaniam erat profectus, miſit: & cum multas liberas ciuitates vna cum Virtembergenſi duce iis, qui Imperium in externum transferre vellent minantes, multos milites conſcribere audiret, alias pecunias vi ſe ſe iis, qui quod ipſe eligeretur, prohibere vellent, armis opponeret, colligebat.* FR. BELCARIVS *Rer. Gall. lib. XVI. p. 473.* GVICCIARDINVS p. 291. *ecce exercitus Hiſpaniæ regis, qui ad exercitum pecuniis conſcribendum, quam ad eandem Septemuiris largiendam promptior fuit, iuſſu collectus, Francofurto quaſi eos, qui Septemuiris vim afferre vellent prohibiturus eſſet, appropinquans Septemuiris, qui eius cauſſæ fauebant, animum auxit: mutantes in aliorum ſententiam pertraxit: & Brandeburgenſem, qui Gallicæ regi fauebat, ita terruit, vt reliquorum conſenſus ſpe amiſſa, totius gentis odium & infamiam apud eam metuens, mentem ſuam aperire non ſit auſus.*

27) Hos nominat G. SABINVS *p. 3.* SLEIDANVS *cit. loc.*

28) Diſceptabatur de eo inter Sigismundi Poloniæ regis & Bohemici regni legatos, vtri ad electionem ſint admittendi. Legati Polonici nitebantur tenore A. B. Hanc legem ad ſe pertinere negabant Bohemi, quibus ipſa hac Bulla priuilegia antiqua fuerint confirmata. Ipſis autem ex priuilegio Caroli IV. hoc deberi. Obtinuerunt etiam Bohemi, prout Acta habentur in GOLDASTI *Politiſchen Reichshandeln p. I. p. 26. ſqq.* CZECHOROD *Marte Morav. lib. VII. c. VII. p. 940.*

29) SLEIDANVS *c. l.*

30) Extant hæ litteræ apud GOLDASTVM *Reichshandeln pag. 38.* CAROLVS CABRERA Vita Leonis col. 1513. *Sed, quum Germanis Electoribus Germanum placere hominem, Carolum ſciberet, animaduerteret, opportuna conſilii mutatione Germaniæ præcribus cauſam Caroli, licet non omnino fincere, commendabat.* GVICCIARDINVS *lib. XIII. pag. 287.* BROWER *Annal. Treuir. lib. XX. n. LXVIII.*

31) SABINVS *c. l.* GEORGIVS SPALATINVS ad a. 1519. *Die 6. Pentecoſt. Sex ſacri Rom. Imperii Electores cquis a Curia ad D. Bartholomæi templum*

ſtridie venturn eſt ad deliberationem, ad Fridericum Saxoniæ Electorem, Imperium deferebatur, qui tamen illud recuſabat. 32) Hinc Moguntinus, communicato prius conſilio, ſeparatim cum Saxone rem incoat, atque graui oratione in collegio Electorali habita, cauſſas exponit, cur Carolus Franciſco ſit præferendus, qui & Germanus, quique Imperium poſſit defendere. 33) Treuirenſis vero, metuendum eſſe Caroli potentiæ, Franciſcum eligendum volebat. Tertio loco verba faciebat Saxoniæ 34) Elector Fridericus, & vti Gallum excludi lege, Carolum vero Germanum eſſe Principem, inque Germania domicilium habere, demonſtraſſet, opus eſſe reipublicæ aliquo præpotente dicebat. Sed qui cum Carolo ſit conferendus, neminem ſe talem nouiſſe: placere ergo ſibi, vt is renuncietur Cæſar, veruntamen certis legibus, vt & Germaniæ ſua libertas conſtet, & ea, de quibus facta ſit mentio, pericula vitentur. Hanc ſententiam vbi reliqui, Palatinus etiam, qui antea Gallo fauerat, 35) comprobaſſent, ægre annuit Treuirenſis. Iam multa nox erat, itaque diſcedituր, & poſtridie rurſus conuenitur. 36) Ibi cœptum eſt agi, cuiusmodi conditiones Carolo ſint ferendæ: diſceptata res fuit per aliquot dies: vbi demum de Capitulatione Carolo præſcribenda conueniſſet, 37) perſcriptæ leges Moguntium ad Caroli legatos mittuntur: cum eas illi recepiſſent, 38) die XXVIII. 39) Iunii ſacro publice facto, ingreſſi denuo in ſacrarium interius templi D. Bartholomæi, conſentienti-bus

templum veſti, præcedentibus & ipſis equeſtribus, qui enſem ſingulis præferrent. Audita re diuina ibi de Spiritu Sancto, iuraturum iuſurandum pro ara D. Bartholom. facra, ſeſe probe & elegantine lecturos Ro. Imp. cum Sternbergio Boemiæ Regni & Cancellario.

32) P. HEVTERVS c. l. *eandem in partem* Fridericus Saxoniæ Dux Septemuiro offerunt. SLEIDANVS p. 26. *ad Fridericum Saxonem prudentem fuerat delatum Imperium, ſed is ingenti animo recuſabat & ſuo ſuffragio Carolum, ſicuti diximus, deſignabat, & obſtinato eo nomine magnam pecuniæ vim a legatis Caroli recipit, & ſuis, ne pel terrentium acciperent, mandat* at. G. SPALATINVS in Ephemeridibus Msris ad a. 1519. *in ea Rom. Regis Electione pauci ante diebus Fridericus III. Sax. Dux Electur tria habuit ſuffragia, nempe Treuirenſis, Richardi Palatini, & Electoris Brandenburgenſis Ioachimi primi.* Idem confirmatur in Hiſtoria ipſius Friderici. RAYNALDVS Ann. ad a. 1518. n. 160. *Suggeſſerat autem illud conſilium Laurentius Medices Vrbini duce Gallo Regi affinitate conunctus, vt Romanum imperium affectare d. fueret, Saxonemque Hiſpano oppuneret: quod quidem conſilium vt amantiſſimum ſe ſapientiſſimum a Franciſco Rege laudatum, atque eo pacto communeomnium periculum diſcutiendum dixiſſe. ſi Saxonæ dux ad imperium proueheretur.* De eo idem teſtatur VARILLAS *Hiſt. de Franç. in p. 145.* Idemque pluribus adhuc teſtimoniis confirmat SECKENDORF *p. 122.* Singula plenius exponit ERASMVS ROTERODAMVS lib. XIII. ep. IV. ſtribens: *ab omnibus delatum imperium ingenti animo recuſavit, idque pridie quam Carolus eligeretur, cui nunquam contigiſſet imperii titulus, niſi Fridericus deperditus eſſet, clarior honore contempto, quam fuiſſet adepto. Mox rogatus, quem igitur conſeret eligendum, rogauit ſibi quemquam alium videri tanti nominis oneri ſuſtinendo parem, quam Carolum. Oh hunc inſignem animum, a noſtris oblata triginta florin. millia conſtantiſſime reiecit. Quumque vrgeretur, vt ſaltem decem millia pateretur dari famulis: Accipiant (inquit) ſi velunt, atramen nemo mauelit poſtridie apud me, qui vel aureum acceperit: ac poſtridie conſenſit equit ſubduxit ſeſe, ne pergerent eſſe moleſti. Hoc mihi vt compertiſſimum retulit Epiſcopus Leodienſis, qui Comitiis Imperialibus interfuit.* P. LANGIVS *Chr. Citic. p. 878.* Le P. DANIEL *Tom. III. pag. 65.* HARAEVS *ad a. 1518.*

33) Hanc orationem exhibet SABINVS *p. 7.* & SLEIDANVS *p. 20.* Neque tamen hoc votum erat Moguntini, prout vulgo dicitur, ſed verſabantur Electores adhuc in præconſultationibus. Quare etiam SLEIDANVS dicit: *vbi ventum eſt ad deliberationem, Moguntinus* (communicato prius conſilio ſeparatim cum Saxoniæ duce Friderico, cuius erat authoritas permagna) *rem inchoat, & de tribus omnino ſententiis ait eſſe queſtionem.* Sic etiam SABINVS *p. 7.* ſub initium ſtatim. Orationis hanc verbatenus tertiam, *& quoniam hoc congreſſus inſt rutus eſt, non ve ſſ fragia ſramus, ſed ve libere colloquamur, cum de vniuerſa Rep. cum de Electione, dicam quod mihi maxime videatur e Republica eſſe.* Vid. P. CARPZOVII diſcuſſio voti Septemuiralis grauiſſimi Alberti Moguntini.

34) Exiat oratio Treuirenſis apud SABINVM *p. 9.* & SLEIDANVM *p. 22.*

35) Hoc ex Marcſchalli de ELEVRANGES Memoriis comprobat P. DANIEL Tom. III. p. 63. quod Palatinus auro Gallico corruptus, primum Franciſco faueriț; ſed metu fœderis Suetici, quod in partes ſuas traxerat Carolus, retractauerit.

36) SLEIDANVS *p. 25.* SABINVS *p. 12.*

37) Prima hæc eſt Capitulatio, tali modo, quo nunc habetur, Carolo V. præſcripta, itaque, vt nimia poteſtas Caroli reſtring-retur, idemque ad conſenſum Electorum atque Statuum obligaretur, prout in S. I. P. *cap. VI. §. XVI. ſeq.* fuit demonſtratum. P. HEVTERVS *c. l. Leges ei præſcribendas, quibus pericula & incommoda ab Archipræſulibus in medium allata vitentur Germaniæque libertati conſulatur.* SLEIDANVS *lib. I. p. 28.* Extat Caroli V. Capitulatio apud GOLDASTVM *Tom. II. Reichs-Satzungen p. 151. Stat. & Reſcript. Imper. p. t.* & inter alias Capitulationes a LIMNAEO editas.

38) SABINVS *p. 12.* SLEIDANVS *pag. 16.* P. HEVTERVS *c. l.* Extat Procuratorum Legatis Caroli de acceptanda electione datum apud GOLDASTVM *Conſtit. Imp. Tomo VIII p. 441.*

39) P. HEVTERVS c. l. *hanc Saxonis ſententiam cæteri Septemuiri comprobant, ac vigeſimo octauo Iunii huius anni Carolum Auſtriacum Hiſpaniarum Regem, Belgarum Burgundionumque Principem Cæſarem renuntiant, menſe quinto, ac die decimo ſeptimo, ab obitu Cæſaris Maximiliani.* Eundem diem confirmat Protocollum Electionis *Tit. XXVI.* & HENNING GODEN *Conſ. I.* GEORGIVS SPALATINVS Annalibus ad a. 1519. *Feria III. poſt Corporis Chriſti, in Vigilia S. S. Petri & Pauli. Intra ſeptimam & octauam Principes Electores e Curia ad S. Bartholomæi ædem profecti, a re diuina de S. Spiritu, ſtatim conclaue ingreſſi, Carolum Archi-Ducem Auſtriæ, Hiſpaniar. Regem, D. Maximiliani nepotem, Ro. Regem communibus & concordibus omnium ſuffragiis delegerunt infra octauam & nonam ante meridiem.* Singulare eſt, quod GVICCIARDINVS *lib. XIII. p. 291.* tradit: *dum eligendæ Cæſaris tempus ex ipſorum inſtitutis in variis altercationibus præſtolantur, ecce exercitus Hiſpaniæ regis qui ad exercitum premuta conſcribendum, quam ad eandem Septemuiris largiendam promptior fuit, iuſſu collectus, Francofurto quaſi eos qui Septemuiris*

bus ſuffragiis Carolum eligunt. Deinde ſuffragia relata ſunt in litteras, & confirmata ſingulorum ſigillis. Poſtea accerſita Nobilitate ac multitudine vniuerſa, publice facta eſt renunciatio. 40)

§. V. Poſt hæc, legati, qui iam propius acceſſerant, & vno ſolum aberant milliari, vocantur. Hi erant Matthæus Cardinalis Salisburgenſis, Erardus epiſcopus Leodienſis, Bernhardus Epiſcopus Tridentinus, Fridericus Palatinus, Caſimirus Brandenburgicus, Henricus Comes Naſſouius, Maximilianus Sibeburgius & alii quidam conſiliarii; cum veniſſent, habita communi deliberatione, de republica interim adminiſtranda, dum Carolus in Germaniam veniat, Caſimiro Brandenburgico negotium datur, vt conductis copiis ac ſuo loco diſpoſitis, prouideat, ne quid accidat incommodi: poſtea datis ad Carolum litteris, Electores & miſſa legatione, rem omnem denuntiant. Legationis erat princeps, Fridericus Palatinus: verum interea nonnulli priuatim in Hiſpaniam contendunt, eius rei nuncii, quos inter vnus Francofurto dicitur nono die Barcinonem veniſſe. Palatinus ad exitum Nouembris appulit, & ſeptemuirorum litteras reddit, huius Oratore Bernardo Wurmſero orationem in laudes nouiter electi recitante. Carolus per Mercurinum Gattinarium liberaliter reſpondet, ac licet grauiſſimi videantur impendere motus, hinc a Gallis, illinc a Turcis, tamen non ſe poſſe dicit neque velle deeſſe communi patriæ, præſertim cum tanti Principes tale de ſe iudicium fecerint, & hoc ab ſe requirant; itaque delatum honorem atque munus habere gratum, & primo quoque tempore vela facturum, vt ad Imperii fines perueniat, delatum Imperium acceptat, & Fridericum honorifice donatum ab ſe dimittit. 41)

§. VI. Franciſcus interea repulſam grauiter ferens, 42) omnes Europæ principes contra Carolum commouere conabatur, inprimis vero ſubditos concitare. Primi fuere Auſtriaci, qui ſtatim poſt Maximiliani mortem rebellabant, veteres Præfectos loco mouebant, nouos conſtituentes. Erant autem hi ex omni nobilitate lecti numero ſexaginta, ſacræ profanæque conditionis, & inter hos Præfectus Carthuſianorum Maurbacenſium, quibus e Plebe aderant non pauci. Hi, quidquid erat ſacri profanique nominis, publici priuatique muneris, cum pacis bellique rationibus ex arbitrio diſpenſabant. Nec tamen interea infanire deſinebant Auſtriaci, donec Rex Carolus, opinione ac deſiderio eorum citius Hiſpania profectus, in Germaniam veniſſet, acceptaque corona, Wormatiæ Comitia habuiſſet. Vnde litteris ſumma cum auctoritate ſcriptis, ac Viennam miſſis, depoſita adminiſtratione his obediant, quos miſſi a ſe Legati eſſent conſtituturi, Plebi omnia præterita condonat, pauci vita bonisque multantur. Sic rebellio ſub initium menſis Ianuarii 1519. finem accepit. 43) Dum etiam Carolus in conſtituendo Hiſpaniæ ſtatu Belgarum

vim afferre vellent prohibituros eſſe, appropinquans, Septemuiris qui eius cauſſa fauebant, animum auxit: mutantes in aliorum ſententiam pertraxit: & Brandeburgenſem qui Gallicæ regi fauebat, ita terruit, vt reliquorum conſenſus ſpe amiſſa, totius gentis odium & infamiam apud eam metuens, mentem ſuam aperire non ſit auſus: itaque cum ad deliberationem veniſſent, vigeſima octaua Iunii die Carolus Auſtrius Hiſpaniæ rex, quatuor Septemuirum, hoc eſt, Maguntini & Colonienſis Archiepiſcoporum, Comitis Palatini, & Saxoniæ ducis ſuffragiis Imperator eſt renuntiatus: ſed Treuirenſis Archiepiſcopus, Brandeburgenſi Marchioni ſuffragium dedit, qui & ipſe de ſe tulit: neque dubium eſt, quin ſi ob ſuffragiorum æqualitatem res ad ſeptimi iudicium deuenifſet idem euenturum fuiſſet, quoniam Ludouicus Bohemiæ qui idem & Vngariæ rex erat, Carolo ſuffragium ſuum promiſerat. Sed cum alii Scriptores de his plane taceant, vix eſt, vt homini extero ſolum fidem habeamus.

40) THVANVS lib. I. p. 14. *inde orta contentio inter Franciſcum & Regem Catholicum, ſic enim poſt Ferdinandi aui materni mortem, Carolus appellabatur, Maguntino præſule Caroli parteis, Treuirenſi contra Marchionem Brandeburgicum adiuuante, tandem electus Carolus Rex Romanorum, quod & Germanus eſſet, & in Germania domicilium haberet: fraſtra reclamante Treuirenſi, & fatum ſe Germaniæ & impendentem ruinam animo præſagire dictitante. nec augurio tanti viri euentus defuit. ſuffragatorum vocalis ſententias fuiſſe conſtans fama fuit, magnaque inuidia Viluri laborarunt, quod ab vtroque principe accepta ingenti pecunia ac præcipue a Franciſci miniſtris, tamen Carolo, ac non potius cuiuis ex ſuo collegio, imperatoriam dignitatem adiudicaſſent: nam in ea petitione non tam id agebat Gallus, vt ratio ſui haberetur, quam vt excluſo Rege Catholico, cuius potentiam merito ſuſpectam habebat, vnus ex Viluiris aut quilibet ex aliis principibus Germaniis imperator crearetur.* BELCARIVS *lib. XVI. p. 472.* Plenius de hac Caroli electione docet Protocollum Electionis in GOLDASTI *Politiſchen Reichshandeln p. I. p. 14.* ex quo etiam *p. 16.* patet, Fridericum Saxonem, vna cum Ioachimo Brandenburgico poſtulaſſe, vt prius quam ad electionem pergerent, Electores Fridbergæ vel Gelnhuſæ conuenirent, de variis rebus inuicem acturi, qui tamen conuentus ad effectum minime fuit perductus. Ex eodem Protocollo exhibentur quædam Acta in GOLDASTI *Politicis Imperialibus p. I. p. 102.* vbi etiam *p. 121.* extat GEORGII SABINI *Hiſtoria electionis Caroli V.* quam æque Tomo ſecundo inſeruit SCHARDIVS: PARAL. CONR. VRSPERG. *f. 476.* Le P. DANIEL *Tom. III. p. 3g. 60.* Extant etiam Acta Electionis in GOLDASTI *Reichshandlungen p. 97.* Hanc ipſam hiſtoriam ex Legatorum Gallicorum Memoriis plenius exponit VARILLASIVS *Hiſt. Franciſci I. lib. II.* Varias orationes, & epiſtolas Caroli V. electionem concernentes, Scriptorum Tomo Tertio inſeruit FREHERVS. CHRISTIANVS EBERHARDI plerosque Tractatus huc facientes coniunctim edidit.

41) SLEIDANVS *lib. I. p. 16.* P. HEVTERVS *lib. VIII. c. II.* SABINVS *p. 14.* GOLDASTI *Reichshandlungen p. 99.* Decretum electionis Carolo transmiſſum, extat apud du MONT *Tom. IV. p. I. p. 296.*

42) Le Sr. d' AVDIGVIER dans le vray & ancien vſage des duels ch. XIV. p. 161. *La preference de Charles outre le Coeur du Roy d'vn ſanglant depit, qui ne pouvoit, ſouffrir, qu' vn ſien ſuiet lui eut été preferé en cette election.*

43) De hac rebellione PONTVS HEVTERVS *lib. VIII. c. III.* HARAEVS *ad a. 1520.*

44) MORIN-

rum potiſſimum vteretur conſilio, inter quos Adrianus Florentii, antiſtes Derthuſienſis plurimum eminebat, 44) atque adminiſtratores ipſius, potiſſimum dux Croyiacus, impotenti dominatione vterentur, 45) grauiter hoc ferebant Hiſpani, concitante potiſſimum Franciſco, auctore Franciſco Daualo, qui illuſtri Hiſpaniæ loco natus, certa de cauſſa Gadium præfectura fuerat priuatus, ſanctam Giuntam ſiue Vnionem inter ſe faciebant, cui Io. Padillam præficiebant, 46) armaque capiunt pro Hiſpaniæ, vt dicebant libertate, Carolum Regem reiiciunt. 47) Et licet per Antonium Gueuaram Rebellium animos ad obſequium reducere conaretur Carolus, nihil tamen effectum, vsque dum Kl. Decembribus 1520. prœlium fieret haud procul Medina de Campo, in quo ſuperiores Regii, cæduntur rebelles, ducibus eorum, Padilla potiſſimum, captis. Et licet Tolctani & Valentini in rebellione adhuc perſiſterent, nihilominus per Hadriani induſtriam, atque Caroli aduentum in Hiſpaniam a. 1522. ad obſequium iterum fuerunt redacti. 48)

§. VII. Inter hos motus Carolus, poſtquam Derthuſienſem Epiſcopum Hadrianum vniuerſæ Hiſpaniæ præfeciſſet, 49) menſe Martio 1520. e portu Corunnæ ſoluens, in Angliam profectus, ab Henrico VIII. qui materteram eius Catharinam habebat in matrimonio, liberaliſſime tractatur, & ſignatis Londini nouæ confœderationis tabulis, 50) in Belgium abiit, maximis omnium qui aderant, Germaniæ legatorum congratulationibus exceptus. 51) Cæſar interim conſtitutis in Belgio rebus neceſſariis, Octobris diem ſextum deſignat Electoribus, vt inaugurationis cauſa ſibi præſto ſint Aquiſgrani: ſed per id tempus admodum ſæuiebat ibi peſtis: itaque principes, vbi Coloniam veniſſent, decem ab Aquis milliaribus, & graſſantis morbi fama quotidie creſceret, miſſis litteris atque lega-

44) MORINGVS *c. VI.* IOVIVS *c. VI.*

45) MORINGVS Vita Hadriani cap. VI. *cauſa fuit ſeditio illa, de qua dixi, quæ ortum duxit, quamtum accepi, ex opinione auaritiæ, & impotenti dominatione aliquorum, quorum opera in rerum actu Carolus potiſſimum vtebatur, quorum commentis plebs inuſitatis oneribus ſibi premi, ſolitaque libertate exui viſa eſt. Hinc primum odium aduerſus Regem, & illos duntaxat, mox in vniuerſos etiam nobiles concepertum, quod deinde ſermonibus atrocibus per circulos & Cœtus alium, eo vsque excreuit, vt tandem in manifeſtum furorem euaſerit. Nam trucidabantur multi ciuitatium Præſides, & ex optimatibus alii immaniter in vincula conijciebantur, alii amiſſis fortunis, nudi fede in fugam agebantur, alii alijs rationibus indigne habebantur, vti fieri ſolet in furorem verſo vulgo. Et niſi ſolertia Rectorum diligenter præuiſiſſet, conſilium male ſanis erat, vniuerſum nobilitatem aut funditus excidere, aut certe in ordinem cogere, opibus eorum ad modum plebeiorum adæquatis* IOVIVS cap. VI. *Verum Hadrianus vel ob id in Hiſpania remanchat inuitus, quod aliene improbitatis inuidiam ſibi viro innocentiſſimo minime ſubeundam eſſe iudicabatur. Erant enim Hiſpani ferme omnes Belgii ipſis vehementer irati, qui Cœrio Principe atque auctore, ciuitates inuitiſſatis auaritiæ commentis expilaſſent. Siquidem Cœurius Caroli nutritius, vti erat in procuratione omnium rerum cum incredibili auctoritate conſtitutus, in vnam eam præſertim curam rapacis ingenii neruos intenderat, vt quantaviis maxime poſſet ſignati auri, vel imprudenti ratione cogeretur. Erat enim nono Cæſari parandæ claſſis, exornandus in Germania exercitus, remunerandique Procures, qui eximia & conſtanti ſuffragiorum benignitate Auguſti Imperii coronam detuliſſent. Is erat in Cœurio conſilii prætextus. Caterum cum omnia apud eum eſſent venalia, non Cæſarianos modo, ſed priuatos etiam loculos inexhauſta cupiditate auro repleuit, adeo vt paſſim fœdiſſimis auaritiæ prehris & maledictis proſcinderetur.*

46) De hac ſuncta, & horum ducibus & Padilla, quem fortunæ palponem vocat, plenius P. MARTYR *ep. DCXCI.* Vid. BAYLE *voce Padilla.*

47) P. MARTYR ep. DLXXX. *aquum haud erat, vt Borealium Belgarum conſiliis res Hiſpaniæ gubernarentur, quod longe abeſſent eorum ingenia atque educatio a moribus Hiſpanis.* Idem epiſt. DCXXX. *auditis forte aliquando a Toletanis ciuibus & vna Hiſpalenſibus ex aliis quoque vrbibus miſſos fuiſſe ad Regem nuncios ſupplicatum, ne tam crudeliter velit Caſtellam a ſuis Gallis & Flamingis exoriari; ne tam aperta manu Caſtellanus opes interillos profundat; ne tam impie quæque vacantia vendantur; ne tot pecunias contra Regni Leges a Regno ab his, quos ſecum adduxit, tranſportari patiatur, commercia confundi omnia, aurum iam in Caſtella non reperiri, & quod deterius eſt, Regem premi ære alieno, neque ex tanta auri aluuie, Regnum propterea domum eſſe ditem; ne Caſtellana beneficia, ne Magiſtratus, ne præfecturas alienis impartiatur. Caſtellanas res Caſtellanis dari debere poſtulant: Flamingas Flamingis, reminiſcatur.* MENCKEN *de nouis politicis §. II. MORINGVS cap. XVIII.*

48) Hanc latius deſcribit P. HEVTERVS *lib. VIII. c. IV. V. VI. VII. VIII. IX.* PET. MARTYR *ep. DCXLIV. DCLI. & ſqq.* CHYTRAEVS *lib. IX. p. 243.* IOVIVS *c. l.*

49) P. HEVTERVS *lib. VIII. c. IV. V.* SLEIDANVS *lib. I. p. 34.* FR. HARAEVS *Ann. Brabant. p. 547.* MORINGVS *Vita Hadriani cap. XVIII.* MIRAEVS Elog. Belgicis Vita Hadriani: *a Carolo cum regiæ auctoritate in procuratione vtriusque Hiſpaniæ relictus.* Toti Hiſpaniæ cum Imperio præfectus dicitur LOCRIO *ad a. 1520.*

50) HEVTERVS lib. VIII. cap. V. *cumque aliquot diebus amiciſſime egiſſent, veterumque fœderum leges renouaſſent, hæc adiecere: Reges ſi minus ſubinde, deſtinato inter Caletum ac Gratelingam loco, cum æquali comitum numero inuiſiſſent. Rex Henricus vxorem Catharinam, Carolus amitam Margaritam adduxito. Vtriusque comites inermes latera etiam tantum gladium portanto. Portus hinc inde claſſibus tempeſtate diſiectis ac mercatoribus patento. Rex Henricus quinque armatis nauibus in Septentriones atque Orientem nauigans, mare a piratis tutum reddito. Idem Rex Carolus in Meridiem ac Occidentem æquali nautum numero velificans facito. Vtriusque receptus in Portum Oppidi Hamptonii eſto. Hic Londini ſubſcripſere, ac ſigillis tabulas munere, additis aliis legibus permulcis, ad vtriusque ſubditorum mercaturam exercentium commoditatem ſpectantibus; in quibus maior Anglis quam Belgis libertas concedebatur.* SLEIDANVS *c. l.* FR. HARAEVS *p. 547.* P MARTYR *epiſt. DCLIX. DCLXXII. DCLXXX.*

51) HEVTERVS c. l. *exinde Rex Carolus vxoris ledicens auunculo, materteræ, ac conſobrinæ, Proceribusque ſalutatis, nauem conſcendit, & in Zelandiam, Belgarum Prouinciam, cum triginta onerariis appellit, omniumque Ordinum ſumma cum lætitia excipitur. Mox vota pro eo ad Deum ſolemniter concepta, populus, magno numero ad Templa confluens,*

legatis, Cæsarem, qui tum erat Louanii, rogant, vt propter eam causſam alio ſe conferat. Oppidani vero, qui maximos iam ſumptus feciſſent in adornandis domiciliis & alimonia comparanda, per idoneum interpretem, morbi vim extenuantes, animum eius confirmant, ne dubitet venire: perſtitit igitur in ſententia Cæſar, neque Caroli quarti legem, qui ſic ſtatuiſſet, temere ſe poſſe mutare dicit. 52) Hinc XXIII. Octobris die Seuerini 1520. ſolenni pompa tali facto iuramento: *profiteor & promitto coram Deo & angelis eius, leges ſeruare, inſtitiam facere, iura regni conſeruare, debitumque honorem ſeruare, Romano aliisque Pontificibus atque Vaſallis exhibere, donata eccleſiis conſeruare, Chriſto mihi præſtante auxilium, fortitudinem & decorem*, Aquisgrani fuit coronatus. 53)

§. VIII. Anno 1519. durante adhuc interregno, cœpit bellum Hildeſienſe. Eius cauſæ, & prætextus, præter vetuſta inter vicinos principes Brunſuicenſes, & Epiſcopum Hildeſienſem odia atque æmulationes, erant, quod Epiſcopus Mindenſis & Duces Brunſuicenſes, Burcardum a Saldern, Epiſcopi & diœceſis Hildeſienſis hoſtem, & alios, diœceſin Hildeſienſem rapinis & incendiis vexantes, hoſpitio reciperent, feuda aliqua ſitæ ditioni ſubiecta, ſibi vendicare & nobilitatem diœceſanam minus Epiſcopo obedientem aduerſus eundem confirmare exiſtimarentur. Brunſuicenſes etiam cauſſabantur, quod Ioannes Epiſcopus oppignoratas olim a Ducibus Brunſuicenſibus arces; latque præfecturas reddere recuſarit. 54) Accedebat, quod Franciſcus, Mindenſis Epiſcopus, dux Brunſuicenſis, tranſitum, Henrici, Luneburgenſis Ducis filiæ, Carolo, Geldriæ Duci deſponſatæ, denegaret, quod commeatus a ſe antea non petitus fuiſſet. 55) Fama quoque erat, has turbas motas fuiſſe ad impediendam Caroli V. electionem, dum Franciſco I. fauiſſe videatur Henricus Brunſuicenſis, 56) cum quo conſpirabant Ioannes Hildeſienſis Epiſcopus & Henricus Iunior Luneburgenſis. Quibus contrarii erant Ericus I. Calenbergenſis, Guilielmus Guelpherbytanus & Epiſcopus Mindenſis. Sic igitur exacerbatis aduerſus Mindenſem præcipue Epiſcopum animis, Ioannes Hildeſienſis cum Henrico, duce Luneburgenſi, & Antonio ac Ioanne Comitibus a Schauenburg, Simone Lippienſi, Friderico Diepholdiæ & Iodoco Hoienſi fœderatus, proximis ante paſcha diebus, in Mindenſem diœceſin impreſſione facta, areem epiſcopi Petershagen ceperunt, & epiſcopo eiecto, præſidiis occupata munierunt, nec tamen incendiis vſpiam in diœceſi gtaſſati, nec adgnatorum Ducum Brunſuicenſium hoſtes ſe profeſſi ſunt. 57) Sed, occupata primum diœceſi Mindenſi, litteris Calembergam miſſis, bellum Erico, duci Brunſuicenſi indixerunt, arcem etiam Stoltenow & alia loca comiti Hoienſi ab Erico prius erepta recipiunt, deinde Calenbergam, Hildeſiæ vicinam, aulæ Erici ad Leinam ſedem, obſident. Cum autem Ericus, adiuncto ſibi fratris filio Henrico iuniore, copias coëgiſſet; & Fridericus Electior Saxoniæ, Interrex, mandatum de pace in caſtra miſiſſet, Hildeſienſes & Luneburgenſis coram notario & teſtibus ſe mandatis Interregis parituros, modo altera etiam pars pareret, oſtendunt, & ſtatim abductis tormentis, obſidionem ſoluunt, ſed exercitum retinent. Brunſuicenſes vero duces, coactis copiis in agrum

fluens, piis animis rite perſoluit. Inde nauigio Brugas Flandriæ peruenit, excipiturque ab amita Margarita, fratre Ferdinando, Legatis Venetorum, Ducis Saxoniæ, Brunſwichi, Luneburgi, Haſſiæ, Colonienſium, Lubecenſium, Norimbergenſium, Auguſtanorum, Argentoratenſium ac Belgarum, Burgundionumque, ſummo cum honore. SLEIDANVS *c. l.*

52) SLEIDANVS *lib. X. pag.* 149. P. HEVTERVS *lib. VIII. c. X.* SABINVS *p.* 15.

53) Singulari ſcripto hiſtoriam coronationis deſcripſit HARTMANNVS MAVRVS apud SCHARDIVM *Tom. II. p.* 16. & GOLDASTVM *Polit. Imp. p. III. p.* 264. GOLDASTVS *Polit. Reichshandeln p. I. p.* 74. 151. *Reichs-Satzungen p. II. p.* 185. P. HEVTERVS *lib. VIII. c. X.* SLEIDANVS *lib. II. p.* 49. SABINVS *pag.* 15. qui diem electionis male ponit XII. Octobris. GVICCIARDINVS *lib. XIII. p.* 304. Sic etiam ALFONSVS VALDESIVS totum coronationis ordinem PETRO MARTYRI exponit inter huius epiſtolas DCXCIV. HARAEVS *ad a.* 1520.

54) CHYTRAEVS *Saxonia lib. VIII. p.* 205.

55) CHYTRAEVS *c. l. p.* 207.

56) CHYTRAEVS p. 207. *venerat paulo ante, Caroli Geldrenſis generi futuri opera, Henricus, dux Luneburgenſis in Franciſci Galliæ regis amicitiam in cuius aulam, filium Erneſtum aliquanto ante miſerat. Gallus vero, cum Maximiliano Cæſare extincto, Imperium ſummis viribus ambiret: miſſo in Saxoniam Ioachimo Malzano equite Mcgapolitano, Ioachimum I. marchionem Brandeburgicum de ſuffragio, & alios principes de copiis militum conſcribendis, auro Gallico ſollicitabat. In his cum Luneburgenſi etiam duce Henrico egerat, vt auxilia militum Saxonicorum, ad legatos Galli, Conſluentiam, in quo oppido, additi Gallo electoris Richardi Treuirenſis ditioni ſubiecto, legati Gallici, tempore comitiorum, eligendi Imperatoris noui cauſa Francofurti habitorum, commorabantur, adducerer.* Sic etiam IVSTINVS GOBLERVS *de B. Hildeſienſi* apud SCHARDIVM *Tom. II. p.* 81. hanc cauſſam proponit: *ſiue Ericum, qui gratia atque autoritate ob operam Maximiliano in quamplurimis bellis egregie nauatam, apud ipſum valuiſſet, ſtibuerterent, ſiue ve (multi exiſtimant) Caroli Quinti electionem, vna cum confœderatis, quos Franciſcus Rex Galliæ affectans in ſuas partes pertraxerat impedirent, intulerunt.* Idem addit, Capitulum etiam Præſulem ſuum adiuuaſſe. THVANVS lib. I. p. 27. *quod vero inter epiſcopum Hildesheimienſem & Ericum Brunſuicum bellum ſtatim a morte Maximiliani geſtum eſt, eo facilius compoſitum fuit interuentu Friderici Saxonis (is tunc imperii vicarius in Saxonicis prouincijs) quod illud ab Henrico Lunchurgico Franciſci partibus fauente, vt Carolum Auſtriacum, quo minus Cæſar crearetur, impediret, ſuſtituam credaretur.*

57) CHYTRAEVS *p.* 207. GOBLERVS *c. l.*

58) CHY-

agrum Hildeſienſem progreſſi, plura oppida capiunt, diripiunt atque incendunt. Relicta etiam arcis Peinenſis obſidione, in Luneburgenſem agrum diuertunt. 58) Eſt autem denuo Electores Francofurti congregati, mandatum de armis deponendis ad vtriusque partis principes miſerint, facto inter ſe die Sabbathi poſt Martini ſeſtum 1519. compromiſſo de finienda hac controuerſia, tamen id fruſtra fuit. 59) Hinc XXVIII. Iunii eodem die, quo Carolus V. fuit electus, prælium inter Iohannis Epiſcopi Hildeſienſis, eiusdemque confœderati Henrici Luneburgenſis atque Erici Calenbergenſis, Henrici Guelferbytani & Franciſci Mindenſis copias, in campis, Soltauiæ oppido, Ducatus Luneburgici vicinis, commiſſum eſt, in quo quatuor millibus cæſis, Ericus & Henrici ſenioris filius Wilhelmus, & viri nobiles 120. a Luneburgenſibus & Hildeſienſi victoribus capti ſunt. 60) Tandem vero Alberti Moguntini, Friderici III. Saxoniæ & Ioachimi Brandenburgici Electorum, interuentu, dominica die poſt feſtum Epiphaniæ, Seruestæ die Martis poſt Vincentii feſtum, inducias in annum fuerunt factæ, 61) Ericus etiam de liberatione ſua ipſe cum Luneburgenſi transegit. 62) Agebatur de hac cauſſa in Comitiis Wormatienſibus 1521. communi etiam Electorum atque Principum conſenſu decretum fuit, vt ciuitates, arces, pagi vtrinque adempti, atque omnes captiui intra menſem in Cæſaris manus traderentur. 63) Cæſar etiam ſingulari decreto d. 27. Maii 1521. Commiſſarios nominat, qui hanc cauſſam terminarent. 64) Hildeſienſi vero & Henrico Luneburgenſi non parentibus, potius ſententiæ reuiſionem petentibus, Cæſar contra eosdem Gandaui d. 24. Iulii 1521. proſcriptionis ſententiam promulgat, eiusdemque executores, duces Brunſuicenſes conſtituit, qui hac arrepta occaſione, Haſſiæ Landgrauio, ſuisque Ciuitatibus adiuti, diœceſin Hildeſienſem, exeunte Auguſto, hoſtiliter inuadunt. Et, dum interueniente Friderico Saxoniæ Electore atque fratre ipſius Iohanne, Brunſuicenſes die Iouis poſt feſtum S. Dionyſii inter ſe amneſtiam eſſent pacti, in ſolum Epiſcopum Hildeſienſem omnis belli moles incumbebat. 65) Anno 1522. Ericus, Henricus & Franciſcus Duces Brunſuicenſes arcem Peinam, ipſam etiam vrbem Hildeſiam fruſtra obſident, multas tamen vrbes, præfecturas, arcesque capiunt. 66) Tandem vero in Comitiis Noribergenſibus 1523. Ferdinandus Archiepiſcopum Moguntinum Albertum, Georgium Saxoniæ Ducem, ac ciuitates vicinas, Goslariam, Magdeburgum, Einbeccam, Commiſſarios nominat, qui Quedlinburgi initio Maii conuenientes, inter Epiſcopum Hildeſienſem, & Duces Brunſuicenſes veſpera Aſcenſionis Chriſti pacem fecerunt, vt liberatis captiuis, Brunſuicenſes retineant, quæ occupauerant. 67) Hæc etiam Compoſitio a Carolo d. 20. Octobris 1523. Pampelonæ, a Paulo III. Papa d. 17. Decembris 1537. Romæ fuit confirmata. Præfecturas igitur Epiſcopo Hildeſienſi ademtas ſuo Ducatui adiecerunt nouendecim, nobilium arces ſedecim, oppida maiora ſeptem, Cœnobia octo. 68) quæ omnia Carolus V. Auguſtæ poſtea Ducibus Brunſuicenſibus in feudum contulit, ita, vt Epiſcopus tres ſolummodo arces Sturwaldam, Peinam & Mariaburgam, vna cum metropoli Hildeſia & Pei-

58) CHYTRAEVS *p.* 208. GOBLERVS *c. l.*

59) CHYTRAEVS *pag.* 208. Extat Receſſus & Compromiſſum Electorum apud du MONT *Tom. IV. p. I. p.* 304.

60) CHYTRAEVS *p.* 205. 208. GOBLERVS *pag.* 82.

61) CHYTRAEVS *p.* 209. GOBLERVS *p.* 82. Optime hanc in rem SPALATINVS Annalibus ad a. 1519. *Die XVI. Nouembr. S. Othmari ſacro conuenerunt tres Principes S. Ro. Imp. Electores in Zcerbiſt Principum ab Anhalt oppido: Cardin. Albertus Maguntinus, D. Fridericus III. Dux Sax. Prorex & Ioachim Brandenburgicus, præſente Duce Heinrico, Ottonis filio, Braunſuicenſi & Luneburgio, ad componendum bellum Braunſuicenſe inter agnatos Duces Heinricos Braunſuicenſes Ottonis & Heinrici bellatoris, in Phrylis interempti, filios.* Ad a. 1520. *Dominica die poſt feſtum Epiphaniæ conuenerunt in Zcerbiſt tres Principes Electores, Albertus Maguntinus & Magdeburg. Cardin. & Archiep. Dux Fridericus Sax. Prorex: & Marchio Ioachim Brandeburgius: Io. Lanenburgius Hildesheimenſis, Hier. Brandenb. Epiſcopi, Heinricus Ottonis & Heinricus Heinrici Bellatoris filii Duces Braunſuicenſes & Lunenburgii, Henricus & Albertus fratres germani Duces Mechelburgii: Ioachimus Ioachimi Brandenburgen. Electoris & Iohannes Anhaltin. Princeps, ſororiſti, & Margaritæ Monſterburgia filius. Poſthæc ſuperuenit etiam Dux Erneſtus Luneburgius, iamdum ſtatim e Gallia, vbi Gallorum Regi ſubſeruiebat, in Germaniam reuerſus. Ad componendum bellum inter - - - - - - & agnatos Duces Braunſuicenſes & Luneburgenſes. Vbi in duas & amplius ſubſtiterunt hebdomades. Multa igitur conati inducias prorogauerunt.* Inducias Seruestanæ extant apud du MONT *Tom. IV. p. I. p.* 306.

62) CHYTRAEVS p. 209. *interea Ericus dux Brunſuicenſis captiuus, ipſe de liberatione ſua cum Luneburgenſi tranſegit: cedens pro ſe & hæredibus arces Erenberg, Barenberg, Stoltenau, Iodoco comiti Hoienſi, & præfectura Lauenam, Schaunburgenſi reſtituendam. Wolpam præterea & Sulingam & 2500. aureos pro arce Stichauſen adhuc debitos Luneburgenſi condonans, aliam præterea pecuniæ ſummam nomine promittens, pro qua prælati, nobilitas & ciuitates ditionis Gottingenſis & Hannoueranæ fidem interponebant. Sic ſanctæ omnium prouinciarum domus liber in patrium ducatum rediit.*

63) CHYTRAEVS *p.* 217. GOBLERVS *p.* 82.

64) du MONT *Tom. IV. p. I. p.* 348.

65) CHYTRAEVS *p.* 218. 219. Extat compoſitio apud du MONT *p.* 351.

66) CHYTRAEVS *p.* 219. GOBLERVS *p.* 83. Extat ſententia banni ap. du MONT *T. I. p.* 350.

67) CHYTRAEVS *pag.* 221. Extant ſingula Decreta in hac cauſſa publicata, vna cum transactione Quedlinburgenſi in Fasciculo *etlicher in der Hildesheimiſchen Sache abgefaſſten Schrifften, Hildesheim* 1637. *f.* Extat compoſitio apud du MONT *p.* 381. vna cum *Caroli V.* & Pauli III. confirmatione p. 393.

68) Sigillatim hæc enumerat CHYTRAEVS *cit. loc.*

Peina conſeruarit. 69) Cum vero armis amiſſa recuperare Epiſcopus deſperaret, ad ius confugit: cuius viam Quedlinburgenſi actione ſibi non præcluſam indicabat. Romæ itaque litem coram Adriano Pontifice Ducibus Brunſuicenſibus intendit, & ſpoliatum ſe ante omnia petit reſtitui. Agebatur primum cauſſa in auditorio Rotæ, ſed per Romæ direptionem a. 1527. factam, fuit intermiſſa. 70) Cœpta iterum poſt decennium, vsque dum Paulus III. Pontifex cauſſa per Valentinum a Tetleben examinata, Duces Brunſuicenſes in reſtitutionem omnium, cum fructibus perceptis atque percipiendis condemnaret, cuius tamen nulla ſecuta eſt executio, 71) niſi quod a. 1642. plerorumque præfecturarum facta fuerit reſtitutio. 72)

§. IX. Anno 1521. d. 8. Maii Carolus V. Imp. Romæ cum Leone X. P. M. fœdus init contra Gallos aliosque Italiæ turbatores. 73) Inde menſe Octobri exeunte, Cæſar, dimiſſis Septemuiris, Coloniam veniens, Imperii Conuentum Wormatiæ in ſextum Ianuarii diem 1521. indixit. Cum ſatis frequentes Germaniæ Principes aduenirent, primum pax inter Ferdinandum, Auſtriæ Archi-Ducem, ac Venetos, æquis hinc inde conditionibus ſtabilitur. 74) Deinde de Cameræ Imperialis iudicio reſtituendo, ac pace publica conſeruanda leges concipiuntur. 75) Dum etiam Imp. in Hiſpaniam reditum pararet, in iisdem Comitiis Imperii Regimentum denuo conſtituitur, dictum *Kayſerlicher Maieſtæt Regiment im Reich*, 76) publicata Ordinatione Regimenti. 77) Deſtinati ad hoc præter Præſides, Imp. Vicarios, Ferdinandum, Auſtriæ Archiducem & Fridericum, Electorem Palatinum, 78) viginti duo Aſſeſſores, qui Imperii negotia adminiſtrarent, exceptis cauſſis feudorum regalium. Locus æque Noribergam fuit conſtitutus, per annum ſaltim & dimidium, relicta, poſt terminum iſtum præterlapſum, Regimento facultate, pro qualitate rerum locum mutandi, 79) conceſſa etiam ipſis poteſtate, abſente Imp. ſex Electores vna cum viginti ſelectis Principibus conuocandi, vel etiam vbi res maximi fuerint momenti, Comitia indicendi. 80) In iisdem Comitiis d. 26. Maii 1521. Vnionem ſuam Electoralem denuo confirmarunt Electores, 81) & confirmata fuerunt priuilegia domus Auſtriacæ. 82)

§. X. Ad eadem Comitia vocabatur ad cauſſam dicendam Martinus Lutherus. Erat hic Islebiæ natus X. Nouembris 1483. patre Ioanne Luthero, ciue Islebienſe, & operario metallico, poſt in oppido Mansfeld magiſtratum gerente, matre Margaretha Lindemanna. 83) Poſtquam in ſchola Magdeburgenſi atque Iſenacenſi litterarum fundamenta iecif-

69) CHYTRAEVS *p.* 222.

70) CHYTRAEVS *c. l.*

71) CHYTRAEVS *p.* 375.

72) De hoc infra ſub Ferdinando III.

73) Extat illud apud du MONT *Tom. IV. Suppl. pag.* 96. LVNIG *Cod. Diplom. Ital. Tom. I. pag.* 67.

74) SLEIDANVS *lib. II. p.* 51. HEVTERVS *lib. VIII. cap. XI.* CHYTRAEVS *lib. VIII. pag.* 217. 222.

75) Extat Ordinatio Cameralis in Comitiis Wormatienſibus a. 1521. publicata, inter Receſſus Imperii *p.* 149.

76) Controuerſias ſuper hoc titulo exponit MVLLER *im Staats Cabinet p. I. c. IV. §.* 2. dum Status illud adpellari voluiſſent *der Kayſerl. Maieſt. und des Heil. Reichs Rath und Regiment*, contradicente tamen Imp. & vocem *des Reichs* non admittente, iſte titulus placuit.

77) Extat Ordinatio Regimenti in Corpore Receſſuum *p.* 142. Vid. etiam GOLDASTI *Reichs-Satzungen p. I. p.* 245.

78) SLEIDANVS lib. IV. pag. 88. *Carolus in Hiſpaniam reiturus & ſenatum & iudicium conſtituerat, pênes quos erat Reipublicæ procuratio. Cæſaris autem erat in eo conuentu legatus Fridericus, princeps Palatinus.* HVB. THOMAS LEODIVS in vita Friderici Palatini lib. V. p. 80. 81. *quare facile commenti de regimine conſtituendo, & locum tenente (DE VOCANT) deſignando, per quem negotia Imperii, per Imperatoris abſentiam dirigerentur, præſertim, quia Friderico omnium ſuffragiis locumtenentis honorem delatum iri non dubitabatur: hoc quoque ipſo inprimis comprobante Carolo & maxime optante. Poſtquam vero concluſum ab ordinibus fuit, obtenditur Ferdinandus Caroli frater, cui in hæreditatis paternæ diuiſione, terræ Auſtriacæ cefferunt, & eo dum ad ſubditos in fidem recipiendos miſſus erat, & merito fratris locum obtinere, vicesque eius ſuſtinere debere, magna Procerum pars exiſtimabat. Verum quia adhuc iuuenis & linguæ Germanicæ ignarus: adhæc terrarum Dominus, quæ quotidie a Turcis oppugnarentur: in aliam ſententiam plerorumque mentes retrahebantur. Tandem viſum eſt, vt Ferdinandus quidem Imperatoris locum tenentis nomen haberet, Fridericus ab illo denominaretur, id eſt Ferdinandi locumtenens diceretur: Quod ipſum recuſans conſtantiſſime Fridericus: poſtremo conuenit, vt vterque ea nominis dignitate gauderet, & ex æquo regiminis negotiis præeſſent: Electori Palatino, ne ibi poſterisque ſuis hæc ordinatio fraudi foret, aut inpoſterum iuri Vicariatus aliquid imminueret, diplomate cautum eſt. Fridericus autem promiſſa ſunt quadraginta millia florenorum, quæ illi Don. Reymundus a Cordone, ſactus Vice-Rex Neapolitanus perſolueret, vt & equidem fecit, ſed tarde malequе.*

79) ORDIN. REGIMENTI §. *VIII.*

80) MVLLERI *Staats-Cabinet p. I. §. IV.*

81) Extat iſta confirmatio in GOLDASTI *Polit. Reichshandelu p. VIII. p.* 217.

82) Extat hæc confirmatio apud CVSPINIANVM *Auſtria p.* 26. & GOLDASTVM *Stat. & Reſcript. Imper. p.* 19. *Reichs-Satzungen p. II. p.* 193. du MONT *Tom. IV. p. I. p.* 398.

83) MELANCHTHON in vita Lutheri A. 5. *in matre Margarita, coniuge Iohannis Lutheri, cum cætere eram virtutes honeſtæ Matronæ conuenientes, tum vero præcipue lucebant pudicitia, timor Dei, & inuocatio, intuebanturque in eam cætere honeſtæ mulieres, vt in exemplar virtutum. Hæc mihi aliquoties interroganti de tempore, quo Filius natus eſſ, reſpondit, diem & horam ſe certo memineſſe, ſed de anno dubitare. Affirmabat autem natum eſſe die decimo Nouembris, nocte poſt horam vndecimam, ac nomen Martini attributum infanti, quod dies proximus, quo infans per Baptiſmum Eccleſiæ Dei inſitus eſt, Martino dicatus fuiſſet. Sed frater eius Iacobus, vir honeſtus & integer, opinionem familiæ de*

ætate

iecisset, Erfurtum veniebat, ibidem Magisterii gradum adeptus, annos natus viginti. 84) Inde Monasterium Augustinianorum a. 1505. inuito patre ingressus, Augustinus vocari voluit. 85) Anno 1507. sacerdotium suscepit, atque insequenti anno, auspiciis Friderici Sapientis Wittebergam, in Academiam recens inauguratam, Io. Staupicii suasu, non ad concionandum solum, sed etiam Philosophiam docendam fuit vocatus, vbi primum Dialecticen & Physicen Aristotelis magno adplausu explicauit, studium tamen Theologiæ non omittens. Anno 1510. Romam profectus, propter Monachorum sui Ordinis controuersias eo missus. Cum eodem anno reuersus esset, Friderico Electore iubente, sumptusque præbente, gradu Doctoris fuit ornatus, indeque Theologiam cœpit profiteri, Epistolam ad Romanos potissimum & Psalmos. 86)

§. XI. In hoc cursu cum esset Lutherus, circumferuntur venales indulgentiæ 87) in

state fratris hanc fuisse diebat, natum esse Anno a natali Christi 1483. SECKENDORF *de Luther. lib. I. §. VIII.* §. 8. *add. I.* SELNECCER *Vita Lutheri p.* 9. MATTHESII *Vita Lutheri p.* 1. EBERI *Calend. Histor. ad d. IV. Nouemb.* Cæterum, ait Seckendorfius, *fortuito factum est, vt Islebiis nasceretur Lutherus. Hæsitabant enim eo anno parentes eius adhuc in vico Mora, mater vero grauida, cum nondum tam vicinam partui se esse existimaret, ad nundinas Islebienses profecta, ibique filium enixa est.* Sequitur IVNCKERVS *vita Lutheri p.* 2. Extat et iam familiæ eius hereditas iudicium in LVDEVVIGS *Reliquiis Mstrorum Tom. V. p.* 381. ex quo multa de ipsius familia, notitia. Primo Iubilæo Euangelico ISAACVS MALLEOLVS, Mathematum Professor Argentoratensis ventilauit dissertationem breuem *de genitura Martini Lutheri*, quam Hilariis suis Euangelicis inseruit Celeberrimus CYPRIANI *p. I. cap. CXV.* De quo tamen peruersum PAVLI IOVII est iudicium, dum *Hist. lib. XIII. p.* 239. sic scribit. *Nec multo post, exarsit in Germania, autore Luthero, dira hæresis, quæ populos, vt in Pestilentia, acciderat, ad insaniam versos, Christiani dogmatis placita, & veteres Sacrorum ritus vehementissime conturbauit; Haud facile crediderim, ab occultis cœli potestate malignoque siderum concursu prouenisse, vt religiones toto terrarum orbe receptas sanctionibus, imo tempore sternerentur, quando non Mahometani modo, Christianique, sed & remotissimæ gentes idololatræ, aut sidera, aut portenta, pro diis venerantes, cum in India, quæ ad orientem vergit, tum in nouo orbe, ad occiduam plagam reperto, nonas sacrorum opiniones induerint.* Nugantur etiam NICOLAVS SERARIVS *Comment. in Tobiam cap. VI. p.* 62. GILBERTVS GENEBRARDVS *Chronogr. ad a.* 1522. IO. SPERANTIVS *in Antich. Martini Turon. & Martini Luthri pag.* 32. MALVENDA *Tom. I. lib. I. c. XXVI. pag.* 61. qui Lutherum ab Incubo fuisse progenitum calumniantur, quibus satis respondet CYPRIANI *Hilariis Euangelicis p.* 938. Mvle igitur FLORIMVNDVS RAEMVNDVS *de ortu & progr. Hæres lib. I. c. IV. p.* 19. Cardanum atque Iunctinum secutus d. XXII. Octobris supponit. SCHERTZERVS de eo Programm. publ. p. 110. sic iudicat *in densissimis Papatus tenebris, tempore, quo, Astronomis testibus, Lucifer non augustior lucidiorue apparuit, Ecclesiæ Phosphorus futurus anno* 1483. *d.* 10. *Nouemb. in Vigiliis Martini Islebii nascitur Lutherus.* Adde CYPRIANI *Hilaria c. l.*

84) MELANCHTHON *c. l.* SECKENDORF §. *VIII.* Reperitur etiam nomen illius *Martin Luder* adhuc in Matricula Facultatis Philosophicæ Erfurtensis.

85) SECKENDORF *c. l.* MELANCHTHON: *sed breui post, cum natus esset annum vnum & viceſimum, subito præter parentum & propinquorum opinionem, venit ad Collegium Monachorum Augustinorum Erphordiæ, seque recipi petit.*

86) MELANCHTHON. SLEIDANVS *lib. XVI. eunte*; MATTHAEI DRESSERI *Historia Lutheri*, NIC. SELNECCERI & IO. MATTHESII *vita Lutheri.* SECKENDORF. IVNCKER *c. l.*

87) SLEIDANVS lib. I. ineunte: *Leo decimus, Pontifex Romanus, ex familia Medicea, Florentinus pro sito quam in omnes Christiani nominis Ecclesias habere se putabat, quadam vsurpatione maiorum potestate, missis per omnia regna literis atque diplomatis, omnium delictorum capitalium ac fatalium aternam poll cebatur, interuentu pecuniæ, quam quisque daret, ad eamque rem qui mittebantur quæstores, de huius rei beneficii præcones, aeratis pulsis per omnes prouincias conflitabant: nec id modo, verum etiam editis libellis dogmata sua defendebant, in Germania præsertim. Hinc vero condonationem peccatorum, suo quodam vocabulo, iam olim recepto, nominabant Indulgentias. Ad hæc vsus, latis, casso, carne vescendi facultatem diebus vetitis pretio vendebant.* Abusus etiam indulgentiarum docet GVICCIARDINVS, ipse Pontificius, *lib. XIII, p.* 297. dicens: *vt autem hæc in Germania denuo excitarentur, occasionem dederat pontificatus autoritas, qua Leo nimis licenter vebatur, qui in iis, quas indulgentias vocant, qua a pontificibus in sacerdotiis & aliis sacris rebus concedi solent, Laurentii Pucci Quatuor sanctorum cardinalis consilium sequutus, nullo temporum & locorum habito delectu, per vniuersum orbem amplissima priuilegia, quibus non modo vitiis delictorum veniam conseq uendi, sed & defunctorum animas eius ignis in quo delicta expiari dicuntur, panis eximendi facultatem pollicebatur, promulgarat: quæ quia pecuniæ tantum a mortalibus extorquendæ gratia concedi notum erat, & a quæstoribus huic negocio præfectis impudenter administrabantur, magnam plerisque in locis indignationem, offensionemque concitarant: & præsertim in Germania, vbi a multis ex eius ministris huiusmodi mortuos panis liberandi facultas paruo pretio vendi, vel in cauponum tabernis alcæ subiici cernebantur: quam indignationem auxit, quod pontifex, qui ob naturæ fue facilitatem, multis in rebus parua cum maiestate pontificio munere fungebatur, multarum Germaniæ partium ex huiusmodi venia exactionum emolumentum Magdalenæ sorori fuæ dono dederat: qua cum Aremboldum episcopum eius muneris quod per summam auaritiam & extorsionem exercebat, dignum ministrum huic exactioni præfecisset, & per totam Germaniam eam pecuniam qua extorqueretur, non ad pontificem sacrumue erarium, vnde fortasse vt aliqua eius pars in bonos vsus conuerteretur fieri potuisset, deferri, sed ad mulieris cupiditatem explendam destinatam esse fama loqueretur, non modo eam exactionem & ministros ad eam delegatos, verum etiam eius, qui tam inconsulte ea concedebat nomen auctoritatemque detestandam redderat: qua occasione arrepta Lutherus hæc contemnere & in his pontificis autoritatem vellicare: cumque in hac causa populorum auribus grata, magnus auditorum numerus accurreret, pontificis autoritatem indies magis aperte conuellere cœpit.* Sub mulieres cuius cupidita, erat explenda intelligitur Margaretha, Principis Cibo vxor, soror Papæ. Eosdem abusus taxat FRANCI-

in Saxonia a Io. Tetzelio, Dominicano, impudentiſſimo Sycophanta, 88) cuius impiis & nefariis concionibus irritatus Lutherus, ſtudio pietatis ardens, edidit Propoſitiones XCV. de Indulgentiis, quas publice templo, quod arci Wittebergenſi contiguum eſt, affixit pridie Feſti Omnium Sanctorum 1517. atque auditoribus ſuis abuſum indulgentiarum pro concione docet. 89) His diſſertatione inaugurali, Præſide Conrado Wimpina, Francofurti ad Viadrum centum & ſex alias theſes opponit Tetzelius, atque fulmina in Lutherum torquet, vociferatur vbique, hunc Hæreticum igne perdendum eſſe, Propoſitiones etiam Lutheri & Concionem de Indulgentiis publice coniicit in flammas. 90) Hæc initia fuerunt huius controverſiæ, in qua Lutherus nihil adhuc ſuſpicans aut ſomnians de futura mutatione rituum; ne quidem ipſas Indulgentias prorſus abiiciebat, ſed tantum moderationem flagitabat. 91) Ideoque litteras dabat ad Albertum, Moguntinum & Magdeburgenſem Archiepiſcopum, 92) vt remedia adferret indulgentiarum abuſibus, quos earum quæſtores efficiebant, dum ad ipſum pars pecuniæ inde redactæ ſpectare dicebatur.

SCVS BELCARIVS *Rer. Gall. lib. XVI. n.* 15. *p.* 478. *Tanta Pontificiorum miniſtrorum impudentia erat, vt harum obeundarum munus palam nundinarentur inter ſe, & nonnunquam parum fobrii, præſertim in Germania in diuerſoriis, aut alea, aut alio ludi genere ad alios transferrent.* Adde HENRICVM SPONDANVM *Cont. Annal. Baronii ad a.* 1517. *n.* 4. 5. SADOLETVM *lib. XI. ep. I.* Facit ad hæc Reformationis initia potiſſimum HERMANNI von der HARDT *Hiſtoria Literaria Reformationis Helmſtadii* 1717. *f.* ſiue Collectio variorum ſcriptorum, quibus disquiritur, de bonis literis & Eraſmo, num fuerint fons Reformationis de Reuchlino & publica corruptione, num fuerit cauſa Reformationis. Potiſſimum de indulgentiis, an fuerint origo Reformationis, vbi Leonis X. diploma indulgentiarum Lutheri & Tetzeli Theſes cum aliis ſcriptis continentur. Sequuntur ABR. SCVLTETI *Annales Euangelici ab a.* 1516. *ad* 1536. Reformationis etiam neceſſitatem ex Scriptoribus Pontificiis præpoſuit CYPRIANI in præfatione ad FRID. MYCONII *Hiſtoriam Reformationis.* Adde MICH. FOERTSHII Orationem *de Næuis Iuſtificationis coram Deo, ſub Papatu turbatis, & ruptis, ſed a Luthero detectis & reſtitutis, Ienæ* 1717. 4. IO. GEORGII PERTSCHII *Dodecadem Theſium Hiſtorico - Eccleſiaſtico - Theologicarum, Geræ* 1717. 4. FRID. MYCONII *Hiſtoriam Reformationis cap. I. II. III.* VALENTINI ERNESTI LOESCHERI *vollſtændige Reformations-Acta und Documenta*, qui etiam Tom. I. Capite I. corruptelas Papales per ſingula ſecula detexit. Statum Eccleſiæ ab a. 1201. ad 1510. *cap. I. II. III. IV.* neceſſitatem & deſiderium Reformationis *cap. V.* tentatam Reformationem *cap. VI.* prophetias & præludia de eadem *cap. VII. VIII.* Statum Eccleſiæ miſerrimum paullo ante reformationem *cap. IX.* vitam Lutheri *cap. X.* Lutheri ſcripta ante Reformationem *cap. XI.* Statum Procerum, Academiarum, Eruditorum, & Ordinum Religioſorum circa reformationis initia *cap. XII. XIII. XIV.* Lutheri controverſiam de libero arbitrio *cap. XV.* & alia Lutheri Acta ante Reformationem *cap. XVI. XVII.* Inde omnia Acta & ſcripta circa Indulgentiam a *cap. XVIII.* ad *XXVII.* proponit. Sequuntur reliqua Acta & ſcripta circa Reformationis initia, Lutheri ſcripta, Sermones, & Epiſtolæ, Reſolutiones, Scripta contra Lutherum. Idemque Tomo II. & III. continuatur. Facit huc etiam celeberrimi CYPRIANI *Hiſtoriſch-Theologiſcher Bericht vom andern Evangeliſchen Iubel-Feſt*, potiſſimum *cap. XXII. XXIII. XXIV.* vbi Reformationis neceſſitatem ſatis clare demonſtrat. Adde IO. ERNESTI KAPPII *Schauplatz des Tetzeliſchen Ablaß-Krams und des dawider ſtreitenden Lutheri. Ei. Sammlung einiger zum Päbſtlichen Ablas überhaupt, ſonderlich aber zu der im Anfang der Reformation zwiſchen D. Martin Luther und Johann Tetzel hiervon gefuhrten Streitigkeit gehœrigen Schrifften, Leipzig* 1721. 8. Secuta eſt Ei. *Kleine Nachleſe, Leipzig* 1723. *Gründliche Reformations-Hiſtorie*, quæ *Wittebergæ a.* 1717. 8. ſine auctoris nomine prodiit, a GODEFRIDO HECHTIO tamen fuit profecta. 10. CASPAR FVNCKENS *Kurtzgefaſte Reformations-Hiſtorie.* ARNOLD *Vita Mauritii p.* 156.

88) De hoc plenius SECKENDORF *pag.* 25. TENTZEL *Colloqu. menſtr.* 1697. *p.* 901. & potiſſimum GODOFRIDVS HECHTIVS *Vita Io. Tetzelii. Accedit* FRIDERICI MYCONII epiſtola ad Paulum Eberum, hæc auſpicia illuſtrans. De morte Tetzelii ſic loquitur ARNOLD Vita Mauritii p. 1158. *Tetzelius vero, quo tandem peruenerit, incertum eſt. Sunt qui putant, Lipſiæ ipſum in Diui Paulo monaſterio, vbi nunc nobile eſt eiusdem nominis collegium, ab ipſis monachis in cloacam præcipitatum miſerabiliter vitam finiuiſſe: hoc quidem pro certo affirmare non auſim, ſed ſunt eius rei haud obſcuræ coniecturæ.*

89) SLEIDANVS lib. I. p. 2. *cum iis litteris* (Alberti Moguntini) *mittebat themata, quæ nuper diſputandi cauſa Wittembergæ promulgarat, numero ad nonaginta quinque, iis & de purgatorio & veræ pœnitentia, & charitatis officio, deque indulgentiis copioſe diſputat, & quæſtorum conciones immoderatas impugnat, ſed indoctorum ſolum veritatis cauſa, ſicut dictum eſt. Nam & ad diſputationem inuitabat omneis, qui vellent in medium aliquid adferre, & eos, quibus adeſſe coram non vacaret, vt ſcripto ſententiam ſuam oſtenderent, orabat, & proteſtatus, nihil affirmare, ſed ſanctæ eccleſiæ iudicio rem omnem ſubmittere, veruntamen Thomæ Aquinatis, & id genus alia ſcripta non ſe recipere demonſtrabat, niſi cum ſacris literis & patrum decretis conſentiant.* SECKENDORF *p.* 24. Singularia ſunt, quæ de ſomnio Electoris Friderici hac ipſa nocte referuntur, de quo CASPAR ROTH in *Gloria Lutheri* IMMANWEBER *de veritate ſomnii Friderici.* CHRISTIAN SCHLEGEL *in vita Spalatini pag.* 79. TENTZEL *Colloqu. menſtr.* 1697. *p.* 915. IVNCKER *vita Lutheri p.* 27. De hiſce reformationis initiis agit etiam CAROLVS STENGELIVS *Rerum Auguſt. p. II. c. LXIV.* aſt multa cum iniuria.

90) MELANCHTHON *in vita Lutheri B.* 2. SLEIDANVS *lib. I. pag.* 2. SECKENDORF *pag.* 24. 25. De Tetzelii diſputatione ſigillatim egit CHRISTIAN SCHOETTGEN in *Iubilæo Tetzeliano inter* CYPRIANI *Hilaria euangelica p.* 979. LOESCHERI *Reformations Docum. Tom. II. c. II.*

91) Verba ſunt MELANCHTHONIS *c. l.*

92) SLEIDANVS c. l. *vt autem maiori cum fructu rem ageret, pridie calendas Nouembris ad archiepiſcopum Moguntinum, Albertum Brandenburgicum, datis litteris, quid illi doceant, exponit, & populo ſic eſſe perſuaſum queritur, quaſi pecunia comparatis illis diplomatis, de ſalute nihil amplius dubitare debeant, quaſi nullum poſſit admitti tantum ſcelus, quod eius rei beneficio non ſit condonatum, quaſi eorum animæ, qui crucientur igni purgatorio, ſimulac nummus in arculam ſit iniectus, in cœlum e veſtigio ſubuolent, ſoluta pœnis: oſtendit mandatum eſſe Chriſti, vt docerentur euangelium, & epiſcoporum eſſe*

tur. 93) Papa equidem primum hoc negotium per Magiſtrum Generalem Auguſtinianorum Gabrielem Venetum componi volebat, data ipſi d. 3. Februarii 1518. Inſtructione. 94) Verum, dum Romæ accuſatio contra Lutherum, eiusque libros & doctrinam, ſententiæ Eccleſiaſticæ palam oppoſitam, intentata ſemper continuaretur, Pontifex eum citauit, vt intra ſexaginta dies Romæ compareret, coram datis ei iudicibus, Hieronymo de Genutiis, Cameræ Papalis Auditore & Sylueſtro Prierate, S. Palatii Magiſtro, qui iam iuridice Lutheri theſes pro hæreticis declarauiſſet. 95) Citatio etiam hæc prius facta eſt, quam epiſtola Maximiliani Cæſaris Romæ redderetur, quam ex Comitiis Auguſtanis ad Leonem ſcripſerat, rogans, vt quantocyus litem illam dirimeret, promittens ſe, executurum, quod Pontifex eſſet iuſſurus. Scribit etiam Leo X ad Fridericum Electorem, poſtulatque, vt Lutherum ipſi tradat. Vbi citatum ſe Lutherus, & Romam euocatum eſſe vidit, multum ſollicitabat, vt de ſua cauſſa per Germaniam alicubi cognoſceretur, idoneis conſtitutis iudicibus, in loco minime opportuno iniuriæ. Cum autem id impetrari non poſſet, Academia Wittebergenſis, miſſis ad Leonem litteris, XXV. die Septembris egregium Luthero dabat & amplum vitæ ac eruditionis teſtimonium, petens, vt non Romæ, ſed in Germania decernantur iudices non ſuſpecti. 96) Præter hanc amicorum interceſſionem, Fridericus etiam Princeps Caietanum interpellat Auguſtæ, remque eo deducit, vt ſolutus neceſſitate proficiſcendi Romam Lutherus, Auguſtam euocaretur, apud Caietanum dictura cauſſam. Quo cum veniſſet initio menſis Octobris, triduum ibi fuit ante, quam cum Caietano loqueretur, nam ii, quibus eum Fridericus commendarat, qui finitis comitiis domum redierat, vetabant, ne prius illum accederet, quam ipſi publica fide cautum eſſet a Maximiliano Cæſare: ea demum impetrata, venit: & cum humaniter eum excepiſſet, nolle ſe dicebat Caietanus, in diſputationem cum eo venire, ſed controuerſiam amice componere, ſimul duo quædam pontificis mandata proponit, primum, vt ad ſanitatem redeat, & quos diuulgaſſet errores, reuocet: alterum, vt ab eiusmodi ſcriptis, quæ tranquillitatem Eccleſiæ perturbarent, in poſterum abſtineat. Lutherus ad ea, ſe nullius erroris ſibi conſcium eſſe, reſpondet, & ſi quid errarit, petit demonſtrari. Dum autem Caietanus a Luthero, vt reuocaret, & pontificis adgnoſceret poteſtatem, obtinere non poſſet, Lutherus ſcripto ad Caietanum pollicetur, nullam ſe poſthac indulgentiarum mentionem eſſe facturum, ſi modo ſuis aduerſariis eadem lex feratur, vt autem a ſe promulgatam, & adhuc defenſam ſententiam reuocet, non ſe poſſe cum bona conſcientia præſtare, quamdiu ſacræ ſcripturæ teſtimoniis error non demonſtraretur, petit ergo cauſſæ cognitionem ad Pontificem deferri. Cum ad eas litteras Caietanus nihil reſponderet, biduo poſt, amicorum ſecutus conſilia, præſertim, quia voces ille quasdam minaces emiſerat, clam diſcedit, 97) relicta quadam appellatione, quæ poſt

eſſe proprium munus, vt recte populum erudiant, commoneſacat igitur officii, & orat, vt pro ſua authoritate libellos editos abolori iubeat, & declamatoribus illis meliorem docendi rationem præcipiat, ne grauius aliquod ex eo diſſidium oriatur, quod omnino futurum ſit, niſi coerceantur. Cauſa, cur ei ſcriberet, hæc erat, quod ad ipſum, propter Magdeburgenſem eccleſiam, cuius erat etiam antiſtes, earum rerum omnium cura pertineret. SECKENDORF *pag.* 24. vid. etiam LVTHERI præfatio Operum Latinorum Ienenſium. Extat hæc epiſtola ex autographo in KAPPENS *Sammlung* p. 287.

93) Negat illud PALLAVICINVS *de Concilio Tridentino lib. I. c. III. extremo.* Aſt Lutherus Apologia contra Henricum Brunſuicenſem haud dubie rem ita perſcribit.

94) Sic enim PETRVS BEMBVS lib. XVI. epiſt. p. 406. *Mando tibi ea lege, vt Magiſtratum ſtatim ineas, ne quid ibi poſt hac de venia ſperandum putes. Atque vt iam tibi aliquid præcipiam, in quo multo maxima atque ampliſſima tui muneris pars iam nunc exercetur, volo te eam curam ſuſcipere, vt Martinum Lutherum tue Societatis ſacerdotem, quem ſcire te exiſtimo, in Germania nouas res moliri, noua dogmata noſtris populis tradere, quibus viuantur, ab incepto, ſi poteſt revoces. Autoritatis ea quam tibi præfectura dat, cum ſcriptis ad eum literis, tum per doctos & probos internuncios, quos e illic habiturum multos puto, qui placare hominem conentur. Id ſi celeriter feceris, non erit puto difficile modo natam flammam extinguere. Parua enim omnia atque ſurgentia paulum magnos vehementeque impetus non ſuſtinent. Sin differeni, & malum vires ſumpſerit, verear ne, cum velimus adhibere incendio remedia non poſſimus, Gliſcit enim in dies labes, fortiorque ſit atque robuſtior, nihil vt magis eſſe nobis timendum videatur, quam mora. Sed ſingula tibi me mandare hac in re non neceſſe eſſe arbitror. Tua te virtus, tua religio, tua pietas, tua ſingularis doctrina, quid te facere oporteat, facile admonerint Totum hoc mundo, vt omnem tuam mentem, cogitationem, ſtudium, operam, omnem denique cum diligentiam tum laborem adhibeas tuum, vt quod voluimus, conſequamur. Id ſure abs te poſſulatur, vel quia Imperium in illum iam habes: vel quia ipſe ceteris & prudentior es & dolior: vel quoniam reipublicæ maxime intereſt, cuius tu Magiſtratum geris: vel etiam propterea; quia ego imprimis fieri cupio, qui quidem tam te amo & tibi tantum tribuo, vt nihil plane ſit, quod mihi vel priuatim debeat.*

95) De his inter Prieratium & Lutherum ſcriptis contrariis teſtatur SLEIDANVS *lib. I. p.* 3. 4. 5. LOESCHER *Reform. Docum. Tom. II. c. III. p. IX.*

96) SLEIDANVS *lib. I. p.* 6. SECKENDORF *pag.* 141. LVTHERVS *Opp. lat. Witteb. Tom. I. pag.* 203. *ſeq.*

97) IO. WOLFIVS *Lect. Memor. Tom. II. p.* 778. ex Cyr. Spangenberg: *Iis in Comitiis Auguſtæ Vindelicorum A.* 1518. *quia non tuto fideuidum erat cruentis Romaniſtis, oportuit de nocte afflictiſſimum Lutherum fugam capeſſere, ſubornante vercellum Ioanne Staupitio, oſtiolumque referante quoddam Chriſtophoro Langenmantelio: ſic effugit ille ſine ocreis, calcaribus & enſe Wittebergam, cum forſan aliquot a Cardinale Caietano, Leone X pro munuſculo & ſtrena Romam currente deductus fuiſſet.*

poſt diſceſſum palam adfigeretur. Caietanus interim miſſis ad Fridericum Electorem litteris, ipſum monet, vt Lutherum aut Romam mittat, aut e ſuis finibus eiiciat, cui Elector reſpondet, Lutherum hæreſeos nondum conuictum, paratum potius eſſe ad diſputationem in loco non ſuſpecto inſtituendam. 98) Interea Leo X. defectionem aliquam metuens, V. Idus Nouembris, nouo quodam edicto ſancit indulgentias, eamque dicit eſſe Eccleſiæ Romanæ doctrinam, vt Pontifex Romanus poteſtatem habeat, hoc tantum beneficium largiendi, ſic quidem, vt non viuis tantum, ſed & mortuis in purgatorio proſint? hanc eſſe recipiendam omnibus doctrinam, niſi ab Eccleſiæ conſortio velint ſeparari, quam bullam Caietanus d. XIII. Decembris 1518. Lintii publicabat. 99) Idem Carolo Miltitio commendabat, vt Bullam hancce in omnibus Monaſteriis, Eccleſiis, Conuentibus commendaret. 100) Lutherus igitur, quoniam e Caietani litteris acceperat, fore, vt contra ipſum Romæ iudicaretur, menſe Octobri 1518. a Papa ad Concilium prouocat, addita proteſtatione, ſe adgnoſcere quidem auctoritatem Eccleſiæ, ſed Papam vt Papam poſſe errare. 1) Inter hæc moriebatur Maximilianus, indeque ſub Vicariatu Friderici Saxonis radices cepit Lutheri doctrina. 2)

§. XII. Poſthæc, Leo X. Carolum Miltitium a. 1519. in Germaniam mittit, & Friderico aurea roſa donat. 3) Hic, poſtquam in Saxoniam veniſſet, & cum Luthero Alenburgi, Lichtenburgi atque Liebenwerdæ egiſſet, idque ab eo poſtulaſſet, vt reuocaret, 4) hoc tandem obtinuit, vt Lutherus Martii die tertia litteras daret ad Pontificem, valde quidem demiſſas, quibus ſe de indulgentiis nullam poſthac mentionem eſſe facturum promittit, modo ſuis inimicis inuicem mandetur ſilentium: pro concione quoque ſe velle commoneſacere populum, vt de Eccleſia Romana pie ſentiant & honorifice, nec alienam temeritatem aut auaritiam huic aſcribant. 5) Multis autem in Lutherum excitatis aduerſariis, inſtituta fuit Lipſiæ diſputatio, auctoritate Georgii, Saxoniæ Ducis, qui patruelis erat Friderici. Die præſcripta, qui fuit dies quartus Iulii, diſputationis factum eſt initium a Io. Eccio, cum Andrea Caroloſtadio, cuius cauſſa colloquium potiſſimum erat inſtitutum. 6) Eccius enim cum Luthero Auguſtæ comiter conuerſatus, ad diſputandum cum Caroloſtadio, qui pro Lutheri theſibus ſcripſerat, ſe obtulerat: cum autem Lutherus Caroloſtadium comitatus, eo veniſſet, audiendi gratia, pertractus ab Eccio, qui fidem ei publicam a Georgio Principe impetrabat, ad congreſſum deſcendit. Agebatur de Romani Pontificis monarchia, quam Eccius iure diuino dicebat eſſe inſtitutam, de purgatorio, de Indulgentiis, de pœnitentia, de condonatione culpæ & pœnæ remiſſione, deque ſacerdotum poteſtate. Decimo quarto demum die diſputationis fuit exitus,

98) Hæc, quæ in Comitiis Auguſtanis 1518. cum Luthero fuerunt acta, ipſe exponit Lutherus in *breui Commemoratione rerum, quæ Auguſtæ a. 1518. peractis iam Comitiis cum D. Mart. Lutheri Ord. S. Aug. de Indulgentiis Pontificalibus ſunt geſta c. l. p. 207. ſqq.* SLEIDANVS *lib. I. p. 9. ſqq.* SECKENDORF *p. 45. ſqq.* ACHILLES PYRMINIVS GASSARVS *Annal. Auguſt. ad a.* 1518. Litteræ Friderici Electoris ad Caietanum extant in SPALATINI *Annalibus Reformationis p. 2.* MYCONIVS *Hiſt. Reform. cap. VII.* LOESCHERVS *Reformationis Actis Tom. II. c. XI. XV.* De hoc Colloquio Auguſtano Lutheri cum Caietano ſingulari diſſertatione egit CHRISTIANVS FRIDERICVS BORNERVS *Lipſiæ* 1722. LOESCHERI *Reform. Docum. Tom. II. c. XI.*

99) Extat iſta Decretalis in KAPPENS *Sammlung p.* 422. cum variis obſeruationibus eruditis. Mentionem iſtius facit ipſe LVTHERVS *Ep. LXXXIV.*

100) Sic enim in Memoriali ipſius, in CYPRIANI *Nützlichen Urkunden p. II. p.* 115. *Imprimis vt dominatio veſtra diligentiſſime curet apud Illuſtriſſimum Dominum Ducem Saxonie, vt publicentur ſolenniter in Eccleſiis, Monaſteriis, Conuentibus & aliis locis religioſis & publicis vbicunque fieri ſoleat Conuentus populorum & Clericorum exempla autentica noue Decretalis Bulle ſuper indulgentiis, & vt talis publicatio fiat in dictis locis cum effectu.* Adde 10. FRIDERICI MAYERI diſputationem *de Pontificiis Leonis X. Proceſſum aduerſus Lutherum improbantibus* §. 4.

1) SLEIDANVS lib. I. p. 17. *Lutherus, quoniam e Caietani literis acceperat, fore vt contra ſe Rome iudicaretur, nonam interiicit appellationem, Nouembris die XXVIII. Initio profitetur, nolle ſe Romani pontificis recte ſentientis authoritatem conuellere, multo minus ab Eccleſia diſſentire: verumtamen, quia pontifex pari ſit cum reliquis mortalibus conditione, fieri poſſe vt erret, & delinquat.* PARALIP. CONR. VRSP. *p.* 471. SECKENDORF *p.* 58. LOESCHER *Tom. II. c. VI.* Epiſtolam Lutheri excuſatoriam exhibet, cum Lutheri Reſolutionibus Theſium ſuarum. Ipſius Adpellationem *Tom. II. cap. XI.*

2) Fatetur hoc ipſe Lutherus, in præfatione in Tomos latinos: *poſt mortem Maximiliani & ſub Vicariatu Friderici Electoris deſeuiſſe paulatim tempeſtatem, & ſenſim abrepheſſe contemtum excommunicationis ſeu fulminis papiſtici.*

3) SLEIDANVS *lib. I. p.* 17. SECKENDORF *p.* 60. Extant varia ſcripta huc facientia inter Documenta TENTZELII *Bericht adiecta n. X. XIII.* LORSCHERI *Reform. Acta c. XVI. ſqq. p.* 127.

4) Hæc ex actis plenius declarat SECKENDORF *p.* 61. SLEIDANVS *lib. II. ineunte* de Carolo Miltitio: *is animaduertens cauſſam indies magis atque magis exacerbari, multa, quæ ad reconciliationem facerent, tentabat, & permiſſu Friderici cum Luthero ſemel & iterum collocutus, rationem inire cogitabat ſanandi vulneris.* De congreſſu Liebenwerdenſi *Docum. XIV. XV.* de Lichtenburgenſi *Doc. XXII. XXIII. Tom. II. c. XVI. Tom. III. c. II. V. XI.* Adde Tomum II. *Hiſtor. Bericht. von der Reformation p.* 42. vbi breue cum roſa aurea 1519. redditum, & plura alia documenta huc facientia reperiuntur. Adde THEOPHILI REYNAVDI *Roſam medianam Romani pontificis benedictione conſecratam in operibus p.* 401. *ſqq.* qui p. 410. addit, hanc roſam Electori miſſam fuiſſe delinitionem Ducis ea via ſubdole captatam, expoſtulante Luthero.

5) SLEIDANVS *lib. I. pag.* 18. extat Lutheri epiſtola apud SECKENDORFIVM *p.* 65.

6) Acta & Scripta inter Lutherum & Eccium exhibet LOESCHERVS *Reform. Doc. Tom. II. c. V.*

7) SLEI-

exitus, 7) nullo cedente. Docebat hoc tempore Tiguri, in Heluetiis, Vlricus Zuinglius, qui sub initium huius anni venerat eo vocatus, cum antea Glaronæ & in eremo, quem vocant, Diuæ virginis, docuisset. Non multo post, venit illuc, iussu Pontificis, indulgentiarum præco, Samson Mediolanensis Franciscanus, vt pecuniam emungeret: ei sese fortiter opponebat Zwinglius, & impostorem esse docebat. 8) Papa etiam pr. Kl. Maii 1519. ad Heluetios ratione indulgentiarum litteras direxit. 9)

§. XIII. Insequenti anno 1520. Lutherus publico scripto petebat, vt ipse ad disputationem admitteretur, & causa eius iudicio Academiarum atque aliorum iudicium ecclesiasticorum ac secularium side dignorum 10) subiiceretur. Leo X vero XVII. Iulii singulari bulla dogmata Lutheri condemnat, libros quoque eiusdem, quibus ista continentur, iubet exhiberi atque comburi, & Luthero mandat, vt a docendi munere discedat, eidemque dies LX. præfinit, intra quos suos ipse libros aboleat, & doctrinam suam publice detestetur: nisi pareat, damnat eum & proscribit, vt hæreticum, & pœnam legibus constitutam iubet irrogari, eidem sacris interdicit, mandat omnibus, vt aditum ipsius atque sermonem defugiant, nec vllam rem cum eo communicent: qui secus fecerint, illos iisdem legibus pœnisque subiicit, & decretum hoc, quod Eccius in Germaniam detulit, omnibus in templis ac populi conuentibus, certis diebus iubet recitari. 11) Lutherus, inde irritatus, d. XVIII. Nouembris repetita appellatione priori, adhibitis Notariis & testibus, Wittebergæ in monasterio Augustinianorum nouam ad Concilium interposuit appellationem, Papam pro tyranno, hæretico, apostata, Antichristo & superbo concilii contemtore habens. 12) Hinc X. Decembris 1520. in rogo ante portas Wittebergæ, post xenodochium præparato, Decretales vna cum dicta bulla, multa hominum turba præsente, imponit, his verbis prolatis: *quia tu conturbasti sanctum Domini, ideoque te conturbet ignis æternus.* 13) Ab hoc igitur tempore secessionem Lutheri ab Eccle-

7) SLEIDANVS *lib. I. p.* 30. SECKENDORF *p.* 17. PFEIFERI *Hist. Lips. p.* 340. Extat potissimum de hoc colloquio epistola PHILIPPI MELANCHTHONIS ad Io. Oecolampadium *in* PARALIP. AD CONC. VRSP. *f.* 473. & epistola PETRI MOSELLANI ad Billibaldum Birckheimerum, apud SECKENDORF. *p.* 90. In LOESCHERI *Reform. Doc. Tom. III. c. VII. VIII. IX. X.* continentur Relationes & Acta huius Disputationis prolixe. SPALATINVS *Annal. Reform. pag.* 11. MYCONII *Hist. Reform. c. VIII.* LOESCHERI *Reformations Acta Tom. II. c. V.* IACOBVS THOMASIVS *de disputatione Lutheri Lipsiaca.* GOTTFREDI ARNOLDI *Historia Georgii, Saxoniæ Ducis cap. II.*

8) SLEIDANVS *lib. I. exeunte.*

9) Extant istæ litteræ in KAPPENS *Sammlung p.* 482. Adde 10. IACOB HOTTINGERS *Heluetische Kirchen Geschichte. lib. VI. p.* 17.

10) Extat Lutheri scriptum in SPALATINI *Annalibus Reformationis p.* 7.

11) SLEIDANVS *lib. II. pag.* 47. SECKENDORF *p.* 114. LOESCHERS *Reform. Docum. Tom. II. c. XII.* Qua ratione eam Eccius etiam in Saxonia publicari voluerit, docent litteræ in CYPRIANI *Histor. Eccl. Tom. II. p.* 178. *sqq.*

12) SLEIDANVS *p.* 48. *Lutherus, vbi se damnatum Romæ cognouit, repetit appellationem illam superiorem, quando a pontifice prouocauit ad concilium: nunc vero, quia pontifex in tyrannide & impietate sua permanet, eoque licentiæ procedat, vt se nec vocatum nec auditum nec erroris conuictum dare velit, aite se nefas ad concilium ab eo prouocare, quare tuor potissimum de causis: quod videlicet non auditus conuincatur, non conuictum, pro sua libidine damnet, quod sidem in sacramentis necessariam a se inhibeat abnegari, quod suas opiniones & mere humanas deliria sacris literis anteponat, quod concilio nullum relinquat locum: itaque temerarium vocat illum & præsertim & tyrannum, & superbum ecclesiæ contemtorem, & antichristum denique: hæc autem omnia, quandocunque suis maioribus visum fuerit, demonstraturum se dicit, eoque Cæsarem ac reliquos magistratus orat, vt gloriæ Dei & libertatis concilii secundæ causa, prouocationem suam admittant, vt illius tyrannidi frenum iniciant, vt decretum ab eo factum nihil ad se pertinere putent, nec aliquid moueant, donec legitime causa fuerit disceptata. Prius, quam ad hunc modum pronocaret, quod fuit: Nouembris die XVIII. librum emiserat de captiuitate Babylonica.* SECKENDORF *p.* 117. qui etiam de omnibus libellis agit, quos contra istam bullam scripsit Lutherus. LOESCHERS *Reform. Acta Tom. II. cap. XIII.*

13) SECKENDORF *p.* 121. Possideo scriptum illo tempore editum, ub titulo: *exustionis antichristianorum decretalium Acta*, quo integre Processus, & quæ post exustionem petulantia fuerit studiosorum Wittebergensium, describitur. Sic etiam ipse Lutherus factum hoc suum narrat in litteris ad Spalatinum *p. CCII.* dicens: *Anno M. D. XX. decimæ Decembris, hora nona, exustæ sunt Wittenbergæ ad bricutalem portam iuxta sanctam crucem, omnes libri Papæ, Decretum, Decretales, Sextus, Extrauagantes, & recens nouissima Leonis X. Item Summa Angelica, Chrysaprasius Eckii, & alia eiusdem auctoris, Emseri, & quædam alia, quæ adiecta pro aliis sunt, vt videant incendiarii Papistæ, non esse magnarum virium libros exurere, quos confutare non possunt.* SLEIDANVS lib. II. p. 53. *Lutherus conuocata omni multitudine scholastica, Wittebergæ, & magna doctorum hominum comitante turba, nec pontificum, & nuper euulgatum pontificis decretum, palam incendit, Decembris die decima: & postridie, cum docuret, vehementer admonuit, qui sese sceleri consultorum esse vellent, vt a regno pontificio sese cauerent.* Hoc etiam factum suum publico scripto defendit LVTHERVS, quod extat *Tom. I. Op. German. p.* 354. Summam libri refert SLEIDANVS c. l. Licet male hoc habeat IACOBVM GRETSERVM *de iure & more prohibendi libros Lib. I. c. XXII.* Antea iam dum Lutherus scripserat Apologiam Christi pro Martino Luthero ad vrbem Romam, quæ extat in KAPPENS *Nachlese p. II. p.* 481. Hinc de eo: *Lutherus decimum conficit pruge Leonem, de claua noli quærere: penna fuit.* Quare etiam Carolus V. de eo: *vnus homo nobis scribendo perdidit rem.* Quid Erasmus Roterodamus de Luthero senserit, docet SPALATINVS *Annal. Reformationis p.* 19. Lutherus peccauit in ducibus, nempe quod retigit coronam Pontificis, & vnetres monachorum. VVILHELMI ERNESTI TENTZELII *Historischer Bericht vom Anfang und ersten Fortgang der Reformation Lutheri*, cum erudita præfatione BERNESTI SALOMONIS CYPRIANI de ecclesiæ Roma-

Eccleſia Romana repetendam eſſe putamus, 14) cum antea omnia iudicio adhuc Eccleſiæ ſubmiſerit.

§. XIV. Interea, dum Cæſar poſt coronationem ſuam, Coloniæ hæreret, pontifex per Martinum Caracciolum & Hieronymum Aleandrum denuo cœpit ſollicitare Fridericum Principem, vt Lutheri omnes iuberet exuri libros, ipſum vel capite plecteret, vel cuſtodiæ datum pontifici iſtteret, & ſibi dicebat Aleander, atque Eccio cauſſæ cognitionem a pontifice eſſe mandatam; hoc tamen, niſi conuictus fuerit, plane denegante. 15) Dum vero Cæſar a. 1521. Wormatiam Comitia indixiſſet, poſtulabat a Friderico Saxoniæ Electore, vt litteris ad eum XXVIII. Nouembris 1520. Oppenheimi datis, 16) dum Papæ Lutheri libros comburi vellet, Guilielmus vero, Marchio Arſchotanus atque Henricus Comes Naſſouius, Belgii Gubernator potius inſtarent, 17) vt Lutherus prius audiretur, ipſum ſecum Wormatiam deferret, vt inibi audiretur, ne ipſi fieret iniuria, interim mandans, ne quid contra Papam ſcriberet Lutherus. Poſtquam vero Imp. audiuiſſet, Lutherum a Papa banno fuiſſe notatum, denuo d. XVII. Decembris 1520. Wormatiæ ad ipſum litteras dabat, 18) mandans, vt Lutherus, quidquid contra Papam atque Eccleſiam Romanam ſcripſerat, reuocaret, omnia Papæ atque Eccleſiæ iudicio ſubiiceret, Electori ipſum Francofurtum vel alium locum ſecum ferret, ibidemque mandatum vlterius expectaret. Dum autem Elector iamdum in itinere Wormatiam verſus eſſet, litteras Spangenbergii d. 28. Decembris 1520. ad ipſum mittebat, ſe Lutherum ſecum ducere non poſſe nuntians. 19) Wormatiæ quidem ab Electore poſtulabat Imp. vt ipſe ſolus Lutherum accerſeret, & commeatum ipſi præſtaret, quæ omnia ab illis ſuggeſta eſſe videbantur, quibus comparitio Lutheri terrori erat, aut qui technas ſtruebant, per quas, non obſtante commeatu, aduentanti poſſet noceri. 20) Tandem vero multis Imperii Statibus Lutheri præſentiam poſtulantibus, impetratis a Cæſare, Friderico Saxoniæ Electore, Eiusdemque fratre Iohanne, & Georgio Saxoniæ Duce litteris ſalui conductus, contra plerorumque opinionem, 21) vna cum caduceatore, Lutherus Wormatiam petit, 22) cumque propius iam accederet, & paucis abeſſet milliaribus, plerique dehortabantur, eo quod ipſius erant nuper exuſti libri: quo quidem præiudicio iam ipſum eſſe damnatum, & in ſummo futurum diſcrimine dicebant, illata mentione, quod acciditſſet ætate ſuperiori Io. Huſſo: verum ipſe magno quodam animi robore periculum omne contempſit, dicens: ſi tot diaboli Wormatiæ eſſent, quod in domibus lateritiæ tegulæ, ſe tamen intrepide eo eſſe venturum. 23) Wormatiam igitur venit ad XVI. Aprilis. 24) Poſtridie vocatus

Romanæ defectibus ante Reformationem. Idem CYPRIANVS diuerſa documenta hanc hiſtoriam plurimum illuſtrantia ex Mſtis adiecit, potiſſimum authographis vſus. Facit huc potiſſimum GOTTLIEB SAMVEL TREVER, qui ſingulari libello expoſuit *die Politiſchen Fehler des Pabſtlichen Hofes, welche die Reformation Lutheri befordert haben ſollen.* Adde 10. FRIDERICI MAIERI *differt. de pontificiis Leonis X. proceſſum aduerſus Lutherum improbantibus.* ADAMVS RECHENBERGIVS vero ſingulari diſſertatione Reformationis obſtacula politica exhibuit.

14) Inde vaticinium quod pone Altare Gothæ repertur

M. C. quadratum, LX. quoque duplicatum
Oraps (ora pro nobis) *peribit, & Hus, Wicleſque redibit.*

apud TENTZELIVM Hiſtor. Bericht von der Reformation *pag. 32. n.*

15) SLEIDANVS *lib. II. p. 52.* BELCARIVS *lib. XVI. pag. 480.* SPALATINVS *Annal. Reform. p. II. ſeq.*

16) Extant Cæſaris litteræ inter Documenta TENTZELIO adiecta *n. XXXIII.* in quibus: *begern wir an dein lieb mit hohem Vleyß, du wolleſt den ob beſtimbten lutter mit dir auf den nechſt künfftigen Reichstag zu Wormbs bringen, ſo wollen wir In alda von gelerten und hoch verſtandigen Perſonen genugſamlich verhoren laſſen, und darob ſein das im kein unrecht oder ichts wider recht beſchehen ſolle, doch das du zu verhüttung weytters unluſtes bey den berürten Lutter erſtlichen beſtelleſt, und darob ſeyeſt, damit er mittler zeit in keinerley weg wie das beſchehen möchte etwas wider Bebſtliche bylligkeit oder den Stul zu Rom ſchreib oder ausgen laſſe.*

17) Horum litteræ extant apud CYPRIANI *Tom. II. p. 190.*

18) Extat epiſtola inter dicta Documenta. *p. 483.*

19) Extat epiſtola *n. XXXV.* Alia Alſtedii d. 20. Decembris reperitur apud SPALATINVM *Annal. Reform. p. 22.*

20) SECKENDORF *lib. I. p. 148.* CYPRIANI *Tom. II. p. 211.*

21) Sic enim ex Actis Wormatienſibus in Tomo I. Altenburgenſi ad a. 1719. *Alter viel, beyde der Widerwertigen und andern hatten ſich ſeiner Ankunfft gar nicht verſehen, denn dieweil er durch den Kayſerlichen Ehrnhold mit einen ausführlichen Geleite erfordert war, doch weil vor wenig Tagen zuvor, ehe er ankam, ſeine Bücher durch offentliche angeſtagene mandat, verdamt waren, meinete niemand, daß er, als der bereit zuvor durch ſolch unzeitig Vrtheil verdamt, kommen wurde. Vnd da ihm zu Oppenheim, da er ſolches am erſten erfuhr, von vielen ſeinen Freunden gerathen ward, er ſolte ſich ſelbſt nicht in gefahr begeben, weil er ſehe, daß dieſer Sache Anfang, wieder das gegebene Geleiste, ſich ſo übel anlieſſe, gab er ihnen mit groſſer Freudigkeit dieſe Antwort. Wolan, weich erfodert und beruffen bin, ſo habe ich bey mir gewiß beſchloſſen, hinein zuziehen, im Namen des Herrn Ieſu Chriſti, wenn ich gleich wüſte, daß ſoviel Teuffel darinnen waren, als Ziegel auf allen Dachern ſind.* Adde MVLLERI *Staats-Cabinet Tom. VIII. c. VI.*

22) SLEIDANVS *lib. III. ineunte. Fridericus princeps interea dum Cæſarem ad agendos Wormaciæ conuentus autem concitatur, efficeratur, vt Cæſar velle ſe Lutherus euocare diceret & coram audire.* De vocatione Lutheri ad Comitia SECKENDORF *p. 147.* Extant litteræ Citationis apud GOLDASTVM *Reichs-Satzungen p. I. p. 244.* De ipſo ſaluo conductu ſingulari diſſertatione egit GODOFREDVS WEGNERVS *Regiomonti 1698.* vbi etiam ſalui conductus litteras exhibet.

23) SLEIDANVS *lib. III. p. 56.*

24) De Ingreſſu Lutheri ad Comitia SECKENDORF

catus, vbi coram Cæsare ac frequenti principum concilio constitit. Io. Eccius Iureconsultus, qui Guilielmo, Bauariæ duci, erat a consiliis, & officialis Treuirensis, Cæsaris mandatu verba faciens, Lutherum interrogat, an libros ipsius nomine editos pro suis adgnoscat, & an velit retractare. Aderat Luthero Hieronymus Schurfius, qui librorum inscriptionem recitari iubet & edi, quo facto, Lutherus suos esse libros profitetur, de altero deliberandi spatium poscit. Hoc ipsi concessō, altera die denuo vocatus, prolixa oratione testatus, quod, nisi scripturæ sacræ testimoniis vel euidenti ratione fuerit conuictus, se non posse quidquam eorum, quæ scripserit vel docuerit, reuocare. Postridie Cæsar per epistolam ad Imperii Ordines missam, se proscripturum esse Lutherum atque socios, professus est. Ea Cæsaris epistola diu multumque fuit in senatu principum discepta: neque deerant, vt fertur, qui Constantiensis Concilii vestigia secuti, fidem ei minime seruandam esse dicerent: sed huic sententiæ tum alios, tum Ludouicum Palatinum Electorem restitisse vehementer, aiunt, quod ad Germanici nominis labem atque dedecus sempiternum ea res pertineret. Inde ab Archiepiscopo Treuirensi & delectis quibusdam principibus XXIV. Aprilis fuit auditus, qui vt reuocaret, postulabant, vel e decreto futuri Concilii submitteret, sed cum & hoc nollet, mandatur illi Cæsaris nomine, vt intra viginti & vnum dies sub conductu publico ad securitatem redeat, neque vel prædicando vel scribendo, in itinere populum commoueat. Inde XXVI. Aprilis abiit Wormatia, quem Cæsar Sturm caduceator post aliquot horas secutus, Oppenheimi inuenit, proscuturus eum vocali mandato Cæsaris Caroli. 25)

§. XV. Post Luthери discessum, VIII. Maii 1521. in templo maiori Wormatiæ, præsentibus omnibus Principibus, Cæsar, vt Leonis X. gratiam aucuparetur, 26) publicari fecit Edictum, quo Lutherus, tanquam hæreticus manifestus proscribitur, omnibusque mandatur, ne elapsis XXI. diebus, ipsi ad securitatem concessis, ipsum recipiant. Licet hoc edictum, non omnium consensu fuisset confectum. 27) Ab ea promulgatione, Fridericus Elector, Ioanni Berlepschio Wartburgensi Præfecto, & Burcardo Hundio Altensteini Dynastæ secretum negotium dabat, vt Lutherum in locum quendam secretiorem deducerent. Ab his captus Lutherus prope arcem Hunditorum Altenstein, & vicum Schweina, ad radices syluæ Thuringiacæ, Werram amnem versus sitæ, quum is a via regia, vt cognitos inuiseret, non nihil deflexisset. In comitatu erat Nicolaus Amsdorfius, eodem, quo Lutherus, carpento vectus, quem equites raptores progredi iusserant, Lutherum equo impositum, per auia duxerunt Wartburgum. 28) Latebat ibi domesticos etiam Lutheri persona, non alio quam Nobilis, *Iuncker Görge* nomine appellatus. 29) In hac sua solitudine, quam Pathmum vocare solebat, varias epistolas ad amicos

DORF *lib. I. pag. 52.* qui etiam MAIMBVRGIVM refutat, qui ipsum curru magnifico centum equitibus aduectum fuisse, dicit. IVNCKER *vita Lutheri p. 47.* ZIEGLERVS *in Schauplatz der Zeit p. 157.* ait, Monachum senem, pro insano habitum, arrepta cruce, currum antecessisse, exclamantem: *aduenisti tandem desiderabilis, quem expectabamus in tenebris.*

25) De his plenius SLEIDANVS *lib. III. p. 57.* Acta Lutheri in Comitiis Wormatiensibus, quæ Philippi Melanchthonis vitæ Lutheri fuerunt adiecta. In KAPPENS *Nachlese p. II. p. 477.* extat G. SPALATINI Epitome Actorum Lutheri in his Comitiis. Eadem cum Lutheri Acta exponit GOLDASTVS *Reichshandlungen p. 105. & Polit. Imper. p. XXIV. p. 1095. & Polit. Reichshandel p. XIV. p. 464. & p. XXII. p. 940.* SPALATINI *Annales Reformationis pag. 38. sqq.* MYCONII *Hist. Reform. c. X.* Præstat singulare scriptum, hoc titulo: *Etliche sunderliche seltzige Handlung in D. M. Luthers Sachen durch Geistliche und Weltliche Fürsten des Reichs auch etzlicher hochgelartern Doctorum der heiligen Schrift zu Wormbs von Freitag nach Misericordia Dni bis auf Freitag nach Iubilate dem tag seines abscheides ergangen 1521. 4.* SECKENDORF *lib. I. pag. 153.* PONTVS HEVTERVS *lib. VIII. c. X.* Personæ illustres in Comitiis præsentes singulari scripto recensentur.

26) THVANVS lib. I. p. 15. *cum Leo Lutherum sacris interdixisset, & inaugurationem Caroli in Regem Romanorum contra clausulam, qua reges Neapolitani in fidem a Pontificibus R. accipiuntur, adprobasset, primis comitiis, quæ nouus Cæsar anno sequenti Wormatiæ habuit, vt Leonis gratiam aucuparetur, Lutherum item proscripsit, & initio cum Pontifice fœdere de Gallis Insubria atque adeo tota Italia expellendis continuo consilium cepit.*

27) SLEIDANVS *lib. III. p. 66. Aiunt edictum hoc a paucis aliquot fuisse conflatum, nam ex Electoribus nonnulli fatentur, non se fuisse conscios.* METERANVS *I. II. p. 23.* LARREY *Hist. d' Angleterre Tom. I. pag. 144.* HARAEVS *ad an. 1521.* SECKENDORF *lib. I. p. 158.* Extat Edictum Wormatiense inter GOLDASTI *Statuta & Rescripta p. 5. & Constit. Imp. Tomo vno p. 441. & Reichs-Satzungen p. II. p. 187.* du MONT *Tom. IV. p. I. pag. 335.* LVNIGS *R. Archiu p. Gen. Contin. p. 344.* De hac Lutheri excommunicatione singulari dissertatione egit IO. STRAVCHIVS.

28) SLEIDANVS lib. III. p. 67. *ab ea promulgatione, Fridericus Princeps, e nobilitate nonnullis, de quorum fide compertum habebat, negocium dabat, vt in locum secretiorem & ab hominum frequentia remotum, deduceret Lutherum, vitandi casus periculi quod quidem summa diligentia fuit & taciturnitate adminstratum.* CHYTRAEVS lib. VIII. pag 222. *Consilii illius, octo homines conscii fuerunt, quorum tanta fides & taciturnitas fuit, vt nemo præter principem & paucos conscios, vbi versaretur Lutherus, resciscere posset. Magi etiam multi a Pontificiis passim, de loco, in quo Lutherus lateret, consulti, nihil diuinare certum, Deo cum protegente potuerunt.* Plenius hæc ex Actis exponit SECKENDORF *lib. I. p. 159.* SCHLEGELIVS *vita Spalatini p. 45.* CHRISTCELLARII *dissertatio de Pathmo Lutheri in arce Wartburg prope Isenacum.* IO. MICH. KOCHS *Histor. Erzehlung von der Vestung Wartburg p. 158.* SPALATINI *Annales pag. 51.* MYCONII *Hist. Reform. c. XII.* qui locum definit *bey Mohr nicht fern von Eisenach, neben einen Gebeltze in einen Grund.*

29) Lutherus ipse de se: *mirabilis & monachus & captiuus, qui barbam comamque nutriebat,*

cos & libros etiam Lutherus emisit, ibidemque per integrum quasi annum commoratus. 30) Exortis tamen motisque ab Andrea Carolostadtio, Wittebergæ variis turbis, 31) dum Philippus Melanchthon hisce sedandis parem se non videret, Lutherum permouit, vt inuente Martio a. 1522. Wittebergam rediret, & quoniam a Friderico Electore non erat reuocatus, reditus sui datis ad eam litteris, reddit rationem. 32)

§. XVI. Cum deinde priuatæ quædam offensiones intercederent inter Carolum Galliæque regem, ventum est ad arma, & primo quidem in Nauarræ regno & finibus Hispaniæ, inque Belgio. Vtebatur Franciscus occasione motuum Hispanicorum, atque Nauarram inuadebat, quam tamen, deficiente a Francisco Carolo Borbonio, Carolus, & quidem opitulante Hadriano Hispaniæ Prorege, recepit. 33) Tenebant tum Galli Parmam & Placentiam: id permoleste grauiterque Leo pontifex ferebat: cumque etiam Rhegium Lepidi tentassent, prorsus animum ab illis auertit, & fœdus cum Cæsare fecit, cuius hæc erant capita præcipua, vt ecclesiæ Romanæ dignitas defendatur, quæ Galli ademerant, recuperentur, Franciscus Sfortia tum exul, in paternum solium restituatur & Principatum Mediolanensem. 34) Coniunctis ergo viribus, Parmam & Placentiam Gallis eripiunt, Mediolanum vrbem capiunt, administrantibus bellum Prospero Columna, Ferdinando Daualo Piscario. 35) Non multo post II. Decembris 1521. Leo X. decessit e vita, non sine veneni suspicione: 36) successorem habuit Adrianum sextum Traiectinum, qui Cæsaris adolescentiæ fuerat formator. 37) Postea XXVII. Aprilis 1522. Cæsariani ad Bicocam villam ad tertium ab vrbe Mediolano lapidem, memorabili prælio Heluetos Francos-

& sub equestri ornatu, & Georgii nobilis, Iuncker Gærge latere debebat apud SECKENDORFIVM *p. 178.* IVNCKERVS *vita Luthери p. 53. seq.* qui etiam habitum ipsius, quo Wartburgi vsus fuerit, ex nummis & tabulis antiquis expressit. KOCH *p. 165.*

30) De libris, quos Wartburgi scripserit, plenius SECKENDORF *lib. I. pag. 161.* SLEIDANVS *lib. III. p. 67.* CHYTRAEVS *lib. VIII. pag. 222.* KOCH *p. 166.*

31) SLEIDANVS lib. III. p. 72. *quod autem per suam absentiam ait excitatas in ecclesia turbas, ad hunc modum habet. Andreas Carolostadius; interea dum Lutherus abest, diuersa dogmata proposuit: & tumultuose statuas e templis eiecerat, concitata plebe: Lutherus autem hac de causa potissimum reuocatus a suis, cum rediisset, factum ipsud Carolostadii damnat, demonstrans, non hoc ordine progrediendum, sed imagines atque statuas primum esse removendas ex animo, populumque docendum, sola fide nos placere Deo, statuis vero nihil profici: sublatis illis ad hunc modum & recte informatis animis, nullum esse periculum amplius ne quid noceant, & sponte collapsuras: non quidem repugnare, quo minus tollantur, sed hoc a magistratu fieri debere, neque permittendum, vt vulgo & promiscue fiat ab omnibus* SECKENDORF *lib. I. p. 191.*

32) SLEIDANVS *lib. III. pag. 71.* SECKENDORF *lib. I. p. 195.* IVNCKER *p. 54.* KOCH *p. 173.* Extant de hoc reditu variæ scriptæ apud CYPRIANI *Histor. Bericht Tom. II. p. 161.*

33) MORINGVS Vita Hadriani cap. XVIII. *Sed & illud sidem administrationis eius declarat, quod sub idem fermè tempus, si non solus, at certe præcipuus inter collegas, regnum Nauarræ Carolo conseruarit.* IOVIVS *cap. VII.*

34) SLEIDANVS *lib. III. p. 69.* Caussas belli plenius exponit GVICCIARDINVS *lib. XIII. p. 292.* dicens: *neque vlr dubium erat, quin inter duos principes iuuenes, & inter quos multæ erant æmulationis ac controuersiarum caussæ, tandem grauissimum bellum esset exoriturum. Galliæ namque regi regni Neapolitani, in quo se ius habere existimabat, recuperandi desiderium in animo fixum hærebat: & vt Ioanni regi Nauarræ regnum restitueretur, qua de re tandem vanam sibi spem factam animaduertebat, illi curæ erat. Cæsari vero annua mille auri pondo Nouioduni promissa soluere molestum, & regem conuentione antea Lutetiæ facta contempta, sua in Hispaniam necessariæ profectionis occasione immoderate vsum se fore ad notam pactionem coegisse censebat: semper inter eos recens erat Gheldrensium ducis caussa, quæ sola, quod rex Galliæ eius patrocinium sustineret, quem Flandri sibi inimicissimum iudicarent, eos ad arma concitare poterat: sed præcipue Burgundiæ ducatus a Ludouico XI. Caroli Burgundiæ ducis, qui Cæsaris patris maternus auus fuit, mortis occasione occupatus, semper eorum, qui successerant animos exercuiauerat, ardentissimis acuiebat nouæ Cæsaris animum pungebat. Neque Mediolanensis imperii caussa stimuli seu controuersiarum semina deesse poterant: cuius nomine cum hic rex post Ludouici duodecimi mortem diplomata nec obtinuisset, nec petiisset, multeque tum quod non esset validum, tum quod caussa excidisset, exceptiones contra iura ex diplomate defuncto regi concesso manantes præexerentur, hoc ad bellum inter eos excitandum facis esse videbatur.* Idem *lib. XIV. ineunte.* Sequitur FR. BELCARIVS *lib. XVI. p. 477.* P. HEVTERVS *lib. VIII. c. XII.* REISNER *lib. II. f. 27.* P. DANIEL *Tom. III. p. 71.* GALEACIVS CAPELLA *de B. Mediolanensi* apud GRAEVIVM *Tomo II. col. 1254.*

35) GVICCIARDINVS *lib. XIV. p. 336.* SLEIDANVS *lib. III. p. 69.* FR. HARAEVS *p. 554. seq.* P. MARTYR *ep. DCCXLVII. & DCCLX.* REISNER *lib. II. f. 28.*

36) SPALATINVS vita Leonis p. 17. *Kurtz darnach als der Keyser schon Meyland und gantz Lombardia on das Schloß Meyland und die Stadt Cremon eingenommen hetten, stieß diesen Balst ein Fieber an, daran er drey zehen tagen kranck war, und also endlich an andern tag des Decembers oder Christmonds im Iar nach Christi geburt Tousend funffhundert und im ein und zweyntzigsten, als er bey acht Iaren regiret hett, gestorben, nicht on verdacht, als wer im vergeben worden.* GVICCIARDINVS *lib. XIV. p. 369. Leo pontifex Kal. Decembris inexpectata morte obiit.* SLEIDANVS *c. l.* P. MARTYR *ep. DCCXLIX. DCCLI. DCCLIX.* Vitam ipsius figillatim scripsit PAVLVS IOVIVS, qui etiam addit: *intra pauciss imos dies non sine magna veneni, ei vt ferebatur, a Bernaboo Malespino ipsius cubiculario, atque a poculi ministro propinati suspicione interiit.* REISNER *f. 29.*

37) GVICCIARDINVS *lib. XIV. pag. 384.* THVANVS *lib. I. p. 15.* BELCARIVS *lib. XVII. ineunte.* SLEIDANVS *lib. III. pag. 78.* MORINGVS *Vita c. XIX.* qui etiam *c. XX.* scribit: *retentumque Hadriani nomen, cum cæteri nomen fere mutent, libellis omnibus ac diplomatibus præscribit.* IOVIVS *cap. VIII.* GEORGIVS SPALATINVS ipsius vitam scripsit, qui *p. 19.* de eo sic iudicat: *Es sol sust ein fast erbar, aufrecht und redlich Man seyn.* SECKENDORF *lib. I. p. 252.* Extat in ACTIS LITTERARIIS *fasciculo VI. p. 65.* Conclaue Adriani VI. quod

CASPAR

eosque superant, quo tria Heluetorum millia ac viginti duo Ordinum ductores cecidere, discedentibusque Francis, Francisco Sfortiæ, Cæsaris iussu, Ducatus Mediolanensis restituitur. 38) Apud Belgas etiam anno 1521. inter Cæsarem ac Francum acerrime bellum gerebatur. Robertus enim Marcanus initi cum Cæsare fœderis pœnitens, clam nouum cum Franco, a quo dudum fuerat sollicitatus, iniit; quærensque belli causſam, tandem Marcanus Aimeriæ apud Hannones regulo, Cæsaris clienti, ob priuatas controuersias, ac posſessionem oppidi Hiergæ, bellum infert. Petit Aimerius accepitque a Cæsare auxilium, Marcanus a Franco. Rupta hac ratione inter Reges pace, sub exitum Comitiorum Wormatiensium, Cæsar, iustis conscriptis copiis, iis Henricum Nassouiæ Comitem ac Franciscum Sickingum præfecit. Francus etiam, collecto exercitu, Carolum, Borboniæ Ducem imperare iubet. 39) Post varias vrbium expugnationes hinc inde factas, Tornacum Flandri deditione recipiunt, ex quo Flandriæ membrum semper permansit. 40) Gröningani, Geldro accedebant. Picardi, Atrebates & Hannones, quorum Oppida ac Ciuitates præsidiis erant munitæ, quotidianis se inuicem excursionibus vexabant. 41) Pro Ducatu vero & Comitatu Burgundiæ intuitu Heluetorum inter Francisſcum & Margaretham Austriacam d. 8. Iulii 1522. Neutralitas fuerat concluſa. 42)

§. XVII. Anno 1522. Franciſcus a Sickingen, qui militum Cæsareanorum Præfectus erat supremus, cum decem millibus peditum & duobus equitum, bellum infert Richardo Treuirensi, conniuente Carolo, qui Richardo, eo quod Francisco I. Gallorum Regi fuerat, erat infensus. Cauſſa erat, quod duos subditos archiepiſcopus, ne lytrum promiſſum ſoluerent, pro quibus rogatu illorum, fidem Franciſcus interpoſuiſſet, vi prohiberet. 43) Cum autem a mœnibus vrbis Treuirorum, virtute ciuium & auxiliis Palatini depulſus eſſet Franciſcus, deſtructo D. Maximini monaſterio antiquiſſimo, mœnibus vicino, in quo hoſpitium ſuum habuerat, & vaſtatis paſſim Treuirenſis Epiſcopi agris, domum redit. Treuirenſis vero, facto cum Palatino, Ludouico & Hatſio fœdere, ſumma ope bellum tota hyeme inſtaurat. Franciſcus interim a Sickingen, dum Lutheranæ dogmati fautor eſſe videri volebat, a Lutheranis non ſolum, & Ciuitatibus ad Rhenum, Palatino, ob nouum inſtitutum vectigal inſenſis, ſed etiam nobilibus, quorum plerique, quod res ſuas prodegiſſent, res nouas malebant, auxilia expectabat. 44) Aſt, poſtquam ab Im-

CASPAR BVRMANNVS *Analectis Hiſtoricis de Hadriano VI. p. 141.* inſeruit. Sequitur BLASII ORTIZII *Itinerarium Hadriani VI. ab Hiſpania Romam vsque.* P. DANIEL *Tom. III. p. 99.*

38) Verba ſunt PONTI HEVTERI *lib. VIII. c. XII.* Plenius vero prœlium illud deſcribit GVICCIARDINVS *lib. XIV. p. 398.* qui etiam *p. 400.* addit: *vnde Helueții per Burgomatium fines iter faciendo, numero, & multo magis audacia (certum enim eſt illos clade ad Ticocetam accepta ita affliſos fuiſſe, vt per multos annos conflictam virtutem non oſtenderint,) imminuti, in montes ſuos redierunt.* BELCARIVS *lib. XVII. p. 506.* REISNER *f. 30.* qui etiam *f. 31.* diem definit.

39) Hæc plenius deſcribit PONT. HEVTERVS *lib. VIII. c. XII.* REISNER *lib. II. f. 26.* BELCARIVS *lib. XVI. p. 482.*

40) P. HEVTERVS *c. l.* GVICCIARDINVS *lib. XIV. p. 369.* nec vero *Galliæ regis res trans alpes feliciter ſuccefſerunt. Cæſar enim bello ei illato Tornacum, & paulo poſt eiusdem vrbis arcem, in qua multa tormenta, eaque inſtructa erant, cepit.*

41) PONTVS HEVTERVS *lib. VIII. cap. XII. & XIII.*

42) Extat iſta apud du MONT *Tom. IV. p. I. pag. 378.*

43) SLEIDANVS lib. III. p. 75. *quod ciuile bellum inter aliquos excitatum eſſe dicit, ad Treuirenſem archiepiſcopum Richardum pertinet, cui tunc bellum faciebat Franciſcus Sickingius, vir fortis, & Lutheri valde ſtudioſus: verum belli cauſſa fuit, non religio, ſed quod Richardus duos quosdam ſuæ ditionis homines, pro quibus ille ſideiuſſerat, non ſolueret indicio. Sic enim habent literæ, quibus amicitiam ei Franciſcus ad exitum Auguſti menſis renunciat.* CHYTRAEVS Saxonia lib. X. p. 258. *Dum autem in Saxonia, duces Brunſuicenſes, late a Carolo V. proſcriptionis aduerſus Ioannem epiſcopum Hildeſienſem, executores, tota fere dioceſi occupata, metropolim Hildeſiam menſe Ianio & Iulio obſiderent; ad Rhenum & Moſellam, Franciſcus a Sickingen tumultuans, Treuerim oppugnauit. Bellum enim indixerat Treuerenſi archiepiſcopo, Richardo, quem in odio Cæſaris Caroli eſſe ſciebat, quod in comitiis electionis noui Imperatoris, Richardus, Franciſco Galliæ regi ſuffragium dederat, & ne Carolus treueretur, obnixe contenderat. Franciſcus autem cum poſt Wormatienſe bellum, a Cantero proſcriptus, ſed a Maximil. primo ſup. ob virtutem & fortitudinem Heroicam, ex plenitudine poteſtatis abſolutus eſſet: animus Maximiliani conſiliarius, & militum præfectus ſuperatus, etiam apud nepotem Carolum fuit. Committit igitur Carolo, armis Richardo cum quo aliquain ſimultates ei plures intercedebant, alio plane prætextu infert. Vidi enim exemplum literarum, quibus bellum archiepiſcopo Franciſcus denunciat, quod duos ſubditos archiepiſcopus, ne lytrum promiſſum ſoluerent, pro quibus, rogatu illorum fidem Franciſcus interpoſuiſſet, vi prohiberet.* SECKENDORF etiam *lib. I. p. 122.* auctor eſt, Sickingium Caroli V. electionem apud Electores, Moguntinum potiſſimum, plurimum adiuuaſſe, & quodam ſub prætextu ingentem exercitum pro electione Caroli V. tuenda, collegiſſe. Idem etiam ex litteris Spalatini ad Dolzigium *p. 226.* refert, Sickingium aduerſus Treuirenſem mouiſſe, vt portam aperiat euangelio & verbo Dei, ab epiſcopo humanis viribus vehementer occluſam.

44) CHYTRAEVS *p. 559.* GEORGIVS SPALATINVS Annal. ad a. 1520. *Franciſcus de Sickingen cum X. millibus peditum & ad II. mille equitum, indicto Treuirenſi Archiepiſcopo & Electori bello, capto S. Wendelini oppido, Treuirorum vrbem obſedit, vbi vi tormentorum pulſus retro ceſſit. Monit autem in hoc, vt ſcripſit Hartmundus Cronbergius noſter Iohanni Dolzeker Equiti noſtro, vt patefaceret Euangelio locum, maxime occluſo conatibus Epiſcopi Treuirenſis. Fama erat, Franciſcum ea expeditione quamquam ſecreti, Epiſcopo Treuirenſi, & eius ditioni ad CC. millia aureum intuliſſe damna. Quam parao tempore, quam magna iacturaꝫ Beatos igitur pacis ſtudioſos.*

ab Imperii Regimento fuiſſet proſcriptus, 45) poſt Paſcha 1523. Heſſus, Palatinus & Treuirenſis, exercitibus conſcriptis, obſidere Francifci arces cœperunt, priusquam ille vires ſuas augeret. Landstall obſeſſa eſt, poſtquam compertum fuit, eum illuc ſe recepiſſe. Nam in eius capite rerum omnium cardo verſabatur. Eſtque intra paucos dies magna vis bombardarum disiecta, vbi cum forte trabe quadam ictus Francifcus, graue vulnus accepiſſet, iuſſit dedi arcem. Ipſe Francifcus intra biduum extinctus eſt. 46)

§. XVIII. Ineunte eodem anno 1522. Cæſar Februario menſe Conuentum Imperii Noribergæ celebrabat. 47) Mittebat ad eundem Vngariæ Rex Ludouicus legatos, auxilia petentes contra Turcas, qui Belgradum vrbem, Vngariæ propugnaculum ad Danubii & Saui confluentem ceperant, & opere præfidioque munierant. 48) Metuebatur etiam, ne Turcæ, Rhodo capta, Italiam Siciliamue inuaderent. 49) Promiſſa etiam Kal. Mai. auxilia 50) & quatuor millia equitum, viginti millia peditum ad expeditionem Romanam deſtinata, in bellum Turcicum in ſex Menſes fuerunt decreta. 51) Ferdinandus etiam Auſtriæ Princeps, latam aduerſus Lutherum anno ſuperiori ſententiam vehementer vrgebat, & in Ducatu Würtenbergenſi, quem tunc tenebat, grauiſſimum propoſuit edictum XXVI. die Nouembris, ac præmium delatoribus conſtituit, & paſſim in ſuis prouinciis grauiter in eos, qui pontificiis legibus non parerent, animaduertit. 52) Nihil vero in Comitiis de religione fuit decretum. Sic etiam paulo ante, quam Cæſar in Hiſpaniam abiret, renouatum eſt fœdus Sueuicum ad annos vndecim. 53)

§. XIX. Interea Cæſar iter in Hiſpaniam parans, Belgas Margarethæ amitæ regendos commiſerat, in Imperio fratrem Ferdinandum legatum ſtatuens. 54) Vrgebatur ad hanc profectionem poſtrema Hiſpanorum defectione, qui animis nondum plane pacati, ad veteris obſequii tenorem & antiquam nominis Regii obedientiam reuerentiamque erant reducendi. 55) Hinc XXIV. Maii 1522. Brugis Flandriæ terreſtri itinere Caeſarum profectus, exceptusque eſt magno cum honore a Regis Angliæ Legatis, atque Oppidi Magiſtratu, qui ad ſecundum vsque milliare obuii proceſſerant. Poſtremo die conſcenſa naui, ſpatio quatuor horarum Caleto Douueram in Angliam appellit. 56) Paullo ante, Henricus VIII. Angliæ Rex Cæſari ingens auri pondus ad bellum Italicum mutuo dederat, indixeratque & Franco bellum, poſteaquam ei Cæſar centum triginta millia aureorum florenorum quotannis addixiſſet, quæ Francus pacis tempore Anglo ſoluere erat ſolitus; & ad nouæ amicitiæ perpetuitatem ſtabiliendam, Cæſari filiam Mariam ſeptennem e matertera eius Catharina ſuſceptam denuo deſponder, 57) dum iſta in cunis adhuc per ſingularem tractatum Matrimonialem in Monaſterio nouæ fundationis apud Brixiam iamdum d. 22. Februa-

45) CHYTRAEVS *p. 259. 269.*

46) CHYTRAEVS *c. l.* BROWER *Ann. Treuir. lib. XX. p. 337.* Extat in SCHARDII Tomo II. *Actio Memorabilis Franciſci ab Sickingen*, BARTHOLOMAEO LATOMO auctore, & CASPARISSVRMII *relatio Germanica de expugnatione arcium Sickingi & fœderatorum.* In FREHERI Tomo tertio extat HVB. THOMAE LEODII *de Franciſci a Sickingen rebus geſtis & calamitoſo obitu.*

47) SLEIDANVS *lib. III. pag. 69.* MVLLERI *Staats-Cabinet p. I. c. IV. §. 5.*

48) SLEIDANVS c. l. & p. 75. *huc etiam Ludouicus rex & Hungaria proceres legationem miſerant ampliſſimam, & de Turcica immanitate miſerabiliter conqueſti, firma petebant auxilia & diuturna.*

49) Sic enim IO. LVDOVICVS VIVES Epiſt. ad Eraſmum XI. *Roma non dubito, quin ſis omnia peperiturus commota & turbata, præſertim Rhodo capta. De Turca timent omnes, ne impetum conuertat in Siciliam & Italiam.*

50) SLEIDANVS *p. 70.*

51) Docet hoc procemium Receſſus Noribergenſis, qui extat in Corpore *p. 192.*

52) SLEIDANVS *p. 75.* De hoc GOLDASTVS *in Polit. Reichshandeln p. XVI. p. 576.*

53) SLEIDANVS lib. IV. exeunte: *Sueuicum illud fœdus, de quo ſubinde ſit mentio, multo ante factum fuit, initio quidem in annos octo, deinde treis, poſt, duodecim, inde decem: Anno vero ſalutis humanæ ſupra milleſimum quingenteſimum vigeſimo ſecundo, renouatum fuit in annos vndecim, paulo ante, quam Cæſar in Hiſpaniam rediret. Huius autem fœderis erant Cæſar, vt Auſtriæ princeps, poſt etiam Ferdinandus frater, nuper Würtembergici agri principatum adeptus, item Moguntinus, Palatinus, Salisburgenſis, Bambergicus, Furciburgenſis, Aſtetenſis, Auguſtanus, epiſcopi. Guilelmus & Ludouicus fratres, Bauariæ principes. Otho Henricus & Philippus Palatini, fratres, Georgius Brandenburgicus & Albertus e fratre nepos, Philippus Heſſus, Lantgrauius, multi præterea viri nobiles & eccleſiaſtici, dein Sueuiæ ciuitates pleraque omnes, & in his etiam Noriberga.*

54) P. HEVTERVS *lib. VIII. c. XIII.*

55) HEVTERVS *c. l.* SLEIDANVS lib. III. p. 69. *dum vero Cæſar in Germania moratur atque Belgio, valde graues orte fuerunt per Hiſpaniam ſeditiones: vt ergo naſcenti malo tempeſtiue occurreret conſtituto prius iudicio & ſenatu, qui ius redderent, præſige ſuam abſentiam Imperii negotia procurarent, claſſe vectus in Hiſpaniam rediit.*

56) HEVTERVS *cit. loc.* SPALATINI *Annal. Reformationis p. 27.*

57) HEVTERVS *c. l.* SLEIDANVS lib. III. p. 70. *Cæſar domum rediens, Angliæ regem iterum inuiſit, & vt firmum haberet amicum in Galliæ regem, aureorum millia centum triginta tria promiſit ei dare quotannis. Tantundem enim ex pacto Gallia rex Anglo pendebat, eiusque ſorori Mariæ quotannis, itaque niſi de damno ſibi caueretur, Anglus nihil in illum experiri volebat. Actum inter ipſos de hac re fuit Iunii die decimo tertio, Vindeſoræ, quod eſt ad Thameſim, oppidum & arx ſupra Londinum: maioris etiam neceſſitudinis cauſa, conuenit, vt Angli filiam Mariam, tunc ſeptem annorum puellam, Cæſar conſobrinus in matrimonium ſuo tempore duceret: vter ab eo pacto diſcederet, alteri dependeret aureorum millia quadraginta, Gallia rex, vt amiſſa per Italiam recuperet, omne robur eo conuertit.* GVICCIARDINVS lib. XVI. pag. 553. & *vt omnem ſuſpicionem e medio tolleret, ſuam filiam, quæ nondum nubilis erat, Cæſari traditurum pollicebatur.*

58) Extat

Februarii 1522. fuiſſet deſponſata. 58) Inſigni pompa ibi excipiebatur, 59) & cum integrum fere menſem in Anglia hæſiſſet IV. Iulii claſſem Hamptonii ſe exſpectantem conſcendit, poſteroque die ſummo mane e portu ſoluens, XVI. Iulii in portum D. Andreæ apud Aſtures claſſem inſulit. Summo cum gaudio a Proceribus exceptus, fit certior, in Biſcaia, ac Catalonia, ſuos contra Francos victoriam obtinuiſſe, cæſis octingentis, multis captis, cæteris fuga in omnes partes diſiectis. Recepiſſe ſuos, fugientibus Francis, Beoniam ac Maiam, Arces munitas: eſſe ſpem, ipſam Fontarabiam breui in poteſtatem conceſſuram. 60) Tandem vero Kl. Nouembribus certis legibus Hiſpaniæ rebellibus gratiam facit. 61)

§. XX. Dum igitur abſente Cæſare, Imperii Regimentum publica negotia procuraret, Comitia ab eodem Noribergam indicta, & menſe Februario 1522. cœpta continuabantur, relicto Ferdinando 62) Cæſaris Locumtenente, Friderico Palatino interim Neumarcum Palatinatus ſuperioris oppidum, dum præſens eſſet Ferdinandus, ſecedente. 63) Noua ad diem Aegidii ibidem a Regimento indicta celebrabantur Comitia, quæ Februario menſe 1523. fuerunt finita. 64) In iisdem etiam Declaratio Regimenti Caroli V. nomine fuit publicata. 65) Verum, dum ob pauciratem Statuum comparentium nihil potuiſſet concludi, alia ad diem Margarethæ 1523. fuerunt indicta, quæ tamen paucis iterum comparentibus, effectu etiam fuerunt deſtituta. 66) Noua igitur, monente Ferdinando, indicta fuerunt Comitia ad diem Martini habenda, quæ tamen die Eberhardi demum 1524. cœperunt. 67) Aſt, Status, niſi dimiſſis prius Regimenti Conſiliariis, nihil agi volebant, quod etiam proteſtantibus licet ipſis, fuit factum. Et licet Fridericus Palatinus Regimentum plane vellet aboleri, illud tamen continuabatur, conſtituto Philippo, Badenſi Marchione, Ferdinandi Vicario. 68)

§. XXI. Dum igitur nouus Papa Adrianus VI. natura ſua pius, de reformanda eccleſia plurimum eſſet ſollicitus, contradicentibus tamen ipſi Cardinalibus & Romanenſibus, 69) mittebat ad eadem Comitia legatum ſuum, Franciſcum Cheregatum, Vicentinum, Epiſcopum Aprutinum, 70) vna cum litteris, ad Imperii Principes, Romæ d. 25. Nouembris 1522. datis, quibus ipſos ad auxilia, Ludouico Vngariæ Regi contra Turcas præſtanda, atque aduerſus Lutherum concitaret. 71) Reſpondebant Status, aliam commodiorem

58) Extat iſte apud du MONT *Tom. IV. p. I. p. 93.* Inſtrumentum publicum vero ſuper hoc contractu datum in Palatio regio Richemont d. 17. Decembris 1508. *p. 119.*

59) P. HEVTERVS lib. VIII. c. XIII. *paucis paginis pompa deſcribi non poſſet, quam Cæſaris honorandi cauſſa Londinenſes Regis iuſſu apparauere. Arcuum triumphalium non erat numerus, quemadmodum nec ſtenarum, quæ ſacras profanasque hiſtorias, fabulas, aliasque artificioſas, ingenioſas, ac ſolertes ingenioſorum hominum inuentiones per omnes præſentabant vias, verſibus Latinis ac vernaculis Regibus congratulantes; legebaturque inter alia & hoc diſtichon:*

Carolus, Henricus viuant, defenſor vterque
Henricus Fidei, Carolus Eccleſiæ.

Scilicet, Henricus hoc ipſo ad diſcrimen tituli Imp. qui Eccleſiæ erat aduocatus & Henrici VIII. qui fidei defenſor. BECMANN *not. dignit. illuſtr. diſſ. II. cap. II. §. 8.*

60) HEVTERVS *cit. loc.* P. MARTYR *epiſt. DCCLXIV. & DCCLXVI.* FR. HARAEVS *p. 555.*

61) HEVTERVS lib. *VIII. c. XV.* P. MARTYR *ep. DCCLXXI.* CHYTRAEVS *lib. IX. p. 244.*

62) Nullus equidem Receſſus extat eiusdem anni: ſaltim in Corpore Receſſuum *p. ag. 196.* reperitur Ordinatio Cameralis a Regimento facta. Aſt, ex Actis Comitiorum, quæ congeſſit MVLLERVS *in Staats-Cabinet p. I. c. V. §. 5. ſqq.* ſatis patet, Comitia fuiſſe vniuerſalia.

63) HVB. THOMAS, Leodius, vita Friderici p. 84. *dum hæc agerentur Comitia, quibus ſuperuenerat Ferdinandus, Archi-Dux Auſtriæ, & Caroli Imperatoris frater, cui in regimine ita cedebat Fridericus, vt quoties præſidendum erat, ſecederet ad Notum forum, quinque horarum itinere a Norimberga diſtans, ne de præſidentia contentio oriri contingeret, quod vterque æque iure Imperatoris locum tenere poſſet.*

64) MVLLERI *Staats-Cabinet p. I. c. IV. §. 22.*

65) Extat iſta ſub dato Valledoleti vlt. Octobris 1522. apud GOLDASTVM *Conſtit. Imp. Tomo I. p. 447.* & Germanice in Corpore Receſſuum *p. 178.* atque apud MVLLERVM *p. I. c. IV. §. 18.*

66) De iisdem plenius egit MVLLERVS §. *XXII. & ſqq.*

67) MVLLERVS §. *XXX. & ſqq.*

68) De his plenius MVLLERVS §. *XXX. ſqq.*

69) FR. SPONDANVS MYCONIVS *Hiſt. Reform. p. 69. Gab für, er wolt groſſe Reformation in der Kirchen furnehmen, aber hatte ein Weil, das es die Cardinal und Romaniſten gelitten hatten.* Vide PALLAVICINI *p. I. lib. II. c. III. §. 5. p. 51.* Opponebat ſe ipſi potiſſimum Soderinus Cardinalis, qui gladio periquendos eſſe Lutheranos contendebat SARPIVS *p. 37. ſqq.*

70) Fabrianenſem quidem eundem Epiſcopum vocant GERARDVS MORINGVS *c. XXVI.* & P. SARPIVS, quem ideo refutat PALLAVICINI *lib. II. c. IV. §. III. p. 51.*

71) GERARDVS MORINGVS cap. XXII. *Inter hæc non minore ſollicitudine Lutheranitmum profligare nititur. Conuentus erat Principum liberarumque ciuitatum Germaniæ apud Nurenbergam. Huc Franciſcum Cheregatum mittit, ſibi antea in Hiſpania cognitum, dum is illic Nuncius Apoſtolicus ageret tum recens a ſe propter opinionem virtutis Præſulem Fabrianenſem declaratum, qui verbis ſuis acerrime Germanos hortaretur, ſi ditiones quoque ſuas ſaluas vellent, nollentque omnia ſua etiam ſæde cuaſtari, mitterent auxilia primo quoque tempore, abrupta omni tergiuerſatione, proxime ſito Ludouico Vngaria Regi adoleſcenti, tum de impetu Turcarum grauius laboranti, quam vi ſolus poſſet reſiſtere, neque ſinerent nobiliſſimum regnum, quod vniuerſæ Germaniæ velut firmiſſimus obex præiacret, immaniſſimo hoſti prædæ fieri, qui aliquin ad ipſos quoque pronum acceſſum habiturus eſſet, ſimul exploderent impia dogmata a litteris ſacris, traditisque Eccleſiæ & principum patrum aliena, quæ apud eos paſſim ſuboleſcerent, memores quanto ardore maiores eorum religionem ſanam, remque Catholicam olim aſſeruiſſent, a quibus degenerare cum ad ſummam turpe, tum vero impium foret. Dedit ad hæc litteras fere ad ſingulos quoque Principes, & Eccleſiaſticos & Laicos*

diorem viam hæc omnia sanandi non esse, quam per pium liberumque Concilium, quod ipse & Cæsar, præcipui orbis Christiani magistratus, facile possint in aliqua Germaniæ ciuitate cogere, Moguntiæ videlicet, vel Argentorati, vel Metis, vel Coloniæ: fore etiam ex vtilitate Reipublicæ, si primo quoque tempore, & ad summum intra annum, eius fiat initium. 72) Addebant Status Imperii minas, se intoleranda, penitusque non ferenda onera diutius neque perferre velle, neque tolerare posse, sed rei ipsius iniquitate & necessitate huc eos adigi, cogi, atque compelli, de aliis commodioribus forte viis & mediis cogitandi, quibus modis horum onerum atque grauaminum liberari ac in pristinam libertatem possent vindicari. 73) Rationes etiam addebant, cur Edictum Wormatiense contra Lutherum executioni haud possit mandari, dum exinde seditio sit metuenda. 74) Rogant

eiusdem exempli, sed præsertim ad ducem Saxoniæ Fredericum, in cuius dominatu totius incendii fax Lutherus agebat, monens eum, vt haberet ob oculos quam inelubilis, tetraque gloriæ fuæ ad posteros macula foret, fouisse hominem phreneticum, qui non minus impiis ac Satanicis, quam flolidis næniis orbem pene vniuersum in exitium inuoluerat. Præterea adiutorem fuisse labefactandæ pietati, quam tot Martyrum fusus sanguis, tot eruditissimorum hominum vigiliæ, tot fortissimorum Principum inuicta arma, summo nixu stabilissent. Alioquin non eum de ea temeritate caussam feliciter dicturum, cum standum esset ad tribunal iudicis Christi, & alia multa in eandem sententiam. Respiciret igitur, & ingressus per vestigia fidei maiorum suorum, non sineret prudentiam suam præstigiis vnius rabiosi homunculi illusi, qui scilicet nihil scriptis suis vsefandis produceret, quod temporum superiorum concilius ex professo damnatum non esset, spondebat ad hæc, vbi primum sedatis bellorum turbis posset, indicere concilium vniuersale, vt quidquid Romæ, quicquid alibi apud episcopos, Abbates, & vniuersim denique ordinem Ecclesiasticum collapsum esset, in pristinum gradum restitueretur, ne quid hac parte possent obtendere, quod minus monitis suis morem gererent. In summa tantum effecit sedulitate, auctoritateque, quam sanctitas vitæ, præstantiaque doctrinæ peperierant, tum gratia, qua maxime apud Germanos Pontifex Germanus valebat, vt malum illud iam tum vtcunque mitesceret & spes magna esset, nisi mores eius impedissent, fortassis breui, aut in totum, aut ex maxima certe parte explodendum. SLEIDANVS *lib. IV. ineunte.* SECKENDORF *lib. I. p. 253.* CHYTRAEVS *lib. X. pag. 448.* De eiusdem Legati Actis in Comitiis P. MARTYR *ep. DCCCI.* GOLDASTI *Stat. & Refer. p. 24.* Polit. Reichshandel *p. XXV.* P. IOVIVS Vit. illustr. Vita Hadriani VI. p. 266. *Pontifex ad Germanos regulos, & liberas ciuitates, quarum legationes ad comitium Nurembergæ vndique coibant, Franciscum Cheregatum misit, qui omnium primus ab ipso Episcopus propter veterem amicitiam, & virtutis opinionem fuerat effectus. Hortabatur Germanos, vt ad defendendam salutem Ludouici Regis auxilia decernere atque summittere vellent, simulque eorum hæresium, obliuiscerentur, quæ antea rebellione legitime pluribus conciliis essent damnata.* GEORGIVS SPALATINVS ad a. 1522. *Franciscus de Cherichatis Episc. Termonensis die VIII. Sept. Roma egressus, a Pont. Ro. Hadriano missus est, Nurmbergam ad Comitia Ro. Imperii, quibus Ferdinandus Caroli V. Ro. Imp. Aug. frater præsidebat, primus omnium, vt amicus scripsit, quem ex Hispania Episcopum creauit, pontifex fatebus. Scripsit alias amicus in hoc missum, vt expeditionem excitaret contra Turcas & motum in Lutherum. Tribus equis profectus est Nurmbergam, triduis ibi diuertit. Prouolutus genibus Ferdinandi, dum eum remotis arbitris audit, imploranit opem contra Turcas & Lutherum.* Litteratum vero summam exhibet SLEIDANVS *lib. III. p. 75.* SARPIVS *p. 43. sqq.* PALLAVICINI *p. I. lib. II. c. VII. §. II.* Integras illas exhibet WOLFIVS *Lect. Memor. Tom. II. p. 193.* GOLDASTVS *Stat. & Refer. p. 25. Conflit. Tomo vno pag. 448.* LVTHERVS *Tom. II. Opp. lat. f. 536. b.* vernaculo sermone illas exhibet LVTHERVS *Tomo II. Op. Altenb. p. 237. Tom. II. Opp. Ienens f. 178. b.* Aliam exhibet HORTLEDER *Tom. I. lib. I. c. I. p. 2.* GOLDASTVS *Polit. Reichshandeln p. XIII. pag. 437.* Qualis vero Instructio Cheregato fuerit data, late exponit GEORGI *Grauam. Germ. lib. II. p. I. c. II. §. II.*

72) SLEIDANVS *lib. IV. pag. 85.* Extat hæc Statuum Responsio apud GOLDASTVM *Conflit. Tom. vno p. 152. Stat. & Refer. p. 30.* WOLFIVM *Lect. Memorab. Tom. II. p. 197.* vernaculo sermone apud HORTLEDERVM *Tom. I. lib. I. c. I. pag. 6.* Agunt de eadem SARPIVS *lib. I. p. 43.* PALLAVICINI *p. I. lib. II. c. VIII. p. 59.*

73) Sic enim in fine Grauaminum: *Quod si enumerata onera atque grauamina in præstituto tempore, non etiam ocyus ex oculis mortalium sublata atque abolitæ, & abrogata fuerint, (id quod imperii romani status laici futurum minime suspicantur, augurantur ne) tum sanctitatem pontificiam latere nolunt, prædicta vrgentissima, atque intolerabilia, penitusque non ferenda onera diutius eos, neque perferre velle, neque tolerare posse: sed rei ipsius iniquitate & necessitate, huc eos adigi, cogi, atque compelli pro eorum captu ac industria, de aliis commodioribus forte viis & mediis cogitandi, vestigandi ac consultandi, quibus tamen modis, qua arte, qua demique solertia, onerum atque grauaminum supra memoratorum, ab ecclesiasticis onerari, liberari ac tandem in pristinam immunitatem & libertatem asseri, atque vindicari possint. Quemadmodum omnia hæc, peruiquam sanctitatis pontificiæ orator & legatus a Norimberga soluisset, eidem per modum responsi hinc legantis sanctitati referenda, ad longum sunt exposita, atque enumerata: efficutque ita in compendium & quodammodo per catalogum redacta & recensita, memorato nuncio atque oratori pontificio ferendæ spem Romam tradita; si non prater omnium expectationem, abitionem sinam hinc tantopere matturasset, ac inopinato ita decessisset. Verum ne ob id eo magis Germanorum principum, procerum atque Romani Imperii Statuum consultatio & conclusio sanctitatem pontificiam fugere, vel latere possint, tandem placuit, onera ac grauamina, quorum non infrequens tum coram agente adhuc legato facta fuit mentio, per expita, ac sigillatim ita scripta, sanctitati pontificiæ tranmittere, eandemque quam humillime ac suppliciter, pro abrogandis hisce oneribus, rogare obseruareque: ne deteriora comingant.*

74) SLEIDANVS lib. IV. p. 84. *Quantum ad Lutherum pertinet, si quid ex eius doctrina sit ortum incommodi per Germaniam, grauiter illud & molestè pro eo ac decet, ipse ferre, cupere etiam ei malo medicinam facere: nam vt ipsi atque Cæsari morem gerant, id adgnoscere sui esse officii, nec in eo velle a suis degenerare maioribus: quod quæratur, non esse de illo sumptam pœnam, ex formula decreti Cæsaris, id non leui de caussa prætermissum: omnes enim ordines grauissime conqueri de curia Romana & plerosque omnes Lutheri concionibus atque libris ita nunc esse eruditos, vt si decretum illud adducrus ipsum vulgare debeat, maxima sit inde dubio procul oritura seditio & fore, vt plurimi sic interpretentur, quasi eo fiat,*

gant denique, nolit Pontifex aliter hæc accipere, quam a bono, pio, sincero, & Chriſtiano animo profecta, cogitata & dicta eſſe. Varia ad hanc Statuum reſponſionem ipſi minime placentem, replicabat Cheregatus, decreti Wormatienſis executionem vrgebat, modum rogandi, Concilium non adprobabat. 75) Ad hæc Status Legatum Papalem priori reſponſo contentum eſſe debere, vsque dum Grauaminа Nationis Germanicæ ad Pontificem ſuiſſent transmiſſa. 76) Exhibebantur igitur ipſi a Statibus Euangelicis æque ac Catholicis, laicis potiſſimum, cum conſenſu tamen Eccleſiaſticorum conſcripta 77) centum Grauamina Nationis Germanicæ, quibus contra Papæ & Epiſcoporum iniurias conquerebantur, 78) a Cæſare petentes, vt iisdem medelam velit adſerre. 79) Ipſe Cheregatus fateri neceſſum habuit, omnes defectus in orbe Chriſtiano Roma, tanquam fonte, oriri. 80) Quim quod ipſe Papa abuſus in Eccleſia ſatis adgnoſcebat. 81) Inde ad VI. Martii 1523. Cæſa-

ſiat, vt oppreſſa veritate & extincta Euangelii luce, manifeſta vitia, quæ tolerari diutius aut diſſimulari non poſſint, defendantur: quæ quidem perſuaſio ceriſſimum ſit excitatura populi contra magiſtratum rebellionem.

75) Reperitur iſta apud GOLDASTVM *Stat. & Reſcr. p. 33. Conſtit. Tomo vno p. 455.* WOLFIVM *Lect. Memorab. Tom. II. pag. 200. ſqq.* Summam eiusdem exhibet SARPIVS *lib. I. p. 4. 5.* PALLAVICINI *p. I. lib. II. c. VIII. §. IX.* SECKENDORF *lib. I. §. CXLVI.*

76) Extat hæc Statuum Duplica apud GOLDASTVM *Conſt. Tomo vno p. 456. Stat. & Reſcriptis p. 35.* WOLFIVM *Tom. II. p. 202.*

77) LAVR. SVRIVS equidem *comment. Rerum in Orbe geſtarum p. 160.* ſcribit: *prodiit tum liber centum grauaminа Germaniæ authoribus Lutheranis, vt nihil intentatum relinquerent, quod faceret ad confirmandam inuidiam pontifici & eccleſiaſticis.* Sequitur LVD. MAIMBVRG *Hiſtoria Lutheraniſmi lib. I. fol. LVI.* ſcribens: *Horum centum compoſita erant a Lutheranis, vt fatis apparebant, ſuppeditata; quædam enim manifeſte ad deſtruendam totam Pontificis auctoritatem, diſciplinam etiam Eccleſiaſticam, & ſanctiſſimas quasque conſuetudines Chriſtianiſmi, ab immemorabili tempore obſeruatas tendebant.* Contrarium tamen ex Grauaminum Procœmio patefit, vbi dicitur: *placuit principibus, ac cæteris Imperii ordinibus, hoc ipſa qua contra Eccleſiæ Romanæ primores, ſe in medium adduciturос politiciri erant, grauaminа paulo altius a principiis, ſigillatim per claſſes & quam potuit maximum per ordinem digeſta, repetere, recenſereque.* Patet hoc etiam ex fine dicti Procœmii: *Super hæc omnia, omnium ſacri Romani Imperii ſupremæ atque inferiorii conditionis Statuum ſupplex eſt authoratio, humiliſque precatio atque petitio, qua ſanctitati pontificiæ ſupplicant.* Idem patet ex Grauam. XIII. XIV. XXII. Potiſſimum vero ex Grauam. XCIX. *Potior item pars hactenus enumeratorum articulorum, Romanam ſedem, archiepiſcopos, epiſcopos, prælatos, officiales, eccleſiaſtica conſiſtoria, cæteraſque eccleſiaſticas perſonas concernentium, Cæſaream Maieſtati in proximo principum Wormatiæ celebrato conventu, a laicis Imperii columnis & Statibus, inſcripto, non ſine ſupplicibus oblata eſt precibus: quo prædicta grauaminа, æquitate neceſſitateque ita poſtulantibus, aboleat, atque e medio penitus tollat. Quod ipſum non clam archiepiſcopis, epiſcopis, reliquisque eccleſiaſticorum Statibus, in prædictis comitiis factum eſt. At hucusque nihil vel immutare vel emendare cæperunt. Eam ob rem Seculares Imperii ordines neceſſario, vrgentibusque ex cauſis adacti ſunt, papali ſanctitati ſupra memorata, ac non amplius ferenda onera prout ſua ſanctitas, clementi, chriſtiano planeque paterno animi affectu fieri petiit, indicare: atque ſuppliciter rogare, vt prædicta Grauaminа ſua ſanctitas emendet, atque e medio tollat.* GEORGI *Grauam. lib. II. p. III. cap. II.* hoc vberius declarauit.

78) Loquitur de his SLEIDANVS lib. IV. p. 87. *cum ad hunc modum poſtulatis omnibus reſpondiſſent, ipſi viciſſim, quid a pontifice, quid ab epiſcopis per Germaniam præſtari velint, demonſtrant, & ea, quibus iniuriam ſibi fiiisque fieri dicebant, in certa quædam capita redigunt, & deſcripta legato tradunt, & pontificem orant, quandoquidem hæc nulla ratione æquitate, neque diutius tolerari poſſunt, vt quam primum aboleat; nam alioqui fore, vt ipſimet conſilium ſibi capiant, quemadmodum omnes illud a ſe reiciant, & priſtinam libertatem recipiant.* Indeexponit, qua ratione eiusmodi Grauamina iam ante ſub Maximiliano I. fuerint exhibita. Extant iſta centum Grauaminа LXXVII. Capitibus contenta, apud GOLDASTVM *pag. 456.* & *in Stat. & Reſer. Imp. p. 36.* Reichs-Satzungen *p. II. p. 197.* HORTLEDER *Tom. I. lib. I. p. 9.* WOLFIVM *Lect. Memorab. Tom. II. p. 205.* COELESTINVM *Tom. III. f. 91.* LVNIG *p. Gen. Cont. pag. 445. Centum Grauaminа Sacri Ro. Imp. Procerum a Ro. ſede & Eccleſiaſtico ordine inuecta, a Friderico Scopus exenſa finis, priuis Ro. Pont. Adriano VI. Romam transmiſſa.* Extant iſta etiam in ſingulari libello, cui titulus: *Simonia Curiæ Romanæ in Comitiis Noribergenſibus an. 1522. oratori Pontificio propoſita, Francofurti 1612.* Potiſſimum vero huc facit. *Was auf dem Reichstag zu Nürnberg, von wegen Päbſtlicher Heiligkeit an Kaiſerlicher Maieſtet Statthalter und Stede, Luiheriſcher Sache halben belanget, und darauf geantwort worden iſt, mit einer Vorrede Lutheri Wittenb. 1538. 4.* Adde SCHLTERVM de Libert. Eccleſ. Germ. lib. VII. c. II. §. X. pag. 859. GEORGI *Gramam. lib. II. cap. II. f. II.* qui non ſolum horum Grauaminum Hiſtoriam, ſed ipſa etiam Grauamina cum notis prolixis exhibet. COCHLAEVM *de Actis Lutheri pag. 85.* SECKENDORF *lib. I. p. 255.* GEORGIVS SPALATINVS Annal. ad a. 1522.

79) SLEIDANVS lib. IV. p. 87. *ad eundem modum queſti fuerant in conuentu Wormacie, & cum eadem capita Cæſari tunc exhibuiſſent, orabant vt authoritatem ſuam interponeret, neque vero tunc ad epiſcopos etiam hæc diſſimulauerant, a quibus eum nihil adhuc emendatum eſſet, pontificem implorabant, eo quod prolixe ac liberaliter, de ſua voluntate & ſtudio emendationis, per legatum ipſis policitus erat.*

80) SPALATINVS in vita pag. 23. *Wirdwol er auch ſein Orator den Erwelten zu Aprut den Chiergatten in ſyn Inſtruction mit dem Reichstag zu Nürnberg anno domi XVCXXIII. ſyy hat reden laſſen, das alle gebrechen und mangel in der Chriſtenheit, aus Rom wie aus dem brunen und haubt hergefloſſen, und frey bekant, das es gmer Reformation bedürffe, wie denn ſolichs aus den gedruckten geſchrieben deſſelben Reichstags clerlich zu vernehmen.*

81) Patet hoc ex Inſtructione legato Papali data, apud COELESTINVM *Hiſt. Comitiorum Augſtanorum f. 4. b. Scimus in hac ſancta ſede, aliquot iam annis, multa abominanda fuiſſe, abuſus in ſpiritualibus, exceſſus in mandatis & omnia denique in peruerſum mutata. Nec mirum, ſi agrindo a capite in membra, a ſummis Pontificibus in alios inferiores Prælatos deſcenderit. Omnes nos (id eſt Prælati & Eccleſiaſtici) declinauimus, vnusquisque in vias ſuas, nec fuit iamdiu, qui faceret bonum, non fuit vſque ad vnum. Quam obrem neceſſe eſt, vt omnes demus glo-*

Cæsaris nomine decretum publicatur, quod euangelium doceri debeat secundum interpretationes ab ecclesia receptas, constituantur homines idonei, qui concionibus adsint, atque errantes leniter admoneant, sacerdotes, qui vel vxores ducant, vel ordinem suum deserant, iuxta leges pontificias esse mulctandos. 82) Interea securitas & pax vniuersæ religioni vsque ad Christianum, liberum & in Germania celebrandum concilium, tum a Cæsaris legato tam Imperii Statibus sunt decreta, ex qua re mox proximis in locis Euangelio Christi portæ fuerunt apertæ. 83) Cum Saxoniæ quoque Electore esse agendum, decernebatur, vt Luthero mander, ne quid vlterius ad Concilii vsque tempus publicaret, contra quod Saxoniæ Electoris legatus publice protestabatur. 84) Cæsar etiam singularibus litteris Vallidoleti vt Oct. 1522. scriptis, Papam hortatur, vt Grauaminа aboleat. 85)

§. XXII. Anno 1523. die Veneris S. Gallo Abbati sacro. conuenerunt apud Iüterboccum Archiepiscopi Magdeburgen. oppidum Fridericus III. Saxoniæ, Ioachimus Brandenburgicus Electores, Iohannes pater, & Io. Fridericus filius. Duces Saxoniæ, Henricus & Philippus Duces Brunsuicenses & Lüneburgenses & Wolfgangus Princeps Anhaltinus & Francisсus, Episcopus Mindensis, sed & Christiernus Rex Danorum. Eo venit etiam ad maritum Isabella Regina, Caroli V. Cæsaris soror, comitata Regis Danorum sorore, Marchionis Ioachimi Brandenburgii Electoris vxore, omnes Protestantes. 86) In mense Iunio vero 1524. Ferdinandus cum Cardinale Saltzburgio, Cardin. Campegii, Wilielmo, & Ludouico Ducibus Bauar. & nonnullis aliis XV. Principes & legati conuentum habuerunt Ratisbonæ, consPirantes contra Lutheri dogma. 87)

§. XXIII. Inter has turbas, Carolus contra Francisсum I. in Hispania, Belgio atque Italia bellum continuabat. In Hispania quidem, Fontarabia post longam obsidionem a. 1524. a Cæsareanis capitur. 88) In Belgio vero Angli Belgis iuncti, a. 1523. in Picardiam irrumpunt, Parisienses terrent, a quibus vndecim saltim aberant milliaribus. Dum autem Vendomius, Gallorum dux, nouis cum copiis Tremullio in auxilium proficisceretur, Belgæ & Angli verentes, ne a duobus exercitibus intercluſi, fame periclitarentur, motis castris, in Belgium contendunt. 89) Maioris vero momenti erat bellum Italicum. Ineunte siquidem anno 1523. Veneti a Cæsare de fœdere diu sollicitati, relicto Franco, cum eodem, eius fratre Ferdinando, ac Francisco Sforzia, Mediolanensium Duce, fœdus faciunt, quo se ad Mediolanensis Ducatus & Regni Neapolitani defensionem obligant, cui postea Adrianus Papa, Henricus VIII. Rex Anglorum, Florentini, Senenses, Lucenses, ac Genuenses accesserunt. 90) Interea Francorum Exercitus, qui in Prouincia Lugdunensi conuenerat, per partes transire Alpes, & in Ducatum Mediolanensem se dimittere incipiebat, sparsa fama, Regem cum ingentibus mox secuturum copiis, quod fortasse factum fuisset, nisi detecta Caroli, Comitis Monspensserii, ac Borboniæ Ducis,

riam Deo & humiliemus animas nostras ei, videatque vnus quisque nostrum vnde ceciderit & se potius quilibet iudicet, quam a Deo in virga furoris sui iudicari velit. Qua in re quod ad nos attinet, polliceberis, nos omnem operam adhibituros, vt primum curia hæc, vnde forte omne hoc malum processit, reformetur, vt sicut inde corruptio in omnes inferiores emanauit: ita etiam ab eadem sanitas & reformatio omnium emanet. Ad quod procurandum nos tanto arctius obligatos reputamus, quanto vniuersum mundum huiusmodi reformationem auidius desiderare videmus. Vide GEORGI *Grauam. lib. II. p. I. c. II. §. II. n. 3. sqq.*

82) SLEIDANVS *lib. IV. pag. 88.* Hoc decretum cum multos male haberet, Lutherus pro sua sententia fuit interpretatus, prout idem tradit *p. 90.*

83) ACHILLES PIRMINIVS GASSARVS Ann. Augustburg p. 1769. *deinde postquam Franciscus Cheregatus Adriani VI. Papæ Bataui inertis ingenii & Sophistæ depranati iudicii, pædagogi Caroli Cæsaris, purpuratus, legatus, religionis negotium magnificis promissis, Norinbergæ in Comitiis, ad quæ reipubl. nostra legatus erat Churradus Heresbartus, tractaret, ac inter cætera Romanam fidem a vertice ad calcem deformatam, & omnino reformandam esse per tapinosim, imperitis, vt putabat, Germanis fassus fuisset, oblata illi ab Imperii Principibus C. inclitæ eius nationis grauamina sint, quæ si a Pontifice emendarentur, facile apud se reliquos errores tolli quoque posse, iidem adfirmarunt. Quod cambium cum purpuratus ille non acceptaret, sed potius variis technis veritatem supplantare conaretur, occasionem inuoluntarie τῷ ἀπροϊδέντως præstitit, vt securitas & pax vniuersæ religionis, vsque ad Christianum, liberum & in Germania celebrandum Concilium, tum a Cæsaris legato, tum Imperii Statibus sint decreta, ex qua re mox plurimis in locis Euangelio Christi portæ apertæ sunt, cumprimis vero id liberius tunc temporis, per nostram hanc ciuitatem, suggesta in templis conscendere occepit, plurimumque lucis Christianæ libertati, quæ hactenus humanis traditionibus captiuata erat, obtulit, licet scandalo pro more non caruerit.*

84) Ad hanc Protestationem respondebatur: *Mann lasse sie bleiben in ihren Werth, und werde es eingedenck seyn.* Extat ista Protestatio apud LVNIGIVM *Contin. Spicil. Eccles. p. III.* MYLLER *Historie Euangel. Stande Protestation lib. I. cap. I. pag. 8. Historie der Religions Beschwerden p. I. p. 23.*

85) Extant istæ apud GOLDASTVM *Const. Tomo vno p. 447. Stat. & Refer. pag. 24.* GEORGI *Grauam. p. 358.*

86) SPALATINVS *ad a. 1523.*

87) SPALATINVS *ad a. 1524.*

88) Hanc Fontarabiæ oppugnationem describit P. HEVTERVS *lib. VIII. c. XVI.* expugnationem *lib. IX. c. I.* HARAEVS *p. 559.* MARTYR *ep. DCCXCI. DCCXCIII.* GVICCIARDINVS *lib. XV. pag. 474.*

89) HEVTERVS *lib. VIII. c. XIX.* P. MARTYRIS *ep. DCCLXXXV.* FR. HARAEVS *p. 557.*

90) De hoc late HEVTERVS *lib. VIII. cap. XIX.* P. MARTYR *ep. DCCLXXX. ista sunt hæc legesædera, vt eorum quisque Cæsar & Venetus habeant octingentorum ad Italiæ defensionem cataphractorum & leuis armaturæ quingentorum equitum. Paditum vero sex millium, cum impedimentis exercitui tali quadrantibus.* GVICCIARDINVS *lib. XV. p. 431.* BELGARIVS *lib. XVII. p. 525.*

19) HEV-

eis, Franciæ Conestabilis, a Rege defectio iter retardasset, 91) qui a Gallo irritatus, a Cæsare sollicitatus, ad hunc defecerat. 92) Conuenerant interea in fines Comitatus Burgundiæ circiter duodecim millia peditum equitumque, Cæsaris Anglique pecunia in Germania conscripta, ac Borbonio ad inuadendam Franciam attributa, collecta a Guilielmo ac Felice Fürstenbergii Comitibus. Sed Rex Franciscus, parte exercitus in Italiam, Duce Guilielmo Gouffierio, Boniuetti Domino, Fontarabiæ occupatore, cum cæteris in Prouincia Lugdunensi restitit. Germani, Borbonio in Italiam profecto, Duce ac pecunia desticuti, pars ad sua sunt delapsi, pars ad Francica stipendia transiere. Goufferius Medianum profectus, a Prospero Columna, cæterisque Cæsaris Ducibus ita est exceptus, vt re nullamemorabili gesta, sed compluribus viris fortibus desideratis, ac non contemnendo accepto detrimento, inglorius in Franciam rediret. 93) Postridie Idus Septembris obiit Papa Adrianus VI, toxico, vt constans erat fama, sublatus, magno confœderatorum Italiæ incommodo, quod præter Pontificiam auctoritatem, ab ea parte collatio pecuniæ fœderatis deperiisset. Successit illi decimo nono Nouembris Iulius Medices, qui Clemens VII. nominari voluit. 94)

§. XXIV. Clemens VII. ad Comitia a Regimento Noribergæ a. 1523. exeunte cœpta, & mense Aprili 1524. præside Ferdinando finita, legatum suum mittit Laurentium Campegium. 95) Agebatur iisdem de bello Turcico, pace publica, & Grauaminibus Statuum contra Papam. 96) Mittebat eo Cæsar legatum suum, Ioannem Haunartum, Burggrauium Limbecensem, qui edictum illud Wormatiense violatum esse querebatur, & iubebat illud inposterum maximo studio seruari. Tandem ad XVIII. diem Aprilis 1524. decretum fuit, vt de voluntate Cæsaris, pontifex in Germania primo quoque tempore liberum

91) HEVTERVS *lib. VIII. c. XVIII.*

92) Causſam defectionis P. HEVTERI c. l. verbis describo: *In Carolum enim Monſpenſirium, Regiæ ſtirpis adoleſcentem innuptum omniumque Franciæ Procerum formoſiſſimum, procaces oculos Ludouica Sabauda, Regis Franciſci mater, vidua falciſſima, coniecerat, nuptiasque eius non obſcure appetierat; in quas vt facilius conſentiret, apud Filium Regem effecerat, Franciæ Conestabilis crearetur, maiorum ei honorum ſpem non ſimulate, conſeſtis ſecum nuptiis, faciens. Sed cum eas, ductæ Suſannæ, Borbonii Ducis, deſignari ac faſtidire ſe demonſtraſſet, concepto Ludouica contra eum odio, omnibus in rebus aduerſari, & apud filium Regem calumniari criminaque non deſiſtebat. Hinc Carolus Regi parum gratus, nec ad ſecretiora admittebatur conſilia, nec vllis ſe dignis amplius ornabatur honoribus, ſed in priuatarum rerum adminiſtratione relictus, rarius viſo in aula conſpicibatur. Cumque vxor eius Suſannæ anno* CIↃ IↃ XXII. *nullis relictis liberis diem obiiſſet, denuo de nuptiis inter eum ac Ludouicam contrahendis agi eſt captum. Ille matrimonium cum effuetæ, ſterili famina outrahere plane recuſabat. Contemni ſe Ludouica aegerrime ferens, veteri reſumpta & in immenſum auctæ indignatione, cum alio illi modo nocere non poſſet, litem in Senatu Regio qui Pariſiis eſt, mouet, de iure propinquitatis ac ſucceſſionis Ducatus Borbonii, in quem Ludouica, cauſſa matris Margaritæ Borbonie ius repetebat. Cumque Carolus iniuriam ſibi a Ludouica fieri, perſuaſiſſet, Regemque matris partes tuentem, contra ſe ſimulato animo facere, Senatores Pariſienſes frigide ius ſibi adminiſtrare cenſret; cæſurum ſe cauſa iudicans, niſi vetuſtam Ludouicam vxorem duxiſſet, ingenti concepta ergæ Regem animi indignatione, ad Cæſarem, qui dudum ampliſſimas ei obtulerat conditiones, deſcitere, ac de Regis matrisque eius iniuria vindicare ſe conſtituit. Innotuerat enim Cæſari animi eius ægritudo ab eo tempore, cum primum eum innuptum adoleſcentem laſciua Ludouica maritum ambierat; ortamque ac ſenſim auctam ſimultatem, quod Suſannam Ludouicæ prætuliſſet, Cæſar ſciebat. Certior igitur factus nunc alteram acceſſiſſe contumeliam, clam eius animum per certos homines tentat, ac tandem ſecretiſſime miſſo in Borbonium Adriano Croiuico, Beaurainii Domino, primo Reuſſis Comite, certis conditionibus ſororem Leonoram, viduam Emanuelis, Portugalliæ Regis ei, inito fœdere, deſponſet.* Idem latius deſcribit, qua ratione iſte e Gallia ſe ſubduxerit. GALEATIVS CAPELLA *Hiſt. D. Mediolan. lib. III. inenunte.* GVICCIARDINVS *lib. XV. pag.* 437. P. MARTYR ep. DCCLXXXIII. *ex Gallia fr tur, Borboni Ducem, Galliarum Magnum Conestabilem & e Proceribus primarium, male pacato in Regem ſuum animo viuere. Ad eum concitandum dominus de Beurre Cæſaris a cubiculo vir nobilis, miſſus eſt, & ep. DCCLXXXV.* THVANVS *lib. I. p.* 16. BELCARIVS *lib. XVII. p.* 530. MARILLAC *Hiſt. de Bourbon.* IOVIVS *in vita Borbonii p.* 437. VARILLAS *Hiſt. de François I. lib. IV. p.* 247. REISNER *f.* 33. Le P. DANIEL *Tom. III. p.* 123.

93) HEVTERVS *lib. VIII. c. XVIII.* GVICCIARDINVS etiam *lib. XV. p.* 437. conſilia detegit, dicens: *ipſorum conſilia eo fundamento nitebantur, quod Franciſcus rex ipſemet ad bellum proficiſci ſtatuiſſet: qua in ſententia vt permaneret, Angliæ rex ſe eo anno Galliam non inſeſtaturum et artificioſe ſpem fecerat: Borbonius quam primum rex Alpes ſuperaſſet, cum duodecim peditum millibus, qui Cæſaris & Angliæ regis are occultiſſime colligebantur, in Burgundiam irrumpere conſtituerat, nec ob regis abſentiæ occaſionem, & ſuam in tota Galli gratiam, quin maximum progreſſum eſſet habiturus, dubitabat. Ex iis quæ occiparentur, Prouinciam ſibi, Comitis Prouinciæ appellatione, in regis nomen commutato, retineret: cuius dominatum, iure ab Andiouinis repetito ſibi arrogabat: reliqua omnia Angliæ regi cederent.*

94) Verba ſunt P. HEVTERI *lib. VIII. cap. XVIII.* Idem dicit GVICCIARDINVS *lib. XV. p.* 441. MORINGVS *c. XXIV.* IOVIVS *cap. XVI.* BELCARIVS *lib. XVII. p.* 536. 538. SLEIDANVS *lib. IV. p.* 92. P. MARTYR *ep. DCCLXXXVIII. DCCXCII.* HARAEVS *p.* 559. SECKENDORF *lib. I. pag.* 287. Vitam ipſius ſcripere GERARDVS MORINGVS, PAVLVS IOVIVS, GEORGIVS SPALATINVS, aliique, quos cum aliis opuſculisipſum concernentibus, eiusdem epiſtolis in Analectis Hiſtoricis congeſit CASPAR BVRMANNVS vna cum eruditis obſeruationibus. IOVIVS cap. XXXIV. *Facit huc etiam Cornelii Aurelii Apocalypſis & viſio Mirabilis, ſuper Miſerabili Statu Matris Eccleſiæ, & de Summa Spe eius reparandæ ex inopinata promotione Hadriani VI.*

95) SLEIDANVS *lib. IV. p.* 93. qui etiam p. 95. orationem Campegii ad Imperii Ordines habitam, recenſet. Qua ratione Campegius fuerit exceptus, docet MVLLER *Staats-Cabinet Tom. VIII. cap. VII.*

96) Patet hoc ex Cæſaris Reſcripto ad Comites Mansfeldicos in cauſa Lutherana & Turcica quod apud GOLDASTVM *Tom. II. Conſtit. p.* 152. reperitur, in quo illos ad noua Comitia Noriber-

liberum concilium indicat, loco idoneo, vt ad Nouembris diem XI. Spiræ conueniant Ordines, deliberaturi, quod sequi oporteat, interea, dum concilii fiat initium: vt principes, in sua quisque prouincia deligant viros doctos atque bonos, qui ex Lucheri & aliorum libris colligant ea, de quibus putabunt posse disputari, quæ principibus exhibeant in proximo conuentu, quo facilior sit progressio, cum ad concilium erit deuentum: ad hæc, vt interuentu magistratus ac diligentia pure doceatur Euangelium & modeste, iuxta sensum & interpretationem scriptorum, quos ecclesia comprobauit: item, ne qui posthac libelli & picturæ contumelioſæ prodeant: denique, vt ea, de quibus aulam Romanam & ecclesiasticum ordinem incusarunt Principes, proximo Conuentu Spiræ notione facta, definiantur. 97) Sed id mutatum fuit, & Cæsar, vbi cognouit, datis ab Hispania litteris, ad Ordines Imperii Idibus Iulii, grauiter eos incusat ob factum decretum, iubet potius, vt pareant edicto Wormatiensi, nisi pœnam subire velint, & actionem omnem religionis differant, dum & summi Pontificis, & suo etiam iussu concilium habeatur, qui sint ipsorum supremi magistratus. Cæsar enim Gallico bello distentus, dabat operam, vt pontificem sibi quacunque ratione demereretur. 98) A conuentu vero Noribergico, Campegii instinctu, Ferdinandus, Archidux Salisburgensis, Bauari frater, Tridentinus, Ratisbonensis Episcopus, item Bambergici, Spirensis, Argentinensis, Augustanus, Constantiensis, Basiliensis, Frisingensis, Passauiensis, Brixinensis episcoporum legati, Ratisbonæ conueniunt, & Iulii die sexto decernunt, vt edictum Wormatiense per suos fines atque ditiones seruetur. 99)

§. XXV. Circa eadem tempora, mense Nouembri 1524. cœperunt in Sueuia a dominis suis dissidere homines rusticani, propter onera, quibus grauari se nimium querebantur: idem & alii deinde vicini faciebant. Et licet Imperii Regimentum, quod tum erat Eslingæ, missis legatis, controuersias aliquot sedaret, hic æstus tamen non conquieuit. 100) Vere primo anni 1525. per Sueuiam atque vicinam Germaniæ partem, quæ est ad Danubium, altera fuit exorta tempestas ordinis plebeii contra quosdam proceres ecclesiasticos, iamque iureiurando ac fide data, in societatem coibant obducta causa, quasi & Euangelii doctrinam tueri, & seruitutem ab se profligere vellent. Magistratus quidem cognoscere de querimoniis ipsorum, & quod iniquum esset, emendare se velle dicebant, verum illi perseuerabant & augescebant indies, neque tamen in aciem prodibant, sed certis diebus per occasionem nuptiarum & id genus conuiuiorum subinde conueniebant. 1) Et hoc ipso tempore euulgata XII. eorum postulata, quorum præcipua erant, vt ipsis liceret Ecclesiæ Ministros eligere, qui verbum Dei pure docerent, nullis admixtis

gensia inuitat, in quibus de Grauaminibus sit agendum, his verbis: *similiter onera seu incommoda Germanice Nationis a secularibus Principibus in hoc conuentu contra Romanam sedem exaggerata, cæteraque Politicorum aduersus Ecclesiasticas expostulationes adornatas atque exhibitas, attentione summa cognoscendi & expendendi.* Adde litteras Cæsaris ad Papam apud GOLDASTVM *Tomo vno p.* 479. 500. GEORGII *Gravam. Germaniæ S. III.*

97) SLEIDANVS hæc plenius declarat *lib. IV. p.* 102. De Actis in his Comitiis ex Archiuo Vinariensi agit SECKENDORF *lib. I. p.* 287. Grauaminа in his Comitiis a Ciuitatibus & Nobilitate Franconica exhibita, reperiuntur apud GOLDASTVM *Polit. Reichshandelu p. XXV. p.* 978. Recessus extat in Corpore p. 201.

98) Plenius SLEIDANVS *lib. IV. p.* 106. *Cæsar datis ab Hispania litteris ad ordines Imperii idibus Iulii grauiter eos incusat ob factum decretum.* Extat Edictum Cæsaris apud CYPRIANI *Tom. III. p.* 303. P. HEVTERVS lib. IX. cap. I. *huius anni* (1524.) *æstate Germani, Cæsare in Hispaniis agente, primum Norimbergæ, deinde Ratisponæ conuentus egerant, tertiumque Spiræ mense Nouembri indixerant. Sed acceptis a Cæsare ex Hispania literis, conuentus Spirensi omittitur, Norimbergici vero ac Ratisponensis pro parte decreta abolentur, quod discessis Cæsar verbis subcret, decreta conuentus Wormatiani, in quo Lutherus tiusque doctrina communi Principum Germaniæ sententia erat condemnata, rescissaque, nisi sciam promeueri indignationem mallent, obseruarentur; confirmans tamen ac rata habens, quæ frater Ferdinandus in conuentu Ratisponensi proposuerat, & e Principum sententia decreuerat.*

99) SLEIDANVS *p.* 104. SECKENDORF *lib. I. p.* 292. Extat mandatum Ferdinandi in Ducatu VVurtenbergensi emissum in GOLDASTI *Reichshandlungen p.* III. *Reichs-Satzungen p. II. p.* 220. *Historie der Religions-Beschwerden p. I. c. I. §. VIII.* Extat apud LVNIGIVM *p. Gen. Contin. p.* 454.

100) SLEIDANVS lib. IV. p. 107. dicit: *mense Nouembri cœperunt a suo domino, Comite Lupfio Sueuo, dissidere homines rusticani, propter onera, quibus grauari se nimium, querebantur.* Idem dicit PETRVS CRINITVS *de bello Rusticano* statim sub initium: *anno ergo iam dicto, incunte vere conuenerunt primum ad res posteа gestas tractandas, subditi Comitis a Lupfin in Hegauia, qui suis magistratibus conditiones quasdam contra quædam grauaminа, suo arbitrio retinendas confirmandasque obtulere, & tandem violentis postulationibus exigebant. Hac fama apud finitimos sparsa & in Algauiam usque prorepente, fortassis non sine culpa quorundam isthic agentium procerum magnatumque, multo plures eadem de re, pluribus ex locis frequenti concursu contra Magistratus, nulla iuris vel integritatis, aut fidei ratione habita cœperunt insurgere.* Idem confirmat HVBERTI THOMAE, Leodii *Historia belli rusticani* sub initium. PETRVS GNODALIVS vero procœmio rusticanorum tumultuum, exemplis demonstrat, hunc tumultum minime ob Lutheri doctrinam, vt cauillabantur Pontificii, fuisse subortum, cum eiusmodi tumultus iam ante quam Lutheri doctrina fuisset audita, ob immodicas exactiones, collationes, impositiones, aliaque onera intolerabilia iamdum fuerint. Idem confirmat SECKENDORF *libro II. incunc.* MART. CRVSIVS *in Ann. Sueuicis lib. X. p. III. f.* 583. addit: *concursum rusticorum prope Vlmam anno* 1524. *cœpisse, quia Abbas quidam rustico morienti, ex veteri seruitutis iure, iumentum vnum, aliis duos equos abstulerat.*

1) SLEIDANVS *lib. IV. p.* 112.

2) De

mixtis hominum decretis: nolle se posthac vllas dare decimas, præterquam frumenti, & has ipsas oportere distribui partim in ecclesiæ ministros, partim in homines egenos, partim in vsus publicos: se nolle esse amplius seruos, sed per Christum factos liberos, se quidem non recusare magistratum a Deo constitutum, seruitutem tamen nolle ferre: syllas, feras, aues atque pisces publici iuris esse debere: de bonis suis se nolle plura præstare quam ab initio pactum. 2) Lutherus equidem, licet hæc ipsorum postulata haut improbasse videretur, ipsos tamen, vt a violentis modis desistant, publicis scriptis hortabatur. 3) Tandem vero rustici tripartito exercitu prodeunt in aciem, vnum agmen confedit prope Biberacum, alterum in Algouia, tertium ad lacum Constantiensem. Et licet Senatus Imperii motus istos componere conaretur, omnia tamen fuerunt frustranea. 4) Hinc, dum Sueuici fœderis socii per legatos Vlmæ conuenissent, qua ratione Vlrico Würtenbergico duci resisterent, deliberantes, 5) atque copias contra eum contraxissent, constituto duce Georgio Truchsesio de Waldburg, Aprili mense cohortes aliquot equitum & peditum Sueuici fœderis Vlma profectæ ad Elchingum monasterium, quod est infra Vlmam ad Danubium, multos rusticorum interficiunt, multos etiam intra vrbem captiuos adducunt. Deinde Georgius Truchsesius, rusticos ad Lippenium oppidum duobus infra Vlmam milliaribus cædit. Inde illis, qui per agrum Vlmensem, Algouiam & ad lacum Brigantinum confederant, deditione receptis, recta contendit ad istos, qui, postquam Winsbergam cepissent, atque Comitem Helfensteinium crudelissime occidissent, per agrum Würtenbergensem late vagabantur, hos etiam, interfectis aliquot millibus, prosligat, in captiuos grauiter animaduertit. Alterum rusticorum agmen in Franconiam ibat, & incensis illic circiter ducentis arcibus, nobilium ædificiis & monasteriis, eoque amplius, Wirceburgum vrbem capiunt, & arcem obsident. Truchsesius autem ex agro Würtenbergico superueniens, ad Engelstatum vicum eos concidit, & in fugam coniicit, post Wirceburgum recepit, arcem obsidione liberat, & multos capite plectit, aduitus a Ludouico, Principe Palatino, qui & ipse aderat. Incendium hoc in vicinam quoque Lotharingiam ex Germania peruenit, sed domiti ab Antonio huius regionis principe rustici, horumque ad XVIII. millia tribus conflictibus fuerunt cæsi. Ad Pfedersheimum quoque agri Wormatiensis oppidum, rustici per Palatinum Principem & Richardum Treuirensem antistitem, fuerunt victi & magno numero occisi. In Brisgoia vero seditio sine cædibus fuit sedata 6) Sic igitur in superiori Germania sedatus fuit vna æstate tumultus rusticanus, cæsis ad minimum quinquaginta millibus. 7)

§. XXVI. Ex Sueuia & Franconia hic tumultus in Saxoniam, Thuringiam, potissimum irrepsit. Orta enim apud Saxones isto tempore secta quædam inspiratorum, ex quorum officina prodiit Storchius & Thomas Müntzerus. 8) Hic Stolberga Cheruscus, primus

2) De his rusticorum postulatis SLEIDANVS *lib. V. p.* 128.

3) Quid Lutherus de iisdem senserit, latius exponit SECKENDORF *lib. II. p.* 6.

4) SLEIDANVS *lib. IV. p.* 113.

5) P. CRINITVS sub initium: *sic illis tandem in Algauia (vt dicere caperam) in loco cui Alba nomen est, quod ego ab Alpibus esse inditum, sunt enim illic altissima iuga montium, crediderim, tum prope Vlmam congregatis, co ventum est, vt eius mali causa, præsertim cum eiusdem temporis occasione, Illustris Princeps Huldericus Dux Wirtembergensis, amissum Imperium Ducatus recuperare conaretur, nobilissimi Sueuici fœderis Heroes, Vlmæ conuenirent, diuersi diuersa, vbi per eorum legatos, quo pacto iis rebus esset consulendum, diligenter consulebatur. Contraxerunt igitur & ipsi geminas non vulgari robore, tam pedestres quam equestres copias, omni commeatu instructas, præsecto his Imperatore generoso & clarissimo barone Georgio Erbtruchses Waltpurgensi. Quæ eum aduersus se produci Dux Wirtenbergensis sentiret, ab incepto suo desistere, dimisso exercitu rebus infectis, quamquam vnum aut alterum eius terræ oppidulum inter Rotwilam & Stutgardiam iam occupauerat, coactus est.* HVBERTVS THOMAS, Leodius, P. GNODALIVS sub initium, SLEIDANVS *lib. IV. p.* 113.

6) SLEIDANVS lib. IV. p. 113. *aderant huic rusticorum Cœdi Ludouicus, Princeps Palatinus, & archiepiscopus Treuirensis Richardus, quorum ille quidem magna vi conabatur furentem militem retinere: hic autem non solum probasse, verum etiam multos ipse confodisse fertur.* PAREVS Hist. Palatina lib. VI. Sect. I. p. 246. *Rusticorum partem tumultuantium indomitam seditionem ad Pfedersheimum, agri Wormatiensis oppidum, & alibi, Ludouicus septemuir armata manu repressit.* Extant litteræ Ludouici, Electoris Palatini ad Melanchthonem de hoc tumultu apud CYPRIANI *Tom. II. p.* 345.

7) Sic belli historiam claudit SLEIDANVS *lib. IV. sub finem.* P. HEVTERVS *lib. IX. c. III.* de hoc bello sic loquitur: *huius anni æstate bellum rusticum in Sueuia primo ortum, ac per vniuersam Germaniam instar contagiosæ luis serpens magna Nobilium ac rusticorum clade ad gestum fuit tumque. Cecidere enim diuersis locis, ductu warriorum Principum, vltra centum quinquaginta millia rusticorum.* CHYTRAEVS *lib. XI. p.* 285. Plenius hanc historiam scripserunt, PETRVS CRINITVS de bello rusticano, IO. ATROCIANVS *in Elegia de bello rustico,* HVBERTVS THOMAS, Leodius *in Seditionis rusticanæ Historia*, qui in Tomo tertio FREHERI extant. IN SCHARDII Tomo secundo reperitur PETRI GNODALII *Rusticanorum Tumultuum in Germania Historia, libris quinque.* MARTINI RINCKHARDI *Monetarius seditiosus*, bellum hoc ingenti sermone vernaculo descripsit. REISNER *lib. III. f.* 51. CONR. VRSP. *Paral. f.* 383. Adde SPALATINI *Vitas* aliquot Electorum, qui Rusticorum XII. Articulos exhibet, atque Monasteria & arces ab ipsis deletas recenset.

8) SLEIDANVS lib. III. pag. 72. *eliscebat ad hoc tempus occulte secta quorundam, qui cum Deo sibi colloquium esse, & mandatum habere se dicebant, vt impios omnibus interfectis, nouum conflituerent mundum, in quo pii solum & innocentes viuerent ac rerum potirentur. Hi suas opiniones clanculum disseminabant, in illa potissimum Saxoniæ parte, quæ est ad Salam-flumen, eorumque sententiam etiam laudabat Carolostadius, vt quidem Lutherus refert: cum-*

primus paſtor Euangelicus Zuiccauienſis, poſtquam diuerſis in locis euangelicam doctrinam propoſuiſſet, 9) Alſtedium venit ad fines Thuringiæ, Palatinatus Saxonici oppidum, nunc ditionis Ilſenacenſis. Huc vbi commigrauit ille, cœpit docere primum non ſolum aduerſus pontificem Romanum, ſed ipſum quoque Lutherum: vtriusque doctrinam eſſe vitioſam & impuram: pontificem nimium duris legibus atque vinculis alligaſſe hominum mentes: Lutherum ſoluiſſe quidem ea vincula, ſed in partem contrariam peccare, nimiumque indulgere, nec ea tradere, quæ ſint ſpiritus. Profitebatur de cruce & carnis mortificatione atque diſciplina, de ſomniis, atque hac ratione multos ſibi conciliabat. Quamdiu de ſomniis & id genus rebus aliis loqueretur, tolerauerat eum Saxoniæ Electo Fridericus, præſertim, cum Lutherus etiam per literas intercederet: verum, vbi ſeditioſe contra magiſtratum concionari cœpit, eiectus fuit e finibus, & menſes aliquot delitescens, Noribergam venit: illinc etiam paulo poſt extruſus, Mulhuſium eſſe contulit, oppidum Thuringiæ, vbi docendi munus accepit: & quia ſenatui minus erat acceptus, effecit, vt tumultuante plebe, nouus ibi crearetur magiſtratus, quod initium erat turbæ. Poſthæc oppidani monachos eiiciunt, eorumque domiciliis inuadunt: ex iis præcipuum ac longe ditiſſimum obuenit Muncero, qui iam non ſolum eccleſiaſten agebat, ſed ſenatorem etiam. Ex reuelationibus enim diuinis iudicandum eſſe dicebat, & ex Bibliis, deque rebus omnibus arbitratu ſuo pronuntiabat, & quidquid diceret, ſacroſanctum illis erat. Bonorum quoque communionem & humanitati cum primis eſſe conſentaneam docebat, vt & dignitate ſint omnes æquales, & conditione liberi, & promiſcue bonis omnibus vtantur. Quo factum eſt, vt vulgus ab operis atque labore deſiſteret, & qua quisque re careret, eam ab aliis, qui abundabant, etiam inuitis, acciperet. Hæc ille per menſes aliquot agitabat. Exorto vero per Sueuiam atque Franconiam tumultu, cœpit & ipſe manus admouere, iamque tempus idoneum adeſſe ducebat perficiendi negotii, & conſtatis in æde Franciſcanorum machinis bellicis, maximam hominum multitudinem ex agris ad ſe perduxit, opinione prædæ ac melioris fortunæ. Socius erat ei conſiliorum omnium, quidam inſigni præditus audacia Phiſerus, Monachus olim Præmonſtratenſis, qui ſomniis nocturnisque ſpectris, plurimum tribuebat. Hic etiam primum facit impetum, vicinum agrum Iſfeldium depopulatur, arces atque templa diripit, ex nobilitate multos profligat, multosque capit, poſt, domum reuertit cum magna præda. Quæ quidem res, quoniam feliciter accidit, magnam excitauit alacritatem in animis vulgi, præſertim cum iam vicini quoque ſe commouerent, & Mansfeldicum agrum inuaderent. Itaque Müntzerus, quod omnes vbique iam deſeciſſe crederet, Mulhuſio profectus cum trecentis, coniungit ſe Francohuſanis. 10) Ad hoc ipſum tempus mortem obiit Fridericus Elector, non relictis liberis legitimis: nam in cœlibatu vixerat, & ſucceſſorem habuit Ioannem, fratrem Germanum. 11) Ritus Exequiarum ex conſilio Lutheri & Melanchthonis Wittebergæ celebratus eſt, omiſſis omnibus, quæ ad veterem ſuperſtitionem pertinebant. 12) Interim vndecim millia ruſticorum ex pagis eiusdem Erfurtenſem Ciuitatem ingrediuntur, templa & Clerum ſpoliant, verum accepta ſtrage ad Francohuſas ligatis in farcinum ſpoliis, ad ſua fuerunt reuerſi. 13) Dum hæc geruntur, Albertus Comes Mansfeldus, celeriter collectis aliquot turmis equitum, & impetu in illos facto, ad ducentos interficit. Ea re perterrefacti, neque longius progreſſi, Francohuſium fuga

que victus auctoritate Lutheri non potuit, quod vellet, Wittembergæ perficere, deſerta domum ſtatione tranſiit ad illos. Ex hoc hominum genere atque officina prodiit Thomas Muncerus, quo quidem authore, per Turingiam & Franconiam poſt nata eſt popularis in magiſtratum ſeditio. Extat de isdem ſcriptum Lutheri contra cœleſtes prophetas & Caroloſtadium *Tomo III. Altenburg. f. 40. ſqq.* SECKENDORF *lib. II. p. 3. & 27.*

9) G. FABRICIVS Origg. Saxon. lib. VII. p. 265. *Thomas Muncerus natus erat Stolbergi in Hercinia: eui a puëritia calliditas & contumacia inerat: ingenio praui & turbulento, animo audace, moribus ad dolum & ſimulationem compoſitis. Is ſtudio Theologiæ ſeſe dederat, & honores conſecutus erat. Initiatus autem de more ad munus Eccleſiaſticum; primum docuit Brunſuigi in Saxonia, deinde Zuiccauii in Miſnia. Hic nactus affectam, hominem impudentem & improbum, Storchium lanificem; cœpit audacter nouas opiniones ſpargere, & eas audacius aſſerere: tum Storchium ipſum pro concione, multitudini commendare.*

10) SLEIDANVS *lib. V. in eunte.* FABRICIVS *p.* 866. De Muntzeri dogmatibus agit SECKENDORF *lib. I. p.* 304. Adde CYPRIANI *Hiſtor. Bericht Tom. VI. p.* 331. *ſqq.*

11) Verba ſunt SLEIDANI *lib V. pag.* 119. SECKENDORF *lib. II. pag.* 5. & præcipue *pag.* 33. SCHVNTZFLEISCH vita Friderici III. IVNCKER *p.* 63. P. LANGIVS *Chron. Citic. pag.* 880. poſtquam laudes illius plurimum prædicaſſet, addit: *Fridericus inſigner ille dux noſter, licet ſe propter regnum Dei minime ceſtrauerit, vxorem tamen legitimam nunquam duxit, hæredes forſan multiplicare cauens, opus hoc fratri ſuo germano Ioanni, thoro legitimo, committens.* Nothos igitur ipſum reliquiſſe Sebaſtianum & Fridericum a Ieſſen CHYTRAEVS docet *Hiſt. Saxon. p.* 415. & SECKENDORF *lib. I. p.* 68. Vide *Sechſiſche Merckwürdigkeiten p.* 445. Huius Electoris vitam ſingularibus libellis & diſſertationibus expoſuerunt IO. ROSINVS, PHIL. MELANCHTHON Oratione funebri HERMANNVS BECKER & VALENTINVS ERNESTVS LOESCHER, qui potiſſimum hunc Electorem contra recentes Pallauicini, Mainburgii, Varillaſii, aliorumque inſulſas calumnias defendit. De ipſius ſepultura KAPPENS *Nachleſe p. II. p.* 606.

12) SECKENDORF *lib. II. p.* 54. Extant iudicia ſuper his exequiis apud CYPRIANI *Tom. II. pag.* 325.

13) GVDENVS *Hiſt. Erfurt. lib. III. p.* 223. Extat

fuga petunt, ibique commorati, maiores copias expectant, hæc res sola impetum illorum tardauit, eaque mora interposita, vicini Principes equitatum conscribunt ad mille quingentos, & peditatum non magnum. Hi erant, Saxoniæ princeps Electoꝛ Ioannes, eiusque patruelis Georgius, Hessiæ Landgrauius Philippus, & Brunsuici Dux Henricus. Non longe a Francohusio, consederant rusticani ad octo circiter millia in monte, & contractis curribus muniendi sui causa, difficulter poterant adiri, sed neque tormentis nec armis erant idonee instructi, & plerique omnes rei militaris imperiti. Quapropter etiam principes, miseratione quadam impulsi, missis internuncijs hortabantur, vt traditis modo seditionis authoribus, ab armis discederent, & impunitate proposita, domum redirent. Muncerus autem de suo periculo sollicitus, habita concione, suos hortatur, & dum in cœlo se præsentaret Iris, hoc ipso, tanquam victoriæ certissimo signo abutebatur. Postquam igitur Philippus, Hassiæ Landgrauius suos oratione concitasset, fit XV. Maii 1524. impetus in hostem, & tormentis res agitur. Vbi vero miseri homines, velut attoniti, ac mente capti, neque se defendebant, neque fuga salutem petebant, & carmen illud popular, *Veni Sancte Spiritus*, cantabant: plerique enim confisi pollicitationibus Muntzeri cœlestem opem expectabant. Emissis tormentis, cum iam in munitiones fieret impetus, ac multi passim interficerentur, ibi demum in fugam coniecti, Francohusium petunt: alii quidem in diuersam montis partem se recipiunt. Ceciderunt in conflictu quinquies mille, Francohusium fuit captum. Profugerat in oppidum Muntzerus, inque domum, non procul a porta, sese abdiderat: huc forte nobilis quidam diuertit: cuius famulus cum in superiorem ædium partem ascendisset, spectandi causa domicilii, reperit quempiam decumbentem in lecto, rogat qui sit, an ex tumultu profugerit, an sit e seditiosis vnus: inficiatur ille, seque iam pridem air febricitare: forte iacebat ad lectum crumena, corripit eam alter, vt aliquid auferret prædæ: postquam aperuit, literas offendit, quibus Muncerum admonebat Albertus Mansfeldius, vt ab incepto desisteret: iis perlectis litteris rogat, num ad ipsum eæ datæ, neganti vim intentat: tum ille deprecatur, seque Muncerum esse fatetur: captus igitur, ad Georgium Saxoniæ principem, atque Landtgrauium abducitur. Ab iis rogatus, quid ita miseros homines in fraudem pertraxerit? nihil a se præter officium esse factum, & magistratus, qui doctrinam Euangelii non ferant, eiusmodi rationibus esse coërcendos, respondit. Postea deductus Heldrungam, graui de ipso quæstione habita, quid sui fuisset propositi, & quos haberet socios coniurationis, fatebatur. Heldrunga profecti Mulhusium principes, e seditiosis quamplurimos capite plectunt, & in his Phiferum. Huc etiam paullo post adducitur in castra Muncerus, qui tum in iis angustiis admodum fuit animo perturbato atque abiecto, neque suæ fidei rationem explicare poterat, vt in eo temporis articulo fieri solet, sed Brunsuici dux Henricus voce illi præibat: moriturus autem adgnoscebat delictum & errorem, idque palam profitebatur, & militum septus corona, principes hortabatur ad maiorem clementiam erga miseros homines, fore, vt nullum eiusmodi posthac sit ipsis extimescendum periculum, simul monebat, vt sacræ scripturæ libros, qui sunt scripti de regibus, diligenter euoluerent, eo confecto sermone, gladio percutitur, & exempli causa caput eius adfixum hastæ, mediis in campis collocatur. 14)

§. XXVII. Nihilominus Carolus V. Francisci Sfortiam Ludouici filium per litteras in oppido Tordesillas penultimo Octobris 1524. datas, de Mediolanensi Ducatu inuestit. 15) Mense Septembri 1524. Borbonius, inuitus licet, ac Piscarius, mediocri peditum equitumque coadunata manu, Galliam Narbonensem inuadunt, Aquas Sextias recipiunt, locisque aliquot munitis expugnatis, ad Massiliam castra locant, quam productis maioribus tormentis oppugnare incipiunt. Sed aduenientе magnis cum copiis Francisco I. Rege, soluta obsidione, in Italiam eodem mense citato gradu reuertuntur. 16) Iisdem cum copiis Alpes transcendens, Mediolanum capit; Ticinumque, quod Antonius Leua defendebat, obsidione premit. 17) Ineunte anno 1525. Pontifex cum Francisco fœdus iniuit, Hispanos Lombardia exterminandi: adparatus igitur fiebat, ipsos etiam ex regno Neapolitano eiiciendi. 18) Postquam per bimestre spatium Franciscus in obsidione Papiensi hæsisset, viribus attritis, die Februarii XXIV. anni CIↃ IↃ XXV. post mediam noctem,

Extat epistola Senatus Erfurtensis ad Phil. Melanchthonem *c. l. p.* 343.

14) De singulis hisce latius SLEIDANVS *lib. V. p.* 119. SECKENDORF *lib. II. p.* 11. FABRICIVS *lib. VII. p.* 866. *sqq.* CHYTRAEVS *Saxonia p.* 286. THVANVS *lib. I. p.* 27.

15) Extant hæ litteræ apud du MONT *Tom. IV. p. I. p.* 398.

16) Verba sunt P. HEVTERI *lib. IX. cap. I.* P. MARTYR *ep. DCCCIII.* REISNER *f. 34.* BELCARIVS *lib. IV. p.* 544. GVICCIARDINVS *lib. XV. p.* 477. PIOVIVS *vita Ferd. mandi Davali p.* 363. SLEIDANVS lib. IV. p. 107. *per hanc æstatem, Carolus Borbonie Dux, Connestablius Gallie, qui anno superiori partim, sua sponte, partim a Cæsare sollicitatus, defecerat, Massiliam obsidet sed frustra. Discedentem in Italiam, rex magna celeritate consequitur, & per Insubriam plerisque locis occupatis, ipsa etiam vrbe Mediolano capta, sub hyemem obsidione cingit Papiam, ad Ticinum flumen oppidum.* Le P. DANIEL *Tom. III. p.* 155.

17) P. HEVTERVS *c. l.* Progressus Gallorum in Ducatu Mediolanensi describit GVICCIARDINVS *lib. XV. p.* 482. P. MARTYR *ep. DCCXCIV. DCCXCV. DCCCV.* Le P. DANIEL *Tom. III. p.* 165.

18) GVICCIARDINVS *lib. XV. pag.* 486. PRVD. de SANDOVAL *Hist. captiu. Francisci I.* §. *IX.* REISNER *Hist. Frundsberg lib. III. pag.* 37.

noctem, ad Papiam, olim Ticinum, Carolus Lanoius, Carolus Borbonius, Ferdinandus Daualus, Alfonſus Vaſtius, Antonius Leua, Duces Cæſareani, coadunatis copiis, caſtra Regis Franciſci, quæ in ferarum iuxta vrbem ſepto communita habebat, inuadunt, commiſſoque variis locis cruento acrique prœlio, tandem fuſis fugatisque Francis, amplifſimoque Francicæ nobilitatis equitatu diſſipato, memorabilem victoriam, capto Rege Franciſco, octodecim viris illuſtribus, multa nobilitate, ac militum multitudine ingenti in poteſtatem redacta, 19) cæſisque circiter decem virorum millibus, & inter hos viginti Proceribus, obtinuere. E Cæſarianis circiter octingenti ſunt deſiderati. 20) Franci ex vniuerſa Italia pulſi.

§. XXVIII. Cæſar in Hiſpania X. Martii Regis captiui ac Proregis Lanoii litteris de victoria certior factus, tanta moderati animi ſigna dedit, omnes vt ſummopere obſtupeſcerent. 21) Habito igitur conſilio, proponebantur Franciſco liberationis conditiones, quas tamen ipſe reiiciebat. 22) Prorex vero Lanoius captiuum Regem in Hiſpaniam, prout ipſe petebat, inſcio Borbonio & Marchione Peſcario, ſecum vehit, 23) Barcellonam adpellens. Iuſſus eſt duci in arcem oppidi Sciatiuici, in Regno Valentiæ: mox inde, exorante Lanoio, haud procul Vrbe Valentia, in viri nobilis domum, cui venatio inſignis adiacebat: 24) poſtremo in arcem Madritianam, in regno Caſtellæ, cuſtodiente eum veteri Præfecto Alarcone: nullaque ratione Rex obtinere potuit, in Cæſaris conſpectum admitteretur, quanquam ſummo cum honore & vt Regem decebat, haberetur. 25) Menſe Auguſto, Cæſar in Italiam mittit Lopem Vttardum, vt a ſummo Pontifice poteſtatem impetret ducendi in vxorem Eliſabetham, filiam natu maximam Emanuelis Portugalliæ

BELCARIVS *lib. XVIII. p.* 546. Extant capita fœderis apud SPALATINVM *ad a.* 1525. & litteræ Pontificis ad Cæſaris fratrem Ferdinandum, d. VI. Ianuarii 1525, quibus ipſi hoc fœdus ſignificat.

19) Verba ſunt P. HEVTERI *lib. IX. c. II.* Prœlium hoc deſcribit GVICCIARDINVS *lib. XV. p.* 514. qui etiam diem hoc modo definit: *ea nocte, quæ XXV. Februarii diem, qui ex Chriſtianorum ritu Matthiæ Apoſtolo ſacer eſt, & idem Cæſaris natalis dies erat, præceſſit.* Idem p. 515. *media nocte omnes milites ducum iuſſu, vt a Gallis internoſcerentur albis tunicis ſupra arma induti.* Idem confirmat REISNER *Hiſt. Frundsberg lib. III. f.* 41. qui etiam hanc rationem addit, vt terrorem faceret Gallis: *damit der Hauff daraus der Hæmiſch ſcheinet, bey Nacht deſto graſſer und ſchrecklicher were anzuſehen.* Hic etiam prœlium iſtud varie deſcribit. Singularia ſunt, quæ de hoc prœlio narrat SLEIDANVS *lib. IV. pag.* 112. Le P. DANIEL *Tom. III. p.* 171. In SCHARDII *Tomo III. pag.* 607. exiat *Papienſis obſidionis, & eorum, quæ in ea accidere, hiſtorica narratio* ab HADRIANO BARLANDO deſcripta. BELCARIVS *lib. XVIII. p.* 553. qui hanc pugnam Mirabellanam vocat. GALEATIVS CAPELLA *lib. IV. fin.* P. MARTYR *ep. DCCCX.* Cauſſam cladis ipſe Franciſcus talem protulit: *ſe deceptum ab Heluetiis, qui non modo ſuam, ſed omnium etiam opinionem turpiſſime ſe feliſſent, & auare ab Italis fraudatum, qui in recenſionibus cohortibus falſum militum numerum refrere eſſent ſoliti: deſertum demum nimis propere a tertio equitum agmine ſemel inclinatam aciem vlla arte bellica virtutis vlloque præſentis animi conatu reparare nequiſſe* apud IOVIVM *pag.* 851. De anno prœlii Chronoſtichon eſt GEORGII SABINI

regIa sVCCVMbVnt pVgnaCIs LILIa gaLLI

aliudque:

arMa aqVILæ VInCVnt LILIa CæſIs trVCIs.

20) De occiſorum in hoc prœlio numero variant Scriptores. Hæc verbis HEVTERI ſcribo REISNER *lib. III. f.* 45. occiſa dicit viginti hominum millia & fere totidem capta. GVICCIARDINVS lib. XV. fub finem: *conſtans opinio fuit, eo in prælio, partim cæſos, partim in Ticino ſubmerſos, ſupra octo millia hominum ex Gallico exercitu & circiter viginti ex præcipuis Galliæ principibus interiiſſe.* P. MARTYR ep. DCCCXII. *diuarum horarum ſpatio ſcribit Prorex ipſe ad Cæſarem, cuius ego literas legi, millia hoſtium quinque & viginti fuiſſe trucidata. Impuliſſe calammm plerique arbitrantur, obruta vero in alueo Ticini fugientium corporum quinque millia.* HARAEVS *ad a.* 1529. P. IOVIVS *lib. XXII. p.* 23. Latius vero Idem hoc prœlium deſcribit in vita Ferdinandi Dauali *libro VI.* FRANCISCVS BELCARIVS *in Comment. rer. Gall. lib. XVIII. ad a.* 1524. FRANCISCVS BELLEFOREST *in Annal. Franciæ lib. VI. c. XXXVI.* ARN. FERRONVS *in Hiſt. Franciſci I.* Diſcurſus de hoc bello apud GOLDASTVM *pag. XI. der Reichshandel pag.* 284. CHYTRAEVS *lib. XI. pag.* 284. ADAM REISNER *lib. III.* THVANVS *lib. I. ad a.* 1525. Le P. DANIEL *Tom. III. p.* 172. Haut ita pridem prodiit *Hiſtoria captiuitatis Franciſci I. authoribus* PRVDENTIO de SANDOVAL & LVDOVICO de CABRERA de Cordua ex hiſpanico in latinum ſermonem translata, *Mediolani* 1715. 8. qua omne negotium prolixius exponitur. Adgnoſcit autem hæc translatio ADAMVM EBERTVM auctorem, Iuris apud Viadrinos doctorem. Communis eſt traditio, ſemper ſeptimum Gallorum regem factum fuiſſe captiuum, cuius tamen fallitatem in Obſeruatione XII. Tomi V. Obſeruationum Halenſium demonſtraui.

21) HEVTERVS *lib. IX. c. II.* BELCARIVS *lib. XVIII. p.* 557.

22) GVICCIARDINVS *lib. XVI. p.* 537. hæc conſilia plenius deſcribit, & BELCARIVS *lib. XVIII. p.* 557. quorum ſummam exhibet HEVTERVS, dicens: *tres præcipue proponebantur ſententiæ. Prima ſuadebat, Regem perpetuo, ſed honeſto, carcere aſſeruaret. Altera dimitteret, datis legibus quæ ad perpetuam ſtabiliendam amicitiam, componendumque Reipublicæ ſtatum, facere poſſunt. Tertia, quam maximo poſſet emolumento ac commodo Regem in libertatem reſtituteret. Prima fuit reiecta. Secundam, cuius auctor erat Oſmenſis Antiſtes, Cæſari a confcientiæ ſcrupulis, nonnulli ſunt amplexi, alii reiecere. Tertiam, cuius auctor fuit Fridericus Toletanus, Albæ Dux, ingenti Procerum, Dutumque aſſenſu Cæſar eſt amplexus.* De his conſiliis etiam plenius agitur in Hiſtoria captiuitatis Franciſci *lib. II. p.* 101. vbi p. 108. oblatæ Regi conditiones recenſentur. Hiſtoria vero Captiu. *lib. II. §. XII. ſqq.* prætenſiones Cæſaris in Burgundiam examinat.

23) HEVTERVS *c. l.* Hiſt. captiu. *lib. II. §. X.* GVICCIARDINVS *lib. XVI. pag.* 539. IOVIVS *vita Ferdinandi Dauali lib. VII. p.* 869.

24 P. HEVTERVS *c. l.* Hiſt. Captiu. *tit. loc.* GVICCIARDINVS *p.* 560.

25) HEVTERVS, GVICCIARDINVS *cit. loc. Quare Cæſar prorege & Montmorencio audito, Gal-*

Digitized by Google

liæ Regis, annum ætatis vigesimum secundum agentem: misitque per eundem Lopem concluso cum Pontifice fœdere, 26) Francisco Sfortiæ certis legibus numeratisque 600. Ducatorum millibus, ob ingentes sumptus, in recuperando Ducatu Mediolanensi impensos diploma, in Palatio Cæsareo d. 27. Iulii 1525. datum, quo eum Mediolani Ducem renuntiat, dum e contrario dictus Dux Cæsari, eiusdemque Successoribus cederet, quidquid Iuris vel Actionis haberet, vel prætenderet habere in Ducatu Barensi, cæterisque in Regno Neapolitano sitis. 27) Detecta autem eiusdem coniuratione cum Venetis & Pontifice, conciliante Hieronymo Morono, qua Cæsarem ex Italia plane eiicere conabantur, Mediolanum cum maxima ditionis parte occupat, Sfortiamque in arce obsessum circumvallat. Cremonensem quoque arcem obsideri curat, vniuersam Insubriam in Cæsaris potestatem recidisse adserens, quod cliens Sfortia contra Maiestatem patroni Cæsaris coniurasset. 28) Anglorum etiam Rex Henricus Cæsaris crescentem potentiam habens suspectam, XXX. Augusti 1525. cum Ludouica Sabauda, Francisci matre, fœdus pangit 29) Die XI. Augusti an. 1525. Toledi inducias trium mensium fuerunt conclusæ inter Carolum V. Franciscum I. atque Henricum VIII. quibus durantibus, circa anni 1525. finem Rex Franciscus desiderio libertatis, ex animi ægritudine in tam periculosum incidit morbum, 30) vt medici de salute desperantes, Cæsari, consulerent, eum (quod summopere petebat) inuiseret. Verebatur enim, ne Regiæ mortis auctor accusaretur, si obstinate vitata eius præsentia, in pertinaci proposito perstitisset. Persuasus Cæsar, Regem consolandi causa adit, maturamque ei libertatem æquis conditionibus promittit. 31) Insequenti a. 1526. Clemens VII. Papa per litteras prolixas pro Francisco Sfortia intercedit. 32) Tres tunc in Senatu Imp. præcipuæ proponebantur sententiæ. Prima suadebat, Regem perpetuo sed honesto carcere adseruaret. Altera dimitteret, datis legibus, quæ ad perpetuam stabiliendam amicitiam componendumque Reipublicæ statum facere possent. Tertia, quam maximo posset emolumento ac commodo Regem in libertatem restitueret. Prima fuit reiecta, Secundam, cuius auctor erat Osimensis Antistes, Cæsari a conscientiæ secretis, nonnulli sunt amplexi, alii reiecere. Tertiam, cuius Auctor fuit Fridericus Toletanus, Albæ Dux, ingenti Procerum, Ducumque consensu Cæsar est amplexus. 33) Tandem vero XIV. Ianuarii 1526. Franciscus I, postquam coram notario & testibus in captiuitate clanculum fuisset protestatus, se quidquid agat, non nisi coactum agere, idemque nullius fore effectus, 34) cum Carolo transigit, his potissimum

liæ regem in Castella regnum, in Madrilii arcem locum valde a mari & Gallie finibus remotum, vbi in eo honore & reuerentia, quæ tanto principi debebantur, habitus, tamen diligenter & accurate, nisi quod interdum extra arcem mulæ insidens prodeundi facultatem haberet, duci mandauit. Sub arce autem Madriliana nulla alia quam arx regia Madriti intelligitur. Sic enim Hist. Captiu. c. 1. *vbi Mantuam Carpetanorum pertenuit, arce Imperiali iussus hospitari, quam incoluit, donec libertate potitus.* BELCARIVS lib. XVIII. p. 562. *Rex in arcem Madritiam a mari Gallieque finibus longe distantem deductus, inde quoties vellet, sed mula insidens, & cum iusto præsidio exire posset: neque enim ad colloquium Cæsar, nisi prius cum ipso conuenisset, aut quin conueniret, non multum abesset, admittere volebat.* Sic & IOVIVS Vita Ferdinandi Dauali. *Madritum autem peruenienti, ibi subsistere recreareque sese, & Cæsaris opperiri aduentum iubetur, quem longinquis intentum venationibus intra paucos dies eo peruenturum esse confirmabant.* Inde COLMENAR *Delices de l' Espagne p.* 235. eandem arcem captiuitatis Francisci I. locum facit. Tempus indicat P. MARTYR ep. DCCCXIII. dicens: *Gallum ergo in Matritensem tancam die augusti quarto decimo Aquila clausit.*

26) De fœdere hoc inter pontificem & Florentinos, atque Cæsarem concluso GVICCIARDINVS *lib. XVI. p.* 528. 555. 557. IOVIVS *p.* 858. BELCARIVS lib. XVIII. p. 556. *vt in fœdus, quod tum Lanoio iclurus erat, Veneti reciperentur, mirandum in modum Clemens laborabat: verum illi pecuniam, quam posset at Lanoius, pendere recusabant: tantum enim, quantum in bellum impendissent, & vt in posterum non milites sed pecuniam conferret, deposcebat; quod & a cæteris, qui Adriani fœdere comprehendebatur, exigebat. Quod si difficiles Veneti præbebant, Clementi ex vsu erat: si quidem Lanoio, ne res nouas illi molirentur, suspicionem mouebat. Tandem omissis Venetis fœdus inter Clementem, ac Cæsarem Lanoio pro Cæsare, Ioanne Bartholomeo Gattinario cum mandato amplissimo pro Lanoio spondente, Romæ, Kalendis Aprilis ictum est.*

27) HEVTERVS *lib. IX. c. II.* GVICCIARDINVS *p.* 559. 561. Extat ipsa conuentio apud du MONT *Tom. IV. p. I. p.* 434.

28) HEVTERVS *lib. IX. c. III.* GVICCIARDINVS *lib. XVI. p.* 566. 575. IOVIVS *pag.* 869. Hist. Captiu. *lib. II. §. XXIII. sqq.* REISNER *f.* 54. BELCARIVS *lib. XVIII. p.* 564.

29) Extat illud in RECVEIL DES TRAITTES DE PAIX *Tom. II. p.* 102. du MONT *Tom. IV. p. I. p.* 434. BELCARIVS *lib. XVIII. p.* 560.

30) HEVTERVS *lib. IX. c. III.* GVICCIARDINVS *lib. XVI. p.* 571. qui addit: *quo etiam Cæsar iturus esset, princeps scriba, iurisque prætellus, quem Magnum Cancellarium vocant, id dissuasit, cum diceret, nisi eo animo ad eum iret, statim & sine patitione eum liberum esse vellet, ex ipsius dignitate non esse: & nisi id faceret eum humanitatem non sugiam, sed mercenariam fore: eiusque fruendi desiderium, non ab eius salutis amore, sed a propriæ vtilitatis studio ne videlicet eius morte fructu, quem ex victoria sperabat, priuaretur, proficisci.* Hist. Captiu. *lib. II. §. XVI. IOVIVS p.* 880.

31) In paroxysmo fæpius his verbis fuit vsus: *L' Imperadore haueri il piacere di farmi morire nelle sue prigioni senza vederlo.* LETI *Vita di Carlo V. p. I. lib. III. p.* 287.

32) HEVTERVS *lib. IX. c. IV.* GVICCIARDINVS *lib. XVI. pag.* 593. SLEIDANVS *lib. VI. pag.* 146.

33) Verba sunt PONTI HEVTERI *lib. IX. c. II.* Adde PHIL. FRIDERICI HANE *Memoriam Mercurini Gattinara §. V.*

34) Extat ista Protestatio in RECVEIL DES TRAITTES DE PAIX *Tom. II. p. 107.* du MONT

Tom.

mum conditionibus, vt Franciſcus Burgundiæ Ducatum atque Comitatum cum omnibus, quæ ab iis dependent, ſexta a die liberationis ſeptimana cedat: filios natu maiores duos, Franciſcum Delphinum, ac Henricum Aurelię Ducem, aut huius nomine duodecim Proceres det obſides, vsque dum dictæ regiones fuerint reſtitutæ: Franciſcus renuntiet omni iuri ſuo in Regnum Neapolitanum, Siciliæ, Principatum Mediolanenſem, vrbem ditionemque Genuenſem & Aſtenſem; renuntiet æque fœderi Nouiodunenſi, aliisque, quæ olim ſuper dictis prouinciis fuerint concluſa, iuri quoque ſuo, quod in Flandriæ quædam oppida, ſupremam etiam iurisdictionem in eundem atque Atrebatenſem Comitatum prætenderet. Rex Leonoram Cæſaris ſororem, natu maximam, viduam Emanuelis, Portugalliæ Regis in vxorem ducat, & cum ea dotis nomine ſemel ducenta millia aureorum liliorum accipat, cum annua penſione, quam cauſa mortis dicti Regis Emanuelis ei Luſitani ſoluant, itemque Comitatum Maſconenſem, Auxerræ, ac Barræ ad Sequanam, in quas ditiones liberi tantum eorum mares ſuccedant. Franciſcus Delphinus filius Regis natu maximus, Mariam dictæ Eleonoræ filiam in vxorem ducat. Rex Henrico Albretano, Carolo Geldriæ Duci, Vlrico Würtenbergico contra Cæſarem non ſit in auxiliis: Cæſarem ad petendam coronam Romanam claſſe adiuuet, Anglo ſummam quingentorum aureorum liliorum millium ſoluat, Carolum Borbonium, aliosque, qui cum Cæſare fecerant, reſtituat. Has pacis leges a Regni ſui Ordinibus approbari, ſacramento muniri, ſubſignari, ac ſigillorum appenſione confirmari curet, interpoſito vero iuramento Cæſari promittat, ſi dictis conditionibus ſtare non poſſit, in eius poteſtatem, vbicunque terrarum tum temporis fuerit, receptis obſidibus rediturum. 35) Deſponſata inde, Ileſcæ, inuito licet

Tom. IV. p. I. p. 413. in qua, poſt longam præfationem de iniuriis Cæſaris aduerſus Carolum, dicitur: *parquoi ledit ſieur Roi ſe voiant en extreme neceſſité de ne pouvoir & recouvrer ſa liberté, & ſecourir ſon roiaume, qui a tel beſoin de ſa preſence, que chacun ſait, pour la debilitation de Madame ſa mere, qui eſt ſouvent malade, & de Meſſieurs ſes enfans en ſi bas age, & état d' innocence, qu'ils ne peuvent aider l'un a l' autre; & tous enſemble ne ſauroient ſubvenir aux vrgentes afaires de ſon roiaume, pour lequel ledit Sieur deſire employer ſa vie & propre perſonne, & auſſi meſſieurs ſes enfans, qui ſont, & doivent etre reputez les enfans de la choſe publique. Proteſte devant Dieu, & ès preſences des deſſus nommez qu'il ne vent & n' entend faire aucune choſe contre l' honneur de Dieu, ni contre ſon honneur ni au preiudice & dommage de ſon roiaume. Et le traité qu'il lui faut ceiourdui ſigner au profit de l' Empereur, il l' a fait & fait pour eviter les maux & inconveniens, qui pourroient avenir à la Chreticnté, & à ſon roiaume; & que c' eſt par force & contrainte, detention & longueur de priſon, & que tout ce qui eſt contenu en icelui ſera & demeurera nul & de nul effet; & eſt deliberé de garder & pour ſuiure les droits de la couronne de France; & proteſte de nullité de tous pactes, conventions, tranſactions, renonciations, quitances, derogations, & ſermens, qu' on lui fera faire contre ſon honneur, & le bien de ſa Couronne ſoit au profit dudit ſieur Empereur, ou autre.*

35) HEVTERVS *c. l.* qui etiam pacis conditiones prolixe refert. SLEIDANVS *lib. VI. p. 146.* BELCARIVS *lib. XVIII. p. 569.* BRAVDTLACHT *Hiſt. Pacif. c. VI. p. 32.* Hiſt. Captiu. *lib. III. §. II. abſoluta igitur pacis pactio Mantuæ Carpetanorum decimo quarto Ianuarii anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſexto inter Carolum V. & Franciſc. Valeſium Franciæ Regem perpetuæ quidem gratia concordiæ, ſed ipſi male adeo fida, vt potius cauſa quemadmodum vlteriora teſtabantur, cædium & deuaſtationis.* Sequuntur inde §. *III.* Pacis conditiones. Idem §. *IV. Poſtquam Capitulatio in ſcripturam redacta, Archi-Epiſcopus reſumpta veſte Eccleſiaſtica Miſſam cantandi ſe applicuit; ipſaque, vbi eorum altari deſunctus, manibusque Euangelium apertum exhibuit, acceſſit Rex Galliarum, per Corpus Chriſti paulo ante ad manducandum ibi prabitum & per Sancta Euangelia, quæ nunc manu tangeret, iuraſſe, ſe nunquam tota vita Pacificationem memoratam violaturum, nec alii fauturum, qui id peragere audere.*

Prorex Neapolitanus, Hugo de Moncada, Ioannes Alemannus Secretarius, qui mandatis ad concludendam & iuramento confirmandam capitulationem inſtructi, ſimul ac Rex iuraſſet, & ipſi eodem modo iurauerunt. Iurisiurandi religione ab vtraque parte interpoſita, Pro-Rex Neapolitanus Regem Franciæ promittere curauit, ſe, vt Regem Chriſtianiſſimum Principemque, quando quid pollicetur, decet, intra ſex menſes in Hiſpaniam captiuitatem rediturum, ſi quidem præſtare non valuiſſet, quod Pace prædicta conuenium. Alacri vultu & voce alta hæc futura Rex ſpopondit, quamuis male poſtmodum promiſſa coluerit. Hæc promiſſa ſæpius a Franciſco fuerunt iterata, prout tradit Hiſtoria Captiu. *lib. III. p. 178.* Le P. DANIEL *Tom. III. pag. 208.* GVICCIARDINVS *lib. XVI. p. 594.* conſilia in Cæſaris ſenatu de Franciſci liberatione, atque Orationes Mercurii Gattinarii & Lanoii refert, tandem etiam pacis adducit conditiones. IOVIVS lib. VII. p. 881. *Lanoii Belgarumque omnium ipſius præſertim Pyſcarii vna atque eadem erat ſententia, vt aliquid de grauioribus poſtulatis Franciſco remitteret, cumque ſibi fœdere ac amicitia conſociaret, vt totius Galliæ facultatibus ad euertendas Italiæ reſpublicas vteretur.* Idem p. 882. *Hæc omnt ante alios minime probabat Mercurius, Epiſtolarum Magiſter honeſta & ſalutaria prudenti conſilio ſemper afferre ſolitus. Is multo honeſtius ac ſpecioſius Cæſarem dignitati & commodis conſulturum oſtendit, ſi tua prius quam aliena appeteret, vt æquum eſſet, recuperanda cenſeret. Burgundiam a Gallis fraude potius quam armis occupatam ante omnia bello aut pactione recipiendam videri: neque ante imprudenter Gallum Regem quem iure belli captum teneat, debere dimitti, quam totius Burgundiæ vrbes atque arces in poteſtatem redigantur: quibus ſemel receptis ſintimam Galliam repentini belli metu perpetuo ſibi obnoxiam, & pacis legibus obtemperantem fore: ac ſi inani ac intempeſtiuo nouæ gloriæ nomine ducereur, Regeque in libertate reſtituto, ea omnia ex eius liberalitate ſe adepturum confideret, ſenſurum illico Gallicas fraudes: ipſumque Franciſcum modo Gallie ſaluti amplitudinique proſpiciat, absque vlla violati iurisiurandi verecundia defecturum.* Idem dicit HEVTERVS *lib. IX. c. V.* Pacis vero conditiones exhibet GVICCIARDINVS *lib. XVI. pag. 610.* REISNER *lib. III. f. 53.* RECVEIL *Tom. II. p. 112.* du MONT *Tom. IV. p. I. p. 389.* THVANVS *lib. I. p. 17.* HARAEVS *ad a. 1526.* BELLAIVS *lib. III. p. 84.*

licet Borbonio, Francisco, Cæsaris sorore, Eleonora, relictisque duobus filiis obsidibus, e captiuitate fuit liberatus. 36) Has conditiones tanquam Cæsari pernicioſas, dum Gattinara, Cæsaris Cancellarius subscribere noller, potius Francisceum aut plane libertati esse restituendum aut sempiterna custodia coercendum concludens, ipse Cæsar subscripsit. 37)

§. XXIX. Liberatus Francisceus, instante licet per legatos Cæsare, Burgundiam tradere denegabat, in sua non esse potestate dicens, de Regni Francici corpore membrum aliquod separare, nisi Ordinum consensu ita decernatur, peramice petens, Cæsar traditionem Ducatus Burgundiæ in summam pecuniarum transmutet. 38) Hinc Episcopus Tarbensis & Præses Burdegalensis, Francisci I. Legati, in præsentia Legatorum Anglicorum, d. Iouis 21. Septembris an. 1521. Palentiæ Cæsari æquiualentis loco duo myriades Thalerorum Francicorum menſe Septembri offerebant, quæ tamen Cæsar recusabat. 39) Quo Cæsar audito, non parum animo perturbatur, circumuentum se a Rege, cum non exigua existimationis suæ læsione, videns. Decernit tamen, nil de traditione Burgundiæ immutare, sed in eo pacis capite satisfaciendo obstinate perseuerare, imo potius paceм cum Venetis ac Pontifice facere, restituto Mediolani Sforcia, quam a Rege, qui paulo ante suus fuerat captiuus, periculi denuntiatione, cogi ad nouam iniquamque transactionem. Cæsar igitur, Borbonium, tradita ei Ducatus Mediolanensis gubernatione, eo properare, Lanoium in Regnum Neapolitanum proficiſci, Hugonem Moncadam, maris præfectum, ad Pontificem tendere, classem vero Barcellonæ extemplo instrui iubet. 40) Quibus

36) BELCARIVS lib. XVIII. p. 570. *omnes huiusce modi fœdus admirati sunt: nec quisquam fuit, qui Regem suæ libertati restitutum maiore Burgundia cessurum existimaret, pauci exceptis, nimirum fœderis ipsius authoribus; quos pecunia corruptos plerique suspicati sunt. Clamabat ac reclamabat in primis Gattinarius Cancellarius, & quamquam Cæsar iratus iubebat, subscribere tamen recusauit, in rebus adeo Cæsari perniciosis authoritate, quam Cæsaripse dederit, haud vsurus: cuius damnatæ pertinacia Cæsar ipse subscripsit, & Madritium ad confirmandam affinitatem, ineundamque cum Rege amplius amicitiam se contulit.*

37) SLEIDANVS *lib. VI. p. 146.* Hist. Captiu. *lib. III. §. V.* De conuentu Regum Ilesecæ facto: *tunc vero verbis de præsenti sponsalibus peractis, Imperator arrepta Germanæ dextra, & Franciæ Rex Eleonoræ sponsæ suæ ad proximum conclaue properârunt, vbi duæ horæ hilaritate epulisque praterierunt. Relictis Regnis vterque Regum Torreionum pernoctandi abiit, nolente Imperatore concubitum nouis conitigibus permittere, ante quam Franciscus redux in patriam conuenta executus.* SLEIDANVS p. 147. *His conditionibus, cum fidem Cæsari dedisset, liberatus, domum redit, & Hispaniæ finibus egrediens, filios duos, Franciscum & Henricum, valde paruulos, obsides ibi relinquit, vti conuenerat, & nisi pacta seruaret, captiuum sese denuo sistere pollicetur.* GVICCIARDINVS *lib. XVI. exeunte.* Hist. Captiu. *p. 185.* BELCARIVS *lib. XVIII. p. 570.*

38) Hist. Captiu. *lib. IV. p. 197.* BELCARIVS *lib. XVIII. pag. 571.* MARTIN. BELLAIVS Comment. lib. III. p. 84. *Cæsar suos legatos Bayonam vna cum Rege abire iussit, vt pactionis conditiones regnum ingressus statim confirmaret: quibus quum eo peruenissent, respondit prius explorandum esse animum & sententiam suorum subditorum Burgundiæ, quos nonnisi ipsorum voluntate alienare a se posset: se breui Ordinum totius Ducatus panegyrin haberi curaturum, vt eorum mentem intelligere posset.* Idem p. 85. *Cæsar vbi Regis responsum quod legatis Bayonnæ dederat, retulit, prorogem Neapolitanum Carolum Lannoium, Mingouallium ducem Traiectanum & Alarconem ad eum mitti, sperans a ducatui Burgundiæ Ordinibus, quod cupiebat decretum iri: quod omnino aliter accidit. Coniacum ad illum venium, excipiuntur & tractantur magnificentissime, sed pauci interpositi diebus rem parum gratam confecium: fœdus enim coram vidit & audiuit praconio publico recitari initum inter papam Clementem, Regem, Anglum, Venetos, Helvetios & Florentinos, quod sacrum fœdus adpellatum est: cuius hæ conditiones erant, vt Italia in libertatem exteris omnibus expulsis vindicaretur, Sfortia ducatum Mediolanen-*

sem certis quibusdam conditionibus reciperet: sic tamen vt Cæsari, si liberet, ingrediendi illuc potestas fieret. Qua re illi vehementer perculsi fuere, nec mirum: quum enim ducatus Burgundiæ possessionem illico se adituros sperarent (nam princeps Aurangius iam ad ius illud vsurpandum profectus fuerat, velut præfectus futurus esset,) videre sibi fœdus suo Cæsari plane inimicum exhiberi. Quæ quum ita esse animaduerterent, venia petita in Hispaniam reuertuntur, Cæsari renuntiant, si redemptionis pretium pecuniæ numerata velit accipere, & liberos regios reddere, a Rege perfulturum iri, alias conditiones non acceptaturum. HARAEVS ad a. 1526. Le P. DANIEL p. 212. GVICCIARDINVS *lib. XVII. inuente & pag. 624.* vbi dicit, ipsum pro Burgundia XX. millia auri pondo daturum promisisse.

39) Extant hæc oblata apud FRID. LEONHARD *T. II. p. 297.* & du MONT *Tom. IV. p. I. p. 496.*

40) HEVTERVS *lib. IX. c. V.* FRANCISCVS ZYPAEVS quidem in *Hiatu Iacobo Cassano obstrudo*, malam ideo Francisci fidem oppugnat. Aſt, bonam ipsius fidem defendere conatur DAVID BLONDELLVS in præfatione Apologetica, putans Francisceum hæc inter vincula promisisse, nihil autem consensui tam contrarium esse, quam vim & metum, maxime cum Francisceus in captiuitate de conditionum iniquitate sæpius fuisset conquestus. Defendit eum etiam FRANCISCVS BELCARIVS rer. Gall. *lib. XVIII. p. 573.* Rationes vero Regis consiuniuxit GVICCIARDINVS *lib. XVII. p. 622.* dicens: *propterea quod & primo cum in Picgbitonis arce esset, & post in Hispania in Madritensi arce, sapius Cæsari ipsius petitionum iniquitate perfecta, se, si necessitate impulsus, legibus aut iniquis aut quas seruare in potestate sua non esset cederet, non modo eas non seruaturum, verum etiam quod iniqua & quæ præstare non posset promissa a se extorsisse, sibi in eo iniuriam factam ducens, si quando occasio daretur eam vltum, esse affectaturus: neque etiam id sæpius retecisse: quod ipse per se scire poterant, & quod aliis quoque regnis commune esse confebat, nempe minime in Gallie regnis potestate esse, absque regni communium consensu se ad quidquam ex iis, qua ad regni corpus spectarent alienandum obligare: Christianorum vero leges, vt is, qui in bello captus esset in sempiternæ vinculis custodiaque detineretur non permittere: quod ea ad nefariorum hominum pœnas, non autem ad eorum, qui fortunæ acerbitate afflicti essent supplicium, esset inuenta: qua vi a captiuis promitterentur, nullam vim habere omnibus notum esse: eumque compositio irrita esset, nec fidem suam qua ad eam confirmandam accessisset obstrictum esse. Iusturanunm Remi, quum regem, tanta cum ceremonia & cælesti oleo consecrantur datum, quo se regni patrimonium*

bus rebus Francus intellectis, cum hactenus spe nouæ cum Cæsare transactionis fœderi Italico subscribere distulisset, d. XXII. Maii 1526. Cognaci inter Pontificem Clemen.em VII. Francisc̃um, Venetos ac Francisc̃um Sfortiam fœdus de Sfortia restituendo, ac Regiis liberis e Cæsaris potestate extorquendis fuit conclusum, quod Fœdus Clementinum siue sacrum fuit dictum. 41) Comprehensus eodem etiam fuit Angliæ Rex, & vt eius esset Protector, magnis pollicitationibus inuitabatur, qui iam liberandi Regis Francisci causa, cum matre eius Ludouica fœdus fecerat, conquestusque, Cæsarem victoria animo elatum se contemnere, filiamque olim illi desponsatam, quæsita Lusitaniæ Regis sorore, repudiare. 42) Hic etiam Henricus VIII. Rex Anglorum denuo cum Francisco I. Hamptoncurti d. 8. Augusti 1526. fœdus init de liberandis Francisci filiis obsidibus. 43) Papa quoque Francisc̃um a iuramento Madriti præstito, absoluebat. 44) Conditionibus, consignatis, missisque a Pontifice Imp. litteris diffidationis, datis Romæ d. 23. Iunii 1526. in quibus multas contra Carolum criminationes congessit, quibus tamen singulari libello apologetico Carolus respondet, ad concilium Generale prouocans. 45) Pontificiæ & Venetorum copiæ, Duce Vrbinatium Principe, Mediolanum versus tardius quam necessitas, atque inopia, qua Arx a Borbonio obsessa, premebatur, requirebat, mouent. Differt sua auxilia Rex Francus, spe transigendi de liberis cum Cæsare. Interea Franciscus Sfortia, commeatus inopia coactus, XXIV. Iulii cum Borbonio transigens, Arcem ei Mediolanensem tradit; Laudemque Pompeii profectus, inde ad Confœderatorum castra Marinianum contendit. Fœderati tamen rerum omnium copia abundantes, contra Cæsarem rerum omnium inopia pressum nihil insigne gesserunt. 46)

§. XXX. Exinde abolita per Hispanium Pontificis auctoritate, 47) Cæsareani Pontificem a Confœderatis separaturi, cum opera Procerum Colomnensium inducias aliquot men-

non minuturos spondent, antiquius esse: has ob causas se ad Cæsaris insolentiam cohibendam, non minus liberum quam paratum esse. Sic etiam in GOLDASTI *Polit. Imper.* reperiuntur *p. 463.* Acta pro & contra conuentionem Madritianam & in Stat. ac Rescriptis Imper. *Tom. I. p. 104.* HOTTOMANNVS *quæst. illustr. VII.* STRAVCH *Diss. Exot. I. §. XI.* Adde 10. CHRISTIAN. SCHELLEN *diss. de Francisco I. Gall. R. pacta cum Carolo V. Imp. ob redimendam captiuitatem inita, adsernante, Lipsiæ 1697.* & potissimum GVNDLINGIVM *de efficientia Metus cap. II. §. XXIV.* L. B. de DANCKELMANN *de Pactis & Mandatis Principis captiui §. XXXIII.* qui Francisc̃um omnino fidem fregisse, demonstrat, atque dum promissa adimplere ipsi non licuisset, ad redeundum in Hispaniam fuisse obligatum, declarat. Sequitur 10. CHRISTOPHORVS ROEHRING, qui ex natura pactorum demonstrat, Francisc̃um I. Galliarum Regem ob Iusiurandum Carolo V. Imp. haud seruatum, periurum censeri debere, qui etiam ad argumenta Contrariorum respondet *Witteberge 1726. 4.*

41) SLEIDANVS lib. VI. p. 151. *Gallię rex duobus filiolis, Francisco & Henrico datis obsidibus, domum ex Hispaxia reuersus, vt ante diximus, quas pactus erat pacis conditiones, iniquas esse dicebat, nec illis voluit teneri. Missis igitur vltro citroque legatis, pontifex & Veneti fœdus cum eo faciunt. Eius hæc erant capita, vt ad tutandam Italiæ quietem alatur exercitus, pedium millia triginta, grauis & leuis armaturæ circiter sex equitum millia: classis etiam comparetur triremium duo de triginta cum nauibus onerariis: hostę per Insubriam & Italiam debellato, stat imperus in regnum Neapolitanum, terra simul & mari: expugnatum maneat in Ecclesię Romanæ potestate, sic tamen, vt Galliæ regi, qui ius in eo sibi vindicet, aureorum millia LXXV. annua soluantur: familiæ Medicęæ dignitas in republica Florentina conseruetur: Francisco Sfortiæ, quem Cæsariani, circumsessum cogerunt ad deditionem, Galliæ rex principatum Mediolanensem permittit: eique tam sua quam Helueticrum auxilia, sed & vxorem in Gallis regia stirpe natam pollicetur, ea lege tamen, vt ille aureorum millia quinquaginta quotannis ipsi dependat, & fratrem Maximilianum in Gallis captiuum vlat.* GVICCIARDINVS *lib. XVI. p. 582.* & potissimum *lib. XVII. pag. 637.* BELLAIVS *lib. III. p. 85.* BELCARIVS *lib. XVIII. p. 574.* CHYTRAEVS *lib. XI. pag. 295.* HARAEVS *ad a. 1526.*

Extant Capitula fœderis apud REISNERVM *lib. IV. f. 58.* & in RECVEIL *Tom. II. pag. 124.* apud du MONT *Tom. II. p. I. p. 451.* Vid. etiam SECKENDORF *lib. II. p. 64.*

42) SLEIDANVS *lib. VI. p. 152.* HEVTERVS *lib. IX. c. II.* qui etiam addit: *Verum erat ante pugnam Papiensem Cæsarem nunquam Regi Henrico nisi propria manu exaratas mittere solitum litteras, cum hac subscriptione, Tuus filius ac cognatus, Carolus: sed post Papiensem victoriam, aliorum manu scriptas, subscribebat Carolus. Quæ de Portugallicis adferebat nuptiis, vera erant. Summopere enim eas Hispani expetebant, pecuniæ summam polliciti immensam, si Regis Emannelis duxisset filiam.* GVICCIARDINVS *lib. XVI. p. 553. lib. XVII. p. 640.* Separatum etiam fœdus inter Anglum & Gallum VIII. Augusti 1526. fuit conclusum, quod extat in RECVEIL *Tom. II. p. 128. seq.*

43) Extat illud apud du MONT *Tom. IV. p. I. p. 458.* Confirmatio extat *p. 472. 476.*

44) De hoc Papam increpat Cæsar in litteris suis ad eundem datis, apud SLEIDANVM lib. VI. p. 153. *nam & Galliæ rex profiteur palam, quod abs te solicitatus, antequam ex Hispaniis domum rediret, notum fœdus inierit, & indicio cognoui, te soluisse illum a iusiurandi vinculo, quo mihi tenetur: deinde bellum intulisti prius, quam litera, quibus illud denunciasi, mihi essent reddita, & eo spectauisti, quemadmodum non solum Italia tota me depelleres, verum etiam ab Imperii dignitate deiiceres.* Idem confirmat REISNER *lib. III. fin.*

45) Extant hæ litteræ de dato Romæ XXIII. Iunii 1526. apud REISNERVM *f. 72.* Earum etiam facit mentionem SLEIDANVS *lib. VI. p. 152.* vterque etiam Cæsaris exhibet responsionem. Apud GOLDASTVM *Constit.* Tomo vno *pag. 479.* & *Stat. Imp. p. 51.* reperitur Caroli rescriptum aduersus Clementis criminationes, Datum Granatæ XVII. Septembris 1526. quo simul ad Concilium Generale prouocat. Aliudque ad Senatum Cardinalium & Principes Germaniæ subsequitur. Plenius vero singula hæc scripta reperiuntur in POLITICIS IMPERIALIBVS *p. XXII.*

46) HEVTERVS *lib. IX. c. V.* GVICCIARDINVS *lib. XVII. p. 646. seq.* REISNER *f. 74.*

47) THVANVS lib. I. p. 17. *Cæsar, vt iniuriam, sibi a Clemente illatam, vlciscetur, nominis Pontificii autoritatem per omnem Hispaniam abolet, exemplo ab Hispanis ipsis posteritati relicto, posse ecclesia-*

menſium cum eo pepigiſſent, ipſeque induciis temere fidens, militem omnem, quem in Latio habebat, dimiſiſſet. Pompeius Colonna Cardinalis, 48) ac Hugo Moncada claſis Cæſareæ præfectus, clam collectis octingentis equitibus, ac tribus peditum millibus, ſummaque celeritate XX. Septembris a. 1526. Romam venientes, antequam Pontifex de eorum conſilio certior fieret, nemine reſiſtente, tribus portis in Vrbem irrupere, animo capiendi Pontificis, non diripiendæ Vrbis. Sed tyro recens conſcriptus cohibere manus non potuit. Summum enim templum Vaticanum, omniaque loca diripit, priuati minus violati. Pontifex ægerrime cum magna hominum multitudine in Molem Adriani elapſus, maiorum tormentorum exoneratione Cæſareanos propius accedere non ſinebat. Verum, quod ingreſſis vix in tres menſes commeatus ſufficeret, datis vltro citroque obſidibus, Moncada in Arcem ad Papam profectus, cum eo Cæſaris nomine in dilucias in quatuor menſes, acceptis obſidibus, pangit, ea lege: Pontifex copias ſtatim omnes ex Inſubria citra Padum abire iuberet, atque Andream Auriam, triremium ſuarum Præfectum, a claſſe Confœderatorum reuocaret; Cæſariani vero ſtatim copias ex vrbe agroque Romano in Regnum Neapolitanum abducentur. Exinde Confœderatorum res in Italia in peius ire cœpere, res vero Cæſaris quanquam ſumma pecuniæ inopia, exhauſta vniuerſa Inſubria, premeretur, melius tamen ſe habuere, dum Cæſar Pro regem Lanoium cum claſſe in Italiam properare iuberet, Borbonius etiam cum Alfonſo Daualo, Vaſtii Marchione & Georgio Fronsbergio cum quatuordecim peditum, & quingentis equitum millibus laborantibus Cæſareanis in auxilium proficiſceretur. 49)

§. XXXI. Sub initium anni 1527. Papa, ſpe pacis cum Cæſare ineundæ plane abiecta, expedita re pecuniaria ac frumentaria, confœderatorum ſe copiis iungit: ad quos cum Francus Vaudemontii Comitem mediocribus cum copiis miſiſſet, regnum Neapolitanum inuadunt, multasque vrbes capiunt. Verum hic confœderatorum ardor, pontificis pro parte culpa cito refrixit. Eius enim negligentia commeatus ac pecunia exercitui ſtatim deficere cœpit, vt retrogredi neceſſum haberent. Impediebat & rei ſucceſſum, quod Francus non ea, quæ promiſerat auxilia, mitteret, Angliæ Regis coniunctio fœderi nominis auctoritatem, non auxilium dabat. 50) Deſperans igitur de confœderatorum rebus Papa, cum Lanoio Prorege, Cæſaris nomine in octo menſes inducias fecit, his legibus, vt pontifex pro ſtipendiis Cæſareanorum militum ſexaginta aureûm nummûm ſolnat, Cæſari ius regni Neapolitani, ac Pompeio Columnæ veterem dignitatem locumque reſtituat, capta loca reſtituantur. Pontifex igitur omnes copias dimittebat. 51) Aſt, eum pecunia a Papa promiſſa bimeſtre ſtipendium vix excederet, parui id milites præfectique facientes, agrum Bononienſem depopulabantur. 52) Interim Borbonius a Clemente VII. licet cum exercitu ſuo excommunicatus, 53) ab induciis abhorrens, atque ad Romam

cleſiaſticam diſciplinam citra nominis Pontificii auctoritatem conſeruari.

48) Singularia ſunt, quæ ADAM REISNER *Hiſt. Frundsberg. p. 80.* tradit: *die Fürſten von Colonna ſind vor alters her Gibelliner und Keyſeriſch geweſen, und mit den Rœmiſchen Bapſten, dieſe und allweg Guelphiſch und gut Frantzœſiſch waren, im Hader geſtanden, dßhalben viel Vnglucks erlitten. Bonifacius VIII. hat die Columneſer nach viel empfangener Gutthat aller irer Herrlichkeit beraubt, das Creutz wieder ſie gepredigt, und aller, die ſie halfen verderben, von Peen und Schuldt entledigt, und mit ſolchem Strahl in Land und Leut zerſtœret. Es haben auch die Columneſer zur Zeit Eugenii IV. vnverſehens Rom vberfallen und dem Bahſt groſſen Schaden gethan, Dargegen haben ſich die Eahſt und Vrſiner offt vnterſtanden die Columneſer auszutilgen. Vnd ietzt iſt inſonderheit Pompeius de Columna, Cardinal verurſacht worden, daß er ein beſonder Buch hat laſſen ausgehen, mit ſolchen Titel: Alla Pompeii Cardinalis aduerſus Clementem VII. darinnen er dieſes Bahſts baſe Thaten an tag giebt, aber das Buch iſt bald vnterdruckt worden. Es iſt ein wunderbarlich Geſchicht, daß Gott durch ein ſolch klein Volck, die mœchtig ſtadt Rom dem Keyſer in die Hand gegeben, damit der angefangene Krieg und alles Blutvergieſſen geſtillt were worden, wenn nicht Hugo Moncada den Bapſt wieder ledig gelaſſen. Es iſt auch zuverwundern des Bapſt Verharrung, daß er vber ſo vielfaltigen Anſuchen, ermahnen, Warnung und Gœttliche Strafe dennoch auf ſeinen fürnehmen ſo verharrlich blieben, und aller Ding vngetrachtet, nichts anders getrachtet, denn wie er ſein Fürnehmen wieder den Keyſer mit Krieg und Gewalt verſtheydingen, erhalten und ausführen mœcht.*

49) Hæc HEVTERVS *lib. IX. c. VI.* plenius exponit. GVICCIARDINVS lib. XVII. p. 704. *& itineribus omnibus occupatis, ac ne quis Romam huius motus nuncius perueniret diligentiſſime cauentes, copiis quas Ananium miſerant, & aliis ſimul collectis, ita vt in vniuerſum circiter octingenti equites, & tria peditum millia, ſed omnes fere imparati eſſent, ſumma celeritate incedentes, & nemine Romæ quidquam de ipſorum aduentu ſuſpicante, nocte ante XX. Septembris diem Romam peruenerunt, ac tribus Vrbis portis repente occupatis, per Lateranenſem portam ingreſſi ſunt: erat autem cum illis non modo Aſcanius & Vgo Moncada (nam Sueſſanus dux ante multos dies Marini mortem obierat, verum etiam Veſpaſianus, qui pacis autor fuerat, fidemque ſuam pro ſe & cæteris omnibus impoſuerat, & Pompeius Columna Cardinalis, ambitione & furore eo vsque abreptus, vt in violentam Pontificis necem conſpiraſſet, & inſuper, vt communis & conſtans opinio fuit, cardinalibus armis & vi ad ſe Pontificem creandum coactis, cruentis manibus, ac nefandis, ſacrilegisque facinoribus pontificatum occupare cogitaret.* IOVIVS *lib. XXIII. p. 25.* REISNER *lib. IV. f. 77.*

50) HEVTERVS *lib. IX. c. VII.*

51) HEVTERVS *cit. loc.* GVICCIARDINVS *lib. XVIII. p. 755.* REISNER *f. 96.* HARAEVS *ad an. 1527.*

52) HEVTERVS *cit. loc.* GVICCIARDINVS *p. 657.* REISNER *f. 103.*

53) THRASYBVLVS LEPTA Vita Seinsheimii lib. III. p. 209. *Iterum cum a Germanis & Hiſpanis ſequente Anno, 6. Maii, duce Carolo Borbonio vrbs ipſa oppugnaretur, adeo illi (Clementi VII.) inani fiducia inflato non ſtat cura exercitus hoſtilis, vt ſub vrbis oppugnationem ipſe in ædem diui Petri deſcen-*

Romam inuadendam a Ferrariæ Duce, qui ipſi neceſſaria omnia pro exercitu clam miniſtrabat, inuitatus, fruſtra licet ad inducias prouocante Lanoio Proræge, 54) VI. Maii 1527. in conſpectu Romæ vrbis caſtra locat, poſteroque die ipſam oppugnationem aggreditur: dumque Germanos frigidius pugnam ineuntes animaturus, arrepta ſcala inter primos aſcendens, pugnam orditur, ſclopetorum globis per cerebrum ac femur adactis, mortuus concidit. 55) Cumque eo cadente, per duas horas veterani acriter pugnaſſent, tandem Germani & Hiſpani in ſuburbium, deinde in ipſam vrbem irrupêre, deſideratis cum Borbonio mille viris, interfectis vero tam in oppugnatione, quam irruptione, quatuor Romanorum millibus. 56) Diuina ac humana militum libidini ceſſêre: in omnem ſexum ætatemque omni libidinis, fœuitiæ, calamitatis, ac cruciatus genere promiſcue ſæuitum, Cardinales ac Prælati ludibrio habiti. 57) Pontifex Clemens cum effugere potuiſſet, conſilii inopia, vt cum multis aliis circumueniretur, atque in arcem S. Angeli concluderetur, cauſa fuit, vbi per integrum obſeſſus menſem, 58) Cæſare pro Papa liberando preces in Hiſpania inſtituente, dum videri vellet, quaſi ſine ipſius iuſſu hæc fierent. Tandem cum Lanoio, qui Senis erat, & Aurantio, quem veterani Ducem, loco Borbonii ſalutarunt, Vaſtio, Moncada, atque Alarcone, qui Neapoli Romam aduolarunt, XXV. Iunii tranſigit, vt quadringenta millia aureûm nummûm perſoluat, cum tredecim Cardinalibus in arce S. Angeli cuſtodiatur, donec prima pecuniæ penſio ſit perſoluta, tum Neapolim aut Caietam proficiſcatur, expectaturus Cæſaris decretum. 59) Miles interim Cæſareus circiter

deret, ſpectaturus ſuerum; & nunciantes expugnationem primum rideret, donec hoſtes in ipſum templum irruerent, nimium certe fretus (ſcribit Paullus Iouius tum Pontifici Clemente præſens) Apoſtolico fulmine, quod nudius tertius in aduenientes iaculatus fuerat, in cuius excommunicationis diplomate hæc lecta ſunt verba: Excommunicauimus Carolum dictum Borbonii ducem & exercitum eius, partim ex Lutheranis, partim ex Maranis conſtantem. *Significantur autem Lutheranorum nomine Germani, vt Hiſpani Maranorum.*

54) HEVTERVS *cit. loc.* GVICCIARDINVS *pag. 368.*

55) HEVTERVS *c. l.* BELCARIVS *lib. XIX. p. 504.* GVICCIARDINVS *p. 772.* REISNER *lib. VI. f. 110.* qui etiam ipſius exhibet epitaphium. Singulare eſt, quod refert HEVTERVS: *obuenit illi mortis genus, quod ſibi ipſi ante paucos menſes fuerat imprecatus. Cum enim Mediolanenſes miſeriis ſuis remedium precarentur, pollicetur ſe exercitum Vrbe eductum, ſi in ſtipendium triginta millia aureorum nummûm contuliſſent: quod quamquam exhauſtis difficillimum erat, ſuſciuros tamen ſe recipiunt, ſi non, vt alias ſæpe, fides falleretur. Tum Borbonius: ſi ita (inquit) fecero, prima peto mihi pugna hoſtilis tormenti globus, vitam eripiat. Acepta pecunia, fidem Mediolanenſibus violauit, ac prima poſt id tempus pugna, quæ ad mœnia Romana fuit edita, tormenti hoſtilis globo traiectus occubuit.* Confirmat hoc GVICCIARDINVS *lib. XVII. p. 675.* HARAEVS *ad a. 1527.* BELLAIVS *lib. III. p. 88.* Extat *Hiſtoire du Connestable de Bourbon, à la Haye 1696. 12.*

56) HEVTERVS *cit. loc.* GVICCIARDINVS *p. 772.* SECKENDORF *lib. II. p. 73.* late.

57) GVICCIARDINVS *lib. XVIII. pag. 774.* addens: *illud vero calamitatem & infamiam mirum in modum cumulauit, quod multi antiſtites a militibus ac præſertim Germanis; qui Rom. curia nomini odio, crudeles & inſolentes erant capti, vilibus iumentis, gradus ac dignitatis ſuæ inſignibus ornati per totam Vrbem per maximam contumeliam circumducebantur: multi crudeliſſime exercitati, aut in ipſis ducebantur: multi crudeliſſime exercitati, aut in ipſis cruciatibus, aut non multum poſt, multa perſoluta, vitam reliquerunt.* Idem p. 775. *audiebantur paſſim Romanarum matronarum, & ſacrarum virginum, quæ gregatim a militibus, vt libidinem ſuam explerent, trahebantur, clamores & vlulatus miſerandi: ita vt vere dici poſſet, Dei opt. max. iudicia mortalibus eſſe obſcura, vt in tantam turpitudinem miſeriamque cadere paterentur. Paſſim ingentes eorum quj velut ad multam ſtatuendam cogerentur: vel vt vbi res ſuas occultaſſent, aperirent, excruciabantur, gemitus reſonabant. Omnes res ſacræ, diuorum reliquiæ, cuiusmodi ſunt oſſa, & id genus alia, quibus omnia templa erant referta, ornamentis detractis, per contemptionem abiiciebantur: & quæ ex militum præda ſuperfuerunt (quæ quidem erant viliſſima,) Columniorum deinde homines agreſtes in vrbem irruentes, abſtulerunt.* REISNER *lib. VI. f. 114.* MVCONII *Hiſt. Reform. c. XIV.*

58) SLEIDANVS lib. VI. p. 157. *Carolus Borbonius cum aliquot copiis Neapolim proficiſceretur, vrbem Romam, ex itinere, poſtridie quam eo veniſſet, oppugnatione capit ac diripit, Maii die ſexto. Clemens pontifex, & cardinales ac reliqui proceres, cum in Adriani molem vix agere profugiſſent, obſidionem aliquandiu tolerabant, vndique circumuallati foſſis: poſt ſeptimum deinde menſem, mandato Cæſaris liberati fuerunt. Quanta fuerit militum Germanorum ac Hiſpanorum atrocitas & inſolentia Romæ, verbis explicari vix poteſt. Nam præter horrendas lanienas, direptiones, libidines, deuaſtationes, contumelias ac ludibrii genus nullum in pontificem, Cardinales, reliquamque turbam prætermiſſum fuit. Cæſar, factum hoc diligenter excuſans, nullo ſuo mandato acciſſe dicebat: inprimis autem ad Angliæ regem, ea de re ſcribit: & quanquam iſtud certo credat iuſto Dei iudicio contigiſſe, qui vim & iniuriam ſibi factam ſit vltus, tamen operam ſe daturum ait, vt hoc ipſa clades initium ſit & occaſio ſluris reipublicæ. – Cum in Hiſpaniam eſſet allatus eius rei nuncius, ilico ceſſare Cæſar iuſſit ludos atque ſpectacula, quæ propter recens natum ei filium, edebantur:* SVRIVS *p. 157.* RAYNALDVS *ad a. 1527.* MASENIVS *lib. II. p. 156.* IAC. VALDESIVS *de dignit. Hiſpaniæ c. XXII. §. 39.* Sic etiam Carolus in litteris ad Henricum VIII. Anglorum Regem apud GOLDASTVM *Reichs-Satzungen p. II. p. 224.* hoc factum excuſat, dicens, magis illud vindictæ diuinæ, quam propoſito humano eſſe adſcribendum. Sed pro ſimulatione habet CAMBDENVS *in Actione adu. Garnetum p. 123.* dicens: *idem facis Garnete, quod Car. V. qui ad Papam in cuſtodia detinendum quadam ſanctione per omnes imperii ſui fines edita, vt vota haberentur publica pro eodem rurſus in libertatem aſſerendo, quem ipſe in carcerem detruſerat & detinuerat.*

59) HEVTERVS *c. l.* REISNER *lib. VI. p. 118.* qui etiam ipſum fœdus exhibet. Extat illud etiam apud LVNIGIVM *Cod. Diplom. Ital. col. 187.* dz MONT *Tom. IV. Supplem. pag. 99.* GVICCIARDINVS *lib. XVIII. pag. 782.* BELCARIVS *lib. XIX. pag. 597.*

60) HEVTE-

circiter octo continuis mensibus, neglecta abiectaque omni disciplina ac imperio, agebat, peste licet inter eos insigniter grassante. Has ob caussas Cæsareani multarum rerum gerendarum, præsertim Bononiæ occupandæ occasionem amiserunt. 60) Cæsar equidem Pontificem in Hispaniam duci volebat, destitit tamen a proposito, dum res videretur insamiæ plena. 61) Pridie Kl. Nouembris iterum Cæsar cum Pontifice transigit: superioribus tantum conditionibus additum, pecunia, quæ in Hispania ad sacrum erat collecta bellum, ac decimæ e sacris vectigalibus collectæ, Cæsari cederent, eique in rebus Mediolanensibus ac Neapolitanis non aduersaretur: Ostiam ac Ciuitatem veterem pignora Cæsari traderet. 62) Dum igitur, promissa liberatione, Roma esset educendus VI. Decembris, Cæsarianis non satis fidens, Roma Oruietam in Florentino fugiebat. 63)

§. XXXII. D. XXII. Ianuarii 1528. Burgis in Hispania, Guienne Fecialis Regis Galliæ & Clerunceaux Fecialis Regis Angliæ in solenni conseſſu bellum Carolo Cæsari indicunt, præsentibus Oratoribus Venetorum ac Sforticæ. Hilari Cæsar fronte denunciationem accipit. Sed Angli, Oratore dimisso, Franciæ, Venetorum ac Florentinorum legatos, triginta ab Aula sua milliaribus arcte custodiri, Sforticæ vero in ipsa aula adseruari iussit, præfatus, suos Oratores ab his in Italia detineri. Cum aliquamdiu Legati hinc inde detenti fuissent, tandem ab vtraque parte in libertatem restituuntur. 64) Sed cum antistes Gratianopolitanus, Franci ad Cæsarem Legatus, Regi Francisco retulisset, Cæsarem, cum ei bellum indiceretur, respondisse, Regem Franciscum, violata fide, turpiter agere, proinde, ne innocens populus iterum belli calamitatibus obrueretur, præstare inter se sin-

60) HEVTERVS c. l. *exinde Alarco cum tribus Germanorum ac totidem Hispanorum signis arcem ingressus, Pontificem cum Cardinalibus arcte custodit, ceteros omnes dimittit. Cum Vasstio ac Mendoza Romam venerant Hispani ac Germani, qui in Regno erant Neapolitano; abiectisque Ducum imperiis, nil vnisone Vrbi reliquum fecere. Grassabantur enim in ea octo millia Hispanorum, duodecim millia Germanorum, quatuor millia Italorum peditum: quos cum Lanoius ac Vasstius educere conarentur, a seditiosis ad eadem quæsti, agre effugere, manstique in Vrbe suo viuens arbitratu, insolens, auarus, libidinosus, impiusque miles, neglecta abiectaque omni disciplina & imperio, circiter octo continuis mensibus peste inter eos insigniter grassante. Nec mirum, dum non nisi omnibus destitutus exercitus Germanicus spe salcim prædæ inuitatus.* Sic enim GVICCIARDINVS lib. XVIII. p. 748. *Mirandum certe erat, Borbonii & eius exercitus consilium, qui cum sine pecunia, tormentario apparatu, sine fabris, sine certa commeatus facultate, per tot hostiles terras, & contra hostes qui longe maiores quam ipsi copias habebant, iter ingrederentur. Sed multo miranda magis erat Germanorum constantia, qui vnico tantum in singula capita aureo numo accepto ex Germania profecti, quique cum tamdiu in Italia binis ternisue aureis nummis acceptis toleraſſent, contra omnium militum, & præsertim eius gentis morem nullo alias præmio aut promisso quam victorie spe, etiamsi manifesto animaduertercntur, si in loca commeatu minime affluentia venirent, & hostes propinquos haberent, sine pecunia victum comparare non posse itineri se commisissent: verum enim vero, magna Georgii deus ipsorum, qui Romam & bonam Italiæ partem eis prædæ proponebat, apud eos auctoritas, spem augebat, & vt multa perferrent, efficiebat.* THVANVS *lib. I. p. 17.* GEORGIVS SPALATINVS Vitis aliquot Electorum pag. 1140. *Hoc etiam anno Georgii de Frotsberga, Imperatoris Caroli V. ducis aliorumque militum virtute Roma capta diripitur: Pontifex Clemens VII. qui cum aliquot Cardinalibus in Castellum S. Angeli profugerat, obsidetur. Romæ captæ ac direptæ causam afferunt, quod Pontifex cum Gallis, Venetis, Rege Angliæ, Mediolanensibus &c. contra Imperatorem conspirasset, cum quo tamen anno MDXXV. paucis ante hebdomadibus, quam prælium Ticinense, Gallis funestissimum, committeretur, contra Franciscum & alios hostes fœdus inierat. Res profecto sua nouitate non nobis solum, sed olim posteris quoque mirabilis futura, Romanæ, ecclesiæ caput, expugnatam, Pontificem, Antistites & omnes omnino ciues ac peregrinos, vt quisque occurrebat, nec opinata impetu spoliatos, ludibrio habitos, cæsos oppressosque fuisse.* Plenius hanc Romanorum cladem describitur CAESAR GROLIERIVS *de direptione vrbis Romæ*, & quæ in SCHARDII Tomo secundo reperiuntur *Relatio de Roma capta, expugnata & despoliata*, STAPHYLEI atque aliorum *Orationes de excidii vrbis Romæ causſis*, Relatio de eodem excidio apud GOLDASTVM *Polit. Reichshandel p. XII. p. 443. Polit. Imper. p. 1016.* PARALCONR. VRSP. *f. 487.* REISNER *Hiſt. Frundsberg. lib. VII.* GVIL. ZENOCARVS *vita Caroli V. lib. I. p. 44.* MVTIVS *lib. XXXI. pag. 318.* CHYTRAEVS *lib. XI. p. 295. lib. XII. p. 308.* HARAEVS *ad a. 1527. Hiſt. Captiu. p. 244.* BELLAIVS *lib. III. p. 88.*

61) GVICCIARDINVS lib. XVIII. pag. 791. *Cæsar Pontificem in Hispaniam duci cupiebat, sed tamen cum, quod res esset infamia plena, tum vero ne Angliæ regis animum ita irritaret, fed maxime, quia omnes Hiſpania populi, ac præsertim antistites principesque a Rom. Imperatore ecclesiæ defensore & patrono tanto eum totius Christianæ reip. dedecore, illum qui Christi in terris vices gereret, in custodia detineri magnopere detestabantur.*

62) HEVTERVS *cit. loc.* GVICCIARDINVS *lib. XVIII. p. 811.* Extant litteræ Pacis inter Carolum V. & Clementem VII. apud REISNERVM *lib. VII. p. 146.* BELCARIVS *lib. XIX. p. 604.*

63) GVICCIARDINVS lib. XVIII. pag. 812. *cumque omnia transacta essent, constitutumque vt nona die Decembris Hiſpani ipsum in tutum locum deducerent, ipse, ob infestum in se, vt exploratum habebat, Vgonis animum, & quamuis aliam ob causſam, quæ impedimento esse posset, aliquam mutationem meuuens, priori noctis initio, clam mercatoris more indutus arce egressus, a Ludouico Gonzaga Cæsaris milite, qui ipsum in Pratis cum magna selopetariorum cohorte præstolabatur Montemsalsemen vsque deductus fuit: vbi peditatu fere omni dimisso, Ludouicus ipse, cum Oruietum quam ciuitatem noctu sine vllo Cardinalium comitatu eſt ingressus, deduxit.* Idem dicit MART. BELLAIVS *Comment. lib. III. p. 96.* REISNER *lib. VIII. ineunte.*

64) HEVTERVS *lib. X. cap. I.* SLEIDANVS lib. VI. p. 161. *Legatos ambo reges ad Cæsarem mittunt & Gallia quidem rex, vt accepta pecunia sibi reddat filios obsides: Anglus vero debitum sibi solui petit, & quidem triplex primum, ex mutuo trecentæ aureorum millia deinde quingenta millia propter non seruatum matrimonii pactum: postremo, quatuor annorum pensionem, quam ei Cæsar promiserat. Cum ad ea Cæsar, non ex ipsorum animi sententia responderet, bellum ei per præconem etiam Anglus*

se singulari cœstamine decernentes, alterius morte miseriis finem imponerent; Rex Franciscus Nicolaum Perenotum, Cæsaris Legatum, reuocari iubet, ac XXVIII. Martii omnium Principum Legatis in amplissimam Curiæ Parisiensis aulam conuocatis, in sede sublimi regie iudutus confidens, longa oratione in Cæsarem culpam omnem instantis belli ac violatæ pacis reiicere conatur, postulans a Perenoto, epistolam ad Cæsarem deferat, continentem se falso de violata pace ab eo accusatum, ac quoties id dixisset, toties eum iniquè mentiri, mentitumque esse, petereque, locum constituat, quo hæc vera esse, singulari cum eo certamine congressus, declarare possit. Cum Perenotus litteras deferre, & mandata tam contumelioſa insolentiaque exponere Cæsari recusasset; 65) Rex, misso in Hispaniam Feciali, & cartello, quod vocant, certaminis diem & locum constitui petit. 66) Hoc cum Cæsar VII. Iunii legisset, hilari serenoque vultu respondens, certamen se admittere ait, addens, regem iusto prælio captum, de iure se ad certamen prouocare, nisi conditionibus Madritianis per omnia satisfeciſſet, non potuisse. 67) Misso igitur in Galliam Borgonia Feciali, locum statuit in Galliæ ac Hispaniæ confiniis in Fasianorum insula, ad amnem Tolosam, qui inter Fontarabiam & Andauiam labitur: vbi ante biennium e carcere fuerat liberatus, die armorumque genere per viros nobiles ab vtraque parte lectos, constituendo. 68) Hunc Fecialem Rex in pleno Procerum consessu audiuit, sed atrocibus verbis ipsum adlocutus, litteras nec alta voce legi, prout iussum fuerat, nec recipi voluit. 69) Sic etiam Anglorum regem Henricum VIII. prouocasse Carolum, auctor est GVICCIARDINVS. 70) Post quam vero scriptis iniuriæ plenis postea inuicem egerent, a. 1536. denuo ad duellum prouocabatur. 71) Eodem anno 1528. Carolus Imp. cum Carolo Egmondano pacem concludit, per quam ipse omnibus fœderibus contra Imp. renuntiat, & fidelem se Imp. fore profitetur. 72)

§. XXXIII. Interea in Italia Lautereccius, Gallorum Dux, capta Aquila, ad interiora regni Neapolitani progrediebatur, oppidis ac Ciuitatibus omnibus deditionem facientibus, præsidiaque admittentibus, redegisseturque in potestatem vniuersum cum vrbe Regia regnum, nisi clam numerante Cæsareanis Pontifice aliquot mensium stipendia, exercitus

---

denuntiat, qui iam tum agitabat consilia, quomodo relicta vxore Catarina, matertera Cæsaris, alteram duceret, quod postea fecit. HARAEVS *ad a. 1528.* De fœdere inter Anglos Gallosque concluso GVICCIARDINVS *lib. XVIII. p. 786.* hanc ipsam autem belli denuntiationem exponit *lib. XVIII. pag. 819.* BELCARIVS *lib. XIX. pag. 605.* Solennitates circa hanc belli denuntiationem adhibitas describit RECVEIL DES TRAITTES DE PAIX *Tom. II. p. 157.* du MONT *Tom. IV. p. I. p. 383.*

65) HEVTERVS *cit. loc.* GVICCIARDINVS *lib. XVIII. p. 822.*

66) HEVTERVS *c. l.* BELCARIVS *lib. XIX. p. 606.* BELLAIVS *lib. III. p. 91.* SLEIDANVS lib. XI. p. 162. *Cæsar ob non seruatam sibi fidem, parsim ad alios reges, grauissimis verbis Gallum incusabat, Gallicis quoque legatis idem subinde dixerat. Rex igitur Lutecia datis ad eum litteris, XXVIII. die Martii, per publicum præconem, haraldos vulgo nominant, ex eo sermone, quem ad meos, inquit, habuisti legatos, intelligo te tractare nonnulla, quæ ad iniuriam meam pertinent: quasi contra fidem datam e tuis manibus excesserim. Iam vero, quanquam is, cui post translationem ponuntur custodes, ab obligatione soluitur, & licet hac ratione satis etiam sim excusatus, tamen honoris mei tuendi causa, breuiter hæc ad te scribere volui, si ergo vel hoc meum factum & abitionem criminaris, vel aliquid vnquam a me gestum esse dicis, contra viri principis officium, clare dico te mentiri, nam honorem & existimationem meam ad extremum vsque spiritum defendere constitui. Non igitur opus est pluribus verbis, & si quid in me requiris, non est quod in posterum scribas, verum desiguato locum, vbi duello decertemus: etenim si congressum differas, atque interim non desinas me criminari, testificor, totius rei turpitudinem ad te pertincre, nam duello dirimetur controuersia.* Extant Litteræ Francisci hac de caussa ad Carolum scriptæ apud HEVTERVM *c. l.* Verum autem Cartellum, quo ea continentur, quæ SLEIDANVS tradit, reperitur in Historia Captiuitatis *p. 253.* Dum autem per Episcopum Gratianopolitanum primus ad duellum prouocasset, ipse in litteris ad eundem hoc repetit apud GOLDASTVM *Reichs-Satzungen Tom. II. p. 259.* IO. GEORG. SCHERRETZ *diss. de duellis Principum p. 22.*

67) HEVTERVS *c. l.* GVICCIARDINVS *c. l.*

68) Extant litteræ Caroli apud HEVTERVM *c. l.* & GOLDASTVM *Reichs-Satzungen c. l.* quarum finis talis est: *quod si intra quadragesimum ab accepta hac epistola diem mihi non responderis, nec cuius fis animi declaraueris, dilationis ac recusatæ pugnæ dedecus ignominiaque in te recidet, cum perpetua violata per te fidei nota, turpique macula.* SLEIDANVS *lib. VI. p. 165. 166.*

69) HEVTERVS *lib. X. cap. I. iussit Cæsar Legato suo castrensi, has literas Regi, obtenta facultate, palam legeret, aut ei hac conditione legendas traderet. Admissus igitur Parisiis in pleno Procerum consessu, Rex in medio sedens, anne responsum asserat, certamenque Cæsar admittat? Affirmat Legatus, addens se & alia habere Maiestati eius communicanda, iniunctumque sibi, petere a Rege potestatem publice Cæsaris litteras alta voce legendi, aut vt sua Maiestas id facere dignaretur. Rex non bene sibi conscius, generosumque Cæsaris animum probe nosceus, literas nec legi nec recipi voluit, sed solus pauliser cum Legato castrensi locutus, tandem abiit, nec eum amplius audire voluit, multo minus recipere Cæsaris literas.* In Historia Captiuitatis Francisci I. p. 255. omnia ex relatione ipsius Borgoniæ plenius exponuntur. Adde SPALATINI *Vitas aliquot Electorum pag. 1140.*

70) GVICCIARDINVS lib. XVIII. pag. 822. postquam Francisci primam denunciationem exposuisset, addit: *& cum ipsum etiam aliqua in Anglia regis, fratris sui contumeliam tacitasse sciret, se, quod regem illum ad dignitatem suam tuendam idoneum esse nosset, de eo non agere: sed tamen si is corporis aduersa valetudine forte impediretur, ad vitam suam eius caussa periculo obiiciendam se paratum fore addidit. Idem & Anglia rex post paucos dies eodem ritu & pompa fecit: quæ quidem haud magno cum honore Christianorum principum fiebant.*

71) De hoc infra. §. *LIII.*

72) Extat apud SLICHTENHORST *Chroniques de Gueldre lib. XI. p. 409.* du MONT *Tom. IV. p. I. p. 314.*

73) Hæc

ctus Germanorum, Hiſpanorum & Italorum Roma deductus, Neapolim contendiſſet, ac Ciuitates aliquot munitiores inſediſſet. Referunt etiam litteræ ad Saluiatum Cardinalem in Gallia legatum datæ, Francorum Regem ob proſperos in regno Neapolitano ſucceſſus elatum, quaſi iam parto regno egiſſe cum Pontifice, miſſo ad ipſum oratore, vt tertiogenitus filius dux Engolismenſis regno Neapolitano præficeretur, illeque neprem Medicæam in matrimonium duceret: tum iuncta affinitate, armorum fœdus inter Clementem & Gallum ad offendendum defendendumque percuteretur, vt Cæſar ob ſedem Apoſtolicam inique oppreſſam imperiali dignitate exueretur: at Clementem quamuis inanibus etiam tum verbis a Cæſare, qui Oſtiam & Ciuitatem Veterem, nec non trés Cardinales in cuſtodia Neapolitana tenebat, deluſus fuiſſet, grauiora metuentem pericula, detrectaſſe ſe bello implicare, ni prius Cæſareus exercitus omnino profligatus in regno Neapolitano fuiſſet, ac Rauenna & Ceruia a Venetis Romanæ eccleſiæ reſtitueretur: moleſte præterea ferre, ducem Ferrariæ, qui Mutinam ac Regium Romanæ eccleſiæ eripuerat, a Gallo non modo in amicitiam acceptum, verum regia affinitate auctum fuiſſe: de abrogando autem Cæſari imperio, licet nullus veterum Germanorum Cæſarum, quos Romanus Pontifex de gradu deiecit, tot menſibus Chriſti Vicarium in cuſtodia acerbiſſima detinuiſſet, coegiſſetque ad redemptionem libertatis, nec vnquam tot hæreſes, quam Caroli V. negligentia pullulaſſent, ob temporum tamen calamitatem id aggredi non tutum eſſet: referrque GVICCIARDINVS, Clementem reſpondiſſe, Germaniam ab Eccleſia defecturam, ſi Pontifex deligendi Cæſaris iure uteretur; veriturum enim, ne imperium Gallorum Regi ab ipſo Pontifice traderetur, ac propter hæreſis Lutheranæ graſſationes ſatius fore, vt ſtuderet paci, nec pareutis communis officium deponeret. 73) Interim Cæſareani diſceſſere Roma XVII. Februarii; delectuque habito, vix duodecim millia peditum ac mille quingentos equites recenſuere, cæteros peſtis luxusque abſumpſerat. 74) Fine menſis Aprilis 1528. Lautereccius caſtra ad vrbem Neapolim communit, expectans confœderatorum claſſem. Acceſſerunt Ducis Ferrariæ ac Mutinæ equitum auxilia. 75) Cæſareani, qui Neapoli erant, claſſem contra illam fœderatorum, cui Philippus Auria præerat, dirigunt, ſed numero & arte ſuperati, eandem perdiderunt, præfectis in hoſtium poteſtate relictis. Exinde arctius Neapolis obſideri cœpta eſt. 76) Antonius Leua, eductis Mediolano copiis, Papiam vi expugnat, omnibus Francis, qui intus erant, interfectis. E Germania vero Henricus, Bruniſuici Dux, cum decem millibus peditum ac ſexcentis equitibus, Cæſaris pecunia conductis, in auxilium Neapolitanorum profecturus, in agrum Veronenſem deſcendit, oppidaque aliquot capit. Sed cum Antonius Leua aurum non expediret, ſumma vero per omnem Italiam eſſet rerum omnium, ac præcipue panis inopia, Germani, conuerſis ſignis, menſe Iulio in Germaniam rediere, duobus millibus exceptis, qui cum Leua manſere, omni Neapolitanis auxilii ſpe ſublata, maxime, dum Veneta claſſis Sinum Neapolitanum recluderet. 77) Hoc rerum ſtatu, Andreas Auria, Philippi frater, relictis Regis Franciſci ſtipendiis, Cæſari dat nomen, cauſſatus inter alia, patriæ ſuæ Genuæ libertatem a Rege opprimi, & ad Sauonam omnem rei maritimæ mercaturam transferri. Poſt hæc, Philippus Auria VI. Iulii cum ſua claſſe Neapolim deſerit. 78) Interea lues venerea in Francorum ad Neapolim caſtris graſſabatur, vt vix centum Lautereccio ſupereſſent ſani equites, pedites vix mille, multis etiam militum præfectis quotidie morientibus. Quare Hugo Maramaldus, qui cum Prorege Aurantio Neapoli cum Imperio erat, Capuam, Puteolas, ac Nolam, eiectis Francis, recuperat. Nec enim ſolum Franci cum peſte, ſed & cum fame luctabantur. Tandem mali magnitudine victa peruicacia, noctu clam caſtra Neapoli Auerſam mouent. Sed abitu a Cæſarianis percepto, inuaduntur ac ſternuntur. Capiuntur Præfecti, Salutius Auerſæ ſine commeatu incluſus, deditionem facit. 79) Auguſto ac Septembri menſibus, adueniente e Francia iuſtis cum copiis Fani D. Pauli Comite, Cæſarianis in Inſubria negotium faceſſebat, quam Cæſaris nomine ægre defendebat Antonius Læua, Mediolanenſibus ſumtus pro milite præbentibus, Andrea Auria Francos ex Genua eiiciente, quam Cæſar liberam eſſe iuſſit. 80)

§. XXXIV.

73) Hæc verbis RAYNALDI *Annal. Tom. XX. ad a. 1528. n. 9.* ſcribo, ideoque non omnia verba mea facio. Idem in Apologia ſua ad Papam adduxit ipſe Imp. apud RAYNALDVM *ad a. 1526. n. 27. vt inde ſanctitas veſtra nos etiam ab omni imperiali dignitate deponeret.*

74) HEVTERVS *lib. X. c. I. & II.* GVICCIARDINVS *lib. XVIII. p. 818. 828.* IOVIVS *lib. XXV. pag. 82.* REISNER *f. 150.* CHYTRAEVS *lib. XII. pag. 312.*

75) HEVTERVS *c. l.* GVICCIARDINVS *lib. XIX. ineunte.* IOVIVS *lib. XXV. p. 92.* REISNER *f. 157.* SLEIDANVS *lib. VI. p. 166.*

76) HEVTERVS *cit. loc.* GVICCIARDINVS *lib. XIX. p. 844.* IOVIVS *lib. XXV. p. 96.* HARAEVS *ad a. 1528.* BELLAIVS *lib. III. p. 99.*

77) HEVTERVS *cit. loc.* GVICCIARDINVS *lib. XIX. p. 852.*

78) HEVTERVS *cit. loc.* GVICCIARDINVS *lib. XIX. p. 865.* IOVIVS *lib. XXVI. p. 142.* prolixe THVANVS *lib. I. p. 17.* BELCARIVS *lib. XX. p. 617.* CHYTRAEVS *lib. XII. p. 312.* BELLAIVS *lib. III. pag. 100.*

79) HEVTERVS *cit. loc.* GVICCIARDINVS *lib. XIX. p. 872.* IOVIVS *lib. XXVI. pag. 129.* HARAEVS *ad a. 1528.* REISNER *lib. VIII. p. 171.*

80) HEVTERVS *lib. III. c. III.* GVICCIARDINVS *lib. XIX. p. 874.* BELLAIVS *lib. III. p. 104.*

§. XXXIV. Menſe Aprili 1529. Alfonſus Daualus, Vaſtii Marchio, cum reliquiis Francici Exercitus, eorumque confœderatis, in regno Neapolitano bellum geſſit, cosque maiori oppidorum ac Ciuitatum parte eiecit; ſed Calabros & Apulos, defendente eos Amalphitano Principe Friderico Caraffa, ac Simone Romano, ſubigere non potuit. Interea Fani D. Pauli Comes in Mediolanenſi ditione bellum varia gerebat fortuna, fruſtra conatus Genuam Sauonamque recuperare, ac cum ſuis confœderatorumque copiis Mediolanum obſidere, Papiam etiam oppugnans, ab Antonio Leua, iuxta Landrianum pugna ſuperatur, ac cum plerisque Præfectis captus, cum omnibus impedimentis ac tormentis. Qua clade territi Franci, vniuerſa derelicta Inſubria, in Franciam reuertuntur. Confœderatorumque Italorum animi ad pacem inclinari cœperunt, moti non minus Cæſaris potentia atque fortuna, quam ſociorum Francorum infelicitate ac ſiniſtra belli adminiſtratione. 81) Exinde pax iterum inter Clementem VII. & Cæſarem Barcinonæ d. 29. Iunii 1529. his concipitur conditionibus, vt Cæſar Alexandrum Medicem, Laurentii filium, tradita ei in vxorem filia notha, Margaretha Auſtriaca, Florentiam reducat, Papæ reſtituantur Ceruia, Rauenna, Mutina, Rhegium, ac Rubercia ſine fraude Imperii, Pontifex, Cæſari diploma de iuſta regni Neapolitani poſſeſſione concedat, niueique tantum coloris equum tributum accipiat; Cæſar Pontifici contra Ferrariæ Ducem ſit in auxilio, Francisci Sfortiæ habeat rationem, eiusque cauſſam Iudicibus non ſuſpectis committat, Lutheranos ad Catholicæ religionis leges perducat; Pontifex ac Cæſar etiam in Italia ad colloquium conueniant. In has conditiones Cæſar XXIX. Iunii Barcellonæ ad ſummi Templi altare, ſolenniter iurauit. 82) Papa etiam Carolo Imperialem coronam offerente. 83)

§. XXXV. Poſt varias cum Franciſco I. factas inducias, mediante potiſſimum Margaretha Auſtriaca, 84) Internuntii ad Cæſarem ab amita Margaretha miſſi in Belgium redierant, ſummam abſolutamque in ſolennibus tabulis ei adferentes poteſtatem tranſigendi cum Rege Franciſco. Vrbs Cameracenſis ei negotio conficiendo deſtinabatur; venit eo nomine Cæſaris eius amita Margaretha, cum Senatu Belgico; a Rege Franciſco eius mater Ludouica, cum Concilio Francico. Hæ VII. Iulii diuerſis portis Cameracum ingreſſæ, in contiguas domos, rupta maceria, diuertêre. Rex Franciſcus, vt prope eſſet, Compendium venit. Miſit Anglus Londinenſem antiſtitem, ac Suffolciæ Ducem, Clemens Capuanum archipræſulem: aduenerantque & omnium confœderatorum legati, quibus ſemper Franci, ſtudio pacis, diuerſa, quam quæ tractabantur, referebant. Dum XXII. Iulii Cameracum de inita inter Cæſarem & Pontificem firma pace, nuntii adferuntur, diſſolutus fere erat ob res Burgundicas conuentus Cameracenſis, parabantque ſinguli, re infecta, diſceſſum, niſi prudentia archipræſulis Capuani proceres retinuiſſet, negotioque in integrum reſtituto, tandem vt inter Cæſarem Regemque pax concluderetur, cauſſa fuiſſet, 85) quæ V. Auguſti 1529. in ſummo Cameraci templo publicabatur, dicta Fœdus Samarobrinenſe. 86) Pax Madritiana paucis mutatis, confirmabatur, ita vt Cæſar contentus eſſe debeat iure & actione in Ducatum Burgundiæ & Comitatus adnexos, vt ipſe vel ſucceſſores ius ſuum via iuris, vel per arbitros ſemper perſequi poſſent. Rex pro redemptione filiorum, Cæſari vigeſies centena aureorum liliorum puri auri ſoluat. Hesdinum reſtituat, omni iure ſuo in Flandriam, Arteſiam, Tornacum & Duacum renuntiet. Cæſar iuribus, quas in Ciuitates ad Somonam ſitas allegare poſſit, renuntiet. Rex Cæſari ante filiorum adhuc liberationem cedat Aſtæ Comitatum, & quidquid in Mediolanenſi Ducatu & Regno Neapolitano poſſidet, idemque vt fœderati faciant, curet, hæredes Borbonii reſtituat, Philiberto Chalonio etiam Aurantiæ Principatum, Leonoram Cæſaris ſororem

81) HEVTERVS *lib. IX. c. III.* GVICCIARDINVS *lib. XIX. p. 905.* IOVIVS *lib. XXVI. p. 179.* qui Gallorum ducem vocat Franciſcum Borbonium, cognomento Sancti Pauli regulum.

82) HEVTERVS *lib. IX. c. III* GVICCIARDINVS *lib. XIX. p. 906.* THVANVS *lib. I. pag. 18.* BELCARIVS *lib. XX. p. 625.* IOVIVS *lib. XXVII.* REISNER *p. 175.* Ipſe Tractatus Pacis atque Confœderationis extat apud du MONT *Tom. IV. p. II. pag. 1.*

83) IOVIVS lib. XXVII. p. 189. *eodem rerum conſiliorumque ſucceſſu, miſſus eſt cum præſcriptis mandatis Hieronymus Vaſionenſis antiſtes, Pontificiæ familiæ diſpenſator, qui apud Barchinonem Cæſarem conuenit, atque his ferme legibus cum eo fœdus percuſſit. Pontifex Chriſtiana pietatis titulum prætendens, miſeratusque quaſſatæ diro bello Italiæ vaſtitatem, ſymeram decerſis ſuperioribus odiis, voluntatem atque amicitiam Cæſari offerebat, pollicebaturque de more capiti eius imperatorii diadematis coronam impoſiturum, ſi Cæſarcanis viribus in patriam reduceretur.*

84) Tales inducias Bredæ XIV. Iulii 1525. inter Franciſci I. matrem Ludouicam & Margaretham ad ſex menſes concluſas, extant in RECVEIL DES TRAITTES DE PAIX *Tomo II. p.* 100. Sic etiam inter Carolum V. & Henricum VIII. atque Franciſcum I. Toledi XI. Auguſti 1525. factæ fuerunt inducias ad tres menſes pro liberando Franciſco *p.* 101. A. 1528. die XV. Iunii factæ fuerunt octo menſium inducias inter Carolum V, Franciſcum I, Henricum VIII. & Margaretham Auſtriacam Hamptoncurti concluſæ *p.* 166.

85) HEVTERVS *lib. IX. c. III.* GVICCIARDINVS lib. XIX. p. 901. *Galliæ vero regis conſilia quod ſe filios alia ratione recuperare poſſe diſſideret, ad pacem omnia ſpectabant: cuius cum & Cæſar cupidus eſſet, duo homines a Margarita regina in hunc finem in Hiſpaniam miſſi, ampliſſimam ei pacis faciendæ poteſtatem adferentes redierunt.* Idem p. 909. THVANVS *lib. I. p.* 18. BELCARIVS *lib. XIX. p.* 626. IOVIVS *lib. XXVI. p.* 39.

86) Apud BREHERVM *Tom. III. p. 437.*

87) HEVTE-

rem ducat vxorem. 87) Licet in omnibus fidem Franciſcus non haberet. 88) Eadem die inter Imp. & Henricum VIII. Anglorum Regem pax atque Conſœderatio fuit concluſa. 89) Tandem vero concluſis XXVI. Maii 1530. per Annam Montmorantium nouis articulis, additis priori ſummæ ducentorum millium aureorum adhuc quadraginta millibus, Franciſci filii ſecundum eosdem ſuerunt liberati. 90)

§. XXXVI. Cæſar interea iter in Italiam parans, Proregi Philiberto Aurantio ſcribit, omnibus in vnum coactis copiis, Pontificem Clementem ac Medicæos Florentiam vi aut amicitia reducat, cæteraque omnia, quæ Pontificii iuris eſſent, illi ſubigat. 91) Interea Cæſar rebus omnibus in Hiſpania conſtitutis, poſtquam d. 29. Iunii 1529. inter ipſum Ferdinandum Archi-Ducem & Papam Barcellonæ fœdus fuiſſet concluſum, de reducendis ad obſequium Proteſtantibus, vel vi & armis eo adigendis, idemque iuramento confirmaſſet, 92) inde Barcellona ſoluens, XII. Auguſti Genuam adpellit. Exceptis Veneris, omnes variis de cauſis Legatos gratulatum ad Cæſarem miſere. 93) Fine Octobris Aurantius ad mœnia Florentina caſtra ponit, certabatur etiam per totum menſem Nouembrem leuibus vario euentu prœliis, 94) quo tempore Pontifex Bononiam profectus, Cæſarem poſt paucos dies eodem venientem ſummo cum honore ac gratulatione excepit, 95) Tum Cæſar Franciſcum Sfortiam, eius ſe fidei ſiſtentem, ac Venetorum legatos audit; adnitenteque Pontifice, tandem cum vtroque XXIII. Decembris transigit, vt Veneti omnia, quæ in regno Neapolitano occupauerant, Cæſari reſtituerent, Franciſcus Sfortia ſolutis nongentis millibus aureorum nummorum, Mediolanenſem Ducatum recipiat. 96) Et licet Aurantius a. 1530. Florentiam arctius obſideret, parum profecit, quin potius ipſe occideretur, hærede ſcripto Renato Naſſouio. 97)

§. XXXVII. Antequam vero Cæſar Bononiam veniret, ei aduenienti tres Pontificis legati præſto fuerunt, vt eum pontificiæ ditionis fines intrantem, ſacramento adigerent, quo de more iurare cogebatur, nunquam ſe pontificiæ libertati vim allaturum. Ea autem iurisiurandi formula, verbis rite conceptis, ex ſacris cæremoniarum libris petebatur. Sed Cæſar ſui imperatorii iuris appoſite memor, ita iurauit, vt ſe de iure ſuo nihil deceſſurum teſtaretur. Placentiam ſiquidem & Parmam vrbes, tanquam Mediolanenſi imperio antiquitus attributas, quoniam id Imperatorum beneficium ſemper fuiſſet, non obſcu-

87) HEVTERVS *c. l.* GVICCIARDINVS *lib. XIX. p. 311.* ERASMVS *lib. XXII. ep. XXVI.* HARAEVS *ad an. 1529.* BELLAIVS *lib. III. p. 106.* qui tamen hæc male ad a. 1530. reiicit. BRAVDTLACHT *cap. VII. pag. 37.* Pacis tabulæ extant in RECVEIL DES TRAITTES DE PAIX *Tomo II. p. 170.* apud du MONT *Tom. IV. p. II. p. 7.* cum omnibus Actis ad eandem facientibus. Licet ratione Ducatus Mediolanenſis, Comitatus Aſtenſis & Dominii Genuenſis ſolennem poſtea exhiberit proteſtationem Franciſcus I. quæ reperitur in RECVEIL DES TRAITTES DE PAIX *Tom. II. p. 181.* & du MONT *p. 52.* dum Franciſcus I. ineunte regimine ſe ſe obligauerit de non diminuendo coronæ domanio, hoc tamen per pacem Cameracenſem fuiſſet factum, abſolutus de eo fuit per ſingularem Bullam Clementis VII. Bononiæ die XXIX. Nouembris 1529. datam, quæ extat in RECVEIL *Tom. II. p. 181.*

88) HEVTERVS lib. I. c. IV. *Rex vero Compendio ad Eanum S. Quintini, indeque Cameracum, ad ſalutandam Margaritam Auſtriacam, ſponſæ ſuæ Leonoræ amitam, venit, aliquotque diebus Conſœderatorum Italorum conſœdtum, pudore confuſus, vitauit. Sed ante abitum ſingulorum vocatis Oratoribus, excuſat ſe, quod coactus ad has leges deſcendiſſet, cum nullam aliam recipiendorum filiorum rationem videret. Cæſarem enim, ſuæ fortunæ immixum, totius Italiæ ac Francie obſtinata coniuratione cogi non poſſe.* Deinde *ſingulis ſpem facit, ſe in amicitia veteri-que fœdere permanſurum, ſed nil minus cogitabat. Receptis enim filiis, omnes deſeruit, Borbonii heredibus nil reſtituit, Aurantio nil ſeruauit, Auguſti die duodecimo Rex cum matre ad Eanum S. Quintini recurritur, Margarita Auſtriaca Mechliniam.* Facit huc etiam GVICCIARDINVS *lib. XIX. p. 916.* dicens: *illud autem ridiculum erat, quod cum pax inter Cæſarem & Galliæ regem iam contracta, & promulgata eſſet, Tarbenſis Epiſcopus, Regis apud Venetos, Florentinos, Ferrarienſem, & Peruſinum legatus, maximos regis ad bellum apparatus extollebat, eosque ad idem hortabatur.*

89) Extat apud du MONT *Tom. IV. p. II. p. 42.*

90) Extant iſti Articuli in RECVEIL *Tom. II. p. 184.* HEVTERVS *lib. X. cap. VI.* HARAEVS *ad a. 1530.* BELLAIVS *lib. III. p. 107.*

91) HEVTERVS *cit. loc.* GVICCIARDINVS *lib. XIX. p. 913.*

92) FRANC. GVICCIARDINVS *lib. XIX. p. 908.* de hoc fœdere: *Cæſar & Ferdinandus, vt hæretici in viam reducantur omnem operam dauit: & pontifex ſacra remedia adhibero: quod ſi pertinaces perſiterint, Cæſar & Ferdinandus eos armis coguuto: & pontifex vt ceteri Chriſtiani principes ipſos pro viribus iuuent, operam dauit.* Idem dicit FRANC. BELCARIVS *Comment. Rer. Gallic. lib. XX. p. 626.* PONTVS HEVTERVS *Rer. Auſtriac. lib. X. c. IV. Cæſar eiusque frater Ferdinandus ac Pontifex vi aut amicitia Lutheranos ad veteris Catholicæ Religionis leges perducto. In has conditiones Cæſar vigeſimo nono Iunii Barcellonæ ad ſanctum Templi Altare ſolemniter iurauit.*

93) HEVTERVS *c. l.* SLEIDANVS *lib. VI. p. 174.* GVICCIARDINVS *p. 914.*

94) HEVTERVS *c. l.* GVICCIARDINVS *lib. XIX. pag. 926.*

95) HEVTERVS *cit. loc.* GVICCIARDINVS *lib. XIX. p. 930.* IOVIVS *lib. XXVII. p. 225.*

96) HEVTERVS *cit. loc.* GVICCIARDINVS *lib. XIX. p. 933.* IOVIVS *lib. XXVII. p. 231.* Singula, quæ circa hanc reſtitutionem geſta fuerunt negotia, exponit GALEACIVS CAPELLA *de rebus geſtis pro reſtitutione Franciſci II. Mediolanenſium Ducis in* SCHARDII *Tomo II.*

97) Florentinis ſcilicet prorumpentibus, de quo GVICCIARDINVS *lib. XX. p. 947. vbi primo impetu, Aurenguis, non ducis, ſed equitis munere fungens, temere progreſſus, interimitur.* Etat autem Renatus Naſſouius ex Philiberti ſorore Claudia & Henrico Dillenburgenſi natus, ex quo iura domus Naſſouicæ in Arauſionenſem Principatum : Genealogiam nectit CHYTRAEVS *Saxonia pag. 187.* HARAEVS *ad an. 1530.*

obſcuro nec intermiſſo iure repetere videbatur. 98) Bononiam autem poſtquam III. Nouembris inſigni ſplendore fuiſſet ingreſſus, poſt diuerſos habitos cum Papa arcanos congreſſus, tandem contradicente licet primum Carolo, qui potius Papam ad conuocandum Concilium perſuadere conabatur, hoc tamen reluctante, 99) XXIII. Decembris inter Papam, Carolum, Ferdinandum, Reges Galliæ & Angliæ, atque Status Italiæ, Fœdus, Sanctiſſimum dictum, de Sedis Romanæ defenſione; & ſi pacificis rationibus hoc fieri non poſſet, armis coërcenda religione Chriſtiana, fuit concluſum. 100) Inde, cum omnia ad coronationem eſſent parata, VIII. Kl. Martias 1530. corona primum Longobardica fuit redimitus. 1) Inde XXIV. Februarii ibidem coronatio Romana, vt Germaniæ propior eſſet, 2) fuit peracta, poſtquam verbis conceptis iurаſſet, ſe pontificiæ dignitatis perpetuum fore defenſorem, 3) vtrumque coronationis actum celebrante Clemente Pontifice. 4) Vix Cæſar cum Cardinalibus prætergreſſus oſtium templi, inſequentibus aliquot

98) Verba ſunt P. IOVII *lib. XXVII. p. 213.* Idem dicit SLEIDANVS *lib. VII. p. 182.* REISNER *pag. 176.*

99) Patet hoc ex Papæ reſponſione ad Mercurini Orationem, in qua hæc verba occurrunt: *His claſſibus dogmatum conſideratis, cauſæ cernuntur, quare non ſit conuocanda ſynodus. Reliquum eſt igitur, vt Carole armis pacem reſtituas, Italia domita tuis armis, quieta eſt. Rex Galliæ oppreſſus, qui tecum non de Stoicis Paradoxis, aut Iudaicis ſuperſtitionibus Monachorum, ſed de Imperio certauit. Quanto facilius Germaniæ partem non magnam compeſces, qua in re & poſteritatem incuraris*, apud COELESTINVM *Hiſt. Comit. Auguſt. Tom. I. f. 10.* ex quo habet MVLLER *lib. III. c. II.*

100) Teſtatur de eo IOVIVS lib. XXVII. p. 229. *Pontifex vero in prætorium cum vniuerſo ſacerdotum ordine continuo eſt reuerſus. Nec multo poſt Cæſar & ipſe prætorium intrauit, cui parata erant ſummæ aditum partes, ita coniunctæ Pontificiæ, vt inter vtriuſque cubilia, ſolus intereſſet paries, aditum præbente portula, vt quum vellent, ignari omnibus, remotisque arbitris, interdiu noctuque de ſummis rerum negociis familiariſſime diſputarent.* BELCARIVS *lib. XX. p. 628.* De fœdere ipſo REISNER *p. 177.* COELESTINVS *Hiſt. Comit. Auguſt. f. 15.* qui etiam quam ægre Cæſar adnuerit, declarat, MVLLER *lib. III. c. II.* HARAEVS *ad a. 1529.* De congreſſu iſto BONONIENſI extat PAVLI DVMMERICHII Oratio a. 1559. Wittebergæ recitata, quæ inter Melanchthonianas poſthumas *Wittebergæ 1565.* editas, occurrit. Ex hac CHYTRAEVS *Hiſt. A. C. p. 5.* COELESTINVS *Hiſt. Comit. p. 10.* SECKENDORF *lib. II. §. XLIX. p. 145.* MVLLER *Hiſtorie A. C. Stende Proteſtation p. 400. ſqq.* ſua hauſerunt.

1) IOVIVS lib. XXVII. p. 237. *poſtquam de tribus coronis dixiſſet, addit: præſto igitur affuere Modoetienſium legati, cuius erant principes, Polydorus Vetlinus, & Paulus Velasanius, qui ad retinendam veteris prærogatiuæ dignitatem, vetuſtiſſimi operis coronam & annalium codices antiquitate pernobiles detulere. Ea erat ſine florentibus pinnis in ſimplicem & latum orbem circumducta, ferro interim tempora precingente, ſed exterius auro & gemmis exornata. Ridiculo itaque antequam tertiam coronam acciperet, in ſacello domeſtico, conſtante Pontifice, ſacris peractis, Cæſar vngitur, ferreaque corona, & ceteris regiis inſignibus decoratur.* CHYTRAEVS *lib. XIII. p. 319.* H. C. AGRIPPA, qui hanc coronationem æque deſcripſit *p. 267. coronam, quam vocant chalybeam, Pontifex non alsque ſolemnibus ceremoniis capiti eius impoſuit, Regemque Longobardiæ pronuntianit.* Scilicet, deperdita priori, chalybeam iſtam ſub Henrico VII. fuiſſe factam *Per. IX. S. IV. §. X.* demonſtrаui, poſtea tamen auro fuit ſuperducta. Sic enim TRISTANVS CALCHVS Hiſt. patr. lib. IV. p. 157. *eſt autem circulus ferreus, quem corona aurea gemmis, margaritisque ornata extrinſecus circumducta complectitur. Intus ferrum apparet, a quo & nomen fert.* Extant apud LVNIGIVM *Cod. Diplom. Ital. Tom. I. Col. 2515.* duo inſtrumenta ſolemnia de ſolennitatibus circa Imperatorum coronationem Italicam cum corona ferrea obſeruari ſolitis Data Modoetiæ d. 14. Februarii 1530. ex quo habet du MONT *Tom. IV. Supplem. p. 101.*

2) Rationes, cur non Romæ, ſed Bononiæ fuerit coronatus, adlegantur variæ. GVICCIARDINVS *lib. XX. p. 941.* ita loquitur: *Pontifex poſtea & Cæſar vt ex propinquiore loco expeditionem promouerent, Senam, & deinde Romam Cæſaris inauguranti gratia ſe transferre decreuerunt: ſed quum iam ſiue id re vera Cæſar in animo haberet, ſiue fingeret, diſceſſuri eſſent, literæ ex Germania, quibus Cæſar vt in eam prouinciam ſe transferret, vrgebatur, ſunt allatæ, vrgebant autem id Septemuiri Auguſtales ceterique principes comitiorum cauſſa: Ferdinandus vt Romanorum rex appellaretur, reliqui vero concilii cauſſa: quocirca vlterius progrediendi cogitatione depoſita, Bononiæ maximo concurſu, ſed parua pompa & ſumptu, die quo Diui Matthiæ memoria celebratur, die Carolo feuſtiſſimo imperatoria corona eſt donatus: quo etiam die natus, eodem Gallie rex captus: eo item die Cæſarea inſignia ornamentaque in Germania accepta.* IOVIVS vero *lib. XXVII. p. 236.* alias habet rationes, dicens: *Cæſar enim multis de cauſſis Bononiæ coronari ſtatuerat, quanquam id antea Romæ faciendum eſſe decreuiſſet, vbi ſuperiores Cæſares tanquam in ſanctiſſima ſacrorum ſede, & felici nationum omnium domicilio, vbique ipſa veteris imperii honore, antiquorum triumphis & ſtupendis ſuprema fortuna monumentis longe clariſſima, coronas legitimo iure ſuſceperint. Sed euaſtatæ vrbis & nondum nouis commodis ſubleuata calamitoſa tenuitas, & opulentæ ſupellectilis ornamentorumque penuria Cæſarem auertebant, quamuis Romani eius ſpe aduentus ab omni triſtitia & ſordibus, ad lætitiam vetereemque ſplendorem reuocati viderentur. Erant præterea Cæſari multa opportuna, ſtatutoque tempore in Germania peragenda.* Sed addit IOVIVS *lib. XXVII. p. 240. erant omnia ad imaginem Vaticani templi conſtituta, & noua ſacellis appellationes impoſita, vt ea ſigillatim, ad veterem conſuetudinem ex Pontificiis libris reſponderent.*

3) Verba ſunt SLEIDANI *lib. VII. pag. 182.* Extat iuramentum apud GOLDASTVM *Conſtit. Tom. III. p. 308.* & LVNIGIVM *Reichs-Archiu p. Gen. Contin. p. 409.* quod tale eſt: *Ego Carolus, Romanorum Rex & breui Dei gratia futurus Imperator Cæſar, per Deum diuumque Petrum promitto, polliceor, teſtificor atque iuro, me in poſterum pro viribus, ingenio & facultatibus meis Pontificiæ dignitatis & Romanæ eccleſiæ perpetuum fore defenſorem, nec vllam eccleſiaſticæ libertati vim illaturum: ſed poteſtatem, iuriſdictionem & dominationem ipſius, quoad eius fieri poteſt, conſeruaturum, ac protecturum; cuius rei teſtem voco Deum ipſum & hac ſancta euangelia.*

4) HEVTERVS lib. X. c. IV. *interea Bononiæ ad redimendum per pontificem Clementem coronam auream Cæſarem neceſſaria inſtruebantur: quibus parатis, Pontifex eam Cæſari magna cum pompa imponit, cum ante biduum ferream Lombardici Regni coronam*

quot armatis ſtipatoribus, pons ipſe, ſuper quem ingrediebantur, XX. ferme pedum longitudine confractus, ceciderunt que innumeri, vnus aut alter moribundi, pauci vulnerati inuenti ſunt, res ab omnibus miraculo tenus habita, non omnes vna periiſſe. Plerique hanc rem in omen vertentes, ex confracto ponte nullum deinceps alium Imperatorem coronatum iri, vaticinari auſi ſunt. 5)

§. XXXVIII. Inter hæc negotia, bellum gerebatur Turcicum. Mortuo enim a. 1526. in prœlio ad Mohazium d. 29. Auguſti Ludouico, vltimo Vngarorum Rege, 6) vxor eius Maria Auſtriaca, Cæſaris ſoror, liberis non genitis, in Auſtriam ad fratrem Ferdinandum eſt reuerſa, qui Annæ vxoris cauſſa, quæ Ludouici erat ſoror, ſucceſſionem petebat. 7) Accedebant pacta antiqua de ſucceſſione in regnum Vngariæ inter Fridericum III. & Matthiam, atque Maximilianum & Vladislaum inita. 8) Sed aduerſarium habebat Iohannem Sepuſium, Waywodam Tranſyluanum. Quo quidem ex diſſidio, cum nobilitas omnis & ordines diuiderentur, bellum fuit exortum, Germanis ac finitimis populis funeſtum & exitiale: 9) Nam victus ad Tockaium ab Auſtriacis Ioannes, ad Hieronymum Laſcum, virum apud Sarmatas illuſtrem ſe contulit, eodemque ſuaſore, ſe & regnum ſuum in Turcarum fidem dedit. 10) Qua clientela hoc euenit, vt menſe Septembri 1529. Solymannus Turcarum Rex, cum ingenti exercitu Hungariam inuaderet, ac pro maiori parte occuparet, indeque in Auſtriam conuerſo exercitu, Viennam per menſem fruſtra, ac cum ſummo ſuorum detrimento, oppugnaret, tandemque circa Idus Octobris re infecta diſcederet, propugnante, vrbemque defendente Philippo Palatino & Nicolao Salmenſi, 11) licet vltra ſexaginta millia hominum ſecum in captiuitatem abduceret. 12)

§. XXXIX. Ingruente igitur bello Turcico, & creſcentibus indies religionis diſſidiis, Cæſar in Hiſpania adhuc agens, datis Toledi litteris, ad Kl. Octobris 1525. conuentum Auguſtam indicit, in quo de republica tractent, Grauaminibus Religionis, & perpetuandis in Turcam auxiliis: quod ſi coram ipſe non poſſit intereſſe, daturum ſe aliis negotium

nonam capite ſuſcepiſſet, Henrico Naſſouio, ac Noircarmæ Regulo, primis Cæſaris Cubiculariis, eumſemper ſolemnibus veſtibus induentibus atque exuentibus. GVICCIARDINVS *lib. XX. pag. 942.* MVTIVS *lib. XXXI. p. 319.* CHYTRAEVS *Saxonia p. 319.* THVANVS *lib. I. pag. 14.* BELCARIVS *lib. XX. pag. 630.* HARAEVS *ad a. 1529.* MAMERANVS *de geſtis præcipuis Caroli V.* male XXIV. Martii ponit. Solennia coronationis deſcribunt IOVIVS *lib. XXVII. p. 238.* PARALIP. CONR. VRSP. *f. 497.* H. CONR. AGRIPPA *de duplici Coronatione Caroli V. apud Bononiam*, in SCHARDII *Tom. II. p. 266.* & GOLDASTVM *Polit. Imp. p. 340.* HARTM. MAVRVS *de eadem coronatione apud* SCHARDIVM *pag. 22.* *Acta der Kayſerlichen Crœnung in Bononia* apud GOLDASTVM *p. II. der Reichshandel pag. 155. 156.* REISNER *lib. VIII. p. 176.* COELESTINVS *Hiſt. Comit. Auguſt. p. 16.*

5) Verba ſunt AGRIPPAE *p. 270.*

6) Extat STEPHANI BRODERICI liber *de clade Ludouici, Hungariæ Regis* in SCHARDII *Tomo II. p. 218.* quem IO. SAMBVCVS poſtea recognouit & IO. CASPAR KVHNIVS cum commentario edidit, *Argentorati 1688. 8.* IOVIVS *lib. XXIII. p. 26.* CZECHOROD *lib. VII. c. VII. p. 949.* SPALATINVS *Vitis aliquot Electorum p. 1158.* Relatio breuis reperitur in KAPPENS *Nachleſe II. Th. p. II. pag. 696.*

7) HEVTERVS *lib. IX. c. VI.*

8) CHYTRAEVS lib. XII. p. 306. *Vngarici vero regni proceres, cæſo Ludouico, in duas factiones diſtracti erant, quarum altera, non alienigenam, ſed Vngarici ſanguinis regem expetens Ioannem Zepuſium, Stephani ſilium, Palatinum Tranſyluaniæ, recenſem, Stephani ſilium, Palatinum Tranſyluaniæ, regem nominabat, altera pars, vetera de ſucceſſione pacta, inter Fridericum III. & Matthiam priorum, deinde inter Maximilianum & Vladislaum inita ſeruans, Ferdinandum eligebat, qui ſtatim miſſis aduerſus Ioannem, duce Caſimiro Marchione Brandenburgenſi copiis, eum profligauit, & idibus Nouembris, Budæ coronatus eſt.*

9) SLEIDANVS *lib. VI. p. 151.*

10) COEL. CVRIO *ſupplem. XIII. pag. 308.* IOVIVS *lib. XXVIII. pag. 274.* THVANVS *lib. I. p. 30.* CHYTRAEVS *lib. XII. p. 306.* SLEIDANVS *lib. VI. p. 162.*

11) SLEIDANVS lib. VI. p. 174. *eodem Tempore Turcarum Imperator, Solimannus, a Ioanne Waywoda ſollicitatus, per Hieronymum Laſcum, Polonum, excellentis ingenii virum, innumero cum exercitu per Vngariam tendit in Auſtriam, & primariam eius regionis vrbem Viennam, ad Idus Septembris obſidet, & cuniculis rem agit, & qua parte mœnia ſubuertiſſet, manus aſcrtivæ conſerit, ſed cum milites præſidiarii Germani, quorum præcipuus dux erat Philippus Palatinus princeps, fortiſſime ſtationem defenderent, poſtridie Idus Octobris, infecta re d ſedit, multis hominum millibus in reditu, partim trucidatis, partim in miſerabilem ac ſædam ſeruitutem abductis, Vayuodam autem abiens Budæ regem conſtituit.* CVRIO *p. 311.* HEVTERVS *lib. X. c. IV.* IOVIVS *lib. XXVIII. p. 285.* De bello Pannonico ſigillatim egit MICHAEL SOITERVS in SCHARDII *Tomo II.* & IO. ZERMEGH *Hiſtoria rerum geſtarum inter Ferdinandum & Ioannem Vngariæ reges Amſteledami 1662.* CHYTRAEVS *lib. XII. p. 314.* HARAEVS *ad a. 1529.* Extat *Vienne Auſtrie vrbis a Solymanno obſeſſæ Hiſtoria* apud SCHARDIVM *Tom. II. p. 237.* CONR. VRSP. PARALIP. *f. 493.* SECKENDORF *lib. II. pag. 131.* REISNER *pag. 177.*

12) THRASYBVLVS LEPTA *Vita Georgii Ludou. a Seinsheim lib. I. pag. 61.* vbi de ipſo: *in famulatu Principis Bauarici Guilielmi tamiſper duranit, donec terribile illud Claſſicum per vniuerſam Europam percrepuit, Solymannum Turcarum Tyrannum (qui prope ante triennium in Vienna Auſtriaca oppugnanda capiendaque, omnes immanium virium ſuarum Conatus & artes, ſed fruſtra, multo ſuorum cum ſanguine expertus fuerat, propugnante ante alios Illuſtriſſimo & fortiſſimo Principe Philippo, Ruperti filio, Philippi nepote, Palatino; fœdiſſimeque vaſtata & deformata Pannonia, demique ſupra ſexaginta millia Germanorum capiuum in barbaricam triſtiſſimamque ſeruitutem abducta, inglorius in Thraciam præcipiti fuga redierat,) innumerabilibus inſtructum copiis, & in Samandriam ad Danubium infuſis, ea de cauſſa redire in Pannoniam, vt Viennam iterato oppugnet, a cuius mœnibus ante repulſus cum ignominia diſceſſiſſet.*

gotium, qui ſuum locum expleant. Hæ litteræ ſerius redditæ fuerunt in Germania, nempe ad XIII. Auguſti diem: quapropter de Ferdinandi principis, quem Cæſar ſibi legauerat, & aliorum, Regimenti potiſſimum Imperialis voluntate, productus hic dies ad Nouembris diem XI. vt longinquiores etiam ad iter ſeſe comparare poſſent. 13) Dum vero ſtato die perpauci venirent, ob ſeditionem popularem, dilata res fuit in annum ſequentem, vt Kal. Maii 1526. Spiræ Status conuenirent. Decretum fuit tamen inter alia, magiſtratui prouidendum interea eſſe diligenter, concionatores verbum Dei populo proponant & explicent iuxta ſententiam doctorum, quos eccleſia Chriſtiana recepit, vtque doceant non ſeditioſe, verum ſic, vt nomen Dei celebretur, & tranquillitas retineatur. 14) Stato tempore Spiræ aderant Germaniæ principes admodum frequentes, Electores omnes, præter Brandenburgicum. In his etiam fuit Electior Saxoniæ Ioannes, & Landgrauius Haſſiæ, Philippus. Cæſaris erant legati, Ferdinandus frater, epiſcopus Tridentinus Bernhardus, Caſimirus Brandeburgicus, Philippus Badenſis, Guilielmus Bauarus, Ericus Brunſuicenſis. Hi XXV. Iunii facto initio, Cæſaris litteris recitatis, obſeruari volebant decretum Wormatienſe. Exorta igitur de religione ſimultate, Saxo & Landgrauius domum cogitant, & ſuis, vt ad iter ſe comparent, mandant. Eo cognito, Ferdinandus & Treuirenſis Richardus, & alii, quod viderent, magni rem eſſe periculi, ſi tempore tam exulcerato, nullo facto decreto diſcederetur, animos demulciunt, atque ita demum fuit decretum, ad conſtituendam religionis formam & retinendam tranquillitatem opus eſſe legitimo, vel publico totius orbis concilio, cuius intra annum fiat initium: & ne qua mora vel impedimentum interueniat, legationem eſſe mittendam ad Cæſarem, oratum, vt miſerum & tumultuoſum Imperii ſtatum reſpiciat, quamprimum in Germaniam accedat, & concilium procuret. Ad religionem & edictum Wormatienſe quod attinet, placuit, vt interea, dum ex iis conciliis alterum habeatur, ita ſeſe gerant omnes, in ſua quique prouincia, quo ſui facti probabilem rationem 15) Deo ſimul & Cæſari quoque reddant. Prius quam hoc fieret decretum, Saxoniæ Princeps & Landgrauius, legatos Argentinenſes, Noribergicos, Auguſtanos ad ſe vocant, & quoniam ipſis charam eſſe videant euangelii doctrinam, & vero, quid epiſcopi moliantur atque pontificii, non ſit obſcurum, deliberare ſeſe dicunt, num qua ſocietas atque fœdus iniri poſſit, vt, ſi quem huius profeſſionis cauſa periclitari contingat, mutua ſubminiſtrentur auxilia, deinde quoniam de Francofurtenſibus ac Vlmenſibus bonam quoque ſpem habeant, non ſe recuſare dicunt, quo minus & ipſi appellentur. Ad hæc legati, nullum ſe quidem eius rei mandatum habere, ſed diligenter ſuis eſſe renunciaturos aiunt. 16) In iisdem quoque Comitiis iterum certa Grauamina contra ſedem Romanam fuerunt collecta atque exhibita. 17) Erant cum Saxone Georgius Spalatinus, Ioannes Islebius Agricola, theologi: Lantgrauius quoque ſuos addixerat: interpellabant autem reliqui principes, ne docerent, motus vitandi cauſa, verum id fruſtra fuit. Ferdinandus etiam, ante factum decretum, ciuitatum omnium legatis ad ſe vocatis, cum de ſua ſuorumque maiorum & Auſtriacæ domus in ipſos beneuolentia quædam dixiſſet, hortabatur, vt Cæſari morem gerant, neque ſe conſiliis & perſuaſionibus quorundam abduci paterentur. Vngariæ quoque regi decreta fuerunt auxilia: quæ vocabant *die eylende Hülffe*, ſed quo tempore dimiſſus eſt conuentus, quod erat ſub exitum Auguſti menſis, iam in Vngariam progreſſus Turcarum Imperator, Ludouicum regem prœlio ſuperauerat. 18) Poſtquam clades Regis percrebuit, Kl. Decembris Eslingæ conuenerunt Deputati ad Regimentum Imperii Proceres, qui XXI. Decembris ſtatuerunt, vt, quæ in proximo Spirenſi conuentu decreta de ſuppetiis celeribus fuerant, ſtatim expedirentur. Tum Comitia alia vbi de continuis auxiliis *beharlicher Hülffe* ageretur, Ratisbonæ

13) SLEIDANVS *lib. V. pag. 139.* SECKENDORF *lib. II. p. 41.* Quæ Regimenti Imperialis partes fuerint in his Comitiis, docet MVLLER *in Staats-Cabinet p. I. c. IV.* §. *XLIV.* & apud LVNIGIVM *p. Gen. Contin. p. 457.* KAPPENS *Nachleſe p. II. p. 679.*

14) SLEIDANVS *lib. V. p. 140.* Extat Receſſus Auguſtanus *in Corpore p. 210.*

15) SLEIDANVS *lib. VI. p. 149.* Extat apud HORTLEDERVM *Tom. I. lib. I. cap. II.* & LVNIGIVM *Staats-Conſiliis Tom. I. n. 9.* Conſilium, qua ratione quisque Statuum ſe in hoc tenore poſſit conſeruare, CHYTRAEVS *lib. XII. p. 314.*

16) Deliberatum iam VII. Nouembris 1525. Friedwaldæ, quæ Haſſiæ eſt arx, in Thuringiæ confiniis, inter Io. Fridericum, Ioannis Electoris filium, & Philippum, Haſſiæ Landgrauium, de ſocietate cum bene adfecta ineunda. Ineunte anno 1526. Noribergenſem Senatum rogarunt, vt legatos Torgauiam mitteret, quibuscum de coniunctione conſilitorum, ante inſtantia Spirenſia Comitia, in cauſſa religionis tractari poſſet. Licet autem Senatus legatos Gotham miſerit, & ore atque ſcripto, quod MORITLEDER *Tom. I. lib. VIII. c. I.* exhibet, die XV. Februarii apud vtrumque Principem non contemnendis rationibus ſeſe excuſaſſet, magnam cæteroquin conſtantiam in religione teſtatur, Principes tamen die Mercurii poſt Cantate IV. Maii Torgauiæ 1526. fœdus defenſiuum Eccleſiaſticis oppoſitum, inter ſe pacti ſunt, quod HORTLEDER *d. l. cap. II.* du MONT *Tom. IV. p. I. pag. 455.*

17) Extant iſta apud CYPRIANI *Reformations-Hiſtorie Tom. II. p. 379.* SLEIDANVS *lib. VI. pag. 148.*

18) De his Comitiis plenius egit SLEIDANVS *lib. VI. p. 147.* HEVTERVS *lib. IV. c. VI.* SECKENDORF *lib. II. p. 45.* Receſſus extant in Corpore *p. 213.* LVNIG *p. Gen. Contin. p. 460.* Principes & Epiſcopos in hiſce Comitiis præſentes recenſet KAPPE *in der Nachleſe p. II. p. 679.* Cæſaris Propoſitionem *p. 680.* Ciuitatum Reſponſionem *p. 685.*

19) SE-

næ Kl. Aprilis anni sequentis haberentur, & Cæsar, omissa iam Legatione nuper Spiræ decreta, per literas rogaretur, vt in Germaniam veniret. 19)

§. XL. Comitia Ratisbonæ, vt Eslingæ fuerat constitutum, mense Martio a. 1527. habita, nullius fuerunt effectus. Ex Principibus nullus, legatorum pauci comparuerunt. 20) Insequenti anno 1528. Landgravius Philippus & Elector Saxoniæ, conscriptis copiis ad bellum spectabant. Eius autem rei hæc erat causa. Iureconsultus quidam, Otto Paccius, nobili genere natus, ex primis Georgii Saxoniæ principis consiliariis vnus, per occasionem colloquii Lantgrauium admonuit, vti suis rebus prouideret: nuper enim Ferdinandum, Ioachimum El. Brandeburgicum, Georgium Saxonem, Guilielmum & Ludouicum Bauaros, Moguntinum, Salisburgensem, Bambergicum, Wirciburgensem iniisse fœdus, ipsius & Saxoniæ principis electoris, & opprimendæ causa religionis: fidei vero faciendæ causa, confœderationis exemplum exhibet, archetypum quoque pollicetur. 21) Dum copias illi parant atque bellum, intenti erant omnium animi, quorsum hoc exiret: nam causæ vulgo ferebantur variæ, sicut fieri consueuit. Cum vero iam omnibus rebus essent instructi, tunc primum dimissis in omneis partes literis atque nunciis, formulam ad se delati fœderis promulgant, & simul iis, qui fœdus iniisse dicebantur, scribunt, missis legatis, vt quid sit ipsorum propositi, cognoscant, sed hi omnes, pro se quisque seperatim, sese purgant, euulgatis literis, & figmentum esse, neque doceri posse confirmant. Et Georgius quidem Saxoniæ Princeps, Lantgrauii socer, vrgebat inprimis, vt authorem ederet: nisi faciat, ab ipso conflictum esse, motus excitandi & turbandæ Germaniæ causa, sese arbitraturum. Primus impetus erat futurus in episcopos vicinos: itaque se comparabant illi, conductis, quas poterant in ea celeritate, copiis. Cum autem archetypum Paccius exhibere non posset, vti promiserat, ibi Lantgrauius paulo cœpit agere cunctantius: intercessione demum Palatini ac Treuirensis Richardi, discessum fuit ab armis, ea lege, vt in belli sumptum aureorum millia centum dependerent episcopi Lantgrauio, Moguntinus quidem XL. Wirciburgicus totidem, Bambergicus vicena. Cum deinde ad certum diem, legati principum, ad quos ea criminatio pertinebat, conuenissent, Paccius, quem Lantgrauius ibi sistebat, falsi fuit conuictus, & dimissus tandem a Lantgrauio, cum annis aliquot apud exteros oberrasset, Antwerpiæ pœnam capitis luit. Rebus ad hunc modum pacatis, Sueuici confœderati Lantgrauium incusabant; quod sociis vim & iniuriam fecisset: cumque nouus ex eo motus impenderet, sedata demum res Wormaciæ fuit, sub exitum Decembris interuentu Palatini Principis. 22)

§. XLI. Ca-

19) SECKENDORF *lib. II. p. 46.* Extat Recessus in Corpore *p. 222.* De his ab Imperii Regimento indictis Comitiis MVLLER *im Staats-Cabinet p. I. c. IV.* §. *XLVII.*

20) SLEIDANVS *lib. VI. p. 156. & p. 158. ad Ratisbonæ comitum nulli venerunt principes, & legatis tantum missis eo, nihil actum fuit, nisi quod scriptis ad Cæsarem literis, Maii die XVIII. cur nihil actum sit, demonstrant, & e repubi. futurum, si bella ciuilia componantur, ostendunt, & ipsius præsentiam inprimis esse necessariam dicunt.* SECKENDORF *lib. II. p. 80.* Extat Recessus in Corpore *p. 224.* De his Comitiis MVLLER *im Staats-Cabinet p. I. c. IV.* §. 1.

21) De hoc fœdere sic iudicat SLEIDANVS *lib. VI. p. 165.* dicens: *sunt, qui putant non fuisse nihil, quod illi de confœderatione dixerat; eamque suspicionem augebat ille, qui quatuor annis antea fuerat Ratisbonæ, principum aliquot conuentus, vt libro quarto diximus* (dictum de eo supra §. XIX.) *Itaque conceptum quidem aliquid eius generis non autem ad finem deductum, neque plane decretum fuisse putatur: quod tamen nolim pro vero ponere, ac suum cuique iudicium hic permitto.* Ipse Otto in literis ad Lutherum in IOANNIS Spicil. Tabul. Vet. Tom. I. p. 549. *ego nunquam duxi in animum (postquam cepit mihi splendere euangelica veritas) vnum vt hominem deciperem; taceo, quod tantam seditionem in toto christianismo mouerem. Pacare volui impiorum iras (Deum optimum testor) non irritare; seditiones paratas detegere, non seminare, pios admonere, cautiores facere, non in bellum aut tumultum accendere volui. Quod autem res alio, quam volueram, processit, diuine voluntati permitto: mihi autem, meque conscientie omnino est satisfactum, quod mea infamia (nam nichil preter conscientiam meam ille fum habeo) tot bonos piosque homines conseruauerim.* Formulam fœderis habet COCHLAEVS *Vita Lutheri p. 184.*

22) Agit de hocnegotio SLEIDANVS *lib. VI. pag. 164.* GEORG SPALATINVS *Annal. Reform. p. 102. seq. Vitis Elect. Saxoniæ p. 117. Breui post sub festum Pentecostes anni eiusdem MDXXVIII. Elector & Landgrauius Hassiæ bellum instruxere, aliquot millibus equitum pediumque contractis, vt ab insidiis societatis clandestine quorundam Episcoporum ac Principum, quam contra Euangelium, vtusque defensores, Electorem atque Landgrauium, Vratislauiæ coaluisse ferebant, se defenderent. Nimirum Ferdinandus Vngariæ Bohemiæque Rex, Præsul Salzburgensis, Duces Bauariæ, Marchio Brandenburgicus Ioachimus, Dux Saxoniæ Georgius, tum Moguntinus, Herbipolensis & Bambergensis Episcopi in hoc fœdus conspirasse tradebantur. Quanquam vero Elector & Landgrauius iam tum aliquot millibus militum Franconiam ingressi essent, & Hassiæ inprimis tantas equitum copias conscripsisset, quantas post hominum memoriam nusquam in Campum eductas esse fama est, socii tamen aduersæ partis, Rex Ferdinandus inprimis ac reliqui Principes & Episcopi Hasnandus inprimis ac reliqui Principes & Episcopi Hasnandus inprimis ac reliqui Principes & Episcopi Hasn

§. XLI. Calendis Augusti mensis, Cæsar, datis Vallisoleti litteris, Imperii conuentum indicit Spiræ, ad initium Februarii 1529. religionis & Turcici belli causſa: quo minus autem ipse veniat, per occupationes excusat, simul constituit legatos, Ferdinandum fratrem, Fridericum Palatinum, Guilielmum Bauarum, Ericum Brunsuicensem, Bernhardum Episcopum Tridentinum & Balthasarem Episcopum Maltensem, postulatum Hildesiensem. 23) Initium Comitiorum factum est Idibus Martii 1529. Principes ac Ordines aderant admodum frequentes. Elector Saxoniæ Melanchthonem adduxerat. Principio de religione fuit actum, atque Pontificii eo spectabant, vt Saxonem aliosque Principes a ciuitatibus dirimerent. In eo cum non proficerent, 24) decretum fit in eam sententiam: Qui Cæsaris edictum adhuc seruarunt, deinceps quoque seruent ad concilium vsque, & populum etiam huc adstringant: qui vero doctrinæ genus mutarunt, neque discedere iam ab eo possunt, absque metu seditionis, vt hi sibi temperent in posterum, nec aliquid præterea innouent adusque concilii tempus: deinde, ne doctrina eorum, qui de cœna domini secus quam ecclesia, docent, recipiatur, neue abrogetur Missa: nec iis in locis, vbi nouum est doctrinæ genus impedimentum fiat, quo minus ad Missam, qui volent, accedant: anabaptistis etiam, qui suum dogma pertinaciter defendunt, capitis pœna constituatur, & ecclesiæ Ministris iniungatur, vt iuxta probatam ab Ecclesia interpretationem doceant, alia vero dogmata, de quibus forte disputari possit, non attingant, sed concilii decretum expectent: ad hæc, vt pacem inter se colant omnes ordines, & religionis causſa nec damnum inuicem dent, nec alter alterius ditionis subditos in suam fidem aut tutelam recipiant: qui secus fecerint, prosciptorum numero esse iubeantur. 25) Huic decreto sese opponunt Ioannes, Saxoniæ Elector, Georgius Brandenburgicus, Ernestus & Franciscus Luneburgici, Landgrauius, Anhaltinus, & Aprilis die XIX. palam, cur non assentiantur, de scripto recitant: interea dum inchoetur aut publicum totius orbis aut prouinciæ Germaniæ concilium, nihil se facturos, quod iure possit improbari: quod insuper de colenda pace, de non interuertendis aliorum bonis, de anabaptistis decretum sit, in eo quoque se, quid sui sit officii, non ignorare. Huic Principum protestationi, communicato consilio, primi nominis ciuitates aliquot sese coniungunt, Argentina, Noriberga, Vlma, Constantia, Reutlinga, Winshemium, Memminga, Lindauium, Campodunum, Hailbrunna, Isna, Weissenburgum, Nortlinga, Sangallum. Et hæc quidem est origo nominis protestantium, quod non solum in Germania, sed apud exteras quoque gentes peruulgatum est atque celebre. 26) Ferdinandus excesserat iam e Concilio Principum, antequam hi protestarentur, tametsi, vt paululum modo discessum differret, a Saxonie fuerat rogatus atque sociis. 27) Henricus Brunsuicensis equidem & Philippus Badensis certos quosdam Compositionis articulos proponebant, quos etiam die Mercurii post Iubilate 1529. pacis ergo acceptabant Status Euangelici, qui tamen a Statibus Imperii tanquam maiori parte non fuerunt accepti. 28) Postea, appellationis quoque formulam Protestantes concipiunt, & edunt, in ea rem omnem ordine commemorant, ac demum ab omni actione Spirensi & decreto ibi facto prouocant ad Cæsarem, ad futurum generale, vel Germanicæ nationis legitimum concilium, ad omnes denique non suspectos iudices, ac simul legationem ad Cæsarem in Italia agentem, decernunt. 29) Missi igitur ad Cæsarem Io. Ehingerus, Consul Memmingensis, Alexius Frauentrutus, Georgii, Brandenburgici Marchionis Secretarius, Michael Cadenus Noribergensis, qui ad XII. Septembris, die ipsis Placentiæ statuta, quæ ipsis fuerant mandata, coram Cæsare exponunt, sed duriore accepto responso, atque vt decreto Spirensi subscribant Protestantes, iubente, Legati, cum legissent appellationem, sic vt erat concepta, tradunt Alexandro Schweissio, testibus ad eam rem adhibitis, vt fieri consueuit: ille quidem initio recusat, sed tandem accipit, & ad Cæsarem defert, eodemque die post meridiem redit, & reliquo sermone con-

XII. p. 312. COCHLAEVS *de actis & scriptis Lutheri ad a. 1528.* SECKENDORF *lib. II. pag. 94.* IO. STRAVCHIVS inter dissertationes exoticas dissert. IX.

23) SLEIDANVS *lib. VI. pag. 166.* MVLLER *Hist. Euangel. Stænde Protestation lib. I. c. II.*

24) SLEIDANVS *lib. VI. pag. 170.* MVLLER *c. l.* & *Staats-Cabinet p. I. c. IV. §. LIV. Historie der Religions-Beschwerden p. I. cap. I. §. XI.*

25) SLEIDANVS *lib. VI. p. 171.* HEVTERVS *lib. X. c. III.* CARAFA Germ. Sacra p. 8. *Ferdinandus publico Decreto indulsit, vt in Fidei ac Religionis negotio eo modo se gererent, quo Deo, & Cæsari facti sui rationem possent reddere, nihil tamen innouarent vsque ad Cæsaris aduentum vel Concilii celebrationem.* Vocat illud ideo primum Interim, quem sequitur NIC. HELVICVS *Theatro Histor. II. B.* p. 37. Extat apud GOLDASTVM *Tom. III. Constit. p. 494.* Recessus in Corpore *p. 231.* LVNIG *p. Gen. Contin. p. 480.*

26) Verba sunt SLEIDANI *p. 173.* IOACH. CAMERARIVS *Vita Melanchthonis p. 36.* CARAFA de Ferdinando Archi-Duce *p. 8.* sic scribit: *Cum vero contra seditiosos, & honorum Ecclesiasticorum inuasores Decreta fecissent, iis noluerunt Principes subscribere, adiunctisque sibi aliquot ciuitatum Legatis, protestati sunt, vnde postea Protestantium nomen vsurparunt.*

27) SLEIDANVS *p. 171.* HEVTERVS *lib. X. c. IV.* HORTLEDER *Tom. I. lib. I. c. IV.* MVLLER *lib. I. c. IV.* SECKENDORF *lib. II. pag. 127.* COELESTINVS *Hist. Comit. Augusf. Tom. II. p. 192.* exhibet Decretum Spirense cum Protestatione. CAMERARIVS *de B. Smalcaldico p. 462.*

28) De his MVLLER *lib. I. cap. IV. §. IX. p. 41. Historie der Religions-Beschwerden p. I. cap. I. §. XV.*

29) SLEIDANVS *p. 173.* Extat Instrumentum adpellationis apud MVLLERVM *lib. I. cap. V.* vna cum Actis Protestationis.

30) SLEI-

confecto, Cæſarem iubere dicit, ne pedem moueant e diuerſorio, ne quid ſuis perſcribant, ne ſuorum quem aliquo mittant, donec aliud renunciet, capitis atque fortunarum denunciata pœna, ſi ſecus faciant. 30) Penultimo demum Octobris die, Parmæ, quo iuſſi erant ſequi, Nicolaus Granuellanus, qui Mercurini partes obibat ægrotantis, nunciat eis, etſi delatam ſibi prouocationem Cæſar ægre ferat, tamen permittere, vt domum ad ſuos reuertantur, Cadenum vero iubet manere, capitis pœnam comminatus, niſi pareat, qui tamen ex Italia clam aufugit. 31)

§. XLII. Proteſtantes autem, quo ſecuritati ſuæ proſpicerent, de fœdere iterum fuerunt ſolliciti. Poſtquam enim inter Iohannem Electorem & Philippum Landgrauium iamdum Torgauiæ a. 1526. conueniſſet, 32) in idemque fœdus alii Principes fuiſſent recepti, Albertus potiſſimum Brandenburgicus, Dux Boruſſiæ, 33) facto decreto Spirenſi, cœptum de fœdere cogitari vehementius, & finito conuentu, concepta quædam Noribergæ fuit eius rei formula, 34) & poſt in conuentu Rotacenſi, ditionis Coburgenſis, inter Electores, Saxonem atque Brandenburgicum, Haſſiæ Landgrauium atque Ciuitates, Argentoratum, Noribergam & Vlmam amplius tractata. 35) Dum vero Saxoniæ Elector cum Ciuitatibus Zwinglianæ doctrinæ addictis fœdus inire nollet, conuentus quorundam Principum Salfeldiæ & Numburgi placuit, qui tamen effectu fuerunt deſtituti, vsque dum Saxoniæ Elector, & Georgius, Brandenburgicus Marchio, Schlaitzæ congrederentur, & pro legatis ſuis de certa inſtructione inuicem conuenirent. Cumque menſe Octobri 1529. Suabacum legati Principum ac ciuitatum veniſſent, Saxonis & Georgii Brandenburgici nomine propoſitum fuit, quoniam religionis ac veræ doctrinæ defenſio, ſit huius fundamentum fœderis atque cauſa, primum oportere conſentientes omnium in eo eſſe voluntates. Itaque recitata fuit doctrinæ ſumma, articulis XVII. comprehenſa, quam adprobarent omnes. 36) Argentinenſes autem ac Vlmenſes legati, neque ſuperiori conuentu Rotacenſi factam eius rei mentionem eſſe, neque ſe quicquam in mandatis habere, dicebant. De cœna Domini non erat eadem omnium ſententia: & hic ſolus erat ſcrupulus, cum ergo decerni propterea nihil poſſet, alter ſuit Smalcaldiæ conuentus indictus ad Idus Decembris. 37) Poſtquam igitur Cadenus ex Italia aufugiſſet, eo ſub finem Nouembris venerunt Saxoniæ Princeps eiusque filius, Iohannes Fridericus. Ernestus & Franciſcus Luneburgici, fratres, Landgrauius Philippus, Georgii Brandenburgici conſiliarii, ciuitates etiam, Argentoratum, Vlma, Noriberga, Heilbrunna, Reutlinga, Conſtantia, Memminga, Campodunum, Lindauia. Sub idem tempus venerunt ex Italia legati, cumque legationem renunciaſſent, viſum fuit, agendum eſſe omnium primo de religione, cuius nuper erant propoſita capita. Argentinenſes vero atque Vlmenſes, primo de fœdere agendum eſſe putabant, cum de religione diſſidia non ſtatim poſſint componi. Tandem ita diſceditur, vt qui doctrinam hanc omnem profiteri velint atque recipere, Noribergam veniant ad ſextum Ianuarii diem anni ſequentis 1530. deliberandi cauſa, quid deinceps agendum. 38) Ad conuentum illum Noribergenſem venerunt principum & perpaucarum ciuitatum legati: conſilium erat, mittendam eſſe legationem ad Cæſarem atque Ferdinandum, ſed ab eo diſceſſum fuit. Et quia Cæſar Imperii conuentum primo vere putaba-

30) SLEIDANVS *lib. VII. ineunte.* MVLLER *lib. II. c. I. & c. XX.* SLEIDANVS *p. 133.* extat Relatio legatorum apud HORTLEDERVM *T. I. lib. I. c. VII.* Inter 10. STRAVCHII Diſſertationes exotericas Septima eſt *de cauſa Proteſtationis, Appellationisque Ordinum Proteſtantium, Legatorumque cuſtodia*, qua iſtam examinat. *Hiſtorie der Religions-Beſchwerden lib. I. c. I. §. XIX.*

31) Hoc negotium tali modo exponit SLEIDANVS *lib. VII. p. 179.* ſcribens: *penultimo demum Octobris die, Parmæ, quo iuſſi erant ſequi, Nicolaus Granuellanus qui Mercurii partes obibat ægrotantis, nunciat eis, etſi delatam ſibi prouocationem Cæſar ægre ferat, tamen permittere, vt domum ad ſuos reuertantur: Cadenum vero iubet manere, capitis pœnam comminatus, niſi parcat: cuius quidem rei hac erat cauſa. Lantgrauius dederat abituro libellum elegantor adornatum, qui doctrinæ Chriſtianæ ſummam paucis complectebatur, vt Cæſari daret: is per occaſionem, cum ad ſacrum iret Cæſar, porrigit. Cæſar intuicem epiſcopo cuidam Hiſpano, vt quid rei eſſet, cognoſceret, hic forte in locum illum incidit, vbi Chriſtus monet apoſtolos, ne principatum affectent: hoc enim ipſorum non eſſe profeſſionis, & gentium reges vſurpare ſibi talem poteſtatem. Eum locum author inter alia tractauerat, demonſtrans eiusmodi ſit officium miniſtrorum eccleſiæ: ſed ille, cum obiter legiſſet, percontanti Cæſari ſic referebat, quaſi magiſtratui Chriſtiano ius gladii tolleret libellus, & gentibus duntaxat alienis a religione Chriſtiana permitteret, hæc ergo de cauſa detinetur iſte: hoc etiam Granuellanus addebat, velle Cæſarem, vt, idem ſcriptum exhibeat quoque pontifici: cum autem ipſe factum purgaret: neque ſatis commodum reſponſum ferret, & e ſermone Granuellani periculum ſium intelligeret, ſilentio conſcendit equum, & celeriter Ferrariam, inde Venetias profectus, domum reuertit.*

32) De hoc ſupra §. *XXXIX.*

33) De hoc HORTLEDER *Tom. I. lib. VIII. cap. II.*

34) SLEIDANVS *lib. VI. fin.*

35) MVLLER *lib. II. c. XVI. p. 235.* qui etiam confœderationis formam ibidem firmatam exhibet.

36) SLEIDANVS *lib. VI. fin.* SECKENDORF *p. 140.* de hoc conuentu plenius MVLLER *lib. II. cap. XIX.*

37) SLEIDANVS *c. l.* Diſputabatur enim, an illi, qui de ſacra cœna ſecius ſentirent, in ſocietatem ſint recipiendi, de quibus MVLLER *lib. II. c. XVI.* Componendis equidem his diſſidiis inſtitutum Colloquium Marpurgenſe a. 1529. ipſo Luthero & Huldarico Zwinglio præſente, de quo Iuſti Ionæ extat Relatio apud SECKENDORFIVM *lib. II. p. 139.* MVLLER *lib. II. c. XX.* De hoc conuentu vero plenius MVLLERVS *lib. II. c. XXII. Hiſtorie der Religions-Beſchwerden p. I. lib. I. §. XIX.*

38) SLEIDANVS *lib. VII. p. 140.*

39) SLEI-

tabatur indictarus, placuit, interea deliberandum esse, quid in eo proponi debeat, & quod singulis visum fuisset, intra tempus menstruum Saxoni renunciandum, vt per eum cæteri quoque cognoscant. Itaque discessum fuit quarto Idus Ianuarii. 39)

§. XLIII. Cæsar interea, qui Nouembris die quinto Bononiam venerat, Ianuarii die XXI. dimissis in Germaniam litteris, conuentum indicit omnium Ordinum, Augustæ ad diem octauum Aprilis, religionis potissimum & Turcici belli caussa. 40) Augustam primus omnium venit Electoꝛ Saxoniæ, cum Io. Friderico filio, Luthero, eo quod Augustæ non satis securus esse videbatur, Coburgi relicto, Melanchthonem vero Augustam secum ferebat. Præter Saxonem, aderant Moguntinus, Colonienſis, Brandenburgicus, Electores: Treuirenſis & Palatinus legatos mittebant. 41) Augustam Cæsar venit idibus Iunii, sub vesperum. Iam aderant plerique Principes, & obuiam omnes progressi, perhumaniter excipiunt aduentantem, gladium præferente Iohanne Electore. 42) Erat in Cæsaris Comitatu Campegius Cardinalis, apostolice missus cum plenis mandatis: hunc inter & Ferdinandum fratrem, Cæsar cogitabat in vrbem ingredi medius, sed quia præter morem hoc erat Imperii, Moguntinus & Colonienſis erant proximi. 43) Alter dies erat sacer, & Corporis Christi memoriæ dicatus: itaque Cæsar ad diuorum templa supplicationem faciebat, missam celebrante Moguntino. Principes aderant omnes maximo numero, præter Saxonem, Lantgrauium, Luneburgicos fratres, Georgium Brandeburgicum, Anhaltinum. Cæsar quidem eis nunciauerat, vt & interessent, & suos abrogarent concionatores: illi autem neque venerunt, & quia conuentus hic eo sit indictus, vt omnium audiantur sententiæ, non se posse suis imponere silentium ante cognitionem causæ, dicebant. Die 18. Iunii per certos Feciales publice fuit enunciatum, vtriusque partis concionatores desistant, donec de religione decidatur. Cæsar tamen aliquos constituerat, qui sine cuiusquam contumelia doceant. Fuit hoc voce præconis denunciatum, constituta pœna. 44) Imp. itaque voluntati isto quidem tempore erat obsecundandum, qui tamen nec concionatores suos, nec sororis Mariæ, nec fratris Ferdinandi, nec religiosorum Principum Catholicorum concionatores prædicare permisit. 45) Iunii die vigesimo sactum est initium actionis, & Cæsar Missam auditurus de more Saxonem adesse iubet, ac sibi præferre gladium, ille re deliberata, cum Theologi dicerent, licere adesse, quod ad suum officium esset euocatus, non ad Missam, velut ad cultum diuinum, accessit, Georgio Brandeburgico comitatus: reliquorum nemo venit: a sacro ventum est in Curiam. 46) Ibi Fridericus Palatinus nonnulla præfatus, moram Cæsaris excusat, & simul causssam indicti conuentus repetit: deinde recitata fuit oratio prolixa de scripto, quo, quid huc vsque in religionis negotio & bello Turcico gestum, exponitur, atque omnes, vt quæ ipsorum sit sen-

39) SLEIDANVS *lib. VII. pag. 181.* HEVTERVS *lib. X. c. II.* MVLLER *lib. II. c. XXIII.*

40) SLEIDANVS *lib. VII. pag. 181.* SECKENDORF *p. 151.* MVLLER *lib. III. c. III.* Extat edictum apud GOLDASTVM *Reichs-Satzungen p. II. p. 227.* SPALATINVS *Vitis Electorum p. 1117.* LVNIG *p. Gen. Contin. p. 496.* MVLLER *lib. III. c. III.*

41) SLEIDANVS lib. VII. p. 182. *Augustam primus omnium venit Electoꝛ Saxonia, cum Ioanne Friderico filio: in reliquo comitatu erant Philippus Melanchthon, Ioannes Islebius Agricola, Iustus Ionas, Georgius Spalatinus.* De hoc Electoris itinere Augustam, Idem p. 201. *hoc durante comitio, Lutherus erat Coburgi, ad Franconiæ fines, mandatu sui principis, vt tanto vicinior esset Augustæ, si qua forte res ipsius consilium postularet.* SPALATINVS Vitis Electorum p. 1118. *Cum autem aliis literis Coburgum nuntiaretur, Imperatorem Calendis Maii demum Augustæ futurum, dilato paulum itinere alius post alium secuti sunt, nempe Moguntinus, Colonienſis, Brandeburgicus: Treuirenſis autem & Palatinus legatos misere.* COELESTINVS *pag. 29.* SECKENDORF *lib. II. pag. 151. 180.* MVLLER *lib. III. cap. VII.*

42) SLEIDANVS *c. l.* COELESTINVS *p. 71.* qui etiam pompam & rationem ingressus Augustani prolixe describit. ACHILLES PIRMINIVS GASSARVS *Annal. Augsburg p. 1736.* SPALATINVS Vitis Electorum p. 1118. *Hic itaque Electoꝛ noster Cæsarem per sex & amplius hebdomadas frustra præstolabatur, qui cum tandem die corporis Christi sub vesperam accederet, Electoꝛ noster ipsi in vrbis ingressu gladium, vt Imperii Archi-Marescallus prætulit.* HEVTERVS *lib. X. cap. V.* SECKENDORF *pag. 160.*

43) SLEIDANVS *lib. VII. pag. 183.* MVLLER *lib. III. cap. XII.* BELGARIVS *lib. XX. pag. 632.*

44) SLEIDANVS *cit. loc.* HEVTERVS *lib. X. c. V.* CHYTRAEVS *lib. XIII. p. 320.* Deliberationes Theologorum Protestantium de concionibus exhibet COELESTINVS *p. 32. 52. 80.* MVLLER *lib. III. c. IX. X. XIII. XIV.* SECKENDORF *p. 160.* SPALATINVS *p. 1118. Ann. Reform. p. 201.*

45) SPALATINVS Vitis aliquot Electorum p. 1118. *Mox eadem vespera voluit Imperator, Electorem, concionibus domesticis intermissis, publicis processibus sacris interesse. Qua de re multa questus Iohannes, nec ipse in frequentia reliquorum ad missam accessit, nec filius, nec reliqui cognati Principes, vt Ernestus & Franciscus Duces Brunsuic. Georgius Marchio Brandeburg. Landgrauius Hassiæ, & Wolfgangus Anhaltinus. Sæpenumero etiam Electoꝛ, pro concessione concionatorum, non minus coram, quam per literas, obtestatus est Imperatorem, qui tantum se, quantum rerum ratio patceretur, permissurum, respondit. Quoniam in Imperatoria vrbe res gerebatur, diutius illa ac molestius vrgeri non poterat. Itaque Caroli voluntati hoc quidem tempore obsecundandum erat. Qui tamen & concionatores suos, atque sororis Mariæ Reginæ, Doct. Hengkelium, & Fratris Ferdinandi Regis Methardum, vt & reliquorum Principum nobis aduersariorum æque minus ac nostros, prædicare permisit.*

46) SLEIDANVS *c. l.* HEVTERVS lib. X. c. V. *interea Cæsar in Germaniam profectus, Augustam Windelicie Idibus Iunii venit. Conscripserant Augustani octo peditum cohortes ad Vrbis custodiam. Cæsar, iis exauthoratis, alios in nomen suum adactos Vrbem tuari iubet. Saxo Cæsari ad Missæ sacrificium cuntí gladium de more præferre iussit, id facere non est ausus, antequam consulti Theologi Lutherani id illi licere constituissent.* SECKENDORF *pag. 167.*

47) SLEI-

sit sententia, in medium proponant, admonentur. 47) Principes, habita deliberatione, iudicabant, omnium primo agendum esse de religione, mandatumque est Electori Saxoniæ & Principibus coniunctis, vt suam confessionem & sententiam de abusibus emendandis scripto comprehensam Cæsari exhiberent. 48) Quarto post die, Campegius in consessu Principum, Cæsare præsente, orationem habuit latinam, hortatus eos, vt in causa religionis morem gerant Cæsari, collaudata ipsius virtute ac pietate: se quoque pontificis nomine daturum operam, vt eandem fidem profiteantur omnes, & reconciliatis animis bellum in Turcam suscipiatur. 49) Ab eo, legati Austriaci, quantam acceperint a Turca calamitatem, exponunt, opemque petunt. Post hæc, Saxoniæ princeps Elector, Iohannes, Georgius Brandeburgicus, Ernestus & Franciscus, Lüneburgenses, Duces, Philippus Hassiæ Landgravius, Wolfgangus Princeps Anhaltinus, Albertus Comes Mansfeldensis d. XXIV. Iunii, Cæsaris thronum circumstantes, per Georgium Pontanum, Electoris Cancellarium, vt suæ doctrinæ confessionem scripto comprehensam, audiat, petunt: Cæsar equidem scriptum sibi exhiberi, atque vt postridie domum suam veniant, iubet. Sed instantibus istis, vt publice prælegeretur, ægre adnuit, altera die præstituta. 50) Sic die Saturni, qui erat XXV. Iunii, præuia Protestatione, nisi in hisce Comitiis, prout in Edicto Conuocationis contineatur, causa Religionis decidatur, abusus Ecclesiæ tollantur, se inhærere velle Protestationibus atque Adpellationi in Comitiis Spirensibus 1529. exhibitis, vsque dum in Concilio vniuersali causæ Religionis plene fuissent decisæ, 51) Iohannes Saxoniæ Elector, cum Duce Iohanne Friderico, filio suo, & reliqui sex Protestantes, Legatique Noribergenses & Reutlingenses, tertia post meridiem hora, coram Imperatore comparuerunt, secum habentes Confessionem Germanice & Latine scriptam, in qua articulis XXVIII. continebantur, quæ crederent. Lecta itaque fuit in conclaui Imperatoris, quod sacris destinatum, in palatio Episcopali a Christiano Baiero clara voce, vernaculo sermone, Confessio Protestantium 52) a Melanchthone potissimum scriptis concepta, 53) dicta CONFESSIO AVGVSTANA. 54) Finita lectione, vtrumque exemplum Alexandro Sueissio, Vicecancellario Imperii porrigebatur, sed Imperator ipse Latinum apprehendit. 55)

§. XLIV.

47) SLEIDANVS *c. l.* Extat Propositio Cæsarea apud COELESTINVM *p. 116.* GOLDASTVM *Constit. Imp. Tomo vno pag. 504.* SECKENDORF *p. 168.* MVLLER *lib. III. c. XV. §. VIII. Historieder Religions-Beschwerden p. I. lib. I. §. XXV.*

48) CHYTRAEVS *lib. XIII. p. 321.* SLEIDANVS *p. 186.* COELESTINVS *p. 112.* MVLLER *lib. III. c. XVI.*

49) SLEIDANVS *c. l.* Extat Oratio Campegii apud COELESTINVM *p. 124.* Austriacorum *p. 133.* SECKENDORF *p. 169.*

50) SLEIDANVS *lib. VII. p. 186.* COELESTINVS *p. 133.* THVANVS *lib. I. pag. 26.* MVLLER *lib. III. c. XVIII.* SECKENDORF *p. 170.* MYCONII *Hist. Reform. c. XV.*

51) Extat in LVTHERI V. Tomo *Ienensi p. 30.* De eadem agunt COELESTINVS *Tom. II. f. 189.* IO. SAVBERTVS *in Miraculis A. C. p. 188.*

52) SLEIDANVS *c. l.* COELESTINVS *p. 141.* SECKENDORF. MVLLER *c. l.* CHYTRAEVS *lib. XIII. ineunte.* HARAEVS *ad a. 1530.*

53) Auctor quidem ipsius Confessionis erat Melanchthon, ita tamen, vt materiam potissimum suppeditaret Lutherus. Mandabat enim Iohannes Elector, Luthero, Iusto Ionæ, Pomerano & Melanchthoni, vt certos de religione articulos componerent, qui Luthero id negotii derelinquebant, qui XVII. conscribebat articulos, quos *pag. 25.* exhibet COELESTINVS, & Archetypum vocat Augustanæ Confessionis, de quibus etiam CHYTRAEVS *Hist. Aug. Conf. p. 19.* & MVLLER *lib. III. cap. VI.* SECKENDORF *p. 151.* Dum etiam alii Status certos Religionis articulos per theologos suos componi fecissent, ex Suabacensibus, Lutheri, aliorumque Theologorum articulis, Melanchthon Confessionem Augustæ concepit, quam Luthero remittendam misit Elector, COELESTINVS *p. 40.* Sic enim CHYTRAEVS lib. XIII. p. 320. *compositi igitur Lutherus, antequam iter Augustanum ingrederentur, Articulos XVII. quibus Christianæ fidei & doctrinæ publice in ecclesiis populo proponendæ, & præcipue ad animarum salutem & veram pietatem vtilis ac necessariæ summam, omissis disputationibus scholasticis, & populo crudiendo non necessariis, complexus erat. Iusserant & cæteri principes ac ciuitates, Lutheri doctrinam amplexi, singuli suos theologos, summam doctrinæ in ecclesiis suarum regionum ionantis, scripto comprehendere. Sed hos septendecim articulos, a Luthero delineatos, præcipue Philippo in scribenda confessione propositos fuisse, testantur eadem verba & phrases in aliquot articulis retentæ, & ordo ac series articulorum fere similis, & epistola Ioannis Electoris Augusta ad Lutherum ante Cæsaris aduentum data.* SECKENDORF *p. 158.* MVLLER *lib. III. c. XI. XVII.* Extant quædam epistolæ Lutheri durantibus Comitiis ad Spalatinum scriptæ, in SPALATINI *Annalibus p. 213.* IOACHIMVS CAMERARIVS *Vita Melanchthonis §. XXXVIII.* scribit: *Maluerat hoc Philippus non Principum & eis adiunctorum nomine edi, sed docentium, qui Theologi vocantur. Nam & magis decere ipsos talia disserere, & autoritatem illam potentiæ quasi liberam referuari, vtilius esse iudicabat. Sed obtineri id non potuit, quod actionem illam splendidiorem fore subscriptis istis nominibus existimaretur, & aliis quoque de causis, vt hoc fieret, videretur melius.*

54) HEVTERVS lib. X. c. V. *& quoniam his Comitiis in vrbe Augustana primum Protestantes nouæ religionis capita Cæsari exhibuissent, Confessio Augustana est appellata.* ACHILLES PIRMINIVS GASSARVS *Ann. Augsburg. p. 1787.* Exhibet eandem inuariatam, prout in Comitiis Augustanis fuit exhibita, COELESTINVS *Tom. II. p. 151.* GOLDASTVS *Reichs-Satzungen p. I. p. 253.* & MVLLER *lib. III. c. XIX.* Dicitur ista confessio inuariata, ad distinguendam eandem ab variata, quam Melanchthon in quibusdam mutatam an. 1540. edidit, de quo MVLLER *lib. III. c. XIX. §. 4.* Exinde Protestantes dicti fuerunt Confessionistæ, secundum CAMERARIVM *de Bello Smalcaldico p. 465.*

55) SLEIDANVS *c. l.* COELESTINVS *p. 190.* Apud HORTLEDERVM *Tom. I. lib. I. c. IX.* extat *Bericht, was dem Christlichen Glauben zu gut auf dem Reichstag zu Augspurg a. 1530. gehandelt worden.* qui liber tamen ad inuidiam Protestantium fuit compositus, quare eiusdem refutatio iussu Electoris fuit suscepta, de qua SECKENDORF *pag. 202.* &

§. XLIV. Post hæc, Argentinenſes, Conſtantienſes, Memmingenſes, Lindavienſes, doctrinæ ſuæ confeſſionem a Wolfgango Fabritio Capitone & Martino Bucero conſcriptam & ipſi tradunt Cæſari, de cœna Domini non idem quod Saxones atque ſocii ſentientes. Simul ac Zwinglius ſuorum dogmatum elenchum eidem Imperatori huc Tigurum tranſmiſit. 56) Cæſar vero, examinata per doctores Pontificios confeſſione, 57) & re cum legato pontificio deliberata, 58) & denegata Saxoni, quam petierat, inueſtitura, decreuit reſponſum ad ſcriptum Saxonicum, 59) & principibus illud Kal. Auguſti communicat. Exitus erat vehemens atque durus, propoſita nimirum pœna proſcriptionis iis, qui non parerent: ſed de principum conſilio mitigatum hoc fuit: 60) itaque tertia die Auguſti conuocat omnes ordines Imp. ac per Fridericum Palatinum exponit, ſe per viros honeſtos atque eruditos confeſſionis confutationem fieri feciſſe, quam iubet recitari. Quo facto, Proteſtantes monet, vt ad Eccleſiæ ſinum redeant; hi vero vt confutationis exemplum ipſis concedatur, orant, quibus Cæſar biduo poſt, cum diu deliberaſſet, daturum ſe quidem ait, verum ea lege, ne quid eius euulgent aut typis procudant: nolle enim ampliorem vllam admittere diſceptationem c quod tamen iſti renuebant. 61) Poſtridie, qui ſextus erat Auguſti dies, Landgrauius, paucis aliquot comitatus, illinc diſcedit, relictis legatis, quod moleſte admodum Cæſar tulit. 62) Inde per certos delectos de concordia varie fuit actum, ſed cum de miſſa, coniugio ſacerdotum, cœna domini, votis monaſticis non conueniret, 63) Cæſar Proteſtantium animos variis minis vel promiſſis delinire

MVLLER *lib. III. c. IV.* SPALATINVS *Annal. Reformationis p. 131.* qui etiam Doctores Catholicos in his Comitiis præſentes *p. 141.* recenſet & ſcripta contra A. C. Plenius hiſtoriam exhibitæ Confeſſionis expoſuit DAVID CHYTRAEVS *in Hiſtoria Confeſſionis Auguſtanæ* & IO. SAVBERTVS *in Miraculis Auguſtanæ Confeſſionis.* PARALIP. CONR. VRSP. *f. 497.*

56) SLEIDANVS *lib. VII. p. 187.* HARAEVS *ad an. 1530.* Auctores huius confeſſionis indicat ACHILLES PIRMINIVS GASSAREVS *Ann. Auguſtburg. p. 1788.* ſcribens: *Cum vero non omnes Germaniæ ciuitates, quæ tamen Euangelium ſe ampléctí profitebantur, idem quod Saxo & ſocii de Cœna Domini ſentirent, ſpeciale ſcriptum doctrinæ ſuæ a Wolfgango Fabritio Capitone Hagenoio, & Martino Butzero Schletſtadienſe compoſitum, Straſſburgenſes, Conſtantienſes, Lindauiani, & Memmingenſes Imperatori quoque tradunt. Simul ac Zwinglius ſuorum dogmatum elenchum eidem Imperatori huc Tigurò transmiſit. Quibus ſcriptis Carolus Imperator non modo exacerbatus, ſed etiam toti negocio infenſior iniquiorque eſt redditus.* De hac etiam confeſſione vberius egit RVDOLPHVS HOSPINIANVS *Hiſtoria Sacramentariorum p. II. p. 98. b.* Ipſam vero confeſſionem exhibet CYPRIANI *Abgetrungenen Vrkerichte von Kirchlicher Vereinigung der Proteſtanten Beylagen no 1.*

57) MVLLERVS *lib. III. c. XX.* Doctores recenſet, quibus ad examinandum conceſſa fuerit Confeſſio.

58) SLEIDANVS *c. l.*

59) COELESTINVS *Tom. II. pag. 245.* MVLLER *lib. III. cap. XXII.* CHYTRAEVS *lib. XIII. p. 322.* Quid circa hanc confutationem fuerit deliberatum, exponit lib. XIII. p. 321. *cum autem de exhibita confeſſione in ſenatu Principum deliberationes inſtitutæ eſſent, triplices ſententiæ fuerunt: prima atrocíſſima, vt edictum Wormatienſe aduerſus Lutherum & omnes ipſi adhærentes, ratum eſſet, & non obedientes armis cogerentur. Secunda lenior vt exhibita confeſſio, viris bonis & doctis, ac neutri parti addictis, iudicanda committeretur, poſtea Cæſar pronunciaret. Tertia, vt reſutatio confeſſionis, Cæſaris authoritate comprobata, Electori Saxoniæ & coniunctis Principibus recitetur. Deinde tota cauſa Cæſaris iudicio permittatur, qui omnia in integrum reſtitui mandet, donec controuerſiæ in concilio legitime fuerint iudicatæ. In hanc tertiam ſententiam cum plerique inclinarent, mandatum eſt aduerſæ partis Theologis, Fabro epiſcopo Vindelicí, Eccio, Conrado Wimpina, Conrado Collino, Cochleo, Medarido, Auguſtino Mario, & aliis, vt refutationem confeſſionis principum nomine exhibitæ, appararent. Hi, accepto librorum contra Lutherum Imperatori exhibitorum: qui, a ſenatu Cæſaris aulico, & quibusdam Imperii Principibus perluſtrati, multo immoderatiores quam decuerat, & nimium maledici ac contumelioſi, exacerbandis vtrinque voluntatibus magis quam conciliandis, ſcriptura videbantur: cum principum confeſſio mitiſſima & leuiſſime ſcripta eſſet. Quare denuo retexere confutationem pontificii Theologi, & omnicia omnia denuere, & omiſſis parergis, tantum de articulis exhibita confeſſionis moderate reſpondere iuſſi ſunt. Sic in ſextam hebdomadam ab exhibita confeſſione publicatio confutationis pontificiæ dilata eſt.*

60) SLEIDANVS *c. l.*

61) SLEIDANVS *c. l.* SECKENDORF *p. 170.* MVLLER *lib. III. cap. XXIV.* Hanc poſtea ANDREAS FABRICIVS Coloniæ latino ſermone euulgauit, quam CHYTRAEVS in vernaculum transtulit & Hiſtoriæ A. C. inſeruit. Inde an. 1572. prodiit vernaculo ſermone, prout exhibitum fuerat, idemque ſcripto Pontificio ſub titulo *Brill auf den Euangeliſchen Augapfel*, alterique *Catholiſcher Oculiſt und Stabreinſticher* fuit inſertum. Extat etiam apud COELESTINVM *Tom. III. p. 1.* qui deinde *p. 17.* exponit, quid circa petitam exhibitionem Confutationis fuerit actum. SPALATINVS *Ann. Reform. pag. 148.*

62) SLEIDANVS *lib. VII. p. 189.* SECKENDORF *p. 172.* MVLLER *lib. III. c. XXVII.*

63) SLEIDANVS lib. VII. p. 190. *poſt multam actionem, Idibus Auguſti delecti fuerunt virtinque ſeptem, qui concordiæ rationes inirent. Ex pontificiis erant Epiſcopus Auguſtanus, Henricus Brunſuicenſis, iureconſulti duo Colonienſis & Badenſis, Theologi tres, Wimpina, Eccius, Cochleus: e proteſtantibus erant, Georgius Braudeburgicus, Ioannes Fridericus Saxo, iureconſulti duo, Theologi tres, Melanchthon, Ioannes Brentius, Erbardus Schnepfius. Inter hos de nonnullis conuenit, ſed de Miſſa, de coniugio ſacerdotum, de cœna Domini tota, de votis monaſticis, de iurisdictione epiſcoporum, præcipua erat controuerſia, maxime vero de Miſſa, deque votis, nam in eo nihil remittebant pontificii: reliqua licet etiam improbaret, tolerari tamen poſſe diecbant ad concilium vsque: ſacerdotibus quoque permittebant coniugium, ita tantum, qui iam haberent vxores, reliquis non item, & hæc quidem omnia maioris vitandi motus cauſa: quantum ad illud pertinet de poteſtate & iurisdictione epiſcoporum, Saxones aliquando plus erant largiti, ſed neque Lautgrauius neque Lunchurgici, neque Noribergenſes probabant. Iſtam deinde finit, hanc numerum ciſe arbitrantur, itaque tenui ſunt vtrinque delecti. Melanchthon cum duobus iureconſultis, & Eccius cum totidem, ſed Phi-*

lippo

linire conabatur. 64) Post hæc XXII. Septembris decretum publicabatur, & Proteſtantibus ad XV. Aprilis vsque deliberandi ſpatium concedebitur, an Pontificiæ Eccleſiæ dogmatibus aduſper conciſii tempus velint accedere, idemque ante terminum elapſum, Cæſari litteris ſignificare. 65) Inſequenti die Pontanus contra priorem confutationem apologiam Cæſari defert, quam tamen non accepit. 66) Proteſtantes demum petita dimiſſione diſcedunt, relictis ibi conſiliariis legatis, 67) Mediantibus equidem Alberto Moguntino, Ioachimo Brandenburgico & Henrico Brunſuicenſi, ex ſingulis Statibus certi ſeligebantur Status, qui de componendo Religionis negotio cum Euangelicis tractarent, qui tamen inuicem non conueniebant. 68) Tandem vero, poſtquam Iohannes Saxoniæ Electo, atque Philippus, Haſſiæ Landgrauius cum venia domum fuiſſent profecti, in Curia Ciuium, publico omnium confeſſu, d. XXII. Septembris Receſſus Religionis fuit recitatus, 69) Ioachimo Brandenburgenſi Electore, atroci epiphonemate concludente, funtque eo potiſſimum illi, qui aliter quam Romana eccleſia ſentirent, & crederent, damnati. 70) Licet contra eundem diuerſa Grauamina exhiberent Proteſtantes. 71) In iisdem Comitiis XXVI. Iulii Duces Pomeraniæ & Gualterus Cronbergius Pruſſiæ Magiſter, fuerunt inueſtiti. 72) Ferdinandus vero d. V. Septembris prope Wellenbürgum ad æciculam S. Rhadtæ in Marchionatu Burgouienſi, territorio proprio, de Archiducatu Auſtriæ & Ducatu Würtenbergico, equo inſidens, cum maxima feſtiuitate fuit inueſtitus. 73) Tandem vero d. XIX. Nouembris 1530. Receſſus Auguſtanus publicatur, in quo doctrina Euangelicorum condemnatur, Catholicorum vero confirmatur. 74) Publicata quoque in iisdem Comitiis fuit Reformatio Politiæ, 75) Spira Iudicio Camerali fuit deſtinata, 76) eiusdem

lippo fuit iniunctum, ne quid amplius concederet: cum vero ſententiis non conuenirent, pontificii volebant a pluribus denuo tractari, proteſtantes autem, cum hoc agi viderent, vt plures viæ conciliationis reperirentur, actionem illam detrectabant, ſi vero de rationibus agere placeret conſtituendæ pacis, interea datum concilium fiat, non ſe recuſare dicunt. Agit etiam de hac tentata compoſitione prolixe COELESTINVS *Tom. III. p. 20.* SECKENDORF *pag. 175.* MVLLER *lib. III. c. XXVI. XXVII. XXIX. XXX.* SPALATINVS *c. l. p. 153. ſqq.*

64) SLEIDANVS lib. VII. p. 190. *dum hæc ita geruntur, Cæſar Georgium Brandenburgicum ſolicitat per epiſcopum Moguntinum & alios eiusdem familiæ, Saxonem vero per Fridericum Palatinum, per Naſſouium, per Georgium Truceſſium, vt ab incepto deſiſtant. Saxonem quidem conatus eſt etiam ab aliis diuellere, tanquam præcipuum, & petenti ſuæ dictionis inaugurationem, pro more Imperii, denegabat, niſi prius cum eccleſia Romana in gratiam rediret: alteri vero denunciabat, niſi pareret, fore, vt Alberti ſui nepotis ex fratre Caſimiro, tutela ipſi adimatur. Lantgrauio conati ſint perſuadere, ſi Cæſari morem gerat, Vlrichum principem Wirtembergicum iri reſtitutum, & quam haberet cum Naſſouio de Chattis controuerſiam, Cæſaris interuentu poſſe componi.* Extat in GOLDASTI *Conſtit. Imper. Tomo vno p. 509.* deliberatio de mediis concordiæ & Pacis inter vtramque partem aduſper conciſii tempus feruandæ VIII. Sept. 1530. Aliaque decreta in his Comitiis facta. MVLLER *lib. III. c. XXXII.*

65) SLEIDANVS *lib. VII. p. 193.* extat decretum apud COELESTINVM *Tom. III. p. 137.* SECKENDORF *lib. II. pag. 200.* MVLLER *lib. III. cap. XXXIX.*

66) SLEIDANVS *lib. VII. p. 194.* COELESTINVS *Tomo III. p. 137.* qui etiam Tomo IV. ſtatim ſub initium Confeſſionis Apologiam exhibet SECKENDORF *lib. II. p. 206.*

67) SLEIDANVS *cit. loc.* MVLLER *lib. III. cap. XLI.*

68) Quid circa hoc compoſitionis negotium fuerit geſtum, vberius exponit COELESTINVS *Tom. III. f. 25. 26.* CAMERARIVS *vita Melanchthonis §. XLII.* SAVBERTVS *Miraculis A. C. p. 189.* MVLLER *lib. III. cap. XXVII. ſqq.* COCHLAEVS *de Actis Lutheri f. 209. ſqq.* CHYTRAEVS *Hiſt. A. C. pag. 263. Hiſtorie der Religions-Beſchwerden lib. I. c. I. §. XXX.*

69) Extat ille apud CHYTRAEVM *Hiſt. A. C. p. 296.* MVLLERVM *lib. III. cap. XXXIX.* LVNIGIVM *p. Gen. Contin. p. 646.*

70) Sic ACHILLES PIRMINIVS GASSARVS *Annal. Auguſtburg. p. 1789.*

71) MVLLER *lib. III. c. XXXIX. Hiſtorie der Religions-Beſchwerden lib. I. c. I. §. XXXVI.*

72) Has ſolennitates deſcribit COELESTINVS *Tom. II. p. 251.* & GOLDASTVS *Polit. Imper. p. VI, p. 361.* De Ferdinandi inueſtitura GOLDASTVS *Reichshandlungen p. 126.* ACHILLES PIRMINIVS GASSARVS Annal. Auguſtburg. p. 1788. *Interim menſe Iulio Georgius & Berwinus Pommeraniæ ducci fratres ſolenni more de feudis, ſedente Carolo ſub maieſtatis imperatoriæ habitu, qui trecentis aureorum millibus æſtimabatur, in foro vinario inueſtiuntur. Item & Walterus Cronbergenſis, contra Albrechtum Brandeburgium ſeniorem, qui ducta ante triennium Dorothea Fridrychi Daniæ regis filia, ordinis titulum repudiauit, & a Sigismundo Poloniæ rege cui ſe cum tota terra in tutelam dediderat, dux Boruſſiæ factus erat, iam grandis Thentonicæ domi virginis militiæ Magiſter, ac reſciſis Albrechti actis, dominus Boruſſiæ publice creatus eſt.*

73) ACHILLES PIRMINIVS GASSARVS Ann. Auguſtburg. p. 1789. *Longe maxima feſtiuitate inde Ferdinandus Vngariæ & Bohemiæ rex, præſentibus Anna coniuge, & Maria ſorore vidua, regnis, extra vrbem Auguſtburgenſem, prope Wellenburgum ad æiculam S. Rhadæ, ſub diuo, in patentibus campis, a fratre imperatore, Archiducatum Auſtriæ, ſimul ac ducatum Wirtenbergenſem, in proprio territorio, vtpote Burgauienſi Marchionatu, equo inſidens, inxta domus eius nuperam prærogatiuam, in beneficium V. die Septembris accepit. Quo loco omnis generis militaria exercitia, equeſtres ludi, & præliorum imagines, ornatiſſimo triumpho ſed non ſine cædibus, (nonnulli enim homines caſu, alii bombardis, quæ ſulphureum inſtar creberrime explodebantur, periere, vique adeo principium ioci non carent plebeculi exitio) celebrata tum fuere.*

74) Huius contenta exhibet SLEIDANVS *lib. VII. p. 200.* & ex eo COELESTINVS *Tom. IV. p. 120.* MVLLER *lib. III. c. XLVIII.* Integer vero Receſſus reperitur in Corpore *p. 244.* Varia decreta Comitiorum Auguſtanorum exhibet GOLDASTVS *Conſtit. Tom. III. p. 508.*

75) Extat iſta in Corpore Receſſuum *p. 267.*

76) Sic enim in Receſſu §. LXXXIII. *darzu meynen und wollen wir, auch Churfürſten, Fürſten und Stände des Reichs, das nun hinfürter unſer Kam-*

dem Visitatio fuit decreta, eademque Martio mense 1531. suscepta. 77) Et licet continuatio Regimenti fuisset decreta, illud tamen eodem anno 1531. ob sumtuum defectum plane cessauit. 78)

§. XLV. Circiter hoc tempus finem habuit bellum Florentinum. Quo tempore Roma capta fuit, atque pontifex, Florentini familiam Medicearn eiecerant, & Gallis auxilia deinde subministrarant, cum Neapoli bellum gererent. Restitutus autem pontifex vt se suosque gentiles vlciscereturi, missa in Hispaniam legatione, fœdus cum Cæsare facit, Imperii supremam inauguratiorem ei pollicitus inter alia, si quidem in Florentinos, pro eo ac meriti essent, animadverteret. Conditionem Cæsar accipit, neque multo post Genuam adplicat. Eo venerunt ad ipsum a Florentinis legati deprecatum: iis Cæsar, vbi grauiter incusasset, respondet, etsi magnam pœnam meriti sint, condonari tamen posse factum, modo pontificem recipiant, præter hanc, nullam esse aliam pacis rationem. Vbi cum his mandatis domum rediissent, 79) diu multumque re disceptata, vicit vnius & alterius sententia, qui libertatem totis viribus propugnandam esse dicerent, illata mentione; non modo Clementem, sed & Cæsarem ipsum diuturnis exhaustum bellis, in magna esse rei nummariæ difficultate. Verum tamen, cum Bononiam Cæsar veniisset, alteram mittunt legationem, sed ea non fuit admissa, pontifice nimirum ita suadente. Sic igitur a Cæsareanis atque pontificiis copiis obsessi, cum per anni fere tempus bellum duxissent, quarto Idus Augusti, certis conditionibus, cum Ferdinando Gonzaga Cæsaris legato transigunt. Cæsar deinde per singularem Auream Bullam Augustæ d. 28. Octobris 1530. Reip. Florentinæ omnia commissa remittit, omnesque Concessiones, libertates, & gratias, quibus, antequam a debita fide decederet, vtebatur, restituit: nec non Ciuitatis Regimen in Medicea Familia, & in eius posteritate masculaJure primogenituræ seruato, in infinitum instituit. 80) Hinc Alexandrum Medices, cui filiam suam Margaretham notham in matrimonium promiserat, principem eis constituit. Is deinde maximæ molis arcem ibi construxit, & hoc quidem est ipsorum seruitutis initium.

§. XLVI. Exeunte anno 1530. Cæsar datis litteris, iubet Saxonem Electorem adesse Coloniæ ad XXI. Decembris diem, propter ardua quædam Reipublicæ negotia. Cum eas accepisset ille, Nouembris die XXVII. venerunt ad ipsum eodem die nuncii atque litteræ Moguntini, quibus ipsum inuitabat, vt ad XXIX. Decembris diem adesset Coloniæ, creandi causa Romanorum Regis. 81) Ea re cognita, Saxo, dimissis illico litteris huc illuc, Landgrauium reliquosque Principes ac Ciuitates Protestantes orat & hortatur, vt ad XXII. Decembris diem Smalcaldiæ conueniant: sed interea filium suum Ioannem Fridericum, & cum eo quosdam e suis familiaribus Coloniam celeriter dimittit, vt ad diem a Cæsare constitutum adsint. Per eos demonstrat, conuocationem Moguntini non esse recte nec ordine factam, & hac ipsa regis creatione violari cumprimis Imperii iura atque libertatem, Auream Bullam imprimis, ideoque non se ratam habere actionem hanc atque probare. 82) Vbi Smalcaldiam omnes venerunt, Iohannes, Saxoniæ Elector, Ernestus Dux Brunsuicensis, Philippus, Hassiæ Landgrauius, Wolfgangus Princeps Anhaltinus d. XXII. Decembris 1530. fœderis concipiunt formulam, non quidem offendendi quenquam, sed sui defendendi causa, cui Gebhardus & Albertus Mansfeldii Comites, Georgii Marchionis Brandenburgensis aliorumque Principum legati, Deputati Ciuitatum, Magdeburgensis, Bremensis, Noribergensis, Winsheimensis & Weissenburgensis aliarumque

mer-Gericht, aus obangezeigten Vrsachen, stattgs zu Speyer bleiblich seyn und gehalten, und sonst nirgends anderswohin verandert werden soll, es beschehe dann mit ausern, auch Churfürsten, Fürsten und Standen Wissen und Willen.

77) Decreta ista per Recessum Augustanum §. *LXXXIV.* Ipse Visitationis Recessus extat in Corpore *p. 279.* Visitatores in eiusdem procemio nominantur nomine Imperatoris Marquardus a Stein Præpositus Moguntinus & Vlricus, Comes Helfensteinensis; nomine Alberti Moguntini Caspar a Westhausen, Cancellarius Moguntinus, nomine Ludouici, Electoris Palatini, Lucas Hug, Consiliarius Palatinus, Philippus, Episcopus Spirensis, Iohannes, Comes Palatinus, nomine Wilhelmi, Argentoratensis Episcopi Ioannes Rechberger, Cancellarius, nomine Philippi Marchionis Badensis, Hieronymus Vheus, Cancellarius.

78) Decreta enim per Recessum Spirensem de a. 1529. §. XXVII. sustentatio Regimenti ad biennium, eodemque finito, licet in Recessu Augustano §. *LXXIII.* iterum ad triennium, dimidiam partem ab Imp. dimidiam ab Imperio alendum denuo fuisset decretum, plane cessauit, prout in dicto Visitationis Recessu de a. 1531. §. L. patet, *dieweil das Regiment gefallen.* Rationes fuisse videntur, quod Status in sumptibus necessariis suppeditandis fuissent difficiliores, Regimenti decretis parere detrectarent, & circa religionem dissiderent. Vid. RECHENBERG *de Regimento Imperii.*

79) Hæc verbis SLEIDANI scribo *lib. VII. p. 189.* Plenius hæc declarat IOVIVS *lib. XXIX.* GVICCIARDINVS *lib. XX. pag. 958.* THVANVS *lib. I. p. 18. 32.* PVTEANI *Historia Medicea.* GRATIANVS *in vita Petri & Alexandri Medices.*

80) Extat hæc A. B. apud du MONT *Tom. IV. p. II. p. 72.*

81) SLEIDANVS *lib. VII. p. 203.*

82) SLEIDANVS *c. l.* SPALATINVS Vitis aliquot Electorum p. 1121. *enimuero Elector noster filium Ducem Iohannem Fridericum, cum legitimis causis absentiæ sue dicta die Decembris, suo loco misit Coloniam, auctoritate & mandato satis instructum, qui die 19. mensis, vesperascente cœlo, maturato itinere, vrbem intrauit, quo & Imperator biduo ante accesserat. Sequenti die 20. adeundi Cæsaris potestatem petebat, quæ eodem die ipsi facta est. Itaque Iohannes Fridericus enixe absentiam parentis Imperatori excusabat, cui ille excusationi plane acquieuit, & quod Electori filium præcipue mittere placuisset, gratum sibi esse acceptumque affirmauit.*

83) Qui-

que subscripserunt. 83) Confœderati etiam Smalcaldia dant litteras ad Cæsarem die XXIV. Decembris, quibus violari Iura Imperii & potissimum Auream Bullam proferebant, si viuo Imperatore Rex Romanorum eligatur: graue Imperio futurum, duos habere eodem tempore dominos, quibus sit obtemperandum. Idem etiam Saxo aliique Protestantium Principes ad Collegium Electorale scribunt. 84) Accedebant istis alii, atque inter hos Ioannes, Wilhelmus & Ludouicus, fratres, Duces Bauariæ. In primo autem congressu Principum Electorum, causas creandi Romanorum Regis has in medium Cæsar adduxit Coloniæ, quia diuersis ipse regnis atque populis imperaret, neque posset continenter esse in Germania: turbulentus admodum esset & periculosus orbis christiani, præcipue vero Germaniæ Status, propter dissidia religionis, propter vim atque potentiam Turcarum, propter nuper excitatam seditionem atque bellum rusticanum, & quia per Imperium multa inofficiose fierent ac minus obsequenter: Regem itaque eligendum esse Romanorum, qui per suam absentiam Imperio præsit, velut alterum caput. Neminem autem fratre suo magis esse idoneum, cuius fines atque regna iam esse veluti murum aliquem pro salute totius Germaniæ, oppositum Turcicæ immanitati. Principes electores, a deliberatione Cæsarem orant, ne Germaniam deserat: sed in ea sibi domicilium atque sedem collocet. Cum autem in sententia persisteret, collatis consiliis, quinta Ianuarii die, Ferdinandum renunciant Romanorum regem. Saxo, quod vnum poterat, creationem hanc esse vitiosam, explicatis caussis, neque sibi probari, per filium diserte protestatur. 85) Colonia post, omnes profecti sunt Aquas: ibi Ferdinandus inauguratus regno fuit, vndecimo Ianuarii die, ab Hermanno Colonien si, & continuo dimissis huc illuc in Germaniam litteris, hoc ipsum denuntiat: Cæsar etiam publicis literis edicit, vt ipsum pro Romanorum rege omnes adgnoscant, & separatim ad Protestantes hoc perscribit. 86) Denuo Protestantes eodem anno Smalcaldiæ conueniunt, atque die Lunæ post Dominicam Inuocauit a. 1531. fœdus defensiuum inter se pangunt, si ratione Religionis ipsis vis fiat. 87)

§. XLVII. Protestantes igitur vim a Cæsare metuentes, eodem anno tertio Smalcaldiæ conueniunt, litterasque ad Reges Franciæ, Angliæ, Daniæ, maritimasque eius tractus Ciuitates, & ad alias Imperii dant vrbes, de fœdere cum ipsis pangendo. Dant omnes spem, nemine tamen subscribente. 88) Eodem anno denuo Francofurti conuenerunt Prote-

83) Quinam fœderi subscripserint, memorantur a SLEIDANO *lib. VII. p. 204.* dum ait: *subscripserunt huic continuo principes, item Albertus & Gebhardus Mansfeldici, Magdeburgum, etiam atque Brema: sed Argentoratum, Vlma, Constantia, Lindauia, Meminga, Campoduunum, Heilbrunum, Rutelinga, Beberacum, Isna, sic recipiunt, vt ad suos referant, & intra sextam hebdomad am diserte nuncient, quid velint: Georgium vero Brandeburgicum & Norib ergam placuerit per literas interpellari, quandoquidem ipsorum legati nullam habebant agendi super eo facultatem, fieri & hoc decretum, Daniæ regem & Pomeranum, item Megelburgium principem, Hamburgum, Embetum, Northemium, Francofurtum, Brunsuicum, Gotingam, Minden, Hannobriam, Hildesemum, Lubecam, Stetinum, aliasque ciuitates maritimas per legationem esse solicitandas.* ACHILLES PIRMINIVS GASSARVS Annal. Augstburg. pag. 1790. *Quia vero paulo post nominatus Saxoniæ Elector Coloniam vbiorum ad electionem Romani regis, eque ac alii Electores Principes citarentur, simul ac cruenti eius decreti, quod Augstburgi nuper factum, & pronuntiatum fuerat, nulla videretur spe randa relaxatio, dimissis illuc huc illuc literis, protestantes omnes hortatus, oratque vt ad XXII. diem Decembris Schmalkaldiæ in confiniis Thuringiæ & Hessiæ se conueniant. Vbi locorum inter illos fadus, non quidem quemquam offendendo, sed sui defendendi causa, sanctæ initum primo est. Id quod exin totos decem & septem annos a loco, vbi actum & sancitum initio fuit, nomen retinuit, vt scilicet confœderatio Schmalkaldica semper diceretur.* Ipse hic Recessus Præliminaris extat apud HORTLEDERVM *Tom. I. lib. VIII. cap. VII. p. 1498.* du MONT *Tom. IV. p. II. pag. 75.*

84) SLEIDANVS *lib. VII. p. 204.* SECKENDORF *lib. III. p. 1.* in GOLDASTI *Politicis Imperialibus p. II. p. 220.* reperiuntur varii discursus contra electionem Regis, viuo Imp. factam. Et in *Politischen Reichshendeln p. II. p. 136.* LVNIG *Staats-Consilia Tom. I. n. XXVII.* MENCKEN *de nauis Polit. Caroli V. §. IV.* BELCARIVS *lib. XX. p. 632.* HARAEVS *ad a. 1531.* SECKENDORF *lib. III. p. 4.* SLEIDANVS *lib. VIII. p. 224. quod Bauaros principes fratres in suo numero ponunt, hanc rationem habet. Hi Ferdinandi regis electionem improbabant etiam, & communicatis consiliis, cum Saxone, cum Lantgrauio, Galliaque rege fœdus inierant, Germaniæ libertatis tuendæ causa: Galliæ quidem rex aureorum millia centena depositi apud Bauaros, vt essent in promptu, si res ita ferret* THVANVS *lib. II. p. 43.* Extat decretum electionis apud GOLDASTVM *Reichs-Satzungen p. II. p. 230. Reichshendeln p. III. p. 137. p. 140.* G. SPALATINI *im Histor. Archiu. p. I. pag. 60.*

85) SLEIDANVS *lib. VII. exeunte.* MVLLERVS *lib. III. c. XLVII.* quod hoc intentauerint, qua ratione Iohannem, Saxoniæ Electorem banno Papali inuoluerent, atque ab hac electione excluderent, Bauarum etiam ducem contra Electionem fuisse docet. Adde SPALATINVM *c. l.* qui singula hæc recensset verius.

86) SLEIDANVS *cit. loc.* HEVTERVS lib. X. c. VI. *nonis Ianuarii Ferdinandus Bohemiæ & Hungariæ Rex, Archi-Dux Austriæ, Coloniæ Agrippinæ, præsente Cæsare, a maiori Septemuirum parte Romanorum Rex renuntiatur, reclamante, facta obtestatione, Saxone, omnibusque Protestantibus. Tertio Idus Ianuarii corona Caroli Magni Argentea Aquisgrani magna cum pompa redimitur, Cæsarque publicatis litteris edicit, cum omnes Imperio subditi pro Rege agnoscant, suscipiant, reuereantur, & obediant, expresse eadem de re ad Saxonem omnesque Protestantes scribens.* Inde coronationis ritum prolixe describit CHYTRAEVS *Saxon. lib. XIII. pag. 332.* THVANVS *lib. I.* ACHILLES PIRMINIVS GASSARVS *Ann. Augstburg. p. 1791.*

87) Extat apud HORTLEDERVM *Tom. I. lib. VIII. cap. VIII. pag. 1501.* LVNIGS *p. Spec. II. Abth. p. 249.* du MONT *Tom. IV. p. II. p. 78.*

88) SLEIDANVS *lib. VIII. inemte.* HEVTERVS *lib. X. c. VI.* SECKENDORF *lib. III. p. 5.*

Proteſtantes, quo Ciuitates ſe titulum Regis Ferdinando eſſe conceſſuros, declarant. Principes autem ad Cæſarem & ad Ferdinandum ſcribunt, quod contra morem ac libertatem ſit actum Imperii, non ſe poſſe illud adprobare, nec ipſi titulum tribuere Romanorum Regis. 89) Interea Cæſar, componendi diſſidii religionis cauſa conuentum indicit Imperii Spiræ, ad Idus Septembris: ſed in menſem Ianuarium anni ſequentis diem producit, & Ratisbonæ locum indicit, vt Auſtriæ tanto eſſet vicinior, vbi bellum eſſe futurum videbat. 90) Sed prorogatis Comitiis, per Albertum Moguntinum & Ludouicum Palatinum, qui per Legatos ſuos, Ludouicum Comitem Stolbergenſem & Wolfgangum ab Aſſenſtein, Cæſarem de neceſſitate compoſitionis cum Proteſtantibus faciendæ admonuerant ab eodemque mandatum obtinuerant, cum ipſis agendi, primum ad initium Aprilis 1532. Suinſurti de pace fuit actum & adgnitione Regis Romanorum, iisdem intercedentibus. 91) Verum, dum conuenire inuicem non poſſent, interceſſores Noribergæ conuentum alterum indicunt ad tertium Iunii diem. Ibi tandem, licet ſumma rei conciliari non poſſet, tamen, quod irruente in Auſtriam Turca, neceſſe erat omnes vndecunque vires contrahere: Cæſar XXIII. Iulii 1532. pacem publicam totius Germaniæ ſancit, & ne religionis cauſa cuiquam vlla moleſtia creetur, edicit, aduſper concilii tempus, aut ſi nullum fiat, tantiſper, donec per Ordines Imperii alia fuerit inuenta ratio diſſidium hoc ſanandi, interim actiones omnes religionis cauſſa intentatæ ſuſpendantur. Proteſtantes vero Cæſari obſequium & auxilia contra Turcas promittunt. 92) Cæſar autem, quem per litteras atque nuncios interpellabant, metu Turcarum motus, qui in Auſtriam irruptionem tentabat. 93) Auguſti menſis die ſecundo eandem ratam habuit, & edicto publico deinde ſanxit, & Cameræ cæterisque iudicibus mandauit, idemque vocari ſolet *das Regensburgiſche Mandat.* 94) Durantibus hiſce deliberationibus, Comitia Ratisbonæ aguntur: atque Receſſu XXVII. Iulii 1532. publicato de ſubſidiis contra Turcas, Concilio habendo, viſitatione Iudicii Cameralis & Rotwilenſis, publicanda Ordinatione Criminali fuit decretum. 95)

§. XLVIII. Durantibus Comitiis Ratisbonenſibus 1532. Turca denuo Auſtriam inuadit, ad Lintium vsque excurrit, Viennam denuo oppugnare cogitans & longe lateque deuaſtatis agris, nullum immanitatis genus prætermittit, Græciam perit, oppidum Striæ. Cæſar vero caſtris omnibus ad Viennam poſitis, hoſtem cum ingenti exercitu, expectabat. Quo perſpecto, Solymannus, nulla re memorabili perfecta, conuerſis ſignis, Drauum ac Sauum amnes cum omnibus copiis traiicit, Belgradumque reuertitur, vltra triginta hominum millia in captiuitatem abducens, cum non minorem numerum diuerſis locis trucidaſſet. 96)

§. XLIX.

89) SLEIDANVS *lib. VIII. pag. 214. 215.* SECKENDORF *lib. III. p. 15.*

90) SLEIDANVS *lib. VIII. p. 217. 220.* COCHLAEVS *p. 232.* GHYTRAEVS *lib. XIII. p. 336.*

91) SLEIDANVS lib. VIII. p. 222. *Cæſar initio menſis Ianuarii, relicto Belgio, Ratisbonam petebat, conuenit agendi cauſſa. In itinere cum Moguntiam veniſſet ad Calendas Februarii, Moguntinus archiepiſcopus & Palatinus princeps iterum de pace intercedunt, & actionem permittente Cæſare, Saxonem atque Lantgrauium monent, vt idem faciant: itaque noſſis vtro citroque literis, Schuinfurti, quod eſt ad Mœnum fluuium, oppidum Imperii, ſit conuentus ad initium Aprilis, ibi cœptum eſt agi de pace ad concilium vsque ſeruanda.* GHYTRAEVS *lib. XIII. pag. 336.* Inde plenius exponitur, quid circa regem Romanorum fuerit geſtum. GOLDASTVS *Polit. Reichsthandel p. II. pag. 142.* SECKENDORF *lib. III. p. 20.*

92) SLEIDANVS *lib. VIII. pag. 227.* BELCARIVS *lib. XX. p. 635.* HARAEVS *ad a. 1532.* HEVTERVS lib. X. c. VI. *tertio Decembris in Germaniam profecturus, Tornacum certis de cauſſi contendit, ibique eodem die Equitum Aurei Velleris numerum, nouis aliquot aſciſis, ſupplet. Menſe Ianuarii anno* CIↃ IↃ XXXII. *Cæſar e Belgio Ratisbonam ad Comitia contendit, Kalendisque Februarii Moguntiam veniens, Archipraſulle ac Palatino petente concedit, cum Proteſtantibus de pace agi liceat. Sed nunquam res ad optatum finem peruenijſſet, niſi Solymannus Turcarum Rex cum trecentis virorum millibus ad expugnandam Auſtriæ Viennam aduenire fuiſſet nuntiatus. Quare concedente Cæſare vt ad tempus generalis aut Prouincialis Concilii, Proteſtantes, ſine vlla moleſtia, religionis nouæ ritibus vterentur, communibus omnes conſiliis & animis auxilia Cæſari, contra Solymannum mittant. Erant autem in Proteſtantium fœdere Germaniæ Principes ſeptem, Ciuitates viginti quatuor. His ſe non religionis cauſſa, ſed quod Ferdinandum Rom. Regem creatum non probarent, Bauari fratres iunxerunt, Rex quoque Francorum, qui apud Bauaros centum millia aureorum librorum depoſuerat maiora pollicitus auxilia, ſi eis a Cæſare aut Ferdinando vis intentaretur. Erat & eis hæc de cauſſa operam pollicitus Anglus, qui, repudiata Cæſaris matertera, Annam Boulenæa, ex ſe in adulterio gratiidam, vxorem ducere animo decreuerat.* Extat etiam apud GOLDASTVM *Conſtit. Tomo vno p. 511.* Caroli V. Edictum de compoſitione pacis cum Proteſtantibus. SPALATINVS *Annal. Reform. p. 231.* SPALATINVS *Vitis aliquot Electorum p. 112.* ALTING *Hiſt. Palat. p. 149.* du MONT *Tom. IV. p. II. p. 87.*

93) PONTVS HEVTERVS Rer. Auſt. lib. X. c. XI. *Sed nunquam res ad optatum finem peruenijſſet, niſi Solymannus Turcarum Rex cum trecentis virorum millibus ad expugnandam Auſtriæ Viennam aduenire fuiſſet nuntiatus.* Eadem dicit FRANC. BELCARIVS *Comment. Rer. Gall. lib. XX. p. 635.*

94) SLEIDANVS *lib. XIII. p. 227.* CARAFA *p. II.* SECKENDORF *lib. III. p. 19.* Extat iſta pax Religionis apud HORTLEDERVM *Tom. I. lib. I. c. X.* vna cum Edicto Imp. *cap. XI. XII.* LVNIG *Contin. p. Gen. p. 589. 604.* SCHILTERVM *Hiſtor. Pacis Relig. cap. II. p. 52.* GOLDASTVM *Tomo I. p. 511. & Tom. II. p. 172.* & exeo in RECVEIL DES TRAITTES DE PAIX *T. II. p. 187.* du MONT *p. 89.*

95) SLEIDANVS *c. l.* Extat Receſſus in Corpore *p. 285.* cui ſubiecta eſt *die Peinliche Hals-Gerichts-Ordnung*, quæ modum præſcribit iudiciis Criminalibus, in iisdem Comitiis decreta. Extat iſta Lex Criminalis latino ſermone apud GOLDASTVM *Tom. III. p. 516.*

96) SLEIDANVS *lib. VIII. p. 229.* qui etiam addit: *Gallie regem Cæſar de auxiliis appellauerat: verum is reſpondit, vt quidem Cæſar tum referebat, Ger-*

§. XLIX. In dicto conuentu Ratisbonenſi, Poloniæ Rex Sigismundus Boruſſiam eſſe antiquitus in fide & clientela ſui regni venditabat. Poſtquam enim Teutonici Ordinis milites ſub Friderico II. Imp. Boruſſiam ſibi ſubegiſſent, 97) auctis viribus, bella geſſerunt aliquamdiu cum Poloniæ regibus. Prœlio victi, fidem per iusiurandum dederunt Caſimiro Poloniæ Regi, patri Sigismundi. Poſtquam autem Albertus, Marchio Brandenburgicus a. 1511. fuiſſet in Magiſtrum Ordinis electus, per biennium graue bellum geſſit cum Poloniæ rege Sigismundo, & a. 1521. pactæ fuerunt in annos quatuor induciæ. Interea ſubinde ſollicitat Cæſarem Albertus & Ordines Imperii de Comitiis, ad Comitia Noribergæ 1524. ipſe venit, & vt Imperii princeps locum ſuum habuit in confeſſu, nam belli cauſa erat, quod in Poloni verba iurare nollet. Cum autem & Cæſar eſſet bello Gallico impeditus, Turca in Vngariam impetum faceret, & ſeditione ruſticorum diſtineretur Germania, ſic, vt auxilium inde nullum expectari poſſet, & iam exirent induciæ, pacem cum Polono facit, eique fidem dat, vt præcipuo ſuo magiſtratui, euangelii doctrinam ſuſcipit, mutato ordine, Pruſſiam ſibi vindicat, & qui fuit ante Magiſter, iam de voluntate Regis Dux Boruſſiæ ſalutatur, & aliquando poſt, in matrimonium ducit Friderici, Daniæ Regis filiam, Dorotheam. Academiam quoque Königsbergenſem inſtituit. Eo facto, vniuerſum Ordinem in ſe concitauit, nam etſi Pruſſiam tenebat, ac Poloniæ regis prætidio nitebatur, tamen de communi conſenſu Walthérus Cronbergius ei ſuffectus eſt, qui priſcum nomen atque ſtatum repræſentaret, qui Mergentheimi apud Francos ſedem ſuam poſuit. Albertus autem, edito ſcripto, ſui factí rationem explicat, & quemadmodum extrema neceſſitate coactus, cum ab Imperio deſtitueretur, in Poloni clientelam ſeſe dederit, oſtendit. 98) Sollicitatus igitur Cæſar a Walthero Cronbergio, transactionem illam, velut in detrimentum Imperii factam, reſcindit, & nullius eſſe momenti XIV. die Nouembris pronuntiat. 99) Cum autem Albertus in propoſito maneret, proſcriptus a. 1531. fuit a Camera, ſollicitante Walthero Cronbergio. Qua re cognita, Poloniæ rex, per legatum in conuentu Ratisbonenſi petit proſcriptionem illam totam deleri. Cronbergius autem oratione prolixa demonſtrat Iunii die tertio, Pruſſiam eſſe ditionis Imperii, nec ad Poloniæ reges pertinere quicquam: & licet ſui maiores, bello deuicti, fidem dare coacti ſint Caſimiro, Sigismundi patri, tamen id omnino fuiſſe contra ſuperioris temporis pactum, quod autem ita ſe res habeat, id vel ipſius Alberti teſtimonio poſſe doceri, qui ante annum octauum, in Comitiis Noribergæ ſit illud profeſſus. Itaque petit, vt Poloniæ regis poſtulato repudiato, ſententia in Albertum lata maneatur executioni. 100) quod tamen factum non fuit. In Comitiis Auguſtanis 1548. Waltheri ſucceſſor Wolfgangus proſcriptionis executionem denuo petebat, contranitente tamen Poloniæ rege, nihil iuris eſſe Imperio in alienum clientem prætendente. 1)

§. L. Tractabant interea Cæſar ac Pontifex de nouo inter ſe, cæterosque Italiæ Principes fœdere ineundo, quod tamen ante Februarii diem XXIV. a. 1532. perfici non potuit. Comprehendebantur hoc fœdere Pontifex Clemens, Cæſar, Rom. Rex, cæterique omnes

Germaniam eſſe potentem ſatis, quæ ſola Turcæ reſiſtat. Angliæ rex cunctanter etiam neque ſatis aperte reſcripſit: Clemens pontifex opem tulit, & ſummæ rerum præfecerat Hippolytum Medices, Cardinalem, Heluetii, licet a Cæſare ſolicitati, non ſe commouerunt. HEVTERVS *lib. X. c. VII.* qui etiam dicit: *habebat iuxta Viennam in caſtris Cæſar ducenta ſexaginta hominum millia. At ſtos peditum centum millia, equitum triginta millia non ſuperabat: cum quibus, quod ex acerrimis Germaniæ, Hiſpaniæ, Italiæ, ac Belgarum veteranis eſſent collecti, Cæſar acie cum Solymanno certare, ſi aduenſſet, ex omnium conſilio ſtatuerat. Non enim longius a Danubio recedere, nec ab immenſo hoſtium equitatu commeatu intercluderetur, decreuerat. Tormentorum Cæſari ingens aderat numerus, quæ percalefacta, & ad exonerandum inſtituea facta, plauſtris rotisque eiecta, hisque implicata, pediti contra hoſtilis equitatus inuaſionem valli loco obiici iuſſerat.* IOVIVS *lib. XXV. SECKENDORF lib. III. pag. 28.* HVB. THOMAS LEODIVS *vita Friderici Palatini lib. VIII. p. 155.* THRASYBVLVS LEPTA *p. 61. 63.*

97) De hoc AENEAS SYLVIVS cap. XXII. *grata oblatio Friderico fuit: qui collandato propoſito, quas voluere fratres ſub aurea bulla litteras conceſſit. Illi* (Teutonici Equites) *ſumptis armis, breui tempore quicquid Prutenî iuris citra Viſtulam fuit, occupant.* Extat diploma Friderici II. in GOLDASTI *Reichsbandlungen p. 167.*

98) SLEIDANVS *lib. V. excunte.* THVANVS *lib. I. pag. 29.*

99) SLEIDANVS *lib. VII. p. 200.*

100) SLEIDANVS *lib. VIII. p. 228.*

1) SLEIDANVS *lib. XX. incunte.* CHYTRAEVS lib. XIII. pag. 340. *Albertus Marchio Brandenb. qui militum Teutonicorum Boruſſiæ magiſterium, in ducatum hereditarium conuerterat, eaque de cauſa, a reliquo ordine, qui nouum magiſtrum ſeu principem ordinis, Waltherum a Cronberg, ſtatim elegerat, coram Cæſare & Camere iudicio accuſatus erat: cum Cæſar in comitiis Auguſtanis transactionem cum Polonie rege, velut in detrimentum Imperii factam, reſciduſſet, nec tamen ille pareret: tandem a Camera iudicio, ſolenni ritu ſub dio promulgata ſententia, proſcriptus eſt. Etſi autem varia, aduerſus ducem Boruſſiæ Albertum, a Waltherо Cronbergio, in ſingulis Imperii conuentibus executionem flagitante, tentata ſint: & ſucceſſor Waltheri Wolffgangus, ſolenni ceremonia, collatis ipſi Boruſſiæ magiſtratus inſignibus, a Cæſare Carolo Spiræ inauguratus eſt: tamen in poſſeſſione ducatus Boruſſiæ, ſub Polonie regis patrocinio, Albertus toto vitæ tempore permanſit, eamque ad heredes transmiſit.* Acta reperiuntur in GOLDASTI *Reichshandlungen p. 149.* Recruduit controuerſia, cum Friderícus I. a. 1700. ſe Regem coronari faceret Boruſſiæ. Dum enim Magiſter Ordinis Teutonici a. 1702. deſuper in Comitiis fuit proteſtatus, cui tamen reſpondet TO. PETRVS LVDWIG *im verthädigten Preuſſen wieder den Anſpruch des Teutſchen Ritterordens, Mergentheim 1703. 4.* Dum etiam in *art. X.* Proiecti Capitulationis Perpetuæ de reſtituendo Ordine Teutonico in omnes terras actum fuiſſet, huius abolitionem hodie petunt Brandenburgici.

2) HEVTE-

omnes Italiæ Principes (exceptis Venetis) qui ad præſentis Italiæ Status defenſionem ſe inuicem obſtrinxere, exprimentes, quem quisque militum numerum ac quantum auri eſſet collaturus, ſi quis Italiæ bellum intuliſſet. Antonium Læuam, Confœderatorum Ducem militarem nominant. Occultius etiam fœdus Pontifex clam cum Cæſare iniit, pollicitus, ſe Angliæ regem cum Anna Bolena diris deuotorum. 2) Hinc rebus in Italia conſtitutis, primo vere 1533. in Hiſpaniam ſoluit, 3) dum interim Pontifex per legatos cum Proteſtantibus de Concilio ageret, 4) licet Papa hoc maxime ſubterfugeret. 5)

§. LI. Inſequenti anno 1534. geſtum fuit bellum Würtenbergicum Anno enim 1519. Vlricus princeps Würtenbergicus ditione ſua pulſus fuit & electus a Sueuici fœderis ſociis, cum Reutlingam, oppidum Imperii, confœderatum ipſis, nuper cepiſſet. Eam deinde prouinciam Cæſar ab illis, reſtitutis ſumptibus, poſt Ferdinandus frater a Cæſare, cum hæreditas diuideretur, eſt conſecutus. 6) In Auguſtanis vero Comitiis Principes quidam intercedebant, vt Vlricus, qui iam in vndecimum annum exulabat, reſtitueretur: intercedente etiam per Langæum, legatum ſuum, Gallorum Rege Franciſco, ſed id fruſtra fuit, & Cæſar, repetitis ab initio cauſſis, quamobrem fuiſſet profligatus, ornamenta ſolennia principatus fratri ſuo tum publice conferebat. Landgrauius ergo, qui magna neceſſitudine & propinquitate coniunctus erat Vlrico, cogitabat illo ipſo tempore aliquid moliri, ſed a nonnullis, qui ſuam operam erant polliciti, deſtitutus, ad commodiorem occaſionem rem diſtulit: 7) & nunc, per abſentiam Cæſaris, eum etiam hoc ipſo tempore, Sueuicum fœdus, in annos vndecim antea factum, diſſolueretur, Galliam petit, & agrum Mompelgardicum, regi, pro certa pecuniæ ſumma, nomine Vlrici Principis oppignorat, ea lege, niſi intra tertium annum ille luat, vt tum ſit regni Galliæ hæreditarius: præter eam pecuniam, rex quoque mutuo ſe daturum promiſit alteram ſummam, facta ſpe, non repetitum iri. 8) Landgrauius primo vere copias conſcribit, & tunc demum datis ad Ferdinandum Regem litteris, quibus facti ſui rationem explicabant ambo, cum Ferdinandus interim ad iuris atque legum diſceptationem cauſam reiiceret, exercitum educunt, & Maii die XIII. cum in copias hoſtiles, qui erant ad duodecim millia peditum, incidiſſent, emiſſis tormentis, in fugam illos coniiciunt, prope Lauſenam oppidum agri Würtenbergici. Ferdinandicis præerat Philippus, Princeps Palatinus, qui machina vulneratus in eo conflictu, calcem pedis amiſit. In fuga quamplurimi, cum in Neccarum flumen ſeſe præcipitaſſent, perierunt. Eo facto, plerique omnes per agrum Würtenbergicum in Vlrici Principis poteſtatem redeunt. 9) Sub huius belli tempus, archiepiſcopus Moguntinus & Saxoniæ princeps Georgius, Landgrauii ſocer, agebant de reconciliatione Ferdinandi regis & Io. Friderici, Saxoniæ Electoris, qui Iohanni patri a. 1532. defuncto ſucceſſerat, 10) & Cadami demum, quod eſt Bohemiæ oppidum, Iunii die penultimo pacem faciunt his conditionibus: religionis cauſa vis nulla fiat, neque lis vlla forenſis moueatur, & ea pax, quam Cæſar fecit, ſeruetur: Ferdinandus efficiat loco Cæſaris, vt Cameræ iudicium ab omni ſuperſedeat actione contra proteſtantes, in quibus tamen nec anabaptiſtæ, nec ſacramentarii, nec id genus aliæ ſectæ ſint comprehenſi: Saxoniæ princeps atque ſocii Ferdinandum agnoſcant pro Romanorum rege, titulumque tribuant: Ferdinandus inuicem hoc apud Cæſarem & reliquos Electores efficiat intra certum tempus, vt decretum eiusmodi fiat: cum tempus olim incidet creandi Romanorum regis viuo Cæſare, vt tum principes Electores ante conueniant, & deliberent num iuſtæ ſint & idoneæ cauſſæ, & ſi

2) HEVTERVS *lib. X. c. IX.*

3) HEVTERVS *c. l.* SLEIDANVS *pag. 229.* HARAEVS *ad a. 1533.*

4) SLEIDANVS *c. l.* late de hoc, & quod Petrus Paulus Vergerius ea de cauſſa ad Proteſtantes fuerit miſſus SECKENDORF *lib. III. p. 30.* Extant etiam hac de cauſſa diuerſa ſcripta apud HORTLEDERVM *Tom. II. lib. I. c. XIV. & XV.*

5) Hoc ſatis innuit SLEIDANVS lib. VIII. fin. dicens: *erat tum apud Ferdinandum regem pontificis legatus Petrus Paulus Vergerius. Et quia Rheginus epiſcopus ætate iam erat prouectus, & valetudine minus firma, Clemens Vergerio mandabat, ſi quidem illi quid accideret impedimenti, vt ipſe legationem ſubiret: inprimis vero monebat, vt in memoria ſemper habeat, quæ ſua ſit de concilio mens atque voluntas: mandatis igitur atque formulæ præſcriptæ diligenter inſiſtat, neque latum vnguem ab ea diſcedat, nec in auguſtias ipſum atque neceſſitatem peragendi conciſi coniciat, etiamſi forte rex Ferdinandus maxime vrgeat & inſtet.* De mandatis hiſce Vergerio datis, prolixius SECKENDORF *lib. III. pag. 93.*

6) SLEIDANVS *lib. IX. p. 237.* 10. TETHINGERVS *Würtenb. lib. I.*

7) SLEIDANVS *lib. IX. p. 237.* Orationes Langæi in Comitiis Auguſtanis exhibet BELLAIVS *lib. IV. p. 143.* Vlricus tamen anno vertente reluit. Vide Apologiam apud FREHERVM *Tom. III. pag. 425.*

8) SLEIDANVS *cit. loc.* BELLAIVS *lib. IV. p. 137.* BELCARIVS *lib. XX. p. 642. 644.*

9) SLEIDANVS *p. 242.* Integrum hoc bellum libris duobus deſcripſit IO. TETHINGERVS in *Würtenbergia*, quæ extat apud SCHARDIVM *Tomo II.* Cui acceſſit Commentarius *de Würtenbergiæ rebus geſtis Huldarico Principe* libris Tribus. Extat ibidem etiam EOBANI HESSI *acclamatio gratulatoria ad Philippum Haſſium, de victoria Würtenbergica*, NICOLAI AS. BARBATI *Oratio de expulſo & reſtituto Duce Würtenbergenſi.* Extant etiam hæc Acta apud HORTLEDERVM *Tomo I. libro III.* CHYTRAEVS *Saxoniæ lib. XIV. p. 347. 353.* THVANVS *lib. I. p. 59.* GVICCIARDINVS *lib. XX. p. 737.* CRVSIVS *Ann. Sueu. lib. XI. p. III. p. 625.* REISNER *f. 25.* THRASYBVLVS LEPTA *lib. I. pag. 65.* Extat IO. STRAVCHII Diſſ. Exot. X. *de ejectione & reſtitutione Ducis Würtenbergici.*

10) SLEIDANVS lib. VIII. pag. 228. *ad Idus Auguſti Saxoniæ princeps & electior diem ſupremum claudit: ei ſuccedit Ioannes Fridericus filius.* SECKENDORF *p. 30.*

11) SLEI-

& si appareat, tum demum ex formula legis Carolinæ pergant: quod secus factum fuerit, irritum sit: hoc voto decretum, nisi fiat intra decimum mensem, Saxo sociique non teneantur pacto: succeſſionem quoque Saxonis in bonis paternis & auitis, intra tempus illud Cæſar confirmet: Ferdinandus etiam det operam, vt quæ Saxoni funt cum principe Cliuenſi pacta matrimonii, Cæſar approbet. Dum his de rebus agunt, ſimul alteram quoque pacificationem tractant, & Saxo quidem Landgrauii atque Würtenbergici nomine ſpondet, tanquam mandatarius, ratam habituros quidquid conueniſſet. Poſt multam actionem, recuperato iam omni agro Würtembergico, ſic pactum fuit: Vlricus princeps & ipſius hæredes maſculi, ſint Ferdinandi regis, tanquam Auſtriæ principis beneficiarii, & agri Würtembergici poſſeſſionem ei ferant acceptam, extincta ſorte familia Würtembergica, nec extantibus maſculis, Auſtriaci principes eam regionem obtineant, Imperii beneficio & auctoritate, cui & hoc nomine teneantur. 11)

§. LII. Circa eadem tempora geſtum fuit bellum Anabaptiſticum. 12) Prodierunt enim e ſchola Münceri, qui infantum baptiſma improbantes, illos qui ipſis accedebant, de nouo baptizabant, ſanctimoniam quandam externam præ ſe ferebant, multaque nefaria alia docentes, cumque per Germaniam longe lateque ſerperent, tandem Monaſterii Weſtphaliæ, ſedem ac locum fixum occuparunt. Anſam dabat Bernardus Rotmannus, qui in D. Mauritii templo, non procul ab vrbe Monaſterio frequenti Ciuium auditorio a. 1532. euangelium docebat. Mox a ciuibus præſtantioribus in vrbem fuit receptus, eoque res, contrainitentibus licet pontificiis, fuit adacta, vt in ſex templis euangelium doceatur: quicquid ſit impiæ religionis & ſuperſtitioſæ tollatur: in primario templo nihil mutetur, neque ciuitas illud quicquam ad ſe pertinere putet; hæc pacis formula fuit obſignata Lantgrauii & epiſcopi & ipſius clientelæ & nobilitatis & totius populi ſignis Februarii die XXIV. anno CIↃ IↃ XXXIII. Rebus tunc admodum pacatis venit Monaſterium ſarcinator quidam Belga, Iohannes Beuckels Leidenſis dictus, anabaptiſta vehemens, cui Rotmannus accedebat. Hi, vna cum Bernhardo Cnipperdolingo turbas mouent, & dum multi ex proceribus vrbis ſenſim ſe ſubduxiſſent, relicta ſaltim promiſcua plebe, anabaptiſtæ menſe Februario 1534. nouum deligunt ſenatum, ſuæ factionis omnes, creant quoque conſules, & in his Cnipperdolingum, templa diripiunt, omnesque, qui non ipſorum eſſent ſectæ, nulla, nec ætatis; nec ſexus habita ratione, armata manu eiiciunt, opportuna vrbis loca operibus præſidiisque muniunt. Inter hæc, dum epiſcopus vrbem obſideret, Ioannes Matthæus illorum propheta, mandabat, vt quod quisque haberet auri, argenti, rei mobilis, id omne deferret in medium, capitis propoſita pœna. Comburebantur eiusdem iuſſu, omnes libri, Bibliis exceptis. Poſtquam autem Matthæus extra vrbem ad caſtra Epiſcopi properaret, a milite quodam fuit conſoſſus, cui Ioannes Leidenſis ſuccedebat, qui ex Cnipperdolingo conſule, tradito ipſi gladio, fecit carnificem, duodecim viros deſcribit, qui ſummæ rerum præeſſent, & tanquam in Iſraële cuncta gubernarent, polygamiam introducit, aurificem ſubornat, qui conuocata multitudine, ad VIII. Kl. Iulii commemorat, patris cœleſtis eſſe mandatum, vt imperium orbis terrarum Ioannes Leidenſis obtineat, vt cum validiſſimis copiis egreſſus, reges atque principes omnes promiſcue interficiat. Sic ergo rex factus, illico XII. viros abrogat & pro conſuetudine regum deligit ſibi proceres, coronas etiam duas & vaginam & torquem & ſceptrum & alia id genus ornamenta ſibi parari iubet ex auro lectiſſimo. Quoties in publicum prodiret, comitatus erat ſuis proceribus domeſticis, proxime eum ſequebantur adoleſcentuli bini, equites, dexter coronam & Biblia geſtabat, alter euaginatum enſem. In foro paratum erat ei ſolium ſublime, panno veſtitum aureo: quæ deferebantur ad ipſum actiones & querimoniæ plerumque ad coniuges pertinebant atque diuortia; quibus nihil erat frequentius. 13) Cum iam Epiſcopus, aliquot menſibus, omnem belli ſumptum ſolus feciſſet: Colonienſis archiepiſcopus Hermannus, & Cliuenſis princeps Ioannes, auxilio miſerunt pecuniam, tormenta; peditum & equitum cohortes aliquot. Colonienſis etiam in caſtra fuit profectus, communicandi cauſa conſilii, neque multo poſt vrbs fuit aliquot locis oppugnata, cum autem eius per vim capiundæ ſpes nulla ſupereſſet, ſeptem fuerunt extructa circum propugnacula, tollendi cauſa commeatus, cum ſingulis peditum ſignis & cohortibus aliquot equitum, qui ibi eſſent in hybernis, continuandæ vero cauſſa obſeſſionis atque belli, quod ad omnes æque pertineret, Monaſterienſis Epiſcopus, ab iis Principibus atque ciuitatibus, quæ ſunt Rhenanæ prouinciæ, tanquam a vicinioribus auxilia petit. Eius rei gratia ad XII. Decembris diem 1534. conuentus indicitur Confluentiæ. His Ioannes Fridericus Elector

11) SLEIDANVS *lib. IX. p. 243.* HEVTERVS *lib. X. c. X.* HARAEVS *ad a. 1534.* THVANVS *lib. I. p. 28.* Extat etiam Cadamenſis Transactio apud HORTLEDERVM *Tom. I. lib. I. c. XVII.* & integer *lib. III. c. XIII.* apud GOLDASTVM *Reichs-Satzungen p. I. p. 263.* IO. STRAVCHII *diſſert. Exot. X. §. 9.* du MONT *Tom. IV. p. II. p. 119.* Ratificatio *pag. 122.*

12) SLEIDANVS *lib. X. incunte.* HENR. DORPII *hiſtoria, quomodo euangelium Monaſterii cœperit ac per anabaptiſtas fuerit d ſſolutum.* CHYTRAEVS *lib. XIII.* BELGARIVS *lib. XXI. p. 648.* CHYTRAEVS *lib. XIV. p. 354.* ACHILLES PIRMINIVS GASSSARVS *Annal. Auguſtburg p. 1800.*

13) Titulum illius ex litteris ſalui Conductus Paſtori Haſſiaco conceſſis exhibet SPALATINVS *Annal. Reformationis p. 209. Ich Johann aus Gottis Gnaden, aus Kraffe des Kæniglichen Rechts in den newwen tempel Gottes ein diner der gerechtigkeit.* Inde figura ipſius ſigilli & Monetarum exhibentur.

Electoꝛ vltro ſe coniunxit, qui Epiſcopo auxilia decernunt, Anabaptiſtas etiam monent, vt deſiſtant, id quod per legatos ſuos Philippus Haſſiæ Landgrauius quoque fecit. 14) His tamen renuentibus, in conuentu Wormatienſi, Aprili menſe 1535. habito, decreta viginti aureorum millia menſtrua. 15) Cum intra vrbem iam res in eum eſſet deducta caſum, vt fame quamplures quotidie morerentur, multi etiam alio diſcederent, belli duces monebant oppidanos, quod ſi regem & paucos præterea quosdam traderent, ipſis nihil futurum eſſe fraudi. Ciues etſi vehementer optabant, ſeueritate tamen & vigilantia regis deterriti, nihil audebant. Rebus autem ad extremum in vrbe adductis, duo quidam profugiunt, ex iis vnus capitur a militibus, alter, interpoſita fide, ad epiſcopum venit, & vterque potiundæ vrbis rationem oſtendit. Inde XXIV. Iunii 1535. noctu ſub horam vndecimam copiæ ſilentio ad vrbem accedunt, & induſtria perfugæ militis aliquot delecti, per foſſam in vallum perueniunt, interfectis excubitoribus: reliquis portam patefaciunt, cumque initio reſiſterent oppidani, & occupato foro ſeſe communiuiſſent, re deſperata, multisque cæſis impetu primo, miſericordiam implorant & impetrant. Rex autem & Cnipperdolingus in hoc ipſo tempore capiuntur. Rotmannus, abiecta ſpe ſalutis, cum in confertam hoſtium turbam incurriſſet, confoditur, ne viuus in illorum veniat poteſtatem. Vrbe capta, Epiſcopus dimidiam prædam & tormenta bibi ſumpſit. Secutus eſt deinde alter Imperii conuentus Wormatiæ, ad Idus Iulias. In eo Ferdinandus rex per legatos proponit & rogat, occupata nunc vrbe, num præterea ſit agendum de delendis in vniuerſum anabaptiſtis: monet etiam, vt pontificem Romanum de concilio principes interpellent. Illi, quid de anabaptiſtis fieri conueniat, eſſe iam antea cautum aliquot edictis: de concilio pontificem eſſe non ſemel ſollicitatum a Cæſare: neque ſe poſſe aliquid præterea, dicebant: Eodem in conuentu Monaſterienſis epiſcopus petit impenſas atque damnum ſibi farciri, & pactam pecuniam nondum eſſe perſolutam queritur. Cum nihil amplius decerni poſſet, perpauci etiam ordines adeſſent, indictus eſt alter ibi conuentus, ad Kalendas Nouembris, in quo de rationibus & ſumptu belli cognoſceretur, &, quæ reipublicæ forma ſit inſtituenda poſthac Monaſterii, decerneretur. Inſtituto hoc conuentu, decretum, prædam & tormenta ab epiſcopo capta, cum ſumptibus debere compenſari, Monaſterium in priſtinum reſtituendum, captiuos puniendos. Rex & ſocii duo captiui, ducebantur huc illuc ad principes ſpectaculi & ludibrii cauſſa, XIII. deinde Kal. Februarii 1536. Monaſterium reducuntur, & ſingulis attribuitur cuſtodia ſeparatim: eodem etiam die venit illuc epiſcopus, & cum eo Colonienſis archiepiſcopi & principis Cliuenſis legati. Quod ſecutum eſt biduum piis admonitionibus datum eſt, vt ab errore deducereꝛur: & rex quidem agnouit peccatum, ac precibus ad Chriſtum confugit: reliqui duo nec vllum fatebantur delictum, & obſtinate ſua defendebant. Poſtridie rex in locum editiorem productus, alligatur palo: aderant bini carnifices ac forcipes igniti: ad treis primos morſus conticuit, deinde miſericordiam Dei continenter implorans, cum horam & amplius ad hunc modum laceratus eſſet, transacto demum per pectus mucrone, deceſſit: idem ſupplicium & ſocios eius perculit. Extincti caueis ferreis illigantur ſinguli, & ad ſummam turrim vrbis exponuntur penſiles, rex quidem medius, & quanta eſt hominis ſtatura, ſublimius illis. 16)

§. LIII. Inter hæc, Cæſar certior factus, Hariadenum Barbaroſſam, Algerii in Numidia Regem, Solymannicæ claſſis Præfectum, eiecto Rege Muleaſſe, occupaſſe Regnum vrbemque Tunetum, menſe Aprili 1535. Barcinona ſoluit, & in Africam cum exercitu profectus, cum Tunetam vrbem & arcem Guletam cepiſſet, regem eius loci Muleaſſem, Mahomeranæ religionis, reſtituit, ſibique vectigalem facit, arce communita valido præſidio, poſt, in Siciliam nauigat. 17) Ad hoc bellum Paulus III. pontifex qui Clementi VII. ſucceſſerat, ei miſit auxilio triremes aliquot inſtructas, Virginio Vrſino ductore, ſimul, vt ordini eccleſiaſtico per Hiſpaniam imperaret, decumas permiſit. 18)

§. LIV. Per Siciliam, ad Italos redeunti Cæſari adſertur in itinere, Franciſcum Sfortiam, quem Mediolani Ducem confirmauerat, XXIV. Octobris 1535. 19) improlem deceſs-

14) Extat hoc de negotio *Acta: Handlungen: Legation und Schrifften: ſo durch den durchleuchtigen hochgeboren Fürſten und Herrn, Herrn Philipſen, Landgraven zu Heſſen &c. im der Münſterſchen ſache gehchn, zuſammen gebracht durch* ANTONIVM CORVINVM 1536.

15) Extat Receſſus in Corpore *p. 335.*

16) Hæc plenius exponunt SLEIDANVS *lib. X.* HARAEVS *ad a. 1534.* HEVTERVS *lib. X. c. X. XI. lib. XI. c. II. III.* SECRENDORF *lib. III. p. 76.* In SCHARDII Tomo II. extant LAMBERTI HORTENSII *Tumultuum Anabaptiſticorum liber vnus*, ANT. CORVINI *de miſerabili Monaſterienſium obſidione libellus ad Georgium Spalatinum.* Sic etiam CONRADVS HERESBACH *de factione ſcripſit Monaſterienſium.*

17) Tractatus Protectionis extat apud du MONT *Tom. IV. p. II. p. 128.*

18) SLEIDANVS *lib. IX. p. 252.* BEDCARIVS *lib. XXI. p. 649.* CHYTRAEVS *lib. XIV. pag. 359.* HEVTERVS *lib. XI. c. III.* In SCHARDII Tomo ſecundo extat IO. ETROPII *Diarium expeditionis Tunetanæ a Carolo V. ſuſceptæ.* IOVIVS *lib. XXXIII. XXXIV.* GVIL. ZENOCARVS *vita Caroli V. lib. I. fin.* & *lib. III.* CHYTRAEVS *lib. XIV. p. 359.* In ANTONII MATTHAEI Analectis extat ANTONII PONTII Conſentini *Hariadenus Barbaroſſa ſive Hiſtoria belli Tunetani.* THRASYBVLVS LEPTA *lib. I. p. 65.*

19) SLEIDANVS lib. IX. p. 253. *ſub finem deinde menſis Octobris Mediolani princeps Franciſcus Sfortia decedit e vita, non relictis liberis, ea res no-*

ui belli


image
not
available

Galliæ inuadit. Rex ad Auenionem caſtra poſuit, inter Rhodanum & Druentiam fluminа, & deuaſtatis agris, qua parte Cæſarem eſſe deſcenſurum videbat, cum pugnandi poteſtatem non faceret, in ſummas illum difficultates coniecit, nam inopia rerum omnium Cæſar abductus, & multis hominum millibus ex inedia & contagione deſideratis, Antonio quoque Læua ſublato, cum reliquas copias dimiſiſſet, Genuam redit. 25) Alter eius exercitus per eam æſtatem, in Picardia bellum faciens, oppidum Peronam obſedit, Henrico Naſſouio ductore, verum infecta re, per idem fere tempus, quo Cæſar ex Prouincia diſceſſit, & vtriusque rei nuncius allatus Luteciam eodem die, magna lætitia ciuitatem affecit, nam valde trepidatum fuit, & graues habebantur ad populum in Cæſarem conciones & vallis atque foſſis vrbem munire cœperant legati regis, & ad portas erant depoſitæ ſtationes. 26) Cæſar, poſtquam Montisferratenſem ditionem, quam Sabaudus & Saluſſius Marchio & alii ambiebant, Friderico Gontzagæ, cui Margaretha Palæologa, Bonifacii VI. poſtremi Marchionis Montisferratenſis a. 1530. defuncti ſoror, nupta erat, adiudicaſſet, 27) Octobri menſe Genua ſoluit, & in Hiſpaniam redit, vbi per totum annum 1537. permanſit. 28) Exercitus autem eius Belgicus Floro Barenſi ductore, San Paulum oppidum & arcem in Atrebatibus, Iunio menſe vi capit, præſidiariis omnibus necatis: inde profectus in Morinos, Terouennam oppidum obſidet, fruſtra tamen. Ibi demum penultima Iulii 1531. inducię factæ ſunt decem menſium, in ea ſolum regione, pro cuius meliori executione Legati Cæſaris atque Regis d. 3. & 5. Nouembris Cameraci inuicem conuenerunt. 29) In Gallia ſubalpina ſeu Pedemontio vigebat bellum nihilo ſecius, & Cherium oppidum vi receptum fuit a Cæſarianis, & ingens edita ſtrages militum, atque ciuium. Et cum deinde Taurini premerentur inopia milites, obſeſſis omnibus viis & intercluſo commeatu, Galliæ rex, autumni tempore conſcriptis copiis, filium natu maiorem Henricum, & Annam Momoranciam eo mittit, qui ferro pateſacta via præſentem inediam ſubleuarunt. 30) Poſt varias inducias, Montzoni Arragoniæ d. 9. Nouembris 1538. ad tres menſes, Barcellonæ 15. Decembris 1537. au Cubannes de Titon inter Narbonnam & Perpinianum d. 11. Ianuarii 1537. vsque ad Kl. Iunii 1538. concluſus, Toledi etiam d. 10. Ianuarius 1538. factus, quod nolint, niſi vtriusque partis conſenſu, fœdus cum Anglorum Rege renouare, 31) Maio menſe 1538. pontifex Niceam proficiſcitur, oppidum Liguriæ maritimum: eo Cæſar & Galliæ rex etiam venerunt, ipſius rogatu potiſſimum, nec tamen ipſi congreſſi. Poſt multam actionem, etſi de ſumma rei non conueniret, inducię tandem factæ ſuerunt Iunio menſe in annos decem. 32) Hæ vero Inducię a Carolo Sabaudiæ Duce, Nicæ d. 21. Nouembris 1538. fuerunt ratihabitæ, atque Kl. Februarii 1538. a Carolo V. Imp. confirmatæ. 33) Aliquot poſt diebus, quam Pontifex deceſſerat, ipſi Reges ad Aquas mortuas conuenerunt, quod eſt Galliæ Narbonenſis oppidum, ad oſtium Rhodani, foſſam Marianam veteres adpellant, eo Cæſar in Hiſpaniam rediturus, ad Idus Iulii cum claſſe deſcendit, vbi Franciſcus ad ipſum in triremem venit, inde Cæſar naui egreſſus cum rege in oppido prandet, ibidemque pernoctat. 34)

§. LV. Dum

25) SLEIDANVS *lib. X. p. 291.* IOVIVS *lib. XXXVI.* CHYTRAEVS *lib. XIV. p. 372.* HEVTERVS *lib. X. c. IV.* BELLAIVS *lib. VII. & VIII.* BELCARIVS *lib. XXI. p. 681.* HARAEVS *ad a. 1536.*

26) SLEIDANVS *c. l.* HEVTERVS *c. V.* BELLAIVS *lib. VIII. p. 295.* LEPTA *p. 68.*

27) Verba ſunt CHYTRAEI *lib. XIV. pag. 373.* Plenius vero hanc cauſſam exponit THVANVS *lib. I. pag. 33.* dicens: *Iam Mantuæ marchio, quem fœderi contra Cæſarem ito ſubſcripſiſſe diximus, etiam ante pacem cum Pontifice factam in parteis Cæſaris tranſierat, itaque Cæſar eo fere tempore ex Pannonia rediens Mantuam venit, vbi a Friderico honorifice exceptus, vt hoſpitem honorifica gratificatione remuneraret, cum ex Marchione Ducem creauit: addidit & nouum beneficium: nam cum Io. Georgius Palæologus, qui Bonifacio Montisferrati marchioni Vitelmi fratris F. ſucceſſerat, paullo ante ſine liberis deceſſiſſet, & Fridericus, qui Margaritam Bonifacio ſororem in matrimonio habebat, hereditatem adire vellet, contra Sabaudo & Saluciarum principe tendentibus, Cæſar oppida & arces impoſito præſidio ſequeſtri iure occupauit, & poſtea tradita poſſeſſione ſecundum Fridericum pronunciauit. Iura Sabaudica inde petebantur, quod Iolanta Theodori Palæologi, Montisferratenſis Marchionis filia an. 1330. Aymoni Sabaudiæ Comiti fuiſſet nupta, his conditionibus, vt extincta maſcula linea, Iolantæ heredes ſuccederent. Blanca, Wilhelmi Marchionis filia nupta fuit, Carolo II. D. Sabaudiæ a. 1485. ſed huius poſteritas deceſſerat.* GVICHENON *Hiſt. Genealog. de Savoye Tom. I. c. XXXIV. p. 645.* Supererat quidem poſt Bonifacii IV. mortem, Io. Georgius, Epiſcopus Caſalenſis, qui etiam matrimonium adfectabat cum Iulia, Friderici Neapolitani filia, ſed moriebatur a. 1393.

28) SLEIDANVS *lib. X. p. 293.*

29) Extant iſti Tractatus apud RIBIER *Mémoires Tom. I. pag. 58.* du MONT *Tom. IV. p. II. pag. 154.*

30) SLEIDANVS *lib. XI. p. 321.* HEVTERVS *lib. XI. c. VII.* HARAEVS *ad a. 1537.* BELLAIVS *lib. VIII. p. 314.* THRASYBVLVS LEPTA *p. 71.*

31) Extant iſtæ inducię apud GVIL. RIBIER *Memoires Tom. I. p. 62.* FRED. LEONARD *Tom. I. p. 401. ſqq.* RECVEIL *Tom. II. p. 207.* du MONT *Tom. IV. p. II. pag. 157.* BELLAIVS *lib. VIII. pag. 320.*

32) Extant Induciarum Articuli apud GOLDASTVM *Reichshandeln p. XI. pag. 364.* RECVEIL *Tom. II. p. 210.* du MONT *p. 169.*

33) Extant apud du MONT *p. 172. 185.*

34) SLEIDANVS *lib. XII. p. 331.* CHYTRAEVS *lib. XV. p. 385.* BELCARIVS *lib. XXII. pag. 699.* IOVIVS *lib. XXXVII. p. 202.* HEVTERVS *lib. XI. c. X.* THVANVS *lib. I. p. 20.* HARAEVS *ad a. 1538.* SECKENDORF *lib. III. pag. 170.* BELLAIVS *lib. VIII. pag. 334.*

35) SLEI-

§. LV. Dum hæc fierent, mortuo an. 1534. Clemente VII. Paulus III. succeſſit, Farneſiorum familia ortus. 35) Hic ad concilium congregandum pronus videri volens, ideo Petrum Paulum Vergerium legatum ſuum a. 1535. in Germaniam mittens, vt hoc Statibus ſignificaret. Immo feſto Pentecoſtes 1536. illud durante Miſſa fecit publicari, idemque publico edicto ad templorum valuas adfixo hoc ad diem XXVII. Maium 1537. Mantuam indicit. Sed Mantuano Duce, præter alia, & præſidium vrbis poſtulante, 36) pontificio ſumtu alendum, quod nolebat Paulus dare, alio diplomate, nullo loco conuentus nominato, dilatum Concilium fuit in Kalendas Nouembris. 37) Creuit interea ſociorum numerus, qui ad Smalcaldicum fœdus acceſſerunt, & quamuis Noribergenſi conuentu 1534. diſſenſiſſent principes, Saxone nolente plures in fœdus recipi, quod Haſſus magnopere cupiebat, 38) tamen inſequuto anno 1535. Smalcaldiæ decretum fuit, ne quis puræ doctrinæ addictus, ſi vellet in fœdus recipi, a ſociis reiiceretur. 39) Miſit etiam Francus XIX. Decembris Guilielmum Bellaium Smalcaldiam, petens in fœdus admitti. Illi non recuſant, modo contra Cæſarem nil ſinciatur: Idem Regis Angliæ Legato reſpondent. 40) In conuentu etiam Francofurti 1536. plures fuerunt recepti. 41) Eodem anno die Michaelis fœdus hoc ad decennium Smalcaldiæ fuit prorogatum, Saxo & Haſſus Capitanei fuerunt conſtituti, & quantum quisque ad communes vſus contribuere debet, decretum. 42) Dum vero poſt exhibitam confeſſionem Auguſtanam plures in fœdus acceſſiſſent, fama etiam de concilio ſerperet, ſocii Smalcaldici rurſus Februario menſe 1537. conueniunt, deliberaturi, ſi locus ſibi in Synodo foret, in quibus cedi poſſit pontificiis, & in quo firmiter inhærendum. 43) Miſerat ad eundem conuentum Cæſar Procancellarium ſuum Matthiam Heldum, qui cum Proteſtantibus diuerſimode egit, 44) Papa vero Petrum Vorſtium Epiſcopum Aquenſem. 45) Ibidem articuli, Luthero auctore, qui cum Theologis in conuentu erat, conſcripti & approbati ſunt, quos vulgo Smalcaldicos appellamus. 46) Huic Smalcaldico fœderi vero Catholicorum quidam, Moguntinus & Salisburgenſis archiepiſcopi, Guilielmus & Ludouicus Bauari, Saxo Georgius, Ericus & Henricus Brunſuicenſes per Matthiam Heldum Noribergæ d. 10. Iulii 1538. in annos XII. fœdus contrarium, dictum ſanctum, fecerunt, pro defendenda religione Catholica. 47) Id quod anſam dedit conuentui Francofurtenſi Februario menſe 1539. inſtituto, cui Cæſaris nomine Ludouicus Palatinus, Ioachimus, Brandenburgicus Electores & Johannes Lundinen-

35) SLEIDANVS *lib. IX. p. 245.* HEVTERVS lib. X. c. vlt. *Septembris die 25. Romæ moritur Papa Clemens VII. diuturno ſtomachi vitio tabefactus. Surrogatur in eius locum (quod Clementem Cardinales ita ſemper ſentiiſſe ſtebant) Alexander Farneſius, Romana familia natus, Cardinalium natu maximus, literarum cognitione clarus, qui Paulus Tertius nominari voluit, ſtatimque Aſcanium & Alexandram Farneſios inter Cardinales legit: Romanis lætantibus, quod poſt tredecim Pontifices, quos ſpatio centum ac trium amorum Vrbs viderat, iterum Romani generis Papam in D. Petri ſede II. Nonas Nouembres ſedentem vidiſſent.* SECKENDORF *lib. III. p. 74.* THVANVS *lib. I. p. 18.* SPALATINVS ipſius vitam breuiter ſcripſit.

36) SLEIDANVS *lib. IX. p. 253.* PALLAVICINVS *hiſt. Conc. Trident. lib. IV. c. III.* SECKENDORF *lib. III. p. 126.* Bulla conuocationis extat apud HORTLEDERVM *Tom. I. lib. I. c. XXIII.* & GOLDASTVM *Polit. Imper. p. XXVII. p. 1197.* Sequuntur ibidem Proteſtantium Imperii Statuum rationes, cur Synodus Mantuana indicta, neque æqua videri poſſit, neque vtilis Eccleſiæ. CYPRIANI *Vrkunden zu der Reformations Hiſtorie p. II. p. 33.*

37) SECKENDORF *lib. III. p. 16. 161.* SLEIDANVS *lib. IX. p. 255.*

38) De hoc late SECKENDORF *lib. III. p. 75.* Extant de hoc varia conſilia apud HORTLEDERVM *lib. VI. c. II.*

39) De hoc conuentu qui ad VI. Decembris 1535. indictus, SLEIDANVS *lib. IX. pag. 255.* CHYTRAEVS *lib. XIV. pag. 358.* SECKENDORF *lib. III. p. 98.* qui etiam illos, qui hoc conuentu fœderi acceſſerunt, recenſet.

40) SLEIDANVS *lib. IX. pag. 257. 263. 286.* HEVTERVS *lib. X. c. II.* SECKENDORF *p. 102.* qui etiam *p. 105.* ex Spalatini Msto recenſet, quid propoſuerit BELLAIVS. De reſponſo in his Comitiis Vergerio facto HORTLEDER *Tom. I. lib. I. cap. XX.*

41) SLEIDANVS lib. X. p. 288. *recepti ſunt in fœdus, hoc in conuentu Wirtembergicus princeps Vlrichus, Bernimus & Philippus fratres, Pomeraniæ principes, Georgius & Ioachimus Anhaldii, fratres, item, Auguſtæ, Francofurtum, Campodunum, Hamburgum, Hannobria: de cæteris quoque rebus, ad fœdus atque defenſionem pertinentibus, deque iudicio Cameræ tractatum fuit: hoc etiam decretum, mittendos ad Cæſarem eſſe nuncios atque literas, quibus ad ipſius epiſtolam, Neapoli datam, reſpondeatur.*

42) De hoc prolixius CHYTRAEVS *lib. XIV. p. 370.* Extat integrum fœdus apud HORTLEDERVM *lib. VII. cap. IX. X.* in RECVEIL *Tom. II. pag. 661.* apud du MONT *Tom. IV. p. II. p. 141.*

43) Patet hoc ex Lutheri præfatione in articulos Smalcaldicos *Tom. VI. Altenb. f. 1227.* in quibus cedi poſſit, vel firmiter perſeuerari debeat. CHYTRAEVS *lib. XVI. p. 378.*

44) SLEIDANVS *lib. XI. ineunte.* SECKENDORF *lib. III. pag. 1491.* Relatio eorum, quæ cum Heldo acta fuerunt, extat apud HORTLEDERVM *Tom. I. lib. I. cap. XXV. XXVI. XXVII. XXVIII. c. XXIX.* exponuntur cauſſæ, cur ad Concilium venire nequeant c. XXX. conſultatio Henrici VIII. de concilio a Papa indicto.

45) SPALATINI *Annales Reform. p. 311.* PALLAVICINI *lib. IV. c. I. p. 114. c. II. p. 116.*

46) Lutherus eosdem Electoris iuſſu conſcripſerat, de eis tamen cum iuſto Iona, Caſpare Crucigero, Io. Bugenhagio, Philippo Melanchthone, Nicolao Amsdorfio, Io. Agricola & Georgio Spalatino egerat. SECKENDORF *lib. III. p. 151.* SPALATINI *Annales Reform. p. 307.*

47) SLEIDANVS *lib. XII. p. 338.* SECKENDORF *lib. III. pag. 171.* SPALATINI *Annales Reform. p. 366.* Extat illud fœdus apud HORTLEDERVM *Tom. I. lib. VIII. c. XIV.* LVNIG *p. Spec. II. Abth. p. 252.* RECVEIL *Tom. II. p. 664.* du MONT *Tom. IV. p. II. p. 164.*

dinensis Archiepiscopus interfuerit. Cum his Aprilis die XVI. demum transactum fuit his conditionibus', vt Cæsar A. C. addictis largiatur XV. mensium inducias: pacificatio Noribergensis & Cæsaris edictum Ratisbonense interim sint rata, licet Cæsar hæc rata non haberet. 48)

§. LVI. Orta fuit hoc ipso fere tempore a. 1539. Gandaui seditio, dum Gandauenses pecuniam a Flandriæ Ordinibus a. 1536. decretam nollent soluere, ad priuilegia sua prouocantes. Cæsar, eo cognito, cum per Italiam prius cogitassset in Germaniam venire, mutato 49) consilio, per Galliam iter facere constituit: cum rex illud ab eo vehementer contenderet, ac liberaliter omnia promitteret. 50) Accepta igitur fide publica, paruo cum comitatu ingressus iter, mense Nouembri, cum ad Galliæ fines Hispaniæ propinquos venisset, regis filios duos, Henricum atque Carolum, qui dispositis equis eo contenderant, & Conneſtabilium, qui multo ante, magna cum nobilitate præcesserant, offendit: ab iis receptus, ac deinde per mediam Galliam & amplissimas vrbes deductus, cum Lochum, in Biturigibus venisset, obuium habuit Regem ipsum, ex recenti morbo tunc vix recreatum. Facto deinde per Aureliam itinere, Kl. Ianuarii 1540. Lutetiam est ingressus, medius inter regios liberos, gladium prægestante Conneſtablio. Nec enim vllum aut sestæ lætitiæ genus aut honoris, quo mens hominis capi posset, prætermissum fuit. 51) Licet Aureliæ de retinendo Cæsare consilia fuisse memorent, sed contradicente potissimum Montmorancio Conneſtablio & consilia impediente Estampiæ domina nihil fuit concluſum. 52) Commoratus Lutetiæ in septimum vsque diem, discedit, comitante Rege in Veromanduos, filiis autem Valentianas vsque deducentibus, oppidum Hannoniæ: 53) Gandauum vero XXIV. Februarii intrat, cauſſaque examinata, sententiam contra Gandauenses pronuntiari facit, per quam priuilegiis suis priuantur, atque arcis ad diuum Bauonem prima fundamenta fuerunt iacta duodecima Maii, XXVI. ciues capite plectuntur, alii proscribuntur, vel pecunia mulctantur. 54)

§. LVII. Inter hæc, dum Cæsar transactionem Francofurtensem ratam habere nollet, conuentus fit Smalcaldicorum ad XIX. Nouembris 1539. Arnstadii, quod Schwartzburgicæ ditionis est oppidum, indicitur. Hic deliberatam fuit de augendo fœdere, deque defensione necessaria, si forte Cæsar transactionem Francofurtensem non admittat, de recte dispensandis bonis ecclesiasticis, de mittenda in Angliam legatione, propter decreta religionis nuper facta, deque mitigando regis animo, de sollicitando Galliæ rege, ne doctrinæ causſa homines innocentes affligantur, de mittendis etiam ad Cæsarem legatis, vbi primum in Belgium aduenisse constiterit. 55) Dum etiam a Camera Imperiali nimium vrgerentur Euangelici, Grauamina sua contra eandem latino atque Germanico idiomate publicauerunt. 56) Et quoniam ex confœderatis quidam aberant, alii vero de rebus aliquot decer-

48) Deboc SLEIDANVS *lib. XII. p. 341.* extat decretum apud HORTLEDERVM *Tom. I. lib. I. c. XXXII.* cui subiectus est cap. XXXIII. de eadem materia dialogus & apud GOLDASTVM *Constit. Tom. III. p. 562. Reichs-Satzungen p. II. p. 233.* LVNIG *p. Gen. Com. p. 635.* BELCARIVS *lib. XXII. p. 706.* SECKENDORF *lib. III. p. 200.* SPALATINI *Annales Reform. p. 366.* du MONT *p. 187.*

49) HEVTERVS *lib. X. c. XI.* rebellionis occasionem prolixe refert, SLEIDANVS *lib. XII. p. 346.* & HARAEVS *p. 614.* IOVIVS *lib. XXXVIII. pag. 237.*

50) SLEIDANVS *cit. loc.* HEVTERVS *lib. X. c. XII.* BELCARIVS *lib. XXII. p. 704.*

51) SLEIDANVS *lib. XII. p. 347.* HEVTERVS *lib. X. c. XII.*

52) HEVTERVS lib. X. c. XII. *Amboſia Blosium, inde Aureliam Regem peruenere, disputatumque hic fuerat, variantibus sententiis, de retinendo Cæsare: sed contradicente Conneſtabile Montmorancio, nil fuit concluſum. Post incendium Amboſianum Cæsar de Regis fide dubitare cœperat, ac proinde occasionem quærere captandæ beneuolentiæ Estampis Dominæ, quæ in summa apud Regem erat gratia, ulsertaque muliebri garrulitate Cæsarem subinde oblectabat. Cum paulo ante cœnam ad ſocum ſe Cæsar calefaceret, aderat inter alias Estampia, quam digitis prehensam ad ſocum ducit, ac perquam humane & familiariter cum ea conſabulatur, manu circulum aureum, ad digiti humani ambitum factum, cui ingentis pretii adamas erat inclusus: qui cum digito eius excidisset, Estampia subito inclinata circulum e pauimento sublenat, Cæsarique præsentat. Ille blandum subridens, Tui is nunc iuris est, inquit: veteri Cæsarum Regumque more, numquam ea, quæ manu in terram excidunt, a ſubleuantibus recipientium. Cum illa, ingenii exhibito honore, non se dignam tanto munere dixisset, iubet Cæsar, annulum ſibi ſeruet, in memoriam huius a ſe ſuſcepti itineris, ac colloquii Aurelianenſis. Tum gratias agens, memorem ſe beneficii, honoris, ac doni futuram promittit: nec ex eo amplius tempore Rex de retinendo Cæsare, abrumpendaque data ille fide, audire voluit, ſed Lutetiam progreſſus, pompam intrauit, Cæsari honorificentiſſimam apparari iubet.* THVANVS *lib. I. p. 21.* Idem lib. XXI. p. 643. *itaque reprehenditur in Cæsare vulpinus ille per Gallias transitus, cum ad Gandenſium motus componendos properaret: in quo Annæ Momorancio impoſuit, qui porro a Cæsare decepti Franciſcum indignitas eſt, ob idque poſtea domum relegatus, quanquam hoc etiam ſuas excuſationes habet.* HARAEVS *ad an. 1539.* BELLAIVS *lib. VIII. p. 335.*

53) SLEIDANVS *lib. XII. p. 348.* HEVTERVS *cit. loc.* THVANVS *lib. I.* BELCARIVS *lib. XXII. pag. 706.*

54) SLEIDANVS lib. XIII. p. 361. *dum hæc geruntur, Cæsar animaduertit in Gandauenſes, & ſeditionis authores capite plectit, & ablatis armis, quam priuilegia & beneficia omnia ipſis ademiſſet, arcem ibi conſtruit, & præſidium in capite ac cervicibus illorum collocat.* Plenius hæc deducit HEVTERVS *lib. X. cap. XIII. XIV. XV.* BELCARIVS *lib. XXII. p. 706.* CHYTRAEVS *lib. XV. p. 390.*

55) SLEIDANVS *lib. XII. p. 347.* SECKENDORF *lib. III. p. 232.* SPALATINI *Annal. Reform. pag. 367.*

56) SPALATINVS c. l. *Du denſelben 1539ten und auch dem nechſten Jar zuvor ſind die verwandelte der Evangeliſchen vereynigung durch allerley beſchwerung des kayſ. Cammergerichts, ſo fern gedrungen, d. as*

decernendi mandatum non habebant, alter fuit Smalcaldiæ constitutus dies. Ad Kal. Martias 1540. Principum & Ciuitatum Protestantium legati Smalcaldiam veniunt, vt erat constitutum: vna quoque venerunt Theologi, Ionas, Pomeranus, Melanchthon, Cruciger, Bucerus, eisque fuit iniunctum, vt formulam conscriberent, qua putarent cum aduersariis agendum esse de conciliatione doctrinæ. Hic conuentus etiam multo cum animorum consensu fuit celebratus, atque noua conscripta fuit Confessio, cui vellent inhærere, eadem ad Imp. transmissa. 57) In eodem conuentu deliberatum fuit de iis rebus, quæ nuper indefinitæ remanserant Arnstadti. 58) Mittebat etiam ad hunc Conuentum Cæsar Diericum Comitem de Manderscheid, & Wilhelmum Comitem de Nuenar legatos suos, quibus Euangelici Status declarationem suam scripto exhiberunt. 59) Dum autem maximam huius anni partem Cæsar sine bello apud Belgas ageret, audiendis Protestantium legatis, mittendisque ad eos litteris tempus terebat, tandem ad VI. Iunii diem 1540. Spiræ conuentum indicit. 60) Ferdinandus deinde rex, Belgio relicto, in viam se dabat, conuentus Hagenouici caussa, cum propter morbi contagionem Spiræ non liceret. 61) Huius factum est initium XXV. die Iunii, cum Ferdinandus rex ante mensem eo venisset. 62) Sed, dum conuenire ibidem non possent, Ferdinandus Iulii die XXVIII. decretum facit & Wormatiæ diem colloquio dicit, ea lege Principes Electores, item Magdeburgicus, Salisburgensis & Argentinensis Episcopi, Guilielmus & Ludouicus Bauari, & Cliuensis iubentur eo suos mittere consiliarios & protestantes quoque suos, ita, vt vtrinque sint vndeni: scribas etiam adesse, pari numero, qui singula diligenter excipiant, & de dogmatibus Augustæ propositis collocutionem fieri placuit, & rogandum Cæsarem, vt Imperii conuentum indicat, interea vero pacem ab omnibus coli debere. 63) Hoc decretum Hagenouiense Cæsar non solum confirmat, sed etiam Granuellanum ad Conuentum Wormatiensem mittit. 64) In hoc Idibus Ianuarii 1541. inter Melanchthonem & Eccium inchoatur colloquium, sed post tertium colloquii diem Cæsar datis ad Granuellanum litteris, ipsum reuocat, & actionem omnem ad Comitia Ratisbonæ indicta reiicit. 65) Durante tamen adhuc colloquio d. 20. Septembris 1540. ex Consilio Cæsaris Bruxellis singulari mandato scripta Lutheri, Melanchthonis, Hussi, Wiclefi, aliorumque sub pœna grauissima prohibentur. 66)

§. LVIII. Mense Martio 1541. plerique Principes ac Ordines Ratisbonam veniunt, cum aliquamdiu Cæsar eos expectasset. Venit eo etiam Lantgrauius, prope sub exitum Martii, magno cum comitatu, & postridie satellitio stipatus, ad Cæsarem iuit, a quo fuit acceptus perhumaniter. Saxo legationem eo misit amplissimam, atque Theologos, & in his Melanchthonem. A Pontifice quoque venit Cæsar Contarenus, magni nominis Cardinalis. 67) Facta propositione, factaque Imp. deligendi ad colloquium vtriusque partis personas facultate, per Fridericum Palatinum Principem ad Colloquium designat Iulium Pflugkium, Io. Eccium, Io. Gropperum, Philippum Melanchthonem, Martinum Bucerum, Io. Pistorium, quibus etiam accesserunt Caspar Cruciger & Nicolaus Amsdorfius, vt dogma-

das sie ein Lateinisch und Deutsch ausschreiben gegen dem Kayn. Cammergericht im Druck haben lassen ausgeen.

57) SPALATINVS c. l. p. 370. *Daran auch die Euangelische Churfurst, Fürsten Stende und Stete sich also gefast, daß sie eyn christlichen Synodum, tag und versammlung zu Schmalckalden haben verordnet von Iren Reten, geschickten und gelerten im Martio angefangen und geweret, bis in die andere Wochen nach Ostern. Do ist auch warlich Gott by der geringen antzal mit solchen Gnaden geweset, das man sagt und schreibt, das es so eintrechtiglich zugangen sey, das sie so gar zusammen gestimpt, das auch aller derer schrifften, so nicht zu Schmalckalden geweset, mit der Versamlung daselbst so gar zugetroffen, als weren sie nicht allein alle bey inander, sondern auch ein hertz und synn geweset. Das es nich viel leut dafur achten, das dergleichen Christlich Synodus in vil hundert Jahren nicht gehalten sy worden. Dann nachdem Ro. Kay. Mai. begert, eerlich anzuzeigen, wieweit man weichen konte und wolte, oder nicht, damit das gesprech nicht vergeblich furgenommen, als hat man sich eyner Newen Christlichen Confession vereynigt, Ro. Kayr. Mat untertenigklich zugeschickt. Derwegen auch furnemlich, und aus andern zufelligen ursachen, der Churfürst zu Sachsen und Lantzgrave zu Hessen, in der Osterwochen auch ein Schmalckaldyn verricht, bemeldte Confession und undertenig antwort an Kayn. Mat. auch andere greffl. furhabende sachen abzufertigen.*

58) SLEIDANVS *lib. XII. pag. 351.* SECKENDORF *lib. III. p. 370.*

59) Extat ista in SPALATINI *Annalibus Reformationis p. 382.*

60) SLEIDANVS *lib. XIII. pag. 361.* CHYTRAEVS *lib. XV. p. 392.* HEVTERVS *lib. XI. cap. XV.* HORTLEDER *Tom. I. lib. I. c. XXXIII.*

61) SLEIDANVS *lib. XIII. p. 366.* SECKENDORF *lib. III. pag. 258.* BELCARIVS *lib. XXII. pag. 709.*

62) Status atque legatos eo conuenientes recensent SPALATINVS *c. l. p. 431.*

63) SLEIDANVS *lib. XIII. pag. 367. 369.* SECKENDORF *lib. III. pag. 270.* HORTLEDER *cap. XXXV.* SPALATINVS *p. 445.* qui omnes personas ad hoc colloquium destinatas recensent & Acta Conuentus exhibet.

64) SLEIDANVS *lib. XIII. p. 371.*

65) SLEIDANVS *lib. XXIII. p. 373.* BELCARIVS *lib. XXII. p. 712.* HORTLEDER *cap. XXXV. XXXVI.* haec acta plenius exponit, atque scriptum inferuit sub titulo: *Warumnd* LVITHOLDENS *Vom tag zu Hagenau*, quod pulcherrimum scriptum vocat SECKENDORF *lib. III. p. 294.* Extant varia scripta hoc colloquium concernentia apud GOLDASTVM *Polit. Imper. p. XXVII. p. 1204.* STRAVCH *diss. Exot. VIII. §. 30.* Acta huius Colloquii & personas recensent SPALATINVS *p. 536.*

66) Extat Mandatum apud SPALATINVM *pag. 494.*

67) SLEIDANVS *lib. XIII. p. 378.* HARAEVS *ad a. 1541.* HEVTERVS *lib. XI. c. XV.* SECKENDORF *lib. III. p. 352.* BELCARIVS *lib. XXII. pag. 718.*

68) SLEI-

dominata controuersa tractent, & post ad se Principesque referant. 68) Die XXVIII. Aprilis Granuellanus collocutoribus librum exhibet ad futuram conciliationem confectum, dictum *das Regensburgische Interim*, cuius auctor Io. Gropperus fuisse dicitur, licet alii vel Io. Cochlæo vel Martino Bucero vel Georgio Wicelio illum tribuant, 69) quem Eccius quidem fastidiebat, reliqui Theologi emendatum, vna cum Protestantium sententia Cæsari reddiderunt. 70) Legatus Papæ, Contarenus in hoc Concilio Protestantibus concesserat, de iustificatione vt taceantur termini transsubstantiationis, meriti, præmii, Paulo III. tamen Papa hæc minime probante. 71) Sed, dum inter collocutores non conueniret, publicato die XXVIII. Iulii decreto, omnis actio refertur ad Concilium & conuentum vel Germaniæ totius, vel Ordinum Imperii, promittit etiam Cæsar, de concilio acturum se diligenter cum Pontifice, & si neque generale, neque prouinciale possit obtineri, conuentum Imperii se denunciaturum ait intra XVIII. menses, religionis componendæ causa, & daturum operam, vt eo quoque pontifex legatum aliquem mittat: protestantibus mandat, ne quid præter conciliata dogmata noui suscipiant, episcopis autem, vt suas ecclesias a vitiis repurgent. Idemque vocatur *der Regensburgische Friedstand.* 72)

§. LVIX. Eodem anno 1541. altera suscepta fuit expeditio Africana. Postquam enim Solymannus per Luftibeium & Barbarussam Italiæ oras tentasset. 73) Budam etiam deuictis Vngaris, eodem anno, mortuo a. 1540. Ioanne Sepusienſi astu occupasset, 74) Cæsar peractis Ratisbonæ Comitiis, mox in Italiam contendit, & Lucæ cum pontifice colloquitur, 75) qui Cæsarem a maritima expeditione deterrebat, quod autumno iam ad hyemem inclinante, perdifficilis esset nauigatio, interea dum in naues imponitur exercitus, quem ex Germanis, Italis, Hispanis iam ante collegerat. Sed ipse, licet de clade Pannonica iam acceperat, quo Turcas in diuersa parte distineret, omnino sibi proficiscendum esse duxit, & sublatis anchoris soluit e portu Veneris, & per Corsicam atque Baleares insulas facto itinere, ad XXIII. Octobris diem, Algieram appulit, vrbem Africæ maritimam. Peditatus erat omnis ad XXII. millia, equites paulo supra mille. Primam aciem Hispanorum ducebat Ferrandus Gontzaga, Siciliæ prorex, alteram Germanorum, Cæsar: tertiam, Italorum & equitum Rhodiorum, Camillus Columna. Quo die classem Cæsar applicuit, & postridie, cœlum erat serenum, & placidum mare, tertio vero die coorta vehementior tempestas & imbres effusissimi, cum non remitterent, administrationem belli totam impediuerant, ita quidem, vt Cæsar amissis circiter ducentis nauibus & tormentis & reliquo omni apparatu, & militibus

68) SLEIDANVS *lib. XIII. pag. 380.* CHYTRÆVS *lib. XV. pag. 394.* SVAVIS *Hist. Concilii Tridentt. lib. I. p. 103. sqq.* SECKENDORF *lib. IV. §. I. VII.* IOACH. CAMERARIVS *Vita Melanchthonis p. 196.* SARPIVS *Hist. p. 153.* THRASYBVLVS LEPTA *p. 76.*

69) De auctoribus huius Interim Ratisbonensis disputant WEISMANN *Introduct. in Hist. Eccles. p. 56.* & potissimum M. IO. ERDMAN BICK *im dreyfachen Interim p. 5.* qui etiam ipsum hunc librum *p. 200.* exhibet CAROLVS CARAFA p. 17. de auctore sic iudicat: *non omiserunt tamen Protestantes in proximis Comitiis Ratisbonæ librum edere, cuius auctor, aut saltem corrector fuit Bucerus, componendis, vt videbatur, rebus accommodatissimus, sed cum nec Protestantes, nec Catholici ea, quæ proposita erant, reciperent, omnisque disceptatio coram Legato Casparе Contareno in litem recideret; concordia suum sortita locum non est.* Eadem dicit NIC. HELVICVS *Theatro Hist. lib. II. pag. 42.* IO. COCHLÆVS *p. 301.*

70) SLEIDANVS *lib. XIII. p. 380. lib. XIV. in. initio.* SECKENDORF *lib. III. p. 348. 364.* IOACHIMVS CAMERARIVS *vita Melanchthonis pag. 193. protulerunt librum, nescio quorum opera constatum, de quo persuasum Imperatori fuerat, eo ipso veriusque partis errores posse corrigi. Postulabatur igitur, vt ille probatus reciperetur. Id quod neutra pars facere voluit, cum Saxonici illum non penitus reiecerint, sed confirent, emendari oportere, inque eo operam sinam pollicerentur: aduersarii autem totum librum repudiarent. & flammarent. Vt infelices admodum fidere natum tunc librum existimem, qui recens veluti in puericia sua omnibus inuisus & clanculum educatus, postea adultior, causa maximarum calamitatum fuerit.*

71) SLEIDANVS *lib. XIV. p. 389.* Acta horum Comitiorum plenius exponit HORTLEDER *cap. XXXVII.* & GOLDASTVS *Reichs-Satzungen p. II. p. 237.* Congessit MARTINVS BVCERVS *Alle Handlungen und Schrifften zu vergleichung der Religion auf jüngsthgehaltenen Reichstag zu Regenſpurg verhandelt und einbracht Anno D. M. XLI. Strasburg 1542. 4.* SECKENDORF *lib. III. p. 365.* Quid in hisce Comitiis fuerit actum, vberius exponit SPALATINVS *p. 532.* Extat Recessus in Corpore *p. 355.* LVNIG *p. Gen. Cont. p. 644.*

72) PALLAVICINI *Historia Concilii Tridentini lib. IV. n. 121.* SFONDRATI *Gallia vindicata Diss. II. §. 1. pag. 390.* IO. MARIANA *Summar. ad Hist. Hisp. p. 13. Imperator rebus Religionis compositis, vindicatis Gandauenſibus, in Germaniam abiit. Dabatur opera concilianda sectariis cum ecclesia: multa inter Theologos disputationes habita. Remedium saluare, si pertinacia hæreticorum argumentis vincerentur. Anno superiori fuerat inter Theologos colloquium institutum Vuormatiæ ad septimum Kalendas Decembris, neque interruptum hoc anno. Verum Imperatoris aduentu ad Ratisbonenſes conuentus sistentatum, Actio Nonis Aprilis inchoata. In iis delecti Theologi disputarunt, Princeps pro Catholicis Eckius, pro hæreticis Melanchthon. Aderat Caspar Contarenus Cardinalis a Pontifice legatus, qui pacis studio de iustificatione, & transsubstantiatione aliqua concessisse visus est aduersariis; quæ eo Romam reuerso acriter accusauit in senatu Petrus Cardinalis Carafa. Aculeatum orationem ex ore Pontificis præsentis mitti omnes iudicarunt. Eo contumelia maior.*

73) IOVIVS *lib. XXXVI. p. 12.* COELIVS SECVNDVS CVRIO *lib. XXI. p. 467. Solim. mus Italiam, quam habebat in conspectu, extemplo petendam ratus, vt si capta prospere prouenirent, ipse etiam totis copiis traiceret: Luftibeium & Barbarussam transfrectare atque explorare Salentinorum voluntates iussit.* VIPERANVS *p. 606.*

74) IOVIVS *lib. XL. ineunte.* CVRIO *lib. XXIV. p. 552.* BELCARIVS *lib. XXII. p. 716.*

75) IOVIVS *lib. XL. p. 554.* SECKENDORF *lib. III. p. 371.*

76) SLEI-

bus aliquot millium defideratis, infecta re difcedere cogeretur, in Hiſpaniam demum reuerſus, quod fuit menſe Nouembri. 76)

§. LX. Dum igitur Franciſcus adhuc Ducatum peteret Mediolanenſem, occaſio belli ipſi circa idem tempus naſcebatur. Ad Solymannum enim Conſtantinopolim miſerat Franciſcus Cæſarem Fregoſium Genuenſem & Antonium Rinconem, exulem Hiſpanum. Hic poſt aliquot annos reuerteratur, vt cum hero ſuo conferret, a quo rediturus Conſtantinopolim, cum monitus licet, Pado amne deueheretur, vt Venetias peteret, Cæſariani aliquot milites certiores facti, poſitis a Vaſtio inſidiis, auaritiæ cauſſa, eum cum ſociis, ſub initium menſis Iulii 1541. interficiunt. 77) Hinc Rex Franciſcus, belli cauſſam adripit, violatos adſerens contra ius Gentium ſuos legatos, ac proinde indictum, immo illatum ſibi eſſe bellum. Negabat conſtanter Vaſtius, ſuo iuſſu ac ſcientia violatos, minusque interemtos, excuſandoque ſui cauſſa ad Regem mittit Franciſcum Lodronii Comitem. Reſpondet Rex, ſe ſaluo honore rem tantam negligere non poſſe. 78) Dum etiam Lucæ Cæſar cum Pontifice ageret, legato Gallico ſatisfactionem petente, iniuſſu ſuo hoc factum Cæſar reſpondebat. 79) Vere igitur anni 1542. Rex Franciſcus ac Rex Datiæ Chriſtianus III. acerbiſſimis ſuperbiſſimisque verbis Cæſari per caſtrenſes Legatos bellum indixere, perque omnes Regni ſui prouincias publicari iuſſere. Idem apud Belgas vigeſimo quarto fit Maii: 80) Interea, Guilielmus Bellaius Franciſci Regis apud Pedemontanos Præfectus Clara-

76) SLEIDANVS *lib. XIV. p. 391.* BELCARIVS *lib. XXII. p. 717.* HARAEVS *ad a. 1541.* IOVIVS *lib. XL. p. 343.* HEVTERVS *lib. XI. cap. XV.* Plenius de hac expeditione NICOLAVS VILLAGAGNONVS apud SCHARDIVM *Tomo II.* De hac tamen expeditione ita iudicat THVANVS lib. I. p. 31. *quamuis eam multi non omnino præter opinionem Cæſaris acciſſiſſe velint, rati minore virium & famæ diſpendio ſe cum ventis & tempeſtatibus conflicturum quam ſi cum Solimanno in Pannoniam cum maximis copiis aduentante, quibus ſe parem fore deſperabat, omniam fortunarum ſuo prælio alcam ſubiiſſet.* THRASYBVLVS LEPTA lib. I. p. 77. *Cæſare ab obſidione Algeriana ob aduerſiſſimas tempeſtates, amiſſis circiter ducentis omnis generis nauigiis, irrito maximeque funeſto conatu repulſo, & e ſex millibus Germanis, delectis per Georgium a Regenſpurg habito, ad eam expeditionem in Africam transportatis, vix tertia eorum parte incolumi in Germaniam reuerſa, Cæſare quidem contra omnes Cœli, aëris, & pelagi aduerſitates, animo ita indomito, & erga milites vultu alacri, vt ſe ipſo maior, de Fortuna ſibi ſuisque procaciter aduerſiſſima, glorioſe triumphaſſe exiſtimatus ſit.*

77) SLEIDANVS lib. XIV. p. 390. *Galliæ rex, hoc durante comentu, Cæſarem Fregoſium Genuatem, Antonium Rinconem Hiſpanum, exulem, mittit ad Turcarum Imperatorem: hi cum Padum nauigarent, ituri Venetias, capti ſunt & trucidati, ſub calendas Iulii menſis.* HEVTERVS *lib. XI. c. XV.* IOVIVS lib. XL. p. 337. *ab Hiſpanis enim, qui per ſpeculatores cognita eorum nauigatione in inſidiis terra pariter ac flumine diligenter excubabant, quum meridie ad Ticini oſtium perueniſſent, ab armatis lintribus, qui tecti fronte ex occulta ſtatione repente prodierant, circumuenti iugulatique ſunt. Periit cum Fregoſio Bonifortius centurio, ſeruatus autem eſt Camillus Soſſolanus Fregoſianæ aleæ præfectus, isque cum omnibus nautis, ne patratæ cædis fama certo indicio vulgaretur, Cremonam deuectus eſt, & in arce cuſtoditus est. Alterum porro nauigium, in quo erant Comites cum ſeriniis multaque pecunia, occupatis hoſtibus in aduerſam ripam intactum feliciter euaſit, indeque vectores ſimul, & nautæ terreſtri itinere per nemorioſas calles occultati, Placentiam, allato rei geſtæ nuncio, pernenerunt. Ceterum eadauera poſt duos menſes elapſi cuſtodia nautæ, iuxta confluentes Padum & Ticinum ſemiſepulta, ob idque diſcerpta feris, & tabe conſumpta, monſtrauere, ita vt Fregoſii manus ex antiquo vulnere vno manco digito facile noſceretur, ac augendæ repræſentandæque iniuriæ cauſſa, ad Franciſcum, ab vxore, quæ caſum deplorarat, auulſa cadauere & loculo condita deferretur. Scio Gallos non inepta ſuſpicione, nequaquam eos ſtatim interfectos putaſſe, ſed prius in quæſtione cruciatos, vt arcana legationis tormentis elicerentur: ſed de hac ſubtili coniectura, quum nihil adhuc compertum ſit, rem vtique dubiam in medio relinquemus.* THVANVS lib. I. p. 21. *ſed in itinere diſpoſitis a Vaſtio inſidiis, dum per Padum ſecundo flumine nauigio ſerenetur, tribus militaribus paullo ſupra Ticini in Padum ſe exonerantis fauces trucidati ſunt: qua de iniuria poſt crebras apud principes Chriſtianos, præcipueque apud Pontificem & Germanos expoſtulationes, cum Regi a Cæſare non ſatisfieret, poſtremo rurſus ad arma ventum eſt, vt iuſtius bellum eſſet, in Lucemburgenſem agrum duce Aurelliano, & Ruſcinonenſem comitatum a Delfino, diuerſis partibus ſit impetus.* BELCARIVS lib. XXII. p. 717. *ſub idem tempus Georgius Auſtriacus Maximiliani Imperatoris filius nothus Valentinus Archiepiſcopus, atque Eburonum Pontifex defunctus, propter Fregoſium ac Rinconem ceſos Ludlini comprehenſus, atque in cuſtodiam traditus eſt.* GVIL. BELLAIVS *lib. IX. p. 339.*

78) SLEIDANVS *c. l.* HEVTERVS *c. l.* IOVIVS *c. l. Sed Vaſtius eius impoſitæ contumeliæ notam, vel iure vel præſcriptis, ac ideo publicatis libellis ita diluit, vt id poſtquam iure cognoſci non poterat, vel ſingulari certamine, ſi dignitate compar offerretur, diluturus eſſe crederetur. Ceterum complures Rinconem iure cæſum exiſtimarunt, quod inuidioſiſſimæ legationis munere ſuſcepto aduerſus Chriſtianum nomen Barbaros concitare, occaſionemque gerendi belli, indicatis Cæſaris conſiliis demonſtrare diceretur. Fregoſio autem immerenti, vitam malignitate atque odio ereptam ilcerent, quod vir bellicoſus & acer, ad Genuæ totiusque Ligu rie principatum aſpiraret, vigente adhuc apud populum non ingrata Iani patris memoria, qui Genuenſium princeps exiſtiſſet.*

79) IOVIVS lib. XL. p. 339. *introductusque eſt Mominus Gallia regis legatus, ad id tum miſſus, vt quereretur Fregoſium atque Rinconem captos, atque eos ſibi reddi poſtularet: neque enim eum interfectos eſſe conſtabat. Cæſar ad id, apud ſe ius inducias inuiolatum eſſe inuiolabileque manſurum reſpondit, quicquid vero illis diſſimulato habitu nequaquam nomen profitentibus dum in Pado nauigarent, præter ſpem acciderit, iniuſſu ſuo & ſe ignaro peniusacciſſe: proinde ſi admiſſi facinoris authores indicarent, eos omnino comprehenſurum & ad ſupplicii pœnam Gallis traditurum. Res vbi in Pado acta erat, per nautas indicata, non obſcuram habebat coniecturam.*

80) HEVTERVS *lib. X. c. XVI.* Fœdus quod inter vtrosque concluſum, exhibetur in RECVEIL *Tom. II. p. 221.* Immo, cum Guſtauo I. Succorum Rege contra Carolum fœdus fecit Franciſcus, quod extat *T. II. pag. 222.* Extat apud GOLDASTVM *Polit.*

Clarafcum capit, cui fe Mediolanenfis Præfectus Vaftius opponit. Hinc Cæfarem quinque in locis oppugnat Franciſcus. Aurelianus fiquidem Lutzenburgum deditione capit, a Reinero, Aurantiæ Principe ſtatim iterum receptum. 81) Martinus Roſſemius Antwerpiam ſibi dedi fruſtra poſtulat, inde reliquam Brabantiam peruadit, ac tentato incaſſum Louanio, exercitum per Comitatum Namurcenſem in Franciam reducit. 82) Franci etiam Vendomio Duce Arteſiam inuadunt. Delphinus in Ruſcinonenſi Comitatu Perpinianum fruſtra tentabat, 83) Bellaius vero plura Pedemontii oppida auro quam in deditionem accipiebat. 84) Inde an. 1543. Iunii menſe Franciſcus Rex Hannones & Atrebates vaſtauit, Landreſium capit atque munit, 85)

§. LXI. Non contentus autem Franciſcus, Cæſaris ditiones vno eodemque tempore, quinque exercitibus, diuerſis inuaſiſſe locis, 86) vt eum conſilii inopem, quibus primum occurreret, incertum diſtineret, a Solymanno etiam per Legatum Polinum iuſtam claſſem, quæ Duce Hariadeno Barbaruſſa, Cæſarem alio loco oppugnaret, impetrat, vtque anni 1543. vere educeretur, efficit. Barbaruſſa igitur, præteruectus Meſſanæ fretum, Rhegium cum arce occupat, incendit que, ciuibus in ſeruitutem abductis. Hinc Oſtiam, Tiberis oſtium, præternauigans, atque Hetruriæ Liguriæque oram lambens, in Maſſiliæ portum claſſem infert, inde vna cum Gallorum claſſe Nicæam, Sabaudicæ ditionis oppidum terra marique oppugnat, & capta licet vrbe, Præfectus cum præſidiariis in Arcem concedebant. Hanc cum aliquamdiu fruſtra oppugnaſſent, aduentu Vaſtii, qui cum iuſtis copiis in itinere erat, Turcæ Francique territi, reductis ad naues tormentis impedimentisque, diræpra incenſaque Nicæa, ciuiumque parte in ſeruitutem abſtracta, cum claſſe, re infecta diſceſſere. 87) Barbaruſſa in Gallos nimis infenſo, 88) in Portum Telonii, vbi hyemaret, claſſemque reficeret, contendente, qui poſtea ineunte vere 1544. Algeriam fuit reuerſus. 89) Cæſar autem, poſtquam Philippum filium deſignaſſet Hiſpaniæ Regem, 90) claſſe ex Hiſpania aduectus, Buxeti, quod inter Cremonam atque Placentiam eſt oppidum a. 1543. cum Pontifice collocutus, ſed nec ad pacem cum Gallo firmandam, nec ad Parmam & Placentiam Petro Aloiſio Papæ filio confirmandam, poterat commoueri. 91) Hinc in Germaniam contendit, ac paullo poſt in Belgium, inito cum Henrico VIII.

Polit. Imper. p. XX. p. 963. & CHYTRAEVM *p. 986.* IO. FRAXINEI *Hiſtoria belli inter Franciſcum & Carolum V. geſti per apologum expreſſa.*

81) HEVTERVS *c. l.* BELCARIVS *lib. XXIII. p. 730.* BELLAIVS *lib. IX. p. 359.*

82) HEVTERVS *lib. XI. c. XVIII.* SLEIDANVS *lib. XIV. p. 408.* HARAEVS *ad a. 1542.* Facit huc IO. SERVILII *Geldro - Gallica coniuratio* in FREHERI Tomo tertio.

83) HEVTERVS *lib. XI. c. XVIII.* BELCARIVS *lib. XXIII. p. 731.*

84) HEVTERVS *lib. XI. c. XIIX.*

85) HEVTERVS *lib. XI. c. XIX.* BELCARIVS *lib. XXIII. p. 743.*

86) SLEIDANVS lib. XIV. p. 408. *Iulio menſe Galliarum rex atrociſſimis verbis bellum Cæſari denunciat, & edito libello, ſuis liberum facit, vt quacunque ratione poſſent, terra marique prouincias illius denaſtarent. Audax ante Longeuallus & Roſſemius in Brabantiam inuaſerant, magnumque terrorem inferebant imparatis, & proximum erat, vt Antwerpiam caperent atque Louanium, ſed deſtituti rebus ad tormenta neceſſariis, non poterant oppugnare, & progreſſi, quacunque vaderent, omnia populabantur, & pecuniam extorquent, & vt patefacta via, filio regis, Aureliano principi, Carolo, qui Lucemburgicæ regioni bellum tunc faciebat menſe Auguſto ſeſe coniungant. In his copiis erant a Dauie rege miſſi equites, ad CCCC. præter Danuillerum, Virtonium, Iuuenum capta fuit, etiam vrbs primaria, Lucemburgum. Rex ipſe diuerſa parte bellum mouet, & validio cum exercitu proſectus Parpinianum, quod eſt ad Pyrenæos montes oppidum agri Ruſcinonenſis, obſidet: ſed & per Pedemontium arma iubet expediri, ductore Guilielmo Langæo, & in Atrebates atque Morinos impetum facit, Vendomio principe rem adminiſtrante. Sic ideo quinque diuerſis locis hoſtem inuadit & multorum iudicio præſtabat, vnam aliquam prouinciam ſummis copiis oppugnare, quod exitus etiam docuit. Nam & Parpinianum fruſtra tentauit, & Aureliano domum reuerſo, Cæſariani, præter Iuuenum, pleraque recuperant, per hanc occaſionem Antwerpia captæ fuit muniri, qua prius facilem habebat aditum. Bellum rex faſturus, Polinum remiſit ad Turcam oratum, vt in prouinciam Galliam ſibi claſſem mitteret: cum autem ſerius aliquando Polinus adueniſſet, Solymannus rem in animum ſequentem reiicit.* HEVTERVS *lib. XI. c. XX.*

87) SLEIDANVS *lib. XV. p. 431. 434.* HEVTERVS *c. l.* IOVIVS *lib. XLIV. pag. 532.* HARAEVS *ad a. 1543.* Vide Orationem Legatorum Gallicorum ad Germaniæ Principes, apud FREHERVM *Tom. III. p. 441.*

88) IOVIVS p. 533. *verum tot ictibus ad tantam deuentum erat tormentarii pulueris & pilarum inopiam, vt hæc Polinus, aut mutuo, aut pretio a Barbaroſſa petere cogeretur, fremente atque obiurgante Barbaro, quod in Gallia alieno apparatu indigerent, qui Maſſiliæ multis vini doliis, quam rebus ad bellum neceſſariis nauigia onerare maluiſſent. Neque enim vir ſeuerus & ferox a iaciendis probris abſtinebat, querebaturque ſe eluſum ſpe rerum ingentium, quas Polinus Byzantii longe ampliſſimas promiſiſſet, & tanta quidem iracundia, vt Polino catenas ſe iniecturum minaretur, qui eo ipſum a Byzantio perduxiſſet, vbi ante exiſtimationis iacturam facere, aut claſſem conſumpto tormentorum inſtrumento inutilem reddere neceſſe foret.* BELCARIVS *lib. XXIII. p. 747.*

89) HEVTERVS lib. XII. c. I. *ineunte vere, Barbaroſſa claſſe Tollonio, vbi hiemarat, educto, iter Algerium verſus inſtituit, variis locis facta deſcenſione, calamitoſoque prædationis relicta memoria, non exigua Franciſci Regis cum ignominia, quod capitalem nominis Chriſtiani hoſtem miſerabili innocentium populorum conditione, quo nunquam venire auſus fuiſſet, perduxiſſet.*

90) SLEIDANVS lib. XV. p. 428. *prius autem, quam ex Hiſpanis decederet, filium Philippum deſignauit regem, & in matrimonium ei dedit Ioannis Luſitaniæ regis filiam, Mariam.*

91) SLEIDANVS lib. XV. p. 428. *Genua deinde profectus, in colloquium venit cum Pontifice Buſſeti, quod eſt inter Placentiam atque Cremonam, ad Tari*

VIII. Angliæ Rege, contra Francum fœdere, eſt reuerſus. 92) Franciſcus autem Duce Aureliano, Ducatum Luxenburgenſem inuadit, & Luxenburgum metropolim capit. Carolus Cæſar vero Landreſium fruſtra obſidet, prouidente ei de commeatu Franco, Luxenburgum etiam, duce Fürſtenbergio fruſtra obſidet. 93)

§. LXII. Gallis Guilielmus, dux Cliuenſis acceſſerat. Poſtquam enim Carolus Egmondanus vita decedens, eundem contra datam fidem an. 1538. Ordinum quorundam adſenſu, hæredem ſcripiſſet, iſte paulo poſt a Geldris in Ducem inauguratus, præcipuis ciuitatibus præſidia impoſuit. 94) Hic a. 1539. in conuentu Proteſtantium Francofurtenſi per legatos ſcriptum exhibebat, in quo explicabat, quo iure Geldriam poſſideret, ſimul orans, vt ad Cæſarem pro ipſo intercederent. 95) In conuentu equidem Ratisbonenſi 1541. Principes pro Cliuenſi deprecabantur, vt ipſum in Imperii tutelam acciperiat, petentes, hoc tamen renuente, 96) potius reſtitutionem Geldriæ Ducatus poſtulante. 97) Motus inde Cliuenſis a. 1541. in Galliam abiit, ibidemque cum Iohanna Nauarræa, Henrici II. R. Nauarræ filia magna cum ſolennitate nuptias celebrat. 98) Et licet a. 1542. Spiræ pro Cliuenſi Colonienſis & Saxo intercederent, Cæſare tamen, niſi Geldriæ poſſeſſione decederet, renuente. 99) In Comitiis etiam Noribergenſibus 1543. de ea-

ad Tari fluminis ripam, oppidum. Ibi rurſus ab eo petit, ſicut ante per litteras, vt Galliæ regi ſe proſiteatur inimicum: ſed ille non hoc expedire reipublicæ docebat, in eoque permanſit. Filio ſuo Petro Aloiſio pontifex nuper attribuerat Parmam atque Placentiam, quas a Cardinalium ſenatu, facta permutatione, conſecutus erat: & quia ducum Mediolani fuerant hæ ciuitates aliquando, petebat, vt Cæſar authoritate ſua ſibi poſſeſſionem confirmaret & inſignia principatus more ſolenni conferret: id vero Cæſar, qui Mediolanum obtineret, ac ſui iuris nihil imminuere vellet recuſabat. Pontifici etiam hoc fuiſſe conſilium aiunt, vt Cæſar accepta pecunia, nepotem Octauium crearet Mediolani ducem. Cæſar abrupto colloquio, ne diutius impediretur, quum Florentiæ, duci Coſmo Medicæo, Florentinam arcem atque Liburni, quas ad hoc vsque tempus habebat in ſua poteſtate, tradidiſſet, acceptis ab eo ducentis aureorum millibus, & amplius eo, progrediitur. HEVTERVS *lib. XI. et XX.* BELCARIVS *lib. XXIII. p. 739.*

92) SLEIDANVS lib. XV. pag. 429. *Cæſar & Angliæ rex fœdus faciunt aduerſus Galliæ regem, qui Scotis opem ferebat. Hanc vero ſocietatem grauiter tulit pontifex, ideoque Gallicam amicitiam ſibi ducebat eſſe neceſſariam.* HEVTERVS lib. XI. cap. XX. *Cæſar in Germaniam, ac paulo poſt in Belgium, inito cum Henrico Angliæ Rege contra Francum fœdere, eſt reuerſus. Alienatus erat a Franco ſummopere Anglus, quod cum ſuperiori anno bellum cum Scotis gereret, Francus pecunia ac milite eos iuuaſſet. Conditiones tantum fuere, vterque ſummis viribus Franco bellum inferret, alter alteri rebus neceſſariis auxilio eſſet. Hoc fœdus Pontifex ægerrime tulit, eaque maxime de cauſa in amicitia Francica ſibi perſiſtendum iudicauit: Verebatur enim, ne importuno tempore deſertus oppugnatusque ab omnibus fere Chriſtianis Principibus Francus, animo exacerbatus, a Pontificis quoque Romani auctoritate diſcederet.* Extat fœdus illud in RECVEIL *Tom. II. pag. 676.* apud du MONT *Tom. IV. p. II. p. 217.*

93) SLEIDANVS *lib. XV. p. 433. 435.* HEVTERVS *lib. XI. c. XXII.* HARAEVS *ad an. 1543.* GVIL. BELLAIVS *lib. X. p. 385.*

94) SLEIDANVS lib. XII. p. 332. *in hoc ipſo tempore deceſſit e vita Carolus Egmondanus, Geldriæ princeps: quemadmodum ſimilibus prope totis ciecſtus fuerit, libro ſuperiori diximus: in his autem angustiis poſitus, cum iam agrotus decumberet, egit cum Guilielmo principe Cliuenſi, propinquo ſuo, qui de ipſius & nobilitatis atque populi voluntate, rei ſummam totam ad ſe deinde tranſtulit, maxima eum Cæſaris offenſione.* HEVTERVS *lib. XI. cap. X.* Hanc Hiſtoriam prolixius expoſuit PONTANVS *Hiſtoria Geldriæ lib. XII.* CHYTRAEVS *lib. XV. pag. 398.* HARAEVS *ad a. 1538.* Contra fidem autem datam hoc fuiſſe, patet ex pactis, quæ cum Cæſare a. 1528. inierat Carolus, qua ipſum quidem in Ducatu Geldriæ confirmauerat, ita tamen, vt ſi ſine liberis moreretur, Carolus, ipſiusque hæredes ſuccederent. SLICHTENHORST *Chron. de Gueldre lib. XI. p. 409.* RECVEIL *Tom. II. pag. 657.* Anno 1534. idem Dux Carolus Franciſco I. ſub certis conditionibus terras ſuas cedit SLICHTENHORST *p. 420.* RECVEIL *p. 660.* cui fœderi tamen per noua pacta cum Carolo Grauiæ X. Decembris an. 1536. inita, iterum renuntiat. SLICHTENHORST *p. 426.* RECVEIL *Tom. II. p. 662.* Tandem vero XXVII. Ianuarii 1538. cum Ordinibus Geldriæ de ſucceſſione Guilielmi Iuliacenſis paciſcitur SLICHTENHORST *p. 430.* RECVEIL *Tom. II. p. 671.*

95) SLEIDANVS *lib. XII. p. 343.*

96) SLEIDANVS lib. XIV. p. 389. *aderant legati Cliuenſes, qui principem excuſabant, & cum in ſuo iure explicando pergerent, Cæſar conſurgit & abit. Iulii die XXI. principes ac ordines omnes ad Cæſarem veniunt, & pro Cliuenſi depreeantur, & vt eum in Imperii tutelam accipiat, & amicæ tractationi litem permittat, petunt, in eaque ſuam operam profitentur, & ſi forte componi non poſſit, vt iure ſuum repetat, obteſtantur. Cæſar ad ea per Ioannem Naſuum, quum ſit hic indictus conuentus reipublicæ cauſa, quo ſubſtatis nimirum diſſidiis, Germaniæ pax reſtituatur, in eoque plurimum ſit conſumptum temporis, neque ſtatus tamen aliquid poſſit, ob animorum diuulſionem, magna quidem ſua moleſtia, neque ſine diſpendio rerum ſuarum: valde ſibi mirum videri dicit, quod in hac vna cauſa, quæ proprie ſua ſit, ita conſentiant. Sic illos dimittit, non ſine offenſione.*

97) SLEIDANVS lib. XIV. pag. 392. *Cæſar e Germania diſtedens, Friderico Palatino negocium dabat, vt per Principes Electores ageret cum Cliuenſi de reſtituenda Geldria. Mittunt hi legatos, cumque tum ſui priuati periculi, tum publicæ perturbationis admonent, ille & legitimum hæredem, & abſque vitio poſſeſſionem eſſe nactum, & cauſam totam diſceptationi iuris permittere ſeſe dicit, & ne vim ſibi fieri patiantur, ſed ad æquitatem Cæſaris animum inflectant, obteſtatur.*

98) SLEIDANVS *lib. XIII. pag. 381.* HEVTERVS *lib. XI. c. XV.*

99) SLEIDANVS lib. XV. p. 430. *Spiram venit ad Cæſarem, Archiepiſcopus Colonienſis, & pro Cliuenſi intercedit, ſed id fruſtra fuit: niſi enim a Geldriæ poſſeſſione prius ille diſcederet, nullam pacis mentionem Cæſar audiebat. Et quum Saxonicus legatus, mandatu ſui principis, Granuellanum Moguntiæ pro Cliuenſi deprecaretur, ac perſuadendi cauſa, reipublicæ diceret priuatam iniuriam eſſe condonandam, præſertim iam imminente Turca: non eſſe diſceſſurum a propoſito Cæſarem ille reſpondet, quæcunque tandem ſit futura Turcarum impreſſio.* HEVTERVS lib. XI. cap. XX. *Cæſar Spiram veniens, Proteſtantium Legatos audit, eisque pro parte ſatisfacit: deprecantesque pro Cliuio Archipræſule*

de eadem cauſſa Geldrica fuit actum, 100) & ſæpius conuentio fuit tentata, nihil tamen perfectum, niſi quod in Comitiis Noribergenſibus Germaniæ Principes magna difficultate, opera Granuellani, a Cæſare exigui temporis inducias Cliuio impetraſſent. 1) Hic autem poſtquam in profeſto Paſchatis 1543. in prœlio ad Sittardam victor euaſiſſet, animo elatus, inducias ac pacem repudiat, confirmatusque Franci pecunia ac litteris, animum contra Cæſarem iuuenili imperitia obfirmat. 2) Eodem anno, celebratis Spiræ Comitiis, Cæſar collecto exercitu in Belgium venit, Duram, munitiſſimum Iuliacenſis Ducatus oppidum expugnat Clade hac perterrefactæ cæteræ Geldricæ Iuliacæque Ciuitates & Oppida, mox vno conſenſu Cæſari allatis clauibus, deditionem fecere. 3) Ipſe Guilielmus, Cliuiæ Dux, qui ridicule crediderat, Cæſarem Algeriana expeditione aquis abſorptum periiſſe, 4) Francorum magnificis promiſſis nil eſſe fidendum animaduertens, Cæſari ſupplex factus, intercedente Henrico Brunſuicenſe & Hermanni Colonienſis legatis, per Principem Araufionenſem ac Granuellanum has leges Venloæ VII. Septembris 1543. ipſi fecit præſcribi, vt ſeruata religione Catholica, fœderi Gallico & Danico renuntiet, Geldriæ poſſeſſione decedat, Iuliacenſem Ducatum, Hensbergo & Sittardo excepto, recipiat. 5) Inde die II. Ianuarii 1544. fœdus inter ipſum atque Guilielmum, Iuliacenſem Ducem, Bruxellis fuit concluſum. 6) Hoc apud Gallos nunciato, Ioanna Nauarræa ipſi negatur, quæ haut inuita alteri in Francia nupſit, Cliuius Mariam Auſtriacam, Ferdinandi I. filiam ducit vxorem. 7)

§. LXIII. Inſecuto anno 1544. Franciſcus Borbonius, Dux Anghianus a Rege Franciſco Pedemontiis præfectus, Carignanum obſidet, 8) quod Mediolani præfectus Vaſtius liberaturus, ad Cereſolam pagum XIV. Aprilis cruenta victoria vincitur, Carignanum Franco deditur. 9) Cæſar vero cum exercitu Spira profectus, Metim venit, indeque Fürſten-

Colonienſi, ac Legato Saxonia Ducis, nullam eſſe reſpondit aliam pacis rationem, niſi in perpetuum Geldria Zutphaniaque ceſſiſſet.

100) Prodiit *aſſertio eius iuris, quod Imperatoria Maieſtas ad Geldriæ Ducatum & Zutphaniæ Comitatum habere pretendit, in Comitiis Ratisbonenſibus anno MDXLI. exhibita cum ſubiectis Scholiis. Sequitur deinde continua & plenior Iuris, & legitimæ poſſeſſionis memorati illuſtriſſimi Ducis in Geldriæ Ducatu & Zutphaniæ Comitatu Defenſio, cum probationibus, Parata quidem, vt exhiberetur in Comitiis Spirenſibus MDXLII. Exhibita vero nunc tandem in Noribergenſibus Comitiis anno MDXLIII. Saligniaci 1543. f.* Vid. TESCHENMACHERI *Annales Cliuiæ.*

1) SLEIDANVS lib. XV. p. 421. *Quum propter Cæſaris aduentum, ad multo grauius bellum res tenderet inter ipſum atque Cliuenſem: principes electores & alii Ordines per legatos intercedunt, & vix demum induciis impetrant a Granuellano, non quidem certas ac definitas, verum tales, vt eſſet in arbitrio Cæſaris, vbi primum Germaniam teneriſſet, in his vel habere ratas, vel repudiare, atque interim oppidum Sittardum, quod eſt ad fines agri Iuliacenſis, valde munitum, in poteſtate Cæſaris futurum erat, donec ille, quid ſua mentis eſſet, explicaret. Interceſſores hoc etiam promittebant, obuiam ſe miſſuros legationem ad Cæſarem, deprecandi cauſa: & Granuellanus quidem magnam ſpem faciebat, fore, vt benignum ab eo reſponſum ferrent. Pacionem hanc, legis Cliuenſes, quorum erat primus Ioannes Vlattenus, genere nobilis & vir doctus, probabant, & intereſſoribus agebant gratias ob nauatam operam.*

2) SLEIDANVS p. 422. *Sed interea fuit commiſſum prælium, ad oppidum Sittardum, Martii die vigeſimo quarto: cumque ſuperior eſſet in eo Cliuenſis, partim ob hanc victoriam, partim impulſu Gallæ regis pecuniam ſubminiſtrantis, animum obfirmabat, repudiatis induciis quum legati domum, rediſſent.* HEVTERVS *lib. XI. c. XX.*

3) SLEIDANVS *lib. XV. p. 432.* HEVTERVS *lib. XI. c. XXI.* Extat PAVLI IOVII *Narratio de hoc bello Iuliacenſi* apud SCHARDIVM *Tom. II. p. 422.*

4) SLEIDANVS c. l. *inde Duram Cæſar petit, & quum ad Auguſti diem vigeſimum ſecundum eo veniſſet, poſtridie miſſo præcone, deditionem ſibi fieri poſtulat, niſi faciant, bellum denunciat. Milites præſidiarii contemptim reſpondent, neque ſibi periculum eſſe dicunt ab illo, qui iampridem ſit factus eſca piſcium. nam rumor increbuerat, Cæſarem, quum poſt cladem Argieranam ex Aphrica domum rediret, facto naufragio, periiſſe: & hac opinio ſic inſederat animis populi Cliuenſis, vt etiam illis, qui ſe non vidiſſe modo Cæſarem, ſed conueniſſe quoque dicebant, vix crederent: principi quoque fuit idem perſuaſum, fatali quadam credulitate. huius autem figmenti putantur authores fuiſſe Galli, ne Cliuenſes remolleſcerent, ac Cæſaris potentiam veriti, paciſcerentur.*

5) SLEIDANVS lib. XV. p. 433. *bis ergo conditionibus, in gratiam, Septembris die ſeptimo, receptus eſt. ab eccleſia catholica religione non diſcedat: ſi quid mutauit, reſtituat: fidem & obedientiam Cæſari Ferdinando regi & Imperio promittat: fœderi Gallico & Danico renunciet: fœdus nullum faciet, in quo non & Cæſar & Ferdinandus & ipſorum excipiantur hæredes: a totius Geldriæ poſſeſſione decedat, & iusiurandum populo remittat: ad recuperandam Geldriam, ſi quæ forte loca deditionem facere recuſent, auxilia Cæſari ſubminiſtret: Cæſar inuictem illi prouinciam Iuliacenſem, bello nuper acquiſitam reddit, duobus exceptis oppidis, Hensbergo & Sittardo, quæ ſibi retinet ad tempus, donec de ipſius fide comperium habeat & obſeruantia.* THVANVS *lib. I. p. 24.* HARAEVS *ad a. 1543.* Extant Conditiones apud PONTANVM *lib. XII. p. 832.* in RECVEIL *Tom. II. pag. 226.* apud du MONT *Tom. IV. p. II. p. 265.* Hinc XII. Septembris Geldriæ ſubditi ſe Carolo V. ſubmiſerunt SLICHTENHORST *lib. XII. p. 466.* Inde V. Ianuarii 1544. Leodii confœderatio inter Carolum V. & Guilielmum Iuliacenſem fuit concluſa RECVEIL *Tom. II. p. 681.*

6) Extat illud apud du MONT *Tom. II. p. II. pag. 250.*

7) SLEIDANVS *lib. XV. p. 433.* HEVTERVS *lib. XI. c. XXI.* CHYTRAEVS *lib. XVI. p. 406.* Hiſtoriam huius belli ſuſtuo apologo adumbrauit IO. FRAXINEVS, cuius clauem ibidem exhibet CHYTRAEVS.

8) HEVTERVS *lib. XII. c. II.*

9) SLEIDANVS lib. XV. p. 443. *poſtridie paſchæ, qui tum erat Aprilis die XIV. Cæſariani milites, Alphonſo Daualo ductore, conſligunt in Pedemontio cum Gallis ad Carignanum oppidum, & ſuperantur multis millibus deſideratis. Gallorum dux erat Anguianus Vendomenſis, de quo ſupra diximus. Ea nun-*

Digitized by Google

Fürſtenbergium, qui relictis Gallis, ipſi acceſſerat, cum copiis ad obſidendum Lutzenburgum præmittit, quod decimo quinto obſidionis die, ob commeatus penuriam deditionem facit. 10) Tum Cæſar ad exercitum venit, breuique ad deditionem compellit Commercium, Vaucolurium, Lineum, ac cætera omnia, quæ ſuperiori anno Franci in Ducatu Lutzenburgico ceperant oppida ac Arces. 11) Occupato etiam poſt longam obſidionem Fano S. Deſiderii, 12) vlterius in Franciam Pariſios vsque tendebat, licet legati Regis in caſtris Cæſaris eſſent, de pace miſſi. 13) Dum vero Angliæ Rex facta a. 1543. cum Carolo V. contra Franciſcum confœderatione, in obſidione Boloniæ hæreret, quam etiam tormentis valde concuſſam deditione cepit, 14) commeatusque inopia timenda eſſet, Francis omnia, quæ in rutum aſportare non poterant, igne conſumentibus, tum quod occupata vrbe, a qua bidui ſaltim itinere aberat Carolus, miles incredibili præda implicatus, facile a ſubſequente regio exercitu opprimi poſſet, copias Villerium Coſtereti ducit, indeque per Valloſios ad Sueſſionum antiquam Vrbem caſtra ponit, 15) vbi paullo poſt iterum 16) de pace agi eſt cœptum, cuius leges a parte Cæſaris moderabant Ferdinandus Gontzaga, Nicolaus Perenotus, Granuellii Dominus ac Commendator Calameæ Ordinis Alcantaræ; a parte Regis, Claudius Annibaldus, Carolus Nullius, ac Baiardus, eamque tandem Crespii in Inſula Franciæ poſt varias diſceptationes d. XVIII. Septembris a. 1544. his conditionibus concluſere. Quidquid ab inducias Nicenis vtrinque captum eſt, reddatur: Aſtenæum oppidum, Galliæ rex, Lotharingiæ duci, quoniam eſt in clientela Lucceburgicæ prouinciæ, reſtituat: vt vetus religio reſtituatur & eccleſiæ concordia, mutuam operam & auxilium alter alteri præſtabunt, eoque totis viribus incumbent. Galliæ rex in bellum Turcicum pollicetur equites cataphractos ſexcentos & peditum millia decem, renunciate iuri & petitioni Aragonicæ, Neapolitanæ, Flandricæ, Atrebatenſi, Geldricæ: Cæſar inuicem renunciat ditioni Bolonienſi, Peronæ & aliis ad Somiam flumen poſitis oppidis. ad hæc, Burgundiæ inferiori & agro Marisconenſi: deinde, filio regis Aureliano duci, Carolus, filiam ſuam natu maiorem, Mariam, aut vero Ferdinandi fratris filiam, in matrimonium ſpondet, & vtram dare velit, intra quartum menſem exponet: ſi filiam dederit, Brabantiam, Geldriam, Luceburgum, Limburgum, Flandriam, Batauiam, Hannoniam, Atrebates, Namurcum, Friſiam, Vtricam, & quicquid eſt ibi regionum, item Burgundiam ſuperiorem in dotem promittit, vt ab ipſius morte vtantur, fruantur: hoc ſi fiat, rex iuri Mediolanenſi pro ſe ſuisque renunciet liberis: quod ſi non relictis liberis filia Cæſaris decedat e vita, iam Aurelianus ab omni illa poſſeſſione diſcedat, & integrum ei maneat ius Mediolanenſe, Cæſari vero Burgundicum: ſi Ferdinandi filiam dederit, principatum Mediolanenſem in dotem largiatur: vtrumcunque ſit matrimonium, intra ſpacium anni perficiatur, & Sabaudiæ ducem rex integre reſtituat: Hesdinum regi permittitur. 17) Ea facta pace, Cæſar e Sueſſionibus domum redit, dimiſſis copiis. Accidit ea

ciata clade Cæſarem multi putabant non recuſaturum actionem pacis, verum obſtrmate bellum parabat. Plenius hoc prœlium deſcribit HEVTERVS *lib. XII. cap. II.* qui demum ait: *pugnatum eſt ad Ceresolum poſtridie Idus Aprilis, occiſaque ferunt duodecim millia virorum, ſed maxime Germanorum. Adduxit enim fuere virimque in aciem ſupra quadraginta virorum millia. Nec incruenta Francis, profligato ſiniſtro cornu, fuit victoria.* BELCARIVS *lib. XXIII. p. 751.* BELLAIVS *lib. X. p. 306.*

10) SLEIDANVS *lib. XV. p. 448.* HEVTERVS *lib. XII. cap. III.* BELCARIVS *lib. XXI. ineunte.* BELLAIVS *lib. X. p. 412.*

11) SLEIDANVS *lib. XV. p. 448.* HEVTERVS *lib. XII. c. III.*

12) SLEIDANVS *lib. XV. p. 449.* HEVTERVS. *c. l.* HARAEVS *ad a. 1544.* Extat inter Celeber. MENCKENII Scriptores Rerum Germanicarum *Tom. I. p. 1289.* ANTONII DE MVSICA Antwerpienſis *Commentariolus Rerum Geſtarum apud S. Digerium ab Imp. Carolo V. ad R. Angliæ Henricum VI.*

13) SLEIDANVS lib. XV. pag. 449. *& quanquam erant in Caſtris Cæſaris, legati regis Galliæ de pace miſſi, Cæſar tamen progrediebatur nihilominus, & quum iam hiuusque perſeuerſſet, incredibilis fuit orta Lutetiæ trepidatio, fugiebant omnes, qui paulo eſſent lautiori fortuna, nec regis edictis fugam prohibentis contineri poterant, & fere modo hominum mauebat, itaque periculum erat, ne ab his ipſis vrbs omnium longe maxima & inprimis opulenta diriperetur.*

14) SLEIDANVS *cit. loc.* apud du MONT *Tom. IV. p. II. p. 252.*

15) SLEIDANVS *c. l.* HEVTERVS *lib. XII. c. IV.* LEPTA *p. 81.*

16) Adhuc enim de eo iam antea, prout HEVTERVS nos docet lib. XII. c. IV. *rex Franciſcus, conſpecto rerum ſuarum periculo, ſi Cæſar atque Anglus in fœdere perſiſtentes bellum contra ſe continuaſſent, pacis auctores circumſpicere capit. Repertis hominibus idoneis, tantum promiſſis ac donis effecit, vt Martinus Guſmannus, Ordinis Prædicatorum monachus, Cæſari a confeſſionibus, ſe ea de re cum Granuellio acturum, Cæſarique verba facturum, promitteret, ſtetit promiſſo, effecitque initio menſis Septembris, (bello inducias non datis) Cæſar permitteret, certi viri de pace acturi Chauſſeam, medio inter Chalonium ac Vitrium itinere, conuenirent. Iuere nomine Cæſaris Gonzaga ac Granuellius; nomine Regis, Claudius Annibaldus, ac Cheuanſii Dominus. Ad Angliæ Regem hac de cauſſa eſt miſſus Cardinalis Bellaius, Renonius Præfes Curiæ Rotomagenſis, & Ambaſpine Dominus: qui cum certas leges concepiſſent, ad Reges ſuos profecti, eorum voluntatem perquirebant.*

17) SLEIDANVS *lib. XV. exeunte.* HEVTERVS *lib. XII. c. IV.* CHYTRAEVS *lib. XVI. p. 406.* THVANVS *lib. I. p. 22.* BELCARIVS *lib. XXIV. p. 762.* IOVIVS *l. XLV. fin.* MARIANA *ad a. 1544.* HARAEVS *ad a. 1544.* BELLAIVS *lib. X. p. 414.* Extant Tabulæ Pacis in RECVEIL DES TRAITTES DE PAIX *Tom. II. p. 227.* apud du MONT *Tom. IV. p. II. p. 279.* adnexa eſt Delphini proteſtatio ſuper hac pace *p. 235.* Receſſus Limitaneus ibid. & declaratio Caroli V. ſuper promiſſa alternatiua coniugii *p. 238.* du MONT *p. 288. 292.* Ratificatio Caroli V. huius Tractatus d. 3. Sept. 1545. *p. 289.*

dit ea pacificatio plerisque omnibus præter opinionem. Nam qui Cæsari familiares erant, certissimam sibi promiserant victoriam, priusquam in bellum iretur, & intra menses aliquot, ipsorum ditionis Galliam futuram, aut regem imperata facturum esse iactabant, cui potentissimi tres hostes imminerent, Cæsar, Imperium, Britannus. 18) Proppera autem mors Aureliani Cæsarem promissione exsoluit, 19) ita, vt Francisci de nouo fœdere legatos ad Cæsarem mitteret; 20) qui tamen nihil amplius obtinuerunt, quam vt Cæsar eo se declararet, a se nihil esse metuendum, nisi prouocaretur. Henricus etiam Angliæ rex Bononiam a. 1546. facta in castris d. 7. Iunii 1546. pace, pretio restituit. 21)

§. LXIV. Circa eadem tempora, Cæsar Ordinum conuentum indicit Spiræ per Ferdinandum regem, & initium fieri mense Ianuario 1542. & Ferdinandum fratrem suo loco præsidere iubet, eique Hugonem Monfortum, & Ioannem Nauium attribuit. Principes aderant, Electores Brandeburgicus, Fridericus Palatinus, Albertus Megelburgius, Ernestus Badensis, Moguntinus, Wormaciensis, Spirensis, Constantiensis, Hildesheimensis episcopi: reliqui miserant legatos. 22) De bello Turcico proponebatur, dum, Buda capta, 23) vlterius Turcæ progredi tentarent. Aderant & Gallorum Regis legati, qui Imperii Status a bello contra Turcas dehortarentur, & Ioannes Moronus, legatus Pontificius, qui Mantuam, Ferrariam, Bononiam aut Placentiam, quæ sint omnes amplæ ciuitates ac peropportunæ, proponebat: veruntamen, si minus hæ placeant, non illum recusare, quia Tridenti fiat, quod sit ad Germaniæ fines oppidum. Ferdinandus rex & principes pontificii hunc locum accipiunt. Protestantes vero neque concilium pontificis, neque locum probant. Galliæ regis legati, cum nihil proficerent, & Ordines in bellum Turcicum inclinarent, suamque præsentiam & ingratam esse viderent atque suspectam Cæsarianis, ante finem Comitiorum abeunt subirati. 24) Protestantes vero Status in auxilia belli Turcici consentire nolebant, vsque dum Ferdinandus d. 10. Aprilis 1542. ipsis declarationem dedisset de pace Ratisbonensi seruanda. 25) Finem conuentus habuit Aprilis die XI. decreta auxilia, summæ rerum præficitur Ioachimus Brandenburgious, & magistratui permissum, vt suis hoc nomine tributum imperarent: adhæc, vt pacem omnes colant, nec vllum intra fines Imperii motum excitent, decretum fuit. 26)

§. LXV. Ex iisdem Comitiis exarsit eodem anno 1542. inter Io. Fridericum Electorem, & adgnatum suum Mauritium intestina contentio, ob Wurtzenam, episcopali dignitate celebrem Misniæ ciuitatem, in qua sibi & Electori & Mauritius ius colligendi tributa in Turcicum bellum arrogabat. 27) Accedebat caussa Numburgica. Mortuo enim a. 1541. Philippo Palatino, Numburgensi episcopo, in eius locum a Collegio fuit cooptatus Iulius Pflugkius. Elector autem Saxoniæ, non hoc licere Collegio, nisi de suo consensu, contendebat, & reiecto Pflugkio, Nicolaum Amsdorfium, ex nobilitate, Theologum Magdeburgicum instituit, inaugurante Luthero XX. Ianuarii 1542. qui post eius rei librum edit lingua populari, & Pflugkio, tanquam hosti puræ doctrinæ, gregem Domini minime committendum esse docet. Pflugkius ad hunc modum repudiatus, emissis libellis ad Ordines Imperii, ius suum demonstrat, & de iniuria queritur: princeps inuicem respondet, & prolixe de suo Saxonicæque domus iure locutus, & multis ex vetustate repetitis, inter alias causas, cur eum ferre non possit episcopum, hanc etiam adducit, quod Augustanæ confes-

18) SLEIDANVS *lib. XV. exeunte.*

19) SLEIDANVS lib. XVI. p. 473. *bi* (Protestantium legati ad Regem Galliæ) *quum Septembris die decimo venissent, Ambianum de morte ducis Aureliani, qui pridie decesserat, cognouerunt. Is erat Cæsari futurus aut gener aut affinis, & perpetuæ amicitiæ velut firmissimum quoddam vinculum: sed cecet, quo fere tempore nuptiæ erant peragendæ, pauciorum dierum morbo perit, circiter XXIII. annorum iuuenis.* HARAEVS *ad a. 1544.*

20) BELCARIVS lib. XXIV. p. 771. *Kalendis Nouembris Claudium Hanueltaldum Amyralum, ac Franciscum Oliuarium Cancellarium Franciscus ad Cæsarem misit, qui propter Aureliani mortem priore fœdere irrito nouum & solidum pertractarent, Brugis tum agebat Cæsar breui Antuerpiam ad conficiendam in bellum Germanicum pecuniam profecturus: id enim tam tum animo agitabat: quem illic quoque sequuti nihil aliud retulerunt, quam Cæsarem nisi prouocaretur, Regi bellum haud illaturum: itaque ad Regem reuerterunt.* HARAEVS *ad a. 1545.*

21) SLEIDANVS *lib. XVII. p. 515. ad hoc fere tempus pacem Galliæ rex facit cum Anglo, & Bononiam ei permittit, donec pecuniam debitam persoluat.* HEVTERVS *lib. XII. c. V.* Extant tabulæ Pacis *au Camp entre Ardres & Guines* in RECVEIL *Tom. II. p. 239.* apud du MONT *p. 305.* BELGARIVS *p. 771.*

22) SLEIDANVS *lib. XIV. p. 396.* SECKENDORF *lib. III. p. 382.*

23) SLEIDANVS *c. l.*

24) SLEIDANVS *lib. XIV. p. 397. 401.* HORTENSIVS *lib. I. p. 449.* SECKENDORF *p. 383.*

25) Extat apud LVNIGIVM *p. Gen. Const. pag. 664.*

26) SLEIDANVS *lib. XIV. pag. 402.* CHYTRAEVS *lib. XV. p. 398.* Extat Recessus in Corpore *pag. 369.*

27) Hæc caussa enim adlegatur in ipsa formula compositionis, apud HORTLEDERVM *Tom. I. lib. V. c. XIII. p. 1306.* ARNOLDVS *Vita Mauritii pag. 165.* Male igitur ab aleæ lusu caussam repetit LAMBERTVS HORTENSIVS *de B. Germ. lib. I. p. 440.* dicens: *bierque oppidi eiusdem ius certatim sibi vindicabant. Aliam causssam distordiæ fuisse inter eos accepi. Cum in aleæ ludo Mauritius, omni pecunia amissa, patruelem ad continuandum lusum, deposito oppidulo, improbius paulo vrsisset, illo amisso, acerbius cum ab Electore increpitum fuisse, vt adolescens in posterum modum in ludendo seruaret. Tum acerbitatem reprehensionis tam grauiter accepisse Mauritium, vt inde digressus, paucis diebus post Electori bellum denunciaret.* THVANVS *lib. VI. pag. 67.* SECKENDORF *lib. III. p. 403.*

28) SLEIDA-

confessioni palam aduersetur. 28) Ad ciuile bellum res omnino spectabat: nam ad arma conuocabant vterque suos: verum interuentu Lantgrauii, die Lunæ post Paschatos festum a. 1542. composita quieuit. Hoc dum paulo ante Paschales ferias fuisset factum, exin belli Placentarum, *des Fladenkriegs*, nomen accepit. 29)

§. LXVI. Inualuit eodem anno 1542. bellum Brunsuicense. Postquam enim Henricus Brunsuicensis in hoc incumberet, vt belli fieret initium aduersus Protestantes, acerbissimisque inuectiuis in eosdem vteretur, 30) Incendiarios etiam per Saxoniam aliaque Protestantium loca misisset, idque multorum indicio esset confirmatum, 31) hi in Comitiis Ratisbonensibus de a. 1541. ipsum de eo incusabant. 32) Accedebat, quod Imperii Ciuitates, Goslariam & Brunsuicum, Smalcaldici fœderis, perpetuis excursionibus atque rapinis vexaret. 33) In Conuentu equidem Spirensi a. 1542. Protestantes Ferdinandum Regem sollicitaueruut, vt & Cæsaris & suo nomine iuberet eum a Goslariensibus abstinere. Gessit morem Ferdinandus, qui tum aduersus Turcam ipsorum haberet opus auxiliis, & missis legatis acriter hominem monebat: sed ille contemptim & fastuose respondit, neque destitit. 34) Hinc facta primum in die Margarethæ 1542. Isenaci conuentione, 35) bellum ei Saxo faciunt & Landgrauius, communi sociorum nomine, & breui tempore suam in ditionem, ipsius agrum omnem perducunt, & vrbem, non procul ab vrbe Brunsuico positam, Wolfebuteam, in qua spem omnem collocauerat, deditione capiunt. Ipse, non diu commoratus, aduentante iam hoste, fuga sibi salutem petit, & ad Bauaros cum natu maximo filio, Carolo Victore, contendit: In ea arce complures repertæ sunt litteræ, quibus liquido doceri potest, quid ipse, quid Bauari, quid Moguntinus, quid Heldus & alii nonnulli conati fuerant. Protestantes, edito scripto, sui factæ causas prolixe commemorant, & non intulisse, verum necessario defendisse bellum sociis illatum, demonstrant. 36) Ad Idus Iulias 1542. alter Conuentus Noribergæ institutus propter bellum Vngaricum. 37) Aderat rex Ferdinandus, legati vero Cæsaris erant, Fridericus Palatinus, Episcopus Augustanus, Fridericus Fürstembergius, Hugo Monfortus, Ioannes Nauius. Proponebat Ferdinandus, tardius mitti militem promissum, sine pecunia, machinis & adparatu. Mittunt ad hæc Comitia legatos suos Saxo & Landgrauius cum litteris, datis e castris Guelferbytanis XI. Augusti 1542. quibus causam suam defendunt,

28) SLEIDANVS *lib. XIV. pag. 395.* CHYTRAEVS *lib. XV. pag. 395. 398.* BELCARIVS lib. XXIII. p. 729. Extant de hac controuersia diuersa scripta apud HORTLEDERVM *lib. V. c. XI. XII. XIII. XIV. XV. XVI. XVIII. XIX. XXI. XXII.* SECKENDORF *lib. III. p. 387. 409.* Post præsium ad Mühlbergam vero, Iulius Pflugkius mittitur in possessionem Episcopatus Numburgensis, & Amsdorfius deiicitur. SLEIDANVS *lib. XIX. pag. 583.* SPALATINI *Annales Reform. p. 655. 685.* ARNOLD *Vita Mauritii p. 1064.* qui tamen simultatis causas a longis retro temporibus reputat.

29) DRESSERVS *Isagoges Historicæ parte IV. f. 448.* SAGITTARIVS *Hist. Io. Friderici §. XIII.* Extant tabulæ compositionis apud HORTLEDERVM *c. XIII.* du MONT *Tom. IV. p. II. p. 226.* LVNIGIVM *p. spec. sect. IV. p. 53.*

30) De hoc late SLEIDANVS *lib. XII. p. 339. 340.* CHYTRAEVS *lib. XV. p. 397.*

31) SLEIDANVS lib. XIII. p. 370. *ad a. 1540. Sub hoc quoque tempus orta sunt variis in locis incendia per Saxoniam & loca finitima, ditionis fere protestantium, exustis aliquot oppidis atque vicis. Hoc tantum scelus, authore Brunsuicense factum esse ferebatur, vt infra dicetur.* Idem p. 380. *diximus antea de variis incendiis, per Saxoniam excitatis: e malefici autem deprehensi complures atque capti, diuersis locis, habita quæstione, plerique testificabantur ad extremum vsque spiritum, a prefectis & familiaribus Henrici Brunsuicensis, accepta pecunia, se fuisse conductos atque summissos, vt id facerent.* ARNOLD Vita Mauritii pag. 1167. *Vagabatur eo tempore per omnem fere Germaniam certum genus pessimorum hominum, qui partim campos veneno corrumpendo, partim etiam ignem in ædificia immittendo, multum & bestiis & hominibus nocebant. Horum aliqui cum diuersis locis deprehensi essent, quæstione habita, & de autore interrogati, immissos se ab Henrico Duce dicebant, vt multis in locis, præsertim in illis, qui Lutheri doctrinam promouerent, incendia excitarent.* Extat de eo singularis Relatio apud HORTLEDERVM *Tom. I. lib. IV. cap. XIII.*

32) SLEIDANVS lib. XIII. p. 378. *hoc igitur nomine, sed & aliis de rebus, Lantgrauius & legati Saxonici, Ratisbonæ, Brunsuicensem apud Cæsarem accusant, & quid incendiarii singuli profiterentur, scripto comprehensum exhibent. His comunxerat se Guilielmus Brunsuicensis, qui & ipse fratrem germanum Henricum, a quo multis annis fuerat detentus in carcere, grauiter accusabat.* Extat de eo libellus supplex ad Cæsarem apud HORTLEDERVM *Tom. I. lib IV. c. XXVI.* & responsio *c. XXVII.* Controuersia cum fratre Guilielmo exponitur apud HORTLEDERVM *Tom. I. lib. IV. cap. XXX. XXXI.* SECKENDORF *lib. III. p. 386. 416.*

33) Extat de eo singularis relatio apud HORTLEDERVM *Tom. I. lib. IV. cap. I.* HORTENSIVS *de B. Germ. p. 450.* CHYTRAEVS *lib. XV. p. 394.*

34) SLEIDANVS *lib. XIV. p. 410.* BELCARIVS lib. XXIII. p. 725.

35) Extat ista conuentio Isenacensis apud HORTLEDERVM *c. XXXVII.* LVNIGIVM *p. spec. IV. p. 265.* du MONT *Tom. IV. p. II. p. 231.*

36) SLEIDANVS *lib. XIV. p. 410.* SPALATINVS *Annal. Reform. p. 630. & pag. 633.* reperiuntur litteræ diffidationis d. 13. Iulii 1542.

37) THRASYBVLVS LEPTA lib. I. pag. 80. *cum conuentu Ratisponæ habito & mox decreto, indicto bello Hungarico, quod fuit a. Aprill. Anno 1542. eoque properantius, vt ad prima veris signa, priusquam Turcarum præsidia adaugeri, & confirmari nouis militibus possent, Germanus, sociusque Hungarus miles non Pesso tantum, sed & ipsa Buda potiretur, hæsere in sæpe dicto Conuentu Ratisponensi (Ordinibus Imperii ad arma conuersis) reliquiæ quædam grauissimarum deliberationum de Repub. constituenda, quarum diffinitio & terminatio ad Subsecium alium Norimbergam reiecta fuit, in quo, quid tractatum, Recessus (vulgo Reichs-Abschied) in publicum editus 26. Augusti, Anno vt supra 42. ostendo.*

38) SLEI-

dunt, alias se auxilia ad bellum Turcicum non denegare, 38) produnt etiam, quæ Henrici fuerint in Cæsarem & Ferdinandum maledicta. 39) Exitus Comitiorum fuit ad XXVI. Augusti diem, pœna decernitur in eos, qui Comitiorum Spirensium decretis non obtemperent, simul alia quædam gerendo bello necessaria statuuntur. 40) In iisdem Comitiis sub finem d. 26. Augusti 1542. concluſa fuit transactio inter Ferdinandum I. atque Antonium, Lotharingiæ Ducem, qua Ducatus iste pro libero fuit declaratus, ita tamen, vt ratione quarundam terrarum vasallus adhuc sit Imperii, ad eiusdemque onera contribuat, 41) quæ postea a Carolo V. Imp. in Ciuitate Spirensi d. 28. Iulii a. 1543. fuit ratihabita atque confirmata. 42) Insequenti anno 1543. noua fiunt Comitia Noribergensia II. Kal. Februarii, quibus de muniendis locis finitimis Turcarum ditioni, de contribuendis in eam rem sumptibus & emendatione Camerali fuit decretum. Licet Proteſtantes non adsentirentur, quia factum hoc sit non communicato cum ipsis consilio, de pace iure nihil certi constitutum sit, & quia contributionis magna sit inæqualitas. 43) In Comitiis etiam Spirensibus 1544. hæc causſa agebatur, atque in iisdem Proteſtantes publico scripto causſam suam defendebant. 44) Cum vero Cæsar vellet sequestrum dare, qui Henrici regionem, donec lis componeretur, adminiſtraret, 45) ipse regis Galliæ pecunia collecto milite, & adiunctis Ioanne Comite Schawenburgensi, & Ottone Comite Ritbergensi, vtroque Landgrauii cliente, ſociis, aduerſus fœderatos mouet, 46) & poſt inducias, intercedente Mauritio Saxone duce, aliquoties factas, a. 1545. Henricus proœlio prope Northemium Calenbergenſis ditionis villam dedit ſe Mauritio, & eodem Mauritio ſuaſore, ſupplex cum filio factus, Landgrauii ſe poteſtati permittit, 47) a quo Caſtellas, inde Zie-

38) SLEIDANVS *lib. XIV. p. 411.* Scriptum hoc Proteſtantium apologeticum in his Comitiis exhibitum, extat apud HORTLEDERVM *c. XL.* BELCARIVS *lib. XXIII. p. 727.*

39) Hæc breuiter recenſet HORTENSIVS p. 450. *ceſſatorem eſſe Cæsarem, & nimium cunctari. Norimbergenſe fœdus non tueri. In culpa præcipue Granuellanum eſſe, qui a Confœderatis & populis & Principibus accepta pecunia corrumpatur, dinguumque ob id, qui inſeliciter periret. Cæsarem interim altum in vtramuis aurem ſtertere, nec expergiſci poſſe. Nomen Cæsaris ioane ad terrorem tantum faciendum ſpectare, & ſine vlla re memorabili pretexi, perinde vt aucupes ſimulacra quadam accipitrum & aquilarum formulas ad perterrifaciendas alias aues ſub dio exponant.*

40) SLEIDANVS *lib. XII.* 412. Extat Receſſus in Corpore *p. 393.* Quid in his Comitiis in cauſſa Henrici Brunſuicenſis factum, tradit HORTLEDER *c. XLVI.*

41) Extant tabulæ integræ apud CONRINGIVM *de Finibus Imperii c. XXVII.* & gallico idiomate in RECVEIL DES TRAITTES DE PAIX *Tom. II. p. 674.* Feuda vero, quæ adhuc ab Imperio tenet, memorantur in litteris inueſtiturę Rudolphi II. Marchionatus Pontis Montenſis, Comitatus de Blanckenberg ſiue Albimontis, Bellistheim & Clarimontis, Marchionatus Hattonis Caſtri. Vid. etiam ITTERVS *de feudis Imperii c. VI. §. 13.*

42) Extat apud du MONT *Tom. IV. p. II. pag.* 235.

43) SLEIDANVS *lib. XV. p. 421.* Extat Receſſus in Corpore *p.* 403.

44) SLEIDANVS *lib. XV. p.* 437. Extat Receſſus in Corpore *p. 415.* Proſtat Scriptum particulare *Der Churfurſten, Fürſten, Graffen, Stedte und Stende der Chriſtlichen Einung wahrhafter und beſtendiger Bericht von wegen der rechtmæſsigen deſenſion, welche ſie wieder Heirrichen von Braunſchweig fürzunemen gedrungen, desgleichen anderer des von Braunſchweigs Vnthaten halb auf dem Verherſtag zu Speier furbracht auf Sambſtag den V. Aprilis M. D. XLIV. 4.* Hoc omnis cauſſa plene exponitur.

45) SLEIDANVS lib. XV. p. 422. *Bauari fratres in comitio per legatos intercedunt apud proteſtantes, & inter alias hanc etiam proponunt conditionem, vt Henrici Brunſuicenſis ager omnis, interea, dum cauſſa fiat cognitio Cæsaris aut aliquot Germaniæ principum fides permittatur: ſed de eo nihil tum potuit decerni.* Idem lib. XV. p. 427. *de ſequeſtri ratione, poſt variam & multam actionem, demum placuit, vt Cæsari tanquam ſummo Magiſtratui permitatur omnis ager Brunſuicenſis, donec vel amice, vel iure ac legibus diſceptata lis fuerit atque definita; prouinciæ vero adminiſtrationem Cæsar committat, vel Palatino, vel electori Brandeburgico, item Mauricio vel Clueni principi: pœnam violatæ pacis publicæ luant, qui non parebunt: Henrico Brunſuicenſi denunciet Cæsar; vt parcat, ſin minus, legibus in ipſum vindicet, has demum conditiones Cæsar propoſuit, in eoque permanſit: eas deinde ratas habuerunt proteſtantes, vt infra dicemus.* Idem p. 449. *Erant tunc in Lotharingia legati proteſtantium, vt ſequeſtrationis paſta nuper a Cæsare propoſita confirmarent. Meti primum, poſtea Tulli ſubſiterunt, & datis frequenter literis ad Cæsarem atque Granuellanum, quamobrem venirent, explicant: Cæsar vero tandem per occupationes bellicas excuſans, domum ipſos redire iubet, & rem omnem ad proximum Imperii conuentum, aut in aliud tempus commodius reiicit.* Idem p. 472. *Brunſuicenſis ager omnis Cæsari permittitur, qui conſeſſim Henrico mandat, vt legibus rem agat, ab armis abſtineat: ille vero minime aſſentitur de eoque proteſtatur, & Cæsar ei denuo grauiſſimis verbis ac proſcriptionis denunciata pœna mandaret, vti pareret, non modo non obtemperat, verum etiam acerbe reſcribit, eiusque conſiliarios, Granuellanum inprimis atque Nauium, vitioſe criminatur: nec eo contentus, occulte capit cogere manus, vt amiſſa recuperaret.* Decretum exhibet HORTLEDER *c. XLIX.*

46) De hoc late SLEIDANVS *lib. XVI. p. 473.* HORTLEDER *c. XLIX. LI. LIII. LIV.*

47) SLEIDANVS *lib. XVI. p. 476.* qui tamen addit: *de Mauritio ſuit poſt diſſipata fama, quaſi captioſis & fraudulentis verbis Henricum in eas angustias perduxiſſet. eo cognito, ſcriptum ille dimulgat & quamobrem a Saxone atque Lantgrauio rogatus deeſſe ipſis non potuerit oſtendit, & rem omnem ordine commemorat & initiarium ſibi fieri demonſtrat, & nihiloſecius, vt ille libretur, intercedit.* Exhibet illum HORTLEDER *cap. LII.* In ARNOLDI *vita Mauritii p. 173.* extat de hoc proœlio, captiuitate & ſubmiſſione Henrici vberior narratio, licet iſta diſcrepet a Mauritii relatione apud HORTLEDERVM *p. I. lib. LIV. c. LII.* Extat in SCHARDII Tomo II. *Commemoratio ſuccinta cauſarum belli a Smalcaldicis contra Henricum Brunſuicenſem anno XLII. ſuſcepti cum Hiſtoria, quomodo Ducatu exutus & tandem a Smalcaldici fœderis ſociis captus ſit, edita ab iisdem.* THVANVS *lib. II. p. 45.*

48) CHY-

de Ziegenhainam in custodiam abducitur, ex qua, post prœlium ad Mühlbergam fuit liberatus. 48) Guelferbytum a. 1546. demolitum. 49) Tandem vero interuentu Mauritii atque Augusti, Electorum Saxoniæ a. 1553. omnis controuersia plene fuit composita. 50)

§. LXVII. Cæsar, ante Crespiacensem pacem ex Belgio redux, initio Ianuarii 1544. Spiram venit ad Comitia, quæ indixerat. Frequens admodum fuit hic Spiræ conuentus, nam & Ferdinandus rex, & Electores omnes, & plerique omnes Principes aderant, & in his etiam Cliuensis. 51) Agebatur de bello Turcico, & dissidiis de religione componendis, 52) de negotio Brunsuicensi, vtraque parte apud Cæsarem causam agente. 53) Mittebat etiam ad hæc Comitia Franciscus Fecialem suum, vt legatis suis, qui Nanceii subsisterant, viam pararet, qui tamen tanquam hostis a Cæsare fuit reiectus. 54) Tandem vero Iunii mensis die X. finem habuit conuentus. Ordines Imperii pecuniam Cæsari decernunt semestrem, aduersus Galliæ regem, in equitum millia quatuor, peditum XXIV. eius vero pecuniæ partem aliquam Cæsar communicat Ferdinando, quo loca finitima Turcis muniat: in futurum bellum Turcicum colligi placet pecuniam viritim, per omnem Germaniam, pro cuiusque facultatibus atque censu, nec immunitas vlli detur: ne quis exteris militet, Galliæ regi præsertim, grauissimis pœnis interdicitur, & magistratui permittitur, vt in eos vindicet, qui deprehensi fuerint: quia diffidium religionis in his bellicis occupationibus tractari non potuit, ad proximum conuentum, inque mensem Decembrem reiicitur, pacem interea colant omnes, Imp. etiam promittit, se per viros doctos & pacis amantes certum modum reformationis componere velle: idem de Statibus postulans. 55) Cameræ iudices locum suum retineant, vsque ad tempus eis præfixum: cum id exierit, tunc in eum consessum recipiantur omnes promiscue, non habita ratione religionis. 56) De sequestro tercis Brunsuicensibus dando, etiam fuit decretum. 57) In iisdem Comitiis Cæsar, d. 23. Maii 1544. magno Belgarum gaudio commodoque, pacem facit cum Christierno rege Danorum. 58) In iisdem pacta Io. Friderici Saxoniæ Electo-

48) CHYTRAEVS *Saxonia lib. XVI. p. 470.*

49) SLEIDANVS *lib. XVII. p. 516. his etiam diebus, Brunsuicenses, Goslarienses, Hildesiensis, Hannobrii, mandatu Saxonis atque Langrauii demoliuntur, Henrici Brunsuigii primariam arcem, Wolffenbutelum, quam ad hoc vsque tempus, impositio præsidio muniuerant.*

50) Extat compositio cum Lantgrauio apud HORTLEDERVM *c. IV.* cum Io. Friderico Saxone *cap. LVI.*

51) SLEIDANVS *lib. XV. p. 435.* HEVTERVS *lib. XII. cap. I.* SECKENDORF *lib. III. pag. 473.* LEPTA *p. 81.*

52) SLEIDANVS *lib. XV. p. 436.*

53) De his late SLEIDANVS *lib. XV. p. 437.* THVANVS *lib. I. p. 43.*

54) SLEIDANVS lib. XV. p. 438. *Gallia rex, qui facile poterat scire, Cæsarem de se grauem habituram querimoniam ad principes, legationem decernit amplissimam, Ioannem Bellaium Cardinalem, Franciscum Oliuerium Alencouium, Africanum Malleium, prætorem Diuionensem: Hi quum Ianuario mense venissent Nanceium, oppidum Lotharingiæ, subsistunt, & cautionem Cæsaris expectant, facialem enim rex præmiserat Spiram, eius rei causa, cum literis ad Cæsarem, & priuatim etiam ad principes Electores, quibus literis petebat suis legatis publica fide cauere. Cum autem fere sub exitum Februarii, facialis eo venisset, indutus veste solenni, sicut fieri consueuit, sistitur a Granuellano, cui & literas reddit sui regis ad Cæsarem scriptas, cum aliter non posset, & sui causam aduentus explicat, & legatis, qui non ita procul absint, iure gentium cauere petit. Iussus manere domi, & diligenter obseruatus, ne quis ad ipsum colloquendi causa veniret, quarto post die dimittitur, asseritur verbis. Imprudenter ipsum feciste, & magnum adiiste capitis periculum, qui sit ausus, eo venire: nam regem, qui sit hostis Germaniæ, non habere quod agat intra fines Imperii, neque ius gentium illi communicandum esse: redeat ergo domum, & hac regi suo renuncie: non esse vero, quod post hac aut ipsi vel quinis alius accedat: & nunc quidem ipse condonari factum atque remitti, clementiæ quadam Cæsaris magis, quam pro ipsius merito, sed caueat in posterum: alioqui non laturum impune: nam feciste contra leges faciales, nec in Cæsaris domicilium ei licuisse venire, nisi de illius permissu: quod ad literas attinet, quas habere se dicat, ita regem esse de republica Christiana & inprimis de Germania meritum, vt in hoc rerum statu Cæsar neque velit neque debeat eas recipere, ne per illius tractatum scribendi genus atque promissa, vel ipse vel etiam alii decipiantur. Hoc responsum gallice perscriptum ei datur. Sic ergo remittitur cum literis regis ad Cæsarem scriptis atque principes, & addiit frequentes equites nouulli, qui Nanceium vsque perduxerunt. huius autem rei nihil fuit communicatum principibus, ac plerisque videbatur hoc ab Imperii consuetudine esse alienum. Ea re cognita, legati magnis erant in angustiis, valde solliciti, quomodo sine periculo domum redirent: collato autem consilio cum Lotharingiæ principe Antonio, noctu clanculum discedunt, inque Galliam propinquam reuertuntur.* Idem lib. XV. p. 443. *cum ergo domum redissent legati, quam habitari fuerant in consessu omnium orationem, eam typis excusam emittunt.* Extat ista Oratio in FREHERI Tomo tertio, calumniarum in Cæsarem plena. BELCARIVS *lib. XXIII. p. 753.*

55) in Recessu Imperii §. LXXX. SECKENDORF *lib. III. p. 521.* Theologorum Wittebergensium Reformationem ex scrinijs Serenissimi Ducis Saxo-Gothani primus produxit CYPRIANI *Tom. II. pag. 405.*

56) SLEIDANVS *lib. XV. pag. 446.* HEVTERVS lib. XII. c. I. *quo conuentu Cæsari aduersus Francum decernuntur equitum quatuor, peditum viginti quatuor millia, qui sex mensibus Imperii sumptu militarent: promittique hanc ob causam Cæsar Protestantibus, primo quoque tempore in Germania aut generale, aut nationis Germanicæ Concilium se procuraturum; summo Pontifice Paulo factum egerrime ferente, ac scripto Cæsari exprobrante. - Superiori etiam anno Concilium Pontifex in vrbe Tridentina indixerat.* Extat Recessus in Corpore *p. 415.*

57) SLEIDANVS *lib. XV. p. 447.* Extat decretum apud HORTLEDER *Tom. I. lib. XV. cap. XLIX.* du MONT *p. 292.*

58) SLEIDANVS p. 446. *Daniæ quoque rex, missis legatis, omnino transigit cum Cæsare, quum ad illud vsque tempus, per totam hyemem, copias militum aluisset in futurum euentum, a Gallia regis amicis-*

Electoris dotalia cum Cliuensi confirmat, d. 11. Maii 1544. sigillatim ius successionis in illis dictionibus, si Cliuensis nullo relicto filio decederet, coniugium Eleonoræ Ferdinandi filiæ, cum Io. Friderico, maximo natu Electoris filio decernitur: hac tamen conditione vtrumque, si prius de religione conueniret, & varia ratione Monasterii Grünhayn & Dobrilug. cum Electore pacisceretur. 59) Insequenti anno 1545 erat Imperii Conuentus Wormatiæ, Cæsar, quum sæpe constituisset, impeditus articulari morbo, serius eo venit, legatos habebat ibi Cardinalem Augustanum, Fridericum Fürstenbergium, XXIV. die Martii Ferdinandus rex per absentiam Cæsaris, proponit. Quamobrem hic sit indictus conuentus, notum ipsis esse, nimirum constituendæ religionis, & iuris, & pacis, & Turcici belli caussa. 60) Wormaciam deinde Cæsar venit Maii die XII. postridie Cardinalis Farnesius. Huius quæ fuerit aduentus causa, non equidem plene constat, sed excitandi belli caussa in Lutheranos venisse, certo putabatur. 61) Cæsar interea per Granuellanum & Nauium de concilio, deque Turcarum bello, cum Protestantibus agit. Hi Franciscum Burcardum, Gunterorum Cancellarium Hessicum, Christophorum Veningerum, Iacobum Sturmium ad eam rem deligunt. qui superiorem actionem omnem paucis repetunt, & ita sibi de pace caueri petunt, ne decreto concilii tollatur, ad hæc, vt iuxta Spirense decretum Camera constituatur: id si fiat, de republica se cum reliquis esse deliberaturos 62) Postquam diu multumque disceptatum esset, Cæsar Augusti die quarto finem actioni facit, & dum Principes ipsi adesse deberent, actionem omnem in mensem Ianuarium anni sequentis prorogat, & Ratisbonam principes omnes venire iubet, nisi valetudine detineantur, vt religionis concilietur dissidium, vtrinque quaterni instituuntur collocutores, binique auditores, eosque sub Calendas Decembris adesse Ratisbonæ, & inde Comitia rem inchoare iubet. 63) Deinde superiorum annorum edicta pacis renouat & confirmat, & ne quid contra fiat, edicit, pecuniam in bellum Turcarum, ex anni superioris decreto collectam asseruari, donec de suscipiendo bello deliberatum fuerit, & quibus in locis nondum collecta sit, conferri statim iubet & aggregari. Cameræ reformationem in proximum conuentum reiicit. Interea iurisdictionem illis permittit atque prorogat. Huius decreti caput illud, quod est de colloquio doctorum, pontificii recusant, nec in eo Cæsari volunt adsentiri: cætera non impugnant. 64)

§. LXVIII. Dimisso conuentu Wormatiensi d XIII. Decembris 1545. 65) sit initium Concilii Tridentini, quod a Paulo III. iam Kl. Iunii a. 1542. ad Kl Nouembris fuerat indictum 66) a. 1544. denuo denuntiatum, in idus Martias anni sequentis indictum. Mittebat Papa eo legatos suos Io. Mariam Montanum, Marcellum Ceruinum & Reginaldum Polum, qui XIII. Martii 1546. Tridentum veniebant, quos post decendium Cæsaris legati sequebantur. Nihilominus Initium Concilii ad d. XIII. Decembris differebatur, quo prima Sessio fuit facta. 67) Altera inde sessio fuit VII. Ianuarii a. 1546. 68) Caussa dilationis erat præcipua, ve interim Protestantes spe aliqua lactarentur, & belli adparatus tanto occultius possit fieri. Fortassis etiam arcana Cæsar consilia habebat, vt cum Euangelicis inita concordia, Maiestatem suam contra Pontificem & Gallum stabiliret. Titulus pla-

amicitia videbatur discedere, propter societatis Turcicæ famam. nam hoc prope significabant legati, cum familiarius ad socios loquerentur. CHYTRAEVS *lib. XV. p. 408.* Ipsum fœdus extat apud du MONT *Tom. IV. p. II. p. 274.*

59) CHYTRAEVS *c. l.* Extat confirmatio Ferdinandi apud du MONT *p. 270.* Diploma Caroli V. *p. 272.* Eiusdem Ratificatio a Carolo V. & Ferdinando I. facta d. 3. Iunii 1544.

60) SLEIDANVS *lib. XVI. p. 459.* BELCARIVS *lib. XXIV. p. 765.* SECKENDORF *lib. III. p. 521.* Extat Recessus Wormatiensis in Corpore *pag. 435.*

61) SLEIDANVS *pag. 467.* SECKENDORF *lib. III. p. 561.*

62) SLEIDANVS *p. 469.*

63) SLEIDANVS *lib. XVI. p. 459.* CHYTRAEVS *lib. XVI. p. 409.* THVANVS *lib. II. p. 44.* HORTENSIVS *lib. I. p. 451.*

64) SLEIDANVS p. 472. *indixerat hoc anno Cæsar Wormatiam Germaniæ Principum Comitia, Præsidè Romanorum Rege, sed nil fuit decretum, quamquam in summopere pro pace & auxiliis contra Turcam decernendis, frustra laborasset. Absentes principes Legatos miserant, qui magis rebus perturbandis quam sedandis studentes, aperte professi fuerant, Prius pes suos nec Concilii Tridentini, nec Senatus Imperii decretis sententiisque, nisi cum visum fuisset, staturos.* Extat in FREHERI Tomo tertio PAVLI ALCII Oratio in his Comitiis habita *de vita morumque emendatione serio facienda, & bello in Turcas faciendo.*

65) P. SVAVIS POLANVS *lib. II. p. 141.*

66) SLEIDANVS lib. XIV. p. 407. *interea pontifex calendis Iunii concilium indicit & quemadmodum non semel ind ctum ab se concilium postremo suspenderit ad idoneum vsque tempus, prolixe commemorat, itaque culpam omnem a se remouet: & licet nunc quoque sit anceps reipublica status noluisse tamen ait, diff rre longius. Indicit autem illud, Tridenti, ad calendas Nouembris, eoque venire iubet patriarchas, episcopos, Abbates & id genus alios, quibus iure vel priuilegio concilio interesse licet, ac sententiam diere permissum est. Cæsarem etiam & Galliæ regem inprimis hortatur, vt aut ipsi veniant, aut legatos mittant, & suis episcopis eo profectis mandent, Germanos autem episcopos ante omnes inuitat, ideo quod ipsorum causa potissimum & rogatu labor hic suscipiatur omnis.* De hac Bulla indictionis P. SVAVIS POLANVS *lib. I. p. 109.*

67) SLEIDANVS *lib. XVI. p. 455.* de Paullo III: *eodem quoque tempore, concilium, quod bellis ante hac impeditum fuit, rursus denunciat in idus Martias anni sequentis.* Extat Bulla indictionis concilii apud HORTLEDERVM *Tom. II. lib. I. c. XXXVIII.*

68) SLEIDANVS *lib. XVI. p. 486.* equidem dicit: *septima deinde Ianuarii die, huius anni, cum auctior esset episcoporum numerus, sit initium concilii.* Verum, ex Suaui Polano satis patet, hanc fuisse sessionem secundam CHYTRAEVS *lib. XVI. pag. 413.* 69) SVA-

placuit *Sanctum Oecumenicum Concilium legitime congregatum, ductu Spiritus Sancti præsidentibus Legatis pontificiis.* 69) Ibi ante omnia iubebantur de religionis articulis agere, licet id Cæsaris intentioni aduersaretur, qui de reformatione Cleri aut aliis capitibus tractari prius malebat, vt Protestantibus fucus fieret & occasiones interea maturesceret. 70) In octaua sessione a. 1547. d. XI. Mart. ob aëris intemperiem decernebatur, Concilium Bononiam esse transferendum. Licet potior ratio subfuisse videatur ex metu, eo quod insignis iste Protestantium Dux, Sebastianus Schertelius Tyrolensium finibus adpropinquaret. Hinc Itali episcopi Bononiam secedebant, manentibus cunctis, quos Cæsar miserat, a quo frustra Bononienses reuocantur, & contra translationem Bononiensem Protestatio exhibetur, 71) nec restitui concilium in locum potuit, antequam Paullus III. qui inceperat illud, desiisset viuere. 72)

§. LXIX. Anno 1546. cœpit spargi rumor, Cæsarem occulte moliri bellum. Ianuario igitur mense conuentus erat Protestantium Francofurti. Deliberatum ibi fuit de concilio Tridentino, de prorogando fœdere, de sumptibus belli Brunsuicensis, de non deferendo Hermanno Colonienſi, 73) qui ad castra Protestantiuni transierat, de solicitando Cæsare in Comitiis, vt pacem religioni det & Cameram recte constituat. 74) Landgrauius etiam de hoc rumore belli ad Granuellanum scribit, qui tamen ipsi respondet, nihil a Cæsare esse metuendum. 75) Interea colloquium Ratisbonense XXVII. Ianuarii incoatur. Collocutores a Cæsare missi venerunt Petrus Maluenda, Hispanus, Eberhardus Billichius Carmelita, Io. Hofmeisterus Augustinensis, Io. Cochlæus, Theologi. A Protestantibus venerunt Bucerus, Brentius, Georgius Maior, Erhardus Schnepsius. Præsides a Cæsare constituti, Mauricius Episcopus Eistetensis, & aliquot diebus post, Fridericus Comes Fürstenbergius, cui adiectus fuit Iulius Pflugkius. Interim vero Saxoniæ dux, qui conditiones colloquii non probarat, postquam de illis accepit, suos reuocat, atque sic colloquium effectu fuit destitutum. 76)

§. LXX. Circa ista tempora, in Colonienſi Archiepiscopatu Reformationem tentabat Hermannus Elector, ex familia Comitum de Neuwied, Princeps pius erat sed parum doctus. Hic primum a. 1539. Philippum Melanchthonem Francofurto accersebat, vt cum ipso de Reformatione ageret Ecclesiastica in terris Colonienſibus. A. 1541. Martinum Bucerum Argentorato Bonnam vocabat, qui etiam ibidem in publico concionabatur, atque ab Saxoniæ Electore Melanchthonem denuo expetebat. Horum igitur consilio, librum singularem de dogmatibus & cæremoniis Ecclesiæ confici curabat, quem deinde Scatibus suis in Comitiis Prouincialibus proponebat. Animus Electori plane non erat, vt Episcopatum seculo addiceret, illud saltim agebat, vt, relicto statu Ecclesiastico, normam præberet Archiepiscopatus in doctrina & moribus reformati. Adplaudebant ipsi Comites, Ordo Equestris, & plerique Ciuitates, sola Colonia excepta & Canonicorum plerisque. Hi etiam ad Papam adpellabant, qui Electorem a. 1546. banno notabat. Licet autem Protestantes omne ipsi promitterent auxilium, Princeps pius tamen atque pacatus bello implicari nolebat, ideoque ipse se abdicabat, vt ideo tentata Reformatio effectum minime sortiretur. 77)

§. LXXI. Du-

69) SVAVIS POLANVS *lib. II. p. 151.*

70) Consultationes desuper habitas videmus apud SVAVEM POLANVM *lib. II. p. 155.*

71) Extat diploma reuocationis de dato Augustæ Vindelicorum XXII. Augusti 1548. vna cum Protestatione apud GOLDASTVM *Const. Tomo vno pag. 561.*

72) SLEIDANVS lib. XIX. p. 575. *& sub hoc tempus, qui Tridenti erant patres, Bononiam cunt, neque post illum consessum, in quo de sacramentis egerunt, vlla fecerunt decreta. Discedendi causa ferebatur, quod aër huius loci minus esset salubris, ita dicente Hieronymo Fracastorio Veronensi, qui patrum concilii medicus erat, & a pontifice mensruos habebat aureos ad sexaginta. tulit hoc indignissime Cæsar, & sine dubio episcopis atque Theologis mandat, ne pedem illinc moverent, ita que concilii pars Tridenti, pars altera Bononiæ fuit.* THVANVS *lib. IV. p. 219. & lib. V. ineunte.* Edictum Cæsaris extat apud GOLDASTVM *Tom. vno p. 563.* quod sequitur *Caroli V. Protestatio contra Concilibulum Bononiense a Paullo III. Papa congregatum. Facta Romæ per Ioannem Mendozam, Legatum Cæsareum anno Domini MDXLVIII.* Sic etiam SVAVIS POLANVS lib. III. p. 322. *Cæsar ex his omnibus in animum suum credere induxit, quamdiu Papa superstes foret, Concilium Tridentinum non rediturum, aut certe rem in longum iri extractum.* Faciunt huc *Maximes Politiques du Pape Paul III. touchant ses demêlez avec l' Empereur Charles-Quint au sujet du Concile de Trente, tirés des lettres anecdotes de* Don HVRTADO de MENDOZA, *son Ambassadeur à Rome, par Mr.* AYMON, *à la Haye 1716. 12.* In his litteris vitam & geta Pauli III. Papæ videmus descripta, & qua ratione morbo Gallico fuerit defunctus. Consultatio Phil. Melanchthonis super hoc Concilio extat apud HORTLEDERVM *lib. I. c. XLIII.* LVNIG *Staats-Consilia Tom. I. pag. 33.* Alii apud HORTLEDER *c. XLIV. XLVII.*

73) De hac Hermanni reformatione SLEIDANVS *lib. XV. pag. 426.* SECKENDORF *lib. III. p. 432. 614.*

74) SLEIDANVS *lib. XVI. pag. 478.* CHYTRAEVS *lib. XVI. p. 415.* THVANVS *lib. II. p. 46.* SECKENDORF *lib. III. p. 612.*

75) SLEIDANVS *p. 479.*

76) SLEIDANVS *pag. 481.* SECKENDORF *lib. III. p. 567. 619.* De hoc Colloquio vide GEORGII MAIORIS & MARTINI BVCERI *Bericht* apud HORTLEDERVM *lib. I. c. XL. XLI.*

77) SLEIDANVS *lib. XVII. & XVIII.* PET. MERSAEVS *Catal. Elect. Eccles. p. 134.* SECKENDORF *Hist. Lutheranismi lib. III. §. CVII. CVIII.*

§. LXXI. Durante Concilio Tridentino, Lutherus ad Comites Mansfeldios proficiſcitur, vocatus ab iis componendi cauſſa diſſidii, quod inter ipſos erat de finibus & hæreditate. Non ſolebat ille quidem eiusmodi negocia tractare, & per omnem vitam ſuis tantum ſtudiis vacauerat: ſed quia natus erat Islebii, quod eſt Mansfeldiorum ditionis oppidum, non potuit hunc laborem & operam illis atque patriæ non præſtare. Venit eo, conſentiente Electore, anno 1545. cum Iuſto Iona & Melanchthone, ſed nihil eo tempore profecit, manente & ingraueſcente diſcordia. 78) Iterum extremo Ianuarii 1546. rogatu Comitum, & Electoris venia, cum ſolo Iuſto Iona, Halenſi antiſtite eodem profectus, inſigniteque exceptus, obuiam ipſi venientibus Comitibus ipſis, cum ſociis centum triginta. 79) Priusquam Islebiam perueniret, valetudine ex animi mœrore, ob Zwingliana certamina & mollia Melanchthonis & aliorum de hac lite iudicia contracto, 80) vrebatur tenuiori, ſed tamen & cauſſam agebat, propter quam erat vocatus, & aliquoties in templo docebat, percepta quoque cœna Domini. Decimo ſeptimo vero Februarii die cœpit ægrotare grauius ex pectore, & quanquam erat imbecillior, prandit tamen cum reliquis atque cœnauit. Inter cœnandum, variis de rebus locutus, hoc etiam inter alia rogabat, num in illa ſempiterna vita ſimus alter alterum recognituri. 81) Vrgente vi morbi, poſt mediam noctem excitatus, queritur de pectoris anguſtia, & præſentiens iam inſtare vitæ finem, poſt pia ſuſpiria, 82) ſpiritum ſuum in manus Dei ſemel & iterum commendat, tanquam dormiturus, paulatim e vita decedit, nullo cum corporis, qui quidem animaduerti poſſet, cruciatu. Sic ergo mortuus eſt in patria ſua, quam a multis annis non viderat, Februarii die XVIII. 83) maximo cum gemitu plurimorum. Mansfeldii quidem cupiebat illum ſuis in finibus, quod illinc originem haberet, ſepeliri, ſed iuſſu principis Electoris, Wittembergam cum honore delatus, quinto poſt die reconditur. 84)

§ LXXII. Dum itaque Cæſar a. 1546. Ratisbonam Comitia indixiſſet, ad Kl. Aprilis legati Proteſtantium Wormatiæ conueniunt, de ſumma rei conſulturi: quia vero benigne Cæſar Lantgrauium ab ſe dimiſerat, illi acceptis ab eodem litteris, qui rem actam interea cum Saxone communicauerat, Aprilis die XXIII. diſcedunt, vt Ratisbonæ, quo proficiſcendum erat alioquin ad Comitia, de his ipſis rebus deliberent. 85) Cæſar, vbi Ratisbonam venit, 86) & e præſidum colloquii ſermone cognouit de re tota, moleſtiſſime

78) SECKENDORF *lib. III. p. 634.*
79) SECKENDORF *lib. III. p. 635.*
80) SECKENDORF *lib. III. p. 580.*
81) SLEIDANVS *lib. XVI. pag. 488.* BELCARIVS *lib. XXIV. p. 770.*
82) SLEIDANVS lib. XVI. p. 488. *ſed vrgente vi morbi, poſt mediam noctem excitatus, queritur de pectoris angustia, & præſentiens iam inſtare vitæ finem, his animo verbis Deum implorat: pater mi cœleſtis, Deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, Deus omnis conſolationis, ago tibi gratias, quod filium tuum Ieſum Chriſtum mihi reuelaſti, cui credidi, quem fum profeſſus, quem amaui, quem celebraui, quem pontifex Romanus & reliqua impiorum turba perſequitur & afficit contumelia: rogo te mi domine Ieſu Chriſte, ſuſcipe animulam meam: mi pater cœleſtis, etiamſi dinellor ex hac vita, licet corpus hoc mihi ſit iam deponendum, certo tamen ſcio me tecum eſſe permanſuram in ſempiternum, neque poſſe me tuis ex manibus a quoquam diuelli.* THVANVS *lib. II. p. 43.* Eadem dicit BELCARIVS *lib. XXIV. p. 773.* qui præter reliquas, quas in Lutherum euomit calumnias, hanc etiam vocat orationem phariſaicam. Variis Catholicorum calumniis de morte Lutheri obuiam iuit CYPRIANI *Hilariis Euangelicis p. I. cap. XV.*
83) Lutherum d. 18. Februarii fuiſſe defunctum nullum eſt dubium, de eo tamen, an hic dies Concordiæ fuerit dicatus. Aſſerit illud IVNCKERVS *Vita Lutheri p. 302.* GEORGIVS MAIOR *in Commonefactione Hiſtorica, Wittebergæ 1567. 8. edita lit. A. B. cum Luthero enim extinctō die Concordiæ ſimul expirauit & inter homines eſſe deſiit Concordia.* Dubitauit tamen de eo KORTHOLT *Miſcellaneis Academicis*, §. *XVIII* & ex eo FECHT diſputatione *de Luthero Martyre p. 29.* BVRGERVS *in Hiſtor. Nachricht von Lutheri Münch Stand und Kloſterleben p. 89.* eo quod Concordiæ dies 13. Auguſti incidat. Idem magis adhuc docuit TENTZELIVS *Curieuſen Bibliothec an. 1706. p. 241.* & potiſſimum CYPRIANI *Hilariis Euangelicis p. I. c. CXV. p. 943. ſqq.*

84) Extat IVSTI IONAE, qui præſens erat, relatio ad Io. Fridericum Electorem de obitu Lutheri, apud SECKENDORF *lib. III. p. 636.* THVANVS *lib. II. p. 47.* CHYTRAEVS *lib. XVI. pag. 413.* Ex Pontificiis habemus IO. COCHLARI inſulſas fabulas de *Actis & ſcriptis Lutheri*, CASPARIS VLENBERGERI *hiſtoriam de vita, moribus, geſtis & morte Lutheri, Melanchthonis & Flacii.* Ex noſtris habemus MATTHAEVM DRESSERVM, THOMAM FORSTMANN IO. SCHARFIVM, IO. MATTHESIVM, IO. CONR. DANHAVERVM *in Memoria Thaumaſiandri Lutheri.* Huc etiam facit CHRISTIANI IVNCKERI *Vita Martini Lutheri nummis atque Iconibus illuſtrata.* MARTINI CHRISTIANI GRINSII *Lutheri Volſtändiges Leben* per Annales. CASPAR ROTH *Gloria Lutheri.* IO. MICH. KOCH *Chriſtliches Ehren-Gedächtnis Lutheri, Iſenaci 1714. 4.* continens præter IVSTI IONAE concionem funebrem & MELANCHTHONIS parentationem, vitam Lutheri. *Auserleſene Anmerckungen Tom. II. obſ. XII. §. XV.* Ipſe CALVINVS Lutheri mortem luget, dum Comment. in Eſaiam c. LVII. v. 1. ſcribit: *noſtris temporibus inſigne exemplum eſt editum in morte Lutheri, qui paulo ante ſubduciis eſt ex mundo, quam Germaniæ accideret grauius illa cladeſ, quam multis annis prædixerat &c. Hoc poteſſimum referendum duxi, quod cum recens ſit, tum vero quod in tam inſigni præcone Euangelii & Prophetæ Dei magis conſpicuum eſſe debeat. Notitiam literariam ſcriptorum omnis generis de D. D. Luthero* nobis exhibuit inſignis iſte noſtræ ætatis Litterator IO. ALBERTVS FABRICIVS, ſub titulis CC. digeſtam.
85) SLEIDANVS *lib. XVII. p. 494.* SECKENDORF *lib. III. p. 619.* Extat Receſſus in Corpore *pag. 441.*
86) Iter Cæſaris e Belgio ſigillatim deſcripſit NICOLAVS AMERANVS, quod reperitur in CHYTRAEI *Saxonia p. 957.* & apud HORTLEDERVM *Tom. II. lib. III. c. I.* per IO. WILH. NEVMAEYERVM in vernaculum ſermonem translatum.
87) SLEI-

fine tulit Theologorum abitionem, & dimissis in Germaniam litteris, admodum de eo queritur, & principes, vt ipsi veniant, grauissimis verbis hortatur. Agebatur in iisdem Comitiis de religionis dissidio componendo, bello Turcis inferendo, & iudicio Cameræ restituendo, cum per intercessionem Galliæ regis vnius anni pactæ induciæ ad finem Octobris exeant. Solebant ante Electores communicare consilia: sed hoc tempore Moguntini & Treuirenses legati secessionem faciebant a Colonienſibus, Palatinis, Saxonicis, Brandenburgicis, & ad pontificios transeunt, &, re deliberata, Concilium Tridentinum adprobant, Cæsarem, vt illud tueatur, idemque protestantibus persuadeat, hortantur, quo nimirum & eo veniant, & synodi decretis atque cognitioni se submittant. Protestantes vero Cæsarem orant, vt firmam pacem & æquabile ius constituat, vt religionem legitimo Germaniæ concilio vel Imperii conuentui, vel colloquio doctorum, certis legibus instituendo permittat: Tridentinum etiam hoc concilium non illud esse, quod in Imperii conuentibus decretum sit atque promissum, demonstrant. 87) Dum his de rebus deliberatur, fama spargitur, a Cæsare, Ferdinando & pontifice maximos fieri bellicos apparatus. Nam quia pacem Galliæ rex cum Cæsare colebat, & inducias in hunc annum Turca largitus erat, idoneum hoc videbatur esse rei gerendæ tempus. Episcopi quidam & sacrificus Cæsaris magnum inter alios huc attulisse momentum dicuntur, a pontifice nimium subornati. 88) Cum ergo belligerari Cæsar omnino constituisset, nona die Iunii Tridentinum Cardinalem celerrimo cursu Romam mittit cum mandatis, ad pontificem, auxilia promissa conquirendi caussa. Biduo post, centuriones omnes, tribunos atque duces cum pecunia dimittit, vt e vestigio delectus habeant. Cum igitur ipsa res declararet, non esse vanum rumorem, cum iam non in Germania tantum, sed per Italiam quoque manus cogerentur, Hispanorum etiam aduentarent copiæ, Iunii die XVI. Cæsarem adeunt, & quia plena sint omnia motibus bellicis, num ipsius hæc fiant imperio scisitantur, & quorsum iste pertineat apparatus. Aderant eis Colonienſis ac Palatini legati. Cæsar per Nauium respondet, se pacis semper fuisse studiosum: nunc etiam eiusdem se voluntatis esse, nec aliud habere sibi propositum, quam vt concilientur Ordines, & pax atque ius per Imperium valeant: in eo qui sibi paruerint, eos omnem ab se beneuolentiam expectare iubet, qui secus faciant, in hos pro iure & authoritate sua sibi agendum esse dicit. 89) Cæsar autem XIX. Iunii a. 1546. fœdus secretum facit cum Mauritio Saxone, qui vt fœderi Smalcaldico accederet, perſuaderi non poterat, 90) de mutuis auxiliis, 91) facta ipsi spe dignitatis septemuiralis. 92) Protestantium legati, cum ad vim

87) SLEIDANVS *lib. XVII. p. 506.* SECKENDORF *lib. III. p. 662.* HEVTERVS *lib. XII. c. VI.* CHYTRAEVS *lib. XVI. p. 415.* THVANVS *lib. II. pag. 45.*

88) THVANVS lib. II. p. 45. *quanquam multis persuasum sint, Cæsarem initio ad arma Turcica propensum, vnde plus gloriæ minus damni & inuidiæ reportare potuisse, dein a Pontifice, cum quo Genuæ, Niceæ, Lucæ, ac postremo Buxeti familiare colloquium habuerat, inductum sententiam mutasse, & arma contra Turcam parata in Germanos vertisse, pessimo, sed solenni & vsitato Pontificibus R. sicuti Protestantes iactabant, consilio, qui eos, inter Christianos, qui ipsorum nimium potentiam in dubium vocant, capitalium odio, quam ipsos Christiani nominis hostes semper prosequi sunt. igitur Cæsar sine Pontificis consilio, qui magna auxilia pollicebatur, sine ambitione, aut etiam necessitate ob eas quas diximus caussas adductus, excunte anno Gerardum Veltuium hominem doctum & linguarum apprime peritum Constantinopolim misit, vt de inducis cum Turca Ferdinandi nomine ageret.* HARAEVS *ad a. 1546.*

89) SLEIDANVS *p. 506.* THVANVS *lib. II. p. 46. 48.* CHYTRAEVS *lib. XVI. p. 413.* ARNOLDVS *Vita Mauritii pag. 1176.* HORTLEDER *Tom. II. lib. I. c. IV. Hiſtorien der Religions-Beſchwerden lib. I. c. II. §. XI.*

90) ARNOLD Vita Mauritii p. 1170. *Itaque cum cæteri Principes fœdus illud Schmalcaldicum (a loco sic appellatum) contraxissent, eique & Lantgrauius socer, & Iohannes Fridericius Electus & patruus interessent, nunquam ipse adduci potuit vt se illis adiungeret, quod fœdus in Cæsaris odium potissimum contractum sciebat. Principes enim, quod ob religionis professionem Cæsari inuisi essent, eiusque potentiam & animum in religionem inimicum timerent fœdus hoc percussserant, vt si quando opus esset, defendendi sui potestatem maiorem etiam haberent. Causam hanc quamuis Mauritius non improbaret, quod eandem, quum illi religionem profiteretur, fœderi tamen illi (vt antea dixi) includi se noluit.*

91) SLEIDANVS *p. 511.* saltim ait: *Mauricius, qui vigesimo quinto die Maii Ratisbonam venerat, Iunii die vigesimo discedit, vbi Cæsar priuatim cum eo diu multumque sermocinatus fuit, eius vero quæ fuerit summa colloquii, res ipsi post declarabit.* HEVTERVS vero *lib. XII. c. VI.* foederis capita describit addens: *hæc ex authographo descripsi.* THVANVS *lib. II. p. 67.* HARAEVS *ad a. 1546.*

92) THVANVS lib. II. p. 87. *Mauritius dissimulandi mirus artifex, cum profundam ambitionem comitatæ vultus & rara humanitate tegeret, in Cæsaris familiaritatem propter morum similitudinem facile deuenerat; a quo Ratisbonæ nuper sub exitum Maii in priuatum colloquium admissus, & prolixa beneuolentiæ significatione dimissus est, facta spe, vti creditur, septemuiralis dignitatis, ac reliquorum Io. Friderici honorum, quæ prosperiturus esset & ipse attributurus, si comes expeditionis esse vellet. Inde vbi domum reuertit, subiicquente mox Ferdinando rege, Pragam ad illum, vt de belligerandi ratione simul statuerent, profectus est. Et sane id minime latuisse Mauritium plerisque merito persuasum est hunc colorem ambitioni & callidæ alioui inuadendi cupiditati falso pretexentem, quam summa perfidia in agnatos & necessarios exercuerit.* PONTANVS *Historia Gelria lib. XIII. p. 850. Accedebat ambitio Mauritii, atque adeo occulta in Io. Fridericum odia, quæ Cæsar arte & calliditate in suam vtilitatem vertit.* ARNOLDVS Vita Mauritii p. 1180. *Cæsar etiam per literas Mauritium, vt idem faceret, instigabat, amplissimis propositis conditionibus, quibus ei omnes ditiones Iohannis Friderici & eligendi Imperatoris dignitatem pollicebatur.*

ad vim & arma ſpectarent omnia, neque ſine periculo de rebus neceſſariis vel deliberare poſſent, vel ad ſuos etiam perſcribere, diſcedunt alii poſt alios, domumque redeunt. 93)

§. LXXIII. Smalcaldici itaque fœderis Proteſtantes, poſtquam iam a. 1536. Francofurti inter ſe conuenijſſent, quantum quisque pro rata præſtare deberet, decreto contra Cæſarem bello, Duces nominant Ioannem Fridericum, Saxoniæ Ducem, Septemuirum, ac Philippum, Haſſiæ Landgrauium: Hi etiam ratione Directorii bellici atque expeditionum militarium, poſtquam d. 4. Iulii 1540. inter ſe conuenijſſent, Cæteri omnes, his parentes, vt dudum conuenerant, copias peeuniamque expediunt. 94) Superioris etiam Germaniæ Ciuitates & Dux Würtenbergicus, audito Cæſaris reſponſo, quod per Nauium dedit, omnem fidem opemque polliciti, quantas omnino poſſunt, peditum copias conſcribunt & primi fuerunt in armis. 95) Smalcaldicorum legati Vlmæ congregantur, vt in commune conſulant atque in hoc conuentu decretæ ad Cæſarem litteræ, quibus Cæſarem de præſtito iuramento, atque vt a bello deſiſtat, monent. 96) Legatos etiam ad Heluetorum conuentum mittunt Badenam. 97) Et licet Palatinus Proteſtantes cum Cæſare vellet conciliare, fruſtra tamen hoc fuit. 98) Cæſar potius factis cum Turcis induciis, concitante potiſſimum Cæſaris ſacrificio 99) concluſo etiam XVI. Iulii cum Pontifice fœdere, 100) qui d. 4. Iulii 1546. illis, qui bello contra Proteſtantes ſe addicerent, bullas Indulgentiarum concedebat, 1) conductis vndique copiis, quam poſſet occultiſſime, Smalcaldicos adoriri cogitabat, 2) verum præſto erant Proteſtantes, & propoſito die Iouis poſt Margaretham 15. Iulii publico ſcripto, quo belli cauſſam exponunt, atque ſe ab inculpationibus, quaſi Cæſari fuerint inobedientes, liberant. 3)

Inde

93) SLEIDANVS *lib. XII. p. 312.* CHYTRAEVS *lib. XVI. pag. 413.* THVANVS *lib. II.* HEVTERVS *lib. XII. c. VI.* Acta horum Comitiorum deſcribuntur apud HORTLEDERVM *Tom. II. lib. III. cap. II.*

94) HEVTERVS *lib. XII. c. VII.* qua ratione Io. Fridericus Electror & Philippus, Haſſiæ Landgrauius inuicem Ichtershuſæ conuenerint, patet ex ipſorum Receſſu IV. Iulii 1546. apud HORTLEDERVM *Tom. II. lib. III. c. VI.* LVNIGIVM *p. ſpec. fid. IV. p. 266.* du MONT *Tom. IV. p. II. pag. 309.* Inſtitiam huius belli ſingulari diſcurſu expoſuit FRIDERICVS HORTLEDER apud GOLDASTVM *Polit. Imp. p. XXXI. p. 1370.*

95) SLEIDANVS lib. XVII. p. 512. *Exercitus autem erat bipartitus: vnum agmen erat Vlrichi principis, ad viginti quatuor ſigna peditum, & in his ex nobilitate complures: alterum erat a ciuitatibus conductum. Ili cum Vlmæ conuenijſſent omnes, Iunii die XXI. Gunſpergam petunt, & altera luce producti, diſpartiti conſiſtunt. duces erant Ioannes Hedecus, Schertelinus, Balthaſar Gultlingus, Sebaſtianus Beſſerus, Matthæus Langemantelus, Ioannes Hardcrus, Iudocus Roſchergius. Ili ciuitatum copias primum, certis conditionibus, per iusiurandum vt fieri ſolet, aſtringunt, & vt Schertelino pareant, ac dicto ſint audientes mandant, donec principes ipſi, fœderis duces venerint. Poſt ad Wirtembergicos digreſſi, cum idem egiſſent, Hedecium illis eadem ratione ductum conſtituunt.* HEVTERVS *c. l.* Numerum copiarum Proteſtantium computat HARAEVS *ad a. 1546. pag. 639.* dicens: *moxque Proteſtantes copias pecuniamque expediunt, Ioannes Fridericus Saxo Septemuir peditum quadraginta nouem ſigna, equitum turmas octodecim, Heſſus quadraginta octo vexilla peditum, equitumque turmas duodecim, aliique quisque pro facultatum ratione ita vt eorum copiæ, habito delectu, ſupra centum peditum ac quindecim equitum millia conſerentur.*

96) SLEIDANVS *lib. XVII. p. 513. 518.* THVANVS *lib. II. p. 49.*

97) SLEIDANVS lib. XVII. p. 516. *Proteſtantium ſuperioris Germaniæ legati, quinta die Iulii Badenam Vlmæ veniunt ad conuentus Heluetiorum, & expoſitis mandatis, in menſem Auguſtum reiiciuntur: poſtulata erant, ne militi externo dent iter per ſuos fines, & vt ſuos militare ipſis permittant; ſi res ita poſtulet.* THVANVS *lib. II. p. 55.*

98) SLEIDANVS *lib. XVII. p. 516.* THVANVS *lib. II. p. 52.*

99) SLEIDANVS lib. XVII. p. 505. *Num quia pacem Gallia rex cum Cæſare colebat, & indoleat in hunc annum Turca largitus erat, idoneum hoc tribebatur eſſe rei gerendæ tempus, Epiſcopi quidam & ſacrificus Cæſaris magnum inter alios huc attuliſſe momentum dicuntur, a pontifice nimirum ſubornati.* THVANVS lib. II. p. 45. *quanquam militi perſuaſum fuit, Cæſarem initio ad armata Turcica proſpexiſſe, vnde plus gloriæ minus damni & inuidiæ reportare potuiſſet, dein a Pontifice, cum quo Gelria, Nucæ, Lucæ, ac poſtremo Ruxeti familiare colloquium habuerat, indultum ſomentiam mutuaſſe, & arma contra Turcam parata in Germanos vertiſſe, peſſimo, ſed ſolemni & vſitato Pontificibus R. ſicuti Proteſtantes iactabant, conſilio, qui eos inter Chriſtianos, qui ipſorum nimiam potentiam in dubium vocant, capitaliori odio, quam ipſos Chriſtiani nominis hoſtes ſemper proſecuti ſunt. igitur Cæſar ſine Pontificis conſilio, qui magna auxilia pollicebatur, ſine ambitione, aut etiam neceſſitate ob eas, quas diximus cauſſas adductus, exeunte anno Gerardum Veltuicum hominem doctum & linguarum apprime peritum Conſtantinopolim miſit, vt de induciis cum Turca Ferdinandi nomine ageret.*

100) SLEIDANVS *lib. XVII. p. 514.* Extat Fœdus illud apud HORTLEDERVM *Tom. II. lib. III. c. III.* GOLDASTVM *Reichshandlungen pag. 139.* *Reichshandeln p. VI. pag. 502.* du MONT *Tom. IV. p. II. p. 308.* BELCARIVS *lib. XXIV. p. 773.*

1) Extat iſta apud du MONT *Tom. IV. p. II. pag. 310.*

2) SLEIDANVS *lib. XVII. p. 524.* Facit huc NICOLAI MAMERANI *Catalogus omnium Generalium, Trikunorum, Ducum, Primorumque totius Exercitus Caroli V. Imp. Aug. & Ferdinandi Regis Roman. ſuper rebellis & inobedientes Germ. quozdam Principes ac Ciuitates conſcripti, Coloniæ 1550. 8.* Inſertæ ſunt relationes de ipſo hoc bello, de expeditione Mauritii in Saxoniam, Io. Friderici Electoris obſidione Lipſienſi.

3) SLEIDANVS lib. XVII. p. 519. *cum Saxo & Langrauius ad Cæſarem priuatim ita ſcripſiſſent, vti diximus, publicum etiam ſcriptum edunt iisdibus Iulii, quo demonſtrant, religionis cauſa bellum hoc ſuſcipi, & hoc eſſe conſilii Cæſaris, vt obdulta ſpecie quadam rebellionis, & tanquam in paucos aliquot vindicare velit, ſocios fœderis diuellat, alios ab aliis, & tanto facilius paulatim poſt omnes cuertat.* Exiat hoc ſcriptum apud HORTLEDERVM *Tom. II. lib. III. c. XI.* ſub titulo: *Der Durchlauchtigſt und Durchlauchtigen Hochgebohrnen Fürſten und Herrn, Herrn Iohann*

Inde ad XVI. Iulii diem Landgrauius ſuas copias in hoſtem educebat. 4) Primus impetus a ſuperioribus Germanis, qui iam expediti erant, factus eſt, in hoſtem ex Vindelicis, qui Pontificis copias vt præuerterent, Schertelino Duce, Fieſſam, Auguſtanæ ditionis ad Lechum, oppidum occupant. Inde in Tirolenſem agrum irrumpunt, Schertelinus Erebergam arcem capit, Oenipontem etiam capturus, ni Ferdinandi copiæ, omnem viam, aditusque occupaſſent: Poſt, Hedecco duce, Dillingam capiunt & Donawertham. 5) Interim Io. Fridericus Saxo & Landgrauius cum ſuis copiis procedunt, & per Franconiam profecti, cum Wirciburgenſis epiſcopus ipſis idonee de non impediendo commeatu cauiſſet, ad ſocios contendunt. 6) Erat id temporis Ratisbonæ Cæſar, & præter Hiſpanos ad millia tria, peditum Germanorum millia circiter quinque, & ad ſeptingentos equites, nullæ ad ipſum copiæ tunc conuenerant, reliquos Hiſpanos ex Pannoniis expectans. 7) Nihilominus Saxonem atque Landgrauium d. XX. Iulii publicis litteris proſcribebat. 8) Proſcriptionis etiam litteras ad Mauritium Saxonem mittit, & grauiſſimis verbis mandat, vt ipſi in occupandis illorum prouinciis adſit totis viribus, immo, vt ipſe quam primum occupet omnia, & ſui iuris tuendi cauſa detineat: nam alioquin fore, vt occupantis omnia fiant. 9) Contra hanc banni ſententiam ſcriptum publicabant Smalcaldici, quo ſe ab omnibus imputationibus purgabant. 10)

§. LXXIV. Dum igitur Proteſtantes cum omnibus copiis iam ad Danubium eſſent, 11) Cæſar, qui nondum erat inſtructus, Auguſti menſis initio, relicta Ratisbona cum præſidio, Landshutum petit, Bauariæ ducis oppidum, ad Iſarum flumen, & pro mœnibus caſtra ponit. 12) Saxo, Landgrauius atque ſocii, ex caſtris ad Petues in Palatinatu Superiori Auguſti die vndecima, quo ſint in ipſum animo, iuxta belli morem atque legem denunciant. Hanc epiſtolam per adoleſcentem quendam nobilem atque tubicinem, ad Cæſarem mittunt, in caſtra prope Landishutum: ille autem non modo non accipit, verum etiam iubet, capitis denunciata pœna, vt eam ſuis referant, hoc inſuper addit, ſi quis in poſterum ab illis ad ſe veniat, fore, vt loco muneris atque torquis aurei, laqueum ab ſe ferat: deinde proſcriptionis formulam illis tradit, & grauiſſimis verbis mandat, vt ſuis eam reddant. 13) Poſtea, quo ſit eundum, deliberabatur: erant, qui Landshutum dicerent, vbi Cæſar erat; cum autem periti regionis docerent, intereſſe paludes, ita quidem,

Iohans Fridrichs Hertzogen zu Sachſſen, des heiligen Rœmiſchen Reichs Ertzmarſchalh und Churfürſten, und Herrn Philippſen Landgraven zu Heſſen warhafftiger Bericht und Summari ausführung, warumb innen zu unſchulden auffgelegt wird, das ſie Rœmiſcher Key. May. ungehorſame Fürſten ſein ſolten. Adde CHRISTIAN ALEMANNS *Bedencken ob der Krieg, ſo anno 1546. und 47. in Sachſen und Meiſſen gefuhret worden, vor einen Krieg wieder die Evangeliſch Lutheriſche Religion zu halten.* Sic etiam apud eundem *Tom. II. lib. I. c. II. & III.* & LVNIG *Staats-Conſiliis Tom. I. n. XXXV. ſqq.* reperiuntur variæ conſultationes ſuper eo, an pro defendenda religione arma capere liceat.

4) SLEIDANVS *lib. XVII. p. 524.*

5) SLEIDANVS *c. l.* HEVTERVS lib. XII. c. VII. *interea apud Belgas Maximilianus Egmondius, Buræ Comes, iuſſa peditum equitumque conſcripta manu, Cæſaris exſpectabat mandatum. Sed ſegnma Haſſi diligentia effecit, vt ſerius vocaretur. Coadunatis enim, vt diximus, ſuis ſociorumque copiis, XV. Kal. Auguſti in Cæſarem ducit. Scartleusin alteram partem miſſus, cum ſuis Wirtenbergiique copiis Fieſſam aut Fuſſenem Antiſtitis Auguſtani Oppidum, Arcemque Erebergam ditionis Rom. Regis, cum Oppido Cluſa, in anguſto Alpium tranſitu ſita, occupat, impediturus, ne Hiſpanorum Italorumque copia ex Italia ad Cæſarem proficiſcerentur.* HEVTERVS *lib. XII. c. VIII.* THVANVS *lib. II. p. 54.* HARAEVS *pag. 639.*

6) SLEIDANVS *lib. XVII. p. 525.* THVANVS *lib. II. pag. 55.* NICOLAVS etiam MAMERANVS edidit *Catalogum expeditionis rebellium Principum ac Ciuitatum Germaniæ ſub duobus potiſſimum generalibus præfatis contra Carolum V. conſcriptæ & produtæ a. 1546.*

7) SLEIDANVS *cit. loc.* HARAEVS *pag. 640.* HEVTERVS *c. l.* Extant apud HORTLEDERVM *Tom. II. lib. III. c. XIII. & ſqq.* Relationes, ſtatum aulæ & exercitus Cæſarei atque Fœderatorum demonſtrantes, vna cum diuerſis conſultationibus, qua ratione bellum ſit gerendum.

8) SLEIDANVS *lib. XVII. pag. 525.* HEVTERVS *lib. XII. cap. VIII.* THVANVS *lib. II. pag. 56.* BELCARIVS lib. XXIV. pag. 773. de Imperatore: *quanquam viribus longe inferior, tamen decimo tertio Kal. Aug. Saxonem, & Lantgrauium proſcribit: ea autem proſcriptionis lex eſt, vt proſcriptorum bona omnia, poſſeſſionesque publicentur, ac primo occupanti addicantur. Cauſas proſcriptionis rebellionem obtendit, quod eius edictis parere ſæpius, immo ferè ſemper recuſarint: quod externos Reges aduerſus ipſum incitarint (Franciſcum Galliæ atque Henricum Angliæ Reges intelligebat) & quod prorſus impium eſſ, Solymanum clam in Hungariam euocarint: quamobrem læſæ Maieſtatis merito conuincuntur. Triduo poſt Gerardum Valduicum, vt inducias cum Solymano paſciſcatur, Ratisbona Conſtantinopolim remittit.* Extant proſcriptionis tabulæ apud HORTLEDERVM *Tom. II. lib. III. cap. XVI.* du MONT *Tom. IV. p. II. p. 314.* Qua ratione contra hanc proſcriptionem Theologi Wittebergenſes varia ediderint, & præcipue GEORGIVS MAIOR *Ewiger Gottlicher allmechtiger Maieſtet Declaration wieder Keyſer Carln, Kœnig in Spanien*, docet Hiſtoria arcana *in Auserleſenen Anmerckungen tom. II. obſ. XII. §. XVIII.*

9) SLEIDANVS *lib. XVII. p. 529.*

10) Extat apud HORTLEDERVM *Tom. II. lib. III. c. XIX.*

11) Extat deſignatio copiarum Proteſtantium apud HORTLEDERVM *Tom. II. lib. III. c. XXIV.* THVANVM *lib. II. p. 55.*

12) SLEIDANVS *lib. XVII. p. 531.*

13) SLEIDANVS *lib. XVII. p. 531.* HEVTERVS lib. XII. c. IX. *vndecimo Auguſti Proteſtantium Duces, e caſtris Donawerdicis miſſi ad Cæſarem literis, qui ad Landshutum in Bauaria caſtra metatus erat, bellum ei, recitatis aſperè cauſis, indicunt. Cæſar, recitatis litteris, ne legere legique volens, ne quis in poſterum a rebellibus cum literis ad ſe veniat, niſi gulam laqueo frangi cupiat, ſeuere iubet, tradens adoleſcenti ac tubicini, qui literas attulerant, proſcriptionis tabulas rebellibus Principibus perferendas.*

dictum

dem, vt anguſtis admodum viis, per vnum & alterum ſubinde milliare ſingulis eundum eſſet equitibus, mutato conſilio, Ratisbonam ire ſtatuunt, vbi Cæſar & præſidium reliquiſſet & tormenta: nam & caſtris ibi deligi locum idoneum, & ſi Cæſar obſeſſis opem ferat, de ſumma rei poſſe cum eo dimicari. 14) Cæſar interea Pontificis copiis, quas Octauius Farneſius ducebat, & quidem peditum erant millia decem, equitum leuis armaturæ, quingenti, 15) firmatus, ad Ingolſtadium caſtra locat. 16) Vbi iam eo loco Smalcaldicorum exercitus omnis conueniſſet, cœptum eſt omnibus tormentis in caſtra Cæſaris ſulminari, & vehementiſſime quidem: Cenſebantur eſſe in armis pro Proteſtantibus 80. millia peditum, & equitum decem millia, cum 130. tormentis bellicis, quibus Cæſarem e Germania commode potuiſſent arcere; ſed aliquot dierum mora ferias fecit exercitum ſuum coadunandi. 17) Landgrauius hoſtem adoriri ſuadebat. Variantibus ſententiis, cum alii diſſuaderent, vt rem ſummi diſcriminis: alii non improbarent quidem, modo vt ab Ingolſtadiis, qui tormentis abundabant, nihil periculi ſit metuendum, & equitatus etiam adhibeatur ſtatim initio pugnæ: nihil actum fuit. Quod quidem ita reprehenditur a multis, vt hic error, & ipſorum calamitatis & victoriæ Cæſaris initium atque cauſa fuiſſe putetur. Nam & equitatu longe ſuperabant, & humili tantum foſſa Cæſaris dum erant munita caſtra: cum autem eius diei fulmen & impetum Cæſar ſuſtinuiſſet, nocte ſequenti caſtra ſic communiuit, vt maiori deinde fiducia rem ageret, ac tempeſtatem omnem multo commodiorem ferret. 18) Dimiſſa pugnandi occaſione, per triduum adhuc ibi commorati Smalcaldici, cum Cæſar interea ſeſe vallis atque foſſis muniuiſſet, IV. Septembris die diſcedunt, vt Maximilianum Egmondanum Burenſem tranſitu prohibeant, qui quatuor equitum, peditum decem millia Cæſari adducebat. Hic tamen ab itinere deflectit, & Noriberga Ratisbonam profectus, ad Ingolſtadium Cæſari ſe iungit incolumis. Hac igitur expectatione illi deiecti, Donawerdam tertio poſt die redeunt. 19) Poſtea ad Nordlingam caſtra caſtris opponebantur, Cæſare tamen diſcedente, qui per Farneſium Donawerdam occupabat. 20)

§. LXXV. Dum hæc in Sueuia geruntur, magna ſit rerum per Saxoniam immutatio, Mauritius enim, Dux Saxoniæ, licet ipſi Io Fridericus Elector in hanc expeditionem profecturus, terras ſuas commendaſſet, ipſeque promiſiſſet, quod ſi futurum eſſet, vt vel Bohemiæ Rex, vel alius quispiam regiones illas vellet inuadere, ſe ob ſucceſſionis ius, quod in illis haberet, atque ob eam, qua ipſi deuinctus eſſet, beneuolentiam, omnia quæ poſſet, libentiſſime facturum, 21) nihilominus, ob dictum fœdus cum Cæſare, vna cum Ferdinando Romanorum Rege, Saxoniam inuadebat, 22) Conſiliariis ſuis a Cæſare corruptis,

Actum in Proteſtantium Concilio fuerat, quo nomine Cæſar in literis foret compellandus: Saxo Hiſpaniæ Regem appellabat; Heſſus Carolum Gandenſem. Sed tandem conuenerunt, ſcriberetur, Carolus qui ſe pro Cæſare gerit. THVANVS *lib. II. p. 57.* BELCARIVS *lib. XXIV. p. 774.* HARAEVS *p. 641.* Extant hæ litteræ apud HORTLEDERVM *Tomo I I. lib. I I I. c. XXIV.* LVNIGIVM *p. Gen. Contin. p. 753.* in quibus tamen Carolo Cæſareæ Maieſtatis titulum concedunt. SLEIDANVS *lib. XVIII. p. 539.* de prædeſcriptionis formula: *hanc igitur vt acceperunt, e caſtris ad Ingolſtadium, altera die Septembris, honoris & exiſtimationis tuendæ cauſa reſpondent, edito ſcripto valde prolixo.* Hæc reſponſio extat apud HORTLEDERVM *Tom. II. lib. VI. c. XXIX. & c. XXX.*

14) SLEIDANVS *lib. XVII. pag. 533.* THVANVS *lib. II. p. 56.*

15) SLEIDANVS *lib. XVII. p. 534.* qui addit: *diſcedens ex Italia Farneſius, dixiſſe fertur, ſe tantam eſſe daturum ſtragem per Germaniam, vt in Lutheranorum cruore vel natare poſſit ipſius equus.* HEVTERVS *lib. XII. cap. IX.* THVANVS *lib. II. pag. 57.*

16) SLEIDANVS *lib. XVII. pag. 535.* Extant litteræ diffidationis in caſtra Cæſaris miſſæ apud HORTLEDERVM *Tom. II. lib. III. c. XXVIII.* in quibus ipſum compellant *Carlen, der ſich den fünfften Ramiſchen Keyſer nennet, Kœnig in Hiſpanien.* HEVTERVS *lib. XII. c. IX.*

17) Verba ſunt CARAFAE *p. 20.*

18) Verba ſunt SLEIDANI *lib. XVIII. ineunte.* THVANVS *lib. II. p. 59.* Quid vero ad Ingolſtadium fuerit geſtum, exponitur relatione ſingulari apud HORTLEDERVM *Tom. II. lib. III. c. XXXI.* HEVTERVS *& l.* Prædixerat hæc iamdum Carolus V. dum fœderatorem exercitum copioſum animadverteret, de eodem iudicans. *Cito eis defore conſilium, & pecuniam, & concordiam.* CHYTRAEVS *in Caroli V. oratione funebri p. 190.* PAVLVS IOVIVS præprimis in Epiſtola ad Io. Fridericum Electorem & Philippum Hallæ Landgrauium in *Aliis Litterariis Tom. II. faſc. I. pag. 89.* ſic ſcribit. *Sed plerique veteres milites & clari bello Duces, qui interfuerunt, plurimum admirantur, quod aliquot occaſiones parandæ victoriæ non inani quodam errore prætermiſiſſe videamini, ſed vt Cæſari æque fortiſſimo cunctatori, ac pugnatori pugnaciſſimo inuenta, & ideo nobiliſſima victoria pararetur, de eo quidem hoſte qui diſciplina militum, caſtra metandi ſcientia, ducendi agminis ordine, ſummaque inſtruendæ aciei peritia, de tormentorum apparatu confeſſione omnium erat formandus.* Inter Quæſtiones etiam proponit: *Cur Cæſarem ad Ingolſtadium properantem & plano apertoque in loco ſine munitione pernoctare coactum vel interdiu in itinere, vel nocte nequaquam munitis caſtris non inuaſiſtis; cum Equitatu peditatuque locorumque noticia & Incolarum dubio ſtudio firmiores præclari omnino facinoris edendi facultatem habuiſſe iudicaremini.*

19) SLEIDANVS *lib. XVIII. p. 545.* HEVTERVS *lib. XII. c. IX.* BELCARIVS *lib. XXIV. p. 775.* HARAEVS *pag. 642.* CAMERARIVS *tamen de B. Smalcaldico p. 481.* Burenſem ſeptem millia equitum triginta millia peditum adduxiſſe ſcribit.

20) SLEIDANVS *lib. XVIII. p. 547.* HEVTERVS *c. l.* THVANVS *lib. II. pag. 64.* BELCARIVS *lib. XXIV. p. 778.*

21) Hæc late narrat GEORGIVS ARNOLDVS p. 1129. ita concludens: *hæc idcirco commemorauí longius, quod ex eo colloquio occaſio promanauerit, vt multi Mauritium poſtea tanquam perfidiſſimum & minus promiſſa fruantem infamare auſi fuerint.*

22) SLEIDANVS *lib. XVIII. pag. 547.* HEVTERVS *lib. XII. c. IX.* Conſultationes Miniſtrorum

ptis, ipſum ætate adhuc immaturum inſtigantibus. 23) Licet autem Electoꝛ ad finium cuſtodiam aliquot cohoꝛtes reliquiſſet, Wittebergam etiam atque Gotham præſidio muniuiſſet, iſtæ tamen Vngarorum, qui tunc primum in Germania viſi, impetum ferre non valentes, omnes fere miſere occubuerunt. 24) Cæſar interim Donawœrtha progreſſus, Dillingam & Hochſtætum, paulloque poſt, Laugingam, & Gundelfingam ad Brentam flumen, deditione capit. Danubii itaque poſſeſſionem adeptus, permagnas habebat rei gerendæ commoditates, & Laugingæ relicto præſidio, cum Brentem traieciſſet, prope Sontheemum vicum caſtra ſtatuit, Vlmam petiturus. 25) Smalcaldici vero ad Gingam veniunt, & parum abſuit, quin ipſum Cæſarem caperent. 26) Per eosdem dies, Octobri menſe, legati Smalcaldicorum ſub exitu Octobris Vlmæ conueniunt, vt in commune conſulerent. 27) Cum autem ſententiis non conuenirent, menſe Nouembri Gingam ad caſtra profecti fuerunt, vt facilior eſſet deliberatio. Ibi proponitur, quia ſocii religionis nulla dent auxilia, & ex confœderatis Luneburgenſes & Pomerani & alii quidam, nihil omnino, reliqui vero per Saxoniam Ordines atque Ciuitates non ita multum conferant, & ex Galliis nihil adferatur. & dilabente quotidie milite, propter anni tempus & alia incommoda, deminuatur exercitus, e tribus vnum eſſe deligendum, vt aut prœlio contendant, aut diſcedant, præſidiis in hyberna diſpoſitis, aut pacem inducisque faciant. Re deliberata, pacis mentionem poſſe fieri placuit, & adhibetur Adamus Trottus, qui per cauſam Electoris Brandenburgenſis aditum habebat ad eius fratrem Ioannem Marchionem. Cum autem Cæſar, qui rationes illorum omnes & incommoda per indicium ex propinquo cognouit, & nuper e Saxonia lætum acceperat nuncium, duras admodum conditiones proponeret, decernitur, vt reliquis omnibus abductis copiis in Saxoniam, equites mille, & ad octo millia peditum relinquantur in hybernis, ad eamque rem ſumptum faciant dux Würtembergicus & Germaniæ ſuperioris Ciuitates. 28) Cæſar vero cum Bopfingam, Nordlingam, Oettingenſem agrum & Dinckelſpulam deditione cepiſſet, Roteburgum, quod eſt ad Duberam flumen oppidum Imperii, magna celeritate contendit. 29) Smalcaldici, poſtquam in valle Brentiana periculum vix euaſiſſet, diſcedunt, 30) illorum expeditione ob diſſidia fructu deſtituta. 31) Poſt hæc Vlricus Würtenbergicus, Fridericus Palatinus, Vlmenſes atque Francofurtenſes, Auguſtani, Argentoratenſes cum Cæſare iterum conciliantur. 32)

§. LXXVI. Bohemi interea, inuiti licet, & Huſſari, Sebaſtiano Weydmullio duce ad XX. Octobris diem 1546. in Vogtlandiam irrumpunt, 33) cædibus, direptionibus, incen-

rum verbi diuini de hoc bello extant apud HORTLEDERVM *Tom. II. lib. III. c. XXXIII.* reliqua Acta *c. XXXIV. & ſeq.*

23) ARNOLDVS p. 1183. *In hanc ſententiam etiam Liberius nouuulli magna autoritatis viri locuti eſſent, graue adhuc ſeſe ipſi odium concepit Mauritius, ex quorum numero virum quendam nobilem & prudentem fide accepta diu in aure illius propria obſtrictum detinuit, quod eius in ſe voluntatem ſuſpectam haberet. Mauritius enim, quod & ætate immaturior eſſet & magnitudine promiſſi allicretur, multis præſertim ad hanc rem incitantibus (de quibus haud obſcura fuit ſuſpicio, eos pretonia a Cæſare accepta, Mauritio hoc perſuaſiſſe) nihil aliud, quam quod animo propoſuerat, perficere cupiebat.*

24) ARNOLD p. 1181. *Interea etiam Bohemi grauis armaturæ equites ſubſequuntur, & prælium committunt. Horum impetum cum ſuſtinere illorum equites non poſſent, fugam arripiunt. Dum vero Vngari vna cum reliquis peditibus Electoris copias inuadunt: quæ cum ordinibus perturbatis, & ob loci iniquitatem & ſuorum fugam pellere hoſtes exultantes non poſſent, ſalutem ſibi fuga quoque quærere cupiunt, ſed fruſtra. Nam quod Vngari ob equorum celeritatem ab hoſtem inſequendum plurimum valerent, omnes ferme miſerabiliter occubuerunt.*

25) SLEIDANVS *lib. XVIII. p. 549.*

26) SLEIDANVS *lib. XVIII. p. 550.* HEVTERVS *lib. XII. c. X.* THVANVS *lib. II. p. 65.* Extat Relatio de iis, quæ ad Gingam fuerint geſta apud HORTLEDERVM *T. II. lib. III. c. XXXVII.*

27) CHYTRAEVS *lib. XVIII. p. 553.*

28) SLEIDANVS *lib. XVIII. p. 556.* Hoc etiam patet ex Relatione apud HORTLEDERVM *Tom. II. lib. III. c. XLVIII. & c. XLIX.* exhibetur Receſſus Gingenſis. du MONT *Tom. IV. p. II. p. 316.*

29) SLEIDANVS *lib. XVIII. p. 557.*

30) SLEIDANVS *lib. XVIII. p. 557.*

31) SLEIDANVS *l. l. ſic ergo parum feliciter fuit adminiſtratum bellum: cuius quidem male præcipua fuiſſe cauſa putatur, quod non ex vnius arbitrio res agerentur. Cum enim æquali eſſent poteſtate præditi Saxo & Lantgrauius, non ſemel accidit, vt in diſcerpendo peroportunæ diluberentur occaſiones: quod etiam de diſtribuendo præſidio decretum fuerat, non ſucceſſit, cum nonnulli contribuere quid amplius recuſarent.*

32) SLEIDANVS *lib. XVIII. p. 559. 562* HEVTERVS *lib. XII. c. X. XI.* HORTLEDER *Tom. II. lib. III. c. LIII. LVI.* THVANVS *lib. IV. p. 102.* LVD. ab AVILA *lib. II. p. 97.* HARAEVS *pag. 643.* Qua ratione Würtenbergicus ſe ſubiecerit, exponitur ap. MEYERVM *Londorpio Contin. Tom. I. p. 12.*

33) SLEIDANVS lib. XVIII. p. 552. *de Bohemis ante diximus: hi militabant quidem Ferdinando regi, ſed admodum inuiti, propter antiquum fœdus, quo domini Saxoniæ coniuncti ſunt: deinde, quod non neceſſarium bellum eſſe dicerent, & quod electori plerique putarent iniuriam fieri, Ferdinandus autem præuicit, & a Pannonis atque Sileſia milites euocauit, vt illos vel nolentes cogerent, equites Pannonii vulgo dicuntur Huſſari, genus hominum valde rapax & immite. Conducitis ergo copiis, quum iam finibus egredercntur, Sebaſtianus Weittemullus, ductor exercitus, ad XX. Octobris diem, miſſis literis, bellum Saxoniæ duce populo denunciat, quod ſuperioribus annis ipſorum princeps collegium Dobrilugum occuparit, quod Cæſari nuper atque ſocii fidem renunciarit, violato fœdere, quod cum domo Saxonica Bohemis intercedat: & quanquam nihil opus fuerit vlla denunciatione, propterea quod ille ſit a Cæſare proſcriptus, tamen ne quid prætermiſiſſe videatur, voluiſſe hoc pro ſui muneris ratione ſignificare.* Extant litteræ diffidationis Weidmullii apud HORTLEDERVM *Tom. II. lib. III. c. XXXIX.*

incendiis atque libidinibus graſſantur: ſed non diu commorati Bohemi, ad XI. Nouembris diem diſcedunt a ſignis, & dilapſi domum recurrunt. Vngari vero, & quos mercede Ferdinandus conduxerat, Mauricio ſeſe coniungunt, qui Zuiccauiam, deinde Schnebergam & Altenburgum, & pleraque omnia electoris oppida deditione capit, inque ſuam fidem illos adigit, præter Gotham, Ifenacum, Wittembergam. Eius rei nuncius in caſtra Cæſaris perlatus, magnam excitauit lætitiam, 34) Mauritii factum plerique omnes admodum reprehendebant, qui tamen ideo publico ſcripto ſe purgat. 35) Elector celeritate opus eſſe iudicans diuiſis copiis a Danubio proficiſcitur. Congregato vero apud Fuldam exercitu, Thuringiam ingreditur, Lipſiam properans, quam vix præſidio muniuerat atque ſuburbia incenderat Mauritius. 36) Miſſis igitur ad Ordines Prouinciales Mauricianos litteris. 37) Ianuarii die XIII. 1547. fit oppugnationis initium, ſed oppidanis fortiſſime ſeſe defendentibus, infecta re diſcedituf, ſub eius menſis exitum. Crebris autem tormentorum ictibus, ac veluti grandine quadam, oppidum vehementer dilaceratum fuit & plane deformatum. 38) Illinc Saxo profectus, non ſolum amiſſa deinde recuperat per Thuringiam & Misniam, ſed Mauricium quoque ſuis oppidis exuit, incolumi tantum Lipſia & Dresda. Magdeburgicum etiam & Halberſtatenſem Epiſcopatum ad ſe traducit, facta cum Archiepiſcopo Ioanne Alberto transactione. 39) Pridie, quam Lipſiam oppugnaret, Ferdinandus rex Bohemis mandat, vt ſumptis armis auxilio proficiſcantur Mauritio: parebant quidem illi, ſed iniuſſi poſtea domum redierunt. 40) Vbi ſtatum Saxoniæ Cæſar cognouit, & crebris Mauritii litteris ſollicitaretur, equitum peditumque copias ei mittit auxilio, Alberto Brandenburgico ductore, qui tamen d. 2. Mart. 1549. ad Rochlicium ab Erneſto Luneburgi duce capitur. 41) Elector etiam Mauritio ſuperior ipſi Annæbergam, Mariæbergam, Freibergam adimit, licet Chemnitium tunc deditionem recuſaret. Induciæ quidem inter Electorem atque Mauritium ad menſem fiebant, vt diſcordiæ inter ipſos natæ componerentur. Hæc res Electori, quo minus progrederetur, moram intulit. Factæ tamen omnino erant ex vſu ipſius Mauritii, qui eo ſpectabat, vt mora eiusmodi interpoſita, Imperator, qui iam in itinere erat, ſpatium progrediendi haberet. Colloquium habebatur Mitweidii, in quo, cum Electoris Legati tanquam ſuperioris iniqua poſtularent, Mauritii vero contra omnia recuſarent, quippe qui Principis in ea re mandata haberent; accidit, vt infecta re colloquium diſſolueretur. Stantibus tamen induciis, Bohe-

34) SLEIDANVS *lib. XVIII. p. 554.* HEVTERVS *lib. XII. c. IX.* HORTLEDER *Tom. II. lib. III. c. XLII. XLIII. XLIV.* THVANVS *lib. II. pag. 69.* ARNOLDVS *Vita Mauritii p. 1186.* de hac inuaſione vberius.

35) SLEIDANVS *c. l.* Extant de hoc diuerſa ſcripta apud HORTLEDERVM *Tom. II. lib. III. c. XL. XLI,* MEYERVM *Londorp. Contin. Tom. I. ſub initium.* Adde ARNOLDVM *p. 1183. 1228.*

36) ARNOLD *p. 1191.*

37) SLEIDANVS *lib. XVIII. p. 560.* HORTLEDER *Tom. II. lib. III. c. LV.*

38) Verba ſunt SLEIDANI *lib. XVIII. p. 564.* De hac obſidione diuerſæ cantilenæ apud HORTLEDERVM *Tom. II. lib. III. cap. LVI. ad LX.* THVANVS *lib. IV. pag. 103.* CHYTRAEVS *lib. XVI. pag. 415.* BELCARIVS *lib. XXIV. p. 781.* ARNOLD p. 1198. *Cum per dies quindecim obſidio duraſſet, neque vllo vnquam tempore, niſi nocturno, globorum tempeſtas intermitteretur, ex tribus oppidi partibus ita deſtructus erat murus, vt ſi vellent, oppugnationem facilem haberent, ſed duo, quo minus id facerent, impediebant. Primum erat, quod obſidio intempeſtiuo tempore ſuſcepta, frigore atque æeris intemperie militet, antea labore feſſos, variis morborum generibus affixerat, vt vix tertia pars exercitus commode ſe haberet. Deinde præſidium exercitus quoque in oppido firmum & validum eſſe ſcirebant. Quod ſi primo oppugnatio infeliciter ipſis ceſſiſſet, quemadmodum omnino credibile erat, nihil magnopere tanta firmitate, qui oppidum tenebant, opus habituiſſent, & in campo hoſtes non auſi fuiſſent diutius conſiſtere. His difficultatibus & rerum & temporis Io. Fridericus commotus, ne maiorem exercitus iacturam faceret, præſertim cum Mauritius a tergo eſſet, & quotidie copiis nouis augeſceret, obſidionem ſoluit, & cum omni exercitu Altenburgum proficiſcitur. Erat profecto valde ipſi ignominioſum, obſidionem relinquere, cum tanta vi vrbem oppugnaſſet, quanta hominum memoria tam breui tempore nulla vnquam fuiſſet oppugnata. Nam poſt diſſeſſum eius plus quam duodecim millia globorum tormentariorum in vrbe inuenta fuerunt: qua ex re facile eſt intelligere, quam acerba & vehemens fuerit illa obſidio. Certe multo feciſſet & melius, & prudentius, ſi obſidione illa relicta, Mauritium fuiſſet inſecutus. Quod enim meliores ſuas copias Lipſiæ reliquerat, auſus non fuiſſet vllo in loco conſiſtere.* De eadem hac obſidione PEIFERVS *Rerum Lipſienſium lib. IV. §. XXIII. ſqq.* Quæ de hac obſidione Georgii Anhaltini fuerit ſententia, docet IOACHIMVS CAMERARIVS *lib. II. p. 127.* Sunt, qui Io. Friderici Duces militares perfidiæ inculpent, prout etiam patet ex Hiſtoria arcana *in Auserlef. Anmerck. Tom. II. Obſ. XII. §. 23.* qui, inuadente Mauritio terras Electorales, familias ſuas & pretioſa Lipſiam transuehi curauerint; hinc vrbi pepercifſe dicuntur, tormenta eo direxiſſe, vt igniti globuli vltra vrbem porrigerentur. Quare etiam commune erat prouerbium *Leipzig liegt auſſen, und Leipzig liegt drinnen, darumb kan Leipzig nicht Leipziggewinnen,* VOGELIVS tamen *Ann. Lipſienſibus p. 174.* contradicit, eo quod vrbs nihilominus nimium fuerit lacerata.

39) SLEIDANVS *lib. XVIII. p. 564.*

40) SLEIDANVS *lib. XVIII. p. 565.* Extat de eo Relatio apud HORTLEDERVM *Tom. II. lib. III. c. LXIV. p. 569.*

41) SLEIDANVS *c. l.* HEVTERVS *lib. XII. c. XI.* CHYTRAEVS *lib. XVI. p. 415.* THVANVS *lib. IV.* HARAEVS *p. 645.* HORTLEDER *Tom. II. lib. III. c. LXV. LXVI.* Singulare eſt, quod de hac Alberti captiuitate tradit LVD. ab AVILA de bell. German. lib. II. p. 99. dicens: *Rochlizia, quam ab Alberto occupatam diximus, ſub illuſtris cuiusdam fœmina imperio erat. Ea Landgrauii ſoror, marito amiſſo, manſerat in cœlibatu. Huius illecebris & conuiniorum frequentia inſciatus Albertus, intra vinum & epulas (vt Germanis ſolenne eſt) chorris etiam aliisque id generis deliciis animum oblectabat. Quibus artibus illa ſidem & amicitiam ſimulans, altiore ſecuritate hominis mentem ſopierat, quam vt*

virum

Bohemorum rebellio in tantum excreuerat, vt nouo Rege facto, qui Caspar Pflugk nominabatur, Ferdinandus prorsus spernretur, & ad Electorem legatos cum literis & amplis promissionibus mitterent, qui nuntiarent, fore Bohemos paratos ad auxilium contra quoscunque ferendum. Suum Regum Ferdinandum inuitis omnibus bello ipsum infestasse, se iam eiecto illo, cupere perpetuam cum Electore colere amicitiam, modo ipsorum fines Thumbshirnius ingrederetur. Thumshirnius etiam Annæberga profectus, valles Ioachimicas occupat, immo paucæ admodum ciuitates Ferdinando manebant fideles. Elector interea Misenam, Haynam, Chemnitium, immo omnes Mauritio vrbes terrasque occupabat, præter Lipsiam, Cygneam, Dresdam ei Pirnam, quæ oppida partim quod munita essent, partim quod firma præsidia haberent, ac longam obsidionem requirerent, deditionem detrectabant. 42)

§. LXXVII. Dum hæc ab Electore in Misnia geruntur, Carolus Imp. Egram peruenit, die valde pluuioso, cui obuiam processerunt Ferdinandus Rex & Mauritius. Adducebat secum ad triginta millia peditum, equitum ad quinque millia, inter quos mille & quingenti equites erant Neapolitani, splendide instructi & ad pugnam expediti. Exercitus autem collectus erat ex Germanis, Italis & Hispanis, quod vni nationi non satis crederet. Cum his copiis Imperator aduersus Electorem magnis itineribus contendit, adiuncto sibi Ferdinando fratre & Mauritio. Vngaros autem equites & Hispanos præmittebat, vt vias omnes obsiderent, & quoscunque deprehenderent, apud se retinerent, eius vt aduentus quam occultissimus esset. Quæ quidem opinio atque ratio eum non fefellit. Nam in Misniam iam peruenerat, & non longe ab Electore aberat, cum illi interea adhuc non crederent, illum adesse hostem, neque quicquam sibi periculi imminere, ita erant animo otioso atque oscitanti. Cum iam vnius diei itinere Imperator ab Electore abesset, dirimente ambos Albi flumine, missis hinc inde exploratoribus, certior fit, Electorem cum suis copiis, quæ erant duodecim cohortium peditum, equitum vero duorum millium, ad Mühlbergam, quod est ad ripam fluminis oppidum, resedisse. Summo igitur mane castra mouet, & propius ad hostem accedit. Erat is dies Dominicus, quem Misericordias Domini vulgo appellare solemus, quæ res fecerat, vt Elector, priusquam concionem audiuisset, discedere nollet. Quod enim complures eius equites Vngaros & Hispanos ad alteram ripam obequitantes, vidissent, suspicabantur, hostem esse in propinquo. Itaque monebant eum, ne ibi diutius expectans incommodum aliquod acciperet, sed Wittebergam, quæ non longe aberat, cum omnibus copiis contenderet. Quibus Elector respondit: nihil esse periculi, non adesse Cæsarem, sed Mauritianas tantum copias, quas non magnopere timeret. Mauritius etiam, priusquam Cæsar ad ripam adesset, legatos ad Electorem misserat, indicans, Cæsarem iam aduentare, monere se, vt legatis ad Cæsarem missis pacem deprecaretur, eaque in re perficienda suo & consilio & auxilio vteretur. Cupere se omnino pacem potius quam bellum, quod bello intestino multum & periculi & laboris semper insit. His Elector respondit: vt pacem a Cæsare flagitaret, sibi non esse libitum. Habere se tres maximas contra hostem opportunitates, fluuium profundum, syluam magnam & ciuitatem Wittenbergensem propinquam: his se vti velle. Quæ vero per legatos sibi enunciasset, eiusmodi esse, vt ad consolationem ægrotorum adhibenda viderentur. 43) Erant ad alteram ripam dispositæ stationes a Saxone cum tormentis, vt Cæsarem impedirent, quo minus aut effecto ponte, vel vado reperto flumen transmitteret, tum etiam, vt eum pontem, quem e scaphis atque lintribus ipsi confectum habebant, defenderent. Cum autem adesse Cæsarem omni cum exercitu viderent, & Hispanorum agmen vnum, circiter mille, magno impetu prorumperent in flumen, sic vt brachiis tantum extarent, & confertim eiacularentur, illi flammam in scaphas coniiciunt, quæ partim exustæ fuerunt, & a ripis paulatim discedunt. Ibi pedites aliquot Hispani, nudi & gladios transuersos ore deferentes, in flumen sese coniiciunt, & quum natando peruenissent in vlteriorem ripam, nauigia illa, quæ secundo flumine deuecta, Saxones a reliqua parte pontis auulserant, sistunt, & licet multis peterentur telis, abducunt. Ex iis nauigiis, & illis, quæ Cæsar plaustris adduxerat, effecto ponte, fluuius deinde fuit constratus, vt pedites & impedimenta transirent. In hoc rerum statu, Saxo, qui tunc sacram concionem audiebat, præmissis impedimentis, ipse postea subsequitur, & Wittebergam iter habet. Cæsar autem, qui in celeritate momentum omne positum esse videret, vado a iuuene molitore Strauchio, ob raptos a milite Saxone equos biiugos vindicta æstuante, ipsi monstrato, 44) primum Hussaros & leuiorem omnem

virum Principem & belli Ducem deceret. De eodem ex AVILA testatur SLEIDANVS *lib. XXI. ineunte.* Sequitur THVANVS *lib. IV. p. 104.* Verum, ipse Albertus Anilam iniuriarum postulat apud SLEIDANVM *lib. XXIV. p. 756.* Excusat eundem etiam singulari dissertatione IO. GEORGIVS LAYRIZ *de Alberto Iuniore, Marchione Brandenburgico, Baruthi 1674. 4.* Adde *Wahrhafftige Zeitung von Marggraff Albrechts Gefangenschafft* 1547. ARNOLDVS p. 1201. *Rochlitiensi ditioni praerat mulier quaedam vidua, quae Iohanni Principi, Georgii Principis filio (cuius supra mentionem fecimus) nupta aliquando fuerat. Erat hac Philippi Landgrauii Hassiae soror, & post mortem mariti parum caste, vt talem feminam decebat, viduitatem suam custodierat. Itaque apud omnes suspectae omnino vitae habebatur. Fauebat enim partibus Iohannis Friderici, quamuis proprietas ditionis, quam iure Feudi dotalitii ipsa tenebat, ad Mauritium pertinebat.*

42) ARNOLD *p. 1207. sqq.*

43) Verba sunt ARNOLDI *p. 1210.*

44) THVANVS *lib. IV. p. 112.* NAT. COMES

omnem equitatum transire flumen iubet. Post ipse quoque cum grauiori armatura transit incolumis, neque cunctandum ratus, donec impedimenta simul & peditatus adesſent, porgreditur, & tribus trans Albim milliaribus, ad syluam Lochanam, Saxonem offendit, ibi suos ad virtutem cohortatus, initium prœlii facit. Exercitus omnis equestris erat bipartitus: In prima acie erant Albanus, Lanoius, Antonius Toletanus, Baptista Spinella, Mauricius: alterum agmen Cæsar & Ferdinandus cum duobus filiis & Sabaudiæ ducis filio ducebant. Poterat Saxo vim tantam sustinere & forte profligare etiam, si quidem exercitum omnem habuisset coniunctum: nam & Wittembergæ & passim erant in præsidio relictæ magnæ manus, & Guilielmus Thumshirnius cum suis copiis in Bohemia aberat, nec in tanta celeritate Cæsaris conduci potuerant omnes. 45) Itaque numero victus & multitudine, cum ad noctem vsque pugnatum esset, in sylua *der Schweinhart* dicta, ipse per sinistram maxillam accepto vulnere aduersō, cum fortiter sese defenderet, Thiloni Trottio, Misnensi equiti captiuum se dedit, 46) & ad Albanum abductus, Cæsari deinde sistitur. In cuius aspectum vbi venit, *equidem me tibi captiuum*, inquit, *statuo, clementissime Cæsar, & vt custodiam mihi ponas principe dignam, oro.* Tum ille: *nunc ergo sum tibi Cæsar*, ait: *accipiam te pro merito.* Ferdinandus paulo acrius illum adortus est verbis, & quod ipsum atque liberos omnibus fortunis euertere tentasset, incusat. Captus cum eo fuit Ernestus Brun-

Hist. lib. II. HEINRICH MERCKEL *Histor. Bericht von der Belagerung Magdeburg n. 86.* apud HORTLEDERVM *p. II. lib. IV. cap. XIX.* AVILA *lib. II. p. m.* FALETVS *de initiis & progressu bel. Germ. lib. V. p. 712.* apud HORTLEDERVM. THVANVS *lib. IV.* Singularia sunt, quæ CAROLVS CARAFA Germ. sacra restaurata p. 22. proponit, dicens: *quæ omnia miraculo sane adscripta fuere; nam & vadum die sequenti eodem loco non amplius repertum est, nec sibi quisquam persuadere poterat, quomodo Saxones, tantis bellis exerciti, paucos equites madidos, vix integras bombardas gestantes, & quidem in proprio solo, sine commeatu, ac pabulo, viarum prorsus ignaros hac illac dinagantes, non arcuisſent.*

45) Hæc & alia inter fœderatorum errores reputat THVANVS lib. IV. p. 127. scribens: *nec dissimulari possunt maximi errores a fœderatis admissi: qui cum primi in armis essent, si statim Cæsarem totis viribus adorti fuissent, cum procul dubio imparatum, & adhuc inermem facile oppressissent, nec minus peccatum est ab iisdem, cum Ratispona, quam facile capere poterant, & qua capta Cæsarem Danubii possessione omnino deiicichant, omissa, Ratisbona & alia non tanti momenti oppida occupauerunt. Inter errores & illud numerandum a Cæsarianis, quod Neoburgum situ & pontis annonaque commoditate præcipuum oppidum, quo conseruato, omnia inter Licum, qui Augustam Vindelicorum alluit, ad vsque Monacum obtinebant, adeo debili præsidio firmauerint, III. tantum relictis in eo vexillis, vt recedente sociorum exercitu oppidani statim ejecto præsidio aduenienti Cæsari portas aperuerint. iam cum Cæsar de mutandis castris & hoste insequendo consilium cepit, si diuiso hostium exercitu, neque enim aliter fieri poterat, fœderati in equitatum fecissent impetum; haut dubiam victoriam, vti Cæsariani fatentur, de hoste reportassent. Post dissolutum autem exercitum maximus is Saxonis error fuit, quod capto Rocliciæ Alberto non recta in Mauritium duxerit, quem post tantam cladem aut facile debellatum iri si restitisset, aut tota Misnia cessurum apparebat, quem errorem altero longe maiore cumulauit Saxo, cum Tumsternium in Boëmiam, Mansfeldium in inferiorem Saxoniam, attributa singulis exercitus parte, misit: quo factum est, vt a Cæsare, sine pugna Albim transmittente nullo negotio oppressus sit.*

46) Multa adhuc est controuersia, a quonam captus fuerit Elector, Hispanis, Vngaris atque Italis hanc gloriam sibi vindicantibus, prout AVILA *lib. II. p. 122.* FALETVS *lib. V. n. 271.* HORTENSIVS *lib. VII.* docent. BELCARIVS lib. XXIV. p. 785. ait: *dum cataphractis Hispani, quatuor Itali, atque Hispani leuis armaturæ, vnus item Hussarus captum detractis chirotbecis ad Albanum deduxerunt.* NIC. ISTHVANFIVS *Hist. Hung. lib. XVI. p. 279.* de hac captiuitate ita loquitur: *fuga sese mandauit, initio a peditibus facto, quem dum Cæsariani Hispani pariter & Vngari atque Itali intento cursu promiscue sequerentur, Iosephus Lucanus Quinque ecclesiis oriundus, Francisci Niarii miles, Saxonem armis & crinibus conspicuum assequitur, & acriter resistentem, nescius quisnam esset, in facie vulnerat, & capit. Sed superuenit Hispanorum, qui haud procul aberant, abripitur; Albano primum Cæsaris in exercitu legato, ac deinde Cæsari ipsi sistendus. Iosephus pugionem eius argento auroque obductum, ac pregrandi in vagine extrema parte nodo insignem sibi retinet, vt eo detracti nobilis spolii signo, virtuti sua testificandæ pateretur. Non sum nescius tunc capti Saxonis aduersæ fortunæ casum aliter ab aliis tradi: sed ego a nostris, qui bello interfuere, in hunc, quem dixi, modum, narrari satis memini. Addebant Iosephum clari huius facinoris ergo; in equitum auratorum, quos vocant, numerum a Cæsare, ritu solenni adscitum, & torque donatum, quem simul cum pugione ad hæredes in perennem facti memoriam transmisisset.* NAT. COMES *lib. II. exeunte*, Hippolyto Portio tribuit. De Hispanorum vana ostentatione THVANVS *lib. III. p. 92. productis etiam inusitatæ amplitu. inis ocrea, quam Saxoni post pugnam detractam dicebant, ridiculo Hispanice ostentationis exemplo, quod minime commemorandum duxissem, nisi Carolus Lotaringus, qui res illius anni in commentarios redegit, id ipse perscripsisset.* Verum, in diuersis Relationibus apud HORTLEDERVM *p. II. lib. III. c. LXIX.* dicitur, quod, dum Hispani, Itali, Vngari inter se disputarent, quorum esset captiuus, ipsum Electorem se Thiloni de Trotte Equiti Misnensi, ex Mauritii exercitu dediſſe, &, ne exteri de eo gloriari possent, binos exemtos digito annulos in testimonium ipsi tradisse. Potissimum ARNOLDVS Vita Mauritii p. 1212. *Quin vero ob corporis molem curru vehebatur, periculum euadere non potuerat, sed circumuentus ab Vngaris, qui ob equorum velocitatem fugientes, insequebantur, vt se dederet, vrgeiur. Ille, quod eos acerbe odisset, facere id recusat, & si quantum potest, defendit. Tum vnus ex Vngaris in sinistram eius maxillam vulnus repugnanti inflixit. Interea quidam Nobilis, ex familiaribus Mauritii Ducis, Tilo de Trotha, superuenit, & remotis Vngaris Electorem, vt sese dedcret, interpellat. Rem enim in eum locum deductam esse, vt euadere nullo modo posset. Hac Germani hominis voce cognita, Elector, cum ab ipso, quis esset, quæsiuisset, detractis annulis, quos in digito habebat: Tuus, inquit, captiuus ero, atque hos annulos meos tibi, vt eius rei testes sint, trado. Nobilis Electorem, augescente circa ipsum subinde hostium multitudine, ad Mauritium deducere non poterat, sed in Albanum incisit, qui accepto Electore, ad Cæsarem & Ferdinandum, qui tum vna erant, eundem deducit.* Ferdinandus I. vero referente THEASYBVLO LEPTA *lib. I. p. 86.* hoc

Elector

Brunſuicenſis, Philippi filius: natu vero maximus filius electoris, accepto vulnere Wittembergam peruenit. Captiuorum ingens erat numerus: qui ex fuga ſuperſtites fuerant, circiter CCCC. Wittembergam contendunt. 47) Multa fuerunt omina, quæ fatalem hanc cladem antecederent, vel eandem concomitarentur. 48) Immo, Electoris conſilia ab ipſius Miniſtris Cæſari prodita, ipſum etiam proditione fuiſſe captum, plerique tradunt. 49) Cæſa-

Electori præbuit teſtimonium: *Si omnes, quos ſecum ille tunc habuit, tam fortiter, atque ipſe dimicare, & ſuſtinere animo præſente hoſtilem impreſſionem & vim repellere voluiſſent, vix futurum fuiſſe, vt eo ille die ſuperaretur atque caperetur.* Idem dicit CRVSIVS *Ann. Sueu. Dec. III. lib. XI. cit. loc.* THVANVS *lib. IV. p. 115.*

47) Hæc verbis SLEIDANI ſcribo *lib. XIX. p. 576.* HEVTERVS *lib. XII. cap. XIII.* THVANVS *lib. IV. p. 115.* CHYTRAEVS *lib. XVI. p. 421.* BELCARIVS *lib. XXIV. pag. 785.* HARAEVS *pag. 646.* SPANGENBERG *Chron. Mansfeld c. CCCLXXXI.* Speciatim hoc bellum Smalcaldicum deſcripſerunt IOACHIMVS CAMERARIVS, græco ſermone, cum verſione latina & ſupplementis SIMONIS STENII, LAMBERTVS HORTENSIVS, LVDOVICVS AVILA, & HIERONYMVS FALETVS, qui in latinum ſermonem fuit translatus, atque in vernaculum, prout extat apud HORTLEDERVM *p. II. lib. III. c. LXXXI.* Apud eundem *c. LXIX.* extant diuerſæ relationes de hoc ad Mühlbergam prælio. In SCHARDII *Tom. II. p. 506.* extat deſcriptio pugnæ Mühlbergenſis. Nummos in Electoris captiuitatem cuſos explicat IVNCKERVS *vita Lutheri p. 235.*

48) SLEIDANVS lib. XIX. p. 577. *quo tempore Cæſar prope Miſnam acceſſit, quod fuit Aprilis die vigeſimo ſecundo, deinde, poſtridie, & eo die, quo flumine transmiſſo pugnauit, & aliquot poſt diebus, ſolis affectus valde fuit triſtis, obſcurus, pallidus, & veluti caligine quadam circumdatus, ita quidem, vt plerique longiſſime a Saxonia remoti, & ignari quid ageretur, iudicarent, magni aliquid portendi, nec enim in Germania ſolum, ſed per Galliam etiam & Britanniam id fuit obſeruatum, & ita rem habere multa nominum millia teſtificari poſſunt.* Idem dicit IOACHIMVS CAMERARIVS *in Vita Melanchthonis p. 261.* LVDOVICVS ab AVILA de bel. Germ. lib. II. f. 126. *Friderico etiam futura clades euidenti prodigio denunciata eſt. Sol enim velut ſanguinolentus apparuit, &, quod mirabilius eſt, perinde ac ſi cæterum tardaſſet, ſpaciumque diei addidiſſet, quum intentius intueremur, alior, quam pro horarum ratione, fieri viſus eſt. Conſtans omnium hac de re opinio eſt, nec ego certe refellere auſim.* ARNOLDVS *Vita Mauritii p. 1212.* De his pleniuſ SAGITTARIVS *Hiſt. Io. Friderici §. XX.*

49) Qua ratione Electoris a ſuis fuerit proditus, tradit CHRONICON MAGDEBVRGENSE im *Hiſtor. Archiu. Tom. V. p. 83.* Hinc diſtichon illorum temporum vulgatum

het getham der gelb (Ponickou) *Dick* (Goldacker) *und lange* (*Schœnberg*)
ſo wer der Churfürſt nicht gefangen

Et aliud

Ich weis ein Quatuor und ein Dans
die ſechſe halten übel hauß
Iulius Pflug, Doctor Turck, Fachs und Carlowitz
Ponickou und Schœnbergk ſind verſchmitz
bringen die Sechs all an eynen Strick
brecht Sachſen und Meyſſen gros Glück

Idem tradit MATTHAEVS RATZENBERGER *Hiſtoria Arcana in Helliſchen Teutſchen Anmerckungen Tom. II. p. 208.* dum antea *pag. 296.* duxiſſet Philippum etiam Landgrauium clam cum Cæſare feciſſe. Eadem refert PAVLVS MVHLPFORTVS, qui prælio interfuit, in relatione ſua ad HORTLEDERVM *lib. III. c. LXIX. p. 569.* ARNOLDVS *Vita Mauritii p. 1209.* de Carolo V. *In Misniam iam peruenerat & non longe ab Electore aberat, cum illi interea adhuc non crederent, vllum adeſſe hoſtem, neque quicquam ſibi periculi imminere. Sane vel ſingulari quadam voluntate Dei, vel magna animorum obſtinatione acciditſſe puto, vt aduentum Imperatoris cum tantis copiis neque ipſi præſenſerint, neque etiam præſentientibus atque fidem de aduentu Cæſaris facientibus credere vllo modo voluerint, vulgus enim hominum ac plerique ex proceribus, non Cæſarem adeſſe dicebant, ſed alium ſub eius ſpecie, qui nomine Cæſaris promiſcuas collegiſſet copias, impulſæ atque inſtinctu Mauritii. Quin Electorem in eadem opinione fuiſſe, res ipſa declarauit. Quæ omnia facunt, vt præcipua autoritatis apud Electorem viros prudentia multi inſimularint. Atque ab illis Electori perſuaſum eſſe affirmant, ne eiusmodi rumoribus ludibus fidem accommodarent; ſane aut proditionem inſignem, aut ſingularem pœnam diuinam aut magnam ipſorum pigritiam fuiſſe, qui animos omnium occecarit, res ipſa documento eſt. Nam nec Thuringi, qui non longe ab Egra aberat, vllos dimiſit exploratores, qui certi aliquid de Imperatore cognoſcerent, an in tuto eſſent omnia: ita erant animo otioſo ac oſcitanti. Sane exiſtimo, ſi Electori omnes ſuas copias in vnum habuiſſet, difficillime eum oppugnari potuiſſe. Sed eſt Deus moderator atque arbiter, qui in manibus ſuis magnorum Principum corda habet, eaque quorſum vult, inclinat.* Hoc facit relatio ex Msto apud Cypriani præfat. ad Myconii Hiſtoriam Reformationis p. 25. *Auf das man aber nun den Churfürſten dem Kayſer ie deſto gewiſſer in die Hande liefern mœgte machten ihn die Meißner und ſeine geheimen Rathe ſo gar ſicher, daß ſie ihm alle Kundſchafften verhülten, alſo daß ihm nicht das geringeſte konte zukommen, und offenbar werden, dadurch & ſich hatte vorſehen und verwahren kannen, lieſen auch keinen einzigen Menſchen zu ihm kommen, mit welchen er ſich alleine vertraulich hatte beſprechen oder unterreden kannen oder der ihm grundliche Vrſachen hatte angezeigt, wie es allenthalben ſtunde. Mitlerweile beredeten ſie ihm und machten ihme ſo ſicher, als ob kein Kayſer uberal in rerum natura were der ihme konte Schaden thun. Ob wohl der Kayſer dem Churfürſten immer naher kam, beredeten ihn doch ſeine Rathe und bildeten ihm ein es ſey kein Kayſer vorhanden, bis er ſo nahe herbey kam das der Churfürſt zurück weichen und zu Meißen die Brücke hinder ihm abbrennen laſſen muſte, aber von den beſtigen Nacheilen des Kayſers lieſen des Churfürſten Rathe ihme gantz und gar keine einige Kundſchafft zu kommen und ſchlugen unter Meißen das Lager bey Muhlberg an die Elbe an einen ſo gantz flachen und ſeichten Ort, daß man den gantzen Elb Strohm Ober und unterhalb nicht furten kan, denn eben allein an dieſen Orte, welches dem Kayſer alles verkundſchafft war, daß dieſes eben der Locus proditionis ſeyn ſolte. Derowegen, da ſie nun den Churfürſten gar wohl zwiſchen ſich gefaſſet und in locum proditionis & captiuitatis gelagert hatten, lieſen ſie ihme zu guter letzt noch eine Feld-Predigt halten, und darauf eine Mahlzeit zurichten und ſchickten die Reiſigen mit ihren Zeige die Oberſten voran und zogen ſie die des mehreren theils ſelbſt mit, und ſtohen alſo ſamtlich von ihme mit den Fußvolck voran, daß der Kayſer ſo eilends den Churfürſten uber der Mahlzeit ergreiffe, daß man ihme kaum auf ſein Roß bringen konte, welcher mit zwo groſen Wunden im Kopff und einer an der Hand nach Wittenberg flob.* Hinc igitur Heideri us oratione I. parentali, Iohannis D. Saxoniæ: *Non hoſtium*

Cæsari postea, dum Halæ moraretur, per litteras a Pontifice magna victoriæ gratulatio est facta, in diplomate Maximi & Fortissimi delato cognomine. 50) Sic vnica hac Cæsaris victoria Protestantium res factæ fuerunt afflictissimæ, dum nulla exterorum potentia subnixi, facultas ipsis deesset vires resuscitandi 51)

§. LXXVIII. Capto Saxone, Cæsar Wittebergam petit, eoque cum exercitu Maii die quarto peruenit. Dum vero Wittebergæ oppugnationem periculosam, obsidionem vero difficilem fore putaret, vt ipsam tamen capere posset, ad alia consilia se conuertit. Quod enim nullas deditionis conditiones accipere vellent, per fecialem vxori Electoris & filiis eius, cæterisque omnibus denuntiare iuber, nisi ad certam diem deditionem facerent, & oppidum in suam potestatem traderent, se Electoris caput in vrbem missurum. Cum dies præstitutus veniisset, neque tamen illi deditionis signum vlium darent, d. X. Maii 1547. Iohannem Fridericum capitis damnat, 52) licet non ex animi sententia hoc fecisse videatur. 53) Ille vero cum sententiam audisset, animi consternati significationem nullam dedit, 54) sed existimare se respondit, Cæsarem non ita secum esse acturum: veruntamen si fixum hoc ei sit atque decretum, petere, vt certo sibi renuncietur, quo de rebus ad vxorem atque liberos pertinentibus constituat. Brandeburgicus autem Electior, vbi de facto prælio cognouit, statim iter adripit, & postquam ad Maii diem sextum in castra venisset, Cæsaris animum mitigare tentat. Sese igitur ifto, aliisque Principibus interponentibus, cum præsertim Electior captiuus filiis suis Io. Friderico II. Io. Guilielmo & Io. Friderico minori, ac fratri Io. Ernesto eius rei auctor esset, de deditione agi cœptum, eoque res redacta fuit X. Kl. Iunii, vt oppidum cum omnibus rebus voluntati Cæsaris permitterent, saluis dimissis illis, qui tum id tenebant. Conditiones Cæsar proponebat, quas vbi Saxo in castris ante Wittebergam ratas habuit, Maii die decimo nono, vitam redemit. Inter alias hæc etiam perscripta fuerat, vt quicquid concilium aut Cæsar de religione decernerent, approbaret: cum autem ille minime assentiretur, in eoque permaneret, nec vllius periculi rationem in eo haberet, Cæsar eam particulam induci iussit & ob-

virtute, sed partim defectione sociorum, partim suorum proditione, cum honestissimum vulnus in facie accepisset, & pro aris ac focis, pro lege & grege sanguinem profudisset suum, victus est, & in Caroli potestatem redactus. Hinc dicere solitus Electior: Ich bin reicher als Christus, Denn mir dem asse nur ein Verrather, ich aber habe deren viel an meinen Tische. Vide WOLFII *Memorabilia Tom. II. p. 516.* Testatur etiam id. ROSINVS *in vita Io. Friderici* Ec. 1. Iohannem patrem hunc Io. Fridericum filium ita fuisse adlocutum: *Man hat eine Tradition von einen Hertzog von Sachsen, der durch Verratherey in die Hände seiner Feinde soll gelieffert werden. Wie? wenn es auf dich gienge?* Adde Lutheri annotationem ex ore Iohannis Electoris exceptam *Tom. II. Isleb. f. 16. b.* CYPRIANI *præfationem in Myconii Historiam reformationis.*

50) Verba sunt LVDOVICI ab AVILA *lib. II. p. 140.* NATALIS COMES *lib. III. p. 61.* MARCHANTII *Hist. Flandr. p. 234.* IO. VALDESIVS *de Dign. Hispan. c. XVI. n. 17. c. XIX. n. 92.*

51) Sic de eo iudicat SILHON *Ministre d' Etat p. II. p. 287.* scribens: *La Ligue Protestante tomba du premier coup qu' elle recût, sans se pouvoir relever, & qu' vne seule bataille gagnée là fit aller en fumé pour la premiere raison que i' ay dite, & à cause qu' elle manquoit de quelque grande Puissance qui eust de quoy recouuiller & r' assembler le debris du naufrage, qui pût mettre sur pied de nouvelles forces, & venir à d' autres faits d' armes contre les Ennemis, & à d' autres esfreuues contre la fortune.*

52) Extat mortis sententia apud HORTLEDERVM *Tom. II. lib. III. c. LXX.* du MONT *p. 332.* FALETVS *lib. VI. n. 290.* HARAEVS *p. 647.* SLEIDANVS *lib. XIX. pag. 577.* septimum diem Maii facit. Extant CASPARIS AQVILAE, Superintendentis Epistolæ consolatoriæ ad Electorem captiuum, apud CYPRIANI *Tom. II. p. 482. sqq.* THVANVS *lib. IV. p. 116.* IV. Idus siue XII. Maii. Ipsa vero sententia X. Maii præfert. Dignæ alias sunt THVANI verba dicentis: *nam Saxo mortis sententia more solenni IV. Eid. Maias lata, & dum in tentorio cum Brunsuico sederet, per delegatum significata, nihil commotus aut vultu turbatus est, sed sereno in eum, qui venerat ore intuens, quid tum, inquit, si Vitembergæ non tradita me mori oportet. hæc enim, non vita mea petitur. Ceterum nihil hæc me terrent; vtinam nec coniugem item & liberos & amicos, quibus a calamitate mea maius periculum, quam mihi imminet. Nam quicquid mei contemplatione hosti dabitur, illis peribit, nec mihi proderit, quorsum enim accessionem paucorum dierum tam effato seni, neque diu victuro? itaque si optio detur, malim re liberis salua quamprimum mori, quam diu illis spoliatis viuere. neque tamen prohibebo, quin pietati aliquid condonent, & sibi satisfaciant, ita dum mei rationem habent, non omnino salutis suæ obliuiscantur: hæc fatus, Brunsuicum ad Istrumculis secum ludendum inuitauit, hac etiam fecuritate contemtum mortis & hostis pariter præ se ferens.*

53) ARNOLD Vita Mauritii p. 1214. *Non arbitror Cæsarem quicquam atrocius fallurum fuisse in ipsum Electorem, etiamsi oppidum non cepisset. Tantus enim Electoris erat fauor per omnem Saxoniam, tot adhuc pristini belli erant reliquiæ, vt passurus Cæsar graue bellum fuisset, si crudelitate illud terminari voluisset. Restabant adhuc Lindersuius integris viribus: Saxoniæ quoque ciuitates suos in armis habebant: Daniæ Principem coniunctum cum illis fore putabant, vt si grauius quicquam Cæsar in Electorem statuisset, non tam finisset, quam incepisset bellum videri posset, Verum cum hoc eius consilium feliciter cesserit, ad summam prudentiæ laudem est referendum.*

54) THVANVS de eo lib. XIII. p. 402. *Vir constantiæ & inuicti animi etiam ab ipsis hostibus, ad hæc liberalitatis regiæ laudem confecutus, qui post varias vitæ æruminas & diuersitates quibus tota vita conflictatus est, tranquillitatis partem in morte tandem inuenit, obscuriore tamen eius post obitum fama, quod liberos paterna calamitate oppressos reliquisset.* Patet etiam ipsius constantia ex litteris ipsius ad Gregorium Brück apud CYPRIANI *Tom. II. pag. 500.* PHIL. MELANCHTHON in Teutschen Bedencken. p. 720. *Vnd hat die Bekantniß und Beständigkeit Hertzog Johann Friedrichs unserer Kirchen mehr gefrommet, als vielleicht die Victorie hatte dienen mögen, da ohne zweiffel die Bundes-Genossen untereinander selbst uneins worden waren.*

55) Hæc

& obliterari. Cæteræ vero conditiones erant, vt dignitati septemuirali, tam suo quam liberorum nomine renuntiet, & Cæsari vt pro suo statuat arbitratu, permittat; Wittebergam & Gotham Cæsari tradat, sic tamen, vt supellectilem omnem & annonam auferat, præterquam tormenta, & tertiam alimoniæ partem. Militi præfidiario Cæsar abitionem permittat, absque signis tamen. Albertum Brandenburgicum Saxo liberum sine mulcta dimittat, & ablata illi restituat. Cæsar inuicem dimittat Ernestum Brunsuicensem, accepta prius ab eo fide, quæ Mansfeldiis & Borussiæ Magistro & Solmensibus per hoc bellum adempta sint, Saxo reddat; iuri Magdeburgico, Halberstadtensi, Halensi renuntiet. Cameræ Imperii, quam Cæsar constituet, parere, & sumptus in eam subministrare promittat: vt Henricus Brunsuicensis atque filius liberi fiant, assentiatur, nec vllam in eos actionem moueat: discedat ab omni fœdere contra Cæsarem atque Ferdinandum regem inito, nec vllum deinceps faciat, in quo non ipsi cum suis prouinciis atque sociis comprehendantur: bona illius omnia Cæsar publicat, eaque donat Ferdinando fratri & Mauricio, sic tamen, vt ei liberisque aureorum millia quinquaginta annua Mauricius dependat. Si Cæsari videatur, Saxo, permittente Mauricio, Gotham oppidum & arcem retineat cum omni fructu, veruntamen arcis munitionem demoliatur, nec oppidum firmet. Quia magnam vim æris alieni Saxo contraxit, Mauricius, vt ea debita quæ contracta sunt ante fœdus Smalcaldicum, persoluantur, subsidio dabit illius liberis ad centum florenorum millia: deinde reliqua debita, quæ publicatis, & ipsi a Cæsare donatis bonis inhærent, persoluat, eaque ratione quæ sunt inter vtrosque lites & controuersiæ fines habeant: in illos, qui Cæsari militarunt, nihil Saxo moueat, sed nec in Daniæ regem: decreta Cæsaris & Ordinum Imperii seruet: quia supplicium & pœna corporis ei remittatur, erit deinceps in custodia Cæsaris, aut ipsius filii, Hispaniarum principis. 55) Capta igitur Witteberga, & deductis Electoris præsidiis, Mauritius cum aliquot suis cohortibus & Hispanorum equitatu oppidum prior ingreditur. Altera die idem Cæsar facit cum Ferdinando fratre, dumque in arcem vrbis veniisset, obuiam ei fit Electoris vxor, honestissima mulier, habitum gerens lugubrem, cum aliquot fœminis primoribus. Ad pedes Cæsaris cum illa se abiecisset; pro marito plorans intercedit, quam Cæsar porrecta dextra surgere atque bono animo esse iubet. In vrbem quoque cum Cæsaris iussu Electoris adductus esset, magna fuit exceptus commiseratione vulgi, quod multi præ animi dolore ac benuolentiam quam erga Principem suum habebant, lacrymas tenere non possent. Deinde Saxoni permittit, vt oppidum ingressus, per dies octo cum liberis commoretur. 56) Witteberga postmodum Mauritio traditur, 57) tormenta inter Cæsarem Ferdinandum & Mauritium diuiduntur. 58) Gothana arx per Latzarum Schwendium diruitur. 59)

§. LXXIX. Dum hæc geruntur, Mauricius & Brandeburgicus pro Landgrauio diligenter intercedunt: & quo commodius res ageretur, Lipsiam illum euocant: sed cum Cæsar omnino vellet, vt absque conditione sese dederet, arces etiam omnes atque tormenta traderet, infœda re domum rediit. 60) Cæsar vero rebus ad Wittebergam constitutis, Halam Saxoniæ proficiscitur, ea mente, vt Magdeburgensibus, qui obstinate in sententia stabant, neque vllum humilitatis signum præstabant, metum incuteret, inde petiturus Hassiam, nisi Landgrauius transigeret. Ibidem orta est inter Germanos & Hispanos imilites periculosa seditio, ita, vt Germani conclamatis militaribus vasis, tormenta bellica occuparent, & summo in periculo res esset, & quod actio de Landgrauio Halæ instituta, Cæsar, ne qua proditio subesset, vehementer metuebat. Iste vero, postquam Germanos humanissimo filiorum nomine appellasset, commotis ipsorum animis, seditionem

55) Hæc verbis SLEIDANI scribo *lib. XIX. p. 576.* HEVTERVS *lib. XII. c. XIII.* THVANVS *lib. IV. p. 117.* Extat ipsum pactum apud HORTLEDERVM *c. LXXI. LXXII.* du MONT *pag. 332.* Quod vero interea VVittebergæ actum fuerit, singulari scripto exponit IO. BVGENHAGEN *c. LXXXIII.* BELCARIVS *lib. XXIV. p. 786.*

56) SLEIDANVS *lib. XIX. pag.* 579. THVANVS *lib. IV. p.* 118. ARNOLDVS *Vita Mauritii p.* 1215.

57) SLEIDANVS lib. XIX. p. 582. *sexta die Iunii Cæsar iam moturus castra, milites præsidiarios, Wittembergæ rursus euocat: confestim Mauricius suos immittit, & quum eodem die consules atque senatum vocasset in arcem, de priuilegiis ipsorum atque libertate nihil se valde deminuere dicit, ac simul in suam fidem illos per iusiurandum adigit.*

58) ARNOLDVS c. l. *Cæsar vero cum pridie nonarum Iunii regionum Iohannis Friderici partem Mauricii ducis fidei primum commisisset, eumque munere Cæsaris eligendi præpositisset, Hallam versus exercitum ducit. Mauritio tamen quendam ex militibus præfectum adiungit, qui tormenta bellica omnia adduci curaret. Ex pacto namque inter Cæsarem, Ferdinandum & Mauricium conuenerat, vt omnia tormenta in tres partes diuiderentur, quarumquæque illorum vni postea tribueretur.*

59) SLEIDANVS c. l. *a Cæsare quoque missus fuit Lazarus Schwendius cum præsidio militum, vt & Gotham arcem diueret, & Albertum Brandeburgicum ibi captiuum liberaret.* Extat de eo IO. BVGENHAGIVS *Wie es Vns zu Wittenberg in der Stadt gegangen ist, in diesem vergangen Krieg, warhafftige Historia* 1547. 4. qua se potissimum contra illorum calumnias defendere conatur, qui ipsum statim a fide sua erga Io. Electorem recessisse contenderint. THVANVS *lib. IV. p.* 118. Licet Gotha postea ex Cæsaris concessione per Io. Fridericum iterum fuerit munita.

60) SLEIDANVS *lib. XIX. p.* 580. ARNOLDVS *p.* 1215.

61) AR-

nem pacauit. 61) Cum autem in his esset angustiis Landgrauius, nec aliter posset, Mauritii fidem atque Brandeburgici secutus, XVII. Iunii Halam venit, ibi, postquam pacis formulam a Cæsare propositam subscripsisset, 62) Cæsari fit supplex, sed, cum diutius eum Cæsar insidere genibus pateretur, iniussus consurgit, & ipsum vna cum Mauritio, vna secum apud Albanum ducem esse cœnaturos dicit. Finita cœna, permanendum ipsi erat, custodibus admotis. Ad datam quidem a Cæsare fidem pronocabat ipse non solum, sed Mauritius etiam & Ioachimus, Brandenburgicus Elector, quibus Cæsar respondit, cauisse quidem illi, non, quod omnino non, *nicht mit ewiger Gefengnis* esset detinendus, sed, quod non perpetuo, nec aliud fuæ fuisse voluntatis. 63) Et licet Landgrauius, quo libertatem quamprimum recuperaret, pecuniam non multo post omnem dependeret, arces demoliretur, & machinas traderet, captiuus nihilominus in Belgium duce-

61) ARNOLDVS *pag.* 1215. qui ita concludit: *omnes existimant, præsentiam Cæsaris eo die Hispanis salutem attulisse, quod, amissis tormentis & loco opportuniori, in summis consisterent angustiis.*

62) SLEIDANVS lib. XIX. p. 581. *formula pacis hæc erat: vt se suamque prouinciam Cæsari nulla conditione dedat: ad Cæsarem ipse veniat, & supplex condonari sibi petat: ergo Cæsarem obsequenter sese deinceps gerat & officiose: quæ Cæsar pro salute reipublicæ faciet decreta, ferret: Camera iudicio, quod Cæsar constituet, pareat, & sumptum pro virili parte sustineat: aduersus Turcam auxilia, singulis temporibus, vt cæteri principes, conferat: ab omni fœdere, maxime autem Smalcaldico discedat, & eius generis literas omnes Cæsari tradat: nullum fœdus vnquam faciat, in quo non Cæsar & Ferdinandus rex comprehendantur: hostibus Cæsaris omni ista prouincia interdicat: si quem Cæsar mulctare velit, cum minime defendendum susceperit: Cæsari det iter per suos fines, quum res ita feret: in fide ditionis homines, qui contra Cæsarem aut Ferdinandum militabant, grauiter animaduertat: eos vero, qui tam militant, reuocet, vt intra diem XIV. discedant a signis, & nisi pareant, bonis omnibus mulctet, quæ Cæsari deinde cedant: in sumptus belli Cæsari dependat intra quartum mensem aurorum millia centum quinquaginta: quas habet arces atque propugnacula, præter Ziegenhemum aut Cassellum, ad solum vsque demolitur, & quos in eas præsidiarios atque ductes, in Cæsaris fidem adigat: nihil in posterum, nisi de Cæsaris voluntate, muniat: machinas omnes bellicas cum omni instrumento Cæsari statim tradat: ex iis vero Cæsar ei largiatur, quantum satis esse videbitur ad eius loci, quem ei concedet, tutelam: Henricum Brunsuicensem, eiusque filium, libros dimittat, & Henrico suam prouinciam reddat, eiusque ditiones populo iussum indum remittat, deque damno dato cum illo transigat: quæ Prussiæ magistro cæterisque per vim eripuit, restituat: in Daniæ regem vel quosuis alios nihil moueat, quod vel opem ei non tulerint, vel quod Cæsaris secuti sint partes: captiuos omnes, qui Cæsari militarunt, absque multa dimittat: iis qui iure cum ipso quaque de re volum experiri, sese sistat: has leges ipsius liberi ratas habeant: idem faciant nobilitas atque populus, & si quidem ille pacta non seruet, comprehensum Cæsari tradant: pro his rebus omnibus Brandeburgicus & Mauricius & Wolffgangus Palatinus generi fideiubent, & nisi pareat, vires omnes in ipsum expedire spondent, vt ad seruanda pacta cogant.* Addit ille p. 583. *postero die, mane, Christophorus Carlebicius ad Lantgrauium veniens, pacis formulam exhibet, vti subscribat, in ea fuit additum, Cæsaris esse interpretari singula eius capita. Lantgrauius ergo, quoniam id in illa, quam Brandeburgicus & Mauricius ante miserant, perscriptum non erat, episcopo Atrebatensi renunciat, non sibi esse integrum subscribere. is per scribam esse neglectum ait, & rursus idem urget, sic ille suorem gerit.* HEVTERVS *lib. XII. c. XIV.* Extant articuli apud HORTLEDERVM *c. LXXV.* du MONT *Tom. IV. p. II. p.* 321. THVANVS *lib. IV. p.* 121.

63) SLEIDANVS *lib. XIX. pag.* 584. HORTLEDER *c. LXXVI.* BELCARIVS *lib. XXIV. pag.* 787. THVANVS lib. XLI. p. 447. de Philippo: *sed cum profligato Ioanne Friderico Saxone VII. viro a Mauritio genero perfusus cum Cæsare transegisset, vnius literulæ caudillatione astu Graunellani delusus ac carceri mancipatus, totum quinquennium vinculicia Cæsaris signa & aulam secutus est.* Hæc explicantur in *Teutschen Anmerckungen obs. XII. §. XXVII.* quod Episcopus Atrebatensis vocem *einig* pro *ewig* explicauerit. Inquirit in veritatem singulari programmate in Academia Helmstadiensi 1712. AVGVSTINVS LEYSERVS, atque veritatem facti ex HORTLEDERO demonstrat, sed contra regulas hoc fuisse iudicat. Totam rem declarat ARNOLDVS p. 1216. *ibi inter alias conditiones hæc quoque proposita fuit, vt ad Cæsaris pedes prouolutus, delicti commissi condonationem peteret. Hoc si faceret, Cæsarem ipsum perpetua custodia liberaturum. His verbis quoniam fraus posita facta fuit, noui quoque belli causa inde exstitit. Cæsar enim promiserat, se Landgrauium ab omni carcere liberaturum esse:* Er wolle ihm mit *einiger* Gefengnis nicht belegen. *Hoc cum omnino perfusionem esset Landgravio, præsertim cum Ioachimus Brandenburgicus Elector & Mauritius Sponsores pro Cæsaris fide exstitissent, iam se ab omni periculo immunem credebat. Itaque vesperi cœnam lautam instituunt, ibique Principes omnes conueniunt. Cum vix peracta illa esset, Albanus Hispaniæ Dux cum magno satellitio aduentat, Landgrauiumque in custodiam Cæsaris deduci iubet. Cum ille fidem Principum imploraret fuque per insidias circumuentum quereretur, Albanus Cæsarem, quod promisisset, seruare inquit. Ita enim transactione comprehensum vt Cæsar Landgrauium perpetuo custodia non granaret. Quod si in perpetuum viuere Landgrauius posset, Cæsarem quoque ipsum dimissurum. Pro eo enim verbo* Einiger Gefengnis *corruptis litteris* Ewiger *conscripserunt.* Addit Arnoldus: *Certe eum ante id tempus Landgrauius multa infidiose egisse & callide, voluisse credo Deum, vt in hunc modum vulpecula a vulpe deciperetur.* THRASYBVLVS LEPTA lib. I. p. 86. *Reflabat ad cumulum victoriæ Cæsaris, vt Philippus Landgrauius Hassiæ aut vi, aut seductione in eiusdem potestatem perueniret, quorum hoc aucupatione vnius syllabæ, vocalarum: einig, ewig obtentum est.* Sic etiam in Cæsaris Responso per Heldium Vice-Cancellarium Landgrauio concesso: *Desgleichen auch das S. F. G. weder mit ewigen Gefengnis, noch mit Confiscation oder Entsetzung derselben Gütter, mehrers oder weiters, davon die Artickel der Abrede, so Ihre Mai. gnædigst gewilliget, inne halten, mocht beschwert werden,* LABREY *Hist. d' Angleterre Tom. I. pag.* 597. Adde SR. d' AVBIGNI *Hist. Vn. lib. I. c. II. p.* 3. P. DANIEL *Hist. de France Tom. III. p.* 527. *Historie der Religions-Beschw. p. I. c. II. §. XVII.* CHYTRAEVS *lib. XVI. pag.* 423. THVANVS *lib. IV. p.* 120. 122. qui tamen Granuellano hoc tribuit.

64) SLEI-

ducebatur. 64) Ingens etiam pecunia imperata illis, qui fœderatis militauerant. 65) Cæsar igitur cum præcipuos suos hostes in manu haberet, vtrique imperat, vt & Henricum Brunsuicensem & Albertum Marchionem incolumes ac liberos dimittant, quorum alter in Landgrauii, alter vero in Electoris custodia fuerat. Illi iussa faciunt, & ambos dimittunt, ad Cæsaremque ire iubent. Hinc Mauritio omnia Electoris donat, exceptis paucis in Thuringia oppidis, quæ gubernationi & necessitati filiorum Electoris concessit. 66) Bohemi vero in rebellione sua adhuc pertinaces, occupata Pirna, in ordinem rediguntur, quam in Regem elegerant, Caspar Pflug, ob periculi magnitudinem, statim ab initio in Saxoniam fugam parauerat. 67)

§. LXXX. Antequam hæc constituerentur, Cæsar e castris ante Wittebergam sexta die Maii conscribit Ordines Imperii, vt sub Idus Iunii 1547. Vlmæ conueniant, fœderis ineundi causa. Legatos eo mittit Cardinalem Augustanum, Ioannem Brandeburgicum, Liranum, Henricum Hasium. Idem facit rex Ferdinandus. 68) Hi in conuentu prolixe exponunt, quid cum Saxone & Hasso fuerit actum. Verum, deliberationes pestilentiæ vis interpellauit: Augustam ergo sese tandem recipiunt, quo in loco Cæsar magnos Imperii conuentus agere instituit, 69) ad eosdemque ad Kl. Septembris Imperii Status conuocat. 70) Interea Cæsar a reliquis Imperii Ordinibus pecuniam poscit, ob sumptus belli, quod ipsorum causa potissimum, & pro salute Germaniæ susceptum esse dicebat. Nobilitas etiam omnis, & ii, qui Smalcaldicis militauerant, tota passim Germania mulctantur. 71) Sub finem Iulii mensis, Augustam Cæsar venit cum Saxone captiuo: Landgrauium vero Donawerdæ reliquit, custodibus Hispanis, qui multa quotidie in eius contemptum atque ludibrium faciebant. Armata fuerunt hæc Comitia, nam præsidium erat in vrbe iam ante, decem signa peditum: in agris vero circum erant Hispanorum & Italorum copiæ: a quibus vt essent immunes Memmingenses, triginta, Campidonenses autem viginti aureorum millia pendebant: ad hæc, ab inferiori Germania venerunt equites circiter sexcenti, quos per agrum vicinum Cæsar distribuit. 72) Frequentissimus fuit hic Conuentus, aderant Electores omnes, & in his Adolphus Colonien sis & Mauritius: venit etiam eo rex Ferdinandus & Cardinalis Tridentinus & Henricus Brunsuicensis, Cliuensis, soror Cæsaris Maria, & neptis, Lotharingiæ vidua. 73) Kl. Septembris fit initium, ibi cum Maximilianus Austriacus Cæsaris nomine pauca præfatus, propositio Cæsaris de scripto legitur de constituendo potissimum & reformando iudicio Camerali, 74) Pace publica tenenda & constituenda Germania. 75) Actum iisdem Comitiis fuit de Landgrauii liberatione. 76) Petebat, etiam vt promittant Principes se synodo obtemperaturos. 77) Dum igitur inuicem deliberarent Status,

64) SLEIDANVS *p.* 585. de Lantgrauio: *ille, qui cæsum hunc immoderatissime ferret, de pecunia, deque diruendis arcibus velle se curare dicit, & confidere, cuius rei spem faciant, fore vt ea præstetur. Postea Turingiæ finibus egressus cum Hispanis vbi Greuetallum venisset, Albano fidei publicæ literas & obligationis formulam exhibet: is nihil, nisi de perpetuo carcere promissæ Cæsarem ait intercessoribus. Et quis igitur eius captiuitatis, ait Langtratius, erit modus aut terminus, quoue temporis interuallo circumscribetur? etiamsi per XIV. aut eo plures annos, inquit Albanus, te detinebat, nihil tamen contra promissum Cæsar fecerit. Ille, quo libertatem quamprimum recuperaret, pecuniam non multo post, omnem dependit, arces demolitur, & machinas tradit. Porro, tormentorum, quæ partim ab illo, partim a Saxone & Wirtembergico & a ciuitatibus est consecutus Cæsar, ingens erat numerus, &, vt aiunt, ad quingenta: quorum deinde nonnulla, Mediolanum, alia Neapolim, alia in Hispaniam missi, reliqua per Belgium distribuit, tanquam victoriæ trophæa & monimenta.* HARAEVS *p.* 647. Traditio est, Lantgrauium eo tempore cudi fecisse Ioachimicos cum inscriptione. BESS. LAND. V. VLD. VLORN. ALS. EN FALSCH AID. GESCHVVORN. de cuius tamen fide haut sine ratione, singulari scripto dubitauit GVIL. ERNESTVS TENTZELIVS & RINCKIVS *de Vet. Numism. potest. c. XXI.* quos sequuntur Autores *der Historischen Remarquen* 1702. *p.* 50. Licet auctor *obseru. V. Tom. II. Teutscher Anmerckungen* ipsum pro genuino velit venditare.

65) THVANVS lib. IV. p. 123. *dein reliquis imperii ordinibus quorum contemplatione bellum fuscepturn dicebat, grandis pecunia imperata, & ii, qui fœderatis militauerant, tota passim Germania multantur. Ea summa, vt ex rationibus publicis postea apparuit, decies sexies centum millia aureorum conficiebat.*

66) ARNOLD *p.* 1217.

67) ARNOLD *p.* 1217. 1218.

68) SLEIDANVS *lib. XIX. p.* 579. HEVTERVS *lib. XII. c. XIII.*

69) SLEIDANVS *lib. XIX. pag.* 583. THVANVS *lib. IV. p.* 120.

70) SLEIDANVS *lib. XIX. p.* 588. BELCARIVS *lib. XXIV. p.* 787.

71) SLEIDANVS *lib. XIX. p.* 589.

72) SLEIDANVS *lib. XIX. pag.* 591. THVANVS *lib. IV. p.* 126.

73) SLEIDANVS *c. l.* HEVTERVS *lib. XII. c. XV.* VVERLICH *Augspurg. Chronic. p. III. p.* 66. Omnes in his Comitiis præfentes recenset NICOLAVS MAMERANVS in *Catalogo Familiæ totius Aulæ Cæsareæ per expeditionem aduersus inobedientes, vsque Augustam Rheticam: omniumque Principum, Comitum, Baronum, Statuum, Ordinumque Imperii, & extra Imperium, cum suis Consiliariis & nobilibus ibidem in Comitiis Anno* 1547. & 1548. *præsentium.*

74) SLEIDANVS *c. l.* BELCARIVS *lib. XXIV. p.* 790. THVANVS *lib. IV. p.* 128.

75) Extat constitutio Caroli V. de pace publica tenenda, apud GOLDASTVM *Tomo VIIo p.* 536. LVNIG *p. Gen. Cont. p.* 807. & Reformatio Politiæ Imperialis *p.* 547. *Reseript. & Stat Imper. pag.* 126. LVNIG *p. Gen. Cont. p.* 831.

76) SLEIDANVS *lib. XIX. pag.* 596. HORTLEDER *Tom. II. lib. III. c. LXXXIV.*

77) CHYTRAEVS lib. XVI. p. 422. *Conuentu Augustino, Imperator Carolus, deliberationes mense Septembri exorsus est, suitque præcipuum ca-*

Status, XXIV. Februarii die 1548. Mauritius in publico foro de electorali dignitate & terris, inſpectante omnia conſtanter & magno cum animo Io. Friderico, fuit inueſtitus. 78) In iisdem quoque Comitiis cum Ferdinando fratre plurimum agebat Carolus, vt renuntiata Imp. dignitate, hanc Philippo filio cederet. 79)

§. LXXXI. Dum interim Concilium Tridento Bononiam fuiſſet translatum, & Cæſar de religionis negotio componendo cogitaret, negotium fuit datum nonnullis, vt & doctrinæ & cæremoniarum & emendationis eccleſiaſticæ capita conſcriberent. Hi erant Iulius Pflugkius, epiſcopus Numburgenſis, Michael Sidonius, Ioannes Agricola Islebius, auctor Antinomorum, qui de dogmatis librum conſcribunt, fundamento potiſſimum Interim Ratisbonenſi vtentes, 80) ſed admodum arcane, & quum diu multumque

put, de quo ab initio Imperii ſemper Carolus egerat, vt controuerſiæ Religionis per Synodum tandem tollerentur, & interim dum de religione controuerſiæ in Synodo explicarentur, Pax aliqua inter Ordines Germanicos conſtitui poſſet. Primum igitur petiit, vt promittant principes ſe ſynodo obtemperaturos eſſe, de quo poſtulato cum ad Philippum, Electorem Mauritius retuliſſet, is ſcripto reſpondit, quod ex germanico in latinum translatum inſeruit CHYTRAEVS *Saxoniæ* p. 957. ſubiecta eſt *Ephemeris itinerum Caroli V. toto belli Germanici tempore, & antea die 15. Octobris anni 1547. vsque ad 23. Iulii & Comitia Auguſtana celeberrima 1548. celebrata.*

78) SLEIDANVS *lib. XX. p.* 624. *Mauricio, Cæſar, honorem ſe tum miratus, & Ioannis Friderici prouincia maximam partem, tum ante, ſicut diximus, attribuerat in caſtris ante Wittembergam: ſed hoc in concione publica & ſolenni ceremonia tanquam in poſſeſſionem illum mitteret, & in ſuam Imperiique fidem acciperet, fiuit hoc Februarii die vigeſimo quarto, qui quidem dies eſt Cæſari natalis. Ea vero ceremonia ſic habet. In foro tabernaculum erat extructum a materia, patulum, in quod per gradus aſcendebatur, eo Cæſar a meridie venit ſub horam tertiam, comitatus electoribus: poſt illinc in vicinam domum tranſiit, & veſtem ſolennem induit, tum ipſe, tum electores. Inde rurſus prodit & in ſolio conſidet: idem illi faciunt, ſito quisque loco, a tergo, ſuper Cæſarem erant quoſdam in pegmate collocati tubicines. Ibi primum agmen Mauricii procedit, & incitatis equis tabernaculum petit, vti fieri conſuerat. Interim Mauricius cum altero agmine conſiſtit e regione, comitatus turba procerum, & proxime ante ipſum erant tubicines duodecim. Mox prodeunt ex illa caterua Henricus Brunſuicenſis, Wolfgangus, electoris Palatini frater, Albertus Bauarus, & vbi curſu peruenijſſent ad locum, deſcendunt ex equis, & Cæſarem adeunt, ac demiſſe rogant, vt Mauricio publicum Imperii beneficium & inſignia principatus confirmat. Cæſar, cum electoribus re communicata, per Moguntinum reſpondet, placere ſibi, modo ille veniat ipſe idem petat. Eo accepto reſponſo, Mauricius cum toto agmine procurrit: præferebantur ei vexilla decem cum totidem inſignibus regionum, pro quibus inauguratione petebat: vbi conſtetiſſet, ingenua ſubſidet ante Cæſarem, & idem rogat. Miſſus erat ab Auguſto fratre Comes Mansfeldius Hoierus, qui ſtagitaret idem. Itaque Cæſar per Moguntinum reſpondet, quoniam vterque ſidelem operam ſibi nauarint, velle ſe Mauricio eiusque liberis maſculis, aut ſi nulli ſint, Auguſto fratri eiusque liberis electoratum Saxoniæ & Ioannis Friderici poſſeſſiones omnes conferre, niſi quantum illius liberis tum ante ſit conceſſum. Moguntinus deinde, insiuuandum, quo tenentur electores, recitat, & vbi Mauricius, illo præeunte verbis, iurauſſet, Cæſar enſem ei tradit, & hac ceremonia velut in poſſeſſionem mittit. ille gratias agit, & omnem ſidem obſequentiamque pollicetur: poſt, illa, quæ diximus, vexilla, quum ea Mauricius acceperit a Cæſare, deiiciuntur in promiſcuam multitudinem, vti fieri ſolet. Hæc omnia poterat Ioannes Friderieus, ex ædibus, vbi diuerſabatur, ſpectare: & quidem ſpectauit; nam erant in eodem foro.* ARNOLDVS pag. 1219. *Ab eo loco cum Mauritius magna ſuorum pompa multorumque Principum comitatu ædes Ioannis Friderici, qui iam dignitate illa priuatus erat, præteriiſſet, Fridericum e feneſtra proſpicientem magno animo dixiſſe ferunt: Equidem leror, quod hodierno die in tanto honore viderim patruum meum. Verba hæc licet commotionem animi aliquam declarent, tamen & conſtantiæ teſtimonium dant & ſummæ prudentiæ: quippe cum in ſummo animi dolore ibi iracundiam temperauerit, & illi, qui circum eum eſſent, cuſtodes ne ægre quidem rem ab eo ferri intelligerent.* HEVTERVS *lib. XII. c. XVI.* HARAEVS *p.* 650. VVERLICH *Augsp. Chron. lib. III. p.* 67. THVANVS *lib. V. pag.* 147. FALETVS *lib. VII. n.* 354. SAGITTARIVS §. *XXII.* In SCHARDII Tomo ſecundo extat NIC. MAMERANI *relatio de inueſtitura regalium Mauritii* & vernaculo ſermone apud HORTLEDERVM *Tomo II. lib. III. c. LXXXV.* SIMON STENIVS *in vita Mauritii apud* FREHERVM *Tom. III. p.* 454. FABRICIVS *Orig. Saxon. p.* 101. Vaticinium de eo extat Saltzungi, quod adducit IO. ROSINVS vita Io. Friderici Ep. 1. *Anno a nato Chriſto MDXII. Eornæ, quod eſt oppidum Miſniæ, ditionis electoralis, vixit præſes curiæ prouincialis, quem plerique nonnarunt Baccalaureum Saltzungi, vir prudens: Is ſæpe numero repetiiſſe hæc verba dicitur: Aſſore tandem aliquando tempus, vt ſacrificulos capitum ſuorum raſuræ pudeat, & electior Saxoniæ prouincias ſibi ſubiectas multetur: verum tamen poſteros eos eſſe recuperaturos.*

79) HEVTERVS lib. XII. c. XV. *aduenerat etiam e Belgio Regina Maria, Cæſaris ſoror: quæ ab eo inſtructa, diligenter cum fratre Ferdinando Rom. Rege egit, recuniciata hac dignitate, eam in Philippum Hiſpaniæ Principem, quem Cæſar breui exſpectabat, transferri permitteret. Rex Ferdinandus, negotio recte perpenſo, cum ſe non ſolum propriam auctoritatem infringiter læſurum, ſed etiam animi parum generoſi ſpecimen hoc facto prohibiturum conſideraret, & in primis tot maſculorum liberorum charitatis atque honoris incremento impedimentum ſe daturum videret, quod angueſſis poſt mortem ſuam ditionibus imperaturi, neceſſario paternæ auctoritatis claritatisque auxilio eſſent fulturi, ſorori Mariæ reſpondet, nepotem Philippum, Hiſpaniæ ac tot aliis ingentibus aliquando Regnis imperaturum, adhuc Germanico Imperio magis obrui ac peſſundari, quam iuuari bonorariue, recordaretur Principem Philippum hominem eſſe, ſuis atque habere viros atque ingenium, captumque tantum humanum. Proinde modum ac metam cupiditati eius Cæſar ſtatueret, ni Principem Philippum tanta mole oppreſſum ſuccumbere, vniuerſamque Habsburgicam Auſtriacamque familiam intempeſtiua ambitione euertere cuperet. Cæſar, fraternis rationibus recte examinatis, filiique ſui conditione penitus perſpecta, probe fratrem iudicaſſe cenſuit, negotiumque aut in vniuerſum, aut in aliud tempus reiecit.* SLEIDANVS *lib. XXII. pag.* 691. THVANVS *lib. V. p.* 150.

80) MELANCHTON ad Camerarium ep. DCCXXXII. *Liber de quo Ratiſponæ diſputauimus, nunc rurſus in theatrum Auguſtæ proferetur, & ornatus*

que tractassent, & crebro sub incudem revocassent, Petrus Maluenda & Dominicus a Soto Dominicani illum plurimum deprauassent, Cæsari demum exhibent. 81) Cum ergo diu multumque iactatus esset inter ordines priuatim, Romam quoque mittitur. Nam etsi totus fere papismus in eo stabiliretur, 82) tamen, quod aduersariis essent concessa nonnulla, pontificem prius esse consulendum, placuit. Is deinde Cæsari per Cardinalem

natus est fucosius. Si recipitur, magnæ erunt ecclesiarum in his regionibus distractiones, pellentur multi docti & pii sacerdotes ex suis ecclesiis, vt Arianis temporibus: VVITTENBERGISCHER BERICHT p. 89. Licet etiam VVEISMANNVS *Introduct. in Hist. Eccles. Sec. XVI. p.* 173. auctor sit, collectores vsos fuisse expositione fidei, paullo ante ab Angliæ Episcopis confecta, de qua BVRNETVS *Hist. Reform. Angl. p.* 41. *segq.* De hac etiam MELANCHTHON ad Camerarium ep. DCCXXX. *In Britannia deliberationes sunt de doctrina profecto difficiles.*

81) SLEIDANVS *lib. XX. p.* 620. Et p. 627. *Ad hunc modum pronuntiatus quidem fuit liber, sed non ita conspiruit initio. Non semel enim sub incudem reuocatus, & Rucero exhibitus fuit aliquanto prior.* P. SVAVIS *lib. III. p.* 260. HEVTERVS *lib. XII. c. XVI.* CHYTRAEVS *lib. XVI. p.* 429. HARAEVS *p.* 650. THVANVS *lib. V. p.* 142. *Pontifici in ea causa, in qua missum illum sincere versari sciret, industriam suam locare Cæsar, cardinali Tridentino iam Augustam reuerso ex Mendoza litteris, etiam antequam scriptum illud in eius manus venisset, exiguam spem esse de Concilio instaurando cognouisset, rem ad Imperii ordines XIX. Kalen. Febr. detulerat, negotiumque Mendozæ dedisse dixerat, vt si Pontifex in sententia perseueraret, Concilium vitii palam arguerent. Quod etsi non omnem de concilio spem præuideret, tamen quia longior mora interponeretur, existimare se rei publicæ esse, vt interim via aliqua conciliationis incuntur; cuius quidem rei sibi ab ipsis curam permissam esse; verum æquius videri, vt ex omni theologorum numero pauci deligantur viri pii, docti & concordiæ studiosi, qui negotium illud citra vllam asperitatem tractent, igitur deligentur nonnulli, inter quos cum minime conuenirent, iuersus res tota Cæsaris arbitrio committitur: is ergo Iulio Fugio episcopo Numburgico, & Mich. Sidonio quorum supra mentionem fecimus, Ioanni item Islebio Agricolæ, qui ante XX. annos pro Saxonica confessione cum Phil. Melanchthone ac Io. Brenzio steterat negotium dat vt eo doctrinæ ceremoniarum, atque commendationis ecclesiasticæ Formulam conferrent.* PALLAVICINVS tamen *Hist. Conc. Tridentini. lib. X. c. XVIII.* illos non auctores, sed censores facit, dicens: *quis illius fuerit auctor, incertum est: sed ipsum Cæsari obtulerunt nonnulli principes, qui vel nimia pacis cupiditate hallucinati, vel quæstionum ad religionem spectantium imperiti spem eum eodem Cæsare conceperant, fore, vt in vna eademque doctrina possint hæretici cum catholicis concordare. Illum Cæsar recognoscendum dederat tribus viris sacrarum litterarum scientia insignibus Iulio Pflugio, Michaeli Sidonio, probo vtrique catholico: & Ioanni Agricolæ Islebio hæretico, Septemuiri Brandenburgici concionatori.* In Expositione Wittebergensi *p.* 157. animaduertitur, ne verbum quidem de lege in toto hoc libro obuenire. Nec sine mercede mansit horum opera, dicebant Chrisma ab eis & oleum Pontificium inter alia defendi, velut rem sacram & saluti necessariam, vt ipsi discederente vnctiones. Sic enim SLEIDANVS lib. XXI. incipiente: *Authores libri treis antea nominauimus: ex iis Ioannes Islebius, liberale donum a Cæsare simul & Ferdinando rege tulit, ob nanatam operam, Michael vero Sidonius episcopatum Merseburgensem in Saxonia deinde est consecutus: hinc iocus illorum, qui Chrisma dicebant ab eis & oleum pontificium inter alia defendi, rem sacram & saluti necessariam, vt ipsi mimirum discederent vnctiones.* PETRVS SVAVIS POLANVS *Hist. Concilii Tridentini p. II. lib. XIII. c. VIII. §. I. p.* 110. sic de hoc Interim indicat: *Hæ nempe triumviri Pflug, Held, Agricola, longa habita consultatione formulam religionis composuerunt, quæ sapiut examinata, immutata & sub incudem reuocata; primum ab seipsis, deinde ab aliis viris doctis, quibus Cæsar insiciendam iudicat. Accersitis etiam e prouestauitum minisiris præcipui aliquot, qui suffragio eam etiam comprobarent. Verum tot mutationes, additiones & detruncationes passa est, vt luculenter constaret, fuisse opus variorum hominum, contrarios se fines spectantium. Tandem in eam eualuit formam, quæ nunc conspicitur.* SFORTIAS PALLAVICINI *p. II. lib. X. c. XVII. p.* 61. sic iudicat: *In pluribus Articulis ac potissimum in iis, quæ de Sacramentis agebant, ea doctrina Lutheranorum erroribus aduersabatur, in aliis vero contexta erat formulis ambiguis, quas liceret vtrique partium pro re sua interpretari. Quare bi tres delecti post diuturni studii laborem retulere, quicquid in libello continebatur dummodo sana interpretatione exponeretur, doctrinæ catholicæ non repugnare; excepto sacerdotum coniugio & vsu calicis apud Laicos: quæ duo ivi ita permitti debuntur, vt reuera tanquam licita minime probarentur. Sed deinde ex cum difficillimum compertum esset, sacerdotes a ductis vxoribus seiungi, & experimento constare, aliquot populos ab Eucharistia suscipienda sub antiqua specie abduci non posse, vtrumque tolerandum esse, donec concilium decerneret id, quod Ecclesiæ magis profuturum putassent.* CAMERARIVS vero in *Vita Melanchthonis p.* 165. de eodem sic commentatur. *Hic liber paucorum quorundam clandestina & tenebricosa opera conflatus, ac, vt vetere verbo vtar, consutus fuit, quo præscribatur, quid interim dum decreta Synodi prodirent, fieri seruarique oporteret, ab iis quidem qui in doctrina Ecclesiæ & ritibus vsitatis aliquid innouassent. Vnde liber iste quasi tituli nomine ejt vocatus Interim & dolit sactis multa falsæ dicendi occasionem, cum quidem neutri parti placeret, & vtrique, etsi non eodem modo atque proposito, cum repudiarent. Sunteque postea multo maiores & deformiores dissipationes, atque etiam ruinæ consecutæ. Conuenerat autem & eo concilio probatus fuerat iste labor, vti ne a Pontificis quidem partes sequentibus improbaretur, vtque adeo Pontifex ipse vel concedendo indulgendoque, vel dissimulando & connitendo illum admitteret. Atque mirabantur plerique, a quibus vera consideratione res perpendebantur, Carolo Imperatori persuaderi potuisse, vt ineam rationem sententiamque incumbendum putaret. Qui pro sagacissimi animi prudentia & diuturna experientia, quod facilia negotia quo euadissent, non ignorare posset, videre intelligereque deberet, neque re ipsa confiteret ac velare, neque temporibus congruere, magisque ac citius motus contentiones atque pugnas commoturam quam certamina atque priores res sedaturam esse. Sed occaecantur nimirum animi, maximorum quoque & sapientissimorum virorum, quando insringi sutam vim fata non volunt.* BVRNETVS Hist. Reform. Anglic. p. II. p. 57. *Duo primi ab omni tempore in Communione Romana vixerant. Postremum vero a Cæsare delinitum fuisse, omnes fere suspicati sunt, vt Augustanæ Confessionis viri nomen, quod meditabatur præscriptum, nullo labore ab omnibus admitteretur.* De his Auctoribus vberius IO. ERDMANN BIECK im *Dreyfachen interim cap. II. & III.*

82) Capita huius libri Interim exponit SLEI-

lem Sfondratum has animaduerſiones aperit, vt presbyter ordinatus ducat vxorem, & ſacrum officium adminiſtret, eſſe inauditum: Conſuetudinem illam ſumendi cœnam Domini ſub vtraque ſpecie, eſſe abrogatam, & in his duobus indulgendi facultatem nulli competere, præterquam Pontifici Romano & Concilio: religionis antiquæ ſectatores non eſſe his dogmatis alligandos, verum, ſi qui Lutherani velint ab incœpto deſiſtere, non eſſe repudiandos, illud de duabus miſſis, intelligi debere ſolum de Lutheranis: pſalmodiam oportere vbique reſtitui: diebus feſtis celebrandam eſſe cuiusque eccleſiæ patroni memoriam: iis, qui iam ſunt ſacerdotes, aut poſtea fient, abſtinendum eſſe a coniugio: ſacrorum bonorum & iurisdictionis oportere fieri promptam reſtitutionem: conſtare enim de ſpolio, nec vtendum in eo forma iuris ordinaria, ſed de plano cognoſcendum, & manu regia conficiendum eſſe negotium. Immo male habebat Papam, quod Cæſar in cauſſis religionis decernere ſibi ſumat; metuens, ne ad exemplum Henrici VIII. Anglorum Regis, caput Eccleſiæ eſſe velit, iuſſitque, vt liber iſte abrogaretur. 83) Hac illata cenſura, Moguntinus, Treuirenſis, Colonienſis, quibus ea communicata fuit, eodem plane modo Cæſari reſpondent, & reſtitutionem inprimis vrgent, eamque perneceſſariam eſſe docent, ſi quidem religio Chriſtiana conſeruari, & quibus in locis abolita, recuperari debeat: paci quoque non aliter poſſe conſuli: prouidendum igitur inprimis, vt templa & monachorum collegia plene reſtituantur: & quoniam de vi ſpolioque conſter, agendum eſſe paucis, vt cultus diuinus quamprimum recuperetur: orare autem, vt in bonam partem hæc accipiat, & eccleſiæ membra ſuo patrocinio defendat. Reliqui tres Electores, non quidem eius erant ſententiæ, Palatinus inprimis & Mauricius, verum vterque cauſſas habebant, cur Cæſari non admodum reclamarent. Cæteri Principes, qui maxima parte erant Epiſcopi, eodem modo ſicut Moguntinus, atque collegæ reſpondebant, Ciuitatum non ita magna fuit habita ratio. 84) Cæſar igitur Idibus Maii conuocat omnes Ordines, & de ſua in Germaniam charitate præfatus, librum iſtum retitari iubet. Ibi Moguntinus, qui primum inter Electores locum obtinet, non exquiſitis Ordinum ſententiis, conſurgit, ac veluti publico nomine, Cæſari, pro tanto labore, ſtudio, cura, diligentia, charitate patriæ, maximas agit gratias: & quoniam antehac ipſius fidei rem permiſerint, ac nunc in eo ſit elaboratum, æquum eſſe dicit, vt gratiſſimis animis hoc ipſum agnoſcant, & decreto pareant. Hanc gratiarum actionem Cæſar habuit pro communi aſſenſu & approbatione, nec vllam poſt excuſationem admiſit, & librum typis euulgari iubet latino ſimul & populari ſermone. 85) Hunc librum Religionis declarationem Carolus adpellari volebat, hoc titulo, *Der Römiſchen Kayſerlichen Maieſtät Erklærung, wie es der Religion halber im heiligen Reich, bis zu Austrag des gemeinen Concilii, gehalten werden ſoll, auf den Reichs-Tag zu Augſpurg den XV. Muii im MDXLVIII. Iar publicirt und eröffnet, und von gemeinen Ständen angenommen.* 86) Dicebatur autem vulgo *Interim*, ea de cauſſa, quod hac doctrinæ formula eo vsque eſſent vſuri, donec Patrum Tridenti congregatorum examinatione ac decreto certi quid de controuerſis Religionis capitibus eſſet conſtitutum. 87.) vel *Decretum Auguſtanum*, *liber Auguſtanus*, *formula Interreligionis*, & per ſcomma *Sphinx Auguſtana*, *partus monſtroſus Auguſtanus*. 88) Inde variæ conſultationes fuerunt factæ de hoc Interim recipiendo. 89) Alber-

DANVS *lib. XX. p.* 625. Ipſe CARAFA *p.* 24. confiteri neceſſum habet, eſſe librum mere Pontificium, ſcribens: *In libello vero promulgato omnia erant Catholica; niſi quod, qui ex ſacris Ordinibus Apoſtatæ vxores duxiſſent, iis verentur vsque ad declarationem Concilii, & qui ſub vtraque ſpecie communicauerant, eundem vſum vsque ad eamdem Concilii ſententiam ſeruarent.*

83) COELESTINVS SFONDRATI Gallia vindicata p. 391. *Paulus Pontifex, quamuis ætate iam præceps, multisque vinculis ob Farneſiam familiam Carolo adſtrictus, nec eius potentiam veritus tot viſloriis florentem, grauiſſimis ad eum literis abrogari hoc edictum aut corrigi iuſſit* SLEIDANVS *pag.* 627. SARPIVS *p.* 324.

84) SLEIDANVS *lib. XX. p.* 627. THVANVS *eit. loc.*

85) SLEIDANVS *lib. XX. p.* 629. HEVTERVS *lib. XII. c. XVI.* BELCARIVS *lib. XXV. pag.* 800. 812. THVANVS *c. l.* Male igitur Auctor Auguſtanæ & Anti-Auguſtanæ Confeſionis *p. II. cap. VI. §. V. p.* 135. dicit, ipſos C. A. addictos Status ab iſta receſſiſſe, atque hunc librum Carolo Imp. obtuliſſe. Cui tamen VALENTINVS ALBERTI *in gründlicher Wiederlegung* dicti libri in præfatione §. *XXXIV.* contradicit. Potius Imp. Statibus hunc librum obtrudere voluiſſe, docet CAMERARIVS *Vita Melanchthonis p.* 267. ſcribens: *Sane conſtat minime clementer, potius imperioſe, de recipiendo libro illo ad omnes ordines fuiſſe delatum, & tanquam de bis conſenſiſſent vniuerſi, neque recuſationem, neque preces, denique nihil, quod contradiceretur, admiſſum eſſe.* Male igitur PALLAVICINI *c. l. vt eius obſervantia profriberetur*, publicatum fuiſſe interim dicit, *ſed vt Principum qui aderant, ſententia explorareturi non vt per eam libelli propoſitionem Catholici ſuis e ritibus remouerentur, ſed ſolum vt palam fieret; ad quas tandem conditiones Laici ſeptemuiri & alii Principes proteſtantes deuenirent.*

86) Extat in Corpore Receſſum *pag.* 465. LVNIG *Contin. Gen. pag.* 240. Et inter GOLDASTI Conſtit. *Tomo vno pag.* 518. *& Stat. & Reſcript. Imper. p.* 107. ſub titulo: *Declaratio Religionis.*

87) HEVTERVS *lib. XII. c. XVI.* Peſſime igitur Theologus Pontificius, AMBROSIVS de ALTAMVRA: *quem Hæretici Interim vocant, eſt liber, qui etiam nuncupatus Auguſtana Confeſſio, & iſte complectitur Sex Capitula.*

88) PHILIPPVS MELANCHTHON ad Victorinum Strigelium Cap. CLXIII. *Saxonicarum ciuitatum paſtores edent communeſcriptum contra corruptelas doctrinæ, quas continet Sphynx Auguſtana. Interea & ὁ κόλαξ παγγίνων defenſionem edet Sphingis. Sed ſi conſenſiſtis noſtrum euebimur iſtius δωκεδοξίαι minus nocebunt.* Idem Ep. L. *Saxonicæ ciuitates*

Albertus Moguntinus & Palatinus Elector, Würtenbergicus etiam illud accipiebant, recusabat illud Ioannes Brandenburgicus, Ioachimi Electoris frater. Ciuitatum legati, vt sibi liceret ad suos referre, orabant. 90) Sic etiam mira constantia illud reiecit Io. Fridericus, captiuus Elector, durius postea habitus. 91) Ex Sueuia plures facerdotes ob non receptum Interim eiiciebantur. 92) Constantienses 93) atque Magdeburgenses 94) proscribebantur. Exortæ inter Theologos Mauritianos & reliquos Theologos ex terris Io. Friderici Controuersiæ Adiaphoristicæ, istis Interim circa Adiaphora recipi volentibus, his contradicentibus. 95) Immo varia hominum erant de hoc libro Interim iudicia. 96)

tates tandem decreuerunt, se prorsus non recepturas esse librum Augustanum.

89) Extat Mauritii & Ioachimi II. Saxoniæ & Brandenburgici Electorum Recessus Interbroci 7. Decembris 1548. conclusus, super libro Interim, apud HORTLEDERVM *Tom. II. lib. III. c. LXXXVI.* MATTHIAS FLACIVS de eodem egit.

90) SLEIDANVS lib. XX. p. 630. *Mauricius non multo post edictum a Cæsare decretum, adiit Ioannes vero Brandeburgicus, electoris Ioachimi frater, Cæsarem adit, & Ferdinando rege præsente, petit, vt in eo sibi pareat, & de suis in ipsum officiis quadam locutus, hac potissimum fiducia se militasse ipsi proximo bello dicit, quod de religione sibi causa fuit. Cæsar, Ordinum Imperii confessum hunc esse, nec ab eo recedi oportere dicebat: ille contra, non omnes assensisse, neque se bona conscientia decretum hoc laudare posse respondit, & pactionem atque promissum vrgebat. Cum vbi Cæsar profiteret, iubet eum discedere, quod ideo sibi visum esse putatur, ne suo vel exemplo vel sermone, aliorum animos ille confirmaret. Itaque sub vesperam eodem die domum versus proficiscitur, neque per totam dissensionem quicquam immutauit, frater eius elector, qui semper id operam dedit, vt Cæsari placeret, minime restitit: sed neque Palatinus quum Cæsarem aliquot non adeundum haberet tunc propitium. Legati Ciuitatum hi qui sunt Augustissimæ confessioni, quum vrgerentur, orabant vt sibi liceret ad suos referre: quo post ex eorum sententia responderent, permissum hoc eis fuit.* Adde BVRGERVM *cap. VIII.* PALLAVICINI p. II. lib. X. c. XVII. §. VII. pag. 63. *Hoc Cæsaris decretum, potius non improbatum quam comprobatum in Comitiis fuit, & non tam voce, quam silentio. De eo non magis hæretici quam Catholici conquerebantur, tum quod lex æqua nominis non esset, tum quod tot in rebus cogerentur suam doctrinam deserere. Quare non ipsi minus quam Catholici commentariis pro typos in lucem editis libellum acriter confutarunt.* Quæ Friderici Electoris Palatini de eodem fuerit sententia, docui in *Pfeltzischer Kirchen-Historie cap. III. §. IV.*

91) De hac Electoris constantia late SLEIDANVS *lib. XX. p.* 632. qui addit: *cum in eo firmus & immotus persisteret, durius aliquanto tractari cœpit, & adempti fuerunt ei libri sacri, & innumerum, ve diebus vetitis abstineret a carnibus: ille etiam, quo fuerat vsus ad hoc vsque tempus, permissu Cæsaris, euangelii doctor, quum præsens imminere sibi periculum videret, mutata veste, clanculum se subduxit.* SAGITTARIVS §. *XXII.* Extat de eo singularis relatio apud HORTLEDERVM *Tom. II. lib. III. c. LXXXVIII.* & ex eo BVRGER *Confessione Augustana cap. VII.* CHYTRAEVS *lib. XVI. pag.* 429. THVANVS *lib. V. p.* 144.

92) SLEIDANVS *lib. XX. p.* 630. late exponit, qua ratione Haldenses Io. Brentium eiecerint, addens: *Porro Sueuiæ ciuitates pleræque omnes authoritatem secutæ Cæsaris, imperata se facturos promittebant. Itaque doctores passim multis ex locis migrabant, no quid sua professione committerent indignum, Andreas Osiander Noribergam ideo reliquit, ioque Prutsiam sese recepit. Spiræ & VVormaciæ singuli tantum erant, qui & ipsi fuga salutem petebant: Guelbelmut Comes Nassouius Erasmum Sarcerium ideirco discedere patiebatur; VVirtembergicus etiam princeps, cuius in agro passim erant Hieronymi præsidia, quum a Cæsare mandatum veniisset, librum iam editum pro concione recitari iubet, & ne quis contra faciat, edicit, & si quis in posterum missificare velit, potestatem facit, & fecit, nequem sacrificum prohibeant, mandat, & ecclesiæ ministros, non approbantes decretum, ab se dimittit. in his erat Erardus Sneffius.* Quid cum Argentinensibus fuerit actum, exponit SLEIDANVS *lib. XX. p.* 635. Idem lib. XXI. p. 639. *non multo post, ad principes absentes, eos inprimis, vbi maxime opus esse videbatur, data literas Cæsar, & mandat ve huic decreto si rem obtemperent: & decimo quidem die Iubi scribit ad Augustinensem episcopum, Erasmum, de operam, vt illud, quod labore suo maximo perfectum sit, in executionem veniat, & si desiderauerit hominibus idoneis, aliunde sumat.* THVANVS *lib. V. p.* 144. ARNOLD *Kirchen und Ketzer-Historie p. II. lib. XVI. c. XXVI.* BIECK *p.* 123. BVRGER *cap. VIII.*

93) SLEIDANVS *lib. XXI. p.* 644. HEVTERVS *lib. XII. c. XVI.* THVANVS *lib. V. p.* 149.

94) De hoc §. *sequenti.*

95) SLEIDANVS lib. XXI. p. 658. *quum per fines Mauritii res ad mutationem viderentur spectare religionis, Lubecenses, Lunenburgenses, Hamburgenses ecclesiæ ministri, euulgato scripto, librum & decretum Augustanum prolixe confutant: eius vero scripti potissimus erat author, Ioannes Epinus, deinde doctores Magdeburgici, Nicolaus Amsdorfius & inprimis Matthias Flacius Illyricus, Albona vrbe natus, & Nicolaus Gallus grauiter sese Vittembergicis atque Lipsiensibus opponunt, & multis editis libellis eos incusant, quasi dissimulanter agant, & per adiaphora, seu res medias pontificiæ religioni viam aperiant, hanc denique regulam ponunt, omnes ceremonias atque ritus quamumuis natura sint inadiaphorantes, non amplius esse adiaphora, cum vis, & opinio cultus; & necessitas accedit, & quum impietatis datur occasio.* De his ARNOLDVS *Kirchen- und Ketzer Historie p. XI. lib. XVI. c. XXVI.* Quid hac in causa in terris Mauritii Electoris fuerit actum, vberius exponit scriptum, cui titulus: *Gründlicher, und warhafftiger Bericht aller Rathschläge und Acten so die Theologen zu Wittenberg und andre darzu erfordert, auf den Land-Tagen, und Verhandlungen, nach dem Krieg, wider die dazumahl neuen Reformation des Augspurgischen Buchs, Interim genant, zur Widerlegung desselbigen gestellen, auch was sie nachmals in Mitteldingen und ans was Verfachen gerathen, verwilliget und nachgegeben haben, getreulich und vleissig aus allen Actis und derselben Originalen zusammen gezogen.* De hoc vero scripto sic iudicat ADAMVS RECHENBERGIVS, in dissertatione de Interim Augustano §. XXXV. *Si quis inspiciat Acta, & quæ ex actis Synodicis & aliis diligenter collecta sunt a Theologis quibusdam* EXPOSITIO Wittebergæ *anno MDLIX. latine & germanice edita, deprehendet Flacium cum assectis esse bonam causam tuerentur, affectus vehementia aliquando obreptum, Philippo impegisse, quæ ipsi in mentem nunquam venerant.* Potissimum huc facit IO. SLEIDANVS *lib. XXI. pag.* 653. sic scribens: *De Mauricio diximus, quemadmodum ex post recitatum religionis decretum Augusta discesserit: vbi dominum*

cia. 96) Dum nec Catholicis illud satis arrideret. 97)

§. LXXXII. Post hæc, Cæsar ab Ordinibus pecuniæ petit collationem, quæ in ærario publico conseruetur. Ferdinandus vero auxilia petit contra Turcas, idemque fuit decretum. 98) Vltima die Iunii fit Comitiorum finis, quibus definitum, Tridenti continuandum esse concilium, seque curaturum Cæsar promittit, vt quam primum ibi redintegretur, quod cum factum esset, postulat, vt omnes, ecclesiastici præsertim, & confessionis Augustanæ socii, publica fide, quam sit eis præstiturus, eo veniant: futurum enim, vt pie & Christiane, iuxta sacras literas & patrum doctrinam, res agatur omnis & definiatur, depositis affectibus, & vt ipsi, quantum satis est, audiantur. Hinc, alia

vecit, nobilitatem & reliquos ordines conscribit, & Miseni rem omnem proponit, vt quæ sit Cæsaris voluntas, ostendit. Illi promissum & Cæsaris & ipsius audiuerunt, & vt Augustanæ confessionis religio ipsis permittatur, instant: placuit post, vt theologi Wittenbergici simul & Lipsienses adhiberentur: itaque conuentum est, primum Begæ deinde Cellæ, post, Iuterboci venit huc etiam a Brandenburgicis missus electore, Ioannes Itlebius. Hic finit decretum de rebus mediis, & iis, quæ dicuntur adiaphora, postremus erat contentus Lipsiæ: conscripta fuit hic formula religionis, quam per Mauricii fines sequerentur omnes. Hic vero libellus maximas deinde peperit offensiones. Idem vberius adhuc exponit NIC. HELVICVS *Theatro Histor. IV. P. p.* 52. IOH. QVOD VVLT DEVS BVRGER in *Confessione Doctrinæ Saxonicarum Ecclesiarum* scripta anno 1551. qui, quicquid in Comitiis Prouincialibus Electoralibus desuper fuerit actum, ex ipsis Actis confirmat IO. ERDMANN BIECK *dreyfachen Interim c. III. Historie der Religions Beschwerden cap. II. §. XXI.* SVAVIS POLANVS lib. III. p. 331. *breui prodidit turmæ scriptorum tam Catholicorum quam Protestantum, maxime e ciuitatibus Hanseaticis scriptum illud laceffentium.* Longum horum Scriptorum Catalogum nectit MARTINVS LIPENIVS *Biblioth. Theol. sub Interimisticis & Adiaphoristicis.* Adde BVRGERVM *cap. VIII. §. 6.* GEORGIVS MAIOR tamen in Commonefactione Historica lib. B. de eodem sic loquitur: *in his actionibus eo tempore Inclytus Princeps Mauritius, Dux Saxoniæ, Electior, primus a bello ceram in Comitiis Augustanis & absens sese Imperatori proponenti nouam conciliatæ religionis formam edoctus & confirmatus a Melanthone & aliis, quæ a quibus extiterit autoribus, nunc commemorare superfluo, acriter & animose opposuit. Id me vere affirmare autographa testantur, quæ extant, & norunt idem multi eius rei conscii, interque hos nonnulli, qui exemplum vmitati ac formam recusationis ab eo sint mutuati:* Ad Controuersiam vero Adiaphoristicam potissimum facit GEORGII MAIORIS *Commonefactio Historica de Statu eius temporis, quod Euangelii lucem præcesit, & quæ eius initia, ac qui inter varia impedimenta & pericula eius progressus, qui item faces dissidiorum fuerint & adhuc sint, Witteberga* 1562. 8. Adde IOACHIMI CAMERARII Orationem parentalem quartam *p.* 1301. Orationem nonam *p.* 1370. Orationem decimam *pag.* 1385. Idem in Vita Melanchthonis §. LXXXIV. *non enim Princeps Mauricius sine exceptione assensus fuerat decreto, quo libro ille quasi omnium Ordinum iudicio approbabatur; sed promissi Imperatoris de religione vrgens & quid ipse suis esset pollicitus commemorans, sibi necessitatem imponi vt ad fuos ea de re referret.*

96) SLEIDANVS lib. XXI. p. 640. *Idem liber post exiit Italice, Latine, Gallice conscriptus. Quanquam Cæsar acrimonia verbis edixerat, ne quis editum de religione librum vllo modo impugnaret, varia tamen exierunt scripta, quæ totam eius doctrinam damnabant, & homines, vt ab eo, tanquam a præsentissima peste sibi cauerent, admonebant. In his erat Caspar Aquila, Saueldensis ecclesiæ minister in Turingia. Scribendi causam huic dederat Itlebius, qui domum rediens Augusta, de libro valde gloriatus erat in itinere & aureum nunc instare seculum, & Aquilam quoque dixerat assentiri: hoc vbi sciuit ille, vehementissime reponilet, & mendacii eum insimulat, & falsis dogmatis refertum esse librum affirmat. In Gallijs autem Robertus Abrincensis episcopus contra scripsit, verum diuersa ratione, & librum inprimis reiicit, quod sacerdotibus coniugium, & tænam domini totam vulgo permittat, & per occasionem atrocissimis verbis in Bucerum debacchatur, ob alteram ductam vxorem. Romæ etiam ordinis Dominicani generalis, vti vocant, Romanus in eandem sententiam contra scripsit. In reprehensionem itaque libellus incurrit vtrobique.* Sic etiam MELANCHTHON per Marbachium ad Ministerium Marpurgense: *Liber Augustanus continet manifestas corruptelas. Ideo nequaquam eum approbabimus, etiam si exilia & supplicia nobis proponentur.* MARBACHII *Epist. in Appar. c. VII. p.* 254. Qua ratione neque Martinus Bucerus hunc librum approbauerit, docet SLEIDANVS *lib. XX. pag.* 623. Varia etiam de Interim isto tempore dicteria. Tale erat: *Selig ist der Mann, der Gott vertrauen kan, und williget nicht ins Interim, denn es hat den Schalck hinter ihm.* Per Anagramma Interim dicitur MENTIRI vel INTERITVM. Alias: *Impia Nunc Tempo Et Romanos Inuebo Mores.* THRASYBVLVS LEPTA lib. I. exeunte: *Crepitus illius Pegasi Interim Acrostichida quidam nasutiores in hunc sensum fabulfecerunt: Ihr Narrische Teuffelen, Euer Reich ist mein.* Varios nummos in Interim cusos exhibet IVNCKERVS *vita Lutheri p.* 248. THVANVS *lib. V. p.* 153. Historiam huius libri Interim vberius expositit IO. ERDMANN BIECK *in Dreyfachen Interim cap. II.*

97) PALAVICINI *p. II. lib. X. c. XVII. §. VII. ait. Hoc Cæsaris decretum potius non improbatum quam comprobatum in Comitiis fuit, & non tam voce, quam silentio. De eo non migis hæretici quam Catholici conquerebantur tum quod lex æqua cunctis non esset, tum quod tot in rebus cogerentur suam doctrinam deserere. Quare non ipsi minus quam Catholici commentariis per typos in lucem editis libellum acriter confutarunt.* Idem de Episcopo quodam *p. II. lib. XI. c. I. p.* 64. scribit: *actum esse de re Christiana clamauit.* SVAVIS l. c. p. 325. *Vna & communis vox erat Curialium omnium, agi nunc de Summa rerum, iam conuulsa esse Ecclesiæ fundamenta, hinc vires omnes colligendas, Principes omnes excitandos, ad omnium nationum Episcopos nuncios quaquam versum mittendos, vt principio huic obsteat, vnde sine dubio secutura esset Ecclesiæ Romanæ, si non cuerfio (quæ certe impossibilis) fuisset maxima, quæ fuit vnquam & fœdissima deformatio.* SVAVIS p. II. lib. XI. c. I. p. 65. *Damnabant insuper totum illius doctrinæ corpus, quod ambiguis loquendi formulis exprimeretur, sensum satis commodum prima facie admittentibus, intra sinum vero veneno tinctis, etiam alicubi verba generalia confitentibus, qua Lutheranis dictur effugium, ad interpretationem iis ex suo sensu affingendum.*

98) SLEIDANVS lib. XX. p. 629. *quarto post die refert ad Ordines, & quanto suo labore quantoque sumptu pax comparata sit Germaniæ, demonstrat, & quia*

alia recitantur decreta, inprimis illud de religione, grauibusque verbis mandatur, vt omnes Religionis declarationi obtemperent. 99) In iisdem Comitiis pax publica denuo fuit confirmata & Politia reformata. 100) Imp. etiam singulari decreto XXVI. Iunii 1548. Auguſtæ facto, nemine Electorum vel Principum, qui aderant, ne hiſcere auſo, non ſine Germanici Imperii detrimento, Belgii Prouincias, quas ipſe Geldriæ Ducatu, atque dominio temporali Vltraiectino & Tranſiſalano auxerat, his ſe Cæſari a. 1528. ſubiicientibus, 1) Imperiii iuri ſubmiſit, hac addita conditione, vt omnes Belgii Prouinciæ tantum contribuant, quantum duo Electores. 2) Agebatur etiam in iisdem Comitiis cauſſa Boruſſica magna contentione, Stanislao Laſco, qui a Sigismundo Poloniæ rege fuerat miſſus petente, vt proſcriptio contra Albertum Boruſſiæ Ducem decreta aboleretur, & Gedanum atque Elbinga, quæ Polonici iuris eſſent, non amplius ad Imperii Comitia euocarentur, Wolfgango Melchingo, quem Cæſar ante quadriennium in Ordinis Teutonici Magiſtrum Spiræ inaugurauerat, e contrario contendente, Pruſſiam in Imperii clientela ſemper fuiſſe. 3)

§. LXXXIII. Cæſar igitur per Sueuiam Spiram contendit, inde Moguntiam venit, atque ſecundo flumine Rheno deſcendit in Germaniam inferiorem, & Saxonem atque Landgrauium, qui Hala Sueuorum nuper adductus erat, cum eius vxor denuo eſſet deprecata, captiuos abducit, diuerſis nauibus impoſitos. 4) Cum in Belgium Cæſar veniſſet, Saxonem quidem ſecum eſſe voluit, Landgrauium vero miſit Audenardam, Flandriæ oppidum. 5) Inſequenti anno 1549. Cæſar per Flandriam & Hannoniam & Atrebates filium circumduxit, in eiusque fidem populum adigit per iusiurandum, poſt Antwerpiam ſimul ambo redeunt ſub idus Septembris, ibi magnificentiſſimo apparatu filius Cæſaris, non ab oppidanis modo ſed ab exteris etiam mercatoribus, Hiſpanis, Italis, Germanis, Anglis excipitur, poſt, amita Maria comitante, reliquas etiam prouincias adit, ab iisque fidem accipit. 6) Interea ad Kl. Octobris 1548. in Camera Imperiali aduocati tres, ob ſuſpicionem Lutheranismi remouentur, cæteris autem omnibus inter alias leges præſcribitur, vt eccleſiæ catholicæ dogmatis inſiſtant, aut loco ſubmoueantur. Ibi Smalcaldicis litem mouere cœpit Henricus Brunſuicenſis, ob anteactum bellum. Quando pulſus fuit, pactus quidem erat, quum e carcere dimitteretur, etiam iuratus, nihil ſe tentaturum eſſe, verum

& quia res ipſa poſtulet, vt in futurum etiam cauearur, permiſe ſibi videri dicit atque neceſſarium, vt magna quæpiam pecuniæ vis conferatur, & certis locis in arario publico conferuetur, vt ſi quis forte motus intra vel extra Imperii fines aliquando naſcatur, paratum ſit præſidium. Paucis deinde diebus interiectis, Ferdinandus rex commemorat, ſe grauibus de cauſa, quas & ipſi ſatis intelligant, & explicare nihil attinet, miſſa legatione, cum Turca feciſſe inducias annorum quinque, & ante annum eſſe factum initium: & quanquam ille ſuis mandarit, ne quid contra faciant, tamen petere, vt nihilo ſecius auxilia iam ante promiſſa contribuant, vt ſi forſan ille diſcedat a pactis, facile reſiſti poſſit: deinde, quoniam ille loca ſuatima validis præſidiis muniat, ſibi quoque nihil hic eſſe negligendum: itaque paſſim inſtituiſſe munitiones locorum, & alere præſidia: ſed propter ſuperiorum annorum ſumptus bellicos longe maximos, non ſe poſſe tantum onus diu ſuſtinere: orare igitur, vt in hos vſus pecuniam annuam dependant, donec inducias durabunt: hoc enim ad ipſorum omnium pertinere quietem atque ſalutem.

99) SLEIDANVS *lib. XXI. incunte.* HEVTERVS *lib. XII. c. XVI.* Extat Receſſus Comitiorum in Corpore *p. 444.* LVNIG *Contin. p. Gen. p. 756.*

100) Reperitur vtrumque in Corpore *pag. 487.*

1) THVANVS lib. V. p. 118. *poſtulata Cæſaris Ordines, etſi grane erat in futuros vſus pecuniam conferre, comprobant; & Ferdinando regi in ſingulos inducias annos C. millia aureorum promittunt. Permiſſum & Cæſari, vt Imperii Cameram arbitratu ſuo conſtitueret, & indicem ſuppleret, ſumtuque in eam rem ab Ordinibus promiſſi. Itaque Kal. VIIIr. inchoantur, & aduocati tres, qui de Lutheri doctrina ſuſpecti erant, ordine mouentur, ceterisque inter alia præſcribitur, vt maiorum religionem colant, aut ſe dignitate abdicaturos promittant, ibi renouatæ contra Smalcaldici fœderis ſocios lites, ab Henrico Brunſuico primum, licet cum carcere emitteretur, nihil ſe tentaturum promiſſiſt, deinde eius exemplo a Moguntino, Pruſſiæ magiſtro, Naſſouio, Solmenſi, aliis: illum & in Comitiis ſudus, quo Cæſaris prouinciæ omnes, quas per Germaniam & Belgium obtinet, ſint in tutela & patrocinio Imperii & in vſus publicos contribuant, ita tamen, vt ſuis vtantur legibus & iuriſdictione; Germania inuicem a Cæſaris prouinciis eandem tutelam & auxilia exſpectet.* Extat decretum in RECVEIL DES TRAITTES DE PAIX *Tom. II. p. 244.* apud CONRINGIVM *de Finibus c. XXVIII. p. 750.* LVNIGII *Teutſchen Reichs-Archiv Tom. II. p. 37.* GOLDASTVM *Reichs-Satzungen p. I. p. 278.* du MONT *Tom. IV. p. II. p. 340. 342.* Teſtatur etiam de eo R. I. Auguſtæ *de a. 1548. §. 67.* THRASYBVLVS LEPTA *lib. I. p. 89.* ſic de eo indicat. *Eo conuentu, conſecutus eſt Cæſar, ſed diſpari euentu, hæc duo: primum, vt quæ Imperii iuræ in Cæſaris hæreditariis Germaniæ inferioris diſtinctibus (quas vno nomine Burgundicas vocant) adhuc ſaltua vigebant Transactione quadam (nemine Electorum, aut quorum alias intererat, nec hiſtere quidem contra auſo) abolita, coque Imperii nerui grauiſſime affecti & inciſi ſint, altero quaſi brachio aut pede eius detrimcato, ſine ad euidentiam alludendo, Aquila egregie deplumata, id quod vaticinationes quædam ſuperioris ætatis aruſpicum ſine oſtentum innuere voluerunt, propoſita imagine meſtæ Aquilæ conſiſtentis ſupra nauigium fluctuans in procelloſo mari, & expandentis alas admodum tenues, atque aſſiccitum illam ociosè, & quaſi inter ſe colloquentium.*

2) Decretum exhibet LAMB. HORTENSIVS *Rer. Vltraiect. lib. VII. p. 173.* de dato XIII. Kl. Nouembr. 1528. Et in compendio HARAEVS *p. 577.* Confirmauit illud ſingulari Bulla Clemens VII. Pape.

3) THVANVS *lib. V. pag. 146.* BELCARIVS *lib. XXIV. p. 796.* Acta in his Comitiis iuſſu VVolfgangi Magiſtri fuerunt coniunctim edita 1550. 4.

4) BELGARIVS *lib. XXI. p. 646.* HARAEVS *pag. 652.*

5) SLEIDANVS *lib. XXI. p. 647.*

6) SLEIDANVS *lib. XXI. p. 664.* HEVTERVS *lib. XIII. & lib.*

7) SLEI-

verum ab ea transactione discessit, & non ipse modo, sed & Moguntinus, & Prussiæ magister, & Nassouius & Renardus Solmensis, & alii litem aduersus Landgrauium instituebant 7)

§. LXXXIII. Imp. vero datis ad Ordines Imperii XIII. Martii 1550. e Belgio litteris, Comitia indicit XXV. Iunii Augustæ Vindelicorum habenda, cum mandato, vt frequentissimi conueniant, aut Legatos cum amplissimis absolutisque mandatis mittant; Cupere enim se semel tollere dissidia, Germaniæque rempublicam constituere. 8) Ad exitum Maii Cæsar vna cum filio, Bruxella discedit, & Augustam ad Comitia contendit, adducto secum Saxoniæ Duce captiuo, Landgrauio autem relicto Mechliniæ. 9) Iulii die vigesimo sexto, Cæsar Augustæ facit initium Imperii conuentus. In eo proponit de prosequendo concilio, de seruando religionis decreto nuper Augustæ facto, de mulctandis rebellibus, de restitutione iurisdictionis & bonorum sacrorum. Erant & hæc armata Comitia, tametsi tranquillior esset aliquando rerum status. Principes aderant, Moguntinus & Treuirensis Electores, reliqui miserunt legatos: aderant præterea Wolfgangus Prussiæ Magister, Wirciburgicus, Eistetensis, Constantiensis, Augustanus, Tridentinus, Cameracensis, Merseburgensis, Episcopi, cæterorum principum nemo, præter Bauarum, & tandem etiam, Henricum Brunsuicensem. Re deliberata, maiori parte placuit, prosequendum esse concilium, Mauricius vero per legatos non aliter se probare illud ostendit, nisi vt res omnis ab initio retractetur, & Augustanæ confessionis Theologi non solum audiantur, sed decidendi quoque potestatem habeant, vt pontifex se concilio submittat, neque præsidis locum obtineat, & iusiurandum episcopis remittat, quo libere sententiam dicant. Hanc eius contestationem publice recitatam, legatus post in acta referri voluit, sicut fieri consueuit, sed denegatum hoc ei fuit. Cæsar deinde pontificem de concilio interpellat. 10) Idibus Februarii 1551. dimittitur Imperii conuentus, quo liberum ac generale concilium fuit decretum, atque vt ad Kl. Aprilis Noribergæ conueniant Electorum & sex reliquorum Principum legati, qui deliberent, quemadmodum ea pecunia, quæ ex ærario publico sumpta fuerit in bellum Magdeburgicum, debeat reponi. Ferdinando regi decernuntur in Turcam auxilia, tametsi grauate, quæ superiori conuentu fuerant ei promissa. 11) Qui Noribergæ conuenerant Principum legati, mense Aprili, statuerunt, in obsidionem Magdeburgicam rursus esse contribuendam pecuniam. Et quanquam Cæsar edicto post idem mandabat, permagna tamen in eo fuit difficultas, & inuiti omnes conferebant, quod diuturnior esset obsidio, neque finis adpareret. 12) In Comitiis etiam Augustanis Cæsar cum Ferdinando de surrogando sibi in Imperii dignitate Philippo filio, denuo agebat, hoc tamen recusante. 13)

§. LXXXIV. Sub idem fere tempus a. 1550. obiit Hariadenus Barbarossa, Algeris Rex, Ottomannicæ classis præfectus, substituiturque illi a Solymanno Dragutus, Piratarum Turcicorum Princeps exercitatissimus, qui fraude occupata apud Numidas vrbe Africa, quæ olim Aphrodisium ac Leptis, hodie ab Afris Mahumedia dicta, Regem se nominari iussit, collatisque in vrbem opibus ac viribus, vt noui regni limites proferret, animum intendit, vniuersæ Hispaniæ, & inprimis Siciliæ, ob situs commoditatem infestissimus. Quam ob rem victus Cæsar vtriusque Regni precibus, tum etiam ne Dragutus solidiora noui Regni iaceret fundamenta, Ioanni Vegæ, Siciliæ, Petro Toletano Neapolis Pro-Regi, & Andreæ Auriæ, classis suæ Præfecto, præscribit, iustis coactis copiis, instructaque classe, Africam vrbem expugnent, Dragutumque pellant. Hi habito cum Draguto, qui in auxilium vrbi venerat, ante muros prœlio, demum IV. Idus Septembris 1550. vrbem adsultu capiunt, multa Afrorum strage edita. 14) Dragutus ad Turcam confugit, Byzantium profectus. Ea res noui belli dedit occasionem, quod Turca non in Cæsarem modo, sed in Ferdinandum quoque regem deinde suscepit. 15)

§. LXXXV.

7) SLEIDANVS *lib. XXI. p. 647.* THVANVS *lib. V. p. 148.*

8) SLEIDANVS *lib. XXI. exeunte.* HEVTERVS *lib. XIII. c. III. tertio Idus Martii Cæsar ad Ordines Imperii e Belgio scribit, se impeditum aduentu filii, morte Papæ Pauli, ærisque tuelamentia, at podagra, tam cito, quam desiderat, in Germaniam redire non posse, sed recuperata valetudine itineri se accinturum, indicuereque eam in rem ad VII. Kal. Iulii Augustam Vindelicorum Principum conuentum, velle se quam frequentissime conuenire, aut Legatos cum amplissimis absolutisque mandatis mittant: cupere enim se semel tollere dissidia, Germaniæque rempublicam constituere.*

9) SLEIDANVS *lib. XXI. p. 678.* HEVTERVS *c. I. Agatur de facienda in religione concordia, de Concilii Tridentini admissione, de exequendis decretis superiori anno Augustæ conceptis, de restituendis sacris bonis de mulctandis rebellibus non reconciliatis. Sed quidquid Cæsar moliebatur, effectu carebat.*

10) SLEIDANVS *lib. XXI. p. 682.* CHYTRAEVS *lib. XVII. p. 435.* FABRICIVS *lib. IX. Hist. Saxon. p. 102.* HARAEVS *p. 656.* THVANVS *lib. VI. p. 193.* Extat Recessus in Corpore *p. 515.*

11) SLEIDANVS *lib. XXII. p. 701.* HEVTERVS *lib. XIII. c. XII.*

12) SLEIDANVS *lib. XXII. pag. 702.* THVANVS *lib. VIII. ineunte.*

13) THVANVS *lib. VIII. p. 236.*

14) SLEIDANVS *lib. XXII. pag. 683.* THVANVS *lib. VII.* HEVTERVS *lib. XIII. c. IV.* BELCARIVS *lib. XXV. p. 813.* HARAEVS *p. 659.* LEVNCLAVIVS *Ann. Turc. ad an. 1550.* NATALIS COMES *lib. IV. p. 78.* Io. CHRISTOPH. CALVETI STELLAE *Comment. de Aphrodisio expugnato* apud SCHARDIVM *Tom. II. pag. 370.* Io. ANT. VIPERANVS Oratione funebri apud FREHERVM *Tomo III. p. 606. oppidum autem & arce munitissimum breui temporis spatio paruis copiis vix LX. nostrorum interitu expugnatum.*

15) SLEIDANVS *lib. XXII. p. 684. 700.*

§. LXXXVI. Mortuo Paulo III. a. 1550. suffectus fuit Iulius III. Io. Maria Montanus dictus, antea Papæ legatus in Concilio, 16) qui reductionis diplomate admodum superbo, d. XXI. Nouembris 1550. ad Imp. potissimum instantiam, 17) concilium Tridenti restaurauit, 18) quod etiam Kl. Maii 1551. fuit repetitum. 19) Mittebat ad hoc Concilium Papa legatos suos Marcellum Crescentium, Sebastianum Pighinum & Aloisium Lipomanum. Inuitabantur Protestantes non semel, venerunt etiam eo legati Ioachimi Electoris Brandenburgici, Christophorus Strasius & Io. Osiandrus, 20) dein Würtenbergenses, Io. Theodoricus a Plenningen & Io. Henricus Kockling a Steineck, insignes nobilitate & pietate viri, 21) etiam d. 23. Ianuarii 1552. confessionem Christophori Ducis a Theologis Würtenbergensibus Dernstedti confectam Concilio exhibuerunt, vna cum variis Grauaminibus, quibus medelam adferri cupiebant, quod molestæ admodum Patres tulere. 22) Nouos eo mittebat legatos Christophorus Dux Würtenbergicus Wernherum de Münchingen & Hieronymum Gerardum, quos ipsius Theologi, Io. Brentius, Iacobus Beurlin, Iacobus Herbrandus, Valentinus Vannius sequebantur. 23) Argentoratenses eo mittebant Io. Sleidanum, quem ipsorum Theologi, Io. Marpachius, & Christophorus Sollius statim sequebantur. 24) Mauritius Elector eo mittebat Wolfgangum Colerum & Leonhardum Badehornium qui die VII. Ianuarii a. 1552. Tridentum veniebant, 25) postquam ab Imp. litteras salui conductus forma vberrima conscriptas d. 23. Augusti 1551. obtinuissent, 26) qui ad Protestantium instantiam, ad instar salui conductus Basileensis, ab ipso Concilio sessione decima quinta, d. 15. Ianuarii 1552. confirmatus fuit amplificatusque. 27) Miserat Mauritius Elector etiam Philippum Melanchthonem, Erasmum Sarcerium & Valentinum Paccum, qui Confessionem doctrinæ Saxonicarum Ecclesiarum sive Repetitionem A. C. iussu Electoris a Melanchthone an. 1551. conscriptam, ibidem exhiberent, qui tamen Noribergæ saltim subsiterunt. 28) Isti vero legati cum vidissent, nihil agi, quod in libero Concilio deberet, in quo Papa non iudex esset, sed

16) SLEIDANVS lib. XXI. p. 674. *hac demum ratione Ioannes Maria Montanus, quem Tridenti atque Bononiæ præfectum fuisse concilio diximus, Februarii die septimo creatur pontifex.* Quam tumidus iste Papa fuerit, testatur nummus ipsius apud IO. IACOBVM LVCKIVM *Sylloge Numismatum elegantiorum p. 142.* cum inscriptione: D. IVLIVS III. REIPVB. CHRISTIANAE REX AC PATER ab altera parte Atlas tertarum orbem ferens cum inscriptione: *Immane pondus. Vires infractæ.*

17) Sic enim FRANC. VARGAS ad Episcopum Atrebatensem: *Si litteris fides est, promisit Imperator ad Reformationem procedendum haud fore, nisi eum placuerit Pontifici, ipsiusque auctoritate sua sanctarum, ne Episcopi huic obstarent. Sed quæ eidem viderentur, dimitteret*, apud LE VASSOR *p. 63.*

18) Extat Bulla apud SVAVEM POLANVM *lib. III. p. 344.* SLEIDANVS lib. XXII. p. 689. *Iulius pontifex, crebro sollicitatus a Cæsare, sub idus Nouembris conscripto diplomate, bullam ipsi vocant, concilium decernit, suum esse confirmans, indicere, & dirigere concilia: cupere etiam se Germaniæ tranquillitati consulere, quæ Romanæ ecclesiæ & pontificum qui Christi sint in terris vicarii, semper fuerit obseruantissima. Tridentum igitur ad calendas Maii veniant omnes, qui iure vel consuetudine sua quadam aut priuilegio debeant interesse, & quos Paulus tertius ante vocarit, eum eodem in loco synodum indicere: nam eo die continuatum iri concilium: & si vel per ætatem aut valetudinem aut occupationes reipublicæ non possit ipse coram, per legatos tamen in eo se velle præsidere. Scriptum hoc ad Cæsarem deinde mittit.* Idem *lib. XXII. p. 691. Litteras illas, quibus concilium denunciatur, pontifex ad exitum Decembris Romæ promulgat. Sunt in iis, quæ multorum possent animos offendere, cuiusmodi est, quod suum esse dicit gubernare concilia, quod se Christi vicarium vocat, quod continuari vult actionem, non autem ab initio repeti, quod præsidis locum & authoritatem sibi vendicat, quod sui tantum ordinis homines eo vocare videtur. Hæc etiam Cæsar, quum ei litteræ redderentur animaduertisse dicitur, vt quæ paullo erant asperiora, mutarentur. Veritus enim fuisse putatur, ne his tanquam scopulis deterriti Germani, vel repudiarent denuntiationem, vel moram & impedimentum aliquod inferrent huic operi, quod ipse tanto labore perficeret. Nolim istud quidem pro vero ponere, & solent eiusmodi consilia tegi: sed si verum est, nihil eum impetrasse constat, nam illam, de qua dixi formulam pontifex euulgauit, nullo immutato verbo neque detsint, qui consulto hoc illum fecisse putant, vt a concilio Germanos abstineret, ne venirent, aut si venirent, præiudiciis teneret illaqueatos.* BELCARIVS *lib. XXV. p. 814.*

19) SLEIDANVS lib. XXII. p. 704. *cum calendæ Maii venissent, inchoata quidem fuit actio concilii: sed quia perpauci tum adhuc aderant, & Parmensi bellum interuenerat, in calendas vsque Septembris produsta res fuit.* Idem p. 710. *dum hæc geruntur, venit concilii dies, calendæ Septembris. Eam ad diem præsto fuerunt præter Italos & Hispanos episcopos, Moguntinus & Treuirensis, magna omnium, vt quidem apparebat, lætitia & congratulatione, neque multo post, etiam Colonensis.*

20) BVRGER *Consessio Doctrin. Saxon. c. IX. pag. 82.*

21) SLEIDANVS *lib. XXIII. p. 722.* BVRGER *cap. XII. p. 112.*

22) BVRGER *c. l. p. 110.* Facit huc etiam Syntagma eorum, quæ nomine illustrissimi Principis ac Domini Dn. Christophori, Ducis VVirtenbergensis & Teccensis, & Comitis Montbelgardi &c. in Synodo Tridentina per Legatos eius acta sunt. Contra VVurtenbergensem Confessionem scripsit PETRVS a SOTO, Dominicanus *Coloniæ 1555. 4.* BVRGER *cap. X.*

23) BVRGER *p. 115.*

24) SLEIDANVS *lib. XXIII. p. 736.* THVANVS *lib. X. p. 444.*

25) BVRGER *c. XIII.* ADAMI *Vita Melanchthonis p. 345. Tom. II. Epist. p. 340.*

26) Extant istæ apud BVRGERVM *c. X.* qui late narrat, quid circa has litteras fuerit actum. SVAVIS *pag. 349.*

27) CARANZA *Summa Conciliorum pag. 676.* Postulabant enim Protestantes, vt proceres Ecclesiastici fidem suam communi Concilii nomine interponant, testante SLEIDANO *lib. XXII. pag. 707.* SVAVIS POLANVS *lib. IV. p. 365. sqq.* BVRGER *c. X. XI.* uberius exponunt, quid circa hoc fuerit gestum.

28) Hanc Confessionem dictus BVRGERVS an. 1722. Merseburgi iterum fecit recudi, præmissa huius Confessionis Historia. Adde CAMERARIVM *vita Melanchthonis, §. XC.*

ſed æque vt alii diuinis litteris iudicaretur, Proteſtantibus votum deciſiuum non conce-deretur, nec Epiſcopi a iuramento Papæ præſtito abſolu erentur, ſinguli ſuos reuocaue-runt. 29) Dum vero Concilium langueſceret, nec dum omnes conuenirent, propter regum Principumque diſcordias, in bienii tempus extrahitur, 30) idemque a. 1552. occaſione belli Mauritiani contra Cæſarem plane diſſipatur. 31) Aderant vero præter legatos pontificis, & Cardinalem Tridentinum, Epiſcopi ſexaginta duo, & in his Germani octo, Hiſpani viginti quinque, Sardi duo, Sículi quatuor, Vngarus vnus, Agrienſis, reliqui o-mnes Itali, Theologi vero quadraginta duo, & in his vndeuiginti Hiſpani, Germani & Belgæ duodecim. 32)

§. LXXXVII. Anni 1551. initio, Octauius Farneſius, qui Papales copias in bello Smalcaldico duxerat, a Cæſare alienior factus, partim ob mortem patris Petri Ludouici Farneſii, eo (vt exiſtimabat) conniuente, per quatuor ſicarios, procuratam, partim, pro-prer ereptam a Cæſaris Ducibus Ferdinando Gontzaga & Andrea Auria Placentiam; ad hæc veritus, ne dictus Gontzaga atque Auria, quibus inprimis patris cædem Placentiæque occupationem imputabat; Parmam etiam per occaſionem eriperent, omnique ſe principatu eiicerent, iuuenili imperitia de Cæſaris amicitia diffidens, conuerſo ad Henricum, Franciæ Regem animo, eius ſibi partes amplectendas iudicauit. Scribit litteras ad fratrem Horatium Farneſium, qui paullo ante in Franciam erat profectus, Dianam, Henrici regis filiam notham, in vxorem ductu rus; ſuo nomine cum Rege tranſigat. Cupere enim ſe Parmam regis præſidio contra Cæſaris vim defendere. Rex Henricus, qui dudum Cæſari bellum inferre ſtatuerat, Thermæ Dominum, in Italia Legatum conſtitutum, Parmam iuſtis peditum equitumque cum copiis ire, Octauiumque defendere iubet. Præficit Rex equitatui Horatium Farneſium, ducta Diana a ſe Caſtreſii Ducem nominatum, peditatui Petrum Strozzam, Florentinorum exulum Principem. Hi cum Octauio communicatis conſi-

29) SLEIDANVS *lib. XXIII. p. 722. 726. 736. 740.* CVRIO *Suppl. XXIX. p. 714. fin.* PALLAVICINI *lib. XII. c. IX. & XV.* SVAVIS *lib. V. p. 343.*

30) SLEIDANVS lib. XXIII. p. 751. *ſupra diximus, ad calendas Maii deſignatum fuiſſe diem conſeſſui: re vero deſperata qui ſupererant patres, conueniunt, & propter regum principumque diſcordias in biennii tempus concilium extrahunt, & amplius eo, ſi forte diſſidia non componantur. fuit hoc Aprilis die vigeſimo nono & iam cum Gallia rege pontifex transegerat. Paucis deinde lapſis diebus, Cæſaris etiam oratores abeunt.* Plenius hanc concilii hiſtoriam exponunt PETRVS SVAVIS POLANVS, ſiue potius PAVLVS SARPIVS *in Hiſtoria Concilii Tridentini.* SCIPIO HENRICI *in cenſura aduerſus Suauis Polani Hiſtoriam* & SFORTIAS PALLAVICINI. De quibus legi meretur CAESAR AQVILINIVS *de tribus Hiſtoricis Concilii Tridentini.* Adde FRANCISCI de VARGAS PETRI de MALVENDA, *de Concilio Tridentino epiſtolas & Obſeruationes, cura* MICH. VASSORII, *Brunſuigæ 1704. 4.*

31) SLEIDANVS *lib. XXVI. pag. 751.* THVANVS lib. X. p. 304. *nam cum Cardinalis Tridentinus ad nouorum in Germania tumultuum famam Pontifici ſcripſiſſet, non amplius ſe tnendæ vrbis oneri eſſe parem; Pontifex ſtatim in conſiſtorio tractatum cum Rege initum proponit, & vt dimitti Concilium placeret, rogat: verumque approbantibus Cardinalibus, diploma Tridentum ad Patres mittitur & mox Concilium diſſipatur.* CARAFA p. 29. *Verebantur Patres, qui Tridenti Concilio intererant, ne & Tridentum duceret, hinc poſtquam Electores ſacri, aliique Germaniæ Epiſcopi receſſiſſent, Italiam reliqui repetieſſent.* ARNOLDVS p. 1237. *Quo tempore bellum aduerſus Cæſarem Mauritius gerebat, concilium erat Tridenti congregatum, eoque conuenerant omnes Eccleſiaſtici ordinis viri, vt capita religionis controuerſia a communi conſenſu conciliarent. Miſerat quoque illuc Mauritius quosdam ex Theologis ſuis. Vix de vno & altero capite diſceptatum inter eos fuerat, cum Theologi a Mauritio miſſi reuocarentur. Reliqui quanquam in actione inſtituta pergerent, tamen fama Tridentum perlata, Cæſarem fugere, & Mauritium, claſſis capta, non longe cum exercitu abeſſe, dilapſi omnes a propoſito deſiſtunt. Pontificii enim erant omnes, qui in actione pergebant, ideoque periculum ſibi a Mauritio imminere arbitrabantur. Hic fuis eius Concilii exitus, de quo Cæſar multis iam annis ſumme laboraverat. Et quanquam nonnulla capita religionis condemnata ab illis eſſent, quæ Mauritius cum ſuis probabat, tamen effectu omni eorum condemnatio caruit. Nam quia religionis aduerſarii eſſent, qui iudicandi ſibi autoritatem ſumebant, ſuſpectum quoque ficerunt ſuum in eo Concilio decretum.*

32) SLEIDANVS lib. XXIII. p. 751. *Supra diximus ad Calendas Maii deſignatum fuiſſe diem conſeſſui: re vero deſperata, qui ſupererant patres conueniunt, & propter Regum principumque diſcordias, in biennii tempus concilium extrahunt, & amplius eo, ſi forte diſſidia non componantur. Fuit hoc Aprilis die vigeſimo nono, & iam cum Gallia rege pontifex transegerat. Paucis deinde lapſis diebus, Cæſaris etiam oratores abeunt. Creſcentius vero legatus, valetudine detentus harebat: is nocturno ſpectro perterrefactus, vt aiunt, & egrotare, ſimulque vitæ cæpit deſperare, quantumuis etiam familiares atque medici conſolarentur, neque falſam erat eius iudicium: nam inualeſcente morbo, Verona deceſſit. Atque hic quidem eſt exitus concilii, quod magnis Animis inſtauratum, doctrinam pontificiam omnino recuperare, ac breui conſtituere cogitabat. Aderant præter legatos pontificis, & Cardinalem Tridentinum, epiſcopi ſexaginta duo, & in his Germani octo, Hiſpani viginti quinque, Sardi duo, Sículi quatuor, Vngarus vnus, Agrienſis, reliqui omnes Itali: theologi vero quadraginta duo & in his vndeuiginti Hiſpani, Germani & Belgæ, duodecim. Qua caperit occaſione Creſcentius legatus ægrotare, conſtituerant ſilentio præterire, quod ſuſpicio erat in eius inuidiam eſſe conſtitum: Sed quoniam ipſius amici ac familiares, qui decumbentem aliquando conſolati ſunt, ita referunt addendum eſſe putaui. Martii die vigeſimo quinto, ſcribendis literis ad Pontificem valde fuerat occupatus, & laborem ad noctem vsque continuauit. Ibi ſurgens vt ſeſe reficeret, ecce viſum eſt illi canis quidam ater, inuſitata magnitudine flammantibus oculis, atribus ad terram prope demiſſis, ingredi, & ad ipſum rectà contendere, deinde, ſub menſam delabi perculſus & obſtupefactus, vbi demum ſeſe collegit, famulos inclamat, qui erant in anteriori cubiculo: Iubet adferri lumen, & inueſtigari canem: cum autem nusquam appareret, ne in vicino quidem conclaui grauem ſuſcepit cogitationem, & in morbum incidit, vt ante dixi. Moribundus etiam ſubinde ſuis acclamaſſe fertur, vt canem qui ſe ſum conſenderet arcerent.*

33) SLEI-

conſiliis, cum illi copias, quas adduxerant, reliquiſſent, Mirandulam proficiſcuntur, nouumque in amica ditione militem conſcribunt. 33) Pontifex Iulius de Octauii conſiliis certior factus, adeo ægre tulit, vt ad III. Idus Aprilis, ſpatio nimirum triginta dierum, Octauium Romam ad dicendam cauſam euocaret, non comparentem, læſæ Maieſtatis reum proſcriberet, Cæſaricque eius Prouinciam inuadendam occupandamque concederet. Is ſtatim Ferdinando Gontzagæ perſcribit, collectis copiis Parmam oppugnet. Cogunt vno tempore Pontifex ac Gontzaga copias, rebusque omnibus paratis, Montius ac Vitellius, Pontificii Duces, Mirandulam, Gontzaga Parmam obſidet. 34) Verum, reconciliationem cum Cæſare ſocero, dum ipſius filiam naturalem, Margaretham Alexandri Florentini viduam, haberet in matrimonio, denique quæſiuit, eademque a. 1556. impetrata, Placentiam etiam recepit, arce excepta; quam, non niſi filius Octauii, ſuis erga Hiſpanos meritis, patri obtinuit, ſaluo tamen Iure Imperii. 35)

§. LXXXVIII. Inde cœpit bellum Magdeburgicum. Poſtquam enim Magdeburgici, eo quod Smalcaldicis acceſſerant, iam a. 1547. fuiſſent proſcripti, 36) & decretum religionis poſtea repudiaſſent, nouis edictis Cæſar in eos agit, eosdemque & in prædam omnibus obiicit, & vicinos principes ac Ordines grauiter monet, vt bellum eis faciant, & quacunque ratione poſſint, noceant. 37) Verſabantur igitur in quotidianis periculis, neque ſine vitæ & fortunarum diſcrimine poterant vrbe excedere: cum vnicuique liceret, fortunam in eos experiri. 38) Senatus cum antea publicis literis de vi & iniuria vicinorum eſſet conqueſtus, nunc alterum ſcriptum edit ad omnes in vniuerſum, maxime autem ad finitimos, & criminationes de ſe ſpargi dicit, quaſi in Cæſarem & Imperium pertinaciter ac ſuperbe agant, pacem repudient, 39) & contumelioſe multa ſcribant. Inde XXIV. Martii nouum libellum apologeticum promulgant, 40) & tertium Kal. Octobris. 41) Georgius autem Megapolitanus collecta mediocri peditum manu, quæ cum Henrico Brunſuicenſi fuerat, & equitibus trecentis, in Magdeburgenſium agros irruit, vt prædandi licentia ſuis conceſſa, quia alias pecuniis carebat, militem haberet obſequentiorem. Hanc iniuriam cum Magdeburgenſes depellere vellent, multitudinem hominum ex agris cogunt, & prælio cum hoſte decertare cogitant, quem ob paucitatem militum deſpectui habebant. Hunc igitur repugnante licet Alberto Mansfeldenſi Comite, quem Electore capto, ad ſe receperant, adgreduntur, ſed facile vincuntur. 42) Re igitur bene in Magdeburgicos geſta, inſtante, potiſſimum Georgio Megapolitano, continuo multi ſe comparant, ad militiam: in his erant Mauricius, Elector Brandeburgicus, cum Alberto patruele & Henricus Brunſuicenſis: deinde nobilitas etiam omnis adpellatur, vt equitatum adducant. Dimicabatur leuioribus prœliis ad vrbem, cum Magdeburgum, odio Brunſuicenſis Henrici confluxiſſent viri militares & in armis exercitati. Octobris die XII. a. 1550. pactæ fuerunt induciæ, & in vrbem nonnulli venerunt legati de pace: verum id fruſtra fuit. Dum hæc geruntur, Ordines archiepiſcopatus Magdeburgici, quos inter facile primum locum obtinebat clerus, Halæ conueniebant, & Octobris die XV. legationem ad Cæſarem & principes Imperii decernunt, qui cum Auguſtam veniſſent, decimo poſt die, ſenatum populumque Magdeburgenſem grauiſſimis verbis accuſant, atque, vt tanquam proſcripti mulctentur, petunt, prius quam ex recenti clade vires & animum recipiant. 43) Decre-

33) SLEIDANVS *lib. XXII. p. 702.* HEVTERVS *lib. XIII. c. XI.* BELCARIVS *lib. XXV. p. 822.* THVANVS *lib. IV. p. 6. finem.* Addit HERM. RVBEVS *Hiſt. Rauennat. lib. IX. p. 494.* ipſum Cæſari torquem auri Velleris remiſiſſe. Quæ vero iam ante inter Carolum V. atque Papam de Parmenſi Ducatu fuerint controuerſiæ, declarantur in Diſſertatione Præliminari de Iure Imperii in Ducatum Parmenſem & Placentinum, Syntagmati Iuris Publici præmiſſa. Eadem quoque GOTFRIDVS KVHLMANNVS, SIMON FRIDERICVS MVSAEVS, IVSTVS HENNINGVS BÖHMERVS, IACOBVS PAVLVS GVNDLING ſingularibus ſcriptis demonſtrarunt.

34) SLEIDANVS *lib. XXII. p. 704. 716.* HEVTERVS *c. l.* HARAEVS *p. 663.* CHYTRAEVS *lib. XVI. p. 425.* THVANVS *lib. VIII. p. 242.* NATALIS COMES *p. 79.*

35) THVANVS lib. XVII. pag. 516. *Octauius Farneſius, Parmæ Dux cum Cæſare ſocero reconciliatus eſt, accepta Placentia Nauarræ ac Nauarrienſis territorii & Caſtellorum in Parmenſi agro a Cæſareanis occupatorum poſſeſſione. Iſte vero leges genero a Cæſare dictæ: vt Placentiæ arcibus præſidium Hiſpanorum accipere illud ſtipendio ſuo alere teneretur, manerent Imperio & Romanæ S. ſaluæ rationes, quas in Parmenſi ditione habent.*

36) SLEIDANVS *lib. XIX. p. 590.*

37) SLEIDANVS *lib. XXI. p. 655.*

38) SLEIDANVS *lib. XXI. pag. 665.* HEVTERVS lib. XIII. c. III. *interea Magdeburgii cultus diuini formam, quam Auguſtæ Cæſar, edito libello Interim, ſequendam iuſſerat, reiicientes, iteumque hac de cauſa a Cæſare proſcripti, ſine vitæ fortunarumque periculo Ciuitate exire non poterant. Nam Saxonibus imprimis Cæſar, eorumque vicinis, copias contra rebelles educerent, iuſſerat; quicquid occupaſſent, eis donans.*

39) SLEIDANVS *lib. XXI. p. 665.*

40) SLEIDANVS *lib. XXII. ineunte.* THVANVS lib. VI. p. 169.

41) SLEIDANVS *lib. XXII. p. 686.*

42) SLEIDANVS *lib. XXII. p. 686.* Extant in hac cauſſa diuerſa Magdeburgenſium edicta, quibus omnium opem implorant, cauſamque ſuam defendunt. Extat etiam *ein warhafftiger Bericht dero von Magdeburgk, des ihnen was Montags nach Matthei nechſt verſchienen, in dieſem funffzigſten gegenwertigen Iare, der numerzal diß Orts landes ergangen 1550.* ARNOLD *p. 1219.*

43) SLEIDANVS *eit. loc.* THVANVS *lib. VI. pag. 194.*

Decreta igitur, fruſtra licet intercedentibus Principibus, 44) in Comitiis contra Magdeburgenſes, Imperii nomine expeditio, conſtituto Mauritio belli præfecto. 45) Mauritius igitur inuitis licet ipſius Ordinibus prouincialibus, magnis viribus rem agit, & conſtructis aliquot caſtellis, vt in iis milites hyemarent, ſub exitum Nouembris an. 1550. vrbem adgreditur. Poſtridie Idum Decembris, edicto valde prolixo, Cæſar, grauibusque verbis inſectatur Magdeburgicos, ne quis opem ipſis ferat, iubet, & militibus atque ducibus, qui erant in vrbe, mandat, vt intra diem XIV. poſt allatas literas, excedant, eiusque rei fidem faciant Mauricio, vel per eius abſentiam, Lazaro Schwendio: ſi pareant, impunitatem proponit, ſin autem ſecus, pœnam atrocem conſtituit. 46) Decembris die XIX. Magdeburgici erumpunt, multos ſecum ducunt captiuos, atque inter hos Georgium Megapolitanum. 47) Poſtquam autem Magdeburgenſes ſuper deditione aliquoties fuiſſent ſollicitati, 48) atque Pirnæ 49) primum, dein Wittebergæ de pacis articulis actum: 50) tandem Nouembris die tertia, a. 1551. Hedeccus a Mauritio miſſus venit Magdeburgum, & eductis militum præfectis in vicinum caſtellum, plene tranſigit, confectis & obſignatis ea de re litteris. Et militi quidem fide publica fuit cautum, vt tuto liceat abire. Fuit hoc eius menſis die octauo. Sed mox cum eſſent exauthorati, tacite retenti fuerunt & rurſus conducti, Megelburgio ductore per pacificationem iam dimiſſo: Mauricius enim conſulto nomen ſuum obduci nolebat. Pacis autem hæ ferebantur conditiones, vt ſupplices deprecentur Cæſarem: ne quid in Auſtriacam & Burgundicam familiam faciant: Cameræ ſe ſubmittant: Auguſtano decreto poſtremo pareant: iuri ſeſe ſiſtant omnibus: vrbis munitiones ad Cæſaris arbitrium diruant: Cæſaris præſidia quouis tempore admittant, eique pateſaciant vrbem: aureorum millia quinquaginta dependant in vſum iſci: pro belli ſumtu tormenta maiora duodecim Cæſari tradant: Megelburgium ducem & captiuos alios dimittant. Mauritium adgnoſcant Burggrauium & vrbis protectorem: Mauritius quinque ſigna peditum introire iubet, & poſtridie obuiam eunte ſenatu, vrbem d. 9. Nouembris ingreditur cum vniuerſis copiis, atque in Cæſaris, Imperii, ſuamque fidem, qui dux belli fuiſſet, omnes adigit, poſt relicto præſidio, cæteros educit. 51) Legatus Cæſaris, quod ſecus, ac ipſe vellet, & Cæſar mandauerat, transacta res cum Magdeburgenſibus eſſet, maiorem concepit ſuſpicionem, ſalutato tamen Mauritio humaniter, ad Cæſarem proficiſcitur. Hiems ſe iam intendebat: nec tempus erat belli gerendi idoneum: ne tamen miles dilaberetur, qui ſtipendia integra non acceperat, Mauritius eum Northuſium abire iubet, atque ibi expectare, quoad ſibi ſatisfieret, & vt fieret, ſe curaturum. Hac arte factum faciebat Cæſari, vt putaret, eum nihil hoſtile cogitare, eoque ſpectabat, vt coniunctas illas ad tempus idoneum retineret copias, idque aliorum potius quam ſuorum incommodo. Miles etiam iſte Northuſanorum atque Erfurtenſium agros depopulabatur. 52) Magdeburgenſes vero miſſis ad Cæſarem Pragam legatis, Georgio Gerickio conſule, Franciſco Pfeilio Syndico & Henrico Merckelio Secretario a. 1562. a banno fuerunt abſoluti. 53)

§. LXXXIX. Per eos dies, quibus erat in vrbe Magdeburgo Mauricius, non obſcure ſignificabat, quid ſui eſſet animi, velle ſe nimirum etiam ſui capitis periculo

44) HEVTERVS *lib. XIII. c. V.*

45) SLEIDANVS *lib. XXII. p. 688.* BELCARIVS *lib. XXV. p. 813.*

46) SLEIDANVS *lib. XXII. p. 691.*

47) SLEIDANVS *lib. XXII. p. 689.* ARNOLD *pag. 1222.*

48) SLEIDANVS lib. XXII. p. 692. & p. 704. *quapropter etiam de pace Mauricius crebro cum oppidanis agebat, & quinta die Maii, cum illi fide publica veniſſent in caſtra, diu multumque diſceptata res fuit, ipſo præſente.* CAMERARII *Res geſtæ ad an. 1550.*

49) SLEIDANVS *lib. XXII. p. 706.*

50) SLEIDANVS lib. XXIII. ineunte. *Pacificationis cauſa, ſuæ ditionis Ordines conſcribit Mauricius, & ſuis ſinem Septembris Wittembergam venire iubet. Eoque legatos, vti conuenerat; Magdeburgici mittunt, qui decimo poſt die domum redeunt ab Alberto Brandeburgico deducti* & pag. 720. *Wittembergæ transactum de bello fuit: & quanquam non ſtatim ſoluebatur obſidio, tamen amici fuerunt inter eos congreſſus Octobris die duodecimo.* CHYTRAEVS *lib. XVII. p. 438.*

51) SLEIDANVS *lib. XXIII. p. 722.* BELCARIVS *lib. XXV. p. 823.* Homagium ex MERCKELIO exhiber CALVISIVS in præfatione, qui etiam refert: *Als nun gedachter D. Mordeyſen in ſeinem Antrag das Wort mit unterlaufen laſſen: Nachdem ſich die Stadt nunmehr ergeben; So hat der Syndicus D. Levin von Emden, ſobald eingeredt und geſagt Vertragen und nicht ergeben. Darauf der Churfurſt ſelber geantwortet: Es iſt vertragen, ſoll auch vertragen ſeyn und bleiben.* Singula ſcripta bellum hoc Magdeburgenſe concernentia repetiuntur in HORTLEDERI *Tomo II. libro IV.* atque inter hæc SEBASTIANI BESSELMEYERI *Hiſtoria belli Magdeburgici* vernaculo ſermone atque alia HENRICI MERCKELII, qui Secretarius vrbis fuit ſub titulo: *Wahrhafftiger, aufzführlicher, gründlicher Bericht, von der alten Stadt Magdeburg Belagerung, ſo die Rom. Kayſerl. Mai. Carolus Quintus, ſamt Churfurſten, Fürſten und Standen des H. Rom. Reichs &c. Anno 1550. am 16ten September. angefangen, und bis auf den 9. Nov. Anno 1551. continuiret: Und wie endlich die Stadt vertragen, zur Aufſahnung und Gnaden wieder kommen.* Huius Tractatus Summam exhibet CALVISIVS *im zerſtahrten und wieder aufgerichteten Magdeburg in præfatione.* IO. POMARIVS etiam Paſtor S. Petri apud Magdeburgenſes in Chronico ſuo Magdeburgico ad a. 1550. hanc obſidionem prolixe deſcribit. Adde *Hiſtoriſch & Politiſch Archiv Tomo V.* BESSELMEYERI hiſtoria etiam apud SCHARDIVM *Tom. II. pag. 518.* repetitur. CHYTRAEVS *lib. XVII. p. 438.* THVANVS *lib. VIII.* CAMERARIVS *ad a. 1552.* ARNOLDVS *p. 1227.*

52) ARNOLD *p. 1227.*

53) GALVISIVS in præfatione.

54) SLEI-

riculo liberare ſocerum, 54) Germaniæ potiſſimum libertatem labefactari cauſſatus. 55) Tentauerat a. 1550. quidem Landgrauius Mechliniæ, vbi detinebatur, fugam, quæ tamen & ipſi, dum arctius poſtea includebatur, & ſociis, qui morti ſubiiciebantur, male ceſſit. 56) Legatos iam antea Mauritius Oenipontem miſerat ad Cæſarem, Lantgrauii liberandi cauſſa, id quod alii quoque Principes petebant. 57) Daniæ etiam regem & multos Germanorum Principes, Lantgrauii filium Guilielmum, Georgium Megapolitanum, Ottonem Palatinum, Albertum Brandenburgicum, habito Lochæ conuentu, ſibi coniunxerat, 58) Haſſiam ex voluntate filiorum Landgrauii, in ſua verba iurari fecerat. 59) Cum Henrico II. Gallorum Rege primum Fridewaldæ arce Haſſiaca d. V. Octobris 1551. fœdus concluſerat, 60) quod cum Chamborti XV. Ianuarii 1552. fuiſſet confirmatum, Chamborticum dici ſolet, 61) Henricus II. enim Baionenſem epiſcopum Ioannem Fraxineum, ei miſerat occulte, hominem iam antea diu verſatum in Germania nec linguæ imperitum, 62) qui hoc fœdus procurauit.

§. XC. Concluſo inter Mauritium & Francum fœdere, hic cum Turca paternam amicitiam renouarat, eiusque claſſem in mari Mediterraneo exſpectabat. Cogebantur interim in Italia a Francis, Pontificiis, ac Cæſarianis ſumma cum diligentia veteres nouæque copiæ. Sed Francus rebus omnibus paratior, non diutius ſimulandum cenſens, triremes Maſſilia, Duce Polino exire, ac Draguto Solymanni Præfecto iungere ſe iubet. In Aquitania claſſe alia clam inſtructa, vndecim Belgarum onerarias, cum mercibus in Hiſpaniam pacis fiducia tendentes capit. Dragutus cum arcem Melitanam fruſtra tentaſſet, præmiſſo Polino, Tripolim, Mauritaniæ Ciuitatem, Hiſpanorum præſidio munitam, contendit. Conſpectis Francicis ſignis, qualia & Turcæ expoſuerant, in Portum vt amici admittuntur: vnde

54) SLEIDANVS *lib. XXIII. pag. 724. & lib. XXIV. ineunte.* BELCARIVS *lib. XXV. p. 823.*

55) THVANVS lib. X. p. 295. *nimirum ſumta arma pro tuenda religione, quæ aduerſariorum artibus, contra fidem datam in Germania conuellatur & labefactetur, ex occaſione diſſidii religionis ſtrata ad inſolentem dominatum via: iam exactos liberis ciuitatibus concionatores, nec legitimi concilii expectato exitu, Auguſtæ propoſitam confeſſionem paſſim aboleri, & rebellionis obtento crimine vim mentibus & conſcientiis afferri, item pro liberando Heſſo ſocero inſtitit, quem cauillatoria fraude carceri iam totos quinque annos mancipatum, a ſe, Volfgango Palatino, & Ioach. Brandeburgico filii eius iure repoſcant: cuius emittendi cum toties ſpes facta ſit, nondum tamen fidem præſtari, ſed exquiſitis ludificationibus tempus trahi, non ſine magna honoris ſui & exiſtimationis iactura. Communem denique agi libertatem aiebat, quam in dies maximo cum animi dolore opprimi cerneret, externo multo contra Imperii leges in Germaniam inducto, & nouis ſubinde emungendæ pecuniæ commentis propoſitis. Iam enim nullius ordinis aut principis, ac re ipſorum quidem VIIuirorum rationem haberi: principes vero externos fœderatos & quibus pro artiſſima, qua Germaniæ coniuncti ſint, neceſſitudine, Germaniæ ſalus cara eſſ, contra Imperii morem longe a publicis concentibus prohiberi: quæ omnia eo ſpectent, vt ſub ducentum ſcrutitis iugum miſſa Germania, illam tandem Europæ totius monarchiam pariant, quam tot iam annos parturiant.*

56) SLEIDANVS *lib. XXII. p. 690.* HEVTERVS *lib. XIII. c. XI.*

57) SLEIDANVS *lib. XXIII. p. 727.* HEVTERVS *lib. XIII. c. XIII. initio Decembris Cæſar Oenipontе Legatos Septemuirum Mauritii ac Brandeburgii, pro Haſſi liberatione enixe ſatagentes, audit. Adfereebant in eandem rem literas a Romanorum Rege, Alberto Bauaria Duce, & a Luneburgicis fratribus exaratas. Aderant & Legati, idem precantibus, Regis Daniæ, Frederici Septemuiri Palatini, Wolfgangi Ducis Bipontini, Ioannis Brandeburgii, Henrici, Ioannis, & Alberti Mecklenburgenſium fratrum, Ernеſti Marchionis Badenſis, Chriſtophori Dutii Wirtembergii. Reſpondet Cæſar, rem eſſe maioris momenti, quam vt de ea ex tempore ſtatuere poſſit. Exſpectare ſe in diem Saxoniæ Septemuirum Mauritium, alioſque Principes, quibus cum de Haſſi libertate eſſet acturus. Quo reſponſo Mauritius non contentus, animum ad bellum Cæſari inferendum conuertit.* THVANVS *lib. VIII. pag. 240.*

58) SLEIDANVS *lib. XXIII. pag. 724.* CHYTRAEVS lib. XVII. p. 443. *dum Wittembergæ cum Magdeburgenſibus, de componendo bello, & pacis conditionibus per Mauritii conſiliarios agitur, Mauritius cum ſociis principibus Lochæ denuo conuentum celebrat, in quo, fœdus cum Galliæ rege, Mauritius electior Saxoniæ, Wilhelmus Landgrauius Haſſiæ, & Ioannes Albertus dux Megapolitanus concludunt, ac obſides Gallo poſtea, Johannes Albertus iuniorem fratrem Chriſtophorum: Wilhelmus fratrem Philippum, Pariſios mittunt.* HARAEVS *pag. 663.* CAMERARIVS *ad a. 1552.*

59) SLEIDANVS *lib. XXIII. p. 720.*

60) Singularia ſunt, quæ circa hoc fœdus narrat WILHELMVS TREVTLERVS *in oratione de Vita & Obitu Wilhelmi Haſſiæ Landgrauii pag. 54.* & WAREMVNDVS ab EHRENBERG I. *de Fœderibus 2. n. 41. Cum Fridewaldi Haſſorum arce venatoria, conſilium de hoc fœdere ineundo, & vna cum Electore Mauritio, Alberto Marchio, Wilhelmus Landgrauius, Galliæ Regis Legatus, Iohannes Fraxinus, intereſſent, eo momento, quo de ſumma rei inter ipſos vix conuenerat, & iuramentum inuicem præſtitum eſſet; en rapidum conſeramis aëris fulgur totum conclaue occupat, ſequente mox tonico, ſed validiſſimo & terrifico aëris mugitu. Quæ repentina inſolentis ominis obiectio cum ſortiſſimorum heroum pectora quateret & reliqui quaſi in re dubia hærentes ad ſe inuicem tacite ſpectarent; Ibi vero Baionenſis, (legatus Gallicus) decretum hoc a Deo fauſta ominatione approbari, nequicquam aduerſi timendum latus exclamauit; idque exemplis ex antiquitate repetitis (vt erat hiſtoriarum & ciuilis ſapientiæ peritiſſimus) eleganter confirmauit.*

61) SLEIDANVS *lib. XXIII. p. 724.* THVANVS *lib. X. ineunte.* HEVTERVS lib. XIII. c. XIII. *interea Septemuir Mauricius clam Cæſare cum Franco, his Legibus, paulo ante initum fœdus obſignat: Rex Henricus pro ſua parte ſociis in ſingulos menſes aureorum liliorum quadraginta millia numerato: qua ſumma in Germania viginti millia peditum & octo millia equitum aluinto, Franciscique inſuper auxilia, ſi Cæſar contra armatus prodiiſſet, addito, Germaniæ ſimibus exercitum, vt Cæſar interciparet, aut vires eius diſtrahantur, admoueto, Belgis inſtis copiis bellum inferto.* Extat fœdus illud in RECVEIL *Tom. II. p. 258.*

62) SLEIDANVS *c. l.* THVANVS *lib. VIII. pag. 239.*

vnde mox occupata oppidi porta, Turcæ qui sint, declarant, præsidiarios cædunt, ciues capiunt, oppidoque de commeatu præfidioque prouiso, discedunt. Maria Austriaca Cæsaris soror, Belgicarum nauium direptione violatam a Francis pacem iudicans, detentis eorum mercatoribus ac mercibus, VI. Kal. Octobres Bruxellæ bellum in Francos publicari iussit. Tum ab vtraque parte libelli in publicum eduntur, quibus alter alteri violatæ pacis causas adfigebat. Per Pedemontium etiam atque Taurinos oppida multa capit Francus; & in his Cherium atque Sandamianum, ductore Brissaco. 63)

§. XCI. Mauritius autem ipsius, & Io. Alberti Megapolitani atque Wilhelmi Hassiæ Landgrauii nomine, rebus domi constitutis, & consiliariis aliquot adiunctis Augusto fratri, paruo cum comitatu ad illas, quas per Thuringiam habebat copias contendit, habito prius Torgauiæ Prouincialium conuentu, disuadentibus licet Statibus ipsius Prouincialibus, 64) euulgato publico libello, quo expeditionis suæ causas exponit. 65) Priusquam domo discederet, Misniæ Burggrauius Henricus, ex illustri Ruthenorum familia, Bohemiæ Cancellarius, Ferdinandi Regis nomine, cum illo de conciliatione diligenter egerat. Accedebat ipsi Landgrauii filius, Guilielmus. Coniuncto exercitu, per Sucinfurtum, Roteburgum, Dinckelspühlam, Nortlingam, magna celeritate petunt Donawerdam. Rotenburgi se ipsis coniungit Albertus Brandenburgicus. Quacunque transirent, suam in potestatem redigunt oppidanos, & iis, quos antea Cæsar delegerat, abrogatis, nouum instituunt magistratum: simul pecuniam illis imperant atque tormenta. Augustam deditione capiunt. 66) Habebat Mauritius exercitum omnium rerum instructissimum & quidem pedites ad millia viginti, equites ad quinque millia. Cum non multos dies ibi fuisset commoratus, quod Cæsari spatium ad se colligendum & confirmandum concedere nollet, mutato veteri senatu, & nouo, qui suarum partium esset subsituto, ecclesia cathedrali Lutheranis reddita, Pontificiis electis, tormentis aliisque rebus ad bellum necessariis comparatis, oppido excedit, ita aduersus Cæsarem contendit. 67) Dum autem Romanorum Rex Ferdinandus intercederet, Lincium ad ipsum veniebat Mauritius. Sed dum sine sociorum assensu nihil se concludere posse adfirmaret, ad Maii diem XXVI. rursus conuentus Passauium fuit indictus. 68) Mauritius autem in castra reuersus, Alpes atque agrum Tirolensem vna cum sociis petit, arcem Ereburgum vna cum clausiris capit, 69) & dum

63) SLEIDANVS *lib. XXII. pag. 710. 716.* HEVTERVS *lib. XIII. c. XI.*

64) ANNALES TORGAVIENSIS inter MENCKENII Scriptores Rer. Misn. pag. 587. *Anno MDLII. Mauritius in conuentu Torgauiæ, prouincialium requisiuit consilium, an vi pacti cum copiis ad iuniorem Landgrauium Hassiæ proficisci deberet, eiusque patrem Philippum, quinque prope annorum captiuum liberare. Hoc dissuadentibus omnes, quia difficile ac periculosum esset, in bellum contra Imperatorem descendere. Nihilo secius profectus est Mauritius, castrum Ehrenburgense in Alpibus occupauit, & Imperatorem eo compulit, vt e Germania fugeret Landgrauiumque dimitteret.*

65) SLEIDANVS *lib. XXIV. inunte.* extat apud HORTLEDERVM *Tom. II. lib. V. c. IV.* & GOLDASTVM *Reichshandlungen p. 187. & Reichshandeln p. XXVI. p. 1060.* BELCARIVS *lib. XXV. p. 825.* Male equidem apud Gallos non solum, sed Pontificiæ etiam sedis addictos super hoc bello audit Mauritius. BODINVS etiam libris de Republica Mauritium sæpius cauillatur. Contra ipsius tamen iniurias IOANNES FRIDERICVS a BRAND in singulari dissertatione, præside OSWALDO HILLIGERO, Ienæ 1617. sub titulo: *Vindiciæ Mauritianæ*, ventilata, gnauiter ipsum defendit. Et cum similes calumnias fouerent auctor Autonomiæ & Iurisconsulti Dillingenses, illorum etiam iniuriis CORNELIVS CRVLL oppositi discursum Historico-Politicum *de Instititia belli Saxonico Mauritiani, Lipsiæ 1631. 4.* Eandem belli Mauritiani historiam, iustitiamque breuiter exposuit IO. CHRISTOPHORVS BARTENSTEIN singulari diatriba, *de bello, Imperatori Carolo V. a Mauritio Saxon. Electori illato, Argentorati 1710. 4.* Albertus etiam Brandeburgicus scriptum contra Cæsarem edidit admodum virulentum, de quo THVANVS *lib. X. p. 295.* PETRVS HEIGIVS etiam *Qu. Sax. XI.* Mauritium contra Bodinum defendit.

66) SLEIDANVS *lib. XXIV. p. 760.* HEVTERVS *lib. XIII. c. XIII.* THVANVS *lib. X. p. 298.* ARNOLD *p. 1229.*

67) ARNOLD *p. 1230.*

68) SLEIDANVS lib. XXIV. p. 872. *vbi Lincium venit Mauricius, de liberando socero Lanigrauio, de religionis atque doctrinæ componendo dissidio, de recte constituenda republica, de pace cum Galliæ rege, socio & confœderato, facienda, de proscriptis in gratiam recipiendis, proponit. His erant Ringrauius & alii, quos paulo supra nominauimus, & in his etiam Hedeccus, qui superioribus annis in Mauricii obsequium se dederat, vt ante dictum est, in eius vero caput Cæsar nullum constituerat præmium, ne Mauricium offenderet, vt est credibile. Ad ea postulata, Ferdinandus quo cum erant Maximilianus filius, & gener Albertus Bauariæ dux, & Cæsaris item legati, respondet, non recusare Cæsarem, quo minus liberetur Lanigrauius, sic tamen vt statim discedatur ab armis: de religione, deque republica, vt in proximo Germaniæ conuentu cognoscatur: vt autem Galliæ quoque regis habeatur ratio, perquam esse graue Cæsari licere tamen vt ex eo Mauricius refecisat, quemadmodum velit pacifici: proscriptos etiam posse in gratiam redire, modo conditioni, quam Cæsar tulerit, obtemperent. Adhæc, petebat vt Ferdinandus, facta pace, Mauricius operam suam ipsi præstet in Vngaria, neue milites ad Galliæ regem dilabantur. Cum autem ad ea Mauricius respondisset & absque sociorum assensu non sibi licere quicquam statuere discreet, ita fuit discessum, vt ad Maii diem vigesimum sextum rursus conueniatur Passauii, quod est inter Ratisbonam atque Lincium, ad Danubii, & Oeni confluentem, oppidum: venirent etiam eo principes interpositores, eorumque legati.* Quid Lincii fuerit actum, exponit HORTLEDER *Tom. II. lib. V. cap. XI.* THVANVS *lib. X. p. 298.*

69) SLEIDANVS *lib. XXIV. p. 767.* HEVTERVS *lib. XIII. c. XV.* BELCARIVS *lib. XXV. p. 827.* qua ratione Ehrenburgum captum, extat singularis relatio apud HORTLEDERVM *Tom. II. lib. V. c. XI.* HARAEVS *pag. 664.* THVANVS *lib. X. p. 300.*

70) THVA-

dum vlterius progrederetur, Cæsar, noctu, maxima celeritate, tumultuarie discedens Oeniponte, cum Ferdinando fratre Villacum, quod est in Carnis oppidum, ad Draunum flumen, sese recipit, 70) Mauritius vero ab infequendo Cæsare tunc desistebat 71) Cæsar interea Saxoniæ Electorem Ioannem Fridericum, toto ism quinquennio captiuum, paullo ante dimiserat, ne videlicet hostis ad suam gloriam istud referret, quod quidem ipse captiuus etiam minime volebat. 72) Prius tamen cum dimissus a Cæsare fuit, in certa verba iurare est coactus. Inter cætera hæc fuerunt, ne quid bellorum contra Austriacam domum moueret; ne Mauritium vel alios in possessione sua turbaret. 73) Nihilominus Cæsarem, quocunque iret, comitatur. Vbi venit Oenipontem Mauricius, quidquid ibi repertum est rerum Cæsaris & Hispanorum, & Cardinalis Augustani direptum fuit. Ferdinandi Regis autem atque Ciuium bonis nihil est datum damni. Et quia triduum solum erat reliquum ad inducias, quæ futuræ tractationis causa constitutæ fuerant, Mauritius illinc Passauium petit. 74)

§. XCII. Ab alia parte Francus, datis ad Germaniæ Principes litteris, quibus se libertatis Germaniæ & Principum captiuorum vindicem nominabat, 75) iustis paratis copiis, in Lotharingiam ducit. Exinde inuicem obsides Mauricius ac Rex ex promisso mittunt, pollicitamque in tres menses Germanis ad bellum pecuniam Francus numerat. 76) Cum Annas Mommorancius Connestabilis Tullum ac Verdunum, Imperii Ciuitates, deditione in potestatem redegisset, iustoque præsidio muniuisset, Lotharingiam petit, & principem puerum, in Galliam mittit, circiter nouem annorum, quantum uis deprecante matre vidua, suamque filiam in matrimonium ei spondet. 77) Dumque his rebus Galliæ Rex detinetur, Mommorancius, Metim, vrbem Imperii celebrem occupat, Aprilis die decimo, cum & modicum esset intus præsidium & Galli præter transitum innoxium, multa pollicerentur, & ipsorum libertatis retinendæ causa, regem arma sumpsisse dicerent. 78) Venit etiam eo post, ipse Rex ad XVIII. Aprilis diem, & quatriduo ibi com-

70) THVANVS lib. X. p. 300. *postridie Mauritiani ac socii ad Zirlam, quæ II. ab Oeniponte millariibus distat, pedestrium præmissum assequuntur, vbi de improuiso eorum aduentu cognouit, quamuis aduersa valetudine, & pluuioso ac nimbroso cœlo, per noctem lectica vectus, ad tadarum lumen cum Ferdinando fratre, qui nuper Lincio venerat, & omnibus qui aderant principum legatis, ceteroque aulico comitatu magna trepidatione Oeniponte discedit, relictis impedimentis, & per Alpeis, quibus Tridentum, iter, itinere primum facto, mox ad læuam flexit, ac Villacum, quod est oppidum ad Draunum flumen in Fori Iulii & Norici finibus, summa celeritate contendit.* Et paullo post: *eadem nocte, qua Cæsar abiit, Mauritius Oenipontem peruenit, cena, quæ Cæsari parata erat, nondum consumta. Inde aliquandiu abeuntem insecutus ad suos reuertit. Et Ferdinandi quidem ac ciuium bonis parcitur: quicquid vero rerum Cæsaris Hispanorum & Cardinalis Augustani vltra modum foederatis imuis, ibi repertum est, diripitur.* Inde Cæsaris metum plenius describit ARNOLD p. 1230. 1231. THRASYBVLVS LEPTA lib. II. p. 97. *ab eodem* (Mauritio) *Oeniponte, pulsus & fugatus, omnium retro partarum victoriarum laudem & gloriam corrupit, siue (vt Italici nonnulli Scriptores loquuntur) maculauit & denigrauit, scilicet de columnis Herculis auff Brunneck zu - - Ab ea fuga Oenipontana alias felicissimo Imperatori, omnia aduersa & tristia, hostibus autem eius secunda & iucunda accidere.*

71) ARNOLD p. 1233. *Mauritium, quæ res potissimum reuocarit ab infequendo Cæsare, non satis constat. Quanquam enim, vt supra dictum est, pedestres eius aberant, & angustia præsidiaque a Cæsare dispositæ eius impetum tardabant; tamen non satis causa fuit, vt ab hoste perterrito atque copiis nudato prorsus discederet. Multorum igitur atque eorum, qui Mauritio familiarissimi fuerunt, opinio est, eum victoriam explorataam e manibus voluntarie dimisisse. Forte noluit tantæ maiestati illam ignominiam inurere, vt in Vasalli sui manus redacta eius gratiam implorare cogeretur.*

72) SLEIDANVS, HEVTERVS, BELCARIVS, THVANVS c. l. ARNOLD p. 1230. *Fertur hoc in bello dixisse Cæsar, se vrsum catena ligatum secum ducere, quo dimisso, Mauritium facile esset repressurus. Significabat hac corporis mole Ioannem Fridericum, superioribus bellis a se captum, cuius liberatione sperabat se Mauritio plurimum nocere posse, propter eam, quam apud omnes habebat, auctoritatem & beneuolentiam, cuius conditionem meliorem faceret misericordia & fauor populi, ob recentem eius calamitatem, quem religionis causa ab omnibus perpessus credebatur. Opinor certe, si Cæsar illud consilium secutus esset, Mauritii res pessimo loco futuras fuisse. Maior namque pars subditorum etiam Mauritii, misericordia quadam mutate fortunæ, Iohannis Friderici reditum desiderabat, & alioqui a Mauritio alienores erant ob operam Cæsari in bello superioribus annis nauatam. Sed arbitror, Cæsarem suspicatum, ne, si illam dimitteret, Mauritio reconciliaretur, & postea vnanimi consensu ad se oppugnandum venirent, quo facilius vterque iniurias, a Cæsare acceptas, per occasionem vlciscereturr, ideoque consilium repudiasse.* Extat Relatio de hac liberatione apud HORTLEDERVM *Tom. II. lib. III. c. LXXXVII. LXXXVIII.* Male igitur NATALIS COMES Hist. lib. IV. p. 107. *Federicus Saxonum Dux captiuus naturæ concessit.* SAGITTARIVS §. *XXIV.*

73) Verba sunt ARNOLDI *p. 1237.*

74) SLEIDANVS *lib. XXIV. p. 767.* HEVTERVS *lib. XIII. c. XIII. & XV.*

75) De his SLEIDANVS *lib. XXIV. pag. 757.* qui *p. 759.* addit: *hoc scriptum, typis excusum, & editum lingua populari, præsertim in fronte pileum inter duos pugiones, idque symbolum esse libertatis, asseruntur erat, deinde suberat titulus regis, qui se libertatis Germaniæ & principum captiuorum vindicem nominabat, hoc symbolum nonnulli repertum in vetustis numismatis, & a percussoribus C. Cæsaris vsurpatum fuisse dicunt.* Extat hoc scriptum apud HORTLEDERVM *Tom. II. lib. V. c. III.* Sub initium harum litterarum reperitur pileus inter duos pugiones cum verbo: *Libertas.*

76) SLEIDANVS *lib. XXIV. ineunte. & p. 762.* HEVTERVS *lib. XIII. c. XIII.*

77) SLEIDANVS *lib. XXIV. p. 761.* HEVTERVS *lib. XIII. c. XIV.*

78) SLEIDANVS c. l. *quum enim Galliæ finibus rex egredieretur, quod fuit ad idus Martii, datis ad illos literis & missis internunciis, commeatum sibi tantum expediri petebat, vt per ipsorum fines tradu-*

cere-

commorstus, inque suam fidem adacto senatu & populo, præfectum eis constituit Gonnorium, & arma tradi, inque locum vnum comportari, & vrbem communiri iubet. Idem facit in reliquis oppidis, perque Lotharingiam, ac præmissis nunciis, Argentoratum, Hagenoam atque loca finitima, & ad episcopum Argentinensem, frumento sese iuuari petebat & commeatu. 79) Animus Henrico erat, proferre Franciæ limites ad vsque Rheni ripas, quare occupata Meti, tentare non dubitabat Treuiros, Argentoratum, Colmariam, Slestadtium, cæterasque Germaniæ Ciuitates Cis-Rhenanas. Sed territæ Metensium exemplo vicinæ Imperii Ciuitates Franco nil fidendum iudicabant, seque subitaneo præsidio muniebant. Tum ad Regem iuxta Argentoratum castra habentem veniunt Protestantium Principum ac Ciuitatum Legati, eique de aduentu gratias agentes, ne vlterius progrediatur, Cæsarem enim in eam necessitatem redactum, vt Principum petitionibus necessario satisfacere subscribereque cogatur. Francus, diuiso in quatuor partes exercitu, quatuor diuersis itineribus in Lotharingiam ac Franciam ingenti cum difficultate incommodoque peruenit. Adiuuabat proficiscendi diligentiam, quod certior esset factus. Mariam Austriacam collectis in vnum quindecim Belgicorum peditum ac tribus equitum millibus, Duce Reussio ac Rossemio flamma ferroque Campaniam euastare. 80)

§. XCIII. Exercitu igitur vnis in castris coadunato, Mosellam traiicit Henricus, receptoque Estainæo, quod Rossemius ceperat, Lutzenburgios inuadit, moxque Rodemarcum & Iuosium capit. Interea Reussius ac Rossenius Picardos omni cladis genere vexabant, capiunt, incenduntque, Nouiodunum, Nessam, Chaunium, Roiam, Follembranam, Regiam, ac pleraque alia eius tractus Oppida, cum multis arcibus, tam ingentem Parisiensibus incutiunt metum, vt plane de vrbe defendenda desperarent, nulliusque Imperio a fuga sisti possent. Hac de caussa parte exercitus Vendomio tradita, contra Cæsareanos in Picardiam properare iubet, ipse Lutzenburgicæ ditioni quam omnem occupauerat, Neuersii Ducem præficiens, Hannoniam inuadit. 81)

§. XCIV. Eodem tempore soror Cæsaris, Maria, conuentus agebat Aquisgrani, fœderis ineundi caussa cum vicinis. Et Cliuensis quidem Princeps, per legatos se excusat: Colonensis autem archiepiscopus, Adolfus, eo profectus, in Burgundicæ domus venit societatem: idem facit Leodiensis etiam Episcopus, Georgius Austriacus. 82) Interea Mauricius Passauium venit. Ibi actione repetita Linciana, Kl. Iunii, copiosius omnia proponit & explicat, multa Grauamina exhibet. Aderant legati Cæsaris, Ferdinandus rex, Bauariæ dux Albertus, Salisburgensis, Eistetensis, episcopi, Principum Electorum omnium, Cliuenses & Würtenbergici legati. Romanorum Rex Passauio ad Cæsarem ab eoque Passauium recurrens, Cæsaris responsa adferebat, 83) Tandem II. Augusti 1552. his legibus pax facta: confœderati Principes ante XII. Augusti diem discedant ab armis, & copias ita dimittant, vt Ferdinando regi militent, si velint; ad eum quoque diem Landgrauius liber factus, in sua, quam habet ad Rhenum arce, Rheinfelsa sisteretur, interposita prius cautione, de seruandis conditionibus Halæ Saxonum a Cæsare latis, quæ Landgrauio erat cum Nassouio Comite de ditione Cattorum controuersia, recognoscetur per Principes Electores: 84) intra sextum mensem Cæsar agat Imperii conuentum, ac, qua potissimum ratione dissidium religionis componi debeat, deliberabitur: pacem interea colant omnes & propter religionem nulla cuiquam exhibeatur molestia: ad Imperialem Came-

ceret exercitum, pollicitus omnem beneuolentiam, vrbatur autem administro Cardinali Lenocurto, vrbis episcopo, qui studium ipsius atque voluntatem fenatui commendabat. Conueniebat quoque scripserat eis amicissime: verum vbi propius ad vrbem cum copiis venisset, intromitti petebat, & obtinuit: postridie portas & munitiones omnes in suam potestatem redegit. ARNOLDVS p. 1235. *Mouebat ipsum quoque, quod Gallæ Rex Henricus secundus cum firmo exercitu in Germaniam peruenerat, & Metim, primariam Lotharingiæ ciuitatem & Romano Imperio additam, dolo atque fraude in suam potestatem redegerat. Promisit enim ciuibus, se sine vllo maleficio atque iniuria transitum facturum in Germaniam, & mediocri cum comitatu in ciuitatem ipsorum venturum, quo facilius rem frumentariam expediret. Quod enim Germaniæ libertatis defendendæ causa bellum tam periculosum susciperet (hanc namque causam præ se ferebant Galli) nihil se contra ipsos hostile cogitare. Eius fidem cum secuti essent, ille maioribus copiis intromissis, vrbem occupat, & militis atque præcipuis ciuibus eiectis præsidium suorum ibidem reliquit.* BELCARIVS *lib. XXVI. incunte.* THVANVS *lib. X. p. 302.* HEVTERVS *lib. XIII. c. XIII.* Iuramentum Metense reperitur in RECVEIL *Tom. II. pag. 262.* In SCHARDII Tomo II. reperitur scriptum, ob quas causas quibusque modis Henricus, Galliarum Rex vrbem Metensem ceperit cum gestis reliquis. Iura etiam Gallorum in Lotharingiæ Ciuitates defendere conatur THVANVS *lib. XI. p. 337.*

79) SLEIDANVS lib. XXIV. pag. 761 HARAEVS *p. 665.*

80) HEVTERVS *lib. XIII. c. XIV.* qui addit: *Tres præcipue Francum causæ subito deuouere Germaniam coegere. Primo, quod Rossemius Estainium, munitum ad Mosam Oppidum cepisset, Pronunciamque vicinani vastaret. Deinde, quod Mauricii cum Cæsare ac Romanorum Rege colloquia haberet suspecta. Tertio, quod occupandi argentorati, quod sæpemopere desiderabat, spe decidisset.* THVANVS *lib. X. pag. 305.*

81) HEVTERVS *lib. XIII. c. XII.* BELCARIVS *lib. XXVI. p. 832.* THVANVS *lib. X. p. 309.*

82) SLEIDANVS *lib. XXIV. p. 767.* HEVTERVS *lib. XIII. c. XV.*

83) SLEIDANVS *lib. XXIV. p. 772.* HEVTERVS *c. l.* Grauamina Passauii exhibita reperiuntur apud HORTLEDERVM *Tom. II. lib. V. cap. XIII.* THVANVS *lib. X. p. 313.*

84) De hac controuersia SLEIDANVS lib. XXI. p. 642. *lis erat multis ab hinc annis, Langrauio & Guilielmo Comiti Nassouio, de ditione Chattorum: eam nunc demum Cæsar his ipsis diebus decidit, aduersus Langrauium lata sententia.*

85) Capita

Cameram admittantur etiam ii, qui sunt Augustanæ confessionis: ad Galliæ regem quod attinet, quoniam Imperii res ad ipsum nihil pertinent, licebit, vt quas cum Cæsare priuatim habet actiones, eas exponat Mauricio, vt post ad Cæsarem omnia referantur: proscripti recipiantur in gratiam, modo nihil posthac in Cæsarem ac reliquos Ordines faciant, modo etiam ii, qui Galliæ regi militant, intra tempus trimestre redeant in Germaniam, illo deserto. Brandeburgicus Albertus, comprehendatur in hac pace, modo discedat ab armis, & ante XII. Augusti diem copias dimittat: hanc pacem qui violauerit, hostis iudicabitur. His omnibus, qui præsentes erant principes, primi Ordinis, cæterorum vero legati subscripserunt. Passauii enim fuit hæc conscripta formula, ideoque *Passauiensis Transactio* dicta, quam & Cæsar obsignauit. 85) Pace facta, Galliæ regis legatus, Fraxineus domum redit. Molestè quidem rex transactionem tulit: sed cum Landgrauio magnum esse periculum audiret, nisi pactio fieret, assensit, & obsides in Germaniam saluos remisit. 86) Multi quoque aiebant, indigne Mauritium tulisse, quod Metim vrbem contra fidem datam ab Imperio Gallus abstraxisset, eamque causam fuisse, vt maturius cum Cæsare pacisceretur. 87)

§. XCV. Albertus autem Brandenburgicus proditionis Mauritium insimulans, quod fœdere contracto inuitis aliis discederet, reiecta hac transactione, 88) institutum suum nihilominus vrgebat, & ad pacem redacta Noriberga, Nobilitatem etiam & Ordines iis in locis imperata facere cogebat. 89) Nam etsi communem causſam agebat initio, sicut edito scripto 90) facturum se professus fuerat, tamen non erat eius fœderis, & soluta Vlmæ obsidione, cœpit quodammodo suum priuatum agere negotium, vel quod vni sibi vellet adquirere, quid belli dedisset fortuna, vel quod Mauricii factum improbaret, vel quod a Galliæ rege sollicitatus, alio spectaret: sed tamen quos in suam fidem adigeret, sociis quoque fidem eandem præstari iubebat. Inprimis Bambergensem atque Würtzburgensem Episcopum ad grauissimas adigit conditiones. Bambergensis quidem, vt se suamque prouinciam periculo iam imminenti subduceret, suæ ditionis oppida & præfecturas ad viginti coactus fuit ei dare, confectis ea de re litteris XVIII. Maii. Würtzburgicus autem aureorum millia ducenta viginti dependet, & simul eius debita, quorum erat summa, circiter trecenta quinquaginta num ſm aureorum millia, in se recipit, & persoluere pollicetur. 91) Deinde in archiepiscopi Moguntini fines progressus, ad Mœnum flumen, plurimum damni dat, incendiis atque rapinis, & ingentem pecuniæ vim ab eo postulat: cumque non nulli intercederent, neque tamen de summa conueniret, Moguntinus, in Rhenum antea demersis maioribus tormentis, v. Iulii die discedens, fuga salutem petit. Eodem etiam tempore, Albertus ab Archiepisco, Treuirensi petit, vt præcipuam ipsius ditionis arcem Ehrenbreitstein ad Rheni atque Mosellæ confluentem, loco excelso sitam ipsi traderet, hoc tamen morem non gerente. 92) Facta Passauii transactione, Wormatiam atque Spiram in suam redigit potestatem. 93) Francofurtum ad Mœnum quod Mauritius reliquerat, obsidet, 94) Augusti vero die nona recedit, & Rheno transmisso, prope Moguntiam castra ponit, ciuibus in suam fidem adactis, maximam pecuniæ vim ecclesiasticis imperat, Moguntinis præsertim atque Spirensibus. Cum ea dari non posset, plerisque fuga dilapsis, vtriusque vrbis templa dispoliat, tectum quoque plumbeum templi primarii Spirensis demoliri cœpit, deprecante vero senatu, destitit: Moguntiæ autem, & arcem Episcopi, Rheno propin-

85) Capita transactionis Passauiensis exponit CHYTRAEVS *lib. XVII. p.* 458. HARAEVS *pag.* 666. SLEIDANVS *lib. XXIV. p.* 784. THVANVS *lib. X. p.* 318. BELCARIVS *lib. XXVI. pag.* 834. qui diem transactionis male ponit pr. Kl. Augusti. GOLDASTVS *Reichs-Satzungen p. I. p.* 282. HEVTERVS *c. l.* Ipsa Transactio constans artic. XXIV. cum appendice reperitur in MEYERI *Londorpii Cont. Tom. I. p.* 14. in RECVEIL des TRAITTES de PAIX *Tom. II. p.* 261. GOLDASTI *Reichs-Satzungen p. II. p.* 257. & *in Stat. & Reform. Imper. pag.* 175. *Const. Tom. I. p.* 566. Corpore Recessuum *p.* 535. & apud HORTLEDERVM *c. XIV.* LVNIG *p. Gen. Tom. I. p.* 129. Ista SIVSTINO GOBLERO in latinum sermonem fuit translata. Commentati in eandem fuerunt IO. STRAVCHIVS, qui dissertatione Iuris Publici *XIV.* eius historiam exponit, & ADAMVS CORTREIVS in Obseruatis Historico-Politicis ad eandem. Quid & Cæsarem & Mauritium ad hanc transactionem compulerit, recte iudicat FRANC. BELCARIVS *lib. XXVI. pag.* 534. scribens: *ex hoc fœdere & totius Germanici belli tractatione Cæsarem suæ ambitionis magis, quam religionis rationem habuisse manifestum est: quem qui excusant, confirmata potentia religionem facile in ordinem redacturum ac confirmaturum fuisse dicunt; quod fortasse perfecisset, nisi & valetudo & Rex cum hostibus eius consociatus impedimento fuisset.* PO-

PELINIERE Hist. de France lib. I. fin. *Entre autres raisons on proposoit à Maurice le grand danger ou il seroit, tant, du coſté de l' Empereur, qui avoit dressé vne grosse armée: que du coſté de son Cousin Iean Federic, que l' Empereur vouloit renvoyer libre en son pais. L' Empereur aussi craignoit la force des Allemans & François. Le fils de Landgrave le danger & longue detention de son Pére.*

86) SLEIDANVS *lib. XXIV. p.* 785. THVANVS *lib. X. p.* 319.

87) ARNOLD p. 1236.

88) ARNOLD p. 1236. *Cum pacis conditiones Francofurti in castris a Mauritio firmatæ essent, Albertus Marchio in eam pacificationem consentire noluit, proditionis Mauritium insimulans, quod fœdere contracto inuitis aliis discederet. Quia enim non haberet multum quid perderet, aliorum incommodis sua commoda augere volebat.*

89) SLEIDANVS *lib. XXIV. pag.* 777. HARAEVS *p.* 667. THVANVS *lib. X. p.* 311.

90) Extat eiusdem scriptum apud HORTLEDERVM *Tom. II. lib. V. c. V.*

91) SLEIDANVS *lib. XXIV. p.* 770. THVANVS *lib. X. p.* 312. CAMERARIVS *ad a.* 1552.

92) SLEIDANVS *c. l.* ARNOLDVS *p.* 1238.

93) SLEIDANVS *lib. XXIV. p.* 783.

94) SLEIDANVS *lib. XXIV. p.* 784.

pinquam, hoſpitium ſuum, & quinque templa, deinde naues omnes, etiam eas, quæ vino eſſent onuſtæ atque frumento, incendi facit: idem Spiræ, quo Cæſari difficiliorem relinqueret tranſitum, 95) ſuisque reuocatis, quos ibi in præſidio habebat, in fines Treuirorum proficiſcitur, Auguſtam Treuirorum deditione capit, inde Luceburgium agrum, hinc rurſus Lotharingiam ingreditur, & paſſim multum damni dat, expectans, cuiusmodi conditionem Galliæ rex deferat. Francones vero Epiſcopi & Noribergenſes Herbipolenſi transactione a Cæſare plane caſſata, ſe fœdere contra ipſum muniunt, ſuaque tentant recuperare. 96)

§. XCVI. Hoc tempore a. 1552. Senenſes in Italia, Galliæ regis impulſu & auxilio, præſidium Hiſpanorum eiiciunt, & arcem ibi cœptam ædificari, mandatu Cæſaris, diruunt, & in libertatem ſeſe vindicant, Gallos intromittunt. 97) Solymannus etiam Turcarum Rex, ex initi cum Franco fœderis pacto, menſe Auguſto inſtructam illi claſſem auxilio mittit, quæ, Præfecto Draguto, oram regni Neapolitani circumnauigans, magnam incolis trepidationem attulit. Andreas Auria iuſſu Cæſaris claſſem contra educit, magis vt incolas animaret, quam, nauium numero longe inferior, cum hoſte confligeret. Coactus tamen ad inſulam Pontiam, cum Turcis congreditur. Diuiſa enim Dragutus claſſe, pleno mari Auriam duabus diuerſis e plagis inuadit, atque de eodem inſigni potitur victoria: Dragutus cum fruſtra aliquamdiu Francicam claſſem exſpectaſſet, grauiusque immineret autumnus, cum præda ac captiuis, Conſtantinopolim redit. 98) Inſequenti anno 1553. Julius III. Papa omni ratione adnitebatur Senenſes Cæſari conciliare, dum animo angeretur, Francorum, Hiſpanorumque copiis atteri Italiæ vires. Sed Senenſes per occaſionem diſceſſus Cæſariani Exercitus, vrbem muniunt, nihilque quod ad diuturnum graueque ſuſtinendum bellum facit, omittunt. Erat hoc tempore Francica claſſis in Senenſium portu, qui Herculis Monœci dicitur, Dragutum cum Solymanni claſſe exſpectans: qui cum menſe Auguſto veniſſet, Corſicam inuadunt, pleramque Inſulæ partem capiunt, ſed aduentante cum claſſe Andrea Auria, eandem iterum relinquere fuerunt coacti. 99) Sub initium anni 1554. Senenſe hoc bellum inter Cæſarem ac Francum opera Cosmi, Ducis Florentiæ recrudeſcit, metuentis, ne ſtatum quoque Florentinum perturbaret. 100) Senarum itaque vrbs obſidione fuit cincta, atque extremam famem perpeſſa, ad deditionem a 1555. coacta. 1) Cæſariani præfectus exercitus Marchio Marignanus portum Herculis, quem Galli tenebant, inuadit, & virtute militum arcem occupat, interfectis præſidiariis, tandemque vniuerſa Senenſium Tuſciæque ditio in Cæſaris conceſſit poteſtatem. Eodem fere tempore iterum Turcica claſſis Regi Franciæ ex fœdere auxilium latura, oram Italiæ legens, Plombinum Hetruriæ Tuſciæque communem portum, iuxtaque eum Inſulam Eluam fruſtra tentauit; magnaque abducta hominum pecorumque præda, cum Principe Salernitano Franciæ Regis legato triremem conſcendens in Græciam abiit. 2)

§. XCVII. Interea Landgrauius, prout conuenerat, e cuſtodia dimiſſus, Traiecti iterum, iubente Maria, Regis ſorore, aliquamdiu detinetur, quod Riſenbergius, qui eius filio Guilielmo militarat, ad Albertum Brandenburgicum tranſiens, Cæſarianis bellum inferret. Sed docente Haſſo, inuito id filio, exauctoratum Riſenbergium facere, inſtitutum iter tenuit, & inſtantibus Kl. Septembris in Haſſiam venit. 3) Tum Cæſar cum copiis Auguſtam intrat, lectumque a Proteſtantibus Magiſtratum loco mouet, Tribus abrogat, Templaque aliquot Proteſtantibus, aliquot Catholicis reſtituit; relictoque in vrbe præſidio, Kl. Septembris diſcedit. 4) Ioanne Friderico Saxone fidei officiique admonito, conceſſis ipſi Reſtitutionis in priſtinam dignitatem litteris, & eodem die, quo Cæſar Auguſta diſceſſit, in Saxoniam libero dimiſſo. 5) Tum Cæſar in Lotharingiam profectus XI. Kl. Nouembris Vrbem Metenſem a Gallis egregie munitam, cum magno exercitu obſidione cingit, Franciſco Lotharingo, Guiſio Duce cum octo peditum, tribus equitum

95) SLEIDANVS *lib. XXIV. pag.* 785. HEVTERVS *lib. XIII. c. XV.* THVANVS *c. l.* & *lib. XI. pag.* 336.

96) SLEIDANVS *pag.* 786. 787. HEVTERVS *c. l.* THVANVS *lib. XI. p.* 337. 340. Hanc tranſactionem tamen poſtmodum plane caſſauit Carolus V. GOLDASTVS *Reichs-Satzungen p. II. pag.* 264. *Stat. & Reſcr. Imper. p.* 191.

97) SLEIDANVS *lib. XXIV. p.* 785.

98) SLEIDANVS *lib. XXV. innunte.* HEVTERVS *lib. XIII. c. XVI.*

99) SLEIDANVS *lib. XXV. pag.* 809. HEVTERVS *lib. XIII. c. XVIII.*

100) BELCARIVS *lib. XXVI. p.* 835. HEVTERVS *lib. XIII. c. XXI.*

1) SLEIDANVS *lib. XXV. p.* 818. *lib. XXVI. p.* 840. HEVTERVS *lib. XIII. cap. XXII. XXIII.* THVANVS *lib. XI. p.* 334.

2) SLEIDANVS *lib. XXVI. p.* 843. HEVTERVS *lib. XIII. c. XXIII.* BELCARIVS *lib. XXVI. p.* 864. NATALIS COMES *lib. VI. p.* 116. *lib. IX. pag.* 186. *lib. X. pag.* 234. THVANVS *lib. XV. p.* 457.

3) SLEIDANVS *lib. XXIV. pag.* 786. HEVTERVS *lib. XIII. c. XV.*

4) SLEIDANVS *c. l.* HEVTERVS *c. l.*

5) SLEIDANVS. HEVTERVS *c. l.* qui addit: *falſum enim eſt, quod ſcribit Natalis Comes, Cæſaris captiuum diem obiiſſe, filiumque paternum principatum reſtituiſſe. Hoc enim editionis Operis huius anno* CIↃ IↃ XCVIII. *Mauritii, non Ioannis Friderici ſtirps in Saxonia Septemuiratu rerum potitur.* NATALIS COMES etiam *lib. V. p.* 104. & 107. Io. Fridericum in captiuitate mortuum fuiſſe falſo aſſerit. Extat Relatio de Electoris liberatione apud HORTLEDERVM *Tomo II. lib. III. c. LXXXVII. & LXXXVIII.* vbi etiam docetur, qua ratione in noſtra vrbe & vicinia ſummo cum omnium gaudio

exce-

tum millibus, flore nobilium iuuenum totius Franciæ eandem defendente. 6) Erat tum in Lotharingiæ finibus, ad Oppidum Pontamossum, Albertus Brandenburgicus, cum quinquaginta signis peditum, & equitatu non paruo, cumque de stipendiis tam præteriti quam futuri temporis inter ipsum Gallisque regem non conueniret, interuentu quorundam reconciliatur Cæsari, qui post secretum cum ipso habitum colloquium, per ipsum non Gallum solum, sed Mauritium etiam Electorem vicisci cupiens, 7) culpam omnem ei condonat, & actionem in eum institui belli causa, vetat, transactionem cum Episcopo Bambergensi factam atque Würtzburgensi confirmat, & militiam Vngaricam ei remittit. Eo cognito, Guisii Principis frater, Aumalius, qui magno cum equitatu missus erat in Lotharingiam, a Rege, ne quid Albertus, de quo dubitabant, damni daret, statuit eum adoriri. Ventum ad manus IV. Nouembris, Aumalius tribus acceptis vulneribus capitur. Ea parta victoria, venit ante Metim Albertus cum Aumalio captiuo, castraque ponit ad Mosellam flumen, ac deinde curatum ex vulnere captiuum, Blassenburgum mittit custodiendum. 8) Cæsar, qui ob articularis morbi sæuitiam, hactenus Theouillæ substiterat, XII. Kl. Decembris ad exercitum venit, magnaque ingentium tormentorum vi ac multitudine vrbs oppugnari est cœpta. 9) Hyemis autem intemperie Cæsar coactus, re desperata, Kl. Ianuarii 1553. obsidionem soluit, & Dedehouium profectus, ac inde reuersus, in Belgium, legiones aliquot in Treuiris hyemare iubet, in his etiam fuit Albertus. 10) Henricus I. vero postea a Carolo Cardinali Lotharingo, Archiepiscopo

exceptus fuerit Elector. Litteræ restitutionis aurea bulla corroboratæ extant apud LVNIGIVM *P. spec. s. IV. p.* 64.

6) SLEIDANVS *lib. XXIV. pag.* 788. HEVTERVS *lib. XIII. cap. XV. XVI.* HARAEVS *pag.* 667.

7) ARNOLDVS pag. 1240. *Ad Cæsarem vero copiis coniunctis cum venisset, Cæsar remotis arbitris, solus cum ipso loquitur, & omnia superioris belli consilia expiscatur. Multi pro certo affirmarunt; Cæsarem audito Alberto (erat enim ad defendendam causam sciam non rudis) non solum offensionem animi remisisse, verum etiam magna de sua liberalitate promisisse. Multi quoque affirmant, tum inter ipsos adum fuisse, vt sicut Gallorum Regem, ita etiam Mauritium per ipsum Albertum socium superioris belli vlcisceretur.* THRASYBVLVS LEPTA lib. II. p. 102. *Itaque Marchionem Albertum non solum, condonata omni offensa, in gratiam recepit Cæsar, sed & eadem pacta, & transactiones, vtpote vi & metu inter fremitum armorum, & hostilem asperrimamque concussionem impotenter extortas, quasque sua Maiestas ante semestre per solemnes codicillos resciderat, eorumque obseruatione ambobus Episcopis, nominatim autem Episcopo Melchiori interdixerat, auctoritate Cæsarea rursus confirmauit, quia consiliorum & rescriptorum varietate & discrepantia factum est, vt Franconia supremam propediadem adierit, eiusque foetus quasi reconciliatio illa exticerit.*

8) SLEIDANVS *pag.* 789. HEVTERVS *lib. XIII. c. XVI.* BELCARIVS *lib. XXVI. pag.* 841. THVANVS *lib. XI. p.* 334. ARNOLDVS p. 1139. *Albertus cum ad fines Gallie venisset, non solum Cleiricorum ordinibus, quos grauiter vexauerat, sed etiam Regi Gallie, ad quem, tanquam ad Patronum tendebat, formidulosus erat. Quare Metim cum venisset, quam ciuitatem contra ius & fidem Gallie Rex Imperio ademerat, neque ipse intromissus fuit, neque etiam sui. Stipendia vero cum militibus persoluta non essent, fidem Regis implorabat, vt cuius impulsu bellum id susceptum esset. Sed quia Rex crudelitatem hominis oderat, benigne omnia palam ei pollicebatur; sed occulte consilia de opprimendo eo inibat. Itaque sub specie ferendi auxilii, Aumalium Lotharingum, nobili genere natum, cum mille cataphractis ad Albertum transire iubet, & quid ab ipso fieri velit, ostendit. Albertus re per indicium cognita, quamuis ab equitatu infirmior esset, tamen, vt arte artem deluderet, Regis amicitiam simulauit, eiusque aduentu plurima se recreare dicebat. Sed cum propius ille accederet, Albertus instructis suis ad prælium incitatis, ex inopinato Gallos inuadit, vt periculum, quod sibi ab Aumalio machinari sciebat, in Gallorum perniciem recideret. Cum plures vtrinque cecidissent, penes Albertum victoria manfit, & edita magna Gallorum strage, Aumalium viuum in suam potestatem accepit.*

9) SLEIDANVS p. 789. *tunc inprimis valide fuit vrbs concussa tormentis, quorum tanta vis erat, vt non Argentorati solum, sed trans Rhenum etiam ad milliaria quatuor exaudiretur fragor atque tonitru. abest autem Argentoratum a Meti, milliaribus magnis duodecuigimis.* HEVTERVS *lib. XIII. cap. XVI.*

10) SLEIDANVS *lib. XXIV. p.* 790. HEVTERVS lib. XIII. c. XVII. *cum Cæsar ad vrbem Metensem tormentis nec cuniculis quicquam proficeret, nullaque ratione consilium videretur, militem morbis inualidum, in dubiæ expugnationis cuentum, firmissimo obiecere præsidio, discedere soluta obsidione statuit. Bruma enim continuo gelu corpora vrebat, ingenisque aere demissa nix molestissima erat: quibus incommodis cum mox continuæ superuenirent pluuiæ, resoluta niue; omnia aquis tegebantur, corrumpebanturque: milites vero alui solutione ac torminum doloribus correpti (dysenteriam Græci vocant) magno in dies numero, interibant. Etenim e centum peditum millibus, quæ Cæsar ad Vrbem adduxerat, supra quadraginta millia biemis intemperies absumpserat. Motis igitur Cæsar castris, tormenta præmittit, Metimque Kal. Ianuarii anno* CIↃ IↃ LIII. *deserit, fortissimis equitum turmis in tergo relictis: qui erumpentes magno numero hostes non semel, illata clade, repulere.* ARNOLD p. 1341. HARAEVS p. 668. THVANVS *lib. XI. p.* 348. desiderata dicit XXX. militum millia. Extat apud HORTLEDERVM *Tom. II. lib. V. c. XV.* Relatio de hac obsidione. Egerunt de eadem FRANC. BELCARIVS *lib. XXVI. p.* 840. *sq.* THVANVS *lib. XI. p.* 232. CHYTRAEVS *lib. XVII. p.* 458. *sqq.* Hanc ob solutam obsidionem varia scommata in Carolum. Huc faciunt Rhytmi:

Der Maur, die Metz, und die schöne Magd
die drey haben dem Keyser den Danz versagt

quod alias ita effertur:

ni Metz, ni Mauritz, ni Mauritania, ni Magd,
ni Mars, quid multis? fuerant per singula felix.

Alii:

Herculis opteſti longas transire columnas,
siste gradum, Metis hæc tibi meta datur

apud BVRGOLDENSEM *Discurs. ad Instrum. Pacis p. I. p.* 35.

po Rhenenſi & Franciſco de Beauquere, Epiſcopo Metenſi obtinuit, vt ipſi dominium Metenſe menſe Ianuario 1556. per ſingulares litteras donarent. 11)

§. XCVIII. Inter hæc, Cæſaris exercitus Belgicus populatur Galliam, & arcem iis locis munitiſſimam Hesdinam capit, quam a. 1553. Galliæ rex recuperat. 12) Inde Cæſar in Belgio agens, per Reuſſium & Bignicurtium Terouannam Morinorum Ciuitatem IV. Idus Iunii 1553. capit, eandemque ſolo facit æquari. 13) Hinc per Philibertum, Sabaudiæ Ducem, Cæſariani Exercitus ductorem, Hesdinum denuo capitur & diruitur. 14) Facto iuxta Dorlanum Picardiæ prœlio, Galli fuerunt ſuperiores, 15) qui poſtea Arteſiam inuadunt, vaſtantque, & Cambreſianam arcem capiunt. 16) Inter hæc, Gallorum Rex Henricus de fœdere cum Mauritio Electore, aliiſque Germaniæ Principibus cogitabat, immo Carolo V. tunc ægrotante, plane ad Imperii dignitatem adſpirabat, elata hanc in rem Epiſcopo Vennetenſi Metis agenti inſtructione, vt ibidem cum Mauritii aliorumque Principum legatis ageret. 17) Immo, eadem die 13. Iunii 1553. Mandatum dabat Cardinali Lenoncurtio, Vieilleuille & Marillac idem fœdus perficiendi. 18) Poſtquam etiam ad d. 16. Auguſti Vlmam Comitia fuiſſent indicta, ſalui conductus litteras pro legatis ſuis petebat, 19) quæ tamen poſtea Auguſtam fuerunt translata 20) A. 1554. Galli iterum in Belgium irrumpentes, poſt varia oppida, Bouinam, Namurcenſis ditionis, & Dionantum, Leodienſis ditionis oppidum, expugnant: 21) Hinc Galli, eum in Italia ad Idus Decembris anni 1554. Eporediam oppidum Alpinum ad Duriam flumen, ductore Briſſaco cepiſſent, a. 1555. Martii die tertia Caſalium oppidum Pado vicinum, in quo præſidium erat Hiſpanorum & Germanorum, ex inſidiis capiunt, & aliquot poſt diebus arcem quoque: deinde alia multa ſuæ ditionis faciunt, in his Valentiam ac Saluadorum diruunt & complanant, atque omni fere Marchionatus Montiſerrati ditione Franci potiuntur, 22) & pleraque Montiſerratenſium caſtella diruunt. 23) Claſſem quoque Hiſpanorum diuerſi generis mercibus onuſtam vincunt. 24) Poſtquam autem Carolus a. 1555. Philippo, filio, Belgii prouincias conceſſiſſet, nonis Februarii 1556. quinquennales

11) Quæ extant apud du MONT *Corps Diplomatique Tom. V. p. I. p.* 1. atque a Sculteto ſuperiori Mich. Praillon nomine totius Ciuitatis d. VIII. Ianuarii 1556. atque a Capituli Metenſi d. XII. Martii 1556. fuerunt confirmata, vindicauerat enim ſibi Metenſis Epiſcopus Imperium in hanc vrbem, de quo SLEIDANVS *lib. XXIV. p.* 292. *per hos etiam dies epiſcopus Metenſis Robertus, cardinalis Lenoncurtius, Galliæ regi deditiſſimus, Metim venit, & iuriſdictionem omnem ſibi vendicat, & ad ſe pertinere dicit, qui ſit Imperii princeps, & nouum inſtituit ſenatum, in eumque nonnullos adoptat ordinis eccleſiaſtici, & Marſcum oppidulum, ad Germaniæ fines poſitum, opere & Gallorum præſidiis munit.*

12) SLEIDANVS *lib. XXIV. p.* 789. BELCARIVS *lib. XXVI. p.* 847.

13) SLEIDANVS lib. XXV. ineunte *& quum inde ab exitu menſis Aprilis, Terouennam obſediſſet, Mornorum oppidum, Galliæ ditionis, vigeſimo Iunii die, oppugnatione capit, diripit, incendit, diruit.* HARAEVS *p.* 669. THVANVS *lib. XII. p.* 361. HEVTERVS *lib. XIII. cap. XVIII.* Extat in SCHARDII Tomo II. p. 577. IACOBI BASILICI MARCHETI *narratio de Morini & Hesdini expugnatione.*

14) SLEIDANVS *lib. XXV. p.* 853. HEVTERVS *lib. XIII. c. XIX.* Vide litteras legatorum Galliæ apud MENCKENIVM *Tom. II. p.* 1408.

15) SLEIDANVS lib. XXV. p. 809. *vbi iam dirutum eſſet Hesdinum, Cæſar ad exitum Auguſti cogitabat tentare Dorlanum, ſed vbi Conneſtablius id per indicium accepit, magnum equitatum & peditatus partem aliquam celeriter educit, & opinione citius illos aggreditur, inque fugam conicit, pluribus interfectis atque captis.* HEVTERVS *lib. XIII. c. XIX.* prœlium hoc iuxta Picquinium factum eſſe dicit. BELCARIVS *lib. XXVI. p.* 860. eam vocat pugnam ad Fauquembergam.

16) SLEIDANVS *lib. XXV. pag.* 810. HEVTERVS *lib. XIII. c. XIX. XXI.*

17) Extat Inſtructio Epiſcopo data Pariſiis 13. Iunii 1553. apud MENCKENIVM *Scriptorum Tomo II. p.* 1402. in qua ſub initium: *premierement ſa Maieſté ayant eſté adverty, que l' Empereur eſt mort ou tellement affligé & extenué de diverſes maladyes, qu' il eſt pour è tre le demeurant de ſes iours du tout inutile, veult que le dit Seigneur Evesque de Vennes mette peine eſtant arrivé au dit Metz d' entendre par tous les moyens qu' il pourra, comme les affaires de la Germanie ſeront diſpoſez.* Et paullo poſt: *Le dit Evesque de Vennes ayant faict ladite depeſche, en aduertira incontinent ledit Seigneur & luy mandera ſon advis ſur les affaires de la dite Germanie ſelon ce qu' il en aura apris depuis ſon arrivée au Metz, & meſmes de celuis des Electeurs que lui ſemblera que l' on doyt plus ſolliciter & favoriſer pour entreprendre ſa promotion en la dignité d' Empereur.* Qua ratione Rex Mauritii Electoris gratiam fuerit aucupatus vide *p.* 1411. 1413.

18) Extat Inſtructio apud MENCKENIVM *pag.* 1444.

19) Extat petitum inter MENCKENII *Scriptores Tom. II. p.* 1404. & Epiſcopi Vennetenſis epiſtola ad Comitem Stabuli d. 24. Iunii 1553. ſcripta *p.* 1405. in qua: *I' ay reçeu les Lettres qu' il vous a pleu m' escrire du 19. de ce mois auec ques le double des lettres de l' inditíon de la Diete à Vlme, qui eſt au XVI. du mois d' Aouſt, ſuruquy ie fais compte que l' Empereur voulant monſtrer bonne mine en mauluais ieu, deſire perſuader aux Allemans qu' il eſt encores en deliberation de compoſe, les affaires d' Allemagne.*

20) Epiſtola ad Comitem Stabuli Galliæ d. 27. Iulii 1553. ſcripta apud MENCKENIVM p. 1426. *Cependant l' on faict courir vng bruict que la Diete de Vlme eſt transferée en Auguſte, & que d' Empereur s' y doibt trouer.*

21) SLEIDANVS *lib. XXV. p.* 826. BELCARIVS *lib. XXVI. pag.* 858. HEVTERVS *lib. XIII. c. XXI.* HARAEVS *p.* 675.

22) SLEIDANVS *lib. XXVI. pag.* 838. HEVTERVS *lib. XIII. c. XXII.*

23) SLEIDANVS *lib. XXVI. pag.* 843. HEVTERVS *lib. XIII. c. XXIII.*

24) SLEIDANVS lib. XXVI. p. 845. *ventitabat tum ex Hiſpaniis in Belgium claſſis, omnis generis mercibus onuſta: cumque veniſſet in oram Normanniæ, Galli, qui multo ante præſciuerant, magnis viribus eam inuadunt, horribilis autem fuit conflictus, depreſſis & incenſis vtrinque nauibus & quam pluri-*

nales inducias cum Henrico II. fuit pactus. 25) Bellum tamen per Philippum II. hoc ipso anno fuit continuatum, 26) non nisi a. 1559. per pacem Cambresiensem finiendum. 27)

§. XCIX. Albertus vero Brandenburgicus acceptis a Cæsare stipendiis, a. 1553. in Germaniam cum auro tendens, nouumque militem conscribens, iterum Noribergensibus, Franconiæque antistitibus crudele infert bellum. Id vero vt sopiretur, diuersis habitis diuersorum Principum conuentibus Heidelbergæ & Francofurti, 28) varii pacificatores, ipseque Cæsar, Romanorum Rex, omnesque Germaniæ Principes, mense Martio, Aprili, ac Maio frustra laborarunt. 29) Dum itaque Camerales Alberto bellum fieri mandarent, 30) fœdere inito, Electior Moguntinus, ac Treuirensis, Henricus Brunsuicensis, Wolfgangus Prussiæ Magister, ac plerique alii contra Albertum sacramento se deuinxere, Mauritio Electore socialis Exercitus Duce lecto. Mauritius vero timens Io. Fridericum & Ciuitates maritimas, nec subditis suis tanquam Io. Friderico addictis satis fidens, bellum potius extra Saxoniam tentare conabatur. 31) Sed Albertus, multo fœderatis paratior, infensissime ditionem Brunsuicensis, Noribergenses, ac Franconiam depopulatur, in oppida ac pagos igne ferroque fœuit, rusticos, qui pecuniam non habebant, teterrimo mortis genere adficit. Qua ratione per Germaniam furentem, regnumque sibi condere conantem, repressuri confœderati, quibus se Romanorum Rex paullo ante

plurimis desideratis quorum alii ferro, alii incendio, multi fluctibus absorpti perierunt. Galli naues aliquot expugnatas, in portum Dieppensem, vnde profecti fuerant, abduxerunt. Fuit hoc Augusto mense. THVANVS *lib. XV. ineunte.*

25) SLEIDANVS lib. XXVI. p. 860. *conuenerunt hoc ipso tempore Cæsarit Gallæque regis legati, quumque pace finiri dissidium non posset, quinta die Februarii mensis, anuorum quinque pacisciuntur inducias terra marique tam in Belgio quam per Italiam & alia. Possessionem quisque retinet eorum, quæ per belli tempus occupauit: exules Neapolitanos atque Siculos excludit Cæsar: Papam primo loco comprehendit sicut etiam Galliæ rex, & suos deinde quisque necessarios atque propinquos, vti fieri solet. Eas inducias non multo post rex & per Gallicam & Meti quoque, Cæsar autem aliquando serius diuulgari fuit in prouincias mandat. Rumor erat Papam indigne tulisse factas inducias, & Gallia regi post vt eas violaret conatum esse persuadere: alii contra putabant, ipsius hortatu potissimum esse pactas, quod bellum in Lutheranos moliretur. De captiuis nihil transigi potuit his induciis, inter quos erant præcipui nominis dux Arescotus Belga & Comes Stablii filius Momorancius natu maximus, ante annum tertium Terouennæ captus.* HEVTERVS *lib. XIV. c. IV.* BELCARIVS *lib. XXVII. p.* 879. Extant tabulæ Inductiarum in RECVEIL *Tom. II. p.* 272. *de Vaucelles en l' Abbaye pres Cambray.* Harum occasione etiam per Oliuerium Cancellarium conscripta est tractatio de iniquitate Tractatuum Madritensium Cameracensium & Crespiacensium, quæ ibidem repetitur *p.* 267.

26) HEVTERVS *lib. XIV. c. V.*

27) HEVTERVS *lib. XV. c. VI.* BELCARIVS *lib. XXVII. p.* 900. *& lib. XVIII. p.* 918. THVANVS *lib. XXII. p.* 70. NATALIS COMES *lib. X. p.* 232. *lib. XII. pag.* 259. HARAEVS *ad a.* 1559. RECVEIL *Tom. II. p.* 287.

28) SLEIDANVS lib. XXIV. pag. 792. *Erat tum Albertus Heidelbergæ cum electore Palatino & litteras illinc ad Cameræ iudices miserat: de quibus venerunt Bauarus, Wirtembergicus, mandatu Cæsaris, pacificandi caussa: venit etiam dux Cliuensis. Re diu disceptata, quum episcopi magnam pecuniæ vim offerrent, Bambergicus imprimis, vt oppida sibi relinquerentur pacata, probarent etiam hanc conditionem intercessores. Albertus qui pacta sibi seruari vellet, quæ Cæsar etiam confirmasset, quum hoc ipso tempore per suos in Saxonia cogeret equitatum, & iam de quorundam auxiliis compertum haberet, infestare discedit, offensis intercessoribus & mox ad arma sese conuertit, ac edito scripto Martii die vigesimo septimo, rem omnem ordine commemorat, deque aduersariis, ob violatam fidem grauissime queritur, & argumentum illud refutat, quo dicebant episcopi, non sibi licere quicquam de bonis ecclesiasticis alienare, & necessario sibi suum in armis defendendum esse docet. Wirciburgicus aderat ipse, Bambergensis miserat legatos. Quæ Wirtembergico duci iis erat & simultas cum ordinis Germanici magistro principum intercessione composita fuit, quum hic, vt oppida recuperaret, aurorum millia triginta dependeret. Ad secundum Aprilis diem, qui tum erat Paschæ dies, Mauricius quoque venit Heidelbergam ad Principes, vsus magna celeritate, triduo post domum recurrit. Hi, quos diximus, principes intercessores vt ab iniuria sese defenderent, fœdus faciunt, in eoque sunt cum Moguntinis & Treuirensi.* De Conuentu Francofurtensi, THRASYBVLVS LEPTA *lib. II. p.* 105. SLEIDANVS *lib. XXIV. exeunte.* BELCARIVS *lib. XXVI. pag.* 835. THVANVS *lib. XII. ineunte.*

29) HEVTERVS *lib. XIII. c. XVII.*

30) SLEIDANVS lib. XXIV. p. 790. *Quum Alberti Marchionis præfecti, copias conducerent illius mandata, Bambergicus apud Cameram ea de re quæstus, Decembris die vigesimo nono literas obtinet, quibus mandatur Albertinis, vt ab armis abstineant.* Et paullo post: *Bambergensis Episcopus, Februarii die decimo septimo nouas iterum literas obtinet a Camera, quarum vnis idem denuo mandatur, quod prius: alteris autem iniungitur nobilitati, per Franconiam, & Noribergici, item Palatino principi, Ioanni Friderico Saxoni, tanquam finitimis, vt opem ei ferant.* Idem p. 793. *Quum reiectis conditionibus Hedelbergæ propositis Albertus cogeret exercitum, Bambergicus & Wirciburgensis alteras obtinent a Camera literas iis & Moguntino & Palatino & Mauritio, & Prussiæ Magistro, & Ioanni Friderico & Wirtembergico & Lantgrauio & Noribergicis atque vicinis omnibus mandatur, vt opem illis ferant, fuit hoc Maii die secundo.* Extant in Tomo II. HORTLEDERI libro VI. varia hac de re scripta. THVANVS *lib. XII. p.* 354.

31) Sic episcopus Vennetensis ad R. Galliæ d. 15. Iulii 1553. apud MENCKENIVM Tom. II. p. 1415. *Car ce Duc Maurice craignant le Duc Iehan Federic, du quel il tient la Terre, & n' estant entierement assuré de la fidelité de ses subiectz qui sont enclins à leur ancien & premier Sgr. craignant aussi le secours que les villes maritimes pourroient bailler contre luy au dit Iehan Federic desire, comme il est vray semblable, estoigner la guerre de luy pour en renovye, en autre part, & asseurer ainsi les Estats qu' il a nouuellement acquis.*

ante iunxerat, Alberto Kl. Iulii solenniter bellum indicunt. 32) Vtrique exercitum viginti quatuor fere millium ducebant. 33) Albertus igitur, traiecto Visurgi, ad Saxoniæ fines contendit, cui collecto milite, non expectatis omnium fœderatorum copiis, obuiam venit Mauritius. Nona die Iulii 1553. fit atrox prœlium ad vicum Siffridhusum Lunenburgensis tractus, prope arcem Peinam, 34) conuenerat inter Alberti equites, vt, aliis posthabitis, summo impetu in hos qui signa hostium ferrent, perrumperent, quibus sublatis & interfectis, ordines Mauritii in toto conflictu perturbarent. Cum etiam primo concursu nonnullos signiferos deiecissent, tanta consternatio in exercitu Mauritii fuit facta, vt complures equites turmatim fugam adriperent, graui tamen Iohannis a Wolfen ope & hortatione fuerunt, restituti post multam dimicationem penes Mauricium fuit eius diei victoria: 35) sed ipse tormento manuario traiectus ad ilia, biduo post vitam. finit. 36) Licet etiam fama fuisset, ipsum a quodam ministro suo, quem paullo ante offenderat, fuisse occisum. 37) Albertus Hannoueram peruenit incolumis. Desiderata sunt ad quatuor circiter millia, plerique omnes equites: captiuorum ingens fuit numerus. 38) Henricus Brunsuicensis eo in conflictu duos amisit filios Carolum & Phi-

32) HEVTERVS *lib. XIII. c. XVII.* ARNOLDVS *p.* 1242. MENCKE *Tom. II. p.* 1431.

33) Patet hoc ex litteris Mansfeldiæ Comitis ad Henricum II. Gallorum Regem d. 24. Iunii 1553. scriptis apud MENCKENIVM Tom. II. p. 1413. *Et si dit maintenant qu' il a mis son Camps si prés de celuy des aultres, que cacunne Joys qu' il sera befoing, il se pourra ioindre auecques eux: quoy faisant il aura vne armée de quatre mille Chevaulx & de plus de vingt mille Lansqueness. Doneques ie me suis retiré es lieulx ou i' ay entendu les forces du dit Sgr. Electeur estre telles, qu' avec l' ayde de Dieu il pourra subsistenir & repousser tout l' effort de ses Ennemyz, si aultrement en aura. Car il a mille cinq cens Chevaulx, & si bon nombre de gens de pried qui il est requis, qui sont à mon aduis plus de seize mille.*

34) ARNOLDVS p. 1247. *Factum fuit proelium circa Visurgim ad oppidum Peinam Iulii mensis die nono.* Vbertus vero locus definitur in ipsius epitaphio: ALBERTO BRANDENBVRGICO ARMIS ET INCENDIIS IN PATRIAM SAEVIENTI, PROPE ARCEM PEINAM AD VICVM SIFFRIDHVSIVM CONGRESSVS, IN CVRSV VICTORIAE GLOBO FERREO FERITVR TERTIO POST DIE OBIIT, V. ID. IVLII M D LIII. Litteræ ad Comitem Stabuli Galliæ d. 27. Iulii 1553. scriptæ apud MENCKENIVM *Tom. II. p.* 1424. sic locum definiunt: *Les deux Armées eſtans environ les villages de Imbres & Berof au chemyn de Ideneshem & bien pres l' une de l' autre, ils s' aduiserent, d' vn lieu dict Halbendorf qui semblois donner beaucoups dvantaige a ceula qui premier de gaignerroier* THRASYBVLVS LEPTA *lib. II. p.* 127. in margine vocat *pugnam in campis Lüneburgensibus, vulgo dem Bainerbruch.*

35) CHYTRAEVS *lib. XVIII. pag.* 466. HARAEVS *p.* 671. SLEIDANVS *lib. XXV. pag.* 801. *fqq.* BELCARIVS *lib. XXVI. pag.* 846. *fqq.* HEVTERVS *lib. XIII. c. XIII.* THVANVS *lib. XII. p.* 557. Extant de eo litteræ Mauritii ad Episcopum Herbipolitanum apud HORTLEDERVM *Tom. II. lib. VI. c. VII.* & MENCKENIVM *Tom. II. p.* 1427. & alia relatio *c. VIII. XI. XII. XIII.*

36) De morte vero Mauritii ARNOLDVS p 1246. *Mauritius vero cum non solum prudentis Ducis, sed strenui etiam militis officio fungeretur, & vbicunque suos premi cerneret, hosti se obiiceret, suosque ad fortitudinem & alacritatem pugnandi adhortaretur; postremo fere pugnæ tempore, cum iam victoria se ad ipsum inclinaret, discurrens hinc inde per equites a tergo traiectus fuit mannario tormento ad iliam. Sic egregius Princeps, quem dubio Marte fortuna incolumem seruauerat, iam parta fere victoria, funesto suorum spectaculo fundituv. Cumque quidam ex suis, quos casus obtulerat, ab equo in terram ipsum statuerent, inclinatus ad latus eam quam-*

dam, quæ eo loco erat, hortabatur suos, vt hostem fugientem acriter persequerentur, ne victoriam quæ ipsorum iam esset, ex manibus dimitterent: IO. POLLICARII scriptum *c. IX.* oratio funebris c. X. THOMAS WINTZER *in Hist. Pugnæ infelicis inter Mauritium Electorem & Albertum Brandenb.* apud SCHARDIVM *Tom. II. p.* 560. subiecta est IOACH. CAMERARII *oratio in funere Mauritii habita Lipsiæ.* THVANVS *lib. XI.* CHYTRAEVS *lib. XVIII. p.* 466. STENIVS in vita Mauritii *pag.* 457. FABRICIVS Origg. Saxon. *lib. VIII. p.* 48. 49. *postridie, qui duodecimus erat Septembris dies, Albertus Brunsuico suos aduexit copias & cum in hostem incidisset, quod fuit non procul ab vrbe, manus conseruit: sed numero victus, præsertim, cum ipse nullum, Henricus autem ad viginti signa peditum haberet, in fugam coniicitur ac profligatur, tametsi cruentam hosti victoriam reliquit, a prælio Brunsuicum redit.* ARNOLDVS pag. 1247. *Mauritius in castra relatus maximo cruciatu vexabatur a puluere nitrato, qui magna opera chirurgorum restingui vix potuit. Eo namque in proelio nouum quoddam atque inhumanum fuit excogitatum eiaculandi genus, quod consueuissent & pedites & equites Alberti plumbis bombardicis superaddere larili fruſtum, quoad posteæ emissum, atque puluere incensum ita infigebat corpora hominum, vt multo quasi igne admoto flagrarent.* Qua ratione finus Mauritii Freibergam fuerit deductum narrat. ARNOLDVS *p.* 1248. Addit ille *p.* 1249. *Audiuerat Mauritius minus bene apud etiam sua ditionis homines, quod patruum suum Iohannem Friderici fidere cum Cæsare inito (vt supra diximus) oppugnasset. Sed hoc ipsius interitu tanta mutatio animorum factaest, vt qui illum antea acerbe oderant, eius morte iam enecuatam imperii dignitatem putarent, multaque horrenda Germaniæ augurarentur.* MENCKE *Tom. II. p.* 1417. Prodigia, quæ mortem Mauritii antecesserint, explicat SLEIDANVS *lib. XXV. pag.* 802. THVANVS *c. I.* STENIVS Vita Mauritii p. 458. CAMERARIVS *ad a.* 1553. ARNOLDVS *pag.* 1251.

37) RVSCELLI *Lettere di Princ. Tom. I. pag.* 168.

38) ARNOLD p. 1247. *Mauritiani cum hostem ad noctem vsque insecuti essent, multos captiuos in castra reduxerunt. In eos nihil hostile Mauritius fieri voluit, sed pedestibus in vnum locum coactis, iurare eos coegit, ne intra quatuor menses nouo iuramento obstringerentur. Equites captiuos, qui alicuius essent nominis, fuis permisit, vt ab eis more militari pretium pro dimissione extorquerent. Numerus captiuorum ad quinque millia fuit: interfectorum ad quatuor. Signa militaria hostibus erepta fuerunt atque ad Mauritium relata, equestria quatuordecim, pedestria vero quinquaginta quatuor. - - - A Mauriti parte Principes quatuor, nimirum ipse Mauri-*

Philippum. Albertus autem Brandeburgicus, qui vix captiuitatem euaſerat, 39) collectis e fuga copiarum reliquiis, nouis aliquot conſcriptis cohortibus, Brunſuici ſe continebat. Henricus, Dux Brunſuicenſis, Mauritio a fœderatis ſuffectus, veteribus copiis, quibus Noribergii & Antiſtites ſtipendia ſoluebant, ſuos iungit, Idibusque Septembris in aciem educit. Prodiit contra Albertus, ſed numero virtuteque ſuperatus, altera accepta non exigua clade profligatur, ac Brunſuicum refugit. Cumque intellexiſſet, Ducem Henricum ad Vrbis obſidionem cum exercitu properare, educto equitatu in Thuringiam, indeque in Franconiam contendit prope Suinfutum iterum profligatus. 40) Et licet Mauritii frater Auguſtus, eodem anno cum Alberto pacificeretur, 41) nihilominus Albertus a Camera Imperiali Kl. Decembris 1553. proſcribebatur. 42) Cæſar etiam publicis litteris XVIII. Decembris Bruxella ad Principes Germaniæ ſcriptis, Albertum denuo proſcribit. 43) Hic terris ipſius a Franconicis occupatis, 44) in Galliam demum confugit 45) vnde fidem publicam a Cæſare petiit, vt legibus liceret cum aduerſariis decertare. Quod dum parabat, Pfortzheimi VIII. Ianuarii 1557. pauper & eiectus Princeps morbo oppreſſus fuit & morte. 46)

§. C. Poſt Mauritii mortem, ſub initium Auguſti menſis, domum e Dania reuerſus Auguſtus Mauritii frater, aliquot poſt diebus, re deliberata cum ſuis, in fidem ſuam adigit omnem populum, & in his Wittebergenſes, vt ſibi ſuisque liberis maſculis addicti ſint, &, ſi nulli ſuperſint, in Ioannis Friderici & liberorum eius ditionem redeant, ſi quidem Cæſari pareat ille, & ſuperiorum annorum pacta ſeruet, ſin minus, vt tum Landgrauio ſint fideles. Eo facto, ſaluatur Princeps Elector, & Ordinum ſuorum conuentus indi-

Mauritius, Fridericus Dux Lunæburgenſis Carolus Victor & Philippus Magnus, Heinrici Ducis Brunſuicenſis filii, fratres, & centum quinquaginta Nobiles ceciderunt.

39) ARNOLDVS p. 1247. *Ibi dum pro tempore Mauritium conſolatur: nunciatur vtrique, Albertum in fuga deprehenſum. Tunc Heinricus: quoû ſi ita eſt, inquit, ſanctiſſimo iureiurando affirmo, ipſum de hac facie (ſub qua Mauritius cubabat) hodierno die ſuſpenſum iri. Nam ipſius temeritas atque furor cauſa fuit, vt tot Principes viri atque optimi milites bodie interirent. Sed rumor iſte falſus fuit, quamuis non abſit ſuſpicio, captum eum fuiſſe a quodam milite, qui antea ſub eo ſtipendia meruerat, poſtquam pactæ mercede dimiſſum.*

40) ARNOLDVS p. 1250.

41) SLEIDANVS lib. XXV. p. 809. *Danie rex iam ante ſuos miſerat in Saxoniam legatos, vt Auguſti generi ſui rebus conſulerent. Hi demum, adiuti Brandeburgenſis Electoris legatis, reconciliant Auguſtum Alberto. Conditiones erant, vt Auguſtus neque bellum fratris perſequatur, nec hoſtibus Alberti ferat opem: idem faciat Albertus, & ſi forte copias prope ad fines Auguſti traducet, absque maleficio proficiſcatur. Auguſtus caueat, ne quum ſuas manus dimittet, ad hoſtes Alberti perueniant: poſtremo, quod eſt inter Saxonicam & Brandeburgicam domum fœdus hæreditarium, primo quoque tempore renouetur.* THVANVS *lib. XII. pag.* 359. Extant compoſitionis tabulæ apud HORTLEDERVM *Tomo II. lib. VI. c. XIV*, LVNIGIVM *p. ſpec. ſ. IV. pag.* 67.

42) SLEIDANVS lib. XXV. p. 813. *ſolicitantibus epiſcopis atque ſociis, Albertum Brandeburgicum, Cameræ iudices, ceremonia ſolemni, calendis Decembris proſcribunt, vt publicæ quietis & Imperii perturbatorem, dimiſſis hinc illuc literis & affixis palam, ipſiusque vitam & fortunas, omnium præda permittunt.* THVANVS *lib. XII. p.* 361. Extat ſententia Cameralis apud HORTLEDERVM *c. XVI. XVII. XVIII.* in ſequentibus vero capitibus occurrunt variæ Alberti Apologiæ & ſcripta his contraria.

43) SLEIDANVS *lib. XXV. p.* 819. HEVTERVS *lib. XIII. c. XXII.*

44) SLEIDANVS *lib. XXV. p.* 813. Idem p. 823. *octauo poſt die, præcipuum eius propugnaculum Blaſſeburgum, deditione capitur, & in Ferdinandi regis poteſtatem peruenit.* HORTLEDER *c. XXV.* De hoc SLEIDANVS lib. XXVI. p. 836. *priori libro diximus, quemadmodum Alberti Marchionis arx præcipua Blaſſeburgum, in qua totius regionis poſita ſpes erat, deditione capta ſit: hoc vero tempore, ne fortaſſe recuperata quandoque maioribus incommodis occaſionem daret, ſunditus illam aduerſarii ſubuertunt & exciunt, non absque magna Brandeburgicæ domus & propinquorum offenſione.* THVANVS *lib. XIII. pag.* 453. CAMERARIVS *ad a.* 1553.

45) SLEIDANVS *lib. XXV. p.* 826. HARAEVS *pag.* 684. Integrum bellum THRASYBVLVS LEPTA *lib. II. p.* 110. *ſqq.* vberius deſcribit.

46) THVANVS *lib. XLV. p.* 571. LONDORPII Sleidanus cont. p. 25. *incente hoc anno milleſimo, quingenteſimo, quinquageſimo ſeptimo, IIX. Ianuarii Pfortzhemii Albertus Brandeburgicus, præſentibus ſuis adſinibus Carolo Badenſi & Friderico Palatino, qui tum temporis Alberti ſororem per V. ferme menſes decumbentem, vna cum coniuge viſitarat, ex mortalium numero ſublatus eſt. Quatenus autem Chriſto ſpiritum ſuum reddiderit, quaue pompa Pfortzhemii in templo S. Michaelis elatus ac tumulatus ſit, ex ſcripto publico Iacobi Heerebrandi Doctoris Theologi videre eſt, ad illud igitur lectorem ablegatum volumus.* CHYTRAEVS *Saxonia lib. XIX. p.* 496. extat relatio IACOBI HEERBRANDI apud HORTLEDERVM *c. XXX.* cui *c. XXXI.* ſubnectitur ſuccincta hiſtoria totius belli. HEVTERVS lib. XV. c. I. *Sexto Idus Ianuarii (vt hoc obiter inſeram) Forſcimii apud Carolum Marchionem Badenſem, affinem ſuum, obiit Albertus Brandeburgius, Germaniæ flagellum dictus, quinque menſibus valido morbo (venenum epotaſſe, fuere qui aſſerent) vir robuſtus, in ætatis flore conſtitutus, conflictatus, tandemque anno ætatis trigeſimo quinto victus. Nec enim diu vaſtus animus quieuiſſet, ſi diuturnior vita conceſſa fuiſſet. Ingentia enim animo volutbat, liberatus, quem ſolum timebat, Cæſare Carolo. Sed buiusce ingeniis Deus ad tempus tantum vtitur. Periit miſer, inops, proſcriptus, vtque meruerat, exul: ſucceſſitque illi in ſolidum, Cæſaris Ferdinandi conſenſu & autoritate Georgius Fridericus Brandeburgius, proximus agnatus ex lege, eius hereditatem quo inuenichat ſtatu adiret, nullique moleſtiam ob præterita faceret.* THRASYBVLVS LEPTA *lib. II. p.* 136.

42) SLEI-

indicit, vt ad vigesimum Augusti diem Lipsiæ sibi præsto sint. 47) Hoc in conuentu Io. Fridericus, qui adhuc titulo & insignibus Electoralibus vtebatur, 48) denuo Electoralem dignitatem & possessiones ablatas omnino sibi restitui postulabat: verum id frustra fuit, neque se teneri, vt id faceret, Augustus: & pactis illis atque legibus, quas Cæsar tulisset, quando captus ipse fuit, inhærere, veruntamen non omnem actionem repudiare se dicebat. 49) Tandem vero intercedente Christiano Daniæ Rege, post multam & variam ac prope semestrem disceptationem, XXIV. Februarii 1554. Numburgi composita res fuit, his conditionibus: Ioannes Fridericus discedat ab Electoratu, Misnia, & oppidis metallicis: Augusto sine liberis maribus extincto, ad ipsum eiusque liberos mares hæc omnia redeant: interim Io. Friderico liceat vsurpare nomen Electoris & Insignia, tam in obsignandis literis, quam in procudenda moneta: præfecturas etiam & oppida quædam Augustus ei liberisque largitur, & pro superiorum aliquot annorum residuis debitis, quæ Mauricius non dependerat ipsius liberis, persoluit ad centum aureorum millia: sed & arcem oppidumque Conigsbergam, in Franconia & episcopo Wirciburgensi oppignoratum in aureorum millia quadraginta luit, & Saxoni liberisque restituit. Postremo, sœdus hæreditarium Saxonicæ domus violatum superioribus annis, renouatur, ac denuo sancitur. Eam transactionem Ioannes Fridericus, decumbens, non multo ante vitæ finem, scriptura & signo suo confirmauit, & vt idem filii facerent, iussit. 50) Insequenti anno 1555. Martii die VI. Augustus, Marchio Brandenburgensis Ioachimus II. Io. Friderici filii & alii quidam eius regionis Principes Numburgi conuenerunt, ibique sœdus hæreditarium, quod est inter Saxonicam, Brandeburgicam & Hassiacam familiam renouarunt & simul decernunt, velle se constanter inhærere Augustanæ confessionis vestigiis, & ne qua suspicio nasceretur vllius noui vel occulti consilii, quinto post die, quam eo venissent, causam conuentus ad Cæsarem perscribunt. 51)

§. CI. Eodem Anno 1554. sub finem Octobris, Carolus filio suo Philippo, Principatus Mediolanensis possessionem tradi iubet per internuntios, adhibitis, quæ fieri solent, cæremoniis. 52) Exeunte hoc anno Ferdinandus rex Comitiorum caussa, quæ iamdum ad d. XV. Augusti 1553. inde ad diem Martini 1554. Augustam fuerant indicta, 53) eo venit, & cum neminem ibi reperisset, biduo post, missis tum litteris, tum internunciis, hortatur Principes, vt quia de grauissimis Imperii negotiis agendum sit, quamprimum accedant. 54) Februarii die quinto, Ferdinandus rex, etsi perpauci Principes aderant, actionis facit initium Augustæ: 55) cum vero tardius plerique venirent, non ante nonas Martii 1555. factum fuit initium. 56) Actum primum fuit de religione, atque VII. Kl. Octobris, plena religionis securitas & liberum exercitium Protestantibus fuit promissum, Pax Religionis, licet contra eandem per Cancellarium suum d. 23. Martii solennem Protestationem exhibere faceret Otto, Episcopus Augustanus 57) in perpetuum stabilita, Prote-

47) SLEIDANVS *lib. XXV. p. 804.*

48) SLEIDANVS lib. XXIV. p. 792. *Ioannis Friderici atque Mauricii principis legati conueniunt, vt ipsos concilient, nam ille suis in literis atque monetâ, quam cuderet, Electoris nomen & gladios binos transuersos, quod est Electoratus insigne, sibi vsurpabat, & Gotham arcem, permittente Cæsare, rursus munierat. Id autem grauiter tulit Mauricius, & ad suos Ordines de eo querimoniam habuit: horum erat omnium sententia, rationes ineundas esse pacis: itaque missi fuerunt legati, sicut diximus, verum fruſtra.*

49) SLEIDANVS *lib. XXV. p. 804.* Litteræ Gallicæ apud MENCKENIVM *Tom. II. p.1430.*

50) SLEIDANVS *lib. XXV. p. 816.* HORTLEDER *lib. III. c. LXXXVIII. p. 96. 84.* ipsas Conuentionis tabulas exhibet & LVNIGIVS *p. spec. fed. IV. p. 69. 267.* THVANVS *lib. XIII. p. 402.* SAGITTARIVS §. *XXVIII.* MVLLERVS *Ann. Saxonicis ad a. 1554.* CHYTRAEVS *lib. XVIII. p. 477.* BELGARIVS *lib. XXVI. p. 846.*

51) SLEIDANVS *lib. XXVI. pag. 838.* CHYTRAEVS *lib. XVIII. pag. 480.* WINCKELMANN *Hess. Chronic p. V. c. VI.* CAMERARIVS *ad a. 1555.*

52) SLEIDANVS *lib. XXV. p. 828.* Iam antea per Diploma de dato XI. Decembris 1549. hanc successionem ordinauerat Carolus, quod reperitur in FABRI *Staats-Canzley Tom. V. pag. 816.* Immo SLEIDANVS *lib. XV. p. 328.* ad a. 1543. ait: *Prius autem quam ex Hispania decederet, filium Philippum desponsauit Regem, & in matrimonium ei dedit Ioannis Lusitaniæ Regis filiam Mariam.*

53) SLEIDANVS lib. XXV. incunte ad a. 1553. *vt his turbis atque motibus Germaniæ remedium aliquod adhiberetur, Imperii conuentum Cæsar Maio mense indicit ad Idus Augusti.* Idem lib. XXV. p. 808. *Imperii vero conuentus, quem ad Idus Augusti Cæsar indixerat, vt initio libri docuimus, in calendas Octobris, & ab his deinde prorogatur in mensem vsque Ianuarium.* Idem p. 819. *De Comitiis Imperii futuris Augustæ, non simel ante diximus: & quia Cæsar, tum valetudine tum bellis impeditus adesse non poterat, Ferdinandus rex, illius rogatu, pronunciam hanc in se recipit, ab eoque solicitati principes vt venirent, propter turbulentum Germaniæ statum excusabant. Cæsar iam eo missrat e suis consiliariis nonnullos, Augustanum quoque Cardinalem ad hoc delegerat: sed cum ob eam, quam dixi, causam, nemo veniret, in aliud magis idoneum tempus reiecta res fuit.*

54) SLEIDANVS *lib. XXV. p. 830.*

55) SLEIDANVS *p. 831.* Extat ipsa Propositio apud LEHMANNVM *Actis Pacis Relig. lib. I. c. I.*

56) SLEIDANVS *lib. XXVI. p. 848.* THVANVS *lib. XVI. p. 502.* LEHMANN *lib. I. c. III.*

57) SLEIDANVS p. 840. *Augustanus Cardinalis diebus aliquot ante, quam Romam iret, per epistolam, in senatum principum atque legatorum missam, cupere se quidem omnibus modis pacem ostendit: sed, vt consilium vltimum suscipiat, quo sedis Apostolicæ dignitas & vetus religio violetur, non se commissurum.* Extat ista Protestatio apud LEHMANNVM *lib. I. c. III.* LONDORPIVM *p. II. pag. 27.* STENGELIVM *Comment. Rer. Aug. Vindel. p. 298. Historie der Religions-Beschwerden p. I. cap. II. §. XXXV.*

58) SLEI-

Proteſtantes etiam a iugo Papali plane fuerunt exemti. 58) Ipſi in poſſeſſione bonorum immediatorum relicti, iurisdictio vero eccleſiaſtica Epiſcoporum in terris Proteſtantium, quam abolitam plane volebant Proteſtantes, Pontificiis hoc denegantibus, tamen adſuper amicabilem conditionem ſuſpendebatur. 59) Licet hoc Papam male admodum haberet. 60) Confirmatur eadem Conſtitutione etiam Pax Profana, & quo ſecurior ſit vtraque Pax, certus executionis modus præſcribitur, qui ſeruari debeat, vbi quid contra pacem vel publicam vel profanam fuerit actum. 61) Inſerebatur huic Conſtitutioni clauſula quædam, quæ vulgo adpellari ſolet Reſeruatum Eccleſiaſticum, *der Geiſtliche Vorbehalt*, qua decretum, vt, ſi quis Archiepiſcopus, Epiſcopus, Prælatus, vel quicunque beneficium quoddam eccleſiaſticum poſſideat, relicta pontificiorum religione, ad Proteſtantes tranſeat, ipſum, ſalua tamen exiſtimatione, priuari debere Archiepiſcopatu, epiſcopatu prælaturis & quibuscunque beneficiis eccleſiaſticis. 62) Hanc clauſulam, intercedentibus licet Proteſtantibus, ex Imperiali poteſtate decreuit Imperator, eandemque integram Conſtitutionem ſine reſeruatione ſubſcribentes Proteſtantes, tacite adprobarunt. 63) In iisdem Comitiis etiam communi Statuum conſenſu renouata Ordinatio Cameralis fuit publicata. 64) Neque tamen hæc Pax Religionis Catholicis fuit extorta, quin potius iſti ex libera voluntate nulla vi, nulloue metu coacti, eandem Euangelicis conceſſerint. 65)

§. CII. Tan-

58) SLEIDANVS *lib. XXVI. pag. 856. itaque ſeptimo Calend. Octobris decretum factum recitatur palam, vt fieri ſolet, in hanc ſententiam. Propter Auguſtanæ confeſſionis doctrinam, religionem atque fidem, Cæſar, Ferdinandus rex, cæteraque principes ac ordines, neminem totius Imperii quocunque modo violent, nec ad deſerendam religionem ſuam, ceremonias atque leges, quas in ſua ditione vel iam inſtituerunt, vel poſthac inſtituent confeſſionis Auguſtanæ ſocii, mandatis aut aliis quauis ratione cogant, neue contemnant etiam, ſed hanc religionem illis liberam permittant, ſimulque bona, facultates, vectigalia, poſſeſſiones atque iura ſient pacate poſſint eis vti frui: diſſidium quoque religionis non aliis quam piis, amicis & tranquillis rationibus componantur. Eodem modo qui ſunt confeſſionis Auguſtanæ ſibi gerent erga Cæſarem, Ferdinandum regem, cæterosque Principes ac Ordines antiquæ religioni coniunctos, tam ſacros quam ciuiles, erga cæteros omneis eccleſiaſtici ſtatus, eorumque collegia, quocunque tandem illi migrare habitandi cauſa, modo vt recte procurentur miniſteria, ſicut infra dicetur. His omnibus & religionem ſuam & ceremonias, & leges & poſſeſſiones & vectigalia, cæteraque iura libere permittant, nec vlla ratione impediant, quo minus illis pacate vtantur fruantur, & quicquid erit offenſionis atque litis, more ac legibus Imperii definatur vtrobique. Qui non ſint alterius religionis, hac in pace non comprehendantur.* Male hoc decretum habet HEVTERVM, dum lib. XIII. c. XXII. ita loquitur: *ſine mensis atque anni Romanorum Rex Auguſtam ad indictam dudum Comitia, quibus ipſum præeſſe Cæſar inſſerat, veniens, Principes exſpectabat: qui Nonis Februarii anni* CIↃ IↃ LV. *conuenere, multisque ſolito more ſequi pedaſibus verbis pompoſe conceptis, operoſoque prolatis, de religionis Catholicæ reſtitutione auxiliisque contra Turcam mittendis, fruſtra egere.* THVANVS *lib. XVI. p. 505.* 10. STRAVCHII Diſſ. Exot. X. *de ſtatu Germaniæ poſt debellatos Smalcaldici ſederis ſocios, Paſſauica Tranſactione, Pacificatione Auguſtana & reſeruato Eccleſiaſtico.* Hiſtoriam pacis religioſæ plenius expoſuit IO. SCHILTERVS, & MVLLERVS, *Staats-Cabinet p. VII. c. I. Hiſtorie der Religions-Beſchwerden p. I. c. II. §. XXXII. ſqq.* Ipſa pax Religionis extat apud LEHMANNVM *lib. I. c. XXXIV.* SCHILTERVM *c. II. §. XXXIV.* Acta congeſſit GOLDASTVS *Reichs-Satzungen p. I. p. 283.* & CHRISTOPHORVS LEHMANNVS, ſed admodum manca. Commentatus in eandem fuit præter alios, ADAMVS CORTREIVS. SCHILTERVS potiſſimum demonſtrauit, hanc primam non fuiſſe, ſed illam quæ Suinfurti a. 1532. tractari fuit cœpta, de qua §. XLVII. dixi, quæ diuerſimode fuit confirmata, per bellum Smalcaldicum vero plane abolita, nunc facta perpetua.

59) Licet idem hoc ac ſi fuerit abrogata, de quo CARAFA p. 34. *abrogata præterea fuit iurisdictio ſacra aduerſus Auguſtanæ Confeſſionis Religionem.* Quid circa ſingula fuerit actum, vberius exponit LEHMANN *lib. I. c. V. ſqq.* & ex hoc *Hiſtorie der Religions-Beſchwerden lib. I. c. II. §. XXXIX. ſqq.* HENR. ANDR. CRANIVS *de Pace Religionis probl. V. & VI.*

60) SLEIDANVS lib. XXVI. p. 865. *rumor tum erat, & inrebuit fama de pontificiis ac ipſius clientele, clanculum ſimilis conſilii aduerſum confeſſionis Auguſtanæ ſocios. Hanc opinionem augebat, quod dubium non erat, Papam indignisſime ferre, ſe priorisinnii decretum Auguſtæ factum, quo religioni pax data fuit atque libertas: credebatur etiam ſolicitare Cæſarem, vt illud irritum faceret: videbat enim a regno ſuo nouas ſeri quotidie defectiones & quid Banari moliretur intelligebat: adhæc Magnitimus, Treuirenſis & Colonienſis Archiepiſcopi per occaſionem Thermarum tunc conueniebant: nec id nulla de cauſa fieri putabatur.*

61) Extat hæc Conſtitutio integra in Corpore Receſſuum *p. 543.* LVNIG *p. Gen. Comm. p. 916.* in Ordinationem etiam Executionis commentatus fuit ADAMVS CORTREIVS.

62) SLEIDANVS lib. XXVI. p. 857. *ſi quis Archiepiſcopus, Epiſcopus, antiſtes, aut alius ordinis eccleſiaſtici a religione vetere deficiet, is continuo decedat ab epiſcopatu ſuo, præfectura, beneficio, ſimul omnibus etiam fructibus, quos inde percepit: quod ipſum tamen ad nullam eius infamiam pertinebit: & collegio ſiue iis, ad quos ea res iure vel conſuetudine pertinet, liceat & integrum ſit in eius locum eligere ſeu conſtituere alium, qui ſit veteris religionis, quo nimirum inſtitutionis, electionis, præſentationis, confirmationis, & id genus alia iura ſimul cum tranquilla poſſeſſione bonorum integra illis permaneant: ſic tamen, vt futuræ conciliationi religionis, de qua dictum eſt, nihil hoc ipſo detrahatur.* BELGARIVS *lib. XXVI. pag. 868.* Continetur hæc Clauſula in §. *XVIII.* De hoc reſeruato extat Reſcriptum Ferdinandi *in Reichs-Satzungen p. I. p. 286. Hiſtorie der Religions-Beſchwerden §. XXXVII.*

63) Agitationem hac de cauſſa exponit SLEIDANVS *lib. XXVI. pag. 854.* THVANVS *lib. XVI. p. 505.* De reſeruato hoc Eccleſiaſtico ſpeciatim egerunt SCIPIO ARETINVS, ſiue potius IACOBVS LAMPADIVS AHASVERVS FRITSCHIVS, VLRICVS OBRECHTVS. Alias prodiit *Der Geiſtliche Vorbehalt aus ſeinen Gründen erortert.*

64) Extat iſta in Corpore Receſſuum *p. 570.*

65) FRANCISCVS BVRCARDVS, ſiue potius Iſti Colonienſes *de Autonomia pag. 4.* non ſolum Transactionem Paſſauienſem Cæſari fuiſſe extortam, tradit, ſed etiam varia contra hanc Pacem obiicit.

§. CII. Tandem vero Carolus curis fatiſcens, atque articulari morbo oppreſſus, fortunæque pertæſus, forſan etiam religionis ſcrupulis commotus, de Imperio deponendo conſilia cepit. 66) Poſtquam igitur Philippum filium ex Anglia in Belgium euocaſſet, 67) conuocatis ad VII. Kal. Septembris 1555. Belgarum Ordinibus, in pleno horum conſeſſu, Philippo filio omnem in Belgii prouincias poteſtatem conceſſit, 68) qui acceptis tabulis Cæſareis, VI. Kl. Nouembris Ordinibus ſuis ſacramentum facit. 69) Paullo poſt Cæſar filio Philippo etiam cedit omnibus regnis hæreditariis, bello partis, ac quacunque ratione quæſitis, Hiſpaniæ, Siciliæ, Sardiniæ, Balearium, Americæ, Indiæ Orientalis, ac noui orbis, idque præſentibus Proceribus, ac nil ſibi ſeruans, præter centum aureorum millium penſionem reditus, vnde eum familia (quam ad exiguum redegerat numerum,) viueret. 70)

§. CIII. Dum igitur Ferdinando fratri perſuadere non poſſet, vt accepta idonea compenſatione, Imperium Philippo reſtitueret, neque vt ipſum per Italiam ac Belgium Imperii Vicarium conſtitueret, legatos ad ipſum iſto tempore Oeniponti agentem miſerat; per quos eum de inſtituto ſuo certiorem factum, ad capeſſendam Imperii adminiſtrationem cohortabatur, rogabatque, vt Philippum filium Germanis principibus conciliaret & commendaret. 71) Conſtitutus profectioni dies ad Idus Nouembris, qui tamen in annum

Idem faciunt IESVITAE DILLINGENSES in *Compoſitione Pacis*, NORDERMANN *de Principiis Iuris* §. *XXX.* Hiſce tamen, & quidem FRANC. BVRCARDO DOMAREIN de DISSINGAV & ABRAH. CALOVIVS, reliquis etiam PETRVS SYRINGIVS, ſub IVSTI SPRINGERI nomine, BARTHOLOMAEVS CHAERICVS ſub nomine ANTONII BEMBELLONAE de GODENTIIS, HENRICVS ANDREAS CRANIVS, FRIDERICVS ALBERTVS MAVLIVS, IO. SVEVVS, BERNHARDVS BERTRAMVS, QVIRINVS CVBACH *de pace Religioſa*, qui LEHMANNO *continuato & ſupplero* fuerunt inſerti, abunde reſponderunt. Varias circa Pacem Religionis Quæſtiones mouet WILHELMVS IGNATIVS SCHVTZ *Manuali Pacifico ad Art. V. I. P.* cui tamen HIERONYMVS BRVCKNER ſub nomine HEIDERI BORROMAEI RVCKRANTI in animaduerſionibus reſpondet. Facit huc etiam IO. DECKHERRVS in conſultationibus Forenſibus. In LVNIGS *Staats-Conſiliis Tom. I. n. 42.* reperitur: *Bedencken einiger Chur- und Fürſten A. C. Verwandter Rathe über unterſchiedene unlautere Puncten des Religions-Friedens de a. 1553. wie dieſelbe theils zu verſtehen, theils noch ferner zu erlautern.* Adde *Hiſtorie der Religions-Beſchwerden p. I. c. II.* §. *XLVII.*

66) Varie de cauſſis abdicationis Caroli V. agunt ſcriptores. HEVTERVS feneſtam & morbi ſaltim ſæuitiam adlegat lib. XIV. cap. I. dicens: *egerat iam dudum hac de re cum ſorore Leonora, ac Maria, earumque ſententiam exquiſierat. Tantum vero aberat, vt illa fratrem curis laboribusque fatiſcentem, articularisque morbi ſæuitia oppreſſum, a propoſito diuertere cuperent, vt ab eo de pii receſſus loco edoctæ, ſeſe ſocias admitti, ac, quocunque vellet, vna abducteret enixe conſtanterque rogarent.* Idem dicit WILHELMVS GODELEVAEVS Hiſt. abdicationis pag. 640. *cum itaque Carolus anno MDLV. vt diximus, imbecilla corporis valetudine & ingraueſcente ætate conflictaretur, quo quieti & tranquillitati exoptatæ ſe dederet.* BVRGOLDENSIS vero *Diſcurſ. ad Inſtr. P. p. I. diſc. I. pag. 39.* varias adlegat rationes alias, quod alii detorritum ſuſpicarentur Cæſarem Henrici II. Galliarum Regis felicitate, cui opponere filii iuuentam, regnandi auidam & capacem, quam annos palmaſque ſuas conſultius habuerit. Quin & vulgo credebatur, Cæſaris fortunam faſtidio ac ſatietate iam captam, quod ex cauſſa Metenſi & bello Mauritiano adparaet. Alii ex Proteſtantibus Cæſarem religione fuiſſe tactum dicebant. THVANVS lib. XVI. p. 506. *matris morte Cæſar ſine admonitus, ſine adiuerſam fortunam pertæſus vrgente ingraueſcentis valetudinis incommodo, de receſſu in Hiſpaniam ſerio cogitare cepit.* NATALIS COMES lib. IX. p. 197. *illa dum Romæ geruntur, Cæſar vel honorum iam pertæſus, cum rerum omnium denique ſit ſatietas, vel cupiens poſt infinitos bellorum labores exauctorari ac donari rude, vel quod eſſet valetudinarius cum Bruxellis grauiter laboraret e pedibus, ſtatuit ad tranquilliorem vitæ rationem ſe conferre, omniumque regnorum & principatuum amplitudinem ac magnificentiam parui facere.* BRANTOME *Capit. etrang. Tom. I. p. 36.* dicit, quod Papa eſſe voluerit, ſed vnicus hic eſt, prout notauit BAYLE.

67) SLEIDANVS *lib. XXVI. p. 845.* HEVTERVS *lib. XIV. c. I.*

68) SLEIDANVS lib. XXVI. p. 847. *hoc ipſo menſe Cæſar totius Belgii pro ere omnium Ordinum vuocat Bruxellam, denique ſua valetudine loquutus inter alias profectiarum ſe demonſtrat in Hiſpaniam, & adminiſtrationem deponit, filioque Philippo iuſ atque poteſtatem omnem confert & illos ad officium hortatur. Ea fama per omnem Europam longe lateque diſſeminata fuit, & erat parata claſſis ac profectioni conſtitutus dies ad Idus Nouembris, paulatim vero deferbuit is rumor & quia ſæuerat hyems, in æſtatem aiebant reiectam eſſe nauigationem.* Solennitates deſcribit HEVTERVS *lib. XIV. c. I. & II.* CHYTRAEVS *lib. XVIII. pag. 481.* THVANVS *lib. XVI. p. 506.* NAT. COMES *lib. IX. p. 198.* IOACHIMVS CAMERARIVS *ad an. 1555.* FRANC. HARAEVS *ad a. 1555.* Extat diploma ceſſionis apud GOLDASTVM *Stat. & Reſcript. Imper. p. 199. Conſtit. Tomo vno p. 575.* SCHARDIVM *Tom. II. p. 64.* In RECVEIL *Tom. II. p. 275.*

69) HEVTERVS *lib. XIV. c. IV.* BELCARIVS *lib. XVII. p. 878.*

70) HEVTERVS *lib. XIV. c. IV.* THVANVS lib. XV. exeunte. *menſe poſt interiecto, in eodem loco coram vicariis ac regnorum & prouinciarum ſuarum rectoribus, quos ob id euocauerat, Hiſpania, Sardinia, Gymneſiis inſulis, Americæ ac noui orbi dominatu filio cedit, ſeruata tantum, vbi ad locum deſtinatum peruenitſet, C. aureorum eis penſione, qua ſe ac familiam alere poſſet.*

71) THVANVS lib. XVI. exeunte: *iam ante ſæpius Cæſar tum Ferdinando fratre vgerat, vti diximus, ſi qua ratione ei & Maximiliano F. perſuadere poſſet, vt imperium accepta idonea compenſatione Philippo reſtitueret, cum id impetrare non poſſet, illud poſtremo petierat, vt ſaltem cum imperii per Italiam & Belgium cum plena poteſtate vicarium conſtitueret: ſed neque illi aſſenſere, quod dicerent, tantum de Cæſarea dignitate ac maieſtate, quam integram & illibatam tueri receperiſſent, deceſſurum, quæritum ex ea alteri conceſſiſſent: itaque Cæſar, qui nihil ab iis obtineri poſſe cerneret, legatos ad fratrem hoc tempore Oeniponte agentem miſerat, per quos cum de inſtituto ſuo certiorem ſaltum ad capeſſ. ndam Imperii adminiſtrationem cohortabatur, rogabatque, vt Philippum filium Germanis principibus ac ciuitatum ordinibus conciliaret & commendaret.*

72) THVA-

num ſequentem eſt dilatus. 72) Hinc, poſtquam Imperialem Comitium per litteras ſuas XXVII. Auguſti 1556. ſcriptas, de abdicatione ſua certiorem reddidiſſet, VII. Septembris 1556. ex Sudeburgo Selandiæ ad Imperii Ordines ſcribit, iisque, Imperii negotia fratri tractanda commiſſa eſſe ſignificat, eos ad obedientiam ipſi præſtandam exhortatur. 73) Inde ad Electorum Collegium honorificam adornat legationem, cui Guilielmus Araufionenſis Princeps, Georgius Sigismundus Seldius Vice-Cancellarius Auguſtalis, & Wolfgangus Hallerus a Secretis Imp. præerant. At illa, non niſi ſecuto biennio, mandata expediit, ſiue, quod interim tribus Electoribus morientibus, noui ſucceſſerint, siue quod poſt profectionem Caroli e Belgio, induciis inter hunc & Regem Galliæ ruptis, tale bellum exortum ſit, vt omnium animis de exitu eius ſuſpenſis, rempus a Comitiorum celebratione eſſet alienum. 74) Cæſar interea XVII. Septembris ante occaſum ſolis nauim Sudeburgi ingreditur, atque in Hiſpania ad Laredum Biſcaiæ portum adpellit. 75) Demum a. 1558. XXIV. Februarii die Imp. legati Francofurtum venerunt, ad Comitia Electoralia, tunc primum indicta, vbi litteris Caroli exhibitis, renuntiationis ceſſionisque tabulas exhibuerunt. Hanc abdicationem Electores, inuiti licet, accipientes, quod rogati fuerant, faciunt, ac poſt deliberationem conditionum, quibus Imperii Electores Romanum Regem Capitulatione obſtringere conſueuerunt, Imperii Maieſtatem in Ferdinandum transferunt, eique fidem præſtant atque obedientiam. 76)

§. CIV. Poſtquam in Hiſpaniam eſſet delatus Carolus, confluxere ſtatim ad ipſum Hiſpanorum vtriusque Ordinis Proceres: quos humaniter compellans, lectica Vallidoletum cum ſororibus defertur, Carolumque ex filio nepotem amplexus, & ad pietatem, virtutem, iuſtitiam, temperantiamque cohortatus, rebus omnibus conſtitutis, circa anni finem in Prouinciam Eſtremaduram, haud procul Vrbe Placentia, ſe contulit, inque Monaſterio D. Iuſti, Ordinis Eremitarum D. Hieronymi, loco ſolitario habitationem elegit, duodecim tantum aſſumptis auxilii cauſa famulis, & ex iis quatuor ſaltim opera ordinarie vſus, ſororibus Vallidoleti manere iuſſis. Sumpſerat in rei familiaris vſum e tot ampliſſimorum regnorum ditiſſimis annuis prouentibus ſemel centum millia aureorum ducatorum, e quibus, dum vixit, quatuor tantum millia inſumpſit, reliqua impendit connubio iungendis paupertoribus virginibus, iuuandis viduis, pupillis, ac ſimilibus imbecillis iudicii calamitoſis hominibus. 77) In hoc Monaſterio meditationibus ſacris tempus terebat, horto delectabatur 78) & contemplatione geſtorum ſuorum, quæ in conclaui habebat depicta. 79) Poſtquam in eodem non integro elapſo biennio placide vixiſſet, XXI. Se-

72) THVANVS c. l. *Conſtitutus profectioni dies ad Eid. IXbr. verum ea, ſiue ob hiemis aſperitatem ſiue quia prudens pater nondum compoſitis inter nos & nouum regem rebus tam cito filium adhuc publicæ adminiſtrationis rudem nollet deſerere, in annum ſequentem dilata eſt.*

73) GODELEVAEVS *pag. 647.* HEVTERVS *lib. XIV. c. VI.* Extant litteræ ad Cameram Imperialem ſcriptæ apud GOLDASTVM *Stat. & Reſcr. p. 200.* apud du MONT *Tom. V. p. I. pag. 3. 4.* Sequuntur litteræ ad Principes ſcriptæ *p. 201. Conſtit. Imp. Tomo vno p. 576.* Et in RECVEIL *Tom. II. pag. 276.*

74) GODELEVAEVS, HEVTERVS cit. loc. THRASYBVLVS LEPTA *lib. II. p. 98.*

75) GODELEVAEVS c. l. qui addit: *magnus Carolus, vbi primum e naui deſcendens terram pede tetigit, proſtratus ipſum oſculatus eſt, & ſalue, inquit, mihi optatiſſima mater, nudus ex vtero matris meæ exiui, nudus ad te, tanquam ad alteram matrem redeo, vbique quod vnus poſſum, pro tam multis in me meritis, corpuſculum hoc & oſſa dedo & dedico, mox ad Cœleſti imaginem, quam ſemper ſecum geſtabat, eo cum ſigno aduerſus hoſtes vicus ſemper pugnarat, oculos attollens gratias ipſi edit, flens, quod ſibi in Prouinciam per eius bonitatem reuerti ſub vltimum vitæ tempus licuiſſet, qua omnium ſibi eſſet chariſſima & per quam ad maxima Imperia & honoris gradus peruenieſſet, cuique omnes ſuos triumphos ac victorias ſecundum Deum acceptum referret.* THVANVS *lib. XVII. exeunte.* BELCARIVS *lib. XXVIII. p. 916.*

76) Integrum proceſſum ſingulari ſcripto expoſuit WILHELMVS GODELEVAEVS *in Hiſtoria Abdicationis Caroli V.* quem ſequitur THVANVS *lib. XXI. p. 627.* LONDORPIVS *lib. I. p. 61.* HEVTERVS *lib. XIV. c. VI.* ZENOCARVS *lib. V. de vita ipſius.* Acta Comitiorum Francofurtenſium habet GOLDASTVS *Polit. Reichshandeln p. XXIII. p. 950.* Num id facere iure potuerit, legi meretur reſponſum SIGISMVNDI SELDII Vice-Cancellarii Ferdinandi I. apud GOLDASTVM *p. V. der Reichshandel p. 181.* VLR. OBRECHTI *diſſ. de abdicatione Caroli V.* Capitulatio Ferdinandi I. reperitur in GOLDASTI *Polit. Reichshandeln p. V. pag. 162.* CHYTRAEVS *lib. XVIII. p. 481.*

77) HEVTERVS *lib. XIV. c. VI.* Ipſum autem iamdudum hoc ſibi animo concepiſſe, teſtatur SANDOVAL in Hiſtoria Vitæ, quam Carolus V. in Monaſterio D. Iuſti transegit *p. 303.* dicens: *effectus hic rei pridem ante conceptæ; confeſſus quippe Priori Guadalupenſi & dicto Martino de Angulo; aliſſamue Iohannæ Regla, qui ipſi a Confeſſione, pactum inter ſe & coniugem Imperatricem, vt ambo Monaſterium ingrederentur: ipſe quidem, vbi virorum populus, illa, vbi non niſi mulieres deuote; ſed hac vitiis erepta fidem implere non licuiſſe, bellis quippe incuitabilibus & in excidium Chriſtianæ Religionis tendentibus propenſiſſime ſinceram moratis.* Sic etiam idem *p. 321.* Colloquium cum Franciſco Borgia, qui relicto Gandiæ Ducatu, Ieſuiticum ordinem ingreſſus fuerat, referens, addit: *feiſcitatus poſſhæc Imperator, an idem retorqueret, ſe ipſi anno 1542. Monizoni confeſſum, ſibi conſilium Monaſterium abdicatis Regnis ingrediendi: quod cum Franciſcus affirmaſſet, aſſeueravit Cæſar vero credi poſſe, ſe nemini illud vnquam reuelaſſe, quam ipſi & adhuc alicui Secularium.*

78) SANDOVAL hiſtoria vitæ ipſius *p. 301. 302.* BELCARIVS *lib. XXVII. p. 891.*

79) BVRGOLDENSIS *diſc. ad Inſtr. P. p. I. diſc. I. §. XLI.* ex THOMAE STYBARI vita Io. Friderici refert: *omnes res ſuas geſtas in mappis depingi, easque in monaſterii parietibus affigi curauit. Sæpius coram iſtis mappis pictis ſedit, ſicum ipſe re-volens, quid in expeditionibus ſuis egeriterit: vbi deuenit ad eas mappas, in quibus Smalcaldenſe bellum, & captiuitas Electoris Saxoniæ depicta erant, inge-*

XXI. Septembris 1558. sumpta sacra Eucharistia sub vtraque, in solo Saluatore spem omnem salutis collocans, (ideoque euangelicæ veritatis conuictus fuisse dicitur 80) mane inter horam tertiam & quartam, paulo ante auroræ ortum, tertiana febri, e continuis articularis morbi doloribus nata, quæque tandem in continuam est mutata, fuit extinctus. 81) Testamento relicto, quod iam ante decennium Augustæ Vindelicorum condiderat, 82) licet aliud postea moriens etiam confecerit. 83) Sepultus est Granadæ, Bæticæ vrbe primaria, iuxta matrem Ioannam, & auum, auiamque maternam, 84) postea vero per ipsius abnepotem Philippum IV. an. 1655. in Pantheon Scorialense fuit delatus. 85)

Rex

miscens ac suspirans dixit: hunc si reliquissem, qualis fuerat, manssissem & ego, qualis eram. HARAEVS *pag. 638.*

80) THVANVS lib. XXI. p. 643. *nulla re magis animi magnitudinem ostendit, quam vitæ claustra, qua vir alios vincere assuetus se ipsum vicit, vitaque tot casibus obnoxiæ, iam potiorem mente agitans, autequam moreretur, renunciauit, & qui reip. vixerat, sibi ac Deo cepit viuere. itaque toto biennio, quod mortem præcessit, in Hieronymianorum fratrum sodalitio, monitore vsus Constantino quodam, qui ei a sacris confessionibus erat, præcipue B. Bernardi nostratis lectione se solabatur, & toto pectore in Deum revolutus sic ratiocinabatur; se quidem indignum esse, qui propriis meritis regnum cælorum obtineret, sed dominum Deum suum, qui illud duplici iure obtineat, & patris hæreditate & passionis merito, altero contentum esse, alterum sibi donare, ex cuius dono illud sibi merito vindicet, hacque fiducia fretus minime confundatur: neque enim oleum misericordiæ nisi in vase fiducia poni: hanc hominis fiduciam esse a se deficientis & imitentis domino suo: alioqui desperiis meritis fidere, non fidei, sed perfidiæ esse; peccata remitti per Dei indulgentiam, ideoque credere nos debere, peccata deleri non posse, nisi ab eo, cui soli peccauimus, & in quem peccatum non cadit, per quem solum nobis peccata condonantur: ita cum sensim ad lentam tabem febris acuta accessisset, imaginem Christi cruci affixi identidem in oculis, vbis, ore & tota mente complexus, in eo solo se omnem salutis suæ spem collocare declaranit, sumtoque viatico, In te mane, inquit, dulcissime Seruator, vt ego in te maneam, in qua verba deficiens, animam, gloriosissima heic vita defunctam Deo, qui dederat illam, reddidit cum annos LVIII. menseis VI. dies XXV. regna hereditaria annos XL. Imperium XXXI. tenuisset.* Sic etiam SANDOVAL in dicta vita p. 325. *orta luce Synaxin repetere cupientem Prior docuit, post Vrbionem extremam illa haut opus; sed monuit aliter, non superstitem fore iter longinquum ingredienti, loquutusque inter manducandum verba hæc latina: in me manucas, ego in te maneam.* SCHARDIVS *ad a. 1558. p. 126.* THRASYBVLVS LEPTA *lib. II. p. 99. quod ad mitiora consilia inflexus, diuinoque (vt non dubitandum) lumine collustratus, præclarissime offendit Carolus, pace concessa Ecclesiis patriis religionis studiosis, & antea in victoria publicis calamitatibus sua bonitate lenitis, & singulari consilio familiis Principum in eo statu, in quo fuerant ante victoriam, relictis & conseruatis.* Hinc non sine ratione IO. FRIDERICVS MAYERVS *de morte Caroli V. euangelica* singulari dissertatione egit, *Lipsiæ 1632. 4.* LONDORPIVS *lib. I. p. 86.* Prolixe de eodem loquitur L' ABBE DE S. REAL *in Dom Carlos nouvelle Historique p. 129.* qui eiusmodi vtitur argumentis, quod personis Lutheranæ religionis suspectis fuerit vsus, qui ipsi a sacris, Doctore Cacalla, Archiepiscopo Toletano, & potissimum Constantino Pontio, qui ipsi semper in vltimo etiam vitæ articulo præsto fuerit, postea tamen tanquam hæreticus damnatus. Deinde dicitur, quod in cella ipsius plurima scripta fuerint reperta de iustificatione & gratia. Tertio, quod Testamentum ipsius nihil fere de legatis piis, precibus publicis, in se continuerint, immo alienus fere fuerit a Pontificiorum Zelo. Male hæc habent MAXIMILIANVM RASLERVM, qui *in vind. diplom. Ludou. n. XII.* iniuriam hoc ipso Carolo fieri putat ingentem, qui eziam Scriptores hoc afferentes variorum redarguit errorum. Licet autem in hoc ipsi facile adsentiar, nullum fuisse Carolo a sacris Cacallam, falsum tamen est, quod Rasslerus adserit, Pontium superstite Imperatore Hispali in vincula fuisse coniectum: neque enim Constantinus hic Pontius Carolo a confessionibus sacris, sed alius Constantinus, Canonicus Hispalensis, prout CX P. SANDOVAL Historia vitæ Caroli V. in Monasterio *p. 314.* patet, dum ait: *cum Dominicum de Guzman Monachum Hispali in carcerem dnxissent, Cæsar effatus, hunc comprehendi, qui id mentis simplicitate meruisset; audiensque Constantinum Canonicum dictæ Vrbis pariter comprehensum, ille, inquit, hæreticus ingens erit, si hæreticum ipsum fuisse apparebit. Sic etiam euenit, quemadmodum Iudicum quidam postea asseuerauit, ipsum nempe ex hæreticis maximis vnum fuisse.* Constantinus vero Pontius Carolo semper præsto fuit, prout THVANVS nos docet *lib. XXIII. pag. 705.* dicens: *Constantinus vero, qui a sacris confessionis diu Cæsari, eique in solitudine sua post Imperii ac rignorum abdicationem ac postremo animam agenti semper præsto fuerat, ad idem mox tribunal rapius in sæuo carcere paulo ante expiranerat, sed ne theatrum Constantino caueret, eius quasi concionantis effigies circumducta est.* Idem testatur SVAVIS POLANVS *lib. V. p. 468.* Id quod etiam contra FAELIVM facit in *Dict. Histor. p. 896.* Bartholomæum autem Caranizam luctanti Caroli animæ cuncta adiumenta ministrasse, EX FAMIANO STRADA male hausit RASSLERVS, cum SANDOVAL *p. 325.* saltim dicat: *eadem vespera, qua deinde vnctus, Caranitza Archiepiscopus Toletanus ille infelix appulit, quem Cæsar ardenter expectauerat.* Hic autem qua ratione etiam de religione suspectus in carcerem fuerit coniectus, testatur THVANVS *lib. XXV. p. 790.* Mortem Caroli & gestorum summam describit CHYTRAEVS *lib. XIX. p. 501. seq.*

81) HEVTERVS *lib. XIV. c. VI.* THVANVS *lib. XXI. p. 642.* CHYTRAEVS *lib. XIV. pag. 501.* CAMERARIVS *ad a. 1550.*

82) Hoc exponit THVANVS *lib. XXI. p. 643.*

83) SANDOVAL p. 324. *Cæsar licet geminatis morbis, physico medicamine adiuuarentur, maxime tamen valetudinem animæ curauit confessionibus crebris ob id procumbendo; testamento præterea confecto.*

84) HEVTERVS *lib. XIV. c. VI.* BVRGOLDENSIS *p. I. disc. I. p. 38.* EX GVIL. BAVDARTII lib. XVI. Apophtegm. tale eius recenset Epitaphium:

hic iacet intus,
Carolus Quintus,
ora pro eo his vel ter, Aue Maria vel Pater noster.

85) IO. MARIANA Summ. ad Hist. Hispaniæ ad a. 1558. *Corpus translatitio funere in eo monasterio conspectum annis consequentibus in D. Laurentii Regia cura Philippi filii migrauit.* Neque tamen per Philippum filium, sed per Philippum IV. demum, qui Pantheom Scorialense absoluit, an. 1655. fuit translatum, prout COLMENAR *delices de l' Espagne p. 286.* docet. Singulare est, quod narrat CASPAR A REIES *in Elysio incundarum Quæstionum tampo qu. XXXIV. n. 26. p. 413.* dicens: *anno 1656. cum potentissimi Regis nostri Philippi iussu, anteces-*

sorum

Rex vero Philippus patri, vt decebat, amplissimas Bruxellæ Brabantiæ celebrauit exequias; idemque fecere non solum cæteræ omnes eius Prouinciæ ac Regna, sed vrbes etiam, ciuitates atque Oppida. 86) Tertia a Cæsaris morte septimana, soror eius Regina Maria, Ludouici Hungariæ ac Bohemiæ Regis vidua, Belgarum per viginti quinque annos Gubernatrix, est secuta. Eleonora vero altera Cæsaris soror, fratrem ac sororem Martio mense præcesserat. 87)

§. CV. Vxor ipsius erat Isabella, Emanuelis, Portugalliæ Regis ac Mariæ Castellanæ filia, cum qua insigniter dotata, concedente Pontifice, dum ipsi septimo gradu esset cognata, 88) (cum quinquies antea cum aliis frustra fuisset desponsatus,) 89) nuptias contraxit, 90) quæ Kl. Maii 1539. fuit extincta. 91) Ex hac natus est anno 1526. Ferdinandus, qui in cunis obiit. 92) Inde d. XXI. Maii an. 1527. natus est Philippus II. Rex Hispaniarum, Maria nata 21. Iunii 1528. Maximiliani II. Imp. vxor. Quo defuncto, an. 1582. cum filia Margaretha in Hispanias remigrauit, & religiosam ducens vitam, in cœnobio Madritensi inter discalceatas sanctimoniales d. 26. Februarii 1603. requieuit. 93) Iohanna n. 27. Iunii 1527. Madriti, quæ Iohanni Regni Lusitani Principi fuit desponsata, & apud

forum suorum Regia cadauera ad insigne illud Pantheonis monumentum traducerentur, inuictissimi Imperatoris Caroli V. cadauer adhuc incorruptum est, labe nulla, nulla temporis edacitate, aut putredinis carie infectum; sic illaculum sane mirificum & plane admirandum, post annos 96. incorruptum permansisse, vt tradit P. F. Franciscus de los sanctos in descriptione fabricæ D. Laurentii & Pantheonis. Hoctamen fabulæ instar est, quod idem narrat, nullis balsamis aut medicamentis pollinctum fuisse regale cadauer. Solennia exequiarum apud Hispanos describit SCHARDIVS *ad a. 1558. p. 130.*

86) HEVTERVS *c. l.* Separatim extat Scriptum *de Exequiis Caroli V. quas Ferdinandus fratri suo Augustæ Vindelicorum fecit fieri. Augustæ 1559. 4.* Sic etiam habemus IVLII PFLVGII & IO. ANT. VIPERANI Orationes in mortem Caroli V. GEORGII AMERPACHII *Threnodiam de morte Caroli V.* IO. BAPT. ADRIANVS quoque, teste *Porcatio de Script. Florent. p. 103.* Orationem ipsi funebrem scripsit. De reliquis qui orationes ipsi scripserunt parentales ita loquitur SCHARDIVS ad an. 1558. *Fuerunt eius variis Doctorum orationibus omnium fere nationum cohonestatum est. Inter quos in Italia Bononiæ, Franciscus Robortellus, Florentiæ, Io. Baptista Adrianus. In Germania Viennæ, Georgius Edertus, & Andreas Rapicius Cæsaris Consiliarii & Paulus Fabricius Mathematicus, Friburgi Brisgoiæ Ioannes Aropœus Iureconsultus. Denique in exequiis Augustanis Ludouicus Madrutius ita virtutes eius celebrarunt, vt certamen laudum ipsius suscepisse videantur.*

87) HEVTERVS *c. l.* THVANVS *lib. XXI. pag. 642.*

88) Tale vero erat Schema
Eduardus R. Portugalliæ

Eleonora	Ferdinandus
vx. Friderici III. Imp.	
Maximilianus I.	Emanuel
Philippus	Isabella Caroli V. vxor
Carolus	

89) HARAEVS Ann. Belg. ad a. 1526. *Anno 1526. initio, redeunte ad Cæsarem a Pontifice Legato, mox Carolus Cæsar vxorem ducit Isabellam Emanuelis Portugalliæ Regis maiorem natu filiam, nuptiis decimo die Ianuarii Hispali solenniter celebratis, cum quinquies antea cum aliis frustra fuisset desponsatus, cum Claudia filia Ludouici XII. Francorum Regis anno 1501. cum Maria Henrici Septimi Angli anno 1507. cum Renata, altera Ludouici XII. Franci anno 1515. cum Ludouica Francisci Franci adhuc in cunis vagiente anno 1516. denique cum Maria Henrici VIII. Angli septenni anno 1522.* De Claudia Ludouici XII. filia, ipsi per pacem Tridentinam & Blesensem desponsata, dictum Sect. super. §. *XV. XVI. XVII.* De Maria Anglicana supra §. *XIX.* De Ludouica §. *XLIV.*

90) NIC. MAMERANVS de gestis præcipuis Catoli ad a. 1526. *deinde anno MDXXVI. Isabellam filiam Regis Portugallie XII. Martii, Hispali, quam Sibiliam vulgus vocat, in Hispania vxorem duxit.* CHYTRAEVS vero Saxonia *ad an. 1526. pag. 295.* X. Ianuarii ponit. Sequitur FVGGERVS *lib. VI. c. XXI. p. 393.* Verum, conciliandi sunt scriptores cum X. Ianuarii sponsalia cum eadem celebrauerit, prout SCHÖNLEBEN *in Ephemeride Austriacæ p. 217. & 235.* demonstrauit, XII. Martii vero nuptias celebrauit. Licet SCHÖNLEBEN cum GEBVILERO XI. Ianuarii faciat. Qua ratione de hoc matrimonio fuerit actum, declarat BELCARIVS *lib. XVIII. p. 565.* dicens: *tum de Cæsaris, atque Isabellæ Ioannis Lusitaniæ Regis sororis matrimonio agi cœptum, quam vxorem Cæsar ducere statuerat, tametsi Angli se eius filiam ductum inreinrando sanctiore promisserat: sorori in dotem nongenta nummium aureorum millia Lusitanus dabat: quorum quadringenta iam, sed mutuo data Cæsar acceperat. Hispani vltra quadringenta, quæ suis Regibus in necessitate constituti olim sponte dabant, & vulgo seruitium vocabant, tum vero quasi vectigal annuum exigebantur, si matrimonium conficeretur, altera quadringenta pollicebantur. Permittere cunctabatur Clemens vel vt Cæsarem facilius ad suas rationes adduceret, vel vt si bellum moliretur, ne eidem pecuniam belli nerum, instrumentumque præberet.* GVICCIARDINVS *lib. XVI. p. 574. 583.* Insignem dotem ipsam attulisse, docet etiam GEORGIVS SPALATINVS Annal. p. 632. *Feria III. post Epiphaniæ, vt scribebatur, Cæs. Imp. Aug. Carolus V. Austriius Vssitie in Hispanis habuit nuptias cum filia Regis Lusitaniæ seu Portugallie accepta in dotem ab ea, vt fama erat, IX. mill. centen. aureum, exclusis filiabus Regum Gall. & Britannie siue Angliæ, quæ ambæ & ipsæ erant collocatæ & desponsatæ ei.*

91) SLEIDANVS lib. XII. p. 344. *Apparuit hoc tempore, quod erat Maio mense, cometa, & illis ipsis fere diebus moritur Caroli Cæsaris vxor, Isabella, cui deinde Gallie rex, vbi primum audiuit, Lutetiæ fecit exequias atque funus, quæ regum est consuetudo.* HEVTERVS *lib. XI. c. X.*

92) IOVIVS lib. XXVII. p. 233. *Interea Cæsaris vxor Isabella puerum peperit, cui propter auti maternimemoriam Ferdinandi nomen impositum.*

93) CHYTRAEVS *Saxonia c. l.* THVANVS lib. XXI. p. 644. *reliquit tres liberos ex Elisabetha Lusitana, Philippum regnorum heredem, Mariam Augustam Maximiliani II. propioris foliti vxorem, & Ioannam, quæ Ioanni Lusitanorum principi nupsit, ex qua natus Sebastianus postbumus, qui auo in regnum successit.*

& apud Olyſiponem d. 2. Ianuarii 1554. Sebaſtianum poſthumum fuit enixa. Naturales vero ipſius liberi fuerunt Ioannes ab Auſtria, Belgio poſtea præfectus, e Barbara Blumbergia XXV. Februarii 1547. Ratisbonæ natus, atque 10. Octobris 1578. defunctus, relicta Anna, Abbatiſſa Cœnobii de las Hueuelas de Burgos & Iohanna, Franciſco Petræ pretiæ Principi nupta. 94) Licet etiam non deſint, qui Ioannem Auſtriacum non ex Barbara, ſed ex longe illuſtriori ac plane Principe fœmina procreatum fuiſſe dicant, cuius vt famæ parceretur, prætentam fuiſſe aliam a Carolo Cæſare. 95) Margaretha, ex Margaretha de Plumbes XXVIII. Decembris 1522. nata, vxor primum Alexandri de Medices, Vrbinatenſium Ducis, poſtea Octauii Farneſii, Ducis Parmenſis, a cuius obitu Belgio fuit præfecta, mortuaque a. 1586. 96) Alii plures ipſi adhuc tribuunt. 97)

94) THVANVS c. l. *ante matrimonium ex contubernio Margaritam ſuſcepit, quæ Alexandro Medici primum, dein Octauio Farneſio Parmenſium duci nupſit: & cum vxorem diu ante mortem amiſiſſet, poſtremo Ioannem Auſtrium ex femina Ratiſponenſi quoque ſuſceperit, qua in re tanta verecundia vſus eſt, vt niſi a penitiſſimis matris Margaritæ nomen ignoraretur: de Ioanne vero nunquam niſi paucis ante mortem dictus, locutus ſit, cum eum per amicos Philippo F. commendauit: memorabili inprimis principibus documento, quorum vita ſuis pro exemplo eſt, vt ſi quid percent, clam & in occulto peccent.* De Iohanne Auſtrio dicit etiam Abbas de S. Real *Dom Carlos p. 123.* quod pro filio primum habitus fuerit Dom Louis Quiſciada.

95) Verba ſunt FAMIANI STRADAE *de B. Belgico Dec. I. lib. X. pag. 626.* BAYLE *art. Iuan d' Autriche & Barbare Blomberg.*

96) De Margaretha notha, BELCARIVS lib. XII. p. 331. *pontificis autem e filio nepoti, Octauio, pacta fuit hic in matrimonium Cæſaris filia notha, Margaritha, quam Florentiæ princeps Cosmus ambiuerat poſt necem Alexandri Medicei.*

97) IMHOFIVS *not. Procerum lib. I. c. V. §. VIII. n. I.* addit: *Bern. Iuſtiniani in Hiſt. Hiſpan. accenſet Priamum Conradum ab Auſtria, nec non alium Iohannem, ſeptimo ætatis anni, qui ſuperioris ſeculi triceſimus erat, exſtinctum*, Vid. BAYLE *art. Barb. Blomberg.*

Plures ſunt, qui ſeparatim Hiſtoriam Caroli ſcripſerunt, de quibus in diſſertatione ſua *de nauis Politicis* Caroli V. iudicat MENCKENIVS. Ipſe quidem Carolus V. de geſtis ſuis Commentarios ſcripſit, quorum etiam ANTONIVS *Bibliotheca Hiſpanic. Tom. II. p. 497.* & plures alii a MENCKENIO p. 4. & BAYLIO p. 892. legati, faciunt mentionem. Inter alios ALPHONSVS VLLOA vitam eius Italico ſermone ſcripſit, ſed in laudibus eſt nimius. Inde PRVDENTIVS de SANDOVAL Philippi III. Hiſtoricus, vitam Caroli V. hiſpanice, vaſtis voluminibus deſcripſit. Ex hoc ADAMVS EBERTVS, apud Viadrinos Profeſſor, *Hiſtoriam Captiuitatis Franciſci I. nec non vitæ Caroli V. in Monaſterio in latinum ſermonem translatam*, nuper demum edidit. Eodem Hiſpanico idiomate IO. ANTONIVS de VERA & FIGVEROA, Comes de la Roca, Philippi IV. ad Venetos legatus, de rebus geſtis Caroli V. per compendium expoſuit, gallice poſtea translata. PETRVS SALAZAR etiam *Chronica Hiſpanica Caroli V.* conſignauit, verum in Proteſtantes eſt iniquus. Ex Belgis GVILIELMVS ZENOCARVS vitam ipſius ſcripſit ſatis inepte, & IO. VORTHVSIVS, cuius *Phœnix, ſen apotheoſis confecrationis Auguſtæ*, qua Caroli M. & Caroli V. res geſtæ, conſilia & euentus deſcribuntur, prodiit *Antwerpiæ 1562. 4.* Ex Italis vitam ipſius ſcripſit LVDOVICVS DOLCIVS & ex recentioribus GREGORIVS LETI. Inter Gallos, ANTONIVS VARILLASIVS ipſius hiſtoriam *Hiſt. de François I. p. 296.* promiſit, quæ tamen edita non eſt. Ex Germanis IACOBVS MASENIVS ſcripſit *animam hiſtoriæ huius temporis in iuncto Caroli V. & Ferdinandi I. fratrum imperio repræſentata.*

SECTIO QVINTA
DE
FERDINANDO I.

§. *I. Ferdinandi natiuitas & mores.* §. *II. Ferdinandus in Hiſpania educatur, inde in Belgium mittitur.* §. *III. Ferdinandus cum Carolo V. fratre terras diuidit Auſtriacas.* §. *IV. Ferdinandus rex Bohemiæ, Vngariæ & Germaniæ eligitur.* §. *V. Ferdinandus cum Ioanne Sepuſenſi paciſcitur. Mortuo eodem bellum recrudeſcit. Buda a Turcis per inſidias capitur.* §. *VI. Continuatio belli Vngarici.* §. *VII. Comitia Ratisbonenſia 1556. Controuerſia de Comitatu Catimelenbocenſi componitur. Conuentus Proteſtantium Francofurtenſis. Colloquium Wormatienſe. Comitia Spirenſia 1557.* §. *VIII. Sententia Ferdinandi in cauſſa Brandenburgicorum contra Franconiæ Epiſcopos.* §. *IX. Cædes Melchioris Zobelii, Epiſcopi Herbipolitani.* §. *X. Ferdinandus a Papa adprobatur Imp.* §. *XI. Comitia Auguſtana a. 1559. & quale Concilium petierint Proteſtantes.* §. *XII. Conuentus Proteſtantium Numburgi 1561. Ferdinandi ſententia contra Genuenſes in cauſſa Finalienſi.* §. *XIII. Concilii Tridentini reſtauratio & finis.* §. *XIV. Cauſſa Grumbachiana.* §. *XV. Ferdinandus Auſtriacis communionem ſub vtraque: Religionis etiam conciliationem per Caſſandrum vrget, & moritur.* §. *XVI. Vxor & liberi.*

§. I.

SVceſſor igitur Caroli V. in Imperio erat frater ipſius, Ferdinandus I. qui X. Martii 1503. Compluti apud Hiſpanos natus, parentibus Philippo, Auſtriæ Archi-Duce, poſtea Rege Caſtiliæ, & Iohanna, Hiſpaniarum hærede. 1) Præceptorem, dum in Hiſpania educaretur, auus ipſi præfecit Aluarum Oſorium, morum & aulæ Magiſtrum Petrum Nonnium Guzmannum Calatrauæ militiæ præfectum, a quibus non in tyrociniis militaribus ſolum, ſed litteris etiam & doctrinis diligenter eſt inſtitutus. 2) Aliquamdiu

1) CHYTRAEVS *lib. V. p. 131. ad a. 1503.* FVGGER *Oeſter. Ehrenſpiegel lib. VI. c. XXI. pag. 1005.* SCHÖNLEBEN *Ephem. Auſtr. p. 234.* HEYTERVS *lib. VI. c. IV.*

2) Verba ſunt SIGISMVNDI a SARAW in oratione de Ferdinando, Græciæ habita apud CHYTRAEVM *lib. XXI. pag. 545.* GOMECIVS *lib. VII. de geſtis Ximenii.*

3) MORIN-

diu etiam Hadriano, qui Caroli V. Informator fuerat, vſus Præceptore. 3) Princeps dicitur prudentia, iuſtitia, liberalitate, manſuetudine, aſſiduitate, & vigilantia nulli ſecundus, in quo pietatis & pacis in domo Dei conſtituendæ præcipuum ſtudium fuerit. 4) Licet ſub initium Lutheranis nimium fuerit infeſtus. 5)

§. II. Poſt Ferdinandi Catholici mortem, dum Hiſpani huic Ferdinando, apud eosdem nato magis fauerent quam Carolo, Belgicis moribus innutrito, curam ipſius ſuſcepit Franciſcus Ximenius, Cardinalis Toletanus, qui poſtea Carolo in Hiſpaniam ingreſſo, auctor fuit, vt ipſum in Germaniam ad Maximilianum ablegaret. Id a. 1518. factum, quo in Belgium menſe Iunio Ferdinandus appulit, vbi cum Erasmo Roterodamo de ſtudiis ipſius regendis actum eſt, qui tamen ob aduerſam valetudinem aliasue ob cauſſas aulæ ſe committere nolebat. 6)

§. III. Poſtquam a. 1521. nuptias celebraſſet cum Anna Hungarica, Carolus V. pro hæreditaria ei portione vtramque concedit Auſtriam, cum omnibus, quæ inde in Germania dependent prouinciis, ac quicquid in Sueuia, ad lacum Acronium, Siluam Hercyniam, agros Briſacenſes, vltraque Rhenum circa Ellum amnem Auſtriaca poſſidebat familia. 7)

§. IV. Extincto ad Mohaczium a. 1526. Ludouico adſini, ipſe ex iure vxorio XXIV. Februarii 1527. Pragæ inauguratur Rex Bohemiæ, 8) poſtea profligato Iohanne de Zapolia, Tranſyluaniæ regulo, diadema Vngaricum ambiente, 9) coronatur XXVIII. Octobris eiusdem anni Albæ Græcæ Rex Hungariæ, ex antiquis cum Maximiliano pactis hoc regnum iure obtinens. 10) Anno 1530. ſolenniter in Comitiis Auguſtanis a Carolo V. Imp. inueſtitur de Würtenbergenſi Ducatu. 11) Anno 1531. V. Ianuarii Coloniæ in Regem Romanorum eligitur, atque XI. Ianuarii Aquisgrani coronatur, proteſtantibus licet

3) MORINGVS Vita Hadriani c. XV. *eodem tempore aliquandiu inibi Ferdinandi fratris Caroli præceptor fuit, non ſine magna iam eius tum fruge, tum commoditate.*

4) Verba ſunt THVANI *lib. XXXVI. p.* 286. SCHOENLEBEN *prolog. p. II. c. VIII. pag.* 153. ISTHVANFIVS lib. XXI. exeunte, *nemo enim noſtræ ætatis principum, pacis & belli artium eo peritior, nemo grauiſſimarum rerum experientior fuit: nullus regum recte ac ſapienter factis, ac indulgentiæ, clementiæ, liberalitatisque exemplis eum ſuperauit.* SPONDANO *Annal. Baronii contin. a.* 1555. *n.* 3. dicitur Pietatis cultor eximius.

5) SLEIDANVS lib. III. p. 75. *Ferdinandus Auſtriæ princeps, latam aduerſus Lutherum anno ſuperiori* (1521.) *ſententiam vehementer vrgebat, & in ducatu Wirtembergenſi, quem tunc tenebat, grauiſſimum proposuit edictum, XXVI. die Nouembris, ac præmium delatoribus constituit, & paſſim in ſuis prouinciis, grauiter in eos, qui pontificis legibus non parerent, animaduertit.*

6) SIGISMVNDVS a SARAVV in oratione de Ferdinando apud CHYTRAEVM lib. XXI. p. 545. *in hoc pietatis & optimarum artium ſtudio ad Reipublicæ gubernationem præparatus & exculcus eſt in Hiſpania princeps noſter, vsque ad Ferdinandi, aui, regis Catholici obitum, qui in teſtamento eum Gubernatorem regnorum abſente Carolo fratre ſcripſerat, & trium militarium ordinum magiſteria ei legarat. Hunc enim in Hiſpania natum & educatum, non ſolum rex Ferdinandus auus, ſed cuncti fere Hiſpanorum principes, multo quam Carolum fratrem, ſub alio cœlo ortum, & Belgicis moribus innutritum, maiori beneuolentia & caritate proſequebantur. Sed recognitis extremo vitæ regis momento, a Senatoribus aliquot, teſtamenti tabulis, legatum illud inductum, & Cardinalis Toletanus, Franciſcus Ximenes, Gubernator conſtitutus eſt. Is Ferdinandum nepotem quamprimum ad ſe deductum, nunquam a ſe diuelli paſſus eſt. Cumque familiares Ferdinandi ingenium & indolem apud Hiſpanos principes & alios paſſim mirifice prædicare, & Carolo præferre, & Belgarum mores vituperare intelligeret, mandata a Carolo confecit, quibus, honeſta concedendi ipſis deinceps otii ſpecie, longiſſime a Ferdinando præſentes miniſtros ciretter trigintà amandauit, & Carolo, in Hiſpaniam iam ingreſſo hortator fuit, vt Ferdinandum in Germaniam ad Maximilianum transmitteret. Id anno ſequenti factum eſt, quo in Belgium menſe Iunio Ferdinandus appulit, vbi cum Erasmo Roterodamo de ſtudiis ipſius regendis actum eſt.* GOMECIVS *vita Ximenes lib. V. p.* 1070. *lib. VI. p.* 1072. MASENIVS *vita Caroli vpi. p.* 8. Vide etiam ERASMI *Ep. CCCCVII. CCCCXIV. & CCCCXXXVII.*

7) Verba ſunt HEVTERI *lib. VIII. c. XI.* SIGISMVNDI a SARAW oratio de Ferdinando apud CHYTRAEVM Saxonia *lib. XXI. p.* 546. *poſtea diuiſa inter fratres hæreditate Ferdinandus has regiones anno* 1521. *celebratis die 26. Maii cum Anna Vngariæ regina Vladislai filia nuptiis, gubernare cœpit.*

8) CHYTRAEVS *Saxonia lib. XII. pag.* 303. 307. SLEIDANVS *lib. VI. p.* 159. IO. SAMBVCVS in Oratione ipſius Parentali in obitum eius habita & BONFINIO ſubiecta *p.* 569.

9) De hoc Sect. ſup. §. *XXXVIII.*

10) SLEIDANVS lib. VI. p. 164. *Ferdinandus autem rex nitebatur transactione, quam Cæſar Maximilianus, anno MCCCCXCI. cum Vngaris & Ladislao rege fecerat, qua cautum fuit: quod ſi Ladislaus absque ſobole maſcula decederet, vt dum Maximilianus & ipſius hæredes, recta linea deſcendentes, regnum illud obtinerent. Cum ergo Ladislai filius Ludouicus eſſet extinctus, non relictis liberis, Ferdinandus, qui & Maximiliani, eſſet e filio nepos, & Auſtriæ princeps, & præterea Ludouici ſororem haberet in matrimonio, ſibi regnum illud deberi confirmabat.* CHYTRAEVS Saxonia lib. XII. p. 306. *Vngarici vero regni Proceres, caſo Ludouico, in duas factiones diſtracti erant, quarum altera, non alienigenam, ſed Vngarici ſanguinis regem expetens, Ioannem Zepuſienſem, Stephani filium Palatinum Tranſyluaniæ, regem nominabat, altera pars, vetera de ſucceſſione pacta inter Friderieum III. & Matthiam primum, deinde inter Maximilianum & Vladislaum inita ſeruans, Ferdinandum eligebat, qui ſtatim miſſis aduerſus Ioannem, duce Caſimiro Marchione Brandeburgenſi copiis, eum profligauit, & idibus Nouembris Budæ coronatus eſt.* PIASECIVS p. 36.

11) Vide Sect. ſuper. §. *XLIV.*

12) Vide

licet Saxone & Brandenburgico. 12) Hi tamen postea transactione Cadamensi a. 1534. inita, consenserunt. 13)

§. V. Dum autem in Vngariæ regno a. 1538. Ferdinandus cum Iohanne pactus fuisset, vt, si Iohannes vita excederet, Ferdinandus totius Pannoniæ Imperio potiretur, 14) mortuo a. 1540. Iohanne, Cibinii, 15) regnum ex pacto poscit, reginæ & filio Sepusianum patrimonium sufficere ratus, quod donis ipse ac reditibus, vidua regina dignis, esset aucturus. 16) Vngari autem corona Stephani I. statim post mortem patris, filio ipsius adhuc infanti solenni ritu imposita, ipsi etiam Stephani nomen concedebant. 17) Austriacorum itaque armis, Rochandulfo duce, Buda vndique obsessa & vehementissime fuit oppugnata, Solimannus, præmissis illico satrapis cum exercitu, ipse magnis insecutus itineribus cum Vngariæ fines attigisset, viciſſe iam suos cognouit, tum pugna terrestri, tum maxime classe fluuiali, vrbemque obsidione liberasse. 18) Ad quam cum castra haberet, blanditiis effecit, vt regius puer, quasi eam videre gestiret, ad se in castra efferretur, quem antequam remisit, tot milites, amicitiæ specie, in vrbem intrauerunt exieruntque, vt eadem die se captam ciuitas sentiret, quod plures semper remanserе, quam luſtrata vrbe egrediebantur. 19) Reddito filio, matri imperabatur, vt in Transſylua-

12) Vide Sect. super. §. *XLVI.*

13) Vid. Sect. super. §. *LI.*

14) IOVIVS lib. XXIX. p. 226. *confecerant inter se pacem Ferdinandus atque Ioannes pari desiderio quietis & otii, ambobus certe vtilem, sed ex eo rerum statu neceſſariam potius quam honeſtam, maxime autem exoptatam Hungaris, quibus vel diuitiis in partes cauebatur, vt fortunæ incolumes manerent, vel his, qui antea exules Ferdinandum secuti, solum vertiſſent, vrbes quoque, oppida, vicos, arces, quæ tum in poteſtate eſſent, ſuo quisque præſidio tueretur: Ioannem vero Ferdinandus regem appellaret, quum eum antea sermone at literis Waiuodam a vetere Transſyluaniæ præfectura vocare esset solitus. In tabulis autem conſcriptis obſignatique fœderis diſcrte fuerat appoſitum, ſubſcribentibus nonnullis Hungarorum principibus, vt ſi Ioannes vita excederet, Ferdinandus totius Pannoniæ Imperio potiretur. Ea tum conditio in arcanis habita ſuppreſſaque eſt metu Solymani, cuius id regnum eſſet, tanquam belli iure captum, & beneficiario tantum nomine Ioanni liberaliter attributum.* Idem dicit COELIVS CVRIO *ſupplem. lib. XXIII. pag.* 531. Vid. IO. ZERMEGH *hiſtoria rerum geſtarum inter Ferdinandum & Iohannem, Vngariæ reges Amſtelodami* 1662. STRAVCH *Diſſ. Exot. I. §. XXIV.*

15) IOVIVS *lib. XXXIX. pag.* 233. CVRIO *pag.* 534.

16) IOVIVS lib. XXXIX. p. 240. *inprimis Nicolaum Salma quem Cæſar virtutis opinione in illuſtrium equitum ordinem cooptatum, aurei velleris torque donauerat, ad reginam mitti, qui tabulas nouiſſimi fœderis profferat: horteturetam, vt regno decedat, quod recenti pactione alieni iuris eſſet ſactum. Porro etiam atque etiam moneat, ne ſuas & pupilli pueri ſpes morando & tergiuerſando corrumpat. Conceſſurum enim puero Ferdinandum Sepuſianam prouinciam, vti antea diſcrte ex tabulis ambo reges conuenißent, & ipſi quoque reginæ peramplos reditus, & quicquid in dotale nomen obuenieret. Quod ſi ea legitimi fœderis obliuiſci vellet, ei tam opportune denunciaret, neque Carolo Cæſari, neque Ferdinando regi deſuturæ arma, quibus regnum repeteret, tanquam antiquo iure, & nouo multorum Hungarorum conſenſu Auſtriæ domui contributum.*

17) IOVIVS lib. XXXIX. p. 234. *interea apud Albam regalem inſigni pompa apparatuque regis ſumus eſt celebratum, impoſitaque infantis capiti ſolennibus cerimoniis antiqua illa ex auro corona, quæ Stephani Hungarorum primi regis fuiſſe dicitur, aſſeruabaturque religioſe admodum cuſtodia in arce Vicegradenſi. Neque enim Hungari ſatis rite factum legitimumque regem arbitrantur, qui eam publice delatam capite non geſtarit. Properea & regi infanti lato auſpicio, dum ſacro fonte abluteretur, Stephani nomen indiderant, renouata memoria antiquiſſimi regis, qui id regnum felici virtute condidiſſet. Cæterum ius imperii Iſabellæ reginæ communi proceram ſtudio delatum, ea lege, vt in publicis literis filii matriſque nomen præſcriberetur, eodemque titulo regia moneta cuderetur. Sed in Georgio (antiſtite Varadiuenſi) ſumma imperii poteſtas eminebat: præerat enim ærario, teſſeraſque arcium tenebat.*

18) SLEIDANVS lib. XIV. p. 390. *quo tempore Cæſar conuentus agebat Ratisbonæ, Ferdinandus rex Budam obſidet, & oppugnat, in qua tum erat Vaywoda Ioannis vxor vidua cum filiolo Stephano. Tutores autem infantis & regni proceres Turcicum auxilium imploraueranr: legatum ergo Turcæ mittit cum copiis, quæ menſe Iulio Budam venerunt: ipſe deinde cum reliquo exercitu non multo poſt eo venit. Itaque Ferdinandiani relicti, Germani, Bohemi, Moraui, relicta obſidione, & ingenti accepta clade, Peſto etiam amiſſo, quod eſt oppidum contra Budam, reliqui ſuga ſibi ſalutem quærunt.* IOVIVS *lib. XXXIX. p.* 274. COELIVS CVRIO *lib. XXIII. extremo.* THVANVS *lib. I. pag.* 30. BELCARIVS *lib. XXIII. incucte*, qui etiam p. 723. viginti Chriſtianorum millia hoc bello fuisse interempta dicit. PIASECIVS *p.* 38.

19) SLEIDANVS lib. XIV. pag. 391. *Turcæ ſub exitum Auguſti munera mittit infanti Stephano, veſtes auro textas, & equos valde ſpecioſos, ac matri nuntiat cupere ſe puerum videre, petit vt in caſtra ſibi mittat. Mulier perterrefacta cum aliud non poſſet, hortatu proceruin, mittit vna cum nutrice, comitatum turba nobilium. Ille perhumaniter excipit, ac deinde per ſuos reginæ conſiliariis oſtendit, velle ſibi Budam tradi: nam ipſos non illam poſſe ab hoſte defendere, & ſibi ſubinde redeundum huc eſſe cum exercitu: quod valde ſit & moleſtum & ſumptuoſum: itaque multo præſtare, vt ipſe teneat. Hi de ſuo periculo ſolliciti, muſſant. e veſtigio Ianizarorum præfecto negocium datur vrbis occupandæ, neque prius ad matrem reginam miſſas eſt filius, quam re perfecta. Cum iam vrbem tenerent & ciueis omneis exarmaſſent, arcem quoque ſibi tradi poſtulant, in qua regina tum erat. eam Turcæ iubet interim per internuncios animo eſſe præſenti, & Tranſyluanam ei atque filiolo concedit. Quum igitur omni conquiſita ſupellectile, tumultuarie abiiſſet, a præfectis & a milite barbaro deducta Budam Turcæ cum duobus filiis venit, Septembris die ſecundo, & templum ingreſſus expiatum, actisque gratiis deo ſuo, propter rem bene geſtam, in caſtra reuertit, & relictis Budæ Peſtique præſidiis, reliquum exercitum domum reduxit, & in itinere Laſcum dimittit, quem propter Fregoſum & Rinconem interceptos, Belgradi captiuum reliquerat, Budam proſiciſcens, nam Galliæ rex, vehementer irritatus eo facto, per Polonum, Solymanno rem omnem enunciauerat.* IOVIVS lib.

XL.

fyluaniam abiret, Lippæ fedem in posterum habitura. Ita Buda, Turcis 1541. subiecta, multa damna Christianæ rei attulit. 20)

§. VI. Anno 1543. vlterius progressi Turcæ, arcem Walpo, quæ in confiniis Bosniæ, Croatiæ & Hungariæ est sita, post trium mensium obsidionem, vt & Soclos, Quinque ecclesias, Strigonium, Albam Regalem, munitissima Vngariæ oppida, deditione capiunt. Insequenti anno 1544. Vicegradum occupant. 21) Anno 1545. inducias quinquennales fiunt cum Turcis. 22) Anno 1548. Ferdinandus Agriam in suam fidem ac tutelam a Perennii Episcopi obitu receptam munire cœpit. Haud multo post Agrienses de Regis mandato ad Zolnockiam profecti, eam eripiunt. 23) Anno 1550. recruduit bellum, Ferdinandus equidem mediante Georgio, monacho, qui tutor fuerat Stephani, cum Ioannis vidua pactus, Transfyluaniam in suam redigit potestatem. Male hoc habebat Turcas, qui in Transfyluaniam irrumpentes, Lippam, aliasque arces occupant. 24) Insequenti anno Christiani Segedinum vrbem capiunt, verum, dum in arcis obsidione hærerent incauti, a Turcis cæduntur. Inde Turcæ Temeswariam capiunt, Christianos ad Dregeliam vincunt, Zolnockium capiunt, Agriam vero haud paruo fuorum cum damno relinquere fuerunt coacti. 25) Anno 1553. & 1554. diuersis conflictibus in Transfyluania agebatur. 26) Anno 1555. frustra Constantinopoli apud Solymannum per legatos agebat Ferdinandus. 27) Anno 1556. Sigethum frustra Turcæ tentant, ad Bobatschium vincuntur. 28) Eodem anno inducias cum Turcis fiunt, 29) dum interim Transfyluania iterum deficeret. 30) Finitis induciis bellum a. 1560. continuabatur, vsque dum a. 1562. nouæ inducias ad octo annos inter Ferdinandum & Solymannum concluderentur. 31)

§. VII. Postquam Rex Romanorum factus, diuersis præfuit Comitiis, Spiræ & Noribergæ 1542. & 1543. 32) A. 1544. adgnoscitur in Comitiis Spirensibus a toto Imperio Rex Romanorum legitimus. 33) A. 1551. ipsum Iulius III. Papa excommunicabat. 34) A. 1552. transigit cum Protestantibus Passauii, 35) atque a. 1555. Pacem Religionis Caroli Imp. nomine facit, 36) ideoque ipsum Paulus IV. Papa increpuit, quod fede Papali inconsulta, tractationem de religione instituisset 37) Anno 1556. Comitia celebrabat Ratisbonæ, quæ XVI. Martii 1557. 38) finita, in iisdemque decretum, de colloquio religionis, controuersiis dirimendis ad XIV. Augusti Wormatiæ instituendo; & de auxiliis octo mensium aduersus Turcas duplicatis, Ferdinando pendendis; de pace publica in religione & profanis causis feuere tuenda: de visitatione Iudicii Cameræ, promulga-

XL. p. 289. *caterum Solymanus, quum Hungari proceres cum purpuratis pranderent, certos duces, quibus antea negotium dederat, per simulationem vsiendæ vrbis immissis cohortibus Sabatinam portam occupari iussit, vsque adeo tacite & dissimulanter, vt nec custos satis otiosus commeantis turbæ spectator, portæ aditum alienæ potestatis factum sentiret: nam quum frequentes sedato passu manipulatim intrarent, multi etiam ex composito, vt patrandæ rei suspicionem auerterent, veluti iam lustrata vrbe, in castra redibant. Eo modo plateis foroque & compitis omnibus celeriter occupatis, & nusquam tumultu edito, pretorianorum præfectus per regiones pronunciari iussit, vt Budenses omni timore depositio limine se continerent, matureque si vitam ac libertatem & denique fortunas incolumes vellent, arma traderent. Parueré imperio ciues, prolatisque armis in fidem recepti, Turcas hospitio receperunt.* CVRIO *lib. XXIV. p.* 552.

20) IOVIVS lib. XL. p. 296. *Budam enim Turcico præsidio custodiendam censet, reginamque obiter monet, vt aquo animo vrbe atque arce excedere velit: ipsum enim cum puero vltra Tybiscum in Lippa regnaturum, regione admodum pacata atque opulenta, & quod non mediocri etiam solatio esse possit, Sigismundi patris finibus propinqua, donec Stephanus puer agnoscendo regno feliciter adolescat.*

21) SLEIDANVS lib. XV. p. 431. *alter Turcarum exercitus in Pannoniam irruit, Quinque ecclesiam oppidum, & vrbem arcemque Strigoniam capit, Albam autem regalem expugnat. Miserat auxilia pontifex, Baptistæ Sabello, Iulii Vrsino, ducibus: verum ii paulo seriùs aduenerunt.* Faciunt huc IO. MART. STELLAE Epistolæ *de Turcarum in regno Hungariæ annis* 1543. *& 44. Successibus,* MART. MAYERI *Ortelius rediuiuus ad a.* 1543. 1544. BELCARIVS *lib. XXIII. p.* 744.

22) SLEIDANVS *lib. XVI. p.* 471.

23) IO. SAMBVCVS *Hist. rer. ad Agriam gestarum sub init.* MEYERI *Ortel. rediuiu. ad a.* 1548.

24) THVANVS *lib. XI. ineunte.* MEYERI *Ortelius rediuiuus ad a.* 1551.

25) Extat in SCHARDII Tomo II. *rerum ad Agriam MDLII. anno gestarum narratio. Et expugnatio arcis Temeswar.* THVANVS *lib. X. pag.* 320.

26) MEYERI *Ortelius rediuiu. ad a.* 1553. 1554.

27) SLEIDANVS *lib. XXVI. p.* 872. MEYERVS *ad a.* 1555.

28) Extat in SCHARDII Tomo II. *obsidionis Zigeth breuissima veraque expositio*, & p. 581. rei contra Turcas gestæ anno 1556. breuis descriptio VVOLFGANGI LAZII, & BASILII IO. HERBSTI, MERC. GALLO BELG. *Tom. I. lib. I. p.* 16.

29) MEYERVS *ad a.* 1556.

30) SLEIDANVS lib. XXVI. p. 871. *nam author Petro Petronicio cliente regis, qui de subsidio Turcam solicitarit, Transfyluaniam totam, cum nulla premeret necessitas, nec iusta causa subesset, ad Ioannis Vayuodæ filium a rege defecisse.* MEYERVS *ad a.* 1551. LONDORPII *Sleidanus contin. lib. I. pag.* 18.

31) MEYERVS *ad a.* 1562.

32) *Sect. super. §. LXVI.*

33) *Sect. sup. §. LXVII.*

34) SPONDANVS *a.* 1551. *n.* 8.

35) *Sect. sup. §. XCIII.*

36) *Sect. sup. §. C.*

37) SPONDANVS *a.* 1555. *n.* 10.

38) *Sect. super. §. CII.*

mulgatum est. 39) In iisdem Comitiis Protestantes Referuato Ecclesiastico litteris se opponunt. 40) Etiam d. 22. Decembris 1556. Ferdinando exhibebant Protestationem & declarationem circa Autonomiam, ad quam Cæsar d. 5. Februarii 1555. respondebat, se pacem Religionis in omnibus articulis & clausulis esse seruaturum. Dum vero in publicato Recessu huic Grauamini nulla adhibita fuerit medela, d. eod. 16. Martii 1557. desuper protestabantur. 41) Eodem anno, Francofurti ad Mœnum per Principes interceſſores Ottonem Henricum Palatinum, Augustum Electorem Saxoniæ, Wilhelmum Cliuensem & alios, Nassouiensis controuersia, de Comitatu Cattorum Melibocorum, quæ plus quinquaginta annis iam agitata fuerat, tandem amice compoſita est: Hesso Comitatum Cattorum retinente, ac viciſſim sexcenta millia aureorum Nassouio, & in iis, pro centum & quinquaginta millibus comitatum Dietz reddente. Durante hac tractatione, Theologi Principum & Statuum Augustanæ confeſſionis Francofurti de colloquio Wormatiæ inſtante, & de Synodo, poſt Colloquium habenda, vbi inter alia de diſciplina & de rituum eccleſiaſticorum conformitate ageretur, inter ſe contulerunt, & calendas Augusti conſtituerunt, quibus Wormatiæ ante diem colloquio cum pontificiis dictum, aliquot hebdomades conuenirent, & de controuerſis inteſtinis, antequam cum aduerſariis congrederentur, amice conferrent. Id, etſi Electori & Ducibus Saxoniæ, ab Electore Palatino & ceteris ſignificatum est, & cæteri Calendis Auguſti conuenerint: tamen Electoris Saxoniæ Theologi initio Septembris primum appulerunt. Quo menſe colloquium inchoatum, & paulo poſt abruptum, tandem plane diſſipatum eſt. Cauſſam præbuit aſtuta Pontificiorum petitio, vt oppoſiti collocutores ſe a ſectis cum Auguſtanæ confeſſionis doctrina pugnantibus, Cinglianis, Oſiandriſtis, & cæteris, de quibus mandata iuniorum Saxoniæ Ducum Theologos habere, ac cæteris aduerſari ſciebant, ingenua & aperta declaratione ſeiungerent, iuſſos enim ſe ab Imperatore, cum Auguſtanæ Confeſſionis Religionem amplectentibus, quibus ſolis Pax in Imperio nuper data eſſet, non cum aliis ab vtraque parte damnatis ſectis de conciliatione colloqui. Cum autem Melanchthon & cæteri Electoris Saxoniæ Theologi, explicationem & cognitionem controuerſiarum præcedere, nec damnari ante cauſam cognitam Cinglianos, Synergiſtas, Adiaphoriſtas oportere diſputarent: iuniorum Saxoniæ Ducum Theologi, Erardus Snepfius, Victorinus Strigelius, Ioannes Stoſſelius, & his coniuncti Ioachimus Morlinus, & Erasmus Sarcerius, proteſtationem præſidi Colloquii, Iulio Pflugkio offerunt, in quo Cinglianorum, Oſiandri, Maioris, Synergiſtarum & Adiaphororum errores ſe improbare, & a profitentibus illos, ſe confeſſionem ſuam ſeiungere, oſtendebant, ac poſtea domum redeunt. Hac diſtractione inter Confeſſionis Auguſtanæ ſocios facta, Pontificii progredi in colloquio nolebant, donec res, ad Imperatoris cognitionem delata eſſet. Ferdinandus procedere collocutores reliquos iubet, & fariseſſe iudicat, ſi ordine in ſingulis articulis re explicata condemnationes addantur. Sed pontificii collocutores procedere pertinaciter recuſant. Sic re infecta tandem diſceſſum eſt, cum de norma iudicii in eccleſia, & peccato Originis tantum, ſcripta quædam primis diebus Theologi commutaſſent. 42) Eodem anno 1557. Comitia Spiræ celebrat ad corrigendos Imperialis Cameræ defectus. 43) Sic etiam Auſtriæ Ordinibus Viennæ congregatis, communionem ſub vtraque indulget, Tridentinorum patrum decreta contraria improbans. 44)

§. VIII.

Primis Imperii auſpiciis, Ferdinandus in cauſſa Brandenburgica iudicium tulit. Nam cum ex ſuperiorum bellorum occaſione, quibus Albertus immani licentia bacchatus, Franconiam & finitimas prouincias magnis cladibus afflixerat, controuer-

39) CHYTRAEVS *Saxonia lib. XIX. pag.* 495. SLEIDANVS *lib. XXVI. extunte.* LONDORPIVS *p.* 27. CAMERARIVS *ad a.* 1556. THVANVS *lib. XVII.* Extat Receſſus Ratisbonenſis in Corpore *p.* 653. LVNIG *p. Gen. Contin. p.* 27.

40) FRANC. BVRCARDVS *de Autonomia p.* 19. Adde ſcriptum *der Geiſtliche Vorbehalt aus ſeinem Gründen erortert, das iſt, gründliche demonſtration und Beweiſung, daß der geiſtl. Vorbehalt, ob er gleich dem Religions-Frieden mit einverleibet, die proteſtirendem Stande keines Weges verbinde* 1630.

41) Extant hæc ſcripta in FRANC. BVRCARDI *Autonomia p.* 23. apud GOLDASTVM *Reichs-Satzungen Tom. I. p.* 289. LVNIG *p. Gen. Contin. p.* 6. 7. *Hiſtorie der Religions-Beſchwerden p. I. c. III. c. I.*

42) CHYTRAEVS *pag.* 496. THVANVS *lib. XIX. p.* 570. CAMERARIVS *ad a.* 1557. Extant Acta apud GOLDASTVM *Polit. Reichshandeln p. XVIII. p.* 740. SARPIVS *Hiſt. Conc. Trident. lib. V. p.* 458.

43) Extat Receſſus in Corpore *p.* 667. & latino ſermone apud GOLDASTVM *Conſtit. Imp. Tom. II. p.* 366.

44) CHYTRAEVS lib. XIX. pag. 493. *Ferdinandus Romanorum Rex, omnium prouinciarum ſuarum conuentus Viennæ, Poſonii, Pragæ & Oeniponte habuit, vt aduerſus Turcas auxilia ſibi compararet, quorum auſpiciis, Tranſyluania vniverſa, relicto Ferdinando, Ioannem Ioannis regis Vngariæ filium, Dominum receperat, & Georgius Bebeck in Vngaria prope Agriam ſeditioſe tumultuabatur: & Badenſis ac Quinque eccleſienſis Turcici præfecti, Bathozam, & alias arces, Stiriæ vicinas ceperant, & ad Zygethi obſidionem ſe parabant, quam ſequentimenſe Iunio & Iulio acerrime oppugnatam, ſed & præfecto Marco Horwarth fortiſſime defenſam, Turcæ, deſertis ac inceniſis Bathoza ac ceteris arcibus Stiriæ propinquioribus, deſeruerunt. Poſt ſolutam obſidionem, Ferdinandus, Ferdinandi filius, exercitum in Vngariam ad Strigonium duxit, & paulo poſt vrbe Turcis relicta, in Auſtriam rediit. In concentibus illis, priusquam auxilia promitterent prouincia, Auſtriacæ imprimis quinque, Religionis libertatem,*

trouersia esset inter Alberti iam mortui agnatos, quibus propter antiquum fœdus Saxoniæ & Hessiæ principes se adiunxerant, & Franconiæ Episcopos ac Senatum Norimbergensem, quod illi occupata agnati bona sibi restitui, destructarum arcium damna sarciri debere contenderent; hi quando nihil a pacis constitutionibus & Imperii decretis alienum fecissent, potius vt sumtus in executione mandanda Imperii sententia aduersus Albertum proscriptum lata, facti refunderentur, petebant. Heic Cæsar, qui controuersiam eam non priuati iuris esse, sed ad tranquillitatem publicam spectare videret, quamuis contra Albertum facta a fœderatis, recte facta essent, tamen cum morte eius crimen extinctum & odium quadamtenus expiatum videretur, vt concordiam inter primarios Imperii proceres & Episcopos seruaret, damnorum a Brandeburgica familia acceptorum rationem haberi voluit, & cum iam anno superiori mense Martio fœderati vniuersam a se occupatam regionem Georgio Friderico, Alberti agnato & heredi restituissent, insuper Cæsar censuit, vt pro arcibus destructis CLXXV eis aureorum ipsi dependerent, cui sententiæ postremo, vt damnosam belli molestiam effugerent, priuatis rationibus publicæ quieti posthabitis, illi assensere. 45)

§. IX. Eodem hoc anno XVII. Kal. Maias, Melchior Zobelius Episcopus Würtzburgensis, postquam insidias ipsi a Grumbachio in nemore Guttenbergensi structas, vix euasisset, 46) in Ciuitate sua a XV. sicariis confoditur. 47) Cum enim ex arce sua, quæ trans Mœnum est, in vrbem ad caussas audiendas veniret, & inde rediens, diuersoriums publicum præteriret, ab hominibus, qui iam equis consensis vinum, quasi abituri poscebant, inuaditur, vnaque cum eo duo equites interficiuntur, aliquot præterea vulnerantur. Quo facto, cum tumultus excitatus esset, nec caussa cognita, plebs tanquam ad incendium restinguendum accurreret, hoc enim sicarii fugientes subinde inclamabant, per portam, quæ a conscriis seruabatur, elabuntur, & per abstrusas conualles anfractuosis itineribus progressi, Ioannem Zobelium, episcopi interfecti consanguineum forte obuium aggrediuntur, & quasi bello captus esset, dextram fidei testem reposcunt, vt ad diem & locum, quem vellent, se sisteret. Ignorabatur initio auctor; sed perquisitione ob facti atrocitatem diligenter facta, Christophorus Kretzerus, Wilhelmi Grumbachii emissarius, cædis insimulatus est, ob idque anno sequenti Augustæ in Comitiis publice proscriptus ac post diuturnam latitationem, Kugelsbachii, exploratoris sollertia, in arce Schaumburgica in Lotharingiæ finibus comprehenditur, dignas scelere pœnas subiturus, quas tamen ille desperatione adactus, dum Herbipolim deducitur in itinere, custodibus dormientibus, sibimet fracto gutture anteuertit, cum conscriorum nomina prius edidisset. Id Grumbachii Equitis Franci iussu factum tum constitit, Zobelio Episcopo succensentis, quod legatum a Conrado de Bibra Episcopo Herbipolensi vxori suæ relictum soluere noluisset, & dum cum Alberto Marchione ferro & flammis passim grassaretur, ipsum tanquam proscriptum bonis exturbasset. 48)

§. X. Postquam Ferdinandus in Comitiis Francofurtensibus plenam Imperii administrationem suscepisset, & Viennam fuisset reuersus, misit Aprili mense ad Paulum IV. Papam, supremum Camerarium suum Martinum Gusmannum, Pontifici electionem suam nuntiaturum, cum hac oblatione, se Papam propediem pro coronatione esse imploraturum. Pontifex autem instante licet Philippo II. per Francisceum Vargam, deinde

tatem, & liberum Augustanæ confessionis exercitium, publico Imperii decreto sanctum, sibi etiam ab Imperatore concedi flagitarunt. Etsi autem assentiri expresse Ferdinandus recusabat, nemini tamen religionis nomine molestiam deinceps exhibuit.

45) Verba sunt THVANI *lib. XXI. pag.* 629. qui hæc ex CHYTRAEO hausit *lib. XIX. pag.* 513. Totam etiam hanc actionem THRASYBVLVS LEPTA *lib. III. p.* 173. vberius enarrat, ita comcludens p. 176. *Vnde factum, cum Marchio Georgius Fridericus actionem suam supra aliquot centena millia florenorum extendisset, ea ad centena septuaginta millia defalcata & reducta sit: viginti quinque millibus singulis annis a quolibet Confœderatorum Ordinum persolutis, quoad ea Marchionis lacuna expleta omne motuum impendens periculum auerruncatum est.* Iustitiam huius iudicii exponit BARTENSTEIN *in diatriba de bello Mauritii p.* 59.

46) THRASYBVLVS LEPTA *lib. II. p.* 149. de Seinsheimio: *Porro cum ipsi Episcopo Melchiore in otio pariter atque negotio liberius egit, monendo ipsum, caueat sibi ab insidiis Grumbachianis: corporis intentiores custodias (quarum negligentior videbatur) adhibeat, cui, vt ita moueret, caussam dedit, quod comperum haberetur quosdam Grumbachianæ factionis, in nemore Guttenbergensi ab aulica arce ad occasum viginti & amplius stadiis distante, & quo ipse a negotiis Reipubl. solutior, ad firmandas corporis vires, & animi multis curis fessi leuationem, pro more interdum venatum exibat, eo maiore voluptate, quod locum illum Guttenbergam, in quo ipse cælum nascens hausisse, nonmenque inde gentilitium duceret, oculis subiectum intueretur, vitæ ipsius in prato quodam aperto, vix extra teli iactum a Guttenberga, insidias structas, quorum nomina postea detecta sint, vt sequitur: Georg von Wirsberg, Matthes sein Knecht, Bastian sein Schreiber. Kretzer sampt seinen Jungen Faistlin. Valtin Hill. der dick Peter.*

47) LEPTA p. 151. *Grumbachius aliud simulans, aliud agens, feralium Dirarum infigata consilia coxit vecamli optimi Principis Melchioris Administris in eo visus Iodoco Zeilmaitzio, Theodorico Piebtero, cum duodecim aliis, ad quodvis immane scelus audendum paratissimis, & perditissimis grassatoribus.*

48) Verba sunt THVANI *lib. XXI. p.* 630. CAMERARIVS *ad a.* 1558. Extat in SCHARDII Tomo III. PETRI LOTICHII *de caede Melch. Zobelii Historica narratio* & CASPARI STIBLINI *satyra in sicarios.* Acta vero anteriora in caussa Grumbachiana reperiuntur apud HORTLEDERVM *Tomo II. lib. VI. c. XXVI. & XXVIII. p.* 1651. & *XXX.* vero *p.* 1926. extat relatio de eadem hac ex de. HVB LANGVETVS *in Historia belli Gothani*

de Ioannem Figueroam legatos ad Papam missos, & audire legatum & Imperatorem agnoscere recusauit, eo quod Imperium ipsi a Carolo non resignatum, Ferdinandus ipso insscio accepisset, & Pacem Protestantibus principibus Germaniæ Augustanam confessionem amplexis iurasset. Guzmannus igitur, prout iussus erat, præuia protestatione, Roma discessit. 49) Tandem vero Paulo IV. defuncto, Pius IV. in eius locum suffectus, a. 1560. Imperatoriam dignitatem translatam a Carolo fratre in Ferdinandum ratam habuit, eiusque tanquam legitimi & Catholici Imperatoris legatos perhonorifice suscepit. 50)

§. XI. Insequenti anno 1559. Comitia Augustæ instituebantur. Ante omnia Caroli V. Exequiæ magna pompa celebratæ, laudante funus Ludouico Madrutio electo Episcopo Tridentino, qui postea in Cardinalium Collegium fuit cooptatus. Funeri interfuere præter Imperii Principes & Ordines, ex tota fere Europa Principum ac Procerum legati. Peractis cæremoniis, 51) præsente Ferdinando Imp. colloquii Wormatiensis Acta Ordinibus Imperii publice sunt prælecta. Ex quibus, cum nullam ex colloquiis concilianda Religionis spem certam deinceps concipi posse Ordines iudicassent, Ferdinandus, Concilium Oecumenicum se procuraturum esse contendit, ac vt eius decretis se assensuros esse Ordines promitterent, flagitauit. Electoris Saxoniæ & coniunctorum Principum legati, frustra per concilium Pontificium Religionis conciliationem tentari, respondebant; ideoque rectius fore Passauiensis conuentus Decreta, & pacem Religionis, Augustæ nuper sancitam, seruare, & se mutuo tolerare, donec tempora ipsa commodiorem concordiæ occasionem diuinitus monstratam offerrent. Cum autem Ferdinandus Imp. propositum de concilio vrgeret: Saxonici & cæteri Augustanæ Confessionis Ordines, se quoque Christianum, liberum & Oecumenicum Concilium in Germania non impeditures esse ostendunt, modo legitime celebretur, & indictio eiusdem non a Romano Pontifice, sed Imperatore fiat. Pontifex in concilio non præses aut iudex, sed pars sit, & concilio subiiciatur. Archiepiscopis & Episcopis, Prælatis & aliis, iuramenta, quibus ipsi deuincti sunt, remittat, vt libere & sine metu sententias dicere possint. 52) Norma iudicii in Concilio solum verbum Dei, seu sacra Scriptura, non leges aut Traditiones humanæ, non consuetudines cum verbo Dei pugnantes, non pontificiæ ecclesiæ consensus sit. Ordines & Theologi Confessionis Augustanæ in concilio non solum audiantur, sed etiam in deliberationibus controuersorum articulorum voces decisiuas habeant, & saluo conductu sufficiente, securi reddantur. Sententiæ decisiuæ & Decreta Concilii, non secundum maiora, sed iuxta verbi diuini Regulam & præscriptum, sanciantur. Ante omnia vero Tridentini Concilii partialis acta & decreta omnia, cassa & irrita sint. Postremo, si Religionis controuersiæ in concilio, communi vtriusque partis consensu dirimi, & concordia verbo Dei congruens inueniri non possit, nihilominus Augustanæ Confessionis Ordinibus, Pax Religionis & Passauiensis conuentus decreta, firmiter in Imperio seruentur. His conditionibus, concilium Generale, si hoc tempore obtineri, & Cæsarea Maiestas de eo Status securos & certos reddere, idque Recessui Comitiorum inserere poterit, summa voluntate se assensuros ostenderunt. Exhibebant in iisdem Comitiis Status Protestantes d. 12. Maii 1559. Grauamina sua, quibus Imp. repræsentabant, pacem Religiosam non obseruari, variis cauillationibus interuerti, æqualitatem inter Status Imperii esse obseruandam, reformationem monasteriorum & beneficiorum per mandata Iudicii Imperialis impediri. Hisce Grauamina sua opponebant Catholici, quibus negabant pacem a Catholicis fuisse violatam, A. C. addictos potius ipsos priuare templis atque Ecclesiis, sententias camerales executioni non mandari. 53) Cum igitur de Concilio etiam se frustra laborare Ferdinandus videret, Religionis Pacem, ante quadriennium sancitam, denuo confirmauit, & de Executione aduersus turbatores pacis publicæ in singulis circulis seu prouinciis suscipienda, & Moneta, similis & iusti valoris & ponderis, in Imperio instituenda, decreuit. Decre-

sub initium hæc etiam exponit atque tradit, qua ratione Grumbachius Albertum Marchionem potissimum contra Herbipolitanum Episcopum concitauerit. LEPTA *p.* 152. 155. 163. 186.

49) GODELEVAEVS *Hist. abdicat. Caroli V. sub finem.* Ex eodem habet THVANVS *lib. XXI. p.* 628. CHYTRAEVS *lib. XIX. p.* 499. P. SARPIVS *Hist. Conc. Trident. lib. V. p.* 459. Extat de hac Papæ denegatione GEORGII SIGISMVNDI SELDII Consilium apud GOLDASTVM *Polit. Reichshendeln. p. V. p.* 167. & MEYERVM *Lond. Cont. Tom. I. p.* 26. Hoc etiam IMMAN. VVEBER discursui suo; *Papa quid facis:* adiecit.

50) GODELEVAEVS *sin.* THVANVS *lib. XXI. p.* 629. GOLDASTVS *Polit. Reichshandeln P. V. p.* 201. 202.

51) THVANVS *lib. XXII. p.* 665. *vid. Sett. super.* §. *CIII.* SCHARDIVS *ad a.* 1559. *pag.* 134. LEPTA *p.* 17.

52) Verba hæc CHYTRAEI *lib. XX. p.* 518. 519. THVANVS *lib. XXII. p.* 666. BELCARIVS *lib. XXVIII. Epit. rer. gest. sub Ferdinando apud* SCHARDIVM *Tom. III. pag.* 134. CAMERARIVS *ad a.* 1559. LONDORP *lib. I. p.* 111. Extat Recessus in Corpore *pag.* 677. Ordinatio Monetaria *pag.* 699.

53) Extant vtraque scripta apud LEHMANNVM *de Pace Religionis lib. II. cap. I. §I.* SCHADAEI *Sleidanus Cont. p. I. lib. IV. p.* 171. Ferdinandi Edictum von Freystellung der Religion apud GOLDASTVM *Reichs-Satzungen p.* 293. *Historie der Religions-Beschwerden p. I. c. III.* §. *III. IV.* CORTREII *Obs. ad P. Relig. p.* 257. NIC. HELVICI *Theatr. Histor. III. B. p.* 70. FREIBERGER *Germ. perturb. & restaur. p. II. Disc. XIII. XIV.* BVRCARDI *Autonomia p.* 33. LVNIG *p. Gen. Cont. I. Forst. p.* 67

54) Ex-

Decreta etiam in iisdem Comitiis fuit per Receſſum ſecundarium 54) legatio ad Gallorum Regem Henricum II. ſuper reſtitutione Lotharingiæ Ciuitatum Imperii, 55) atque Liuonis contra Moſchum centum florenorum millia, quæ tamen accepta non fuerunt ab ipſis, quin potius Sigismundo Auguſto Poloniæ Regi ſe ſubiicerent. 56) In iisdem Fridericus III. El. Palatinus die XI. Iulii de terris ſuis fuit inueſtitus. 57) Grumbachius vero banno vtroque fuit notatus. 58)

§. XII. Anno 1561. X. Ianuarii Numburgi ad Salam ex compromiſſo, partim etiam inuitati, conuenerunt Principes Auguſtanæ Confeſſionis: Fridericus Comes Palatinus Rheni, Auguſtus Dux Saxoniæ Elector, Io. Fridericus dux Saxoniæ, Wolfgangus Comes Palatinus Rheni, Ernestus & Philippus Brunſuicenſes Duces, Vlricus Dux Megapolitanus, Chriſtophorus dux Würtebergenſis, Carolus Marchio Badenſis, Erneſtus Princeps Hennebergicus, Güntherus Schwartzburgenſis, legati Principum Ioachimi II. Electoris, & Ioannis ac Georgii Friderici, Marchionum Brandenburgenſium: Ioannis Alberti ducis Megapolitani, Barnimi & Ioannis Friderici, Ducum Pomeraniæ, Philippi Landgrauii Haſſorum (qui paullo poſt ipſe aduenit,) Adolphi Ducis Holſatiæ, Wolffgangi & cæterorum Principum in Anhald. Rex Daniæ Fridericus II. & Principes Lüneburgenſes literas tantum teſtes ſuæ erga cæteros Principes beneuolentiæ & ſtudii coniunctionis cum ipſis tuendæ, miſerunt. Durauit hic conuentus totas fere tres hebdomadas. Actum in eo primo de Auguſtana Confeſſione ab omnibus Principibus, qui puriorem Euangelii doctrinam amplexi ſunt, communi ſubſcriptione denuo renouanda & confirmanda: deinde, de Concilio, quod Pontifex Tridenti continuandum indixerat, an a Principibus Auguſtanæ Confeſſioni addictis adiri vel recuſari debeat. De Confeſſione Auguſtana potiſſimum fuit deliberatum, dum Pontificii Euangelicæ Religioni addictis obiicerent, illos Confeſſionem veram, prout Auguſtæ fuerat exhibita, non ſequi. Poſt longam igitur ſex aut ſeptem dierum, de diuerſis & inter ſe diſſimilibus Auguſtanæ confeſſionis editionibus collocutionem, & exemplarium, quæ in ipſo conuentu Auguſtano, manu Georgii Spalatini, & Ioannis Brentii ſcripta, plane inter ſe, & cum prima editione Wittebergenſi, paucis exceptis verbis, congruentia habebant, & aliorum diuerſis annis expreſſorum collationem: etſi Palatinus & Saxo Electores, recentiorem editionem, de an. 1540. quæ non rebus ipſis, ſed verborum copia tantum ac explicationis perſpicuitate & dexteritate a priori differret, & in plurimorum manibus eſſet, retineri volebant: tamen cum alii Principes omnes, & abſentium legati, primos Confeſſionis articulos, eadem verborum forma, ſicut Imp. Carolo V Auguſtæ exhibiti eſſent, ſubſcribendos eſſe cenſerent: tandem Electores etiam hac conditione aſſenſi ſunt, vt præfatio noua addatur, in qua poſterior quoque illa editio Confeſſionis & Apologia, tanquam cum prima conſentiens comprobetur, & loca quædam primæ Confeſſionis & Apologiæ declarentur. Electores etiam, Confeſſionis Saxonicarum eccleſiarum & Francofurtenſis Receſſus mentionem in prooemio faciendam cenſuerunt. Sed cum Saxoniæ dux & alii Smalealdicos potius articulos repetendos vrgerent, nullum ex his præfationi inſertum eſt. Præfationem a duorum Electorum Conſiliariis Cracouio & Ehemio delineatam, & in ſenatu Principum lectam, plerique probarunt, paucis aliis, & in his, Ioanne Friderico Saxone, excepto, qui non poſſe præfationi, & communi ſubſcriptioni cum iis, qui errores & ſectas cum verbo Dei & Auguſtana Confeſſione pugnantes fouerent, aſſentiri, niſi de articulis controuerſis, ac in primis de cœna Domini, diſerte ſe declarent Electior Palatinus & alii Principes: & errores a noſtris Eccleſiis ante reiectos, ac inprimis ſacramentarium, nominatim ac in ſpecie teſtentur ſe improbare, qui etiam

54) Extat iſte in Corpore Receſſuum *pag. 694.* LVNIGIVM *c. l. p. 69.*

55) THVANVS lib. XXII. p. 667. *legati noſtri dein V. Kal. April. introducti ſunt, & poſquam luculenta habita oratione regis egregiam erga Cæſarem & Imperii proceres atque Ordines voluntatem prolixe declararunt, vt regni antiquum cum Imperio fœdus renouaretur, & arctiore in poſterum amicitia firmaretur, poſtremo petiere, ad hæc Cæſar gratias ornatoribus agit, & Regem Imperii Principum & Ordinum aut ſuam denique amicitiam nunquam deſideraturum dicit, modo factæ dictis reſpondeant, & nuper ablatæ Imperio ciuitates ab ipſo reſtituantur, quod ſi fiat, non videre, quid impedimento eſſe poſſit, quo minus ſincera amicitia inter ipſos coire poſſit, huic legati, de ciuitatibus quod proponatur, nihil ſe in mandatis habere reſpondent: ceterum ea de re ad regem relaturos, petere interea, vt regis amicitiam ipſis delatam pari beneuolentia remittantur. ita ſolutum comitium & honorifice accepti ac dimiſſi legati: quibus & clam inſuſurratum, non potuiſſe Cæſarem de reſtitutione ciuitatum mentionem non facere; ceterum neque ipſum propterea, neque Imperii principes & Ordines a regis amicitia, etiamſi illa non reſtituantur, diſceſſuros, decreta & ampliſſima ad regem legatio, cui obeundæ deſtinati cardinalis Auguſtanus, & Chriſtophorus dux Wirtembergicus.* BELCARIVS *lib. XXVIII. p. 919.*

56) THVANVS lib. XXII. p. 666. *poſtea auditus Guil. Fürſtenbergii ordinis Liuonici magiſtri legatus Georgius Segebergus, qui deplorata Liuoniæ ſuperiore anno a Moſcis immaniter vaſtatæ calamitate, opem & auxilia ab Imperii Ordinibus petit, ſuffragante ei in agnati ſui gratiam Ioanne Alberto Megalopolenſi duce, cum inſta petere crederetur, C. aureorum ab decernuntur ad exercitum contra Moſcos pro prouinciæ defenſione conſcribendum, quæ ſumma cum Imperii maieſtate & periculo ac temporum neceſſitate minor videretur, Liuoni priſtinos ſpiritus adhuc retinentes ſuperbe eam neglexere, ne in tenui & exili ſubſidio fiduciam temere poſuiſſe videretur, itaque ea ſpe deiecti Sigismundum Auguſtum Poloniæ regem adeunt, & vt Liuoniæ defenſionem ſuſcipiat, ſaluo Imperii iure rogant.*

57) CHYTRAEVS *ad a. 1559.* ALTING *Hiſt. Palat. p. 176.*

58) LEPTA *lib. III. p. 171.*

iam sententiam suam scripto comprehensam Senatui Principum exhibuit. Cumque nihil se obtinere videret, postridie discessit. Venerunt eo etiam Ferdinandi legati, qui Principes ad Concilium Tridentinum denuo inuitarent, quibus responsum fuit, Pontificem Romanum indixisse concilium Tridenti continuandum, & suis tantum iuratis Episcopis potestatem dicendæ sententiæ concedere, ideoque liberum hoc non esse. Auditi etiam fuerunt Pii IV. Pont. Max. legati, qui Status ad Concilium inuitarent. Exhibebant isti singulis Principibus Breuia Pontificia, quæ omnia non resignata in hospitium Pontificiorum sunt remissa. Postremo conuentus die, Pontificiis etiam legatis mane responsum est, Electores & Principes nullam Papæ iurisdictionem agnoscere, neque opus esse, vt de sua voluntate in adeundo concilio, cuius dirigendi aut indicendi ipse potestatem non habeat, Papæ respondeant, sed Ferdinando Imp. se sententiam suam exposuisse. Post varias de Concilio Tridentino deliberationes, tandem conclusum est, vt Erfurti die XXII. Aprilis, aliquot Electorum ac Principum Consiliarii & Theologi conueniant, qui neruosum & integrum de concilio responsum, collatis sententiis conficiant, quod in Comitiis proximis, communi horum Statuum nomine, exhiberi possit. Ad Io. Fridericum Saxonem etiam legati mittuntur, petentes subscriptionem A. C. vel si nolit, vt clamores suorum Theologorum reprimat, ne Numburgensis Conuentus Acta publicis scriptis criminentur. 59) Eodem anno 1561. d. 13. Martii Ferdinandus I. in caussa Finaliensi decreuit, vt Genuenses præfatam Marchionem per eos spoliatam, in plenam possessionem dicti Marchionatus restituant. 60)

§. XIII. Dum autem Pius IV. Concilium Tridentinum iterum indixisset 61) die XVIII. Ianuarii 1562. illud fuit apertum, 62) & proxima sessione, saluus conductus Germanis in amplissima forma concessus. De dogmatibus primum decreta edere Patres mense Iulio cœperunt, de communione sub vtraque specie & paruulorum, & Septembri proximo, de vero & propiciatorio Missæ pro viuis & mortuis sacrificio. Sequenti anno, de sacramento ordinis, de sacramento Coniugii, sponsalibus, diuortiis: & tandem die 3. & 4. Decembris de Purgatorio, de Inuocatione sanctorum, de imaginibus, de indulgentiis, delectu ciborum, ieiuniis, diebus festis, Catechismo, Missali, & Breuiario: breuibus decretis, paucisque verbis immensum teterrimarum superstitionum & idololatricorum abusuum pelagus concluserunt, anno 1563. exeunte. 63) Dum interea XXX. Nouembris a. 1562. Comitia electionis Maximiliani Francofurti celebraret Ferdinandus, Electores ac Principes, aliique Confessionis Augustanæ Status, integram sententiæ ac voluntatis suæ declarationem, de concilio, in Numburgensi conuentu promissam, scripto comprehensam exhiberunt. In quo causas exponunt, cur ad impium concilium a Pontifice Pio IV. indictum, non accedant: addita simul commemoratione, quæ eius concilii, aliorumque omnium pontificiorum decretorum, & continuationis ratio sit: quibusque conditionibus iidem Status Augustanæ Confessionis in Comitiis Imperialibus, aliisque conuentibus, ad concilium generale, pium, liberum, legitimum & oecumenicum in Germania prouocarint atque nunc prouocent. 64) Misit ad hæc Comitia Ludouicus Condæus Princeps Theophilum Spifamium & Io. Scalam legatos suos, qui d. VI. Nouembris motuum de Religione apud Gallos causas exponerent. 65) Eodem anno Imp. Magdeburgenses a banno Imperiali, quo a Carolo V. fuerant innotati, Pragæ d. 12. Iulii 1562. liberat. 66)

§. XIV. Eo-

59) CHYTRAEVS *Saxonia lib. XX. pag. 523.* THVANVS *lib. XXVIII. p. 52.* LONDORP. *lib. II. p. 257.* SCHARDIVS *ad a. 1561. pag. 146.* MERCVRIVS *Gallo-Belg. Tom. I. lib. II. ineunte.* SARPIVS *lib. V. p. 493.* Paucos ante annos GEORGIVS PAVLVS HÖNN edidit *Historiam des von denen Euangelischen Ständen a. 1561. zu Naumburg gehaltenen Conuents, Francfurt 1704. 8.* quam ex Actis publicis illustrauit. *Pfeltzische Kirchen-Historie cap. V. §. XXI. sqq.* Faciunt huc *supplicatoris libelli quorundam Christi ministrorum de Synodo propter controuersias grauissimas congreganda, ad Conuentum Numburgensem missi, Versilis 1561. 8.* vbi continetur libellus supplex Theologorum Ienensium aliorumque de tolicndis religionis dissidiis.

60) Extat sententia apud du MONT *Tom. V. p. I. pag. 77.*

61) Extat bulla indictionis apud SARPIVM *lib. V. p. 489.*

62) SARPIVS *lib. V. ineunte.* THVANVS *lib. XXXII. p. 152.*

63) Verba sunt CHYTRAEI *lib. XX. pag. 538.* SCHARDIVS *ad a. 1563. p. 168. Quarta Decembris Concilium Tridentinum variis decretis publicatis & editis, solutum est, cui Cardinalis Moronus primus Legatus Concilio præsidens finem iis verbis fecit, post gratias Deo actas, reuerendissimi patres ite in pace. Ab vniuerso coetu Amen responsum, atque ita Concilio Tridentino finis felicitet datus est anno vigesimo septimo, postquam primum a Paulo Tertio Mantuæ indictum fuerat, a prima vero sessione Tridenti celebrata 18.* Extat apud GOLDASTVM *Polit. Imper. p. XXVII. p. 1272.* Pii IV. Oratio de Concilii Tridentini decretis morumque reformatione confirmandis. Faciunt huc *Lettres anecdotes & Memoires Historiques du Nonce* VISCONTI *Cardinal Prêconisé, & Ministre Secret de Pie IV. & de ses Creatures, au Concile de Trente par Mr.* AYMON *à Amsterdam 1719. 12.* LEPTA *lib. III. pag. 189.*

64) CHYTRAEVS *c. l.* Caussas inde suas publico scripto diuulgarunt, quod extat apud GOLDASTVM *Polit. Imper. p. XXVIII. f. 1200. & Reichshandlung p. 194.* HORTLEDERVM *lib. I. c. XXIX.* LVNIGS *Staats-Consiliis Tom. I. p. 258.* & latino sermone a LAVRENTIO TVPPIO translatum, separatim *Helmstadti 1664. 4.* in GOLDASTI *Polit. Imper. p. XXVII. p. 1206.* Facit huc etiam IO. STRAVCHIVS *diss. exot. VIII. §. XV. XVI.*

65) Oratio Spifamii separatim a. 1563. edita prostat.

66) Extat apud du MONT *Tom. V. p. I. pag. 93.*

67) THA-

§. XIV. Eodem anno 1563. Guilielmus Grumbachius, eques Francus, sed pessimæ frugis, 67) conciliato sibi prius Io. Friderico, Saxoniæ Duce, 68) postquam compertum fuisset factum, Herbipolensem Episcopum aut ipsius instinctu, aut ab ipsius emissariis fuisse occisum, mille equites ac totidem pedites mira celeritate ac silentio conscribit, iisque ad Sinnum amnem, locum & diem condicit, plerisque eorum, cui militaturi essent, ignaris: condicta die, ipse cum suis ex Coburgensi agro progreditur, & Richardum Keerem, Herbipolensis ecclesiæ Præpositum ad Westerwinkelum cœnobium haut longe a Vilhusio oppido intercipit, ac VI. Non. Octobris summo mane ad Mœnum, qua sani Burchardi arcem præterfluit, recta tendit, ibique vnoquoque equite in tergum peditem assumente vadum fluminis a piscatoribus commonstratum transmittit: & cum portam Herbipoleos macellariam occlusam reperisset, ad piscatorium transit, eamque cum non diligenter custoditam & alioqui debilem sciret, ferrulis in hunc vsum allatis aperit: qua patefacta, magno impetu irruens, præconis voce ciues monet, ne domo pedem efferrent; nam non ciues, sed sacri collegii sodales peti. Portis igitur præsidio firmatis, & armis a ciuibus acceptis, quibus suos minus bene instructos armat, in Canonicos & monachos nimium sæuit, præsidiariis interim assidue ex arce fulminantibus. Sed, cum Grumbachius quasi moram in vrbe facturus, patibulum ad militis terrorem, pro more in foro erigi, & metatores nomina falsa quasi venturorum adscribentes ad hospitia assignanda, ædes circumambire iussisset, insuper ni satisfieret, non solum vrbi incendium, sed toti circum agro vastitatem minaretur, prolato etiam libro, quo Episcopi ac Canonicorum flagitia atrociter exagitabantur, quem se euulgaturum iactabat, veriti Canonici, ne minis facta responderent, tandem in has conditiones v. post die cum ipso transigunt, vt bona paterna & hæreditaria ei statim per delegatos restituantur. Ernesto Mandelsloo & Wilhelmo Steinio præcipuis amicis ac ducibus, de damnis bello Albertino ab Episcopo Herbipolensi acceptis satisfiat; & illi quidem sex mille talentorum, huic decem mille dependantur; & ad instaurationem arcis Breitbachiæ ex nemore Bambergico materia suppeditetur, conuentum item, vt memoria cædis Melchioris Episcopi aboleatur, neque de ea amplius in suspectos inquiratur, litibus quæ in Camera Imperiali, & coram Herbipolensi episcopo contra Grumbachium pendeant, extinctis, Richardus Keeres, vbi de redemptionis precio cum Zedwizio conuenerit, dimittatur: additum postremo transactioni, vt si Cæsarea vel regia maiestas, vel quiuis alius aliquid contra hanc pacificationem suscipere voluerit, episcopus coram Cæsare, Camera Imperiali, fiscali & aliis, Grumbachium ac complices defendere, & indemnes præstare teneatur, atque adeo efficere, vt transactio hæc confirmetur. Huic transactioni subscripsere VIII. nobiles pro Episcopo, nomine Grumbachii ipse Ernestus Mandelslous cum Steinio. Grumbachius igitur dimissis copiis, in arcem suam Hellingensem se contulit. Ferdinandus autem Cæsar facti indignitate permotus, omnia Herbipoli acta rescindit, ac Grumbachium cum Steinio, Mandelsloo, Zedwitzio, Michaele Fustlino, & Theodorico Picthio tanquam præcipuis ducibus publice proscribit, & proscriptos per Imperium denunciat. 69) Insequenti anno 1564. Deputatorum Imperii Comitia per Moguntinum Electorem pro firmanda pace publica Wormatiam prouocari iubet, quibus Grumbachius prolixum scriptum exhibet, quo se pacis publicæ semper fuisse studiosum demonstrat, necessitate autem compulsum, pro ablatorum bonorum recuperatione iusta arma sumsisse, neque proscriptionis suæ habendam esse rationem, cum in Pannonia, inconsultis Electoribus & caussa iamdum transacta fuerit facta, cui tamen Episcopus Herbipolensis alio scripto respondet. Decretum tandem, vt necessitate vrgente, pro quiete publica conseruanda, mille quingenti equites communibus Imperii sumtibus alenda conscriberentur. 70)

§. XV. Tandem vero Ferdinandus datis ad Pium IV. litteris, communionem sub vtraque & coniugium sacerdotum pro Austriacis vrgebat, 71) Papa etiam singulari Bulla communionem sub vtraque concedente. 72) Hinc religionis conciliationem, lecto iam decum-

67) THRASYBVLVS LEPTA lib. IV. p. 256. *Guilielmum Grumbachium in prima adolescentia sua cubicularium Reuerendissimi & laudatissimi Principis Domini Laurentii a Bibra, Episcopi Wirceburgensis, &c. egisse: Quem cum aliquando ad mensam ministrantem intuitus, oriisque lineamenta & faciem diligentius contemplatus esset Iohannes Trithemius Abbas quidem Spanheimensis, sed odiis Monachorum suorum Abbatia excussus, vir rerum in natura latentium & abstrusarum indagator solertissimus, & Mathematicarum disciplinarum vel ad superstitionem peritus: conuersum ad Episcopum Laurentium, dixisse:* Adolescens iste *(digito in eum intento)* cum magno commodo aut summo incommodo patriæ suæ olim futurus est: & si hoc, terrimo supplicio vitam terminabit.

68) Hist. B. Gothani apud TENTZELIVM *p. 818.* LEPTA *p. 206.*

69) Hoc late describit THVANVS *lib. XXXVI. p. 283.* LONDORP lib. IV. pag. 525. SCHARDIVS *ad a. 1565. p. 166.* MERC. G. B. *Tom. I. lib. II. p. 241.*

70) THVANVS *pag. 284.* SCHARDIVS *ad a. 1564. p. 170.* SCHADE *Sleidanus Contin. p. I. I. lib. XII. p. 376.* Extat Recessus in Corpore *p. 713.*

71) Litteras hasce exhibet GOLDASTVS *Tomo II. Constit. Imper. p. 379. 380.*

72) Testatur de eo IO. CYRIACVS Baro in POLHEIM in Oratione parentali Maximiliano II. habita, apud CHYTRAEVM lib. XXIII. pag. 635. *itaque cum Austriaci vsum vtriusque Speciei Cœnæ Dominicæ publicum, & alia Religionis capita, in Augustana Confessione exposita, sibi concedi flagitarent, Ferdinandus non modo ipse capita illa ac rationes petitæ emendationis abusuum considerabat: sed, cum Græce etiam ecclesiæ testimonium allegari audiret, Vrbanum Gurcensem episcopum, Venetias; hac vna de cau-*

decumbens per Georgium Cassandrum acerrime tentabat, ipsum etiam Duisburgi tunc commorantem Viennam inuitans, impedito tamen Cassandro, eo quod morbo laboraret articulari, Imp. ipsi mandabat, vt scripto atque consilio illum adiuuet, id quod etiam admirabili breuitate & moderatione praestitit, consultatione de articulis inter pios Catholicos & Protestantes controuersis, edita, & ad Maximilianum Caesarem mortuo iam Ferdinando missa. 73) Postquam leui febri initio, mox vehementiori per semestre fuisset tentatus, accedente aqua intercute, die XXV. Iulii, qui Iacobo sacer est 1564. Viennae obdormiuit, cum LX. annos IX. menses vixisset, 74) Celebratis postea ipsi VII. Augusti 1565. Viennae exequiis, corpus ipsius funebri pompa Pragam fuit deductum, ibidemque sepultum. 75)

§. XVI. Vxor

de causa praecipue misit: vt in ecclesia Graecorum morem distribuendi vtriusque partis sacramenti & sententiam de illo doctrinae capite exploraret: Et in Synodo Tridentina per suos Oratores, diligentissime instituit & vrsit, vt Austriacarum regionum populis integro sacramento vti, concessione Pontificis, liceret. Est autem adeo perspicua & manifesta de hoc articulo veritas est, vt nulla vi infirmari possit: tamen Synodus nihil ea in re decernere ausa, rem integram ad Pontificem Pium IV. reiecit: qui tandem die 16. Aprilis, anni 1564. archiepiscopo Salisburgensi diploma mittit, quo facultatem in Austria & Bauaria, exhibendae laicis vtriusque speciei: vertis tamen conditionibus circumscriptam permittit. Quod cum paullo ante mortem Ferdinandus accepisset, se valde letari eo beneficio, & gratias Deo agere vero pectore ostendit: & de caeteris etiam captibus controuersis, viam concordiae idoneam, Pontificis assensu inire posse optatit. LONDORP *lib. V. p. 645.*

73) THVANVS lib. XXXVI. p. 286. *Princeps prudentia, iustitia, liberalitate, mansuetudine, assiduitate, vigilantia nulli secundus; sed supra eas omneis virtutes, pietatis in illo & pacis in domo Dei constituendae praecipuum studium fuit, nam vt in impetu Turcorum, cui impar viribus erat, sustinendo ac frangendo mora & arte vti optimum factum experientia didicerat, sic & in religionis negotio non igne & ferro grassari, ad quod ipsum & Galliae regem plerique hortabantur, sed colloquiis, disputationibus, amicis collationibus, Conciliis denique siue nationalibus, siue oecumenicis rem gerere tutius iudicabat, itaque cum videret concilio Tridentino iam ad exitum perducto, quantum ad Germaniam & sua ditionis populos, parum profectum, seroque animadueteret, sibi a Cardinale Morono verba data, quo a postulatis suis & communibus cum rege Galliae initis consiliis discederet, quod ab aliena ope tantis malis subsidium frustra expectaueratt, a propriis sibi sumendum existimauit, & Maximiliani F. optimi iuxta ac prudentissimi principis consilio vsus, de controuersiis Augustanae Confessionis articulis amice conciliandis seria cogitare iuput, qua in re opera Georgii Cassandri viri optimi ac doctissimi, qui Duisburgi tunc erat, vtivolut, is ad exactissimam rerum sacrarum scientiam summum animi eandorem ac moderationem addiderat, & in cognoscendis huius aui controuersiis rationibusque, quibus haec tempestas vicunque sedari, & ne maior distractio & dilaceratio ecclesiae fiat, occurri possit, conquirendis omne vitae spatium contriuerat, ad eum igitur Ferdinandus XI. Kal. Iun. literas dederat, quibus Viennam ad se vt veniret, hortabatur: cumque ob continnos arthriditis dolores maiorem anni partem lecto affixus facile se excusasset, alteris ad eum Vienna Eid. Vtil. datis literis rogat, vt quando ipsi praesentia sua institutum reconciliationis opus promouere per valetudinem non liceat, quod vnum superest scripto & consilio illud adiuuet, collectoque doctrinae Catholicae summario, praeter antiqua & indubitata fidei Catholicae in confessione Augustana comprehensa dogmata, quae semper fuerunt extra controuersiam posita, etiam illos omneis articulos explicet, qui iam hinc inde inter eruditos vtriusque partis ad concordiam sunt deducti, vel pro constituenda ecclesiae vnitate ac quiete concedi & indulgeri salua veritate Catholica adhuc possunt, & quibus denique confessio Augustana expresse contradicit, quamuis ab iis qui eam amplectuntur, contra religionem Catholicam in dubium vocentur: quod ille admirabili breuitate & moderatione praestitit, consultatione de articulis inter Pios Catholicos & Protestanteis controuersis edita, & ad Maximilianum Caesarem, iam mortuo Ferdinando, missa, quae viro optimo, &, qui animum ab omni affectu & partium studio abduxerat, aequaque ac sincera mente vnicam veritatem a Christo proditam & Apostolorum ministerio per orbem vniuersum diffusam partim literis confignatam, partim prisca vniuersali ac perpetua eorum, qui ecclesias post apostolos, gubernandas receperunt, traditione conseruatam prositebatur, vltima & tanquam cygnea vox fuit: nam biennio post Coloniae vitis exemptus est.* Caesaris consultationem cum Cassandri literis exhibuit IO. SAVBERTVS *in Cassandro Euangelico, Norimbergae 1631.*

74) THVANVS *lib. XXXVI. p. 286.* SCHARDIVS *ad a. 1564.* CHYTRAEVS *lib. XXI. p. 543.* qui etiam SIGISMVNDI orationem G. Accio de Ferdinando recitatam inferuit. HARAEVS *Tom. III. p. 31.* LONDORP *lib. V. pag. 605.* LEPTA *lib. III. exeunte.*

75) ISTHVANFIVS Hist. Hungar. lib. XXII. p. 459. *in hoc tempus capti Erdodii, funebres Ferdinandi Caesaris exequiae singulari pompa celebratae inciderunt: quum exanime corpus eius annum vnum & dies XIII. Viennae in templo arcis iacuisset, net Maximilianus filius successorque variis bellorum procellis agitatus ei prius humando vacare potuisset. Itaque postridie nonas Sextiles, Vrbano Episcopo Gurcensi cura deducendi funeris demandata est, qui Romani Imperii Aquilas & insignia praecedere; deinde aliorum regnorum vexilla decem sequi, totidem equos atri coloris serico tectos, ac virumque per latera insignitis, Phrygio opere acu pictis constratos sequi iussit. Ennus deinde longissimo comitantium ordine, facibusque praelucentibus in aedem Diui Stephani, a Maximiliano & fratribus, ac Alphonso Atestino genero, Ferrariae duce, atratis & lugubribus in pallis magnificentissima pompa deducta est; & oratio a Francisco Forgacio Episcopo Varadiensi, de eius vita & in regno administrando laudibus, munificentia, clementia, aliisque regiis virtutibus elegans habita. Admirationi omnibus haud immerito erat, fastigiatum decensque mausoleum temporario opere e materia compositum, ad praeltam vsque concamerati templi tessudinem pertingens, quod innumerablibus lampadum vitrearum lychnis magno splendore ardentibus collucebat. Deinde peractis sacrorum ritibus, feretrum subiere certatim & sustulere proceres illudque extra portam Flumentanam humeris delatam, non sine gemitu & lachrymis currui impositum; qui sex equis ingalibus absolutae nigredinis trahebatur, sicque illud non minore vbique seruata funeralis pompae celebritate Pragam deductum est, vbique Annae coniugi Vladislai filiae, cum qua per XXVI. annos coniunctissime vixerat, appositum.*

76) Vide

§. XVI. Vxor ipsius erat Anna Vngarica, quam a. 1521. duxit, quæ a. 1546. fuit extincta. 76) Ex eadem XV. liberos reliquit & in iis IV. masculos ac XI. filias. Tales autem numerantur: Elisabetha, Sigismundo Augusto Poloniæ Regi die 6. Maii 1543. nupta, d. 15. Iunii 1545. sublata. 77) Maximilianus II. Anna, nupta Alberto II. Bauariæ Duci, Ferdinandus II. Tirolensis. Maria, nupta Wilhelmo, Duci Iuliacensi, Magdalena, religiosa Halensis, Catharina, in priori matrimonio nupta Francisco, Duci Mantuano, & hoc defuncto, a. 1553. Sigismundo Augusto Regi Poloniarum adsini. Eleonora, nupta Wilhelmo Duci Mantuano, Margaretha, Monialis, Iohannes, altero iterum anno extinctus, Barbara, nupta Alfonso II. Duci Ferrariæ. Carolus II. lineæ Styriæ. Vrsula, tertio anno extincta. Helena, Monialis Halensis. Iohanna, Francisci, Magnæ Hetruriæ Ducis vxor. 78)

76) Vide supra §. *III.* HARAEVS *ad an. 1521.* SIGISM. a SARAW *in orat. de Ferdinando* apud CHYTRAEVM *lib. XXI. p. 551.*

77) THRASYBVLVS LEPTA lib. I. pag. 79. *Nuptiarum dies fuit indictus ad 6. diem Maii anno supra notato, Sponsa immatura morte, & sine prole Anno 1545. die 15. Iunii sublata, & intligne a mario tractata. Qua mortua, idem Sigismundus ad reditum grandum cum Ferdinando Rege socero (grauiter offenso ob malam tractationem filiæ) coniunctionem & affinitatem conuersus, coniugio sibi copulauit, Catharinam germanam sororem Elisabethæ, quam Franciscus Dux Mantuæ viduam reliquerat, nuptiis celebratis Cracouiæ 31. Iulii, anno 1553. sicuz memoriæ prodidit Sigismundus Liber Baro ab Herberstein &c. qui vtramque sororem, tanquam Magister seu Præfectus Curiæ, ad Sponsum se deduxisse scribit. Audiui ego ex ipso Seinshemio, cum obiter & e re nata illarum nuptiarum mentio incideret, Carolum V. Cæs. muneri missse Sponsæ duo, vt vocant, Clenodia, modico torqui appensa, quorum alterum fuit adamas, fœmibazis, alterum quarte partis thaleri magnitudine, cuius vna facies aquilam bicipitem; altera columnas Herculis cum Symbolo* PLVS VLTRA *expressas repræsentarit, quæ Clenodia peritis gemmarum mangonibus ea solerter æstimantibus quindecim mille aureorum nummum precium superasse celebratum fit.*

78) CHYTRAEVS lib. XVI. pag. 417. *Anna Cæsaris Ferdinandi coniux, Vladislai Vngariæ & Boëmiæ regis filia, cum quatuor filios, Maximilianum 1527. Ferdinandum 1529. Ioannem 1538. Carolum 1540. & vndecim filias, Elisabetham 1526. Annam 1528. Mariam 1531. Magdalenam 1532. Catharinam Poloniæ reginam 1533. Leonoram 1534. Margaretham 1536. Barbaram 1539. Vrsulam 1541. Helenam 1543. & Ioannam 1547. peperisset, & ex his duodecim superstites relinqueret: pariendi laboribus superata, Pragæ ex hac vita decessit, de qua Ioannis Ludouici Brasicani I. C. carmen luculentum, quod Phœnicem inscripsit, & Friderici Nauseæ episcopi Viennensis oratio funebris cum epitaphio extat* FVGGER *p. 1303.* HENNINGESIVS *IV. Monarchia p. 277.* De iisdem THVANVS lib. XXXVI. p. 287. *Ferdinandus moriens ex Anna Ludouici Pannoniæ regis sorore XV. liberos reliquit, & in iis IV. masculos ac XI. filias, quarum Elisabetha ac deinde Catharina Sigismundo Augusto Poloniæ regi elocatæ sint; ceteræ singulis fere Germaniæ & Italiæ principibus nupserunt, sed nulla re felicior fuit, quam successore Maximiliano, qui vestigiis paternis insistens vara prudentia, & æquitatis laude imperium post eius obitum administrauit.* Idem lib. II. p. 54. *Cæsar Annam & Mariam Ferdinandi fratris filias Alberto Vilhelmi Baioariæ ducis filio, & Vilhelmo Cliuensi, quem ab adfinitate in Gallia vti diximus, contractam abduxerat, Ratisponæ desponderat, duobus potentissimis Germaniæ superioris & inferioris principibus nouo necessitudinis modo obstrictis, ne auxilia, quæ inde ab Italia, inde ex Belgio propediem exspectabat, transitu prohiberentur.* Idem lib. XXXVI. pag. 303. de nuptiis Iohannæ cum Francisco, magno Hetruriæ duce: *tandem ex consensu Ferdinandi & Caroli fratrum ea Francisco vxor destinatur; idque tabulis obsignatis confirmatur, ea lege, vt nuptiæ intra annum luctus a morte patris celebrarentur.* SIGISM. a SARAW vero apud CHYTRAEVM *lib. XXI. p. 551. singulari etiam benedictione coniugium ipsius ornauit Deus, cum eam quatuordecim liberorum matrem lætantem fecit, ex quibus duodecim, vt arbitror, superstites reliquit.*

SECTIO SEXTA
DE
MAXIMILIANO II.

§. *I. Maximiliani II. educatio & mores.* §. *II. Coronatur Rex Bohemiæ, Romanorum & Vngariæ.* §. *III. Maximilianus legatum Romam mittit.* §. *IV. B. Turcicum & Transsluanicum: Obsidio Melitensis frustranea.* §. *V. Maximilianus Austriacis & Bauaris vsum calicis & coniugium sacerdotum concedi petit.* §. *VI. Comitia Augustana a. 1566. & quæ in iisdem acta. Negotium cum Friderico III. Palatino Electore.* §. *VII. B. Vngaricum.* §. *VIII. B. Gothanum.* §. *IX. Augusto, Saxoniæ Electori de expeditione Gothana satisfit. Comitia Circulorum Erfurtensia, Pragensia, Posonienſia, Austriaci religionis libertatem impetrant.* §. *X. B. Treuirense.* §. *XI. Controuersia inter Ferrariensem & Florentinum de dignitatis prærogatiua.* §. *XII. Conuentus Statuum Fuldensis a. 1568. Comitia Deputatorum Francofurtensia 1569. Comitia Spirensia 1570. Maximiliani II. filiæ Philippo II. & Carolo IX. desponsantur.* §. *XIII. Maximilianus detestatur Lutheranam Parisiensem. Rudolphum II. coronari facit Regem Vngariæ & Romanorum. Comitia Ratisbonensia an. 1575.* §. *XIV. Maximilianus II. Rex Poloniæ eligitur.* §. *XV. Maximiliani II. mors in Comitiis Ratisbonensibus.* §. *XVI. Familia.*

§. I.

Svccessit Ferdinando filius ipsius Maximilianus II. natus Viennæ Kal. Augusti 1527. 1) Hic

1) BARO de POLHEIM in Orat. de Maximiliano II. p. 631. *natus est autem Maximilianus II. Imperator, Viennæ Austriæ, anno 1527. die prima Augusti, patre Ferdinando rege Romanorum, Vngariæ, Boëmiæ & Archiduce Austriæ, de cuius virtutum vere Heroicarum, & magno ac optimo vege dignissimarum, laudibus, Orationem a Ioanne Matheſio eruditè & suauissimè scriptam, omnibus familiaribus notam esse optarim.* FVGGER *lib. VI. c. XXI. p. 1396.* CHYTRAEVS *lib. XII. p. 307.* ad a. 1527. *eodem anno, in hanc lucem primum editi sunt Vlricus dux Megapolitanus, Alberti filius, & Maximi-*

Hic in Hiſpania educatus, 2) prima in bello Gallico an. 1544. rei militaris fecit tyrocinia, poſt Germanico bello interfuit, 3) Comitia Auguſtana a. 1548. oratione incoauit. 4) Hinc, ducta vxore Maria, Caroli V. filia, Hiſpaniam per integrum triennium foceri vice gubernauit. 5) Inde in Germaniam redux, Paſſauienſem pacem plurimum promouit. 6) Poſtea ad patris mortem vsque in Auſtria vixit. 7) Laudatur iſte ab eruditione & linguarum notitia, 8) prudentia & æquitate. 9) Et licet in Hiſpania Catholicæ Religionis zelo fuiſſet imbutus, 10) plurimum tamen fauit Proteſtantibus, conſcientiarum dominatum potiſſimum improbans. 11)

§. II. Hic die XX. Sept. 1562. Pragæ in Regem Bohemiæ fuit ſalutatus. 12). Eodem anno XXIV. Nouembris Francofurti ab omnibus Electoribus præſentibus electus fuit in Re-

lianus II. poſtea Romanorum Imp. cum ante ſemeſtre Ferdinandus, Boëmiæ Rex die Matthiæ coronatus fuiſſet (Te CæCbI InsIgnI eXornant FerDmanDe Corona, regnI & sVCCeſſor poſt tIbI natVs erat.)

2) Hæc BARO de POLHEIM nos docet apud CHYTRAEVM p. 631. dicens: *puer generoſis aliquot adoleſcentibus, inter quos pater etiam meus Maximilianus, liber Baro a Polhaim & Wartemburg, fuit: ad patruum Carolum V. Imp. in Hiſpaniam miſſus eſt: vt cum filio illius Philippo ætate fere æquali in bonis literis & aliis artibus, in gubernatione ipſis poſtea vſui futuris erudiretur.*

3) Idem: *primum in re militari tyrocinium fecit Maximilianus, bello Gallico, anni 1544. & poſtea Germanico, quod Carolus Cæſar aduerſus principes aliquot, & ciuitates Imperii conſoederatos anno 1546. ſuſcepit, in quo a latere Imperatoris patrui ſui ille nunquam diſcedens magni & fortis animi, ac virtutis heroicæ documenta illuſtria edidit: & præcipuis conſiliis & actionibus in bello, & parta victoria, in receptione ſupplicum interfuit.*

4) Idem p. 632. *Comitia etiam Auguſtana, ſtatim poſt captos confœderatorum Duces in autumno anni 1547. indicta Carolus Cæſar, Maximiliani oratione incoari voluit, antequam vſitato more capita ad deliberandum propoſita per ſcribam prælegerentur vid. Sect. IV. §. LXXIX.*

5) Idem: *ex illis ipſis Comitiis, anno 1548. in Hiſpaniam Maximylianus profectus eſt, vbi ducta in matrimonium Caroli filia Maria, integrum triennium Hiſpanias foceri vice gubernauit.*

6) Idem *c. l.*

7) Idem *pag. 633.*

8) Dictus BARO de POLHEIM apud CHYTRAEVM *p. 636.* ita de eo loquitur: *nunc de interiore etiam Imperatoris noſtri vita & conſuetudine domeſtica dicam, qua optimi ordinis & plurimarum virtutum plena fuit. Diſtincte & ratione certa domi diſtributa habebat tempora omnium actionum, precum, deliberationum, ſubſcriptionum, prandii, cenæ, ſomni, venationum. In conſiliis ſumma iuſtitiæ & ſalutis publicæ cura, & in audiendis aliorum ſententiis moderatio & lenitas erat. In prandio, quod vſitata & certa hora ſumebat, bilares & lepidi ſermones cum aſſentibus, ſingularis in victu temperantia & ſobrietas, ſumma ciuilitas & elegantia morum conſpiciebatur. A prandio patebat ad ipſum menſa aſtantem, vel prope aſſidentem aditus, omnibus omnium Ordinum, etiam humilime & abiectiſſimæ conditionis hominibus, qui eum alloqui volebant, aut ſupplices libellos porrigebant. His ſingulis comiter & placide, eadem lingua, qua proponebantur negocia, reſpondebat. Vt enim ingenioſiſſimus & potentiſſimus rex Mithridates olim, ſingulis diuerſiſſimarum gentium populis imperio ſuo ſubiectis, patria lingua locutus eſſe ſcribitur: ita noſter Imperator Hiſpanos, Italos, Gallos, Germanos, Belgas, Boëmos, Pannones, & latine loquentes, recte intelligebat, & ſingulorum linguas, perinde ac ſi natiue eſſent, callebat. Latina certe oratione, non tantum perſpicua & diserta: verum etiam eleganti & pura, & expedite profluente, vſum eſſe conſtat. Poſtea aliquantulum temporis quieti, aut hortorum inſpectioni tribuit. Ante cænam, rurſus vel deliberationibus vacabat, vel recitantes literas, de reſponſis antea decretis formatis audiebat, & ſubſcriptione ſua confirmabat.* THRASYBVLVS LEPTA lib. V. p. 324. *Quantum huius Principis fuerit ingenium, quot linguarum cognitionem habuerit, quæ virtus, qua ſapientia, quanta erga communem patriam caritas, eam pietate & iuſtitia continendo, extiterit, ommem id humanam facundiam ſuperat; & extant de eo Iohannis Cratonis Medici (cuius ſupra memini) & Danidis Chytræi diſertæ & luculentæ Orationes.*

9) THVANVS *lib. XXXVI. pag. 287.* de Ferdinando I. *nulla re felicior fuit, quam ſucceſſore Maximiliano, qui veſtigiis paternis inſiſtens, rara prudentia & æquitatis laude imperium poſt eius obitum adminiſtrauit.* Plura de eo prædicat *lib. LXII. p. 134.* concludens: *princeps æquitate animi, prudentia, & iuſtitia inſignis, & in quo ad ſummam fortunam nihil merito deſiderares, niſi ipſam fortunam & firmiorem valetudinem.* IO. SAMBVCVS in Orat. funebri in eius memoriam habita, in append. rer. Vngar. Bonfinii p. 600. cum vocat *cuſtodem pietatis, autborem pacis, virtutum ſpeciem, exemplum antiquæ conſtantiæ, moderationis & clemcntiæ.* BARO a POLHEIM apud CHYTRAEVM pag. 631. *cumque natiuam indolem, ſua ſponte ad decus excitatam, educationis & diſciplinæ ſanctitas, & ad omnia virtutum officia aſſuefactio accurata, & literarum humanitatis cultura diligens accederet atque expoliret: præclara illa & ſingularis, & omnium principum ac priuatorum beneuolentiam & ſtudia miri modo ſibi concilians, naturæ doctrina & virtute excultæ bonitas & præſtantia extitit: vt vere, & merito Amor & Delicia generis humani publicis elogiis poſtea appellatus ſit.*

10) SCHÖNLEBEEN *Pietate Auſtriaca Proleg. p. II. c. VIII. §. IX.*

11) THRASYBVLVS LEPTA lib. IV. p. 270. *Maximopere commendauit Cæſar Maximilianus, vt qui ab omni conſcientiarum carnificina grauiſſimo iudicio temperandum iudicaret, ſæpe ingenueque profeſſus, nullum peccatum grauius eſſe, quam conſcientiis velle dominari. Eosque nimirum, qui in conſcientias ſibi imperium ſumunt, cæli arcem inuadere, nec raro poteſtatem quam in terris habent, amittere.*

12) CHYTRAEVS lib. XX. p. 538. *Maximilianus, Ferdinandi Imperatoris filius, Boëmiæ Rex Pragæ; & Romanorum Rex Francofurti ad Mœnum; & anno nondum vertente, Vngariæ Rex Poſonii coronatus eſt.* B. a POLHEIM p. 633. *non toto anno vertente, trium regnorum coronam, Boiemici, (anno 1562. die 20. Septembris, Pragæ) Romani, die 30. Nouembris proxime ſequentis Francofurti; Vngarici, (die 8. Septembris anni 1563. Poſonii,) præſente patre, & duobus fratribus Ferdinando & Carolo archiducibus Auſtriæ acceperat.* FVGGER *lib. VI. c. XXI. p. 1396.* SCHARDII Epitome rer. geſt. ſub Ferdinando I. *ad a. 1562.* IO. SAMBVCVS *p. 602.* ISTHVANFIVS *lib. XVI. p. 291. lib. XXI. p. 421.* Separatim extat hiſtoria coronationis Maximiliani & Mariæ Pragæ factæ, *Francofurti 1562. 4.*

13) Diſpu-

in Regem Romanorum. Et dum durantibus de electione Consultationibus, Io. Gebhardus Colonienſis Electoꝛ fuiſſet defunctus, Electoꝛes ad electionem progredi nolebant, potius a Colonienſi Capitulo poſtulabant, vt electionem maturaret, quæ etiam d. 19. Nouembris fuit peracta, & Fridericus, Comes de Wied electus, ſtatim Francofurtum properauit atque electioni interfuit. 13) Maximilianus vero ſtatim poſt electionem ibidem, d. vltima Nouembris fuit conſecratore Moguntino coronatus. 14) Anno 1563. VIII. Septembris vna cum coniuge Maria Poſonii coronatus fuit in Regem Vngariæ. 15) Anno 1564. defuncto Parenti ſuccedit in Imperio. 16)

§. III. Poſtquam in Regem Romanorum coronatus eſſet Maximilianus, diſceptabatur, qua ratione electionis confirmationem peteret a Pio IV. Papa, hoc iuramentum obedientiæ poſtulante, quod Maximilianus, tanquam fraudi futurum ſucceſſoribus ſuis, denegabat. Et licet Papa ſaltim vellet, vt de obedientia fidem daret, non qua Imperator, ſed qua Rex Hungariæ & Bohemiæ, neque hoc voluit Maximilianus. Tandem Pius Papa in litteris Borromæi ad Nuntium die XXVIII. Septembris 1563. ſua appoſuit manu: quod ipſe Ferdinandus Imp. arbiter huius rei eſſet: quo porro factum, vt literis a Maximiliano ad Pontificem nonis Februarii 1564. datis, Comes Helfenſteinius, Maximiliani Orator, tanquam Regis Romanorum in ſenatu exceptus, orationem in ſcriptis ante conceptam fecerit, pollicitus in ea amorem, & reuerentiam. 17)

§. IV. In-

13) Diſputatur de eo, an non potius Capitulum Colonienſe poſt Io. Gebhardi Electionis mortem, Iura in Collegio Electorali exercuerit. Io. Gebhardus equidem Georgium a Seyn, Comitem a Witgenſtein Legatum miſerat ad hanc electionem, iſtum vero defuncto Io. Gebhardo fuiſſe reuerſum, patet ex eo, quod inter perſonas cum Friderico nouo electo aduenientes, apud SCHARDIVM *Tomo III. p. 103.* recenſeatur *Georgius a Seyn, Comes in Wittgenſtein &c. qui antea legatus fuerat.* Scilicet d. 2. Nouembris defunctus Io. Gebhardus, d. 19. Nouembris electus fuit Fridericus, qui ad Electorum inſtantiam d. 23. Nouembris Francofurtum cum multo Comitatu, inter quos Georgius Comes a Seyn properauit, ſecundum os. SCHADAEVM *Sleidano Contin. Tom. I. lib. VII. n. 75.* d. 24. Nouembris vero facta fuit electio, cui interfuit Fridericus nouiter electus, de quo Relatio apud GOLDASTVM *Reichshændeln p. I. p. 66. Auff beruhrten Tag, welcher iſt der Abende Catharine geweſt, ſind die Churfürſten alle ſieben (darunter dann ietzige Kœnigliche Maieſtat, als Kœnig zu Bœhmen, desgleichen der newwe Electus zu Cœllen, Ertzbiſchoff Friderich ſo auff der Keyſerlichen Mayeſt. und den andern Churfürſten hœchſtes l'ormahnen, erſt am Abend zuvor, durch ſchnelle Reiſe ankommen, auch geweſt) ein ieder des Morgens zu ſiben Vhr, von ſeiner Herberge in gewœnlicher Kleidung, auff das albie Rathhauß Rœmer genannt, geritten.* Idem dicunt omnes Relationes Maximiliani II. Electionem deſcribentes ipſum Fridericum electioni interfuiſſe. Exinde igitur conſtat, Capitulum Colonienſe circa hanc electionem nulla plane iura exercuiſſe.

14) POLHEIM. CHYTRAEVS SAMBVCVS. FVGGER *c. l.* MERC. G. B. *Tom. I. lib. II. p. 214.* HARAEVS *Tom. III. p. 12.* Protocollum Electionis cum aliis ſcriptis huc facientibus reperitur apud GOLDASTVM *Polit. Reichshændel p. I. pag. 66. & Reichshandlung p. 263.* Coronationis *p. 73.* Acta & geſta conuentus Electoralis Francofurtenſis ſingulari ſcripto exponuntur apud SCHARDIVM *Tomo III. p. 83.* quam ſequuntur Acta Coronationis *p. 85.* Sequitur de electione & inauguratione Maximiliani Hiſtoria per ADAMVM & NICOLAVM HEYDENOS deſcripta *p. 88.* Eidem Maximiliano de honore nouo gratulatur IO. POSTHIVS *pag. 92.* & IO. LAVTERBACHIVS *p. 96.* Catalogus virorum illuſtrium, qui electioni interfuerunt *p. 99.* Eadem etiam ſeparatim extant in GOLDASTI *Politicis Imper. p. I. p. 141.* Capitulationem Maximiliani II. primus edidit GOLDASTVS *p. II. der Reichs-Satzungen p. 285.* & ex eo CARPZOVIVS eandem Commentario de Lege Regia adiecit. Sed cum manca iſta eſſet, integram ex Originali Palatino edidit HENRICVS GVNTHERVS THVLEMARIVS, *Heidelberge 1682. 4.* LEPTA *lib. III. p. 204.*

15) CHYTRAEVS. POLHEIM. SAMBVCVS. FVGGER *c. l.* MERC. G. BELG. *Tom. I. lib. II. p. 244.* ISTHVANFIVS *lib. XXI. pag. 423.* LONDORP *lib. III. p. 454.* SCHARDIVS ad an. 1563. pag. 164.

16) ISTHVANFIVS lib. XXII. ineunte. MERC. G. BELG. *Tom. I. lib. II. p. 261.*

17) SARPIVS lib. VIII. p. 809. *per id tempus aliud negocium non minoris operæ Pontificem ſollicitum habuit, nam cum ab Rege Romanorum mittendi eſſent Oratores, qui de ſua electione Pontifici ſignificarent, non putauit ad exemplum aliorum Imperatorum & Regum, quos nulla præmebat difficultas, ſibi ad voluntatem Papæ quiduis promittendum ac iurandum, ſed ratione habita Principum, & ceterorum Germaniæ Proteſtantium, ne ipſos vltro offenderet, voluit ſibi prius declarari, quibus verbis vtendum eſſet. Ea re in Cardinalium conſultatione poſita, decreuerunt illi, poſtulandam ei Electionis confirmationem, & in obedientiam Sedis Apoſtolicæ ad exemplum omnium aliorum Imperatorum iurandum. Quibus reſpondit, falſos illos fuiſſe, ſe vero nunquam in aliquid conſenſurum, quod fraudi futurum ſit ſucceſſoribus ſuis, ſicut nunc acceſſorum ſuorum actiones ad ſuum præiudicium trahantur: cum id non aliud ſit, quam ſe vaſallum profiteri. Mandat itaque vt Orator ſuus his verbis vtatur. Mateſtatem eius omnem reuerentiam, deuotionem, & obſequium Sanctitati eius & Sedi Apoſtolicæ præſtituram: ac promittere, ſe Sanctam fidem Catholicam non ſolum ſaluam conſeruaturam, verum etiam, quantum poterit, amplificaturam. Cum inter eos non conueniret, huius negotii tractatione iam annum continuata, exiſtimani tandem Romæ commodum ſe temperamentum inuenisse hoc propoſito, vt de obedientia fidem daret, non qua Imperator, ſed qua Rex Hungariæ & Bohemiæ, negari enim non poſſe aiebant, Regem Stephanum anno ſalutis humanæ milleſimo Regnum Apoſtolicæ Sedi donaſſe, illudque vna cum titulo Regio, poſtea eidem acceptum titulaſſe, & ſe ei in clientelam dediſſe, & Vladislaum Ducem Bohemiæ, accepta ab Alexandro II. facultate mitram geſtandi, ad ſolutionem centum argenti marcarum in annos ſingulos ſe obligaſſe. Quæ ab Germanis in conſultationem adducta, quod non aliis niteretur firmamentis quam Papæ Gregorii VII. affirmatione, in ridiculis habita: iisque reſponſum, opus eſſe documentis recentioribus & certioribus, ac titulo iuris minus ambiguo. Multi vltro citroque nuncii commenbant, cum variis propoſitionibus, reſponſis, & repliceationibus, quibus omnibus omiſſis mihi conſilium eſt, negotii modo exitum referre, qui eiusmodi fuit. Poſt menſem viceſimum, venit Romam Comes*

§. IV. Interea Augerius Busbequius, qui iam Byzantii octennium fere tractandæ pacis causſa transegerat, ea certis conditionibus a. 1562. impetrata, Viennam rediit, relicto ibi Alberto Wiiſio, qui vice Ordinarii Oratoris fungeretur. 18) Mittebat etiam Turcarum Solimannus Ibrahimum, qui inaugurationi Maximiliani Francofurtenſi intererat, atque tabulas induciarum octennalium ſecum ferebat, hac conditione, vt earum redimendarum XXX. aureorum nummûm millia quotannis Conſtantinopolim mitterentur. 19) Mortuo autem Ferdinando, frequenti ſenatu conuocato, de bello Turcico deliberatur. Nicolaus Zerinius quidem bellum aduerſus Turcas ſuſcipiendum ſuadebat, Maximilianus vero ad pacis conſilia potius propendebat. 20) Poſtquam autem Tranſyluaniæ Princeps Io. Sigismundus bellum Cæſari inferret, Hadadum Tranſyluanis ademptum recuperabat, Vardam minorem, Couazonem, Athiam arcem expugnat, cui Cæſar Lazarum Schwendium cum exercitu opponit. 21) A. 1568. Legati ad Solimannum mittuntur, inducias continuaturi cum munere honorario trium præteritorum annorum. 22) Nihilominus bellum in Hungaria continuabatur & Tockaium a Schwendio capitur, 23) ipſi etiam Erdodium deditur. 24) Paucis poſt diebus conſumptis, in caſtris ad Erdodium pax conficitur, his conditionibus, vt Io. Sigismundus, Tranſyluaniam perpetuo firmæ poſſeſſionis iure obtineret: ea tamen, ipſo absque hæredibus decedente, in Cæſarem & eius ſucceſſores rediret: regio interim nomine abſtineret, alios quos Cæſar dare vellet, illuſtres titulos vſurparet. 25) Interea Cæſaris legati Conſtantinopolim miſſi redeunt, quibus Solimannus legatos ſuos adiungebat, qui litteras eiusdem adferebant; quibus ille ſe pacem ſeruaturum eſſe pollicebatur, ſi Tockaium Tranſyluano reſtituatur, e contrario Tranſyluanus damna, quæ violatis induciis Cæſari intuliſſet, reſarciret, quæ cum Cæſari minus probarentur, pacis iſtæ conditiones cum Tranſyluano initæ tanquam minus ſinceræ non confirmabantur. 26) Inde bellum reſtauratur. Turcæ, licet caſtra Schwendiana ad Sanmatium oppugnaſſent, irrito tamen hoc ſuit conatu. 27) Inde Erdodiam obſident, quam acerrime licet defenſam, Germanis tamen tumultuantibus, arcemque II. Auguſti dedentibus, capiunt. 28) Et licet Eccius Comes Salmenſis de Alba Regali per inſidias capienda conſilia ageret, inhibitus tamen ſuit ab Imp. ne Turcas irritaret, ad quos denuo nuntium miſerat de induciis firmandis. 29) Interim Solimannus cum initio ad preces Ioannis Tranſyluani auxilia aduerſus Auſtrios petentis inclinare videretur, ſuorum conſiliis reuocatus, impetum eo anno in Melitenſes equites vertit, quos eum ante in Rhodi expugnatione incolumes dimiſiſſet, cum Hiſpano, perpetuo ipſius hoſte ſtudia ſua ad ſe oppugnandum coniunxiſſe impatienter ferebat, & quod continuis excurſionibus infeſtam Aſiæ & Africæ oram facerent. Et licet terra marique Melitam vrbem acerrime oppugnarent, cum triginta tamen hominum millium iactura eam relinquere ſuit coactus. 30)

§. V. Anno

Elſiſtenius Orator illius Regis, quocum renouatæ eadem de poſtulanda confirmatione, & obedientia iurejurando promittenda tractationes. Sed illo dicente, ſe habere in ſcriptis orationem, quam totidem verbis recitare debeat, imperatumque, ne vnum eius apicem commutaret, Papa facta congregatione generali rem Cardinalibus propoſuit. Illi poſt longam conſultationem denique ſtatuunt, quamuis nec confirmatio petatur, nec promittatur obedientia, tamen in reſponſione ad Oratorem dicendum, ſanctitatem eius Electionem Regis confirmare, omnes defectus, qui in illa de facto & de iure intenuerunt, ſupplendo, & obedientiam Regis accipere, nulla interim, verum poſtulata fuerit, an non poſtulata, promiſſa an ſecus, mentione adiecta. Atque hæc ceremonia parum ex ſententia animi Pontificis, minus etiam ad mentem Collegii Cardinalium eſt peracta. Licet hac de re in Sarpium inuehatur PALLAVICINVS *lib. XXII. c. VI. §. fin.* vid. SCHILTER *de libert. eccleſ. Germ. lib. VII. c. X. §. VIII. IX.*

18) ISTHVANFIVS *lib. XXI. p. 421.* De hoc ipſe in epiſtolis de legatione Turcica legi meretur, & MELCHIOR ADAMI *in vitis ICtorum.* BAYLE *artic. Busbec.*

19) ISTHVANFIVS *lib. XXI. p. 422.* Extant Acta legationis in Comitiis Francofurtenſibus huius legati Ebraimi Stroſchenii, nati Poloni, apud SCHARDIVM *Tomo III. p. 97.*

20) Conſilia hæc deſcribit ISTHVANFIVS *lib. XXII. ineunte.*

21) ISTHVANFIVS *lib. XXII. pag. 442.* MEYERI *Ortelius rediuiuus ad a. 1564.* LONDORP *lib. VI. ineunte.*

22) ISTHVANFIVS *p. 446.*

23) ISTHVANFIVS *lib. XXII. p. 449.* THVANVS *lib. XXXVII. p. 326.* Extat in SCHARDII *Tomo IV. pag. 23.* expugnatio arcis Tockay per 10. SAMBVCVM deſcripta. Epit. de rebus geſtis Maximiliani *ad a. 1565.* MEYERI *Ortelius rediuiuus ad a. 1565.* LONDORP *p. 656.*

24) THVANVS *lib. XXXVII. pag. 327.* LONDORP *lib. VI. p. 657.*

25) ISTHVANFIVS *p. 451.*

26) ISTHVANFIVS *p. 455. 461.* MEYER *ad an. 1565.*

27) ISTHVANFIVS *p. 456.*

28) ISTHVANFIVS *lib. XXII. p. 458. Epit. rer. geſt. ad a. 1565.*

29) THVANVS *lib. XXXVII. p. 327. miſſo interim Georgio Hoffuloto Byzantium Cæſar Solimani mentem pericliari ſtatuit, an inducis pactis ſtare vellet, nam Cernouichius eodem ante a Cæſare miſſus nuper redierat, ambigua ſpe pacis, dumque in eo eſt, Salmenſis, qui Rabæ ſeu Iauarino præerat, IV. Eid. VIIIbris conſilio cum Iudice Albæ Regalis, quæ non plus VIII. milliaribus a Iauarino abeſt, de vrbe tradenda inito, eo cum ſatis magno ſilentio contendit, mane porta ad emittendas pecudes patefacta Turcos nihil tale metuentes oppreſſurus, verum Cæſar, qui nuper Hoffutotum Byzantium miſſiet, veritus ac eo facto ſpem de pace factam ſibi omnino præciderat, nuncio celeriter ad Salmenſem miſſo cum ab incepto deſiſtere iubet, & ille quidem, quamuis egre, paruit, quippe qui victoriam iam ſpe deuoratam ſibi e faucibus eripi doleret.* Epit. rer. geſt. *ad a. 1565.*

30) THVANVS *lib. XXXVII. pag. 328. lib. XXXVIII. p. 338.* LONDORP *lib. VI. p. 875.*

31) Verba

§. V. Anno 1564. Pontifex, missō in Germaniam Vintimilensi Episcopo egerat, vt Concilium Tridentinum promulgaretur. Cæsar vero, qui se paratum ostendebat, tum instanter vrgebat, a Carolo archiduce & Alberto Bauaro monitus, & suorum periculo incitatus, vt gratia calicis etiam non facerdotibus a Pontifice fieret: eamque in rem Vienna ad eum litteras dederat XVI. Kl. Mart. cum Non. Februarii Bauarus itidem ad Pontificem scripsisset, quibus & calicis vsum petentibus concedi postulabat, idque ambo illi, Morono & Lotharingo Cardinalibus & Archiepiscopis VIIuiris probari aiebant, tum etiam petebant, vt ratio iniretur, qua non solum facerdotes, qui assertis suis coniugiis se ipsos ab ecclesia separassent, retentis vtcunque in contubernio vxoribus, eidem ecclesiæ reconciliari possent, sed etiam benigne indulgeretur, vt ad exiguas Catholicæ religionis reliquias conseruandas, iis locis, in quibus presbyteri eo numero, qui sufficiat, haberi non possunt, ab episcopis viri laici iustæ ætatis ac doctrinæ, & vitæ inculpatæ ac bonæ famæ ad ministerium altaris & alia facerdotum munia ordinari & admitti queant, & alterum quidem concessit Pontifex, alterum omnino negauit. Quapropter Maximilianus Cæsar, per Prosperum Arcuensem Comitem datis ad Pontificem litteris IV. Kal. Decembris cum eo egerat, vt quod ad facerdotum coniugia, aliquid de seueritate remitteret, & Noricis, Boiis, Quadis, Marcomannis & Pannoniis ea in re gratificaretur. 31) Hic vero Commendonum Cardinalem mittebat, qui illi denuntiaret, pontificem omnibus execrationibus, ecclesiasticisque pœnis in eum animaduersurum, ipsumque priuaturum Imperatoria Maiestate, atque Catholicis principibus in eum conuocatis nouum Imperatorem creaturum, nisi eiusmodi decretum, si factum esset, illico rescidisset. 32)

§. VI. Prima post hæc in Germania Comitia mense Martio Augustæ 1566. celebrabat, quibus tum alii Saxoniæ Principes, tum vero Electo Augustus & Vlricus Megapolitanus interfuerunt, in quibus præcipua de bello Turcico fuit deliberatio, ad quod belli sumptus maiores, quam vlli ante eum Imperatori a Germania decreti. 33) Actum etiam fuit de Cameræ & rei monetariæ emendatione. Finalienſis controuersia inter Marchiones Carretanos & Genuenses fuit definita, qui opitulantibus subditis, Finalium occupauerunt, nunc vero ad restitutionem adigebantur, prout iamdum a Ferdinando a. 1561. fuerat decretum. 34) In iisdem & Wilhelmus Grumbachius, qui Herbipolim ante triennium insidiose occupatam diripuerat, & nunc vna cum sociis apud Ioannem Fridericum Saxoniæ ducem, in arce Gothana receptum habebat, Io. Friderico Saxoniæ Duce licet intercedente, denuo est proscriptus. 35) Hinc Augustus, Saxoniæ Electo sub

31) Verba sunt THVANI *lib. XXXVI. exemte* & lib. LXII. pag. 134. *in negotio autem religionis, quod in Germania multis abhinc annis agitatum est, eam rationem seruauit, vt cum a sacris maiorum nusquam recederet, non propterea Protestantibus suspectus fuerit, mediam emendationis viam tota vita confectatus: cui etiam post concilium Tridentinum ad finem perductum insistit, impetrato suis calicis vsu a Pontifice: quem & pro sacerdotum coniugio sæpius interpellauit, sed nullo exitu.* ISTHVANFIVS *lib. XXII. p. 451.*

32) Verba sunt GABVTII *Vita Pii V. lib. III. c. VI. p. 97.* qui etiam addit, Imp. confessum fuisse, visum sibi videre sese coram Pio, flagellum manu tenente, consistere. FLECHIER *la Vie du Cardinal Commendon lib. III. c. IV.*

33) CHYTRAEVS *lib. XXI. p. 561.* THVANVS lib. XXXIX. p. 371. *Albertus Brandeburgicæ Dux Cæsaris nomine hæc capita proposuit, de quibus in Comitiis decerneretur, vt ratio iniretur, qua hæreses, in pace religionis non comprehensæ ex Imperio eliminarentur, vt VIII. clo equitum & XL. peditum clo contra Turcas conscriberentur, quibus in treis annos stipendia per VIII. menses soluerentur, eaque collatio in signata pecunia fieret, qua tota, prout occasio vrgeret, in bellum impenderetur. Imperialis item Cameræ emendandæ ratio iniretur, & quod in ea fanciturn esset, locum haberet, decreta de publica tranquillitate & moneta seruarentur, postremo de Finalio in Liguris controuersia diu in comitiis agitata terminaretur, & subditis ditionis illius edicto Cæsareo mandaretur, vt quamprimum arma deponerent. Secundum hæc, aute omnia decreta auxilia aduersus Turcam maiora quam antea cuiquam Cæsarum, & maiori animi alacritate, cum plerique prater promissa auxilia Imperii nomine, etiam priuatas opes & operam suam in eam militiam vltro deferrent, dein missus Finalium Parthinus, qui Cæsari erat a consiliis, cum præfecto Tridentino cuius authoritate & interuentu lis inter Carretos & loci subditos componeretur.* ISTHVANFIVS *lib. XXII. p. 463.* LONDORP *lib. VII. p. 619.* MERC. G. R. *Tom. I. lib. III. p. 304.* qui etiam *p. 483.* quantum fuerit decretum, definit, dicens: *ipse Augustæ non sine summa omnium totius Germaniæ Ordinum alacritate, magna equitum peditumque subsidia, quæ Romana vocantur, obtinuit ita vt XLVIII. peditum & equitum millia, primo quoque tempore se in bellum collaturos obsulissent; quod Cæsar se ipsum, si vita & valetudo suppetat, in castra profecturum, ducendoque exercitui præfuturum pollicebatur.* SCHARDIVS *ad a. 1566.* In GOLDASTI *Reichs-Satzung p. II. p. 288.* reperitur Ordinatio in his Comitiis publicata.

34) De hac controuersia THVANVS lib. XXXVI. ineunte. *Genuenses Finalium, quod ad Imperii iurisdictionem pertinere diximus, in Liguria occupauerant Carretæ familiæ oppidum, ad id votis & ope oppidanorum adiuti & imitati, qui dominos suos pertæsi ad libertatem sub Genuensis resp. patrocinio aspirabant, ea de re cum Alfonsius Finalii marchio apud Cæsarem sæpius conquestus esset, & postremo litem Genuensibus intendisset, tandem Cæsar secundum Alfonsum pronunciauit, & Genuenses ad Finali restitutionem & sumptus in id bellum factos marchioni refundendos coademnauerat. Cum tamen non parerent Genuenses, postremo, Cæsar fecialem ad eos misit, sed irrito initio successit, paullumque res ob eorum contumaciam a bello abfuit: verum interuenu Philippi Finalium marchioni inuitis oppidanis restitutum est, & Genuenses Cæsari reconciliati.* Extant etiam Rudolphi II. Imp. decreta Pragæ d. 18. Augusti 1579. quibus Philippo II. Hispaniarum Regi concedit, vt arci Finalienſi Gouoni dictæ, præsidium imponat apud du MONT *Tom. V. p. I. p. 362.* Vide etiam *Super. Sect. §. XII.*

35) CHYTRAEVS. *l.* THVANVS *lib. XXXIX. p. 375. in his Comitiis præterea III. Eid. Mart. Guilielmus Grumbachius, qui Herbipolim ante trien-*

ſub exitum Comitiorum de Electoratu & terris fuit inueſtitus. Eadem gratia Vinarienſium fratrum & Palatini VIIuiri abſentis legatis fuit facta. 36) Antonius etiam, Comes Oldenburgicus de Comitatu ſuo fuit inueſtitus, Friderico, Daniæ Rege, vna cum Holſatiæ Ducibus eiusdem ſucceſſionem, caſu exiſtente, ſibi petentibus. 37) Hæc tamen controuerſia, prout etiam iſtæ de Montisferratenſi ſucceſſione, inter Ducem Sabaudiæ & Mantuæ, 38) & de Præcedentia inter fratres, Principes Vinarienſes & caput de religione, in aliud tempus fuerunt dilatæ. 39) Miſerat Pius IV. Papa ad ea Comitia Commendonum legatum ſuum, qui ſi religionis negotium in Comitia deduceretur, publice proteſtaretur, & coram Imperatore atque omnibus principibus publico in conſeſſu grauiter denuntiaret, niſi eam cogitationem abiicerent, futurum, vt Pontifex omnem auctoritatem in eos principes tam laici, quam ſacrati ordinis reprimendos exerceret; ac multo magis in ipſum Imperatorem, quem & imperio & ditionibus & omnium iure ſucceſſionum, & quibuscunque præterea rebus potiturum ille ſe confideret. 40) Poſtquam etiam Friderico III. Elector Palatinus, primus ex Germaniæ Principibus Reformatam Religionem non ſolum fuiſſet amplexus, ſed etiam eandem in terras ſuas introduxiſſet, agebatur hiſce in Comitiis, an etiam Reformati pacis religioſæ ſint capaces, immo conſilia habebantur deturbando ipſo ab Electorali dignitate. Conquerebantur de eo quoque Wormatienſis atque Spirenſis Epiſcopi, quod ſub prætextu Reformationis, ipſis monaſteria Neuhauſen & Sintzheim ſubduxerit, horum reſtitutionem poſtulantes. Inter Theologos ipſi potiſſimum erant contrarii, Tilemannus Heshuſius, quem Wolfgangus Palatinus ſecum adduxerat, & Chriſtophori Würtenbergici Theologi, Iacobus Andreæ & Felix Bidenbach, potiſſimum vero

Pii IV.

nium infidioſe occupatam diripuerat, cum Erneſto Mandelsloo & Guilielmo Steinio ac ſociis; qui apud Ioannem Fridericum Saxonem in arce Gorhana receptum habebat, publice denno proſcriptus eſt. Singulare eſt, quod tradit SCHARDIVS ad an. 1566. *decimo tertio deinde eiusdem menſis* (Maii) *Wilhelmus a Grumbach cum ſociis conſpirationis, quos Herbipolim diripuiſſe ac pacem in Francouia anno 63. perturbaſſe diximus, noua proſcriptione, omnium Statuum conſenſu aggrauantur. Miſerat eo Ioannes Fridericus Dux Saxoniæ ſuos Legatos, inter hos præcipuum Henricum Hufanum, Iuris vtriusque Doctorem, perquam facundum, qui negotium ipſorum apud Status ageret, & pro prioris proſcriptionis annullatione ſolicitaret. Sed ii, partim aliis diſſuadentibus, partim magnitudine negotii deterritus, Principi, vt proſcriptos dimitteret, literis conſuluit, eumque Dei & hominum ſalutares admonitiones ſpernentem deſerens, ad eos tranſiit, quorum admonitione ipſum a concepta pertinacia abduci poſſe cenſeret.* LEPTA *lib. III. p. 266.* Extat *Abdruck zweier Schreiben Henrici Hufani* in hac cauſſa.

36) THVANVS lib. XXXIX. p. 375. *decretis factis ſub exitum comitiorum auguſtus VIIuir, qui cum eis Io equitibus egregie inſtructis venerat, ſolitis ceremoniis magna pompa diploma a Cæſare ſuſcepit. Eadem gratia Vinarienſium fratrum & Palatini VIIuiri abſentis legatis facta.* SCHARDIVS *p. 48.* Facta autem Auguſti inueſtitura iisdem cæremoniis ac Mauritii, WERLICH *Augſpurg. Chronic p. XII. p. 115.* MVLLERI *Annales Saxon. d. XXIII. Aprilis 1566.*

37) CHYTRAEVS lib. XXI. pag. 562. *cum a Maximiliano Imperatore in comitiis Auguſtanis, Antonius comes Oldenburg & Delmenhorſti, feudum ſuarum ditionum antoritate Imperatoris confirmari peteret: Fridericus Daniæ Rex & patrui Holſatiæ duces, ſibi quoque vt proximis agnatis, ex eadem ſtirpe ortis, idem beneficium, in quo ius ſucceſſionis ab inteſtato haberent, conferri petiuerunt. Regem enim Chriſtianum I. comitem Aldenburgenſem, fratri ſuo Gerardo, ea conditione partem comitatus ſuam donaſſe, vt extincta Gerardi poſteritate, ad ſuos poſteros ea rediret. Aldeburgenſis legatus contra, Delmenhorſtanam ditionem, a Gerardo hæreditate acceptam, ſed cum plurimos annos in aliena poteſtate fuiſſet, ſolitis comitis Antonii periculo & ſumptu, primum acquiſitam eſſe: deinde ditionem Harpſted coniugii nexu recens comitatui copulatam eſſe. Quod vero ad ipſum comitatum Oldeburgenſem attinet, quem a Gerardo auo hæreditate acceperit; facile coniunctam feudi collationem Dominum ſuum Holſatis conceſſurum eſſe, ſe illi viciſſim comites Oldenburgenſes, velut proximos agnatos & coheredes ſuos in ducatibus Sleswicenſi & Holſatiæ ſimul inueſtiri patiantur. Nam eidem comiti Gerardo, domini ſui auo, illiusque poſteris, Ius ſucceſſionis in ducatibus Sleswici, Holſatiæ, & Stormariæ, poſt familiæ Chriſtiani interitum, ſolennibus literis Hafniæ ſcriptis adtributum eſſe.*

38) Dictum de ea iamdum Sect. IV. ſuperior. §. *LIV.*

39) THVANVS *lib. XXXIX. pag. 372. venit & eodem Sabaudiæ dux, & poſt eum Mantuanus de Monferratenſi principatu diſceptaturi. Vinarienſes fratres, qua per Palatinum & Saxonem VIIuiros componi non poterant diſſidia, a comitiis dirimi petebant, ſed vrgente belli Turcici mole omnes hæ controuerſiæ, & caput etiam de religione in aliud tempus dilata ſunt.* Controuerſiæ rationem Idem p. 370. expoſuerat: *ſed & aliæ difficultates incidebant, quæ in cauſſa erant, cur tam cito ad comitia venire non poſſent, diſſidia nimirum nuper exorta inter Io. Friderici Saxonis quondam VIIuiri filios, inter quos fratre minore nato nuper defuncto, cum conuenitſſet, vt alternis gubernarent, maior natu ſine ætatis prærogatiua, ſiue ex conuentione prior rebus præeſſet, qui poſtea dulcedine imperandi illectus, vti putabatur, alteri cedere noluit. Hinc odia inter eos accenſi, in quibus Thehanorum fratrum exemplum veriti cognati principes, omnem operam dabant, vt naſcentes odiorum ignes, antequam in incendium cuaderent, reſtinguerentur. Palatinus VIIuir cum Auguſto VIIuiro Lipſiæ ob id conuenirent, vbi res diuerſis colloquiis agitata, cum exitum non haberet, tandem ad Comitia Imperii remiſſa eſt.*

40) Verba ſunt IO. ANTONII GABVTII *lib. II. de rebus geſtis Pii V. pag. 46.* FLECHIER *lib. III. cap. II.* THVANVS *lib. XXXIX. pag. 372.* SCHARDIVS ad a. 1566. *neque vero tantum deerogatiis, quæ propoſita ad deliberandum fuiſſe commemoratumus actum, ſed & aliis. Nam præter Principum inueſtituras illic ſuſceptas, legatione miſſa, ſubditis Ducis Vinarienſis, qui ad arma conſurrexerant contra Dominum, obedientia inimicta eſt. Et de pace, inter Reges Daniæ & Suecia belligerantes, conſtituenda rationes ſuſceptæ fuere. Electori quoque Palatino Friderico, qui Religionem non approbatam fouere, & Epiſcopi Wormatienſis ditionis nonnulla occupaſſe accuſaretur, negotium exhibitum, ſed ita, vt quam aduerſarii ſperarant, ipſe victoriam retulerit, bona occupata cum religione retinens.*

41) THVA-

Pii IV. Papæ legatus Commendonus. Eo res etiam deuenit, vt die 14. Maii Friderico Palatino per Vdalricum Zasium Imperii Vice-Cancellarium denuntiaretur, vt monasteria Neuhaus & Sintzheim restitueret, Caluinianæ sectæ Theologos atque pastores e ditione sua excluderet, aut Septemuiratu cederet, quem Cæsar in eius filium libenter esset collaturus. Verum Fridericus post breuem discessum, Senatum ingressus, pone se habens filium secundum, Io. Casimirum, Biblia gerentem, graui oratione docuit, dicta Monasteria in territorio Palatino esse sita, nec se ad eadem restituenda inaudita causa posse cogi. Quantum ad religionem, respondit, esse causam conscientiæ, quæ cogi nequeat, se Caluini scripta non legisse, Catechismum ipsius fundamentis ex S. Scriptura petitis confirmari, se meliora edoctum, facile esse assensurum, religionem vero suam nisi causa cognita damnari minus æquum esse, id vero communis hostis atque adeo Pontificis astu fieri, vt commissis inter se principibus, Germaniæ pacem turbaret. Hac oratione plerique moti, & dum Augustus, Saxoniæ Elector intercederet, Commendoni & quorundam Principum conatus factus fuit irritus, Fridericus vero Palatinus a Cæsare cum gratia fuit dimissus. 41) Exhibebant in iisdem Comitiis d. 25. Aprilis Euangelici Grauaminasua Imp. quibus minime se discordiæ & turbarum esse auctores profitebantur, crassissimos Concilii Tridentini errores redarguebant, & varia contra Catholicos conquerebantur, ad quæ tamen Catholici respondebant. 42)

§. VII. Dum hæc Augustæ agerentur, Carolus, Cæsaris frater, ad IV. Nonas Februarii 1566. indicta Posonii Comitia celebrauit, quæ primum admodum fuerunt turbulenta. 43) Comperto tamen Solymanni in Vngariam cum exercitu aduentu, decreta Cæsari auxilia, simulque sancitum, vt secundum antiqua nobilitatis institutа, præsenti in castris Cæsari quisque pro virili præsto esse contendat. 44) Inde habito Viennæ Ordinum Austriacorum conuentu, pecuniarum collationes quoque imperantur. 45) Interea Ioannes Transyluanus sumptis regis Pannoniæ, Illyrici, Croatiæ ac Stiriæ electi titulis, litteras ad vrbes, Proceres ac Nobilitatem Vngaricam dat, quibus ipsos, vt sibi se subiiciant, adhortabatur, ni Turcas in Pannoniæ finibus habere velint. Comitia etiam Thordæ ad VI. Idus Martii habenda indicit, quibus Cæsaris nomine, alia Schwendius opponit. 46) Iam & Ioannes & Turci in armis erant, & Ainasçum oppidum præcipuo milite nudatum haut longe ab Agria per absentiam præfecti, scalis admotis inopinato adgressi, IX. Kl. Maii vi capiunt, trucidatis defensoribus. Quo successu inflati, cum

41) THVANVS lib. XXXIX. p. 373. SCHARDIVS *ad a.* 1566. *Porro præter Imperii Electores Moguntinum Danielem, Ioannem Treuirensem, Fridericum Colonienſem, Fridericum Palatinum, Augustum Saxonem, aliosque spirituales atque seculares Principes cumplures, etiam illic cum duobus Cardinalibus Germanis, Marco Sittichio Constantiensi & Ottone Augustano, Episcopis, Pontificius Legatus Commendonius adfuit, cuius opera Concilii Tridentini decreta Catholicis Germanis oblata acceptaque fuerunt.* Et porro: *Electori quoque Palatino Friderico, qui Religionem non approbatam fouere, & Episcopi Wormatiensis ditionis nonnulla occupasse accusaretur, negotium exhibitum, sed ita, vt quam aduersarii sperarunt, ipse victoriam retulerit, bona occupata cum religione retinens.* DAVID CHYTRAEVS ad Marbachium in Fechtii Epistolis Theologicis, p. III. n. CV. ALTINGIVS *Historia Eccles. Palatinæ p.* 200. PAREVS *Hist. Palatina pag.* 165. Acta reperiuntur apud LEHMANNVM *de Pace Religionis Lib. III. c. I. II. IV.* LVNIGIVM *Staats-Consiliis Tom. I. p.* 306. Extat apud GOLDASTVM *Reichs-Satzungen p. I. p.* 294. Resolutio an etiam Reformati pacis Religionis sint capaces. Recessus Augustanus reperitur in Corpore Recessuum *p.* 721. apud LVNIG *Cont. P. Gen. I. Fortsf. p.* 115. Verius hæc exponuntur in *Pfaltzischer Kirchen Historie cap. V. §. XLII. sqq.* GOLDASTI *Reichs-Satzungen p.* 294.

42) Extant vtraque scripta apud LEHMANN *lib. II. c. IV.* SCHADAEVM *Sleidano Contin. p. II. lib. II. p.* 34. LVNIG *Staats-Consilia Tom. I. p.* 280. *Historia der Religions-Beschwerden p. I. c. III. §. VIII. sqq.*

43) ISTHVANFIVS lib. XXII. p. 462. *Carolum vero fratrem Comiciis Pannonicis, quæ ad quartum Nonas Februarias indixerat, celebrandis præfecit. In quibus tumultuum, altercationumque fatis fuit: adeo vt illa raro antea fuerint turbulentiora. Nobilitas namque Cæsaris absentiam, & nondum amotos præfecturis, vti sæpius promissum erat, exteros homines, nec coërcitam militum insolentiam, quin potius multis partibus auctam, molestissime ferebat.*

44) ISTHVANFIVS lib. XXII. p. 465. *Cæsar literas, quibus Sulimani in Vngariam aduentus significabatur ad Carolum comitiis Vngaricis vacantem extemplo misit. Eadem ab idoneis certisque exploratoribus ad Zrinium & Querecenium, quorum ille Sigeto, hic Giula præerat, quique ambo comitiis intererant, perferebantur: ita vt Sulimanum, præmisso Pertasso, sororis suæ filio, qui secundum interpurpuratos locum obtinebat Giulam obsidione cingendam, se vero ipsum aut Agriæ aut Sigeto oppugnando vires & arma admoturum decreuisse, indicarent. Quibus a nobilitate in comitio, cognitis, contentionibus finis est impositus, decretaque, quanta afflicta vires opesque ferre poterant, subsidia, simulque sancitum, vt secundum antiqua nobilitatis instituta, præsenti in castris Cæsari quisque pro virili præsto esse contendat.* De hoc etiam loquitur THVANVS lib. XXXIX. p. 375. *dum hæc Augustæ agerentur, Carolus Cæsaris frater indicta Posonii comitia celebrauit, tam faciles Hunnicorum procerum animos nactus, vt non solum vniuersis eius postulatis in tam iusta ac necessaria caussa assentirentur, sed etiam vltro in eam expeditionem profecturos se profiterentur, si aut Cæsar vel quispiam ex eius fratribus huic bello interesset.*

45) Pergit THVANVS: *quibus conscriptis Viennam sine mora tendit, & eandem gratiam ab Austriacis impetrat, collationibus pecuniarum ex prouincia consensu imperatis ad munitiones vrbis instauandas & aliis in eam rem vtilibus.* SCHARDIVS *ad a.* 1566.

46) THVANVS *lib. XXXIX. p.* 375. SCHARDIVS *ad a.* 1566.

47) THV-

cum caſtra ad Sigethum promouiſſent, egreſſo in occurſum Nicolao Zerinio, cum delectis, acriter & diu pugnatum fuit quatuor horarum ſpatio: ac poſtremo hoſtes in fugam compulſi, Quinqueeccleſias ſe receperunt. 47) Vario Marte pugnabatur. Turci enim, licet Palotam relinquere neceſſum haberent, 48) Iulam tamen capiunt. 49) Cæſarei vero diuerſis Principum Europæ auxiliis adiuti, 50) Veſprinium, Dattam, 51) Geſterum caſtellum, 52) occupant, precibus etiam ad tintinnabuli ſonitum inſtitutis. 53) Et licet ipſe Maximilianus cum magnis copiis in Vngariam veniret, 54) iſta tamen expeditio haut adeo felix fuit. Etſi enim Solimannus in obſidione Zygethi, quod fortiſſime a Nicolao Zerinio defendebatur, morte eſſet extinctus: tamen Mahometis Baſſæ induſtria ſingulari, celata in caſtris ipſius morte, biduo poſt, Zigethum captum, & comes Serinius fortiſſime dimicans, in porta interfectus, ipſique caput præciſum, a Baſſa Budenſi ad Eccium Comitem Salmenſem, in Maximiliani caſtra, quæ ad Arabonis & Danubii confluentem ad Iaurinum ſeu Rabam oppidum fixa manebant, quod a Danubio non recedendum eſſe duces iudicarent, miſſum eſt. 55) Paulo ante, Giula arx in Tranſylvaniæ finibus fortiſſima Peſtano Baſſæ a Ladislao Kerezenio tradita erat. 56) Io. Sigismundus etiam Tranſylvanus, relicta Tockaii obſidione, retrocedit. 57) Latzarus Schwendus a. 1567. Zatmariam capit. 58) Cum autem Turcicæ copiæ in Thraciam rediſſent, vt Selymo, ſubiectionem atque debitam fidelitatem præſtarent; Maximilianus etiam Viennam receſſit, & miſſis Conſtantinopolim a. 1567. legatis, pacem octo annorum, addicta penſione annua triginta millium aureorum, quam pater poſtremis vitæ annis dare ſolitus erat, impetrauit, 59) his conditionibus, vt quisque retineret, quod occupauerat, quæ inſequenti anno 1568. fuerunt confirmatæ. 60) Hoc vero Cæſar, plurimum profuit, dum Schwendius fines admodum ampliauerit.

§. VIII.

47) THVANVS *lib. XXXIX. p.* 375.

48) THVANVS *lib. XXXIX. p.* 376. SCHARDIVS *ad a.* 1566. ISTHVANFIVS *lib. XXII. pag.* 465.

49) SCHARDIVS *ad a.* 1566.

50) THVANVS lib. XXXIX. p. 377. *iamque IV. Germanici peditatus legiones conuenerant, ducibus Romero Vallerſtainbio, Balderduno, Helfeſtanio & Poluillerio, equitum Teutonicorum XX cis fuiſſe memorant, IV. Hungarorum egregie armis inſtructorum. auxiliares item externi & complures in exercitu numerati ſunt. nam Sabaudus CCCC. equites ſclopetarios ſummiſit, Coſmus Florentinorum dux III. cis peditum ad Cæſarem miſſa ſuis ſumptibus alebat. Velelmus Gonzaga Mantuæ dux pecunia, reſp. item Genuenſis & Lucenſis eum adiuuerunt. Ferrariæ vero dux Alfonſus Ateſtinus vltra C. aureorum cis Cæſari commodata cum magno nobilium fortiſſimorum virorum numero bello intereſſe voluit, atque alii plerique ex diuerſis Europæ partibus reguli, proceres, ac nobiles ſola rei fama impulſi, ſumma alacritate in caſtra confluebant, claſſem quoque Cæſar in Danubio inſtruxerat, in qua erant XII. triremes, ac XXX. naues oncrariæ, quæ III. cis ſclopetariorum fere Italorum, quibus præerat Flaccius Germanus militiæ Melitenſis eques, & pleraſque præterea machinas portabant, ab omni ſagittarum iniuria tutæ.* Idem *p.* 378.

51) THVANVS *lib. XXXIX. pag.* 378. ISTHVANFIVS *lib. XXII. exeunte.* SCHARDIVS *ad a.* 1566. BELCARIVS *lib. XXX. p.* 1008.

52) THVANVS *lib. XXXIX. p.* 377. LONDORP *lib. VI. p.* 742.

53) THVANVS lib. XXXIX. p. 378. *Maximilianus pius princeps, qui vireis humanas citra diuini numinis gratiam debiteis ac fluxas ſciret, ante omnia inſtituerat, vt Viennæ & in caſtris ad tintinnabuli ſonitum omnes in genua procumbentes publicis precationibus pro communi ſalute cottidie defungerentur, itaque paſſim videre erat, in vrbe per vicos & extra per vias cunctos ad ſignum ſtatim genua flectere, ſi in equis eſſent, mox equo ad preces faciendas deſcendere.* Hoc enim in Receſſu Auguſtano §. *LXVIII.* fuerat decretum, & vocatur *die Türcken Glocke.*

54) THVANVS *lib. XXXIX. pag.* 379. ISTHVANFIVS *lib. XXIII. p.* 475.

55) CHYTRAEVS *p.* 561. BELCARIVS *lib. XXX. p.* 1010. THVANVS *lib. XXXIX. pag.* 380. LONDORP *lib. VI. p.* 744. Extant apud SCHARDIVM *Tomo IV. p.* 25. Hiſtoria Sigethi capti per Samuelem Budinam.

56) CHYTRAEVS *c. l.* THVANVS *pag.* 384. qui *p.* 385. addit: *ita Iula ac Sigethum duæ fortiſſimæ Pannoniarum munitiones eodem tempore fere in poteſtatem Turcorum venere. in quo rerum peritiores, Cæſaris & eius belli conſiliariorum prudentiam deſiderarunt, qui cum nihil aggredi, ſed caſtris continere ſe decreuiſſent, ex tam numeroſo exercitu maiora præſidia vbique arci non impoſuerint, quæ vtriusque loci expugnationes remorari potuiſſent.* Idem fere dicit ISTHVANFIVS *lib. XXIV. ineunte.*

57) THVANVS *lib. XXXIX. pag.* 387. ISTHVANFIVS *lib. XXIII. p.* 492.

58) THVANVS *lib. XLI. p.* 455. SCHARDIVS *ad a.* 1567. ISTHVANFIVS *lib. XXIV. p.* 498.

59) CHYTRAEVS *c. l.* THVANVS lib. XLI. p. 456. *itaque legati a Cæſare Antonius Verantius antiſtes Agrienſis, ante quinquennium eodem munere defunctus, & Chriſtophorus Tiffenbachius Iunio exeunte Vienna profecti Byzantium verſus iter ſuſceperunt, quo tandem XI. Kal. VIIbr. incolumes pernenerunt, moxque ſalutatis Purpuratis, & publico conuiuio more gentis accepti, tandem ad imperatorem introducti ſunt. diu tamen & in annum vsque ſequentem negotium extractum, Selimo interim Hadrianopolim profecto & ibi cum ſubſecutis Cæſaris oratoribus, donec res omnino confecta eſt, ſicuti poſtea dicemus.* ISTHVANFIVS *lib. XXIV. p.* 507. SCHARDIVS *ad a.* 1567. ANSELMVS STOECKELIVS *in Vita dicti Verantii, Monaci* 1579. 4. edita, hunc calamitoſum Vngariæ ſtatum deſcribit.

60) THVANVS lib. XLIV. p. 540. *in Germania Maio exeunte legati Cæſarei quos ad inducias anno quoque octauo renouandas Conſtantinopolim ſuperiore anno ablegatos diximus, vna cum Ebraimo oratore Turcico aliis de cauſſis ad Cæſarem miſſo, Viennam pridie Kalend. Iun. redierant. Earum, quibus & Veneti, & Ioannes Vaiuoda comprehendantur, cum aliæ leges & condiciones erant, tum vti quisque ſibi retineret quicquid vltimo bello cepiſſet, quod Maximiliani rebus plurimum profuit, quippe finibus Schwendii opera ſic ampliatis, vt ad XL. milliaria Germanica eis & trans Tibiſcum late dominaretur: quo quidem in terrarum ſpatio multæ arces, munitiones & inſignes, partim ex hoſte receptæ, par-*

§. VIII. Eodem tempore exortum est bellum Gothanum. Guilielmus Grumbachius enim, postquam ab Imperio essset proscriptus, 61) sollicitata ad defectionem Imperii nobilitate, Io. Fridericum & Io. Guilielmum Saxoniæ Duces obtestatur, vt ipsi accedant, se curaturum, vt dignitatem terrasque amissas recuperarent. Renuit Io. Guilielmus Vinariensis, Io. Fridericus vero vanis Grumbachii & Cancellarii sui Christiani Brückii artibus promissisque illectus, fore scilicet, vt rebus motis restituereturr ipse in paternas & auitas hæreditates vniuersas, Electore Saxoniæ Augusto, vel per ficarios subłato, vel si hoc non succederet, per concitatam, tota Germania suæ causæ prætextu, nobilitatem excusso, ipsum recepit. 62) Conciliantur Principi quicunque rei bellicæ periti, & a clientelis equitum ac peditum instructi habebantur. Conducuntur horum opera magnis stipendiis milites: infestantur & terræ Electoris Saxoniæ & viæ publicæ latrociniis, 63) subornantur in Augustum ficarii. 64) Propositum coniuratis erat, si euentus conatibus responderet, prout ex litteris interceptis & transfugis compertum fuit, sub initium veris VIIICIO equitum conscribere, & IIII legiones, quarum II in Westphalia ad Rhenum vsque, II in Vandalicis regionibus excubarent. Vestphalicis dato negotio, vt per episcoporum ditiones, Franconiam, ac deinceps Thuringiam late grassarentur, Mulhusium, Northusiam & Erfordiam grandi pecunia multarent: Vandalicis item vt idem facerent, & Saxonis VIIuiri totam ditionem vi ac rapinis depopularentur, mandatum: quo facto, Io. Fridericus ad Wittebergam Electior crearetur, & vbi exercitus duo coiissent, idem salutaretur, more inter Romanos olim recepto, ab vniuerso milite Imperator; Principes ceteri in ordinem cogerentur; qui recusarent, de medio tollerentur; equestris ordo Imperio Principum subtractus, in libertatem assereretur, & soli subiiceretur Imperatori: noua ad extremum Imperii forma institueretur. 65) Inita & cum externis principibus occulta fœdera, ac præcipue cum Erico, Sueciæ Rege, cuius turbidum ingenium ad turbandam Germaniæ quietem coniuratis visum est peropportunum, missæ & ad Galliæ Regem literæ, grauissimis aduersus Cæsarem & Imperii Ordines

partim Schwendii diligentia aut exstructæ aut inchoatæ. Idem & erarii noui iis in locis instituendi autor extitit, vnde non leue subsidium publicis rebus accessit, ac Germanis per loca munita distributis rem limitaneam maturauit prouidentia tam in Panonia quam in Stiriæ finibus constituit.

61) *Vide supra §. VI.*

62) HVB. LANGVETI Historia B. Gothani apud TENTZELIVM Hist. Gothanæ Supplem. Sect. sectione secunda p. 817. *sed quod intelligeret nobilitatem solam nec authoritate, nec viribus, nec opibus tantæ rei parem futuram, si potentiores Principes aduersarentur: nec protinus omnes ex hoc ordine hæc consilia probaturos, atque a suis principibus discessuros esse. Denique si quid a nonnullis non vniuersis moueretur, conatus seditionis speciem esse habituros. Idcirco re deliberata, dat operam, vt ad præsidium Nobilitatis adiungat patrocinium Principum, gratia, authoritate, affinitatibus potentum. Præfert autem cæteris Duces Saxoniæ fratres, Ioannem Fridericum secundum, & Ioannem Guilielmum, Ioannis Friderici Electoris olim filios, tanquam proximos vicinos, & suo iudicio huic telæ, quam instituebat, pertexendæ accommodatissimos. Eos enim ex collectis adeptisque per parentem studiis hominum, norat gratia valere apud promiscuam multitudinem augente fauorem commiseratione ex memoria cladis perpessæ in bello Germanico titulo defensæ religionis. Apud hos ita sese insinuat, vt alterum natu maximum Ioannem Fridericum de suæ causæ bonitate persuasum, & maximis spebus impletum, gloriosoque titulo Parentis, Patroni, Protectoris ac Vindicis nobilitatis Germaniæ infatuatum facile sibi deuinxerit: Alterum Ioannem Guilielmum, quanquam sæpe ac mirifice tentatum, circumuenire tamen atque in suas protrahere partes nequiuerit.* THVANVS *lib. XLI. p.* 449.

63) HISTORIA B. GOTHANI *p.* 820. THVANVS *c. l.*

64) THVANVS c. l. *ad hæc, odia inter eum & Augustum VIIuirum exacerbare, & vt scelleris magnitudine eum obligaret, in perniciem Augusti conurare & ficarios subornare.* HIST. B. GOTHANI p. 821. *priusquam ex Comitiis* (Wormatiensibus) *domum redit dux Electior Saxoniæ, comprehenditur non procul a Dresda ob furtum quidam natus prope Fribergam Missiæ, Ioannes Boem. Hic Dresdam adductus ex sese sponte, non interrogatus, enunciat, conductum se esse a Grumbachio, vt Electorem incautius ac fere sine satellitio vagantem in siluis, aut feras insectantem, globo traiiciat, & ad eam cædem se sclopeto instructum esse. Idem post tormentis examinatus repetit. Capitur & alius grassator insignis, Erphordiensium hostis, Philippus Plaff, qui inter alia confitetur, sibi quoque a Grumbachio si insidias, quæ parentur Electori, adiuuare velit, præmia proposita esse. Sed assentiri se noluisse. Nec dissimilia his testimonia alia deferuntur ad Electorem ab inclytis & nobilibus viris, Guntero Comite Schwartzeburgico & Christophoro Zebicio, ex ore Grumbachii excepta.* Idem fere dicit THVANVS *lib. XLI. pag.* 450. LVCKIVS *in Sylloge Numismatum p.* 226. exhibet nummum Augusti, repræsentantem nauim prope petram, mari agitatam turbido, in cuius velo expanso Christus Cruci affixus, & malo adstans Electior, gladiumque humeris inponens, quem hostes septem vndique equis adnatantes telis gladiisque petunt, cum hac epigraphe: TE GVBERNATORE. Hunc nummum occasione Gothanæ obsidionis cusum fuisse autumat LVCKIVS, quem secutus fuit TENTZELIVS in Schediasmate suo de nummis Saxonicis pacis, bellique tempore cusis, qui etiam coniectatur, sex equites nauem cingentes sex factionis illius auctores cum ipso Io. Friderico designare. Sequitur eum GLEICHIVS *in Historia Numismatum succincta §. XXXI.* & SCHLEGEL *de nummis Gothanis pag.* 47. Verum IVNCKERVS *in vita Lutheri p.* 268. potius auctor est, significare hoc Emblemate Electorem voluisse, ecclesiam turbidam petitampque ab aduersariis. Ipse quoque TENTZELIVS *in Saxonia Numismatica lin. Albertinæ Tomo I. p.* 117. tradit, tale Nummisma iam tempore Conuentus Numburgensis 1561. Augusti Electoris iussu fuisse cusum.

65) HIST. B. GOTHANI *p.* 826. THVANVS *lib. XLI. p.* 449. Additur in dicta HISTORIA p. 827. *comprobarunt hæc deinceps archiua a deditione in arce reperta, & indicis atque confessionibus Principis Ioannis Friderici, Grumbachii & eterorum patefacta consilia. In literis vero interceptis*

dines querimoniis plenæ, quibus auxilia petebantur. 66) Facta postremo spes a Grumbachio amicitiæ & opum Anglicarum, quas ipsi fœmina impostrix, quæ ipsi miro astu persuadere conabatur, se esse Annam, Angliæ Reginam, natam Ducissam Iuliacensem, ab Henrico VIII. repudiatam, figmentumque de morte eius propterea excogitatum, vt facilius carcere Londinensi liberaretur, vnde funibus elapsa nauique imposita autugerit, thesauro viginti quinque tonnarum auri ablato. 67) Addidit Grumbachius varias impostvras, & ne quid inexpertum relinqueret, magicam quoque superstitionem. 68) In plebem vero, concione ad populum habita sparserat, bellum religionis abolendæ causa, consspiratione inter Cæsarem, Augustum Electorem, & Germaniæ episcopos inita, susceptum esse. 69) Grassante dein coniuratorum audacia, non Cæsar solum, sed etiam Augustus Elector per litteras ac legatos orat patruelem, factionis seditiosæ ducem cum satellitio vniuerso a se dimittat. Eodem officio apud Io. Fridericum defuncti sunt Fridericus Palatinus Septemuir & Philippus Hassus. 70) Postquam autem in Comitiis Augustanis 1566. renouata fuisset proscriptionis sententia in Grumbachium, eiusdemque auxiliatores & receptatores, eademque tubis ac tympanis, more solenni per fecialem fuissent publicata, eius executio Augusto Electori demandatur. 71) Fuit & decretum, vt missa legatione iubeatur Io. Fridericus proscriptos in manus Cæsaris tradere, aut vinctos, vbi

hæc verba inerant: Imperatorem Maximilianum publicatione renouatæ proscriptionis violasse fidem ac religionem iurisiurandi, atque hoc periurio fœmetipsum exutum maiestate Imperatoria de fastigio Imperii deiecisse. Et paullo post: *in hanc conspirationem ita consensit Dux Ioannes Fridericus, vt de suo stipendia Ducibus decreuerit, & victoribus, si rem perficerent, præmia proposuerit, ex præda parta & occupatis terris, liberalissima. Constitutum fuit inter eos biennio ante de innouanda insignium Electoralium forma, deque typis peculiaribus monetæ imprimendis, cum arrogantis, minimeque decentis tituli, vbi ad arma deuentum esset, inscriptione. Comparata tam & instructa fuerunt præla ad excudenda publica fidei diplomata, quibus canerentur salutí eorum, quos seruatos cuperent.*

66) HIST. BELLI p. 827. *de colligendis belli neruis rationes initæ: petita mutuo a quibusdam Germaniæ principibus ingens pecuniæ vis: fœlix cum Rege Suecie non solum expetitum & tentatum est, sed & missis hinc inde legatis, inirum contractumque fœdus est, ni interceptus quidam in mari consilia omnia aperuisset. Quas minas, quæ opprobria in cognatos principes, & machinationes quam hostiles aduersus eosdem, mandata illa continuerint, id instructionum, vt vocant, formula postea reperta testari feruntur. Nulla ibi Imperatoris, nulla cognati sanguinis, iuratorumque pactorum ratio habita est. Est inter alios libellus repertus etiam, qui continet belli denunciationem directam ad Imperii Ordines, multo ante compositam, & manu propria Ducis Ioannis Friderici plerisque in locis correctam & auctam. Ita vt nihil illis ad classicum canendum euertendamque patriam defuerit, quam loculi auro referti, & prætextus aliquis specioſus. Eum fese accepturos arbitrati sunt, si Electori Saxoniæ, quem variis calumniis apud Nobilitatem sibi addictam deformarant ac prægrauarant, decreto Imperii aut Cæsaris iussu, executionis faciendæ causa, arma sumeret.* MERC. G. B. *Tom. I. lib. III. p.* 400.

67) THVANVS lib. XLI. p. 451. auctor est, ipsi spem fuisse factam de amicitia, opibus & matrimonio Elisabethæ, Anglorum Reginæ, dum ita scribit: *Facta postremo spes ab Grumbachio amicitiæ & opum Angliearum a Elisabetha: & quanquam Ioannes Fridericus Agnetem Hessi filiam & Mauritii, qui patrem ipsius spoliauerat, viduam in matrimonio haberet, tamen persuasum ei tam facile vxorem repudiari posse, vt Elisabetham ipsam duceret; quam stolidæ sanæ soceri de euentu funesto totius vaticinantis monita repudiauerat, in eam rem conficta a coniuratis quasi ab Elisabetha litere notis arcanis exaratæ, quibus illa mirifico eum sola virtutis & paternæ & suæ famæ cognitum amore deperire contestabatur, & familiare cum ipso colloquium expetere, quibus rebus vt maior fides astrueretur, impudens iuxta & audax commentum Grumbachium molitum affirmant; suppositam nimirum anno superiore feminam e prostibulo ad id ante insructam, qua obsoleto habitu, vt lateret, Erfordiam venit; eodem mox Io. Fridericum vanis promissis a suis infatuatum venisse, & cum ea, quam Elisabetham rebatur, quæ relicto regno ad eum impotenti amore perculsa simulato morbo summa celeritate aduolasset, sic enim illa aiebat, vt conspectu eius & colloquio tandiu expetito frueretur, diu collocutum, ab eaque post amplexus artissimos certa auxiliorum & nuptiarum fiducia discessisse.* Verum inter epistolas GOLDASTINAS ep. CCXXXVII. dicitur, *quæ de fictitia vel subornata Elisabetha Regina Angliæ scribuntur a Thuano omnibus fanis fabulæ.* Recius fraudem detexit TENTZELIVS *Supplem. Hist. Gothanæ p.* 792.

68) HIST. B. GOTHANI p. 828. *sed hoc maxime triste & deplorandum est, quod ad artes minime conuenientes homini Christiano confugere veriti non sint. Per puerum enim ruſtici filium, vel magicis præceptis imbutum, vel ab incantatoribus fascinatum, vel a Grumbachio ad eas impostvras assuefactum: per hunc ergo Princeps in conclaue suum, & arcanissimam consuetudinem receptum, responsa ex angelis ſeſitiari, & de futuris quid euenturum esse, explorare ost solitus. Nunc de successibus victoriisque ipsius Ducis: nunc de Cæsaris & Electoris Saxonia interitu: nec non thesauris effodiendis, aliisque id genus similibus euentibus. Itz cum a diuini verbi præconibus vehementius contradiceretur, gravia illis supplicia, ni tacerent, indicta sunt. Et susceptit magi patrocinium ipse Princeps tanto studio tantoque feruore, vt Theologos hanc consulendi diabolum consuetudinem acriter reprehendentes, mordacibus & contumelioſis scriptis, quæ extant, repellceret, nec vlla pia, vel laque & salutaria monita admitteret.* Vocabatur ille *Hensel Tausendschwn, oder der Engelsseher, sonſten mit Nahmen Hans Müller, der Jüngere, zu Sundhausen.* MVLLER *Ann. Sax. ad a.* 1567.

69) HIST. B. GOTH. *pag.* 829. THVANVS *cit. loc.*

70) HISTORIA B. GOTHANI *p.* 820. 821. THVANVS *c. l. LEPTA lib. II. p.* 232.

71) HIST. B. GOTH. p. 822. *duci Electori vero Saxoniæ Augusto demandatur ab Imperatore ac ceteris ordinibus decreta in proscriptos & Receptores, vi parcant, executio, & imperantur auxilia quatuor Germaniæ prouinciis, Turingiæ vicinioribus. Vtrique Saxoniæ, superiori & inferiori, Franciæ Orientali & Westphaliæ,* Cæsaris etiam litteras desuper scriptas in compendio exhibet SCHARDIVS *ad a.* 1566.

72) HIST-

vbi ille velit, ſiſtere, ni pareat, debita receptatoribus pœna afficiatur. 72) Et licet Palatinus Elector, Haſſus & Cliuenſis Dux ſe medios interponerent, & nulli operæ, nullis ſumptibus parcerent, vt Io. Fridericum ad officium reducerent; iſte tamen omnes conditiones recuſabat, ſe, ob graue bellum Pannonicum ſecurum eſſe ratus. 73) Auguſtus igitur elector, poſtquam Io. Fridericum per litteras denuo monuiſſet, ſed ab ipſo acerbe fuiſſet notatus, 74) accepto a Cæſare mandato, collectoque milite, pridie Natalis Domini 1566. copias ſuas præter ſpem, ad Gotham vrbem mittit. Denuntiatio ſtatim per ſeciales fuit facta, qua fubditi Io. Friderici a fide, quam ei tanquam legitimo domino debebant, ob læſæ Maieſtatis Cæſareæ crimen, ſoluebantur, & deſerto illo, in Io. Guilielmi fratris verba iurare iubebantur. 75) Obſeſſa Gotha, neque tamen, quod adhuc pauciores numero copiæ aduenirent, vndique cincta, commeatus & auxiliares, ingreſſu haut omnino intercludi poterant. Itaque ex vicinis locis aliquot milites, ſed fere imbelles in oppidum compulſi, & ex pagorum circumpoſitorum præda in aliquot dies annona comportata. Mox aduentante toto exercitu, cum aliquot dies ſine vllo operæ pretio elapſi eſſent, decima quarta ab obſidione die, Auguſtus VIIuir in caſtra venit, & omnem vndique vrbem foſſis, aggeribus & caſtellis circumdat, vallo tam prope ad vrbem perducto, vt oppugnatoribus obſeſſisque colloquendi facultas eſſet. 76) Mittebantur equidem ex vrbe eum litteris & aureis quater mille, qui nobiles ad ſubueniendum ſollicitarent, copiasque conducerent, iſtæ tamen interceptæ fuerunt, conſilia coniuratorum detecta. 77) Cives igitur omni ſpe auxilii deſtituti, conſilia inuicem capiunt, atque ex equeſtri Ordine, aulicis, Senatu ac plebe conueniunt, concordibusque votis conſilium capiunt, & Principem litteris ſupplicibus monent, ne ſe ipſum atque ſuos, proſcriptorum cauſſa obſtinate perditum eat, quin potius mature ſe tam periculoſo bello expediat. Sed nullum ad illas præter minas, reſponſum eſt datum. 78) Dumque clam oppidani, ruſtici & præſidiarii conſultant, caſus incidit, qui occulta ac remiſſa eorum conſilia ex indignatione in apertam ſeditionem adduxit. Ciues igitur in vrbe tumultuantes, cunctos ad arma contra proſcriptos capienda hortantur, eoque veluti ſigno excitati præſidiarii, cum intus ab Hieronymo Brandenſteinio, militum tribuno vrgerentur, vt nouo ſe iuramento obligarent, ob idque in aream arcis eductí, id facere detrectarent, nequicquam Brandenſteinio & ipſo Io. Friderico minas ad obteſtationes addente, ſtatim exaudito oppidanorum clamore, portas occupant, & concurſu ciuium ad arcem facto, ſe cum iis coniungunt, comprehenſo ante alios Brandenſteinio; quo facto, cæteri proſcripti e latebris ſunt producti. 79) Ii erant præter Brandenſteinium, ipſe Grumbachius, factio-

72) HIST. B. GOTH. *p.* 822. THVANVS p. 450. Extat ſpeciatim cum litteris quibusdam adiectis *Copey der Antwort, ſo Hertzog Johans Fridrich zu Sachſen der Mittler &c. des Reichs abgeſandten Botſchafften, auf ir Anbringen und Werbung, Wilhelmen von Grumbachs, Ernſt von Mandelslo, und Wilhelm von Steins halben gegeben* 1566. 4. Hanc etiam prolixam reſponſionem exhibet SCHARDIVS *ad a.* 1566.

73) THVANVS *lib. XLI. p.* 450.

74) HIST. B. GOTH. p. 822. *Electorem vero Saxoniæ non obſcure amplius aut ambigue, ſed ex propoſito, diſerte ac acerbe notet, & falſo atque iniquæ traducat. Intexuntur ſcripto Grumbachianæ epiſtolæ, obiectum de conductis & emiſſis ſicariis crimen diluentes, excuſationæ prorſus inter ſe diſcrepantes. Quod enim initio inficiatur impudenter, & deinde a ſe in alios, id ad extremum ita confitetur, priora prodens: vt niſi Elector deſinat oppugnare ipſum, non defuturos minitetur, qui eum quoquo modo tollant:* Prodiuntur enim *Copeien derer Schrifften, ſo zwiſchen dem Churfurſten und Hertzog Johans Fridrichen dem Mittlern, zu Sachſen &c. Graf Günthers von Schwartzburg, und Wilhelmen von Grumbachs, auch volgends zweier zu Dresden gerechtfertigten Vrtheter, und derer von inen erzwungnen vermeinten Vrgichten halben ergangen anno* 1566. 4.

75) HIST. B. GOTH. *p.* 824. 825. THVANVS *c. l.* Extant de eo varia ſcripta: *Abdruck der Rom. Keyſerl. Maieſtat Mandat und Befehl an den Churfurſten zu Sachſen, der Achts-Execution halben. Auch des Churfurſten zu Sachſen &c. verordneten Ober-Sachſiſchen Creyſes Obriſten Verwarungs-Schrifft anno* 1566. *& varia alia*, vel diffidationem, vel deditionem vrbis & arcis concernentia. In GOLDASTI *Reichs-Satzungen p. II. p.* 294. repetitur Maximiliani II. proſcriptio per fecialem XIII. Decembris 1566. publicata. SCHARDIVS *ad a.* 1566. 1567. LEPTA *lib. IV. p.* 234.

76) HIST. B. GOTHANI *pag.* 825. THVANVS *c. l.*

77) HIST. B. GOTH. p. 826. *dum hæc operæ ad vrbem parantur, a noctturnis excubiis deiiciuntur internuncii ex arce emiſſi cum literis & auro ſignato ad Erneſtum Mandelsloium. Aureorum erant quater mille ponderе, Rhenanis leuiores, auro pares, notati inſignibus Electoralibus decuſſatim ſecantium ſe binorum gladiorum, & inſcriptione vendicante dignitatem Electoralem Ioanni Friderico a natalibus. Literæ characteribus exaratæ erant inuſitatis. Hi agniti, & arcanas obſeſſorum machinationes, & magiſtros equitum, militumque tribunos, ſocios atque complices coniurationis omnes patefacimnt, quorum multi ſui purgandi cauſa ad Electorem Saxoniæ & legatos Imperatoris literas ſcribunt. Nonnulli in caſtra deinceps veniunt, aliqui male ſibi conſcii fuga ſalutem quærunt.* Inter Schedas meas poſſideo literas Guilielmi Grumbachii ad Erneſtum de Mandelsloh ex arce Grimmenſtein XXXI. Ianuarii 1567, quas vna cum dictis quater mille aureis ad ipſum miſerat, quibus ita exprimuntur *viertauſendt Klippen in Goltt-Gülden wierdt geſchlagen, iedoch ſind ſie in Goltz etwas beſſer.* Inde ipſum monet, vt cum copiis adductis quantocyus accedat, hoc addito: *wann es ſollen alsdann die Reichen Leutte nicht mit Laſſeln, ſondern mit Schefſeln ausgetheilet werden.* De nummis iſtis SCHLEGEL *de nummis Gothanis p.* 44. 45.

78) HIST. B. GOTH. *pag.* 829. THVANVS *pag.* 452.

79) HIST. B. GOTH. p. 830. *auget ciuium & ruſticorum in vrbem coactorum indignationem caſus; qui præceſſit pridie Paſchatos. Præcipuus enim Capita-*

factionis princeps, Guilielmus Steinius, socius & omnium consiliorum particeps, Christianus Brükius principis Cancellarius, & Io. Beierus, qui sub Augusto VIIuario præfecturæ monetariæ quæstor, cum soluendo non esset, deserto domino transfugerat & coniuratis operam suam addixerat. 80) Hi exemplo in vrbem rapti in Curiam deducuntur, vbi diuersis locis sub custodia habiti sunt. His actis, re inter eos consultata, placuit, vt vna communi epistola, quid in vrbe actum esset, a nobilibus, aulicis, centurionibus, Senatu, Augusto Electori, Io. Guilielmo & Cæsaris legatis significaretur, & de consensu Io. Friderici petitum, vt dies condiceretur, qua per delegatos de pace ageretur, paratis cunctis proscriptos dedere, & vrbem ipsam, si id æquis conditionibus liceret. Huic epistolæ Io. Fridericus seorsum suas adiungit litteras, Cæsaris legatis inscriptas, quibus petebat, vt Palatinus Elector, Guilielmus Cliuensis Dux, & ipse Philippus Hassus socer, qui paullo ante e viuis excesserat, accerserentur, & in commune de pacis conditionibus deliberaretur. Aberat tunc Augustus, Cassellas cum Io. Guilielmo profectus, vt sunus Hassi præsentia sua cohonestarent: vt in castra rediit, Gothani, quod petebant, impetrant; ad litteras Io. Friderici nihil fuit responsum. Dicta congressui dies, proponuntur conditiones, in quibus cum se comprehendi passus esset Io. Fridericus, consilii inops, tandem conuenitur, vt ipse se, vrbem & arcem cum apparatu omni bellico, commeatu ac fisco dedat Cæsari sine vlla conditione, vt proscripti, & Saxoniæ Electoris subditi, qui non renunciata domino suo obligatione, contra ipsum militarant, in Electoris manus tradantur; armati intra quatuor horarum spatium vrbe & arce excedant sine tympanis, & complicata signa prius tradant Oppidani vitam, fortunas & immunitates integras retineant, portis patefactis, præsidium intra vrbem & arcem accipiant, claues Electori exhibeantur, captiui sine pretio dimittantur; Gothani ciues per VIII. delectos, supplices Cæsari fiant, aut eius loco Electori Saxoni, milites ac ciues fidem obstringant, se nunquam contra Cæsarem, Imperium & Saxoniæ Electorem arma esse laturos; in Io. Guilielmi verba iurent, excluso ab omni successionis iure Io. Friderico fratre, & natis ex illo filiis, & si contingat, Io. Guilielmum sine masscula prole decedere, ad Electorem Saxonem eiusque filios hæreditas deuoluatur, quibus deficientibus, Landgrauii Hassiæ succedant. 81) Pactis vtrinque obsignatis, Electo XIII. Aprilis Dominica Misericordias Domini 82) 1567. vrbem ingreditur. Io. Fridericus vero se in manus legatorum Cæsareanorum tradit, ne in Austriam duceretur, sed apud Augustum Electorem relinqueretur, petens. Nihilominus triduo post Viennam ducitur, facta vxori eius abeundi & supellectilem pretiosam secum asportandi copia. 83) Mox de proscriptis & captiuis quæstio habetur, & Grumbachius inprimis tormentis subiicitur, ex cuius & sociorum confessionibus, cum de criminibus constaret, XIV. Kl. Maii de iis supplicium sumitur. Grumbachius & Brukius sectis in quatuor partes: cum Steinio, quod cum tanquam a se seductum excusassetur Grumbachius, mitius actum: nam capite primum trun-

pitaneus ciuium, idemque ciuis, fortitudinem & rei militaris vsum omnibus carus, Ioannes Hoffman, non ex vrbe, sed arce (contra militum inter se pacta, quæ erant, vt arcem præsidia istuc collocata, vrbem vero ciues defenderent) ad oppugnandum hostium castellum proximum, erumpere cogitur. Vbi pugnans fortiter, cum aliquot gregariis militibus interficitur. Quod ergo seruari potuisset; si auxilia, vti conuenerat inter eos, submissa fuissent, incipit in vrbe de tribuni militum Brandensteinii perfidia, populusque grauiter queri, quod non tantum honestum fortemque ciuem præsenti periculo obiecisset, sed & viriliter dimicantem turpiter desreuisset. Exoritur ergo fremitus & indignatio in vrbe, cuius cum præsidiarius miles e claustris in aream arcis quarta die Aprilis eductus, ad Sacramentum militiæ de nouo præstandum, non ignarus esset, iurare recusat: vel quod desperaret de defensione arcis, vel quod amplius militare nollet caussam improbans, & quod pertæsus esset latebrarum, squaloris & egestatis, quam pertulerat. Stipendia enim nulla, nisi vnius mensis & vicenum tenuem ac sordidum per id tempus acceperat. Vrgente præfecto Hieronymo Brandensteinio, & nil proficiente, nec obtestationibus, nec minis, accurrit princeps ipse. Sed & eo nihilo plus concitato militi persuadente, exauditur clamor in vrbe: fit mox concursus ad arcem: portæ vi recluduntur: coniungit se miles cum oppidano præsidio. Comprehenditur tribunus militum Brandensteinius: proscripti deponuntur: qui cum metu sese abdidissent, inquiruntur per artem reperti concludibus: inuenti capiuntur, vincti abripiuntur in vrbem, atque in curiam deducuntur, vbi diuersis in locis custodiuntur. THVANVS *p. 452.* SCHARDIVS *ad a. 1567.*

80) HIST. B. GOTH. p. 831. ibi additur: *Zebicius vero cum nonnullis aliis ea vespera elapsis, postridie summo mane per portam arcis emittitur, vbi deceptis excubiis fossam, quæ angustissima erat, concitato equo transiliens cuadit. Is est autem Zebicius, qui suo se felopeto Zobelium Antistitem Vuurceburgensem traiecisse profiteri fuit ausus cum Pichtio Lunebvrgico.* Eadem dicit THVANVS *p. 452.* ⁊

81) HIST. B. GOTH. *pag.* 832. THVANVS *pag.* 853.

82) HIST. B. GOTH. p. 833. *Factum id est die decima quarta Aprilis, hora circiter sexta vespertina. Incidit illa dies in Dominicam Misericordias Domini, hoc ex Ecclesiastico Calendario nomine notam. Qua ante annos viginti a Carolo V. Imperatore pater Ioannes Fridericus senior acie victus & captus est, pene eadem hora. Disterepantibus tamen diebus mensis politici, cum ante viginti annos eadem Dominica in vicesimam quartam Aprilis incidisset. Sed decima tertia Aprilis, quæ antistiti Wurceburgensi Zobelo fraude Grumbachii peremto, vitam: eadem admirando iustitiæ ac vindictæ diuinæ testimonio ipsi Grumbachio cune primum redacto in hostium potestatem, annos octo post, spem vitæ eripuit.* THRASYBVLVS LEPTA lib. IV. p. 244. *Capta autem est Gotha sue dedita potius, 24. Aprilis, Anno vt supra 67. Dominica (vulgo) Misericordias Domini, &c. eodem die, quo Receptatoris pater Iohannes Fridericus Elector, &c. fatali ipso articulo vicesimi anni, eiusdemque diei ad Mullbergam a Carolo V. Cæsare in acie captus fuerat, quod sane in miraculum eius rei gestæ scientes conuerterunt.* Sequitur THVANVS *p. 453.*

83) HIST. B. GOTH. *pag. 833.* THVANVS *pag. 453.*

84) HIST.

truncatus est & postea quadrifariam sectus. Eadem pœna Hieronymus Brandensteinius arcis præfectus affectus est, qui in diripienda Herbipoli se ferociter gesserat, Gothanos etiam nimium adfixerat. Laqueo gula fracta est Io. Beiero, capite plexus est Dauid Baumgartnerus, Sueuiæ Baro, Augusta oriundus, qui ob æs alienum profugus, Grumbachianæ factioni se addixerat, & prauis de nobilitate in libertatem asserenda, consiliis, quæ & ipsius nomine publicata sunt, participauerat. Puer Magus laqueo suspensus fuit. 84) Tum diuisæ machinæ bellicæ, quæ CLX numero inibi compertæ sunt, IX insigniores sibi Imperii prærogatiua sumpsit Augustus: cæteras cum Io. Guilielmo ex æquo partitus est: VIII grandioribus sepositis, quæ dono Cæsari missæ sunt. 85) Postea ex decreto Comitiorum Ratisbonensium Gothanæ arcis, tanquam seditiosorum ac perduellium receptaculi demolitio imperatur. 86) Cusi in victoriæ tantæ memoriam argentei nummi cum hac inscriptione: TANDEM BONA CAVSSA TRIVMPHAT. 87) Inter hæc, ductus Viennam Io. Fridericus, & ignominiosa pompa per vrbem X. Kl. Quintilis traductus, effusa, quamuis copiosissimo imbre superueniente, ad nouum spectaculum plebe. Præcedebant L. Equites Norici, quos totidem Saxones sequebantur, deinde VIII. qui signa in terram versa deferebant; quingenti circiter pedites, currum apertum, in quo ipse vehebatur, stramineum pileum in capite gestans, comitabantur. Ita variis anfractibus per celebriores vrbis plateas, vt plebis oculos pasceret, circumuectus est, inde Neapolim translatus in custodiam Larmatorum, & domestico comitatu admodum exiguo, additum tamen postea indulgentia Cæsaris nouum famulitium. Intercedebant pro eo missis oratoribus, Moguntinus, Treuirensis, Brandeburgicus Septemuiri, & vniuersa Boiorum & Palatinorum familia, Würtenbergensis Dux, Guilielmus Landgrauius, Cliuensis Dux, Badensis Marchio, & Comes Hennebergicus, nihil tamen obtinuerunt, quam vt captiuus laxiori custodia teneretur, 88) in qua postquam per annos XXVIII. continuos vixisset, ipsiusque libertas varie fuisset tentata, 89) demum a. 1595. fuit extinctus. 90)

§. IX. Durante hac obsidione, d. III. Ianuarii a. 1567. omnes Io. Friderici Ducis subditi Salfeldiam euocantur, ibidemque auctoritate Imperiali per Fecialem absoluti, Ioanni Guilielmo fratri fidem præstare iubentur. 91) Ibidem Augusto Electori d. VII. Ianuarii in iumtum satisfactionem quatuor præfecturæ, Weyda, Arnshaug, Ziegenrück & Sachsenburg hypothecæ loco in fecuritatem constituuntur. 92) Dum autem ista nondum sufficerent, Comitia vniuersalia Circulorum Erfurti Septembri mense 1567. fuerunt cele-

84) HIST. B. GOTH. *pag. 833.* THVANVS *p. 453.* Qua ratione etiam Iustus Ionas Iunior, ob caussam Grumbachianam Hafniæ capite fuerit plexus, docet MVLLERVS *Ann. Saxon. ad a. 1567.*

85) HIST. B. GOTH. *p. 834.* THVANVS *c. l.* licet alii maiorem tormentorum numerum adducant.

86) HIST. B. GOTH. THVANVS *c. l.*

87) Nummus iste ab vno latere repræsentat Gladios Electorales decussatim positos, cum inscriptione TANDEM BONA CAVSA TRIVMPHAT MDLXVII: a parte auersa MDLXVII. GOTHA. CAPTA. SVPPLICIO DE PROSCRIPTIS IMP. HOSTIB. OBSESS. SVMPTO COETERISQ. FVGATIS AVGVSTVS. D. SAXO. ELECTOR ETC. *Fieri fecit.* Vid. LVCKII *Sylloge Numism. p. 224.* SCHLEGEL *p. 46.* De eodem nummo agit LEPTA *p. 244.* Plures sunt, qui historiam fatalis istius belli scripserunt. Inter hos primo loco nominanda est *Historica descriptio susceptæ a Cæsarea Maiestate Executionis contra S. Rom. Imperii rebelles, eorumque Receptatorem: & captæ vrbis Gothæ soloque æquati castri Grimmenstein Anno Domini MDLXVII.* quæ Anno MDLXVIII. mense Augusto prodiit, quam etiam SCHARDIVS *Tomo IV.* inseruit *p. 34.* & quæ in vernaculum sermonem fuit translata. Autorem detexit P. BIZARVS *in Historia Senatus Populique Genuensis ad a. 1567. p. 577.* vbi, dum belli Gothani historiam breuiter exponit, sequentia immiscet: *huius autem belli caussæ & occasiones, adeoque vniuersa Historia de capta vrbe Gotha & castro Grimmenstein Illibus Aprilis funditus exciso, a generoso & clarissimo viro D. Huberto Languetto, qui ob singularem eruditionem ac cæteras eximias virtutes ab omnibus commendatur atque suspicitur, latine descripta est, ac etiam typis excusa.* Plenius de hoc libello TENTZEL *p. 809.* SCHARDIVS *ad an. 1566. 1567.* LONDORP *lib. VII. p. 786.* CRVSIVS *Ann. Sueu. p. III. lib. XII. pag. 729.* NATALIS COMES *lib. XVIII. p. 383.* CHYTRAEVS *lib. XXI. p. 568.* BALTH. MENCIVS *in Historica Narratione de VII. Elect. Saxoniæ p. 87.* SPANGENBERG *Chronic. Saxon. cap. CCCCII.* & plures alii, quos longo numero citat SAGITTARIVS *Histor. Gothanæ pag. 34. 35.* Inter Msta mea, præter varias litteras, quas Originales vocant, ipsi Io. Friderici manu subscriptas, aliasque Grumbachii, Alberti de Rosenberg, aliorumque, tres speciales reperiuntur descriptiones huius belli, quarum vna prolixior est, variasque insertas habet epistolas.

88) THVANVS *lib. XLI. p. 454.*

89) Testatur de eo CHYTRAEVS lib. XXVII. p. 761. *pro captiuo Saxoniæ principe Ioanne Friderico, plerique Imperii principes cum Damia rege, apud Imp. per legatos mense Martio Pragæ intercesserant, vt ex diuturna obiectorum annorum custodia tandem liber dimitteretur. Ipse autem verbotenus assensit Imperator: tamen formam cautionis, a captiuo Principe præstandæ, talem præscripsit, vt ille ad suum vitæ in custodia durare, quam tali modo liberari maluerit.*

90) MVLLERI *Ann. Saxonici ad an. 1595.* KHEVENHILLER *Ann. Ferdin. Tom. IV. p. 1378.*

91) SCHARDIVS ad a. 1567. *Circiter hoc idem tempus subditi Iohannis Friderici, tam Nobiles quam plebeii literis euocati Saluedicæ conueniunt, & ibi a iuramento & fidelitate, qua Ioanni Friderico obligati fuissent, autoritate Imperiali per Heroldum, vt vocant, absoluti, Iohanni Guilielmo fratri, Iohanni Friderico relicto omnem fidelitatem præstare iubentur.* MVLLERVS *Ann. Saxon. ad a. 1567.*

92) SCHARDIVS c. l. *cum itaque trium præfecturarum cum pagis atque oppidis ad eas pertinentibus oppignoratione Augusto Electori cauisset.* Sed rectius MVLLERVS quatuor istas præfecturas ex ipsis Actis numerat.

celebrata, 93) iisdemque quod de sumtibus cum Io. Guilielmo sit transigendum, decretum, & qua ratione reliqui, qui ex Grumbachii adfeclis refugerant, Ernestus Mandelslous, Iodocus Zebicius, Dietericus Pichtius, Michael Faistlinus inuestigarentur, & meritæ pœnæ subiicerentur. 94) Dum etiam in Comitiis Ratisbonensibus non solum demolitio arcis Grimmenstein fuisset decreta, sed etiam conuenerat, 95) vt trium annorum pecunia ad vnum contraheretur: ea lege, vt illa in Cæsaris manus non perueniret, nisi bellum cum Turcis gereretur, eadem de re & actum Erfurti, conuentus & Pragæ & Posonii habiti, & imperata grauia vectigalia ad militem alendum. 96) Austriaci vero Ordines dum æris alieni, quo premebatur Maximilianus, leuationem ab iisdem peteret, liberum Augustanæ Confessionis exercitium denuo petunt, & quod antea fuerat denegatum, 97) tunc demum obtinent, vt Maximilianus Imperator, duobus Austriæ Ordinibus, Dynastis seu Comitibus, Baronibus & cæteris nobilibus, in ecclesiis, in quibus ius Patronatus habebant, liberum doctrinæ ac Rituum Confessionis Augustanæ exercitium concederet: hac tamen conditione, vt seni vtrinque a Cæsare & Ordinibus delecti, & in his duo ex Saxonicis ecclesiis euocati, de singulis doctrinæ articulis & Ritibus inter se conferrent. Ex Saxoniæ ecclesiis Ioachimus Camerarius Lipsia, & Dauid Chytræus Rostochio litteris Imperatoris in Austriam sunt exciti. Cum autem duo isti Ordines in domo Prouincialium Viennæ deinceps aliquot annis, vsque ad Maximiliani obitum, concionatores & ministerium ecclesiæ publicum fouerent: maxima pars ciuium etiam, desertis suis templis & pastoribus Pontificiis, eo confluebant, & ab Augustanæ confessionis ministris cœnam Domini sumebant, atque infantes suos baptizari, sponsos & sponsas copulari & funera deduci curabant. Mortuo itaque Maximiliano, illud a Rudolpho obtinuerunt pastores Pontificii, vt exercitium illud Religionis in vrbe Vienna publicum aboleretur, relicta nihilominus Dynastis & Nobilibus Religionis exercitio in suorum prædiorum ecclesiis & arcibus. 98)

§. X. Anno 1568. Iacobus Elfius, Archiepiscopus Treuirensis, Augustam Treuirorum, quæ ipsi obsequium denegabat, obsidet. Et licet oppidani ab Imperiali Camera mandatum contra Ducem prædictum impetrassent, vt quamprimum ab ista obsidione desisteret, nihilominus tamen ista a IV. Idibus Iunii ad V. vsque diem Sextilis fuit continuata. Tandem vero Cæsaris, atque Electorum Circuli Rhenani interuentu, in has conditiones fuit transactum: vt Præsul, cautione data, nihil molestiæ aut damni oppidanis inde crearum iri, cum armatis, qui Legato Cæsaris fidem obstringerent, in vrbem admitteretur, & ciues ita se erga eum gererent, vt ei diutius apud ipsos immorari necesse non esset. De iuribus inter partes controuersis lis ordine & secundum iuris receptam in Imperio formulam terminaretur. 99)

§. XI. Renouata ista ætate fuit controuersia inter Ferrariensem & Florentinum de dignitatis prærogatiua: 100) cuius cognitionem cum ad se pertrahere vellet Pontifex, Ferrariensis e contrario tergiuersabatur, & quamuis citatus, nunquam adduci potuit, vt procuratorem Romam mitteret, sed vt a Cæsare & in aula Cæsarea lis terminaretur, omni ratio-

93) SCHARDIVS ad a. 1567. *mense Augusto, Legati Imperatoris, Electorum, ac Circulorum Imperii Erphordiæ vigore decreti Ratisponensis conuenient, atque de impensis executionis Gothanæ, Electori Saxoniæ Augusto, aliisque tribus Circulis rescindendis consultant, quod in Comitiis Ratisponensibus certa ac liquida eorum ratio haberi non potuisset, ea diligenter ad calculum reuocata, & resectis superfluis, summa eorum constituitur 953634. florenis cum aliquot grossis atque nummis. Impensarum vero in demolitionem arcis factarum computatio 55559. cum aliquot grossis & nummis itidem. Quorum solutio pro rata contributionis Statibus Imperii imponitur.* GVDENVS Hist. Erfurt. lib. III. pag. 235. *Augustus 747635. florenos erogauerat, ab Imperio, cuius nomine bellum susceperit, restituendos, qua de re, nec non aliis Imperii necessitatibus, vt consuleretur, Erfordiam Comitia indicuntur.* Quod autem GVDENVS atque SCHARDIVS circa impensarum summam varient, hæc est ratio, quod iste solius Electoris impensas, hic vero Circulorum etiam computet.

94) Extat Recessus in Corpore *p. 768.*

95) SCHARDIVS ad a. 1567. *Maii die 12. Comitia Ratisponensia, de quibus diximus, soluuntur, hoc decreto, vt contributionum Imperatoris in Comitiis Augustanis, loco perpetui subsidii, promissarum triennalis solutio in biennalem inxta suæ Cæs. Maiest. petitionem conuertatur. Cumque de arcis & ciuitatis Gothanæ destitione nuncium 19. Aprilis allatum fuisset, eius tanquam seditiosorum receptaculi demolitio, Cæsare eam vrgente, a Statibus comprobatur. Expensarum vero in obsidione ab Imperio factarum ratione, nouus Conuentus Erphurdiæ ad primum Augusti celebrandus indicitur, Legatis nihil de bis in mandatis quid agerent, habentibus.* Extat Recessus Ratisponensis in Corpore *p. 753.*

96) THVANVS *lib. XLI. p. 454.*

97) THVANVS lib. XXXIX. p. 388. *secundum hæc indicti conuentus Austriæ Ordinum, quorum initium Viennæ IV. Kal. Xbr. (1566.) factum est. Cum illi omnia vltro Cæsari deferrent, vicissim ab eo petebant, vt confessione Augustana iam diu a se expetita sibi in posterum vti liceret: quod postulatum cum Cæsar diu eluisset, postremo instantibus Ordinibus ab eo responsum est, vt quoniam aliam ab ea, quam ipse profiteretur, fidei rationem profiteri vellent, statim venditis bonis ex prouincia discederent.*

98) CHYTRAEVS *lib. XXII. pag. 579.* POLHAYM in Oratione *p. 635.* THVANVS *lib. LXII. p. 134.* LONDORP *lib. VIII. pag. 948.* THVANVS *lib. XLIV. p. 540.* SCHARDIVS *de gestis sub Maximiliano II. p. 97.*

99) LONDORP *lib. VIII. p. 950.* BROWERVS *Ann. Treuir. lib. XXII. p. 402.* qui etiam Electoris Iura defendit, cum ex aduersa Ciuitatis iura defendat GVILIELMVS KYRIANDER. THVANVS *lib. XLIII. p. 525.* SCHARDIVS *ad an. 1568. p. 89. & 98.* SCHADE *lib. IV. p. 116. 125.*

100) Vtriusque partis fundamenta declarat CRVSIVS *de Iure Procedrias c. XI.*

1) THVA-

ratione contendebat. Id cum honeſte Cosmus recuſare non poſſet, quo tamen id cum bona Pontificis gratia fieret, impetrauit, vt Pontifex de Maximiliano non vt Cæſare, ſed tanquam arbitro aſſentiretur, ea tamen lege, vt intra certum tempus de cauſſa cognoſceret, & iuris ratione eam diiudicaret. Verum, Maximilianus, qui & auctoritatem ſuam retinere, & inter Ferrarienſem & Florentinum ſororios iudex ſedens, neutri moleſtiam faceſſere vellet, acceptis Pontificis litteris, in iuſtam indignationem exarſit, quod & in ſententia ferenda modus & conditio præſcriberetur, nec ſibi cauſſæ ad ſe & imperatorium tribunal vere pertinentis, libera cognitio permitteretur. Itaque rem de die in diem dubitabat, & diſſidium hoc amice componi exoptabat. 1) Pius V. autem Cosmo fauens, emiſſo diplomate VI. Kal. Septembris a. 1569. Cosmum Magnum Hetruriæ Ducem creat. Quod cum grauiter Cæſar ferret, quod ad illius & Imperii haut dubiam iniuriam pertinere exiſtimaretur, per Oratores ſuos contra inaugurationem interceſſit, quæ nihilominus IV. Nonas Martii 1570. ſuit peracta. 2) Mittebat tamen Papa Commendonum Cardinalem ad Imp. qui multis argumentis coram ipſo Papæ iura defendere ſuit conatus. 3) Poſtquam autem Franciſcus, Cosmi filius, Ferdinandi I. Romanorum Imperatoris filiam Ioannam duxiſſet in vxorem, accepta etiam argenti ſumma, 4) in Comitiis Ratisbonenſibus a. 1574. eundem Magni Ducis titulum ipſi conceſſit. 5)

§. XII. Dum igitur motus Belgici & Gallici continuarent, exercitus etiam terras Germanicas tranſirent, Daniel Moguntinus Elector, Electores alioſque Status Imperii Fuldam conuocabat, ibidemque deliberabatur, qua ratione Pax Religionis & Politia in Imperio conſeruarentur & malis Germaniæ obuiam iretur. Decernebatur igitur d. 3. Februarii, vt pax religionis conſeruaretur, exercitus, non niſi diuiſis copiis, tranſiret. 6) Anno 1569. Conuentus Statuum Deputatorum Imperii ad XIV. Aprilis Francofurtum fuit indictus. Cum enim non ſolum de damni ab Arauſionenſis exercitu ex Gallijs ſuperiori anno reuerſo, Alſatis illatis, & de inſolentia copiarum Comitis Palatini Wolfgangi in diœceſi Spirenſi, aliisque finitimis locis exercita, ad Cæſrem variæ querimoniæ eſſent delatæ, de mediis, quibus his malis obuiam iretur, fuit deliberatum 7) Sed cum medela nondum adhiberetur, noua in ſequentem annum 1570. Spiræ indicta fuere Comitia, quibus actum de frenanda Germanorum militum libertate, in addicenda exteris Regibus opera & lædendis Imperii ſubditis nimis abutentium, petulantia, & ad veterem gratitatem reuocanda. Deinde, vt Pax publica in Imperio per executionem & auxilia Circulorum expeditius violenter oppreſſis miſſa, conſeruari deinceps commodius poſſit. Tum de arcibus Vngaricis aduerſus Turcas ſumptu Imperii muniendis: de Gothani belli impenſis Auguſto Electori refundendis: de iuſtitiæ adminiſtratione in iudicio Cameræ expedita: de recuperandis prouinciis ab Imperio auulſis: de matricula Imperii, & contributionibus ad onera publica æquabiliter inter Ordines inſtituendis: de Moneta: de opificum collegiis: de pannis laneis: de officinis typographicis. 8) In iisdem Comitiis Io. Sigismundo, poſtquam regis renunciaſſet titulo, Tranſyluania omnis per pacem concluſam iure hæreditario ſuit relicta. 9) Exhibitus quoque in his Comitiis a Belgis fœderatis libellus ſupplex

1) THVANVS *lib. XLIV. p. 841.*

2) THVANVS *lib. XLVI. p. 614. & lib. LIV. p. 888.* SCHARDIVS *ad a. 1569. p. 130. & ad a. 1570. p. 136.* PAVLVS ALEXANDER MAFFAEVS Vita Pii V. lib. III. c. XIX. *Sanctiſſimus Dominus creauit ducem Florentiæ & Senatum magnum ducem Hetruriæ cum regia poteſtate*

3) Prout FLECHIER La Vie du Cardinal Commendon lib. III. cap. VIII. expoſuit vberius GABVTIVS etiam *Vita Pii V.* de hoc negotio *lib. III. c. XVI.* ſic iudicat: *Pius, vti poteſtatem in terris gerens Chriſti Domini, cuius ſunt cæli terrarumque ambitus, vltro citroque agi ea de re amplius voluit, ratus id minime conuenire ei, qui pro ſua ampliſſima auctoritate poſſet hæc & alia in hoc genere longe maiora efficere.*

4) FLECHIER c. I. pag. 319. *Mais quelque temps apres Cosme mourut, & Maximilien ayant receû de l' argent de ſon fils, luy confirma, & augmenta mesme l' honneur que ſon pere avoit receû de Pie V.*

5) THVANVS *lib. LX. p. 82. poſtea Io. Baptiſta Concinus iam multoties ad Maximilianum Cæſarem ob conceſſum a Pio V. magni Etruriæ ducis titulum. Coſmo & Franciſco, qui ſororem ipſius in matrimonio habebat, ſuccenſentem miſſis tandem obtinuit, vt hi Franciſco tituli tanquam Imperii beneficiario confirmarentur, eaque de re ampliſſimum a Cæſare diploma impetrauit.*

6) SCHADE *p. II. lib. IV. pag. 106.* SCHARDIVS *de Rebus ſub Maximiliano II. geſtis p. 70. 92.*

7) SCHARDIVS *ad a. 1569. p. 123.* Idem p. 125. *die duodecimo Iunii, cum Deputati Ordines Francofurti, re diu multumque deliberata, inter ſe conueniſſent, de modo, quo copiis Germanicis, e militia Gallicana reuertentibus occurrendum eſſet, vt citra malefi cium ad ſitos rèdirent, conuentus ſoluitur. De cuius decretis ideo minus dici vel ſcribi neceſſe, quod publicata non ſint, & plerique ſaltem caput, de quo diximus, reſpexerint.* SCHADE *lib. V. p. II. p. 156.* Receſſus extat in Corpore *p. 780.*

8) Verba ſunt CHYTRAEI *lib. XIII. pag. 398.* SCHARDIVS *ad a. 1570. p. 140.* Chytræum ſequitur THVANVS *lib. XLVII. p. 636.* MERC. G. BELG. *Tom. II. p. 38.* Extat Receſſus in Corpore *p. 790.*

9) ISTHVANFIVS lib. XXIV. p. 517. *Spiræ poſt varios collatos vltro citroque ſermones, pax tandem & fœdus ſolenne percutitur: cuius conditionum hæc ſumma erat: vt vterque veterum contentionum atque odiorum memoriam ex animis egregia fide expelleret: Iohannesque Sigismundus nomini regio & titulis, pro quibus & pater, dum eſſet in vitis, & ipſe per annos circiter quinquaginta, funeſtis bellis & certaminibus acerrime dimicaſſent, in poſterum cederet, & quodcunque aliud præter regium vſurparet, contra Maximilianus eum vt regibus ortum Sereniſſimi principis titulo coboneſtaret. Tranſiluania omnis intra Alpeis, Iohannis Sigismundi poteſtati ſubderetur, idque iure hæreditario: extra alpeis vero regiones Hungaricæ, Biharienſis cum Varadino, Mara-*

Hic in Hiſpania educatus, 2) prima in bello Gallico an. 1544. rei militaris fecit tyrocinia, poſt Germanico bello interfuit, 3) Comitia Auguſtana a. 1548. oratione incoauit. 4) Hinc, ducta vxore Maria, Caroli V. filia, Hiſpaniam per integrum triennium ſoceri vice gubernauit. 5) Inde in Germaniam redux, Paſſauienſem pacem plurimum promouit. 6) Poſtea ad patris mortem vsque in Auſtria vixit. 7) Laudatur iſte ab eruditione & linguarum notitia, 8) prudentia & æquitate. 9) Et licet in Hiſpania Catholicæ Religionis zelo fuiſſet imbutus, 10) plurimum tamen fauit Proteſtantibus, conſcientiarum dominatum potiſſimum improbans. 11)

§. II. Hic die XX. Sept. 1562. Pragæ in Regem Bohemiæ fuit ſalutatus. 12). Eodem anno XXIV. Nouembris Francofurti ab omnibus Electoribus præſentibus electus fuit in Re-

gianus II. poſtea Romanorum Imp. cum ante ſemeſtre Ferdinandus, Boëmiæ Rex die Matthiæ coronatus fuiſſet (Te CeCbI InsIgnI eXornant FerDnanDe Corona, regnI & sVCCeſſor poſt tIbI natVs erat.)

2) Hæc BARO de POLHEIM nos docet apud CHYTRAEVM p. 631. dicens: *puer generoſis aliquot adoleſcentibus, inter quos pater etiam meus Maximilianus, liber Baro a Polhaim & Wartemburg, fuit: ad patruum Carolum V. Imp. in Hiſpaniam miſſus eſt: vt cum filio illius Philippo ætate fere æquali in bonis literis & aliis artibus, in gubernatione ipſis poſtea vſui futuris eruditretur.*

3) Idem: *primum in re militari tyrocinium fecit Maximilianus, bello Gallico; anni 1544. & poſtea Germanico, quod Carolus Cæſar aduerſus principes aliquot, & ciuitates Imperii confœderatos anno 1546. ſuſcepit, in quo a latere Imperatoris patrui ſui ille nunquam diſcedens magni & fortis animi, ac virtutis heroicæ documenta illuſtria edidit: & præcipuis conſiliis & actionibus in bello, & parta victoria, in receptione ſupplicum interfuit.*

4) Idem p. 632. *Comitia etiam Auguſtana, ſtatim poſt captos confœderatorum Duces in autumno anni 1547. indicta Carolus Cæſar, Maximiliani oratione incoari voluit, antequam vſitato more capita ad deliberandum propoſita per ſcribam prælegerentur vid. Sect. IV. §. LXXIX.*

5) Idem: *ex illis ipſis Comitiis, anno 1548. in Hiſpaniam Maxæmylianus profectus eſt, vbi ducta in matrimonium Caroli filia Maria, integrum triennium Hiſpanias ſoceri vice gubernauit.*

6) Idem *c. l.*

7) Idem *pag. 633.*

8) Dictus BARO de POLHEIM apud CHYTRAEVM *p. 636.* ita de eo loquitur: *nunc de interiore etiam Imperatoris noſtri vita & conſuetudine domeſtica dicam, qua optimi ordinis & plurimarum virtutum plena fuit. Diſtinctæ & ratione certa domi diſtributa habebat tempora omnium actionum, precum, deliberationum, ſubſcriptionum, prandii, cœnæ, ſomni, venationum. In conſiliis ſummæ iuſtitiæ & ſalutis publicæ cura, & in audiendis aliorum ſententiis moderatio & lenitas erat. In prandio, quod vſitata & certa hora ſumebat, hilares & lepidi ſermones cum aſſantibus, ſingularis in victu temperantia & ſobrietas, ſumma ciuilitas & elegantia morum conſpiciebatur. A prandio patebat ad ipſum menſæ aſtantem, vel prope aſſidentem aditus, omnibus omnium Ordinum, etiam humillimæ & abiectiſſimæ conditionis hominibus, qui eum alloqui volebant, aut ſupplices libellos porrigebant. His ſingulis comiter & placide, eadem lingua, qua proponebantur negocia, reſpondebat. Vt enim ingenioſiſſimus & potentiſſimus rex Mithridates olim, ſingulis diuerſiſſimarum gentium populis imperio ſuo ſubiectis, patria lingua locutus eſſe ſcribitur: ita noſter Imperator Hiſpanos, Italos, Gallos, Germanos, Belgas, Boëmos, Pannonios, & latine loquentes, recte intelligebat, & ſingulorum linguas, perinde ac ſi natiuæ eſſent, callebat. Latina certe oratione, non tantum perſpicua & diserta: verum etiam eleganti & pura, & expolite profluente, vſum eſſe conſtat. Poſtea aliquantulum temporis quieti, aut hortorum inſpectioni tribuit. Ante cœnam, rurſus vel deliberationibus vacabat, vel recitantes literas, de reſponſis antea decretis formatis audiebat, & ſubſcriptione ſua confirmabat.* THRASYBVLVS LEPTA lib. V. p. 324. *Quantum huius Principis fuerit ingenium, quot linguarum cognitionem habuerit, qua virtus, qua ſapientia, quanta erga communem patriam caritas, eam pietate & iuſtitia contiuendo, extiterit, omnem id humanam facundiam ſuperat; & extant de eo Iohannis Cratonis Medici (cuius ſupra memini) & Dauidis Chytræi diſerte & luculentæ Orationes.*

9) THVANVS *lib. XXXVI. pag. 787.* de Ferdinando I. *nulla re felicior fuit, quam ſucceſſore Maximiliano, qui veſtigiis paternis inſiſtens, rara prudentiæ & æquitatis laude imperium poſt eius obitum adminiſtrauit.* Plura de eo prædicat *lib. LXII. p. 154.* concludens: *princeps æquitate animi, prudentia, & iuſtitia inſignis, & in quo ad ſummam fortunam nihil merito deſiderares, niſi ipſam fortunam & firmiorem valetudinem.* 10. SAMBVCVS in Orat. funebri in eius memoriam habita, in append. rer. Vngar. Bonfinii p. 600. eum vocat *cuſtodem pietatis, autborem pacis, virtutum ſpeciem, exemplum antiqua conſtantia, moderationis & clemeniæ.* BARO de POLHEIM apud CHYTRAEVM pag. 631. *cumque natiuum indolem, ſua ſponte ad decus excitatam, educationis & diſciplinæ ſanctitas, & ad omnia virtutum officia aſſuefactio accurata, & literarum humanitatis cultura diligens accederet atque expoliret: præclara illa & ſingularis, & omnium principum ac priuatorum beneuolentiam & ſtudia mirifica ſibi concilians, naturæ doctrina & virtute excultæ bonitas & præſtantia extitit: vt vere, & merito Amor & Deliciæ generis humani publicis elogiis poſtea appellatus ſit.*

10) SCHÖNLEBEN *Pietate Auſtriaca Proleg. p. II. c. VIII. §. IX.*

11) THRASYBVLVS LEPTA lib. IV. p. 270. *Maximopere commendauit Cæſar Maximilianus, vt qui ab omni conſcientiarum carnificina grauiſſimo iudicio temperandum iudicaret, ſæpe ingenueque profeſſus, nullum peſcatum grauius eſſe, quam conſcientiis velle dominari. Eosque nimirum, qui in conſcientias ſibi imperium ſumunt, cœli arcem inuadere, nec raro poteſtatem quam in terris habent, amittere.*

12) CHYTRAEVS lib. XX. p. 538. *Maximilianus, Ferdinandi Imperatoris filius, Boëmiæ Rex Pragæ; & Romanorum Rex Francofurti ad Mœnum; & anno nondum vertente, Vngariæ Rex Poſonii coronatus eſt.* B. 2 POLHEIM p. 633. *non toto anno vertente, trium regnorum coronam, Boiemici, (anno 1562. die 20. Septembris, Pragæ) Romani, die 30. Nouembris proxime ſequentis Francofurti; Vngarici, (die 8. Septembris anni 1563. Poſonii,) præſente patre, & duobus fratribus Ferdinando & Carolo archiducibus Auſtriæ acceperit.* FVGGER *lib. VI. c. XXI. p. 1396.* SCHARDII Epitome rer. geſt. ſub Ferdinando I. *ad a. 1562.* 10. SAMBVCVS *p. 602.* ISTHVANFIVS *lib. XVI. p. 291. lib. XXI. p. 421.* Separatim extat hiſtoria coronationis Maximiliani & Mariæ Pragæ factæ, *Francofurti 1562. 4.*

13) Diſpu-

in Regem Romanorum. Et dum durantibus de electione Consultationibus, Io. Gebhardus Colonienſis Elector fuiſſet defunctus, Electores ad electionem progredi nolebant, potius a Colonienſi Capitulo poſtulabant, vt electionem maturaret, quæ etiam d. 19. Nouembris fuit peracta, & Fridericus, Comes de Wied electus, ſtatim Francofurtum properauit atque electioni interfuit. 13) Maximilianus vero ſtatim poſt electionem ibidem, d. vltima Nouembris fuit conſecratore Moguntino coronatus. 14) Anno 1563. VIII. Septembris vna cum coniuge Maria Poſonii coronatus fuit in Regem Vngariæ. 15) Anno 1564. defuncto Parenti ſuccedit in Imperio. 16)

§. III. Poſtquam in Regem Romanorum coronatus eſſet Maximilianus, diſceptabatur, qua ratione electionis confirmationem peteret a Pio IV. Papa, hoc iuramentum obedientiæ poſtulante, quod Maximilianus, tanquam fraudi futurum ſucceſſoribus ſuis, denegabat. Et licet Papa ſaltim vellet, vt de obedientia fidem daret, non qua Imperator, ſed qua Rex Hungariæ & Bohemiæ, neque hoc voluit Maximilianus. Tandem Pius Papa in litteris Borromæi ad Nuntium die XXVIII. Septembris 1563. ſua appoſuit manu: quod ipſe Ferdinandus Imp. arbiter huius rei eſſet: quo porro factum, vt literis a Maximiliano ad Pontificem nonis Februarii 1564. datis, Comes Helfenſteinius, Maximiliani Orator, tanquam Regis Romanorum in ſenatu exceptus, orationem in ſcriptis ante conceptam fecerit, pollicitus in ea amorem, & reuerentiam. 17)

§. IV. In-

13) Diſputatur de eo, an non potius Capitulum Colonienſe poſt Io. Gebhardi Electionis mortem, Iura in Collegio Electorali exercuerit. Io. Gebhardus equidem Georgium a Seyn, Comitem a Witgenſtein Legatum miſerat ad hanc electionem, iſtum vero defuncto Io. Gebhardo fuiſſe reuerſum, patet ex eo, quod inter perſonas cum Friderico nouo electo aduenientes, apud SCHARDIVM *Tomo III. p. 103.* recenſeatur *Georgius a Seyn, Comes in Wittgenſtein &c. qui antea legatus fuerat.* Solicet d. 2. Nouembris defunctus Io. Gebhardus, d. 19. Nouembris electus fuit Fridericus, qui ad Electorum inſtantiam d. 23. Nouembris Francofurtum cum multo Comitatu, inter quos Georgius Comes a Seyn properauit, ſecundum os. SCHADAEVM *Sleidano Contin. Tom. I. lib. VII. n. 75.* d. 24. Nouembris vero facta fuit electio, cui interfuit Fridericus nouiter electus, de quo Relatio apud GOLDASTVM *Reichshændeln p. I. p. 66. Auff beruhrten Tag, welcher iſt der Abendt Catharine geweſt, ſind die Churfürſten alle ſieben (darunter dann ietzige Kœniglihe Maieſtæt, als Kœnig zu Behmen, desgleichen der neuwe Electus zu Cœllen, Ertzhiſchoff Friderich ſo auff der Keyſerlichen Mayeſt. und den andern Churfürſten hœchſtes Vormahnen, erſt am Abend zuvor, durch ſchnelle Reiſe ankommen, auch geweſt) ein ieder des Morgens zu ſieben Vhr, von ſeiner Herberge in gewœnlicher Kleidung, auff das alhie Rathhauß Rœmer genannt, geritten.* Idem dicunt omnes Relationes Maximiliani II. Electionem deſcribentes ipſum Fridericum electioni interfuiſſe. Exinde igitur conſtat, Capitulum Colonienſe circa hanc electionem nulla plane iura exercuiſſe.

14) POLHEIM. CHYTRAEVS SAMBVCVS. FVGGER *c. l.* MERC. G. B. *Tom. I. lib. II. p. 214.* HARAEVS *Tom. III. p. 12.* Protocollum Electionis cum aliis ſcriptis huc facientibus reperitur apud GOLDASTVM *Polit. Reichshandel p. I. pag. 66.* & *Reichshandlung p. 263.* Coronationis *p. 73.* Acta & geſta conuentus Electoralis Francofurtenſis ſingulari ſcripto exponuntur apud SCHARDIVM *Tomo III. p. 83.* quam ſequuntur Acta Coronationis *p. 85.* Sequitur de electione & inauguratione Maximiliani Hiſtoria per ADAMVM & NICOLAVM HEYDENOS deſcripta *p. 88.* Eidem Maximiliano de honore nouo gratulatur IO. POSTHIVS *pag. 92.* & IO. LAVTERBACHIVS *p. 96.* Catalogus virorum illuſtrium, qui electioni interfuerunt *p. 99.* Eadem etiam ſeparatim extant in GOLDASTI *Politicis Imper. p. I. p. 141.* Capitulationem Maximiliani II. primus edidit GOLDASTVS *p. II. der Reichs-Satzungen p. 285.* & ex eo CARPZOVIVS eandem Commentario de Lege Regia adiecit. Sed cum manca iſta eſſet, integram ex Originali Palatino edidit HENRICVS GVNTHERVS THVLEMARIVS, *Heidelbergæ 1682. 4.* LEPTA *lib. III. p. 204.*

15) CHYTRAEVS. POLHEIM. SAMBVCVS. FVGGER *c. l.* MERC. G. BELG. *Tom. I. lib. II. p. 244.* ISTHVANFIVS *lib. XXI. pag. 423.* LONDORP *lib. III. p. 454.* SCHARDIVS ad an. 1563. pag. 164.

16) ISTHVANFIVS lib. XXII. ineunte. MERC. G. BELG. *Tom. I. lib. II. p. 261.*

17) SARPIVS lib. VIII. p. 809. *per id tempus aliud negocium non minoris operæ Pontificem ſolicitum habuit, nam cum ab Rege Romanorum mittendi eſſent Oratores, qui de ſua electione Pontifici ſignificarent, non putauit ad exemplum aliorum Imperatorum & Regum, quos nulla premebat difficultas, ſibi ad voluntatem Papæ quiduis promittendum ac iurandum, ſed ratione habita Principum, & exteronum Germaniæ Proteſtantium, ne ipſos vltro offenderet, voluit ſibi prius declarari, quibus verbis vtendum eſſet. Ea re in Cardinalium conſultatione poſita, decreuerunt illi, poſtulandam ei Electionis confirmationem, & in obedientiam Sedis Apoſtolicæ ad exemplum omnium aliorum Imperatorum iurandum. Quibus reſpondit, falſos illos fuiſſe, ſe vero nunquam in aliquid conſenſurum, quod fraudi futurum ſit ſucceſſoribus ſuis, ſicut nunc deceſſorum ſuorum actiones ad ſuum præiudicium trahuntur: cum id non aliud ſit, quam ſe vaſallum profiteri. Mandat itaque vt Orator ſitus his verbis vtatur. Maieſtatem eius omnem reuerentiam, deuotionem, & obſequium Sanctitati eius & Sedi Apoſtolicæ præſtituram: ac promittere, ſe Sanctam fidem Catholicam non ſolum ſaluam conſeruaturam, verum etiam, quantum poterit, amplificaturam. Cum inter eos non conueniret, huius negotii tractatione iam annum continuata, exiſtimati eandem Romæ commodum ſe temperamentum inuenſſe hoc propoſito, vt de obedientia fidem daret, non qua Imperator, ſed qua Rex Hungariæ & Bohemiæ, negari enim non poſſe aiebant, Regem Stephanium anno ſalutis humanæ milleſimo Regnum Apoſtolicæ Sedi donaſſe, illudque vna cum titulo Regio, poſtea eidem acceptum tuliſſe, & ſe ei in clientelam dediſſe, & Vladislaum Ducem Bohemiæ, accepta ab Alexandro II. facultate mitram geſtandi, ad ſolutionem centum argenti marcarum in annos ſingulos ſe obligaſſe. Quæ ab Germanis in conſultationem adducta, quod non aliis niteretur ſirmamentis quam Papæ Gregorii VII. affirmatione, in ridiculis habita: iisque reſponſum, opus eſſe documentis recentioribus & certioribus, ac titulo iuris minus ambigni. Multi vltro citroque nuncii commenbant, cum variis propoſitionibus, reſponſis, & replicationibus, quibus omnibus omiſſis mihi conſilium eſt, negotii modo exitum referre, qui ejusmodi fuit. Poſt menſem viceſimum, venit Romam Comes*

§. IV. Interea Augerius Busbequius, qui iam Byzantii octennium fere tractandæ pacis causſa transegerat, ea certis conditionibus a. 1562. impetrata, Viennam rediit, relicto ibi Alberto Wiiſio, qui vice Ordinarii Oratoris fungeretur. 18) Mittebat etiam Turcarum Solimannus Ibrahimum, qui inaugurationi Maximiliani Francofurtenſi intererat, atque tabulas induciarum octennalium ſecum ferebat, hac conditione, vt earum redimendarum XXX. aureorum nummûm millia quotannis Conſtantinopolim mitterentur. 19) Mortuo autem Ferdinando, frequenti ſenatu conuocato, de bello Turcico deliberatur. Nicolaus Zerinius quidem bellum aduerſus Turcas ſuſcipiendum ſuadebat, Maximilianus vero ad pacis conſilia potius propendebat. 20) Poſtquam autem Tranſyluaniæ Princeps Io. Sigismundus bellum Cæſari inferret, Hadadum Tranſyluanis ademptum recuperabat, Vardam minorem, Couazonem, Athiam arcem expugnat, cui Cæſar Lazarum Schwendium cum exercitu opponit. 21) A. 1568. Legati ad Solimannum mittuntur, inducias continuaturi cum munere honorario trium præteritorum annorum. 22) Nihilominus bellum in Hungaria continuabatur & Tockaium a Schwendio capitur, 23) ipſi etiam Erdodium deditur. 24) Paucis poſt diebus conſumptis, in caſtris ad Erdodium pax conficitur, his conditionibus, vt Io. Sigismundus, Tranſyluaniam perpetuo firmæ poſſeſſionis iure obtineret: ea tamen, ipſo absque hæredibus decedente, in Cæſarem & eius ſucceſſores rediret: regio interim nomine abſtineret, alios quos Cæſar dare vellet, illuſtres titulos vſurparet. 25) Interea Cæſaris legati Conſtantinopolim miſſi redeunt, quibus Solimannus legatos ſuos adiungebat, qui litteras eiusdem adferebant; quibus ille ſe pacem ſeruaturum eſſe pollicebatur, ſi Tockaium Tranſyluano reſtituatur, e contrario Tranſyluanus damna, quæ violatis induciis Cæſari intuliſſet, reſarciret, quæ cum Cæſari minus probarentur, pacis iſtæ conditiones cum Tranſyluano initæ tanquam minus ſinceræ non confirmabantur. 26) Inde bellum reſtauratur. Turcæ, licet caſtra Schwendiana ad Sanmarium oppugnaſſent, irrito tamen hoc ſuit conatu. 27) Inde Erdodiam obſident, quam acerrime licet defenſam, Germanis tamen tumultuantibus, arcemque II. Auguſti dedentibus, capiunt. 28) Et licet Eccius Comes Salmenſis de Alba Regali per inſidias capiendæ conſilia ageret, inhibitus tamen ſuit ab Imp. ne Turcas irritaret, ad quos denuo nuntium miſerat de induciis firmandis. 29) Interim Solimannus cum initio ad preces Ioannis Tranſyluani auxilia aduerſus Auſtrios petentis inclinare videretur, ſuorum conſiliis reuocatus, impetum eo anno in Melitenſes equites vertit, quos eum ante in Rhodi expugnatione incolumes dimiſiſſet, cum Hiſpano, perpetuo ipſius hoſte ſtudia ſua ad ſe oppugnandum coniunxiſſe impatienter ferebat, & quod continuis excurſionibus infeſtam Aſiæ & Africæ oram faceret. Et licet terra marique Melitam vrbem acerrime oppugnarent, cum triginta tamen hominum millium iactura eam relinquere ſuit coactus. 30)

§. V. Anno

Elſiſtenius Orator illius Regis, quocum renouatæ eadem de poſtulanda confirmatione, & obedientia iurerinando promittenda tractationes. Sed illo dicente, ſe habere in ſcriptis orationem, quam totidem verbis recitare debeat, imperatumque, ne vnum eius apicem commutaret, Papa facta congregatione generali rem Cardinalibus propoſuit. Illi poſt longam conſultationem denique ſtatuunt, quamuis nec confirmatio petatur, nec promittatur obedientia, tamen in reſponſione ad Oratorem dicendum, ſanctitatem eius Electionem Regis confirmare, omnes defectus, qui in illa de facto & de iure intercenerunt, ſupplendo, & obedientiam Regis accipere, nulla interim, verum poſtulata fuerit, an non poſtulata, promiſſa an ſecus, mentione adiecta. Atque hæc cæremonia parum ex ſententia animi Pontificis, minus etiam ad mentem Collegii Cardinalium eſt peracta. Licet hac de re in Sarpium inuehatur PALLAVICINVS *lib. XXII. c. VI. §. fin.* vid. SCHILTER *de libert. eccleſ. Germ. lib. VII. c. X. §. VIII. IX.*

18) ISTHVANFIVS *lib. XXI. p. 421.* De hoc ipſe in epiſtolis de legatione Turcica legi meretur, & MELCHIOR ADAMI *in vitis ICtorum.* BAYLE *artic. Busbec.*

19) ISTHVANFIVS *lib. XXI. p. 422.* Extant Acta legationis in Comitiis Francofurtenſibus huius legati Ebraimi Strotſchenii, nati Poloni, apud SCHARDIVM *Tomo III. p. 97.*

20) Conſilia hæc deſcribit ISTHVANFIVS *lib. XXII. ineunte.*

21) ISTHVANFIVS *lib. XXII. pag. 442.* MEYERI *Ortelius redituus ad a. 1564.* LONDORP *lib. VI. ineunte.*

22) ISTHVANFIVS *p. 446.*

23) ISTHVANFIVS *lib. XXII. p. 449.* THVANVS *lib. XXXVII. p. 326.* Extat in SCHARDII *Tomo IV. pag. 23.* expugnatio arcis Tockay per 10. SAMBVCVM deſcripta. Epit. de rebus geſtis Maximiliani *ad a. 1565.* MEYERI *Ortelius redituus ad a. 1565.* LONDORP *p. 656.*

24) THVANVS *lib. XXXVII. pag. 327.* LONDORP *lib. VI. p. 657.*

25) ISTHVANFIVS *p. 450.*

26) ISTHVANFIVS *p. 455. 461.* MEYER *ad an. 1565.*

27) ISTHVANFIVS *p. 456.*

28) ISTHVANFIVS *lib. XXII. p. 458. Epit. rer. geſt. ad a. 1565.*

29) THVANVS *lib. XXXVII. p. 327. miſſo interim Georgio Hoſſuloto Byzantium Cæſar Solimani mentem pericliari ſtatuit, an inducias pactis ſtare vellet, nam Cernouichius eodem ante a Cæſare miſſus nuper redierat, ambigua ſpe pacis, dumque in eo eſt, Salmenſis, qui Rabæ ſeu Iauarino præerat, IV. Eid. VIIIbris conſilio cum Iudice Albæ Regalis, qua non plus VIII. milliaribus a Iauarino abeſt, de vrbe tradenda inito, eo cum ſtatis magno ſilentio contendit, mane porta ad emittendas pecudes patefacta Turcos nihil tale metuenteis oppreſſurus, verum Cæſar, qui nuper Hoſſutotum Byzantium miſiſſet, veritus ac eo facto ſpem de pace factam ſibi omnino præcideret, nuncio celeriter ad Salmenſem miſſo cum ab incepto deſiſtere iubet, & ille quidem, quamuis egre, paruit, quippe qui victoriam iam ſpe deuoratam ſibi e faucibus eripi doleret.* Epit. rer. geſt. *ad a. 1565.*

30) THVANVS *lib. XXXVII. pag. 328. lib. XXXVIII. p. 338.* LONDORP *lib. VI. p. 875.*

31) Verba

§. V. Anno 1564. Pontifex, missō in Germaniam Vintimiliensi Episcopo egerat, vt Concilium Tridentinum promulgaretur. Cæsar vero, qui se paratum ostendebat, tum instanter vrgebat, a Carolo archiduce & Alberto Bauaro monitus, & suorum periculo incitatus, vt gratia calicis etiam non facerdotibus a Pontifice fieret: eamque in rem Vienna ad eum litteras dederat XVI. Kl. Mart. cum Non. Februarii Bauarus itidem ad Pontificem scripsisset, quibus & calicis vsum petentibus concedi postulabat, idque ambo illi, Morono & Lotharingo Cardinalibus & Archiepiscopis VIluiris probari aiebant, tum etiam petebant, vt ratio iniretur, qua non solum facerdotes, qui assertis suis coniugiis se ipsos ab ecclesia separassent, retentis vtcunque in contubernio vxoribus, eidem ecclesiæ reconciliari possent, sed etiam benigne indulgeretur, vt ad exiguas Catholicæ relligionis reliquias conseruandas, iis locis, in quibus presbyteri eo numero, qui sufficiat, haberi non possunt, ab episcopis viri laici iustæ ætatis ac doctrinæ, & vitæ inculpatæ ac bonæ famæ ad ministerium altaris & alia facerdotum munia ordinari & admitti queant, & alterum quidem concessit Pontifex, alterum omnino negauit. Quapropter Maximilianus Cæsar, per Prosperum Arcuensem Comitem datis ad Pontificem litteris IV. Kal. Decembris cum eo egerat, vt quod ad facerdotum coniugia, aliquid de seueritate remitteret, & Noricis, Boiis, Quadis, Marcomannis & Pannoniis ea in re gratificaretur. 31) Hic vero Commendonum Cardinalem mittebat, qui illi denuntiaret, pontificem omnibus execrationibus, ecclesiasticisque pœnis in eum animadversurum, ipsumque priuaturum Imperatoria Maiestate, atque Catholicis principibus in eum conuocatis nouum Imperatorem creaturum, nisi eiusmodi decretum, si factum esset, illico rescidissent. 32)

§. VI. Prima post hæc in Germania Comitia mense Martio Augustæ 1566. celebrabat, quibus tum alii Saxoniæ Principes, tum vero Elector Augustus & Vlricus Megapolitanus interfuerunt, in quibus præcipua de bello Turcico fuit deliberatio, ad quod belli sumptus maiores, quam vlli ante eum Imperatori a Germania decreti. 33) Actum etiam fuit de Cameræ & rei monetariæ emendatione. Finalienſis controuersia inter Marchiones Carretanos & Genuenses fuit definita, qui opitulantibus subditis, Finalium occupauerunt, nunc vero ad restitutionem adigebantur, prout iamdum a Ferdinando a. 1561. fuerat decretum. 34) In iisdem & Wilhelmus Grumbachius, qui Herbipolim ante trienniuin insidiosè occupatam diripuerat, & nunc vna cum sociis apud Ioannem Fridericum Saxoniæ ducem, in arce Gothana receptum habebat, Io. Friderico Saxoniæ Duce licet intercedente, denuo est proscriptus. 35) Hinc Augustus, Saxoniæ Elector sub

31) Verba sunt THVANI *lib. XXXVI. exeunte* & lib. LXII. pag. 134. *in negotio autem religionis, quod in Germania multis abhinc annis agitatum est, eam rationem seruauit, vt cum a sacris maiorum nusquam recederet, non propterea Protestantibus suspectus fuerit, mediam emendationis viam tota vita consectatus: cui etiam post concilium Tridentinum ad finem perductum institit, impetrato suis calicis vsu a Pontifice: quem & pro sacerdotum coniugio sæpius interpellauit, sed nullo exitu.* ISTHVANFIVS *lib. XXII. p. 451.*

32) Verba sunt GABVTII *Vita Pii V. lib. III. c. VI. p. 97.* qui etiam addit, Imp. confessum fuisse, visum sibi videre sese coram Pio, flagellum manu tenente, consistere. FLECHIER *la Vie du Cardinal Commendon lib. III. c. IV.*

33) CHYTRAEVS *lib. XXI. p. 561.* THVANVS lib. XXXIX. p. 371. *Albertus Bauariæ Dux Cæsaris nomine hæc capita proposuit, de quibus in Comitiis deceneretur, vt ratio iniretur, qua hæreses, in pace relligionis non comprehensæ ex Imperio eliminarentur, vt VIII. cl. equitum & XL. peditum cl. contra Turcas conscriberentur, quibus in treis annos stipendia per VIII. menses soluerentur, eaque collatio in signata pecunia fieret, quæ tota, prout occasio vrgeret, in bellum impenderetur. Imperialis item Cameræ emendandæ ratio iniretur, & quod in ea sanctum esset, locum haberet, decreta de publica tranquillitate & moneta seruarentur, postremo de Finalio in Liguris controuersia diu in comitiis agitata terminaretur, & subditis ditionis illius edicto Cæsareo mandaretur, vt quamprimum arma deponerent. Secundum hæc, ante omnia decreta auxilia aduersus Turcam maiora quam antea cuiquam Cæsarum, & maiori animi alacritate, cum plerique præter promissa auxilia Imperii nomine, etiam priuatas opes & operam suam in eam militiam vltro deferrent, dein missus Finalium Parthinus, qui Cæsari erat a consiliis, cum præscito Tridentino cuius auctoritate & interuentu lis inter Carretos & loci subditos componeretur.* ISTHVANFIVS *lib. XXII. p. 465.* LONDORP *lib. VII. p. 619.* MERC. G. R. *Tom. I. lib. III. p. 304.* qui etiam *p. 463.* quantum fuerit decretum, definit, dicens: *ipse Augustæ non sine summa omnium totius Germaniæ Ordinum alacritate, magna equitum peditumque subsidia, quæ Romana vocantur, obtinuit ita vt XLVIII. peditum & equitum millia, primo quoque tempore se in bellum collaturos obstitissent; quod Cæsar se ipsum, si vita & valetudo suppetat, in castra profecturum, duemdoque exercitui præfuturum pollicebatur.* SCHARDIVS *ad a. 1566.* In GOLDASTI *Reichs-Satzung p. II. p. 288.* reperitur Ordinatio in his Comitiis publicata.

34) De hac controuersia THVANVS lib. XXXVI. ineunte. *Genuenses Finalium, quod ad Imperii iurisdictionem pertinere diximus, in Liguria occupauerant Carretæ familiæ oppidum, ad id votis & ope oppidanorum adiuti & inuitati, qui dominos suos pertæsi ad libertatem sub Genuensis reip. patrocinio aspirabant, ea de re cum Maximiliano Cæsare sæpius conquestus esset, & postremo litem Genuensibus intendisset, tandem Cæsar secundum Alfonsum pronunciauit, & Genuenses ad Finali restitutionem & sumptus in id bellum factos marchioni refundendos condemnauerat. Cum tamen non parerent Genuenses, postremo, Cæsar fecialem ad eos misit, sed irrito initio successit, paullumque res ob eorum commutatum a bello abfuit: verum interuentu Philippi Finalium marchioni inuitis oppidanis restitutum est, & Genuenses Cæsari reconciliati.* Extant etiam Rudolphi II. Imp. decreta Pragæ d. 18. Augusti 1579. quibus Philippo II. Hispaniarum Regi concedit, vt arci Finalienſi Gouoni dictæ, præsidium imponat apud du MONT *Tom. V. p. I. p. 367.* Vide etiam *Super. Sect. §. XII.*

35) CHYTRAEVS *c. l.* THVANVS *lib. XXXIX. p. 375. in his Comitiis præterea III. Eid. Mart. Guilielmus Grumbachius, qui Herbipolim ante trien-*

ſub exitum Comitiorum de Electoratu & terris fuit inueſtitus. Eadem gratia Vinarienſium fratrum & Palatini VIIuiri abſentis legatis fuit facta. 36) Antonius etiam, Comes Oldenburgicus de Comitatu ſuo fuit inueſtitus, Friderico, Daniæ Rege, vna cum Holſatiæ Ducibus eiusdem ſucceſſionem, caſu exiſtente, ſibi petentibus. 37) Hæc tamen controuerſia, prout etiam iſtæ de Montisferratenſi ſucceſſione, inter Ducem Sabaudiæ & Mantuæ, 38) & de Præcedentia inter fratres, Principes Vinarienſes & caput de religione, in aliud tempus fuerunt dilatæ. 39) Miſerat Pius IV. Papa ad ea Comitia Commendonum legatum ſuum, qui ſi religionis negotium in Comitia deduceretur, publice proteſtaretur, & coram Imperatore atque omnibus principibus publico in conſeſſu grauiter denuntiaret, niſi eam cogitationem abiicerent, futurum, vt Pontifex omnem auctoritatem in eos principes tam laici, quam ſacrati ordinis reprimendos exerceret; ac multo magis in ipſum Imperatorem, quem & imperio & ditionibus & omnium iure ſucceſſionum, & quibuscunque præterea rebus potiturum ille ſe confideret. 40) Poſtquam etiam Friderico III. Electori Palatinus, primus ex Germaniæ Principibus Reformatam Religionem non ſolum fuiſſet amplexus, ſed etiam eandem in terras ſuas introduxiſſet, agebatur hiſce in Comitiis, an etiam Reformati pacis religioſæ ſint capaces, immo conſilia habebantur deturbando ipſo ab Electorali dignitate. Conquerebantur de eo quoque Wormatienſis atque Spirenſis Epiſcopi, quod ſub præxtu Reformationis, ipſis monaſteria Neuhauſen & Sintzheim ſubduxerit, horum reſtitutionem poſtulantes. Inter Theologos ipſi potiſſimum erant contrarii, Tilemannus Heshuſius, quem Wolfgangus Palatinus ſecum adduxerat, & Chriſtophori Würtenbergici Theologi, Iacobus Andreæ & Felix Bidenbach, potiſſimum vero

nium infidioſe occupatam diripuerat, cum Erneſto Mandelsloo & Guilielmo Steinio ac ſociis; qui apud Ioannem Fridericum Saxonem in arce Gothana receptum habebat, publice denuo proſcriptus eſt. Singulare eſt, quod tradit SCHARDIVS ad an. 1566. *decimo tertio deinde eiusdem menſis* (Maii) *Wilhelmus a Grumbach cum ſociis conſpirationis, quos Herbipolim diripuiſſe ac pacem in Francouia anno 63. perturbaſſe diximus, noua proſcriptione, omnium Statuum conſenſu aggrauantur. Miſerat eo Ioannes Fridericus Dux Saxoniæ ſuos Legatos, inter hos præcipuum Henricum Hufanum, Iuris verituque Doctorem, perquam facundum, qui negotium ipſorum apud Status ageret, & pro prioris proſcriptionis annullatione ſolicitaret. Sed it, partim aliis diſſuadentibus, partim magnitudine negotii deterritus, Principi, vt proſcriptos dimitteret, literis conſuluit, cumque Dei & hominum ſalutares admonitiones ſpernentem deſerens, ad eos tranſiit, quorum admonitione ipſum a conceptæ pertinacia abduci poſſe cenſeret.* LEPTA *lib. III. p. 266.* Extat *Abdruck zweier Schreiben Henrici Hufani* in hac cauſſa.

36) THVANVS lib. XXXIX. p. 375. *decretis factis ſub exitum comitiorum Auguſtus VIIuir, qui cum eis Io equitibus egregie inſtructis venerat, ſolutis ceremoniis magna pompa diploma a Cæſare ſuſcepit. Eadem gratia Vinarienſium fratrum & Palatini VIIuiri abſentis legatis facta.* SCHARDIVS *p. 48.* Facta autem Auguſti inueſtitura iisdem cæremoniis ac Mauritii, WERLICH *Augſpurg. Chronic p. III. p. 115.* MVLLERI *Annales Saxon. d. XXIII. Aprilis 1566.*

37) CHYTRAEVS lib. XXI. pag. 562. *cum a Maximiliano Imperatore in comitiis Auguſtanis, Antonius comes Oldenburg & Delmenhorſti, feudum ſuarum ditionum autoritate Imperatoris confirmari peteret: Fridericus Daniæ Rex & patrui Holſatiæ duces, ſibi quoque vt proximis agnatis, ex eadem ſtirpe ortis, idem beneficium, in quo ius ſucceſſionis ab inteſtato haberent, conferri petiuerunt. Regem enim Chriſtianum I. comitem Aldenburgenſem, fratri ſuo Gerardo, ea conditione partem comitatus ſuam donaſſe, vt extincta Gerardi poſteritate, ad ſuos poſteros ea rediret. Aldeburgenſis legatus contra, Delmenhorſtanam ditionem, a Gerardo hereditate acceptam, ſed cum plurimos annos in aliena poteſtate fuiſſet, ſolus comitis Antonii periculo & ſumptu, primum acquiſitam eſſe: deinde ditionem Harpſted coniugii nexu recens comitatui copulatam eſſe. Quod vero ad ipſum comitatum Oldeburgenſem attinet, quem a Gerardo auo hereditate acceperit; facile coniunctam feudi collationem Dominum ſuum Holſatiæ conceſſurum eſſe, ſe illi viciſſim comites Oldenburgenſes, velut proximos agnatos & coheredes ſuos in ducatibus Sleswicenſi & Holſatiæ ſimul inueſtiri patiantur. Nam eidem comiti Gerardo, domini ſui auo, illiusque poſteris, ius ſucceſſionis in ducatibus Sleswici, Holſatiæ, & Stormariæ, poſt familiæ Chriſtiani interitum, ſolemnibus literis Hafniæ ſcriptis adtributum eſſe.*

38) Dictum de ea iamdum Sect. IV. ſuperior. §. *LIV.*

39) THVANVS *lib. XXXIX. pag. 372. venit & eodem Sabaudiæ dux, & poſt cum Mantuanus de Monferratenſi principatu diſceptaturi. Vinarienſes fratres, quæ per Palatinum & Saxonem VIIuiros componi non poterant diſſidia, a comitiis dirimi petebant, ſed vrgente belli Turcici mole omnes hæ controuerſiæ, & caput etiam de religione in aliud tempus dilata ſunt.* Controuerſiæ rationem Idem p. 370. expoſuerat: *ſed & aliæ difficultates inciderant, quæ in cauſſa erant, cur tam cito ad comitia venire non poſſent, diſſidia nimirum nuper exorta inter Io. Friderici Saxonis quondam VIIuiri filios, inter quos fratre minore natu nuper defuncto, cum conueniſſet, vt alternis gubernarent, maior natu ſine ætatis prærogatiua, ſine ex conuentione prior rebus praſuit, qui poſtea dulcedine imperandi illectus, vti putabatur, alteri cedere noluit. Hinc odia inter eos accenſa, in quibus Thebanorum fratrum exemplum veriti cognati principes, omnem operam dabant, vt naſcentes odiorum igneis, antequam in incendium cuaderent, reſtinguerentur. Palatinus VIIuir cum Auguſto VIIuiro Lipſiæ ob id conuenimus, vbi res diuerſis colloquiis agitata, cum exitum non haberet, tandem ad Comitia Imperii remiſſa eſt.*

40) Verba ſunt IO. ANTONII GABVTII *lib. II. de rebus geſtis Pii V. pag. 46.* FLECHIER *lib. III. cap. II.* THVANVS *lib. XXXIX. pag. 372.* SCHARDIVS ad a. 1566. *neque vero tantum denegotiis, qua propoſita ad deliberandum fuiſſe commemorauimus actum, ſed & aliis. Nam præter Principum inueſtituras illic ſuſceptas, legatione miſſa, ſubditis Ducis Vinarienſis, qui ad arma confurrexerant contra Dominum, obedientia inimici eſt. Et de pace, inter Reges Daniæ & Sueciæ belligerantes, conſtitutionibus ſuſceptæ fuere. Electori quoque Palatino Friderico, qui Religionem non approbatam ſouere, & Epiſcopi Wormatienſis ditionis nonnulla occupaſſe accuſaretur, negotium exhibitum, ſed ita, vt quum aduerſarii ſperarant, ipſe victoriam retulerit, bona occupata cum religione retinens.*

Pii IV. Papæ legatus Commendonus. Eo res etiam deuenit, vt die 14. Maii Friderico Palatino per Vdalricum Zasium Imperii Vice-Cancellarium denuntiaretur, vt monasteria Neuhaus & Sintzheim restitueret, Caluinianæ sectæ Theologos atque pastores e ditione sua excluderet, aut Septemuiratu cederet, quem Cæsar in eius filium libenter esset collaturus. Verum Fridericus post breuem discessum, Senatum ingressus, pone se habens filium secundum, Io. Casimirum, Biblia gerentem, graui oratione docuit, dicta Monasteria in territorio Palatino esse sita, nec se ad eadem restituenda inaudita causa posse cogi. Quantum ad religionem, respondit, esse causam conscientiæ, quæ cogi nequeat, se Caluinii scripta non legisse, Catechismum ipsius fundamentis ex S. Scriptura petitis confirmari, se meliora edoctum, facile esse assensurum, religionem vero suam nisi causa cognita damnari minus æquum esse, id vero communis hostis atque adeo Pontificis astu fieri, vt commissis inter se principibus, Germaniæ pacem turbaret. Hac oratione plerique moti, & dum Augustus, Saxoniæ Elector intercederet, Commendoni & quorundam Principum conatus factus fuit irritus, Fridericus vero Palatinus a Cæsare cum gratia fuit dimissus. 41) Exhibebant in iisdem Comitiis d. 25. Aprilis Euangelici Grauamina sua Imp. quibus minime se discordiæ & turbarum esse auctores profitebantur, crassissimos Concilii Tridentini errores redarguebant, & varia contra Catholicos conquerebantur, ad quæ tamen Catholici respondebant. 42)

§. VII. Dum hæc Augustæ agerentur, Carolus, Cæsaris frater, ad IV. Nonas Februarii 1566. indicta Posonii Comitia celebrauit, quæ primum admodum fuerunt turbulenta. 43) Comperto tamen Solymanni in Vngariam cum exercitu aduentu, decreta Cæsari auxilia, simulque sancitum, vt secundum antiqua nobilitatis instituta, præsenti in castris Cæsari quisque pro virili præsto esse contendat. 44) Inde habito Viennæ Ordinum Austriacorum conuentu, pecuniarum collationes quoque imperantur. 45) Interea Ioannes Transsyluanus sumptis regis Pannoniæ, Illyrici, Croatiæ ac Stiriæ electi titulis, litteras ad vrbes, Proceres ac Nobilitatem Vngaricam dat, quibus ipsos, vt sibi se subiiciant, adhortabatur, ni Turcas in Pannoniæ finibus habere velint. Comitia etiam Thordæ ad VI. Idus Martii habenda indicit, quibus Cæsaris nomine, alia Schwendius opponit. 46) Iam & Ioannes & Turci in armis erant, & Ainasсum oppidum præcipuo milite nudatum haut longe ab Agria per absentiam præfecti, scalis admotis inopinato adgressi, IX. Kl. Maii vi capiunt, trucidatis defensoribus. Quo successu inflati, cum

41) THVANVS lib. XXXIX. p. 373. SCHARDIVS *ad a.* 1566. *Porro præter Duperii Electores Moguntinum Danielem, Ioannem Treuirensem, Fridericum Coloniensem, Fridericum Palatinum, Augustum Saxonem, aliosque spirituales atque seculares Principes cumplures, etiam illic cum duobus Cardinalibus Germanis, Marco Sittichio Constantiensi & Ottone Augustano, Episcopis, Pontificius Legatus Commendonius adfuit, cuius opera Concilii Tridentini decreta Catholicis Germanis oblata acceptataque fuerunt.* Et porro: *Electori quoque Palatino Friderico, qui Religionem non approbatam fouere, & Episcopi Wormatiensis ditionis nonnulla occupasse accusaretur, negotium exhibitum, sed ita, vt quam aduersarii sperarunt, ipse victoriam retulerit, bona occupata cum religione retinens.* DAVID CHYTRAEVS ad Marbachium in Fechtii Epistolis Theologicis, p. III. n. CV. ALTINGIVS *Historia Eccles. Palatina p.* 200. PAREVS *Hist. Palatina pag.* 165. Acta reperiuntur apud LEHMANNVM *de Pace Religionis lib. III. c. I. II. IV.* LVNIGIVM *Staats-Consiliis Tom. I. p.* 306. Extat apud GOLDASTVM *Reichs-Satzungen p. I. p.* 294. Resolutio an etiam Reformati pacis Religionis sint capaces. Recessus Augustanus reperitur in Corpore Recessuum *p.* 721. apud LVNIG *Cont. P. Gen.* I. *Fortf. p.* 115. Verius hæc exponuntur in *Pfaltzischer Kirchen Historie cap. V.* §. *XLII. sqq.* GOLDASTI *Reichs-Satzungen p.* 294.

42) Extant vtraque scripta apud LEHMANN *lib. II. c. IV.* SCHADAEVM *Sleidano Contin. p. II. lib. II. p.* 34. LVNIG *Staats-Consilia Tom. I. p.* 280. *Historia der Religions-Beschwerden p. I. c. III.* §. *VIII. sqq.*

43) ISTHVANFIVS lib. XXII. p. 462. *Carolum vero fratrem Comicijs Pannonicis, quæ ad quartum Nonas Februarias indixerat, celebrandis præfecit. In quibus tumultuum, altercationumque satis fuit: adeo vt illa varo antea fuerint turbulentiora. Nobilitas namque Cæsaris absentiam, & nondum amotos præfecturi, vti sæpius promissum erat, exteros homines, nec coërcitam militum insolentiam, quin potius multis partibus auctam, molestissime ferebat.*

44) ISTHVANFIVS lib. XXII. p. 465. *Cæsar literas, quibus Sulimani in Vngariam aduentus significabatur ad Carolum comitiis Vngaricis vacantem extemplo misit. Eadem ab idoneis certisque exploratoribus ad Zriuium & Querecenium, quorum ille Sigeto, hic Giula præerat, quique ambo comitiis intererant, perferebantur: ita vt Sulimanum, præmisso Perssfo, sororis suæ filio, qui secundum inter purpuratos locum obtinebat Giulam obsidione cingendam, se vero ipsum aut Agriæ aut Sigeto oppugnando vires & arma admoturum decreuisse, indicarent. Quibus a nobilitate in comitio, cognitis, contentionibus finis est impositus, decretaque, quanta afflicta vires opesque ferre poterant, subsidia, simulque sancitum, vt secundum antiqua nobilitatis instituta, præsenti in castris Cæsari quisque pro virili præsto esse contendat.* De hoc etiam loquitur THVANVS lib. XXXIX. p. 375. *dum hæc Augustæ agerentur, Carolus Cæsaris frater indicta Posonii comitia celebrauit, tam faciles Hunnicorum procerum animos nactus, vt non solum vniuersis eius postulatis in tam iusta ac necessaria causa assentirentur, sed etiam vltro in eam expeditionem profecturos se profiterentur, si aut Cæsar vel quispiam ex eius fratribus huic bello interesset.*

45) Pergit THVANVS: *quibus confectis Viennam sine mora tendit, & eandem gratiam ab Austriacis impetrat, collationibus pecuniarum ex prouincia consensu imperatis ad munitiones vrbis instaurandas & aliis in eam rem vtilibus.* SCHARDIVS *ad a.* 1566.

46) THVANVS *lib. XXXIX. p.* 375. SCHARDIVS *ad a.* 1566.

47) THV-

§. VIII. Eodem tempore exortum eſt bellum Gothanum. Guilielmus Grumbachius enim, poſtquam ab Imperio eſſet proſcriptus, 61) ſollicitata ad defectionem Imperii nobilitate, Io. Fridericum & Io. Guilielmum Saxoniæ Duces obteſtatur, vt ipſi accedant, ſe curaturum, vt dignitatem terrasque amiſſas recuperarent. Renuit Io. Guilielmus Vinarienſis, Io. Fridericus vero vanis Grumbachii & Cancellarii ſui Chriſtiani Brückii artibus promiſſisque illectus, fore ſcilicet, vt rebus motis reſtitueretur ipſe in paternas & auitas hæreditates vniuerſas, Electore Saxoniæ Auguſto, vel per ſicarios ſublato, vel ſi hoc non ſuccederet, per concitatam, tota Germania ſuæ cauſæ prætextu, nobilitatem excuſſo, ipſum recepit. 62) Conciliantur Principi quicunque rei bellicæ periti, & a clientelis equitum ac peditum inſtructi habebantur. Conducuntur horum opera magnis ſtipendiis milites: infeſtantur & terræ Electoris Saxoniæ & viæ publicæ latrociniis, 63) ſubornantur in Auguſtum ſicarii. 64) Propoſitum coniuratis erat, ſi euentus conatibus reſponderet, prout ex litteris interceptis & transfugis compertum fuit, ſub initium veris VIIII CIↃ equitum conſcribere, & IIII legiones, quarum II in Weſtphalia ad Rhenum vsque, II in Vandalicis regionibus excubarent. Weſtphalicis dato negotio, vt per epiſcoporum ditiones, Franconiam, ac deinceps Thuringiam late graſſarentur, Mulhuſium, Northuſiam & Erfordiam grandi pecunia multarent: Vandalicis item vt idem facerent, & Saxonis VIIuiri totam ditionem vi ac rapinis depopularentur, mandatum: quo facto, Io. Fridericus ad Wittebergam Electorem crearetur, & vbi exercitus duo coiiſſent, idem ſalutaretur, more inter Romanos olim recepto, ab vniuerſo milite Imperator; Principes ceteri in ordinem cogerentur; qui recuſarent, de medio tollerentur; equeſtris ordo Imperio Principum ſubtractus, in libertatem aſſereretur, & ſoli ſubiiceretur Imperatori: noua ad extremum Imperii forma inſtitueretur. 65) Inita & cum externis principibus occulta fœdera, ac præcipue cum Erico, Sueciæ Rege, cuius turbidum ingenium ad turbandam Germaniæ quietem cõniuratis viſum eſt peropportunum, miſſæ & ad Gallicæ Regem literæ, grauiſſimis aduerſus Cæſarem & Imperii Ordines

partim Schwendii diligentia aut exſtructæ aut inchoatæ. Idem & erarii noui iis in locis inſtituendi autor extitit, vnde non leue ſubſidium publicis rebus acceſſit, ac Germanis per loca munita diſtributis rem limitaneam matura prouidentia tam in Paonia quam in Styriæ finibus conſtituit.

61) *Vide ſupra §. VI.*

62) HVB. LANGVETI Hiſtoria B. Gothani apud TENTZELIVM Hiſt. Gothanæ Supplem. Sec. ſectione ſecunda p. 817. *ſed quod intelligeret nobilitatem ſolam nec authoritate, nec viribus, nec opibus tantæ rei parem futuram, ſi potentiores Principes aduerſarentur: nec protinus omnes ex hoc ordine hæc conſilia probaturos, atque a ſuis principibus diſceſſuros eſſe. Denique ſi quid a nonnullis non vniuerſis moueretur, conſtus ſeditionis ſpeciem eſſe habituros. Idcirco re deliberata, dat operam, vt ad præſidium Nobilitatis adiungat patrocinium Principum, gratia, authoritate, affinitatibus potentum. Præſert autem cæteris Duces Saxoniæ fratres, Ioannem Fridericum ſ. cundum, & Ioannem Guilielmum, Ioannis Friderici Electoris olim filios, tanquam proximos vicinos, & ſuo iudicio huic telæ, quam inſtituebat, pertexendæ accommodatiſſimos. Eos enim ex collectis adeptisque per parentem ſtudiis hominum, norat gratia valere apud promiſcuam multitudinem augenteſ fauorem commiſeratione ex memoria cladis perpeſſæ in bello Germanico titulo defenſæ religionis. Apud hos ita ſeſe inſinuat, vt alterum natu maximum Ioannem Fridericum de ſuæ cauſæ bonitate perſuaſum, & maximis ſtebus impletum, gloriosoque titulo Parentis, Patroni, Protectoris ac Vindicis nobilitatis Germaniæ inſtauratum facile ſibi deuinxerit: Alterum Ioannem Guilielmum, quanquam ſæpe ac mirifice tentatum, circumuenire tamen atque in ſuas protrahere partes nequiuerit.* THVANVS *lib. XLI. p.* 449.

63) HISTORIA B. GOTHANI *p.* 820. THVANVS *c. l.*

64) THVANVS c. l. *ad hæc, odia inter eum & Auguſtum VIIuirum exacerbare, & vt ſceleris magnitudine eum obligaret, in perniciem Auguſti conſurare & ſicarios ſubornare.* HIST. B. GOTHANI p. 821. *priusquam ex Comitiis* (Wormatienſibus) *domum redit dux Elector Saxoniæ, comprehenditur non procul a Dresda ob furtum quidam natus prope Fribergam Miſnia, Ioannes Boem. Hic Dresdam adductus ex ſeſſione, non interrogatus, enunciat, conductum ſe eſſe a Grumbachio, vt Electorem incautius ac fere ſine ſatellitio vagantem in ſilnis, aut feras inſectantem, globo traiiciat, & ad eam cædem ſe ſclopeto inſtructum eſſe. Idem poſt tormentis examinatus repetit. Capitur & alius graſſator inſignis, Erphordienſium hoſtis, Philippus Plaſſ, qui inter alia confitetur, ſibi quoque a Grumbachio ſi inſidias, quæ parentur Electori, adiutare velit, præmia propoſita eſſe. Sed aſſentiri ſe noluiſſe. Nec diſſimilia his teſtimonia alia deferuntur ad Electorem ab inclytis & nobilibus viris, Guntero Comite Schwartzeburgico & Chriſtophoro Zebicio, ex ore Grumbachii excepta.* Idem fere dicit THVANVS *lib. XLI. pag.* 450. LVCKIVS *in Sylloge Numiſmatum p.* 226. exhibet nummum Auguſti, repræſentantem nauim prope petram, mari agitatam turbido, in cuius velo expanſo Chriſtus Cruci affixus, & malo adſtans Electos, gladiumque humeris imponens, quem hoſtes ſeptem vndique equis adnatantes telis dialiſque petunt, cum hac epigraphe: TE GVBERNATORE. Hunc nummum occaſione Gothanæ obſidionis cuſum fuiſſe autumat LVCKIVS, quem ſecutus fuit TENTZELIVS in Schediasmate ſuo de nummis Saxonicis pacis, bellique tempore cuſis, qui etiam coniectatur, ſex equites nauem cingentes ſex factionis illius auctores cum ipſo Io. Friderico deſignare. Sequitur eum GLEICHIVS *in Hiſtoria Numismatum ſuccincta §. XXXI. &* SCHLEGEL *de nummis Gothanis pag.* 47. Verum IVNCKERVS *in vita Lutheri p.* 268. potius auctor eſt, ſignificare hoc Emblemate Electorem voluiſſe, eccleſiam turbidam petitamque ab aduerſariis. Ipſe quoque TENTZELIVS *in Saxonia Numismatica lin. Albertine Tomo I. p.* 117. tradit, talem Nummisma iam tempore Conuentus Numburgenſis 1561. Auguſti Electoris iuſſu fuiſſe cuſum.

65) HIST. B. GOTHANI *p.* 826. THVANVS *lib. XLI. p.* 449. Additur in dicta HISTORIA p. 827. *comprobarunt hæc deinceps archiua a deditione in arce reperta, & indiciis atque confeſſionibus Principis Ioannis Friderici, Grumbachii & cæterorum patefacta conſtita. In literis vero interceptis hæc*

dines querimoniis plenæ, quibus auxilia petebantur. 66) Facta poſtremo ſpes a Grumbachio amicitiæ & opum Anglicarum, quas ipſi fœmina impoſtrix, quæ ipſi miro aſtu perſuadere conabatur, ſe eſſe Annam, Angliæ Reginam, natam Duciſſam Iuliacenſem, ab Henrico VIII. repudiatam, figmentumque de morte eius propterea excogitatum, vt facilius carcere Londinenſi liberaretur, vnde funibus elapſa nauique impoſita aufugerit, theſauro viginti quinque tonnarum auri ablato. 67) Addidit Grumbachius varias impoſturas, & ne quid inexpertum relinqueret, magicam quoque ſuperſtitionem. 68) In plebem vero, concione ad populum habita ſparſerat, bellum religionis abolendæ cauſa, conſpiratione inter Cæſarem, Auguſtum Electorem, & Germaniæ epiſcopos inita, ſuſceptum eſſe. 69) Graſſante dein coniuratorum audacia, non Cæſar ſolum, ſed etiam Auguſtus Elector per litteras ac legatos orat patruelem, factionis ſeditioſæ ducem cum ſatellitio vniuerſo a ſe dimittat. Eodem officio apud Io. Fridericum defuncti ſunt Fridericus Palatinus Septemuir & Philippus Haſſus. 70) Poſtquam autem in Comitiis Auguſtanis 1566. renouata fuiſſet proſcriptionis ſententia in Grumbachium, eiusdemque auxiliatores & receptatores, eademque tubis ac tympanis, more ſolenni per fecialem fuiſſet publicata, eius executio Auguſto Electori demandatur. 71) Fuit & decretum, vt miſſa legatione iubeatur Io. Fridericus proſcriptos in manus Cæſaris tradere, aut vinctos, vbi

hæc verba inerant: Imperatorem Maximilianum publicatione renouatæ proſcriptionis violaſſe fidem ac religionem iurisiurandi, atque hoc periurio ſemetipſum exutum maieſtate Imperatoria de faſtigio Imperii deieciſſe. Et paullo poſt: *in hanc conſpirationem ita conſenſit Dux Ioannes Fridericus, vt de ſito ſtipendia Duibus decreuerit, & victoribus, ſi rem perficerent, præmia propoſuerit, ex præda parta & occupatis terris, liberaliſſima. Conſtitutum fuit inter eos biennio ante de innouanda inſignium Electoralium forma, deque typis peculiaribus monetæ imprimendis, cum arrogantis, mimiæque decentis tituli, vbi ad arma deuentum eſſet, inſcriptione. Comparata iam & inſtructa fuerunt præla ad excudenda publicæ fidei diplomata, quibus caueretur ſaluti eorum, quos ſeruatos cuperent.*

66) HIST. BELLI p. 827. *de colligendis belli neruis rationes initæ: petita mutuo a quibusdam Germaniæ principibus ingens pecuniæ vis: fœdus cum Rege Sueciæ non ſolum expetitum & tentatum eſt, ſed & miſſis hinc inde legatis, initum contractumque fuiſſet, ni interceptus quidam in mari conſilia omnia aperuiſſet. Quas minas, quæ opprobria in cognatos principes, & machinationes quam hoſtiles aduerſus eosdem, mandata illa continuerint, id inſtructionum, vt vocant, formulæ poſtea reperta teſtari feruntur. Nulla ibi Imperatoris, nulla cognati ſanguinis, inuratorumque pactorum ratio habita eſt. Eſt inter alios libellus repertus etiam, qui continet belli denuntiationem directam ad Imperii Ordines, multo ante compoſitam, & manu propria Ducis Ioannis Friderici plerisque in locis correctam & auctam. Ita vt nihil illis ad claſſicum canendum euertendamque patriam defuerit, quam loculi auro referti, & prætextus aliquis ſpecioſus. Enm ſeſe acceptoros arbitrati ſunt, ſi Electior Saxoniæ, quem variis calumniis apud Nobilitatem ſibi addictam deformarant ac prægrauarant, decreto Imperii aut Cæſaris iuſſa, executionis faciendæ cauſa, arma ſimeret.* MERC. C. B. *Tom. I. lib. III. p.* 400.

67) THVANVS lib. XLI. p. 451. auctor eſt, ipſi ſpem fuiſſe factam de amicitia, opibus & matrimonio Eliſabethæ, Angliorum Reginæ, dum ita ſcribit: *Facta poſtremo ſpes ab Grumbachio amicitiæ & opum Anglicarum a Eliſabetha: & quanquam Ioannes Fridericus Agnetem Heſſi filiam & Mauritii, qui patrem ipſius ſpoliauerat, viduam in matrimonio haberet, tamen perſuaſum ei tam facile vxorem repudiari poſſe, vt Eliſabetham ipſam duceret; quam ſtolide ſana ſocci de euentu funeſto totius vaticinantis monita repudiauerat, in eam rem confictæ a coniuratis quaſi ab Eliſabetha litere notis arcanis exaratæ, quibus illa mirifico eum ſola virtutis & paternæ & ſuæ famæ cognitum amore deperire conteſtabatur, & familiare cum ipſo colloquium expetere, quibus vobus vt maior fides aſtrueretur, impudens iuxta & audax commentum Grumbachium molitum affirmant; ſuppoſitam nimirum anno ſuperiore feminam e proſtibulo ad id ante inſtructam, quæ obſcuro habitu, vt lateret, Erfordiam venit; eodem mox Io. Fridericum vanis promiſſis a ſuis infatuatum veniſſe, & cum ea, quam Eliſabetham rebatur, quæ relicto regno ad eum impotenti amore perculſa ſimulato morbo ſumma celeritate aduolaſſet, ſic enim illa aiebat, vt conſpectu eius & colloquio tandiu expetito frueretur, diu collocutum, ab eaque poſt amplexus arctiſſimos certa auxiliorum & nuptiarum fiducia diſceſſiſſe.* Verum inter epiſtolas GOLDASTINAS ep. CCXXXVI. dicitur, *quæ de fictitia vel ſubornata Eliſabetha Regina Angliæ ſcribuntur a Thuano omnibus ſanis fabula.* Rectius fraudem detexit TENTZELIVS *Suppleм. Hiſt. Gothanæ p.* 792.

68) HIST. B. GOTHANI p. 828. *ſed hoc maxime triſte & deplorandum eſt, quod ad artes minime conuenientes homini Chriſtiano confugere veriti non ſint. Per puerum enim ruſtici filium, vel magicis præceptis imbutum, vel ab incantatoribus faſcinatum, vel a Grumbachio ad eas impoſturas aſſuefactum: per hunc ergo Princeps in conclaue ſuum, & arcaniſſimam conſuetudinem receptum, reſponſa ex angelis ſciſcitari, & de futuris quid euenturum eſſet, explorare eſſ ſolitus. Nunc de ſucceſſibus victoriisque ipſius Ducis: nunc de Cæſaris & Electoris Saxoniæ interitu: nec non theſauris effodiendis, aliisque id genus ſimilibus euentibus. His cum a diuini verbi præconibus vehementius contradiceretur, grauia illis ſupplicia, ni tacerent, indicta ſunt. Et ſuſcepit magi patrocinium ipſe Princeps tanto ſtudio tantoque feruore, vt Theologos hanc conſulendi diabolum conſuetudinem acriter reprehendentes, mordacibus & contumelioſis ſcriptis, quæ extant, repelleret, nec vlla pia, rectaque & ſalutaria monita admitteret.* Vocabatur iſte *Hanſel Taufendſchan, oder der Engelſeher, ſonſten mit Nahmen Hans Müller, der Jüngere, zu Sundhauſen.* MVLLER *Ann. Sax. ad a.* 1567.

69) HIST. B. GOTH. *pag.* 829. THVANVS *cit. loc.*

70) HISTORIA B. GOTHANI *p.* 820. 821. THVANVS *c. l.* LEPTA *lib. II. p.* 232.

71) HIST. B. GOTH. p. 822. *duci Electori vero Saxoniæ Auguſto demandatur ab Imperatore ac ceteris ordinibus decreta in proſcriptos & Receptores, ni parcant, executio, & imperantur auxilia quatuor Germaniæ prouinciis, Turingiæ vicinioribus. Vtrique Saxoniæ, ſuperiori & inferiori, Franciæ Orientali & Weſtphaliæ,* Cæſaris etiam litteras deſuper ſcriptas in compendio exhibet SCHARDIVS *ad a.* 1566.

72) HIST.

vbi ille velit, ſiſtere, ni pareat, debita receptatoribus pœna afficiatur. 72) Et licet Palatinus Electo̅r, Haſſius & Cliuenſis Dux ſe medios interponerent, & nulli operæ, nullis ſumptibus parcerent, vt Io. Fridericum ad officium reducerent; iſte tamen omnes conditiones recuſabat, ſe, ob graue bellum Pannonicum ſecurum eſſe ratus. 73) Auguſtus igitur electo̅r, poſtquam Io. Fridericum per litteras denuo monuiſſet, ſed ab ipſo acerbe fuiſſet notatus, 74) accepto a Cæſare mandato, collectoque milite, pridie Natalis Domini 1566. copias ſuas præter ſpem, ad Gotham vrbem mittit. Denuntiatio ſtatim per fecialem fuit facta, qua ſubditi Io. Friderici a fide, quam ei tanquam legitimo domino debebant, ob læſæ Maieſtatis Cæſareæ crimen, ſoluebantur, & deſerto illo, in Io. Guilielmi fratris verba iurare iubebantur. 75) Obſeſſa Gotha, neque tamen, quod adhuc pauciores numero copiæ aduenirent, vndique cincta, commeatus & auxiliares, ingreſſu haut omnino intercludi poterant. Itaque ex vicinis locis aliquot milites, ſed fere imbelles in oppidum compulſi, & ex pagorum circumpoſitorum præda in aliquot dies annona comportata. Mox aduentante toto exercitu, cum aliquot dies ſine vllo operæ pretio elapſi eſſent, decima quarta ab obſidione die, Auguſtus VIIuir in caſtra venit, & omnem vndique vrbem foſſis, aggeribus & caſtellis circumdat, vallo tam prope ad vrbem perducto, vt oppugnatoribus obſeſſisque colloquendi facultas eſſet. 76) Mittebantur equidem ex vrbe eum litteris & aureis quater mille, qui nobiles ad ſubueniendum ſollicitarent, copiasque conducerent, iſtæ tamen interceptæ fuerunt, conſilia coniuratorum detecta. 77) Cives igitur omni ſpe auxilii deſtituti, conſilia inuicem capiunt, atque ex equeſtri Ordine, aulicis, Senatu ac plebe conueniunt, concordibusque votis conſilium capiunt, & Principem litteris ſupplicibus monent, ne ſe ipſum atque ſuos, proſcriptorum cauſſa obſtinate perditum eat, quin potius mature ſe tam periculoſo bello expediat. Sed nullum ad illas præter minas, reſponſum eſt datum. 78) Dumque clam oppidani, ruſtici & præſidiarii conſultant, caſus incidit, qui occulta ac remiſſa eorum conſilia ex indignatione in apertam ſeditionem adduxit. Ciues igitur in vrbe tumultuantes, cunctos ad arma contra proſcriptos capienda hortantur, eoque veluti ſigno excitati præfidiarii, cum intus ab Hieronymo Brandenſteinio, militum tribuno vrgerentur, vt nouo ſe iuramento obligarent, ob idque in aream arcis eduĉti, id facere detrectarent, nequicquam Brandenſteinio & ipſo Io. Friderico minas ad obteſtationes addente, ſtatim exaudito oppidanorum clamore, portas occupant, & concurſu ciuium ad arcem facto, ſe cum iis coniungunt, comprehenſo ante alios Brandenſteinio; quo facto, cæteri proſcripti e latebris ſunt producti. 79) Ii erant præter Brandenſteinium, ipſe Grumbachius, factio-

72) HIST. B. GOTH. *p.* 822. THVANVS p. 450. Extat ſpeciatim cum litteris quibusdam adiectis *Copey der Antwort, ſo Herrzog Johans Fridrich zu Sachſen der Mittler &c. des Reichs abgefandten Botſchafften, auf ir Anbringen und Werbung, Wilhelmen von Grumbachs, Ernſt von Mandelslo, und Wilhelm von Steins halben gegeben* 1566. 4. Hanc etiam prolixam reſponſionem exhibet SCHARDIVS *ad a.* 1566.

73) THVANVS *lib. XLI. p.* 450.

74) HIST. B. GOTH. p. 822. *Electorem vero Saxoniæ non obſcure amplius aut ambigue, ſed ex propoſito, diſerte ac acerbe notet, & falſo atque iniique traducat. Intexuntur ſcripto Grumbachianæ epiſtolæ, obiectum de conductis & emiſſis ſicariis crimen diluentes, excuſatione prorſus inter ſe diſcrepante. Quod enim initio inficiatur impudenter, & deinde a ſe in alios, id ad extremum ita confitetur, priora prodens: vt niſi Elector deſinat oppugnare ipſum, non deſuturos minitetur, qui eum quoquo modo tollant:* Prodierunt enim *Copeien derer Schrifften, ſo zwiſchen dem Churfürſten und Hertzog Johans Fridrichen dem Mittlern, zu Sachſen &c. Graf Günthers von Schwartzburg, und Wilhelmen von Grumbachs, auch volgends zweier zu Dresden gerechtfertigten Vhelztheter, und derer von inen erzwungnen vermeinten Vrgichten halben ergangen anno* 1566. 4.

75) HIST. B. GOTH. *p.* 824. 825. THVANVS *c. l.* Extant de eo varia ſcripta: *Abdruck der Rœm. Keyſerl. Maieſtat Mandat und Befehl an den Churfürſten zu Sachſen, der Achts-Execution halben. Auch des Churfürſten zu Sachſen &c. verordneten Ober-Sachſiſchen Creyſes Obriſten Verwarungſchrifft anno* 1566. *& varia alia*, vel diffidationem, vel deditionem vrbis & arcis concernentia. In GOLDASTI *Reichs-Satzungen p. II. p.* 294. reperitur Maximiliani II. proſcriptio per fecialem XIII. Decembris 1566. publicata. SCHARDIVS *ad a.* 1566. 1567. LEPTA *lib. IV. p.* 234.

76) HIST. B. GOTHANI *pag.* 825. THVANVS *c. l.*

77) HIST. B. GOTHANI p. 826. *dum hæc opera ad vrbem parantur, a nocturnis excubiis deiiciuntur internuncii ex arce emiſſi cum literis & auro ſignato ad Erneſtum Mandelsloium. Aureorum erant quater mille ponderc, Rhenanis leuiores, auro pares, notati inſignibus Electoralibus decuſſatim ſecantium ſe binorum gladiorum, & inſcriptione vendicante dignitatem Electoralem Ioanni Friderico a natalibus. Litera characteribus exaratæ erant inuſitatis. Hi agniti, & arcanas obſeſſorum machinationes, & magiſtros equitum, militumque tribunos, ſocios atque complices coniurationis omnes patefaciunt, quorum multi ſiti purgandi cauſſa ad Electorem Saxoniæ & legatos Imperatoris literas ſcribunt. Nonnulli in caſtra deinceps veniunt, aliqui male ſibi conſcii fuga ſalutem quærunt.* Inter Schedas meas poſſideo litteras Guilielmi Grumbachii ad Erneſtum de Mandelsloh ex arce Grimmenſtein XXXI. Ianuarii 1567, quas vna cum dictis quater mille aureis ad ipſum miſerat, quibus ita expriminntur *viertauſendt Klippen in Goltz-Gülden wierdt geſchlagen, iedoch ſind ſie in Goltt etwas beſſer.* Inde ipſum monet, vt cum copiis adductis quantocyus accedat, hoc addito: *Wann es ſollen alsdann die Reichen Leutte nicht mit Laſſeln, ſondern mit Schefeln ausgetheilet werden.* De nummis iſtis SCHLEGEL *de nummis Gothanis p.* 44. 45.

78) HIST. B. GOTH. *pag.* 829. THVANVS *pag.* 452.

79) HIST. B. GOTH. p. 830. *auget ciuium & ruſticorum in vrbem coactorum indignationem caſus; qui præceſſit pridie Paſchatos. Præcipuus enim Ce-*

factionis princeps, Guilielmus Steinius, focius & omnium conſiliorum particeps, Chriſtianus Brükius principis Cancellarius, & Io. Beierus, qui ſub Auguſto VIIuiro præfecturæ monetariæ quæſtor, cum ſoluendo non eſſet, deſerto domino transfugerat & coniuratis operam ſuam addixerat. 80) Hi extemplo in vrbem rapti in Curiam deducuntur, vbi diuerſis locis ſub cuſtodia habiti ſunt. His actis, re inter eos conſultata, placuit, vt vna communi epiſtola, quid in vrbe actum eſſet, a nobilibus, aulicis, centurionibus, Senatu, Auguſto Electori, Io. Guilielmo & Cæſaris legatis ſignificaretur, & de conſenſu Io. Friderici petitum, vt dies condiceretur, qua per delegatos de pace ageretur, paratis cunctis proſcriptos dedere, & vrbem ipſam, ſi id æquis conditionibus liceret. Huic epiſtolæ Io. Fridericus ſeorſim ſuas adiungit litteras, Cæſaris legatis inſcriptas, quibus petebat, vt Palatinus Electior, Guilielmus Cluienſis Dux, & ipſe Philippus Haſſius ſocer, qui paullo ante e viuis exceſſerat, accerſerentur, & in commune de pacis conditionibus deliberaretur. Aberat tunc Auguſtus, Caſſellas cum Io. Guilielmo profectus, vt funus Haſſi præſentia ſua cohoneſtarent: vt in caſtra rediit, Gothani, quod petebant, impetrant; ad litteras Io. Friderici nihil fuit reſponſum. Dicta congreſſui dies, proponuntur conditiones, in quibus cum ſe comprehendi paſſus eſſet Io. Fridericus, conſilii inops, tandem conuenitur, vt ipſe ſe, vrbem & arcem cum apparatu omni bellico, commeatu ac fiſco dedat Cæſari ſine vlla conditione, vt proſcripti, & Saxoniæ Electoris ſubditi, qui non renunciata domino ſuo obligatione, contra ipſum militarant, in Electoris manus tradantur; armati intra quatuor horarum ſpatium vrbe & arce excedant ſine tympanis, & complicata ſigna prius tradant Oppidani vitam, fortunas & immunitates integras retineant, portis pateſactis, præſidium intra vrbem & arcem accipiant, claues Electori exhibeantur, captiui ſine pretio dimittantur; Gothani ciues per VIII. delectos, ſupplices Cæſari fiant, aut eius loco Electori Saxoni, milites ac ciues fidem obſtringant, ſe nunquam contra Cæſarem, Imperium & Saxoniæ Electorem arma eſſe laturos; in Io. Guilielmi verba iurent, excluſo ab omni ſucceſſionis iure Io. Friderico fratre, & natis ex illo filiis, & ſi contingat, Io. Guilielmum ſine maſcula prole decedere, ad Electorem Saxonem eiusque filios hæreditas deuoluatur, quibus deficientibus, Landgrauii Haſſiæ ſuccedant. 81) Pactis vtrinque obſignatis, Electior XIII. Aprilis Dominica Miſericordias Domini 82) 1567. vrbem ingreditur. Io. Fridericus vero ſe in manus legatorum Cæſareanorum tradit, ne in Auſtriam duceretur, ſed apud Auguſtum Electorem relinqueretur, petens. Nihilominus triduo poſt Viennam ducitur, facta vxori eius abeundi & ſupellectilem pretioſam ſecum aſportandi copia. 83) Mox de proſcriptis & captiuis quæſtio habetur, & Grumbachius inprimis tormentis ſubiicitur, ex cuius & ſociorum confeſſionibus, cum de criminibus conſtaret, XIV. Kl. Maii de iis ſupplicium ſumitur. Grumbachius & Brukius fecti in quatuor partes: cum Steinio, quod eum tanquam a ſe ſeductum excuſaſſet Grumbachius, mitius actum: nam capite primum trun-

pitaneus ciuium, idemque ciuis, fortitudinem & rei militaris vſum omnibus carus, Ioannes Hoffman, non ex vrbe, ſed arce (contra militum inter ſe pacta, quæ erant, vt arcem præſidia iſtuc collocata, vrbem vero ciues defenderent) adoppugnandum hoſtium caſtellum proximum, erumpere cogitur. Vbi pugnans fortiter, cum aliquot gregariis militibus interficitur. Quod ergo ſcirari potuiſſet; ſi anxilia, vi conuenerat inter eos, ſubmiſſa fuiſſent, incipit in vrbe de tribuni milium Brandenſteinii perfidia, populusque grauiter queri, quod non tantum honeſtum ſortemque ciuem præſenti periculo obiecciſſet, ſed & virilitter dimicantem turpiter deſeruiſſet. Exoritur ergo fremitus & indignatio in vrbe, cuius cum præſidiarius miles e claustris in aream arcis quarta die Aprilis eductus, ad Sacramentum militiæ de nouo præſtandum, non ignarus eſſet, iurare recuſat: vel quod deſperarct de defenſione arcis, vel quod amplius militare nollet cauſſam improbans, & quod portaſſas eſſet latebrarum, ſqualoris & egeſtatis, quam pertulerat. Stipendia enim nulla iuſ vnius menſis & victum tenuem ac ſordidum per id tempus acceperat. Vrgente præfecto Hieronymo Brandenſteinio, & nil proficiente, nec obteſtationibus, nec minis, accurrit princeps ipſe. Sed & eo nihilo plus concitato militi perſtadente, exauditur clamor in vrbe: ſi mox concurſus ad arcem: portæ vi reclauduntur: coniungit ſe miles cum oppidano præſidio. Comprehenditur tribunus militum Brandenſicinus: proſcripti deponuntur: qui cum metu ipſe abdidiſſent, inquiruntur per arcem reſeratis conclauibus: inuenti capiuntur, vinčli abripiuntur in vrbem, atque in curiam deducuntur, vbi diuerſis in locis cuſtodiuntur. THVANVS *p.* 452. SCHARDIVS *ad a.* 1567.

80) HIST. B. GOTH. p. 831. ibi additur: *Zebicius vero cum nonnullis aliis ea veſpera elapſus, poſtridie ſummo mane per portam arcis emittitur, vbi deceptis excubiis foſſam, quæ anguſtiſſima erat, concitato equo tranſiliens cuadit. Is eſt autem Zebicius, qui ſuo ſe ſcelopeto Zobelium Antiſtitem Vuirceburgenſem traieciſſe profiteri fuit auſus cum Pichtio Luneburgico.* Eadem dicit THVANVS p. 452.

81) HIST. B. GOTH. *pag.* 832. THVANVS *pag.* 853.

82) HIST. B. GOTH. p. 833. *factum id eſt die decima quarta Aprilis, hora circiter ſexta veſpertina. Incidit illa dies in Dominicam Miſericordias Domini, hoc ex Eccleſiaſtico Calendario nomine notam. Quæ ante annos viginti a Carolo V. Imperatore pater Ioannes Fridericus ſenior acie victus & captus eſt, pene eadem hora. Diſcrepantibus tamen diebus menſis politici, cum ante viginti annos eadem Dominica in viceſimam quartam Aprilis inciderit. Sed decima tertia Aprilis, quæ antiſtiti Wurceburgenſi Zobelo fraude Grumbachii peremto, vitam: eadem admirando iuſtitiæ ac vindictæ diuinæ teſtimonio ipſi Grumbachio tunc primum redacto in hoſtium poteſtatem, annos octo poſt, ſpem vitæ eripuit.* THRASYBVLVS LEPTA lib. IV. p. 244. *Capta autem eſt Gotha ſiue dedita potius, 24. Aprilis, Anno vt ſupra 67. Dominica (vulgo) Miſericordias Domini, &c. eodem die, quo Receptatoris pater Iohannes Fridericus Electior, &c. fatali ipſo artitulo viceſimi anni, eiusdemque diei ad Muhlbergam a Carolo V. Cæſare in acie captus fuerat, quod ſane in miraculum eius rei geſtæ ſcientes conuerterunt.* Sequitur THVANVS *p.* 453.

83) HIST. B. GOTH. *pag.* 833. THVANVS *pag.* 453.

84) HIST.

truncatus est & postea quadrifariam sectus. Eadem pœna Hieronymus Brandensteinius arcis præfectus affectus est, qui in diripienda Herbipoli se ferociter gesserat, Gothanos etiam nimium adfixerat. Laqueo gula fracta est Io. Beiero, capite plexus est Dauid Baumgartnerus, Sueuiæ Baro, Augusta oriundus, qui ob æs alienum profugus, Grumbachianæ factioni se addixerat, & prauis de nobilitate in libertatem asserenda, consiliis, quæ & ipsius nomine publicata sunt, participauerat. Puer Magus laqueo suspensus fuit. 84) Tum diuisæ machinæ bellicæ, quæ CLX numero inibi compertæ sunt, IX insigniores sibi Imperii prærogatiua sumpsit Augustus: cæteras cum Io. Guilielmo ex æquo partitus est: VIII grandioribus sepositis, quæ dono Cæsari missæ sunt. 85) Postea ex decreto Comitiorum Ratisbonensium Gothanæ arcis, tanquam seditiosorum ac perduellium receptaculi demolitio imperatur. 86) Cusi in victoriæ tantæ memoriam argentei nummi cum hac inscriptione: TANDEM BONA CAVSSA TRIVMPHAT. 87) Inter hæc, ductus Viennam Io. Fridericus, & ignominiosa pompa per vrbem X. Kl. Quintilis traductus, effusa, quamuis copiosissimo imbre superueniente, ad nouum spectaculum plebe. Præcedebant L. Equites Norici, quos totidem Saxones sequebantur, deinde VIII. qui signa in terram versa deferebant; quingenti circiter pedites, currum apertum, in quo ipse vehebatur, stramineum pileum in capite gestans, comitabantur. Ita variis anfractibus per celebriores vrbis plateas, vt plebis oculos pasceret, circumuectus est, inde Neapolim translatus in custodiam L armatorum, & domestico comitatu admodum exiguo, additum tamen postea indulgentia Cæsaris nouum famulitium. Intercedebant pro eo missis oratoribus, Moguntinus, Treuirensis, Brandeburgicus Septemuiri, & vniuersa Boiorum & Palatinorum familia, Würtenbergensis Dux, Guilielmus Landgrauius, Clivensis Dux, Badensis Marchio, & Comes Hennebergicus, nihil tamen obtinuerunt, quam vt captiuus laxiori custodia teneretur, 88) in qua postquam per annos XXVIII. continuos vixisset, ipsiusque libertas varie fuisset tentata, 89) demum a. 1595. fuit extinctus. 90)

§. IX. Durante hac obsidione, d. III. Ianuarii a. 1567. omnes Io. Friderici Ducis subditi Salfeldiam euocantur, ibidemque auctoritate Imperiali per Fecialem absoluti, Ioanni Guilielmo fratri fidem præstare iubentur. 91) Ibidem Augusto Electori d. VIII. Ianuarii in sumtuum satisfactionem quatuor præfecturæ, Weyda, Arnshaug, Ziegenrück & Sachsenburg hypothecæ loco in securitatem constituuntur. 92) Dum autem ista nondum sufficerent, Comitia vniuersalia Circulorum Erfurti Septembri mense 1567. fuerunt cele-

84) HIST. B. GOTH. *pag. 833.* THVANVS *p. 453.* Qua ratione etiam Iustus Ionas Iunior, ob caussam Grumbachianam Hafniæ capite fuerit plexus, docet MVLLERVS *Ann. Saxon. ad a. 1567.*

85) HIST. B. GOTH. *p. 834.* THVANVS *c. l.* licet alii maiorem tormentorum numerum adducant.

86) HIST. B. GOTH. THVANVS *c. l.*

87) Nummus iste ab vno latere repræsentat Gladios Electorales decussatim positos, cum inscriptione TANDEM BONA CAVSA TRIVMPHAT MDLXVII: a parte auersa MDLXVII. GOTHA. CAPTA. SVPPLICIO DE PROSCRIPTIS IMP. HOSTIB. OBSESS. SVMPTO COETERISQ. FVGATIS AVGVSTVS. D. SAXO. ELECTOR ETC. *Fieri fecit.* Vid. LVCKII *Sylloge Numism. p. 224.* SCHLEGEL *p. 46.* De eodem nummo agit LEPTA *p. 244.* Plures sunt, qui historiam fatalis istius belli scripserunt. Inter hos primo loco nominanda est *Historica descriptio suscepta a Cæsarea Maiestate Executionis contra S. Rom. Imperii rebelles, eorumque Receptatorem: & capta vrbis Gothæ soloque æquati castri Grimmenstein Anno Domini MDLXVII.* quæ Anno MDLXVIII. mense Augusto prodiit, quam etiam SCHARDIVS *Tomo IV.* inseruit *p. 34.* & quæ in vernaculum sermonem fuit translata. Autorem detexit P. BIZARVS *in Historia Senatus Populique Genuensis ad a. 1567. p. 577.* vbi, dum belli Gothani historiam breuiter exponit, sequentia immiscet: *huius autem belli caussæ & occasiones, adeoque vniuersa Historia de capta vrbe Gotha & castro Grimmenstein Idibus Aprilis funditus exciso, a generoso & clarissimo viro D. Huberto Languetto, qui ob singularem eruditionem ac cæteras eximias virtutes ab omnibus commendatur atque suspicitur, latine descripta est, ac etiam typis excusa.* Plenius de hoc libello TENTZEL *p. 809.* SCHARDIVS *ad an. 1566. 1567.* LONDORP *lib. VII. p. 786.* CRVSIVS *Ann. Suev. p. III. lib. XII. pag. 729.* NATALIS COMES *lib. XVIII. p. 385.* CHYTRAEVS *lib. XXI. p. 568.* BALTH. MENCIVS *in Historica Narratione de VII. Elect. Saxoniæ p. 87.* SPANGENBERG *Chronic. Saxon. cap. CCCCII.* & plures alii, quos longo numero citat SAGITTARIVS *Histor. Gothanæ pag. 34. 35.* Inter Msta mea, præter varias litteras, quas Originales vocant, ipsi Io. Friderici manu subscriptas, aliasque Grumbachii, Alberti de Rosenberg, aliorumque, tres speciales reperiuntur descriptiones huius belli, quarum vna prolixior est, variasque insertas habet epistolas.

88) THVANVS *lib. XLI. p. 454.*

89) Testatur de eo CHYTRAEVS lib. XXVII. p. 761. *pro captiuo Saxoniæ principe Ioanne Friderico, plerique Imperii principes cum Damia rege, apud Imp. per legatos mense Martio Pragæ intercesserant, vt ex diuturna oblocdem annorum custodia tandem liber dimitteretur. Etsi autem verbotenus assensit Imperator: tamen formam cautionis, a captiuo Principe præstandæ, talem præscripsit, vt ille ad finem vitæ in custodia duraret, quam tali modo liberari maluerit.*

90) MVLLERI *Ann. Saxonici ad an. 1595.* KREVENHILLER *Ann. Ferdin. Tom. IV. p. 1378.*

91) SCHARDIVS ad a. 1567. *Circiter hoc idem tempus subditi Iohannis Friderici, tam Nobiles quam plebeii literis euocati Salueldiæ conuenunt, & ibi a iuramento & fidelitate, qua Ioanni Friderico obligati fuissent, autoritate Imperiali per Heroldum, vt vocant, absoluti, Iohanni Guilielmo fratri, Iohanni Friderico relicto omnem fidelitatem præstare iubentur.* MVLLERVS *Ann. Saxon. ad a. 1567.*

92) SCHARDIVS c. l. *cum itaque tritum præfecturarum cum pagis atque oppidis ad eas pertinentibus oppignorationæ Augusto Electori caussis.* Sed rectius MVLLERVS quatuor istas præfecturas ex ipsis Actis numerat.

celebrata, 93) iisdemque quod de sumtibus cum Io. Guilielmo sit transigendum, decretum, & qua ratione reliqui, qui ex Grumbachii adsectis refugerant, Ernestus Mandelslous, Iodocus Zebicius, Dietericus Pichtius, Michael Faistlinus inuestigarentur, & meritæ pœnæ subiicerentur. 94) Dum etiam in Comitiis Ratisbonensibus non solum demolitio arcis Grimmenstein fuisset decreta, sed etiam conuenerat, 95) vt trium annorum pecunia ad vnum contraheretur: ea lege, vt illa in Cæsaris manus non perueniret, nisi bellum cum Turcis gereretur, eadem de re & actum Erfurti, conuentus & Pragæ & Posonii habiti, & imperata grauia vectigalia ad militem alendum. 96) Austriaci vero Ordines dum æris alieni, quo premebatur Maximilianus, leuationem ab iisdem peteret, liberum Augustanæ Confessionis exercitium denuo petunt, & quod antea fuerat denegatum, 97) tunc demum obtinent, vt Maximilianus Imperator, duobus Austriæ Ordinibus, Dynastis seu Comitibus, Baronibus & cæteris nobilibus, in ecclesiis, in quibus ius Patronatus habebant, liberum doctrinæ ac Rituum Confessionis Augustanæ exercitium concederet: hac tamen conditione, vt seni vtrinque a Cæsare & Ordinibus delecti, & in his duo ex Saxonicis ecclesiis euocati, de singulis doctrinæ articulis & Ritibus inter se conferrent. Ex Saxoniæ ecclesiis Ioachimus Camerarius Lipsia, & Dauid Chytræus Rostochio litteris Imperatoris in Austriam sunt exciti. Cum autem duo isti Ordines in domo Prouincialium Viennæ deinceps aliquot annis, vsque ad Maximiliani obitum, concionatores & ministerium ecclesiæ publicum fouerent: maxima pars ciuium etiam, desertis suis templis & pastoribus Pontificiis, eo confluebant, & ab Augustanæ confessionis ministris cœnam Domini sumebant, atque infantes suos baptizari, sponsos & sponsas copulari & funera deduci curabant. Mortuo itaque Maximiliano, illud a Rudolpho obtinuerunt pastores Pontificii, vt exercitium illud Religionis in vrbe Vienna publicum aboleretur, relicta nihilominus Dynastis & Nobilibus Religionis exercitio in suorum prædiorum ecclesiis & arcibus. 98)

§. X. Anno 1568. Iacobus Elsius, Archiepiscopus Treuirensis, Augustam Treuirorum, quæ ipsi obsequium denegabat, obsidet. Et licet oppidani ab Imperiali Camera mandatum contra Ducem prædictum impetrassent, vt quamprimum ab ista obsidione desisteret, nihilominus tamen ista a IV. Idibus Iunii ad V. vsque diem Sextilis fuit continuata. Tandem vero Cæsaris, atque Electorum Circuli Rhenani interuentu, in has conditiones fuit transactum: vt Præsul, cautione data, nihil molestiæ aut damni oppidanis inde creatum iri, cum armatis, qui Legato Cæsaris fidem obstringerent, in vrbem admitteretur, & ciues ita se erga eum gererent, vt ei diutius apud ipsos immorari necesse non esset. De iuribus inter partes controuersis lis ordine & secundum iuris receptam in Imperio formulam terminaretur. 99)

§. XI. Renouata ista ætate fuit controuersia inter Ferrariensem & Florentinum de dignitatis prærogatiua: 100) cuius cognitionem cum ad se pertrahere vellet Pontifex, Ferrariensis e contrario tergiuersabatur, & quamuis citatus, nunquam adduci potuit, vt procuratorem Romam mitteret, sed vt a Cæsare & in aula Cæsarea lis terminaretur, omni ratio-

93) SCHARDIVS ad a. 1567. *mense Augusto, Legati Imperatoris, Electorum, ac Circulorum Imperii Erphordiæ vigore decreti Ratisponensis conueniunt, atque de impensis executionis Gothanæ, Electori Saxoniæ Augusto, aliisque tribus Circulis reserciendis consultant, quod in Comitiis Ratisponensibus certa ac liquida eorum ratio haberi non potuisset, ea diligenter ad calculum reuocata, & resectis superfluis, summa eorum constituitur 953634. floreni cum aliquot grossis atque nummis. Impensarum vero in demolitionem arcis factarum computatio 55559. cum aliquot grossis & nummis itidem. Quorum solutio pro rata contribuionis Statibus Imperii imponitur.* GVDENVS Hist. Erfurt. lib. III. pag. 235. *Augustus 747655. florenos erogauerat, ab Imperio, cuius nomine bellum susceperit, restituendos, qua de re, nec non aliis Imperii necessitatibus, vt consulteretur, Erfordiam Comitia indicuntur.* Quod autem GVDENVS atque SCHARDIVS circa impensarum summam varient, hæc est ratio, quod iste solius Electoris impensas, hic vero Circulorum etiam computet.

94) Extat Recessus in Corpore *p. 768.*

95) SCHARDIVS ad a. 1567. *Mali ilie 12. Comitia Ratisponensia, de quibus diximus, finiuntur, hoc decreto, vt contributionum Imperatoris in Comitiis Augustanis, loco perpetui subsidii, promissarum triennalis solutio in biennalem iuxta suæ Cæs. Maiest. petitionem conuertatur. Cumque de arcis & ciuitatis Gothanæ deditione nuncium 19. Aprilis allatum fuisset, eius tanquam seditiosorum receptaculi demolitio, Cæsare eam vrgente, a Statibus comprobatur. Expensarum vero in obsidione ab Imperio factarum ratione, nouus Conuentus Erphurdiæ ad primum Augusti celebrandus indicitur, Legatis nihil de his in mandatis quid agerent, habentibus.* Extat Recessus Ratisponensis in Corpore *p. 753.*

96) THVANVS *lib. XLI. p. 454.*

97) THVANVS lib. XXXIX. p. 388. *secundum hæ inditi conuentus Austriæ Ordinum, quorum initium Viennæ IV. Kal. Xbr. (1566.) factum est. Cum illi omnia vitro Cæsari deferrent, vicissim ab eo petebant, vt confessione Augustana iam diu a se expetita sibi in posterum vti liceret: quod postulatum cum Cæsar diu elusisset, postremo instantibus Ordinibus ab eo responsum est, vt quoniam aliam ab ea, quam ipse profiteretur, fidei rationem profiteri vellent, statim venditis bonis ex prouincia discederent.*

98) CHYTRAEVS *lib. XXII. pag. 579.* POLHAYM in Oratione *p. 635.* THVANVS *lib. LXII. p. 134.* LONDORP *lib. VIII. pag. 948.* THVANVS *lib. XLIV. p. 540.* SCHARDIVS *de gestis sub Maximiliano II. p. 97.*

99) LONDORP *lib. VIII. p. 970.* BROWERVS *Ann. Treuir. lib. XXII. p. 402.* qui etiam Electoris Iura defendit, cum ex aduersa Ciuitatis iura defendat GVILIELMVS KYRIANDER. THVANVS *lib. XLIII. p. 525.* SCHARDIVS *ad an. 1568. p. 89. & 98.* SCHADE *lib. IV. p. 116. 125.*

100) Vtriusque partis fundamenta declarat CRVSIVS *de Iure Procedrias c. XI.*

1) THVA-

ratione contendebat. Id cum honeſte Cosmus recuſare non poſſet, quo tamen id cum bona Pontifici gratia fieret, impetrauit, vt Pontifex de Maximiliano non vt Cæſare, ſed tanquam arbitro aſſentiretur, ea tamen lege, vt intra certum tempus de cauſſa cognoſceret, & iuris ratione eam diiudicaret. Verum, Maximilianus, qui & auctoritatem ſuam retinere, & inter Ferrarienſem & Florentinum ſororios iudex ſedens, neutri moleſtiam faceſſere vellet, acceptis Pontificis litteris, in iuſtam indignationem exarſit, quod & in ſententia ferenda modus & conditio præſcriberetur, nec ſibi cauſſæ ad ſe & imperatorium tribunal vere pertinentis, libera cognitio permitteretur. Itaque rem de die in diem ducebat, & diſſidium hoc amice componi exoptabat. 1) Pius V. autem Cosmo fauens, emiſſo diplomate VI. Kal. Septembris a. 1569. Cosmum Magnum Hetruriæ Ducem creat. Quod cum grauiter Cæſar ferret, quod ad illius & Imperii haut dubiam iniuriam pertinere exiſtimaretur, per Oratores ſuos contra inaugurationem interceſſit, quæ nihilominus IV. Nonas Martii 1570. ſuit peracta. 2) Mittebat tamen Papa Commendonum Cardinalem ad Imp. qui multis argumentis coram ipſo Papæ iura defendere ſuit conatus. 3) Poſtquam autem Franciſcus, Cosmi filius, Ferdinandi I. Romanorum Imperatoris filiam Ioannam duxiſſet in vxorem, accepta etiam argenti ſumma, 4) in Comitiis Ratisbonenſibus a. 1574. eundem Magni Ducis titulum ipſi conceſſit. 5)

§. XII. Dum igitur motus Belgici & Gallici continuarent, exercitus etiam terras Germanicas tranſirent, Daniel Moguntinus Elector, Electores aliosque Status Imperii Fuldam conuocabat, ibidemque deliberabatur, qua ratione Pax Religionis & Politia in Imperio conſeruarentur & malis Germaniæ obuiam iretur. Decernebatur igitur d. 3. Februarii, vt pax religionis conſeruaretur, exercitus, non niſi diuiſis copiis, tranſiret. 6) Anno 1569. Conuentus Statuum Deputatorum Imperii ad XIV. Aprilis Francofurtum fuit indictus. Cum enim non ſolum de damni ab Arauſionenſis exercitu ex Gallhis ſuperiori anno reuerſo, Alſatis illatis, & de inſolentia copiarum Comitis Palatini Wolfgangi in diœceſi Spirenſi, aliisque finitimis locis exercita, ad Cæſirem variæ querimoniæ eſſent delatæ, de mediis, quibus his malis obuiam iretur, fuit deliberatum 7) Sed cum medela nondum adhiberetur, noua in ſequentem annum 1570. Spiræ indicta fuere Comitia, quibus actum de frenanda Germanorum militum libertate, in addicenda exteris Regibus opera & lædendis Imperii ſubditis nimis abutentium, petulantia, & ad veterem grauitatem reuocanda. Deinde, vt Pax publica in Imperio per executionem & auxilia Circulorum expeditius violenter oppreſſis miſſa, conſeruari deinceps commodius poſſit. Tum de arcibus Vngaricis aduerſus Turcas ſumptu Imperii muniendis: de Gothani belli impenſis Auguſto Electori refundendis: de iuſtitiæ adminiſtratione in iudicio Cameræ expedita: de recuperandis prouinciis ab Imperio aulſis: de matricula Imperii, & contributionibus ad onera publica æquabiliter inter Ordines inſtituendis: de Moneta: de opificum collegiis: de pannis laneis: de officinis typographicis. 8) In iisdem Comitiis Io. Sigismundo, poſtquam regis renunciaſſet titulo, Tranſyluania omnis per pacem concluſam iure hæreditario ſuit relicta. 9) Exhibitus quoque in his Comitiis a Belgis fœderatis libellus ſupplex

1) THVANVS *lib. XLIV. p. 841.*

2) THVANVS *lib. XLVI. p. 614. & lib. LIV. p. 888.* SCHARDIVS *ad a. 1569. p. 130. & ad a. 1571. p. 136.* PAVLVS ALEXANDER MAFFAEVS Vita Pii V. lib. III. c. XIX. *Sanctiſſimus Dominus creauit ducem Florentiæ & Senarum magnum ducem Hetruriæ cum regia poteſtate*

3) Prout FLECHIER La Vie du Cardinal Commendon lib. III. cap. VIII. expoſuit vberius GABVTIVS ciiam *Vita Pii V.* de hoc negotio *lib. III. c. XVI.* ſic iudicat: *Pius, vti poteſtatem in terris gerens Chriſti Domini, cuius ſunt cœli terrarumque ambitus, vltro citroque agi ea de re amplius noluit, ratus id minime conuenire ei, qui pro ſua ampliſſima auctoritate poſſet hæc & alia in hoc genere longe maiora efficere.*

4) FLECHIER c. l. pag. 319. *Mais quelque temps apres Cosme mourut, & Maximilien ayant receû de l' argent de ſon fils, luy confirma, & augmenta meſme l' honneur que ſon pere avoit receû de Pie V.*

5) THVANVS *lib. LX. p. 82. poſtea Io. Baptiſta Concinus iam multotiés ad Maximilianum Cæſarem ob conceſſum a Pio V. magni Etruriæ ducis titulum. Cosmo & Franciſco, qui ſororem ipſius in matrimonio habebat, ſuccenſentem miſſis tandem obtinuit, vt hi Franciſco tituli tanquam Imperii beneficiario confirmarentur, eaque de re ampliſſimum a Cæſare diploma impetrauit.*

6) SCHADE *p. II. lib. IV. pag. 106.* SCHARDIVS *de Rebus ſub Maximiliano II. geſtis p. 70. 92.*

7) SCHARDIVS *ad a. 1569. p. 129.* Idem p. 125. *die duodecimo Iunii, cum Deputati Ordines Francofurti, re diu multumque deliberata, inter ſe conuenirent, de modo, quo copias Germanicis, e militia Gallicana reuertentibus occurrendum eſſet, vt citra maleficium ad ſuos rediret, conuentus ſoluitur. De cuius decretis ideo minus dici vel ſcribi neceſſe, quod publicata non ſunt, & plerique ſaltem caput, de quo diximus, reſpexerint.* SCHADE *lib. V. p. II. p. 156.* Receſſus extat in Corpore *p. 780.*

8) Verba ſunt CHYTRAEI *lib. XIII. pag. 598.* SCHARDIVS *ad a. 1570. p. 140.* Chytræum ſequitur THVANVS *lib. XLVII. p. 636.* MERC. G. BELG. *Tom. II. p. 38.* Extat Receſſus in Corpore *p. 790.*

9) ISTHVANFIVS lib. XXIV. p. 517. *Spiræ poſt varios collatos vltro citroque ſermones, pax tandem & fœdus ſolenne percutitur: cuius conditionum hæc ſumma erat: vt vterque veterum contentionum atque odiorum memoriam ex animis egregia fide expelleret: Iohannesque Sigismundus nomini regio & titulis, pro quibus & pater, dum eſſet in viuis, & ipſe per annos circiter quinquaginta, ſuncſtis bellis & certaminibus acerrime dimicaſſent, in poſterum ceſſaret, & quodcunque aliud præter regium vſurparet, contra Maximilianus eum vt regibus ortum Sereniſſimi principis titulo cohoneſtaret. Tranſſiuania omnis intra Alpeis, Iohannis Sigismundi poteſtati ſubderetur, idque iure hæreditario: extra alpeis vero regiones Hungaricæ, Biharienſis cum Varadino, Mara-*

plex pro auxiliis impetrandis. 10) Inter Hamburgenſis quoque Ciuitatis & Ducum Holſatiæ legatos acres contentiones in his Comitiis, de Dominio vrbis & iure exemptionis Hamburgenſium fuerunt. 11) Ibidem inter deliberationes, Cæſar Annam filiam natu maiorem, Philippo II. deſtinatam, poſt amplexus, Ioanni ab Hoia, Monaſterienſi Epiſcopo in Belgium deducendam tradit. 12) Hinc XXII. Octobris ſponſalia, inter Carolum IX. Gallorum Regem & Eliſabetham Maximiliani filiam, ſolenni pompa celebrantur. 13) Anno 1571. Comitia Deputationis Imperii Francofurti fuerunt celebrata, in quibus de Moneta & Matricula Imperii in ordinem redigenda fuit actum. 14)

§. XIII. Anno 1572. deteſtatur maxime cruentam illam lanienam Pariſienſem die S. Bartholomæi factam. 15) Hinc Legatum ſuum Roma euocat, eo quod Gregorius XIII. Papa Magni Ducis titulum a Pio V. conceſſum reuocare nollet. 16) Eodem anno X. Kl. Octobr. Rudolphum filium ſuum Poſonii in Regem Vngariæ fecit inaugurari. 17) Anno 1575. in Comitiis Ratisbonenſibus, Rudolphus II. Maximiliani filius in Regem Romanorum fuit electus. Miſit ad hæc Comitia Henricus Borbonius legatos ſuos, petentes, vt Cæſaris interceſſione Regi iterum conciliaretur, vt Pax reformatæ religioni, & cæteris Galliæ Principibus ſecum coniunctis reſtitueretur. 18) In iisdem etiam Comitiis Francisco Mediceo Magni Hetruriæ Ducis titulum concedit.

§. XIV. Anno 1572. Maximiliani Cæſaris filius Erneſtus, poſt mortem Sigismundi Auguſti, a Commendono Cardinali Polonis commendabatur in Regem, ipſi etiam fauebant Lithuani, verum, dum tardiorem ſe præberet Imp. Henricus Valeſius ipſi præferebatur. 19) Anno 1575. poſtquam Henricus III. eo quod Polonia relicta, Galliæ regnum adquiſiuiſſet, Comitia noui Regis creandi indicuntur, in quibus Archi-Cancellarius Regni, cum maxima Senatorum Poloniæ & Lithuaniæ parte, Maximilianum Imp. elegit & renuntiauit. Petrus Sborouius Palatinus Cracouienſis, Koska Sendomirienſis, comes Tentſchini, & pauci alii, cum magna Nobilitatis parte, a Senatu diſcedentes, & Regem ex genere & ſanguine Polono creandum cenſentes, Annam, defuncti Regis Sigismundi ſororem, virginem forte quinquagenariam Reginam conſtituunt, eique Stephanum Bathori Tranſyluaniæ Principem, natione Vngarum, maritum Regem adiungunt, eundem proclamant, & ſtatim litteris ad Cæſarem Maximilianum datis, eum hortantur, ne paucorum ſenatorum & Nobilium ſuffragiis fretus, Regnum Poloniæ ſibi adeundum putet. E contrario, qui Maximilianum elegerant Poloniæ Proceres, Stephanum per litteras a ſuſcipiendo Poloniæ Regno dehortantur, præſertim, cum per Oratores ſuos in Comitiis Poloniæ proponi iuſſerit, ſe ea conditione Regem eligi cupere, vt primum locum dignitatemque Cæſari & Auſtriacæ familiæ concedant. Inſequenti anno 1576. Poloniæ regni Senatores, qui Maximilianum elegerant, ſplendidiſſimam ad ipſum legationem Viennam mittunt, vt articulos, de quibus inter Ordines regni & Cæſaris legatos in Comitiis electionis Varſouiæ conuenerat, iuramento confirmaret, & quamprimum in regnum veniret. Dum autem Maximilianus articulorum moderationem prolixo ſcripto poſtularet, & Leouicenſis conuentus eius partis Procerum, qui Maximiliano addicti erant, in Polonia inſtaret, viſum eſt ipſi, ad eum conuentum omnem referendam eſſe tractationem. Sed, dum Poloni pericu-

Maramarasienſis cum Haſło & ſalis fodinis, ac Crasna & Solnocum, quod exteriùs vocatur, eidem, donec vixeret, parerent. Quæ vltra hos terminos ſunt, ea Cæſari intacta relinquerentur. Si quid finium Ioan. Sigismundus, verſus Orientem a Turcis recuperare poſſet, id eius peculiaris ditionis eſſet.

10) MERC. G. B. *Tom. II. lib. I. p. 38.* METERANVS *lib. III. p. 161.*

11) CHYTRAEVS. THVANVS *cit. loc.* LONDORP *lib. X. p. 43.* STRAVCH *diſſ. Exot. §. XX.*

12) CHYTRAEVS *lib. XXII. p. 599.* LONDORP *lib. X. p. 45.* THVANVS lib. XLVII. p. 637.

13) SCHARDIVS ad a. 1570. p. 146. *viceſimo ſecundo Octobris Spiræ ſponſalia Sereniſſimæ Reginæ Eliſabethæ Maximiliani Imperatoris filiæ cum Chriſtianiſſimo Gallorum Rege Carolo Nono, Regali magnificentia & ſolennitate in ſummo templo ſanciuntur: Archiducæ Auſtriæ Ferdinando ſpeciali mandato, a Rege Galliæ, Carolo ad eam ceremoniam auſpice conſtituto, & ſponſum nomine & faciem eius repræſentante: Archiepiſcopo vero & Electore Moguntino, Daniele, benedictionis ſacra ritum adminiſtrante.* Idem p. 147. nuptiales ſolennitates in templo Macerienſi factas deſcribit THVANVS *lib. XLVII. p. 638.* LONDORP *lib. X. p. 146.* Extat contractus matrimonii in RECVEIL *Tom. II. p. 324.*

14) Extat Receſſus in Corpore *p. 836.* SCHA DE *p. I. lib. IX. p. 366.*

15) Hanc plenius deſcribit THVANVS *libro LII.* Quam male hanc tulerit Maximilianus, teſtantur ipſius litteræ ad Latzarum Schwendium deſuper ſcriptæ, quibus eam vocat *ein ſchendliches Blutbad* apud GOLDASTVM *Reichs-Satzungen p. II. p. 324. Conſt. Imp. Tom. II. p. 385. Stat. & Reſcript. Imp. pag. 208.*

16) THVANVS *lib. LIV. p. 888.* SCHARDIVS *ad a. 1572. p. 177.*

17) THVANVS c. l. *inter hæc Cæſar a palpitatione cordis iam diu eger, qui numeroſam familiam haberet, & eius amplificandæ ad omnes occaſiones intentus eſſet, Rudolfo & Erneſto filiis in Pannoniam miſſis, vt regni comitiis intereſſent, Rudolfum in regno Pannoniæ ſucceſſorem ab Ordinibus deſignari curauit, ipſe paullo poſt cum Auguſta vxore ac cæteris liberis & Carolo archiduce fratre magna pompa Poſonium venit, vbi Rodolfus X. Kalen. VIIIbr. corona regia inſignitus eſt. Res magno paratu peracta cum numeroſa regni nobilitate extra vrbem ſub tentoriis recepto gentis more in armis conueniſſet, & omni honorifica ſignificatione publicam de ea inauguratione conceptam lætitiam teſtaretur.*

18) CHYTRAEVS *lib. XXIII. p. 626.* NATALIS COMES *lib. VI. pag. 587.* THVANVS *lib. LX. p. 82.* LONDORP *lib. XV. p. 254.*

19) FLECHIER Vita Commendoni lib. IV. ch. VI. *Mais rien ne ruina tant ſes prétentions que ſa lenteur & ſa négligence; car il eſtoit naturellement difficile à émouvoir. Il ſe fit luy-meſme des difficultez; il voulouit ſonder toutes les intentions des Polonois, & s' aſſeurer de l' affaire avant que de s' entreprendre.* 20) Hæc

riculum in mora esse demonstrarent, Cæsar denuo eis mentem suam de Ernesto filio, tradita ei in matrimonium Anna, Rege coronando, declarat. Hoc renuentibus Polonis, Maximilianus tandem XXII. Martii iuramentum de articulis & conditionibus præscriptis religiose seruandis præstitit, & decretum electionis ab Oratoribus accepit. Interea vero, dum Maximilianus lentus cum Oratoribus Polonis tractationes agitat, aduersa Polonorum factio, Stephanum Bathori missa solenni legatione ad præstandum iuramentum, & accelerandum aduentum in Poloniam inuitat. Is nulla interposita mora, iuramentum in Transyluania præstat, & exiguis copiis comitatus, iter in Poloniam quamprimum adripit, Annam in matrimonium ducit, & cum ea Cracouiæ, Rex Poloniæ Kal. Maii proximis coronatur. 20)

§ XV. Dum hæc in Polonia geruntur, Maximilianus Imp. Comitia Ratisbonæ, 21) de auxiliis aduersus Turcas, negotio Religionis & aliis negotiis indicta, celebrat. Durantibus hisce Comitiis A. C. addicti Principes d. 12. Octobris 1576. inter se fuerunt pacti, vt medelam ipsorum Grauaminibus atque Religionis autonomiam ab Imp. peterent. 22) Eodem vero die Princeps optimus mœrore & curis confectus XII. Octobris a. 1576. fuit defunctus, relicto Rudolpho II. filio successore. 23)

§. XVI. Vxor ipsius erat Maria, Caroli V. filia, quam an. 1548. matrimonio sibi iunxit. 24) Ex hac numerosa ipsi nata soboles: ex qua superstites patri fuere Rudolphus, qui Imperium post eum tenuit, Ernestus, qui in Belgio postea decessit, Matthias, Maximilianus, Albertus Cardinalis, Wenceslaus. 25) Ferdinandus, qui priori matrimonio Philippinam Welserian duxerit vxorem, licet ex hac nati filii saltim Andreas & Carolus ab Austria fuerint dicti, & hac defuncta, a. 1580. duxit Annam Catharinam Mantuanam. 26) Albertus VII. Fridericus, Carolus, ante patrem extincti. 27) Ex sequiori sexu, Anna grandior natu filia Philippo II. Hispanorum, Elisabetha Carolo IX. Francorum Regi in Comitiis Spirensibus 1570. fuit elocata. 28) Præter has, numerantur Maria, Margaretha, Eleonora, iuuenes extinctæ. 29)

20) Hæc prolixius deducit CHYTRAEVS *lib. XXIII. pag. 626. 627.* & POLHAYM *in Oratione p. 637.* THVANVS *lib. XLI. p. 69. lib. XLII. p. 131.* NATALIS COMES *lib. VI. pag. 590.* ISTHVANFIVS *lib. XXV. p. 538.* LONDORP *lib. XV. exeunte. lib. XVI. p. 268.* MERC. G. B. *Tom. II. lib. III. p. 501.* Nummum in hanc expeditionem Polonicam cusum exhibet LVCKIVS *p. 261.*

21) Extat de iisdem Recessus in Corpore *p. 847.* In GOLDASTI *Reichs-Satzungen p. I. p. 295.* reperiuntur varia Refcripta in his Comitiis publicata de libertate Religionis in Episcopatibus.

22) Extat apud LEHMANNVM *lib. II. c. XVII.* LVNIGIVM *p. Spec. Cont. I. Forf. II. Abrh. II. p. 272.* du MONT *Tom. V. p. I. p. 274.* BVRCARDI *Autonomia p. 81. Historie der Religions-Beschwerden p. I. c. II. §. XVI. seq.* Inter LVNIGII *Scripta selecta p. 125.* reperitur Consultatio Consiliariorum Ludouici, Electoris Palatini super hisce Grauaminibus.

23) CHYTRAEVS *lib. XXIII. p. 628.* qui etiam tale de ipso habet Chronodistichon:

arCe RatIsbona profeCtVs In aethera Cæsar,
Cæsar alt fILI DIVe RVDOLphe VaLe.

Inseruit idem IOANNIS CYRIACI in POLHEIM Orationem in Academia Rostochiensi an. 1577. in Maximiliani honorem habitam, in qua circa finem: *cum vero Imperator, coniunctionem Poloniæ cum finitimis Christiani orbis prouinciis tori Imperio & nomini Christiano salutarem & necessariam, idcoque coniunctis Imperii viribus etiam vetimendam esse indicaret: indictis Imperii Comitiis Ratisbonæ, in media deliberatione & apparatu belli, a Deo, ex huius terreni imperii molestiis in tranquillam & beatam regni cælestis pacem & felicitatem euocatus est, ipsa die Maxæmyliani 12. Octobr. proxime elapsi; Princeps sapiens, iustus, moderatus, paterno animo de publicæ salute & pace perpetuo solliciti, diligens & assiduus in omni gubernationis officio, clementer tolerans ecclesias puram Euangelii doctrinam profitentes, & literarum studia ecclesiæ necessaria fouens, denique singulari clementia, lenitate, beneficentia, mansuetudine, & comitate paterna erga omnes præditus.* THVANVS lib. LXII. p. 134. *Maximiliani Cæsar siue curis confectus, siue longa corporis agritudine debilitatus IV. Eid. VIIIbr. optime meritam de repub. Christiana animam in Comitiis, & quasi inter Ordinum Imperii manus ac complexus Deo reddidit, cum XLIX. annos exegisset, & Imperium XII. tenuisset.* ISTHVANFIVS *lib. XXV. p. 566.* LONDORP *lib. XVI. p. 271.* MERC. G. BELG. *Tom. II. lib. III. p. 350.* Nummos in ipsius mortem cusos exhibet LVCKIVS *pag. 263.* Extat BASILII IO: HEROLDI *Panegyricus in eandem &* CHRISTOPHOR. WARSEVICII *oratio in mortem ipsius.*

24) HEVTERVS lib. XII. cap. XV. ad a. 1548. *hoc fere tempore Maximilianus Austriæ Archi-Dux, Rom. Regis filius natu maximus, Augustæ in Hispaniam contendit, ductlurus in vxorem Mariam Cæsaris patrui sui filiam natu maximam.* THVANVS lib. V. p. 150. *dum adhuc Augustæ Cæsar esset, Maximilianus Ferdinandi F. inde digressus in Hispaniam contenderat, vt Mariam natu maiorem Cæsaris filiam & propiorem sobrinam suam in vxorem acciperet, ibique proregis titulo regna administraret. Nam Cæsar Philippum filium tunc XXI. annos natum ad se vocare statuerat, vt eum Germaniæ Ordinibus ac Belgii populis ostenderet, eaque de caussa confecto bello Saxonico Albanum paullo ante in Hispaniam ad illum miserat.* FRANC. BELCARIVS *lib. XXV. p. 800.* HARAEVS *p. 651.* POLHEIM *p. 632. & p. 636. coniugem habuit vt supra memini, Mariam filiam Caroli V. Imperatoris primogenitam.* Nuptias Pintiæ celebratas scribit CHYTRAEVS *lib. XVI. p. 431.*

25) Verba sunt THVANI *lib. LXII. p. 154.*

26) KHEVENHILLER *Tom. I. p. 129.*

27) FVGGER *lib. VI. c. XXI.* Pacta dotalia Madriii 14. Ianuarii 1570. etecta extant apud du MONT *Tom. V. p. I. p. 175.*

28) Verba sunt THVANI *cit. loc.* POLHEIM p. 637. *fuit autem coniugium nostri Imperatoris caslum, dulce, & fœcundum, ex quo nouem filios, & sex filias, ac in his Annam, Philippo regi Hispaniæ auunculo, & Elisabetham Carolo IX. Gallia regi, in Comitiis Spirensibus, anno 1570. elocatam suscepit:* Actum de matrimonio Elisabethæ cum Carolo IX. iamdum in Comitiis Augustanis 1566. THVANVS lib. XXXIX. p. 373. *venerat ad Comitia Kal. Maiis ad Cæsarem Bernardinus Bocatellus Redonum episcopus de nuptiis Regis cum Maximiliani filia actururs.* MERC. G. BELG. *Tom. II. lib. I. p. 53.* Extat Contractus Matrimonialis apud LVNIGIVM *Cont. II. f. IV. p. 62.* Vide etiam supra §. *XII.* Extant pacta dotalia apud du MONT *p. 178.*

29) FVGGER *cit. loc.*

PERIODVS DECIMA SECTIO SEPTIMA DE RVDOLPHO II.

§. I. Rudolphi natiuitas, ſtatura & mores §. II. Rex Bohemiæ, Vngariæ & Romanorum eligitur. §. III. Comitia Deputatorum Spirenſia 1577. Rudolphus motus Belgicos conatur componere. §. IV. Formula Concordiæ. §. V. Motus Aquisgranenſes de religione. §. VI. Calendarium Gregorianum. Comitia Auguſtana 1582. §. VII. Motus Colonienſis ſub Gebhardo Truchſeſio. §. VIII. Bellum Colonienſe. §. IX. Prorogatio induciarum cum Turcis. Comitia Deputatorum Wormatienſia a. 1586. §. X. Maximilianus, Rudolphi frater eligitur Rex Poloniæ. §. XI. Controverſia de ſucceſſione in epiſcopatum Argentoratenſem. §. XII. Novi motus Aquisgranenſes. §. XIII. B. Turcicum. §. XIV. Conventus Heilbrunnenſis. Comitia Ratisbonenſia 1594. §. XV. Sigismundus Bathori cum Rudolpho paciſcitur. Rudolphus in Tirolenſi ditione ſuccedit. §. XVI. Continuatio b. Turcici. §. XVII. Controverſia de ſucceſſione in Ducatu Ferrarienſi & Mutinenſi. §. XVIII. Comitia Ratisbonenſia 1597. 1598. §. XIX. Progreſſus belli Vngarici. a. 1598. 1599. §. XX. Varia Rudolphi pacta & negotia cum Sigismundo, Tranſyluaniæ Principe. §. XXI. Sententia contra Aquisgranenſes lata. Würtenbergicus a nexu feudali Auſtriaco ſolvitur. Comitia Deputatorum Spiræ a. 1600. §. XXII. Varii Proteſtantium Conventus. Colloquium Ratisbonenſe an. 1601. §. XXIII. B. Tranſyluanicum. §. XXIV. Comitia Ratisbonenſia a. 1603. Conventus varii Proteſtantium, potiſſimum Heidelbergenſis. Querelæ de iudicio aulico. §. XXV. Novi motus Tranſyluanici. Continuatio belli Turcici. Pax Tranſyluanica & Turcica. §. XXVI. Controverſia de ſucceſſione Marpurgenſi. §. XXVII. Conventus Electorum Conſtuentinus & Fuldenſis. §. XXVIII. Controverſia Brunſuicenſis. §. XXIX. Cauſſa Donawerthenſis. §. XXX. Comitia Ratisbonenſia a. 1608. Fundamenta Vnionis Euangelicæ & Ligæ Catholicæ. Conventus Correſpondentium Aſchhuſanus. §. XXXI. Auſtriaci tumultuantur. Matthias Archi-Dux caput domus Auſtriacæ declaratur & Vngariæ Rex coronatur. §. XXXII. Liberum exercitium Euangelicæ Religionis Auſtriacis conceditur. §. XXXIII. Litteræ Maieſtatis Bohemis & Sileſiis conceſſæ. §. XXXIV. Controverſia de ſucceſſione Iuliacenſi. §. XXXV. Continuatio huius controverſiæ. Conventus Homburgenſis, Tremonienſis, Diſſeldorpienſis, Colonienſis, Pragenſis, Iuterbocenſis. §. XXXVI. Controverſia de tutela Palatina. §. XXXVII. Vnio Euangelica. Liga Catholica. Leopoldi Archi-Ducis copiæ in Epiſcopatu Argentinenſi & Paſſauienſi. §. XXXVIII. Leopoldus Archidux ſucceſſionem ambit. Matthias Rudolpho Bohemiæ regnum extorquet. XXXIX. Novi motus Aquisgranenſes. Brunſuicenſes proſcribuntur. §. XL. Conventus Vnitorum Rotenburgenſis. §. XLI. Conventus Electorum Noribergenſis. De electione Regis Romanorum agitur. §. XLII. Rudolphi II. Mors.

§. I.

SUcceſſit Maximiliano filius ipſius Rudolphus II. ex Maria, Caroli V. filia XVIII. Iulii a. 1552. prognatus. 1) Princeps erat mitis, adſpectu ſatis decorus, fronte auguſta, & ore non inuenuſto, oculis lucidis, ſtatura mediocris, magis depreſſa, quam elata. Viuidum illi ingenium, erectumque, ingens rerum omnium peritia, iudicium elimatum, præſtantiſſima deliberatio ſamam dabant; amorem quoque religionis cultus, 2) morum integritas, conciliabant, eaque principia eius Imperii ſpecioſiora & mira, cum Orbis terrarum adplauſu fuere. Inclinata vero ætate, naturalium inueſtigatione rerum, & ornamentis picturæ ita delectatus eſt, vt iisdem totum ſe mancipans, Imperii quoque curas & negotia negligeret. Nam & Chymicarum rerum experimenta ipſe tentauit, horologiis componendis, & pingentibus, integros dies & continuos addidebat. Hinc amare ſolitudinem cœpit. 3) Et dum magis vergeret in ſenectam, a Tychone de Brahe, celebri illo Mathematico perſuaſus, vt inſidias propinquiorum caueret, in dies magis morioſus factus, omnibus diffidens, in penetralibus ſeceſſibus ſeſe continebat, & neque in templum, neque foras quoquam prodibat, niſi quod deambulare ſolebat in porticibus interioribus, quas multimodas intra Arcem Pragenſem fabricari fecerat cum feneſtris anguſtis & obliquis, vt proſpiciens videri, vel iaculo, quod ſemper timebat, peti non poſſet. Præſertim ad ſtabula equorum, quibus videndis impenſius oblectabatur, per angiportuum longos anfractus commeare ſolebat, & curioſiores eius videndi copiam nusquam facilius habere poterant, niſi aſſumpto habitu agaſonum, quaſi curandis tunc illis equis aſſiſterent. In priuato miniſterio pauciſſimis familiaribus vtebatur, potiſſimumque mechanicis, ac fœminis: quas ille ætate ac forma præſtantes diligenti cum delectu diligebat. 4) Ac publicorum negotiorum curam omnem prorſus ſepoſuerat, rariori aditu pro iis tractandis, ad eum patente paucis miniſtris, qui ſoli aurium Principis potentes, voluntatem eius ad propriæ vtilitatis emolumenta conuertebant, eorumque arbitrio cuncta regiminis ratio conſtabat. Exinde fere tumultus quotidiani, & effrænis male conciliatorum horum audacia, quæ originem nonniſi ab amoribus Principis traxerunt. 5)

§. II. Hic

1) BVCHOLTZER *p. 584.* BIRCKEN *lib. VI. c. XXI. p. 1396.* GANS in arboreto. PIESPORDIVS. SCHÖNLEBEN *proleg. II. c. X. p. 268.*

2) Sic a Religionis Zelo eum maxime commendat SCHÖNLEBEN *proleg. II. c. VIII.* §. X. Licet etiam Proteſtantibus multa conceſſerat, idque ex adfectata fratris Matthiæ regnandi libidine.

3) Sic de eo latius iudicat DAN. EREMITA *in itin. Germ. ſub initium.*

4) PIASECIVS *p. 218.*

5) DAN. EREMITA *in itin. German. ſub initium.*

6) DAN.

§. II. Hic in Hiſpania educatus, 6) poſtquam adultus a. 1572. XXV. Septembris Poſonii in Regem Hungariæ fuit coronatus. 7) Hinc XXII. Septembris 1575. Pragæ Rex Bohemiæ fuit inauguratus. 8) Eodem anno XXVII. Octobris in Comitiis Ratisbonenſibus electus fuit Rex Romanorum, ibidemque Kal. Nouembris coronatus. 9) An. 1576. patri ſucceſſit in Imperio.

§. III. Primo ſtatim Regiminis anno 1577. Francofurti Comitia Deputatorum Imperii celebrantur, in iisdemque Ordinatio Politiæ publicabatur. 10) Hinc, dum Belgæ Philippo, Regi Hiſpaniarum omne obſequium denegarent, a. 1578. Gebhardum Truchſeſium Colonienſem, & Iacobum Elſium Treuirenſem, Salisburgenſem etiam Archiepiſcopum, Ferdinandum Bauariæ Ducem & Ottonem Henricum Schwartzburgicum Comitem de componendis Belgii motibus ablegat. 11) Dum etiam eodem tempore Imperii Comitia Wormatiam indixiſſet, miſſus ad ea a Matthia Archi-Duce, Belgii Gubernatore, Philippus Marnixius, qui habita Nonis Maii oratione ad Imperii Principes qui aderant, deploratum Belgii ſtatum & Albani Auſtriique tyrannidem acerbis verbis exagitat, Imperiique opem contra Hiſpanos implorat. 12) Inſequenti anno 1579. poſt fœdus Traiectinum, Coloniam ad pacis Belgicæ negotium Gebhardum Colonienſem & Iacobum Treuirenſem archiepiſcopos, Iulium Herbipolenſem, Wilhelmum ducem Iuliacenſem, Ottonem Henricum Comitem Schwartzburgicum miſit. Aderant Hiſpaniæ Regis legati, Carolus de Arragonia, Terræ nouæ Dux, Secretarius Scharenberger cum aliis, qui cum legatis Ordinum Belgii, quorum Philippus, dux Arſchotanus Princeps erat, de conditionibus pacis initio Maii tractare cœperunt. Per ſeptem menſes ibidem commorati, re infecta diſceſerunt, conquerentes, nihil ſibi de mediis pacis propoſitis a Belgii Ordinibus reſponderi, 13) Hiſpani vero Religionis libertatem quam Belgæ poſtulabant, nollent concedere. 14)

§. IV. Inſequens annus 1580. a publicata Concordiæ Formula celebratur. Poſtquam enim Lipſiæ & Wittebergæ plures eſſent, qui ex Melanchthonis ſchola profecti, a Lutheri doctrina diſcreparent, 15) variatæ Confeſſioni Auguſtanæ adhærentes, Auguſtus Saxoniæ Elector, componendis diſſidiis, quæ exinde oriebantur, collato cum aliis conſilio, Georgio potiſſimum Cœleſtino, Georgio Lyſtenio & Martino Miro varios deſuper inſtituit conuentus, Wittebergenſem 1570. Dresdenſem 1571. Torgenſem 1574. Maxime vero articuli Torgenſes fuerunt propoſiti, ex quibus deprehenderentur heterodoxi. Hos, dum Wittebergenſes quidam nollent ſubſcribere, loco fuerunt moti 16) atque inter hos Caſpar Peucerus factus fuit captiuus. 17) Nouum a. 1576. d. XV. Februarii Lichtenbergam ad Albim indixit conuentum Auguſtus Elector, ad eundemque duodecim conuocabantur Theologi tum Georgius Lyſthenius, Martinus Mirus, Nicolaus Selneccerus, Henricus Salmuthus, Wolfgangus Harderus, Paulus Crellius, Daniel Greferus, Petrus Glaſerus, Nicolaus Iägertüſſel, Io. Cornicrælius, Maximilianus Mörlinus, Io. Sagittarius. Hi inuicem conueniebant, vt abolitis Melanchthonis ſcriptis, libri Symbolici ſolum pro norma eſſent, & per Theologos fide dignos certa fidei forma componeretur. Dum igitur per Theologos Würtenbergenſes in Monaſterio Maulbrunnenſi certa formula fuiſſet compoſita, hæc per Iacobum Andreæ in Saxoniam fuit delata. Nouus igitur conuentus, Maio menſe

6) DAN. EREMITA *itin. Germ.* ſub initium: *Iuuentæ illi in Hiſpania, & illo Orbis terræ Principum theatro peractæ, in abſolutiſſimos mores formata erat.*

7) ISTVANFIVS *lib. XXV. incunte. App. rer. Hung.* BONFINII *p. 609.* MERC. G. BELG. *Tomo III. p. 445.* Extat deſcriptio ſolennitatum coronationis in ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tom. VII. p. 97.*

8) ISTHVANFIVS *lib. XXV. p. 549.*

9) Vide *Sect. ſuper.* §. *XIII.* Capitulatio iſtius extat in GOLDASTI *Polit. Imper. p. XII. pag. 608.* Nummos in ipſius coronationem cuſos exhibet LVCKIVS *Syll. Numiſm. p. 259.*

10) Extat iſta in Corpore *p. 871.*

11) THVANVS *lib. LXVI. p. 263.*

12) THVANVS *lib. LXVI. p. 265.* MERC. G. BELG. *Tom. II. lib. IV. p. 731.* Extat Oratio PHILIPPI de MARNIX, Domini de S. Aldegonda, pro Sereniſſimo Archi Duce Auſtriæ Matthia, & Ordinibus Belgicis in hiſce Comitiis habita, ſeparatim expreſſa. Contra hanc tamen a parte Catholicorum prodiit *Apologia* CALLIDI CHRYSOPOLITANI *Luxenburgi 1579. 4.* Auctor tamen in Marnixium atque Belgas & Principem Auriacum nimium eſt iniquus, licet multa proferat ſingularia. KHEVENHILLER Tom. I. pag. 53. SCHADE *p. III. lib. III. p. 51.*

13) CHYTRAEVS *lib. XXIV. pag. 660.* GROTIVS *Ann. lib. III. p. 85.* REIDANVS *Ann. lib. II. p. 28.* ERN. EREMVNDVS *orig. & prog. Tumult. Belg. p. 335. anno 1579. rurſum de pace agi cœptum. Conuenere Coloniam ad hunc finem Pomiſtiis, Imperatoris, Regis Hiſpaniæ, & Generalium Belgicæ Ordinum legati. Tantum vero abfuit, vt pax firmaretur, quin potius noua ſeiſtionis data occaſio, vt Mechlinia quoque ac Siluaducis, aliaque plures a Prouinciarum pacto diſcederent.* THVANVS *lib. LXVIII. p. 338.* STRADA *dec. II. lib. II.* HARAEVS *Tomo III. p. 295.* BROWER *Ann. Treuir. Tom. II. lib. XXI. pag. 457.* THRASYBVLVS LEPTA *ibid. p. 333.* Extant articuli a Belgis propoſiti in RECVEIL *Tom. II. p. 424.* Proſtant Acta pacificationis *Antwerpiæ 1580. 8.* & per THEODORVM GRAMINAEVM vernaculo ſermone, *Coloniæ 1580. f.*

14) THRASYBVLVS LEPTA *lib. V. p. 334.*

15) Quænam poſt Lutheri mortem in Academia potiſſimum VVittebergenſi acciderint turbæ, exponuntur in 10. MAIORIS Synodo auium, quæ in ACTIS LITTERARIIS reperitur *faſc. IV. pag. 15.* Agit etiam de his turbis Crypto-Caluiniſmi, prout adpellabatur, ARNOLD *in Kirchen und Ketzer Hiſtorie p. II. lib. XVI. c. XXXII.*

16) De his ARNOLDVS *l. c.* RECHENBERG *App. trip. c. VI. §. 7.*

17) Ipſe PEVCERVS Hiſtoriam Carceris ſui ſcripſit *Seruetiæ* primum 1603. 4. poſt *Tiguri 1615. 8.* editam.

18) HVT-

menſe 1576. Torgauiam fuit indictus, cui præter nominatos, intererant Iacobus Andreæ, Dauid Chytræus, Martinus Chemnitius, Andreas Muſculus, Chriſtophorus Cornerus, & Io. Zangerus, qui coniunctim Formulam Concordiæ compoſuerunt, quæ ad varios Imperii Status fuit miſſa, vt quid ipſi ſentirent, proponant. 18) Acceptis variis cenſuris, iſta formula tribus Theologis, Andreæ, Selneccero, & Chemnitio ad examinandum fuit relicta, qui Martio menſe 1577. in Monaſterio Bergenſi prope Magdeburgum varia immutauerunt. 19) Acceſſerunt tribus hiſce Maio menſe, Muſculus, Cornerus, Chytræus, a quibus ſex Theologis Formula iſta denuo ad incudem fuit reuocata. 20) Hinc formula, prout Bergæ fuerat immutata, in Conuentu Statuum Saxonicorum Torgauiæ a. 1579. primum fuit propoſita. 21) In vnum igitur Corpus relata Confeſſio Auguſtana inuariata, cum eiusdem Apologia, Articuli Smalcaldici, Catechiſmus Maior & Minor Lutheri, & declaratio quæſtionum inter ipſos Lutheranos controuerſarum, eademque ſub communi nomine Libri Concordiæ an. 1580. publicata, poſtquam a tribus Electoribus, Auguſto Saxone, Ludouico Palatino & Io. Georgio Brandeburgico XXI. Principibus, XXII. Comitibus, IV. Baronibus XXXV. Vrbium primariarum Magiſtratibus & plus quam octo millibus Eccleſiarum & Scholarum miniſtris fuiſſet recepta & ſubſcriptione firmata. 22) Licet non deeſſent, quibus iſta Concordiæ formula libris ſymbolicis adiecta, minus probaretur. Dum in Saxonia non ſolum quidam Ordines Prouinciales & Wittebergenſes quidam eandem minus probarent; Sed etiam Brunſuicenſes, Luneburgenſes, Pomerani, Holſati, Megapolitani, Boruſſi, Dani, Badenſes, Palatini eandem non reciperent: 23) Hi etiam, Bremenſes atque Anhaltini cauſſas denegatæ ſubſcriptionis publicis ſcriptis aperirent. 24)

§. V. Circa eadem tempora, exorti fuerunt Motus Aquisgranenſes. Poſtquam enim ſuperioribus annis, occaſione tyrannidis ab Albano in Belgas exercitæ, Antwerpienſes, aliique Belgæ permulti Aquisgranum feceſſiſſent, horumque familiaritate diuturna, Aquisgranenſes plurimi, eum in eandem de religione ſententiam pertracti eſſent, exercitium purioris religionis publicum a ſenatu petierunt. Quod cum negaretur, nihilominus ad conciones & ſacramentorum adminiſtrationem publicam conueniunt. Qua re ad Imperatorem delata, Commiſſarii Erneſtus Bauarus, nuper in Epiſcopum Leodienſem electus, & Guilielmus dux Iuliacenſis conſtituti. Legatis in vrbem miſſis, magno labore & contentione nouæ religionis exercitium aboleri, & ſolam Pontificiam doctrinam & ritus in vrbe retineri vrgebant. Imperator etiam crebris & ſeueriſſimis litteris ſenatui mandabat, vt ſectarios concionatores quamprimum vrbe pellerent, & antiquam legem, ne quis, niſi Pontificiæ religioni addictus, in Senatum legeretur, (contra cuius præſcriptum ab anno 1575. etiam alterius religionis ciues recepti erant) conſtanter ſeruarent. Cum autem die Vrbani vtraque factio ſuæ religionis Conſules crearet, Imperator ciuibus mandat, vt Pontificios Conſules ſolos pro magiſtratu adgnoſcant. Hinc motus in vrbe orti Canonicis aliisque alio migrantibus: Burgundi & Iuliacenſes commeatuum importationem prohibent, donec paullo poſt, maioribus nouis tumultibus in diœceſi Colonienſi & vicinia ortis, Aquisgranenſes aliquantulum conquieuerint. 25)

§. VI. In-

18) HVTTERVS *Concordia Concorde pag. 75.* HOFFMANN *kurtzer Bericht von Concordien Werck* & ex his ARNOLDVS *p. II. lib. XVI. c. XVIII. §. 16.*

19) ARNOLD *loc. cit. §. 17.* HAINECCII & LEVCKFELDI ſcriptoribus rerum Germanicarum adiecta ſunt *Acta quædam Formulæ Concordiæ*, atque in his putiſſimum literæ Trium iſtorum Theologorum, de hoc negotio, Bergæ XIV. Martii 1577. perſcriptæ.

20) Patet hoc ex HVTTERI *prolegomenis* p. 10. litteris Auguſti Electoris ad Petrum Vinerum, Bergenſem Abbatem, & SEBASTIANI GOEBELII Abbatis Bergenſis Programmate ſeculari in dictis Actis. Licet potiora Iacobo Andreæ tribuat THOMASIVS *Hiſt. der Weisheit und Thorheit p. II.* & ex eo ARNOLDVS *p. II. lib. XVI. c. XVIII. §. 22.* qui etiam quantum ipſe ſuis ſaltim commodis atque ambitioni ſtuduerit, contendunt. De Iacobo Andreæ plura tradit MVLLER *Staats-Cabinet Tomo VIII. c. IX.*

21) ARNOLD *c. l. §. 18.*

22) GOEBELIVS *in dicto Programmate p. 10.* RECHENBERG *in Prolegomenis ad libros Symbolicos.* Qua ratione Philippus Ludouicus Palatinus Neoburgicus, Richardus Simmerenſis & Ludouicus Electior F. ſubſcripſerint, declaratur in *Pfaltziſcher Kirchen-Hiſtorie cap. VI. §. XIII. XIV. XX.* licet IO. CASIMIRVS hoc denegaret. *§. XXV.*

23) De hoc late ARNOLDVS *p. II. lib. XVI. c. XVIII. §. 27.*

24) Statim enim ac prodiit, a Caluinianis varia ſcripta fuerunt edita, vt *Admonitio Neoſſadtiana: Iudicium Anhaltinorum, Bremenſium declenſio denegatæ ſubſcriptionis: Examen M.* CHRISTOPHORI IRENAEI, AMBROSII WOLFII ſiue potius CHRISTIANI HERDESIANI *Hiſtoria Auguſtanæ Confeſſionis.* Quæ omnia in Apologia a TIMOTHEO KIRCHNERO, SELNECCERO & CHEMNITIO a. 1582. publicata, fuerunt confutata. Cuius Apologiæ breuem analyſin exhibet HVTTERVS *in Concordia Concorde.* Scripſit etiam RVDOLPHVS HOSPINIANVS, Tigurinus, *Concordiam diſcordem*, qua Concordiæ Libro errores & abſurda grauiſſima affingit, ſed reſpondet HVTTERVS *in Concordia Concorde.* Prodiit quoque *Achillis Clauigeri ſatyra in nouam diſcordem concordiam Bergenſem.* Male etiam de hoc Concordiæ Libro iudicat ROBERTVS BELLARMINVS, contra quem tamen Theologi VVittenbergenſes ſolidam ediderunt refutationem & PHILIPPVS LVDOVICVS HANNECKENIVS. Legi etiam meretur GEORG MVLLER *Hiſtorie der Formule Concordiæ.*

25) Verba ſunt CHYTRAEI *lib. XXV. p. 690.* THVANVS *lib. LXXIV. pag. 517.* NOPPII *Aacher Chronic ad a. 1580.* SLEIDANVS *p. III. lib. VI. p. 122.* LEHMANN *III. B. c. XXVIII.* HELVICI *Theatrum IV. B. pag. 91.* KHEVENHILLER *Ann. Ferd. I. Th. p. 192. 246.*

26) THVA-

§. VI. Infequenti a. 1582. Gregorius XIII. 26) conſultis peritioribus Italiæ Mathematicis, Calendarii emendationem per Aloyſium Lilium confectam, ad Europæ Principes & celebriores Germaniæ academias miſit, vt communi conſilio reciperetur. 27) Agebantur eodem anno Auguſtæ Comitia, quibus de pecuniæ collatione ad fines contra Turcas tuendos actum, in quam delegati, antequam de eorum querelis cognoſceretur, adſentiri recuſabant. In iisdem Comitiis etiam Cæſar propoſuerat, an non Imperio detrimentoſum videretur, nouum in Belgio Principem, dimiſſo Matthia, Rudolphi fratre, Ordinum auctoritate conſtitui, omnique ope enitebatur, vt iniuriam, quæ ad Auſtriacam familiam tantum ſpectabat, totius Imperii propriam faceret. Sed nihil ea ſuper re aliiſue multis fuit decretum. 28) Actum in his Comitiis fuit, de moderanda Matricula, adminiſtranda iuſtitia & reformanda moneta. 29) Varia etiam a Proteſtantibus de Religionis Grauaminibus in his Comitiis agitata fuerunt conſilia, eademque Imp. fuerunt exhibita. 30) Sub exitum Comitiorum de Calendarii Gregoriani promulgatione agi cœpit, de quo Auguſtus Elector iam antea cum Hallorum Principe, Guilielmo, harum rerum perito egerat, qui reſpondit, non tam de re ipſa conſultandum eſſe, quam de rei peragendæ modo, nam in eo negotio Cæſaris & ſacri Imperii auctoritatem & exiſtimationem verti, quam cum indies Pontifex dolis ac machinis conuellere nitatur, non committendum eſſe, vt ipſi rem ad eius maieſtatem adeo pertinentem tantopere neglexiſſe videantur, dum Calendarii emendatio ab antiquo iuris fuerit Imperatorii. Interceſſit igitur prolixa oratione Auguſtus, & cum nemo Principum aut Ciuitatum Auguſtanam Confeſſionem amplectentium, Calendarium in Germania accipere vellet, Cæſar negotium diſtulit, & veterem formam haſtenus vſurpatam in Cameræ iudicio eo anno ſeruare mandauit. 31) Tandem vero illud a nouo antiſtite Colonienſi Ernesto & Catholicæ religioni addictis fuit receptum. 32)

§. VII. Eodem Anno 1582. ſub initium Gebhardus Truchſeſius ex Waldburgiorum Comitum familia, qui, poſtquam d. 5. Decembris a. 1577. præteritis Erneſto, Alberti, Bauariæ D. filio, Epiſcopo iam Leodienſi & Friderico, Duce Saxo-Lauenburgenſi, Colonienſi Chorepiſcopo, qui idem ambiebant, ope potiſſimum Hermanni, Comitis Nuenarii in Archiepiſcopum Colonienſem fuit electus, Friderico Salentino, qui ob ductam vxorem ceſſerat, in Archiepiſcopatu Colonienſi datus ſucceſſor, 33) Agnetem, Io. Georgii Manſfeldii Comitis filiam Bonnæ coram fratre ac ſorore, ſed in arcano duxit in vxorem. 34) Dum autem exiguis eſſet facultatibus, vt occaſionem retinendi Epiſcopatus haberet, ex Solmenſis & Nuenarii Comitum, quibus cum illi arctiſſima neceſſitudo intercedebat, conſilio, Proteſtantes ſuſcitat, qui liberam religionis ſuæ profeſſionem & vſum in Colonienſi ditione

26) THVANVS lib. LXXVI. pag. 577. *ſed concilio Tridentino promulgato, cum emendatio illa toties agitata & expetita eſſet omiſſa, Gregorius XIII. ad eam conficiendam eo maiore cura incubuit, quod vereretur, ne idem in Germania Cæſares mobrentur, idque vt iuris imperialis negotium ſuſciperent.*

27) THVANVS *lib. LXXVI. p. 678.* MERC. G. B. *Tom. III. lib. I. p. 201.*

28) THVANVS *lib. LXXVI. p. 579.* De his Comitiis & Cæſaris comitatu ad eadem prolixe KHEVENHILLER *Tom. I. p. 229.* LEHMANN *de Pace Religionis p. II. c. XLIV. ſeq.*

29) Extat Deſignatio, qua ratione Cæſar 27. Iunii 1582. Auguſtæ fuerit exceptus, *Erfurti 1582. 4.* atque alia *Dresdæ 1582.* In Msto poſſideo Deſignationem Comitatus Auguſti Electoris ad hæc Comitia. Nummos in his Comitiis cuſos exhibet LVCKIVS *p. 285.* Receſſus in Gorpore *p. 890.*

30) Scripta huc facientia vide apud LEHMANNVM *lib. II. c. XLIV. ſeq. Hiſtorie der Religions-Beſchwerden lib. I. c. III. §. XXVI. XXVII.*

31) THVANVS *c.l.* CHYTRAEVS *lib. XXVI. p. 711.* KHEVENHILLER *p. 246.*

32) ISSELT *lib. IV. pag. 402.* CHYTRAEVS *lib. XXVI. p. 741. lib. XXVIII. p. 779* THVANVS lib. LXXIX. p. 662. ad a. 1583. *eodem tempore Cæſar, qui ſuperiore anno impetrare non potuerat, vt Kalendarium Gregorianum ob eas, quas memorati, cauſſas ab Imperii Ordinibus reciperetur, inter maiorum religioni addictis vt locum haberet, tenuit, & Erneſtus cum ob belli molem exactio iam Octobri id exequi non potuiſſet, ex conſilio Henrici Scorenburgii a ſecundo die IXbris, reiectis X. intermediis ad XIII. tranſcendit, quo die B. Martini feſtum celebratum eſt; in eum diem propterea translatum, ne tanta celebritatis, quæ in XI. inciderat, memoria eo anno obliteraretur.* Idem lib. LXXIX. p. 675. ad a. 1584. *renouata & de Kalendario Gregoriano contentio; quod cum Cæſar iam ſuperiore anno ac cæteri principes maiorum religioni addicti per ſuas ditiones promulgaſſent, Auguſtæ Vindelicorum a Proteſtantibus nondum receptum fuerat.* Inde narrat, qua ratione ibidem adhuc fuerit acceptum. Coniunctim prodierunt MICHAELIS MAESTLINI, LVCAE OSIANDRI, TOBIAE MOLLERI, LAMPERTI FLORIDI, altorumque *Bedencken von dem alten Römiſchen Calender, Heydelberg 1584. 4.*

33) Io. SCHEIDII *Parent. p. 39.* ISSELT *de B. Colon. lib. I. p. 6.* IO. DAV. KOELER *de Actis & ſatis Gebhardi Truchſeſii §. III.*

34) THVANVS lib. LXXVI. p. 582. *rurſus Antonio Io. Gebhardus Manſfeldius, & co mortuo Fridericus Hermanni gentilis, & poſt Friderieum Salentinus, ex Iſenburgicorum Comitum familia ordine ſucceſſerunt. Verum Salentinus, qui & Paterbornenſem epiſcopatum tenebat, cum X. annis præfuiſſet, dignitate vtraque ſe ſponte abdicauit, vt Antoniam Volelmam Caroli Arenbergii comitis ſororem, præſtanti forma virginem in vxorem duceret, nulla in religione mutatione facta aut tentata. Itaque cum tantam dignitatem multi ambirent, & in iis Erneſtus Alberti Bauariæ ducis F. ei prælatus eſt a ſacri collegii ſodalibus, annuente Hermanno Nuenario comite, Gebhardus Truchſeſius ex illuſtri Valburgenſium regulorum familia, in Sueuia, & Othonis Cardinalis Auguſtani ex fratre nepos, ac anno huius ſæculi LXXVII. VIII. Kiid. Maias inauguratus. Is vero eum exemplo deceſſoris ſui & vxorem ducere in animo haberet, non vtique eadem moderatione vſus eſt, ſed ductæ vxore etiam VIIuiratum retineri poſſe ſibi perſuaſit. in Agnetem Io. Georgii Manſfeldii comitis filiam ante oculos conieceret, quæ*

ditione concedi a magiſtratu vrbis peterent: exhibito ſupplici libello, nihil pro tempore a magiſtratu reſponſum, tantum qui libello ſubſcripſerunt, in carcerem per apparitorem ire iuſſi: interea contrario libello, a Melchiore Bruino collegii SS. Apoſtolorum paſtore reſpondetur, quibus ſingula petitionis capita exagitantur ac refelluntur. 35) Mittuntur vtrinque Auguſtam ad Comitia delegati, ſed non expectato horum reditu, Proteſtantes inſtigante Adolpho, Nuenario Comite, ad Mecterenſem vicum ipſius ditionis VII. Iulii conueniunt, Zacharia Vrſino Sileſio concionatore in id a Io. Caſimiro ſummiſſo. Dum autem hæc villa in Archiepiſcopali territorio eſſet ſita, Magiſtratus, admotis ad locum conuentus maioribus tormentis, collimari mandat, tectoque perforato, parum abfuit, quin Nuenarius ipſe ſit interfectus. Indicto demum Müllhemii conuentu, Nuenarius a concionibus celebrandis abſtinuit. 36) Inde cum Gebhardus profectionem ad Comitia adornaret, ſacri collegii ſodales veriti, ne quid ille cum Proteſtantium Principum legatis in ſuam perniciem agitaret, eo Fridericum Saxo Lauenburgicum e ſuo numero ablegant: inde ortæ inter Fridericum & Gebhardum damnoſæ vtrinque ſimultates, ex quarum occaſione Guilielmus Cliuenſium Dux a Senatu & Collegio ſollicitatus, fidem de auxiliis ſuppeditandis obſtrinxit, nec non & Alexander Farneſius, Philippi in Belgio ſupremus Dux, operam ſuam & vires vltro detulit. Quibus confirmatior Senatus edicto propoſito decernit, vt omnes, qui alteram a maiorum religione doctrinam amplectérentur, intra menſis ſpatium vrbe excederent. 37) Interea Proteſtantium delegati in Comitiis ab Auguſtanæ Confeſſionis Principum legatis commendatitias ad Senatum litteras impetrant. 38) Sub exitum etiam Comitiorum Auguſtanorum venerunt ab Gebhardo legati, Adolphus Solmenſis Canonicus, & Suartius, qui & abſentiam Electoris excuſarent, & ſi quidem religionis libertas & eccleſiaſticorum Principum citra adminiſtrationis ſuæ iactura matrimonia impetrari poſſent, periculum facerent. 39) Ipſe Gebhardus, Collegium & Magiſtratum contra ſe ad vim ſiue inferendam ſiue ſuſtinendam cum videret inſtrui, copias cogit, ſpecie defendendi limitis, qui Belgico bello ardente, & diſcurrentibus regiis & Ordinum militibus periclitabatur. Inde armatus Bonnam intrat, claues ſibi tradi poſtulat, Senatu tamen renuente. Concitata etiam plebs querelam ad Cæſarem & Imperii Ordines inſtituere paratos ſe oſtendebant. 40) Interea a Collegio ſecretis Romam miſſis eius rei nunciis, mirum in modum Pontifex, commotus eſt, prius tamen litteris ad Gebhardum ſcriptis, ipſum monet, vt ſamæ ac ſaluti ſuæ in tempore conſulat, & ſi fortaſſe longius, quam oportuit, ſit progreſſus, pedem retro ferat. Mandatum etiam Treuirenſi archiepiſcopo datum, vt ad ipſum proficiſceretur, & Pontificis nomine cum eo amplius ageret, rogatus & a Pontifice Rudolphus Cæſar, eodem officio apud Gebhardum per legatum eſt defunctus. 41) Interea a Principibus Proteſtantibus vndique ad eum legati veniebant, cunctí opes ſuas pollicentes. Edictum itaque d. 16. Decembris 1582. proponit, quo ſe ex tenebris Papatus, in lucem & veram ſalutiferi verbi diuini cognitionem adſeruiſſe publice teſtatur: interim ſe nullius conſcientiæ vim inferre velle, ſed vtriusque tantum religionis in Imperio approbatæ liberam profeſſionem iuxta pacem in Comitiis promulgatam inſtituere decreuiſſe: nec vero Collegium Metropolitanæ eccleſiæ electione ſua fraudare ſtatuiſſe, vel quidquam contra priuilegia moliturum, idemque edictum aliud d. XI. Ianuarii 1583. ſequebatur, per quod librum Religionis exercitium ſubditis ſuis indulget. 42)

At

pietatis exercitiis addicta in cœnobio Gierſeimio degebat: cumque illa in ſororis Mariæ, quæ Petro Ernesto Crichingenſi regulo coniux deſtinabatur, comitatu Coloniam veniſſet, immane quantum ex aſſiduo eius colloquio exarſit, dein cum illi in Thuringiam ad ſua pergerent, & inde Coloniam crebro commearent, in itu & reditu in Gebhardi arcibus excepti nouis amoribus conciliandis occaſionem præbuerunt. Tandem cum ipſtaret Petrus Ernestus Mansfeldius frater, vt promiſſis fidem publica nuptiarum celebratione faceret, & ita ſermonibus, qui haut ſatis belli de facemiliaritate vtriusque paſſim per Germaniam ſpargebantur, materiam præcideret, ipſe Bonnæ coram fratre ac ſorore, ſed in arcano Agnetem in vxorem duxit ſub initium huius anni. LONDORP *lib. XXII. p.500.* Plenius ISSELT de B. Colon. *lib. I. pag.2. p.500.* Plenius ISSELT de B. Colon. *lib. I. pag.2.* qui etiam dicit, quod iam ante copulationem, familiarem cum Agnete habuerit conſuetudinem. Et pag.12. *malefício iſtius Nigromantici*, (Hieronym. Scoti Parmenſis) *in amorem huius Agnetis precipitatus eſſe dicitur: vt qui in ſpeculo facitem illius, Electori adhuc innotæ, repræſentaſſet.* CHYTRAEVS *lib. XXVI. p.725.* SCHADE *p.III. lib.VII. p.151.* P. PIASECIVS *p.17.* male eam vocat Io. Georgii Comitis Naſſouii filiam. KOELER §. *IV.*

35) THVANVS *p.583.* LONDORP *c.l.* Libellum ſupplicem exhibet ISSELT *lib.I. p.17.* KHEVENHILLER p.247. *II. Th. p. 290.* LEHMANN *III. B. c.X.* TESCHENMACHER *Ann. Cliu. p.II. p.359.* Facit huc etiam GEORGII MXLII *Sendſchreiben an den Rath zu Cœln, umb denen Vnterthanen A. C. das offentliche Exercitium Religionis in ihrer Stadt zu geſtatten Heidelberg 1582. 4.*

36) THVANVS *c. l.* LONDORP *c.l.* ISSELT *lib. I. p.14.*

37) THVANVS *p.584.* LONDORP *pag.501.* ISSELT *p.29.*

38) THVANVS *p.684.* Extant Principum Proteſtantium litteræ ad Senatum Colonienſem apud ISSELT *lib.I. p.26.*

39) THVANVS *c. l.* ISSELT *p.44.*

40) ISSELT *p.52.* THVANVS *p.584.* LONDORP *p.501.*

41) Litteræ Pontificis ad Gebhardum extant apud ISSELT *lib. I. pag.76.* & CHYTRAEI Saxoniæ ſunt ſubiectæ *p. 971.* THVANVS *p.587.* & in LVDEWIGS Reliquiis *Mstorum Tom. V. p.383.*

42) Extat Edictum apud ISSELT *pag. 79.* THVANVS *p.587.* Separatim quoque prodit *Churfürſt Gebhards Chriſtliche Erklarung in Religions-Sachen 1583. 4.* KOELER §. *XI.*

43) ISSELT

At Gebhardus, qui omni ratione Bonnam in potestate habere cupiebat, prolatis Collegii litteris, vt putatur, suppositis, clauium traditionem, frustra antea tentatam, vrget, ac tandem impetrat, quibus acceptis, vigiliæ oppidanis interdicuntur, custodiæ ad portas ex milite externo constituuntur. 43) Et cum Colonienses per Moguntinum & Treuirensem Septemuiros, qui legatos Bonnam ad Gebhardum miserant, nihil sibi obtinuisse viderentur, etiam Rhenanorum consiliariorum aduocationem poscunt, qui per litteras Gebhardum monuerunt, a rebus nouis abstineret, neque præcipiti consilio se in difficultates, ex quibus postea extricare se non posset, temere immitteret. Postremo & ad nobilitatem antea monitam scribunt, eique diem post Christi Natalem, vt Coloniam veniret, indicunt. Quo cognito, Gebhardus exagitata collegii audacia, ipsis per litteras mandat, vt in hoc conuentu, præter iuris ordinem coacto, tantum quid a sodalibus proponeretur, audiant, cæterum nihil, quod legitimo suo principi, aut archiepiscopatui præiudicet, cum ipsis transigant. 44) Exeunte anno 1582. Ioannes Bipontinus, cum Ludouici Electoris, Io. Casimiri, Richardi Palatinorum legatis Coloniam venit, cum Senatu & sacri Collegii sodalibus de pacis ineundæ conditionibus acturi, sed nihil profecerunt. 45) Fridericus interim Saxo-Lauenburgensis spe dignitatis Electoralis auram popularem captabat, nauem commeatu onustam, quam Gebhardus Bonnam deuehi iusserat, intercipit, ipsique armis se opponit. Huic se adiungebat Antonius, Comes a Schauenburg, qui tantum consiliis contra Gebhardum, quantum Fridericus armis præstabat. Quibus angustiis pressus Gebhardus, Principum Protestantium aduocationem apud Cæsarem & Imperii Ordines exposcit: nec defuere officio Ludouicus Palatinus, Augustus Saxo & Io. Georgius Brandenburgicus Septemuiri, qui prolixas ad Cæsarem litteras dederunt, orantes, ne ob religionem Gebhardo aut suis eandem causam fouentibus, vis fieret. Palatinus in eadem re ad Moguntinum & Treuirensem Electorem scripsit. 46) Cæsar vero iam frustra tentato Gebhardi animo per Andream Gailium, denuo ad eum mittit Iacobum Curtium, cui tamen Gebhardus respondit, se in proximis Comitiis Cæsari & Ordinibus plene esse satisfacturum. 47) Gebhardus vero XVII. Kl. Februarii 1583. scripto publicato, præfectis ac magistratibus cunctis suæ ditionis enixe inhibet, ne cui religionis causa molestiam facessant. 48) Fridericus interea ad v. Kl. Februarii Comitia indicit, quibus multa in Gebhardum accusationum capita proponebantur, quod inconsultis Ordinibus, copias militares conscripsisset, pensiones debitas non soluisset, nouam religionem professus esset, eiusque libertatem subditis permisisset, de matrimonio contrahendo fidem obligasset, cum Andino & Belgis occulta consilia iniuisset, externos consiliarios in ditionem suam introducere statuisset, Cæsaris insulam nuper præsidio externo muniuisset. His de caussis Comites, nobiles ac Ciuitates eius diœcesis subditos minime sacramento ipsi præstito teneri, sed iuxta patriæ leges se cum collegio coniungere, eique, non vero Episcopo parere debere. Ad hæc Referuatum vrgebant ecclesiasticum. His propositis, cunctorum legati petierunt, vt postridie audirentur. Pro Gebhardo Adolphus Solmensis longam habuit orationem. Bipontinus etiam & Protestantium legati Gebhardi caussam suscipiebant, cum e contrario Oresbacius Guilielmi Cliuensis, Parmensis Ducis, Cæsarei & Pontificii legati hæsitantes confirmarent, vt Kl. Februarii 1583. a tribus Ordinibus, Comitibus, Nobilibus & Oppidanis aduersus Gebhardum, tanquam res nouas in Imperio molientem decretum fieret, exercitus communibus suffragiis Lauenburgico tribuitur, cum quo arces ab Archiepiscopo occupatas reciperet. 49)

§. VIII. Interea Gebhardus, quo auctore incertum, archiuum Bonnense spoliat: partemque instrumentorum Nuenarius, intempesta nocte secundo Rheno discedens, secum abstulit. Eo ipso die, quo Comitia soluta sunt, Gebhardus, qui cum Agnete Mansfeldia occultarum nuptiarum beneficio vsus erat, eas d. 2. Februarii 1583. in valle Rosarum publice celebrauit. 50) Dumque nuptiali lætitiæ indulget, Fridericus a Parmensi adiutus, Cæsaris Insulam intercipit, & Bruelam. Gebhardus autem Fridericum orat, interuentu suo efficiat, vt violentia vtrinque abstineatur, resque amice componantur. 51) Instat & apud Ciuitates Imperii Augustanæ Confessioni addictas, vt in communi caussa partes suas interponant. Colloquium itaque Hailbrunnam indicitur, vbi ad V. Non. Martii 1583. Coloniæ, Argentinæ, Wormatiæ, Spiræ, Francofurti, Augustæ, Noribergæ, Vlmæ, Eslingæ ac Nordlingæ delegati conuenerunt: misit & suos legatos Ludouicus Palatinus Elector, questusque de externo milite introducto, auctor fuit, vt pecunia ad vsus Imperii collecta ad tuendos Imperii fines seponeretur. Decreta & ad Cæsarem tertia legatio, qui veritus motum intestinum, legationem ad Parmensem decreuit,

43) ISSELT *p.* 82. THVANVS *p.* 588. LONDORP *cit. loc.*

44) ISSELT *p.* 85. THVANVS *p.* 588.

45) ISSELT *p.* 86. THVANVS *p.* 587. *lib. LXXVIII. p.* 646. KHEVENHILLER *Tom. II. pag.* 289.

46) ISSELT *lib. II. p.* 102. THVANVS *lib. LXXVIII. p.* 647.

47) ISSELT *lib. II. p.* 108. THVANVS *c. l.*

48) ISSELT *p.* 112. THVANVS *p.* 643.

49) ISSELT *p.* 140. THVANVS *pag.* 648. LONDORP *lib. XXIII. p.* 520.

50) THVANVS *lib. LXXVIII. p.* 490. LONDORP *lib. XXIII. p.* 521. *Parent. p.* 41. ISSELT *lib. II. p.* 160. SVRIVS *p.* 1075.

51) ISSELT *p.* 159. THVANVS *pag.* 650. LONDORP *c. l.*

52) ISSELT

creuit, eum mandatis, vt ab Imperii ingreſſu militem abſtineret: ſed collegium rem excuſat, & contra Imperii conſtitutiones minime fieri contendebat, cum Rex Catholicus, Belgii ratione Princeps ſit Imperii. 52) Interim XI. Martii Arensbergii Ordinum Weſtphaliæ Comitia celebrabantur, quibus cum Apologiam ſuam exhibuiſſet Gebhardur, vincente numero Proteſtantium, Gebhardo ſuit acceſſum. 53) Fridericus inter hæc Hulcrædum caſtrum aliaſque vrbes capit, Nuenarius Berckam aſtu intercipit. Gebhardus arcem Weſtphaliæ Hoieburgenſem egregie inſtructam & Werlenſe oppidum occupat. 54) Miſit etiam Imp. tertium legatum ſuum Io. Preynerum, ſed & hoc ſine effectu. 55) Et Papa Andream Auſtrium cum amplo comitatu & mandatis mittebat, vt Gebhardum archiepiſcopatu priuaret, qui tamen a Io. Caſimiro Palatino impeditus, per Alſatiam, Lotharingiam & Lucenburgenſem agrum iter capere coactus ſuit, ſociorum quibusdam Io. Caſimiri iuſſu captis. 56) Hic vero conſcripto milite, quo maiorem armis ſuis auctoritatem conciliaret, Wormatiæ indicta ad Kl. Aprilis Comitia vrget, vbi Principum Proteſtantium ſuffragiis decretum ſuit, Electori Colonienſi opitulandum eſſe, præter duorum menſium ſtipendia, vltimo conuentu Auguſtano decreta, alia ſex menſium conferenda, quæ Magdeburgi vel Francofurti intra trium menſium ſpatium repræſententur. 57) Tandem Gregorii XIII. Diploma Romæ Kl. Aprilis datum publicatur, quo Gebhardus banno notatur, ipſique omne ius in archiepiſcopatum Colonienſem adimitur, 58) id quod etiam Cæſar ratum habet. 59) Augebat inuidiam, quod Gebhardus omnia Archiepiſcopatus oppida Io. Caſimiro oppignoraſſet. 60) Et licet legati Principum Proteſtantium vrgerent, nouum hoc & nusquam auditum in Imperio exemplum, vt Pontifex, ignaro Cæſare, inconſultis Electoribus, archiepiſcopum atque Electorem loco ac dignitate moueret, nihilominus Comitia nouæ electioni, inſtantibus Pontificis & Cæſaris legatis, Coloniam fuerunt indicta, id quod Collegii ſodales publicis ſcriptis per exempla anteriora excuſare conabantur. 61) Indictus etiam ab Imp. Bingæ conuentus Trium Electorum ad Rhenum effectu fuit deſtitutus, dum Moguntinus prætexeret, dum Gebhardus a Pontifice dignitatibus iamdum fuiſſet priuatus, nulla amplius opus eſſe compoſitione, 62) Tandem concordibus ſuffragiis XXIII. Maii 1583. Erneſtus Bauarus, iam Friſingenſis, Hildeſienſis & Leodienſis Epiſcopus, in Colonienſem præſulem fuit delectus, Friderico Saxoni prælatus, quod hoc rerum ſtatu Principe opibus & adfinitatibus præpotenti ad Rempublicam adminiſtrandam opus eſſet, Canonici, qui Gebhardo fauerent, loco fuerunt moti. 63) Bellum igitur inter Erneſtum & Gebhardum geritur, varia oppida hinc inde capiuntur. Venit quidem cum exercitu Bonnam, Io. Caſimirus ſed ſiue ille a milite veterano, nam tantum tyrones circa ſe habebat, ſiue a pecunia & aliis ad bellum neceſſariis imparatus, nihil fere dignum tanta expectatione geſſit. Poſtquam autem Cæſar per miſſos feciales non ſolum Caſimiro, ſed etiam Badenſi, Nuenario, aliisque belli ducibus proſcriptionis pœnam denuntiaſſet, niſi ab armis quamprimum diſcederent, id non mediocriter tumultum in caſtris auxit, ob ſtipendii defectum iam ante exortum. 64) Conuentus Moguntiam indictus, inde communi conſenſu Francofurtum ad Mœnum fuit translatus, quo conuenerunt Moguntini, Treuirenſis, Palatini, Saxonis,

52) ISSELT *p.* 171. THVANVS *p.* 650.

53) ISSELT *p.* 191. THVANVS *p.* 651. Publicis typis extat hæc apologia ſub titulo, *Anſchreiben und wahrhafftter Bericht, Vnſer Gebhards Ertzbiſchoffs zu Cöln* 1583. 4. cum adiectis documentis quam plurimis, hanc cauſam illuſtrantibus.

54) ISSELT *p.* 210. THVANVS *p.* 652.

55) ISSELT *p.* 212. THVANVS *p.* 652.

56) ISSELT *lib. II. pag.* 220. THVANVS *p.* 652. Plenius CHYTRAEVS *lib. XXVI. pag.* 726. & ex eo LONDORP *lib. XXIII. p.* 522.

57) ISSELT *pag.* 223. THVANVS *pag.* 633. CHYTRAEVS *p.* 727. Ipſe Io. Caſimirus cauſſam ſuam ſingulari ſcripto defendit, hoc titulo: *Anſchreiben Vnſer Iohan Caſimirs Pfaltzgraffen bey Rhein &c. darinnen die Vrſachen ausgeführet werden, warum wir uns in ietzige Kriegt-Expedition zu Rettung des wieder den Land und Religion Frieden bedrangten Churfürſt Gebhardten durch ordentliche Vocation begeben, Neuſtadt an der Hardt* 1583. 4. adiectis publicis documentis quam plurimis, quod in Gallicam etiam ſermonem fuit translatum.

58) Extat diploma apud CHYTRAEVM *Saxonia p.* 972. ISSELT *lib. II.* 227. ex quo habet LONDORP *p.* 524. THVANVS *p.* 653. Proſtat in *anathematismum, quo Gregorius XIII. P. P. Romanus, illuſtriſſimum Principem Gebhardum Truchſium Archiepiſcopum Colonienſem, S. R. Imperii Electorem &c. damnauit nuper* LEONHARTI WARAMVNDI *Turingi admonitio, Lugduni Bat.* 1583. 4.

59) Extant de eo Cæſaris litteræ ad trium Electorum legatos apud ISSELT *p.* 239.

60) ISSELT *p.* 224. THVANVS *p.* 653.

61) Hæc prolixe adducit ISSELT *p.* 269. & ex eo THVANVS *p.* 655. Electo vero die XV. Maii 1583. publicauit *Warnungſchrifft wieder die vermeynte unbefugte fürhabende neue Wahl* 1583. 4.

62) CHYTRAEVS lib. XXVI. p. 727. *Imperator ſedulo de his rebus admonitus, Conuentum trium Electorum Moguntinenſis, Treuirenſis & Palatini, Bingæ indixit, vt compoſitionem inter Gebhardum electorem ac capitulum Colonienſe tentarent. Sed vbi Legati Palatini præfixa die comparuerunt, perſonasque ad illum actum legitimare voluerunt: Moguntini Mandata recipere recuſarunt, prætendentes, nulla compoſitione deinceps opus eſſe, quod Pontifex Gebhardum Truchſium iam epiſcopatu & electoris dignitate priuarit, capituloque petente diem præfixerit, intra quem alium eligere debeant; ideoque nec imperatori, neque ſibi licere, contra voluntatem pontificis in cauſſa illa quidquam amplius agere.*

63) ISSELT *lib. III. p.* 280. THVANVS *lib. XXVIII. exeunte.* LONDORP *p.* 526.

64) Bellum, qua ratione geſtum, plenius exponit ISSELT *lib. III. p.* 315. *ſqq.* THVANVS *lib. LXXIX. p.* 266. MERC. G. B. *Tom. III. pag.* 193. *lib. II. p.* 206. *ſqq.* facit huc *Hiſtoriſche Beſchreibung*

Saxonis, Brandenburgici Electorum legati. Miserunt eo Gebhardus atque Ernestus legatos suos pro Electorali dignitate intercedentes. Agitata & summis animorum studiis discussa caussa, a Treuirensis, Saxonis & Brandenburgici Septemuirorum legatis via media inuenta est, qua vtrique parti satisfieret; vt nimirum Gebhardus depositis armis dignitate Bauaro cederet, & pensionem honestam, qua se suosque aleret, ex vectigalibus diœcesis annuam ab eodem acciperet: de conditionibus his ad Gebhardum se relaturos cum Truchsesiani respondissent, negotium intermissum est. 65) Continuabatur nihilominus conuentus Francofurtensis, sed, dum reuersis Truchsesianis cedere dignitate nollet, nec Ernestus in annuam pensionem consensurus esse videbatur, conuentus tandem dissoluitur. Dum inter hæc Io. Casimirus, comperta Ludouici Palatini, fratris sui morte discessisset, Gebhardi exercitus valde fuit diminutus, nihilominus victor Friderici Lauenburgensis ad Alostam, animum iterum cepit. 66) Expugnato autem castro Bonnæ imminente, eadem vrbs arctissime obsidetur, & cæso, quem Nuenarius in subsidium adducebat, milite, concitato per Michaelem Pirclerum ab Arembergio tumultu, XXVI. Ianuarii 1584. Ernesto dedicur. 67) Gebhardus interim in Westphalia conuentu Rudenam indicto, rei numinariæ explicandæ & disciplinæ sacræ iuxta Augustanam confessionem instauranda incumbebat. 68) Ferdinandus Ernesti frater, constitutis Bonnæ rebus, Gebhardum de nouis auxiliis sollicitum, insequitur. Fit ad Burgum Zutphaniæ ad Isalam situm prœlium, pr. Kl. Aprilis in quo fusi Truchsesiani, reliquiæ dissipatæ. Gebhardus, dilabentibus suis, tandem Delfas ad Arausionensem Principem se contulit, qui Hagæ aliquamdiu hospitium exuli cum vxore attribuit, eius vero causam deseruit, nec armis tueri vnquam voluit. Postea in Angliam transiit, auxilia pro recuperando Archiepiscopatu ab Elisabetha Regina exoraturus, & hospitio Essexii Comitis ibidem fuit vsus, sed apud Reginam offensio orta est ex Zelotypia, quæ miserum infectis rebus discedere iussit. Redux ergo Argentinam concessit, vbi antea iam magna controuersia in Capitulo inter Catholicos ac Protestantes, Catholicos illos præcipue, qui a partibus Gebhardi Coloniæ steterant, Solmensem scilicet, Winnebergicum, Wittigsteinium &c. orta erat, quum Sodales Capituli, neque hos ipsos, neque Gebhardum, vt Decanum, propter excommunicationem Papalem admittere nolebant, sed in eius locum Fridericum Saxo-Lauenburgensem surrogabant. Diu ergo & acriter pugnatum vtrinque est, donec Capitulum in duas partes scisum, & Protestantibus Gebhardus, vt videtur, tanquam Decanus præfuit adhuc 26. annos, donec tandem A. 1601. die 21. Maii podagræ, calculi, colicæ doloribus confectus, diem supremum improlis obiit, Agnete vidua relicta, & solennissime sepultus, Io. Pappo funebrem concionem ipsi habente, ipsique in templo Cathedrali solenne Monumentum marmoreum fuit extructum. 69) Nuenarius Comes in Sicambris bellum porro contra Hispanos gerere non destitit. Eius discessu mox Arenberga, Werla, & cæteræ arces in Ernesti potestatem citra certamen venerunt. Inde nobiles & ciues Westphaliæ in fidem & gratiam Ernesti receptæ. Ioannes Mopelius Theologus ab Ernesto in prouinciam missus, qui Catholicam religionem bello intermissam per ea loca instauraret. 70) Interim Rotenburgi ad Tubarim conuentus celebratur, vbi a Cæsaris & Electorum, nec non Ludouici Würtenbergici Ducis legatis de pace religionis ac Reipublicæ in Imperio constituenda, de Colonienſium Præsulum dissidio componendo, sed sero actum, iam profligatis Gebhardi rebus, itaque re fere infecta discessum est. 71)

§. IX. Eodem anno 1584. sancita est induciarum inter Rudolphum Cæsarem & Tur-

bung des, ſo ſich nach gehaltenen Kayſerlichen Reichstag zu Auſpurg im heiligen Reich Teutſcher Nation verlaufen und zugetragen hat, continuirt bis auf die nechſte Niederlag, Gebhard Truckſeſen, geweſenen Churfürſten zu Cœln 1584. 4. LAGVILLE *Hiſt. d. Alſace II. part. p. 55. ſiq.*

65) ISSELT *pag.* 352. *&* 368. THVANVS *pag.* 661.

66) ISSELT *lib. IV. pag.* 408. THVANVS *pag.* 663.

67) ISSELT *pag.* 417. CHYTRAEVS *lib. XXVI. pag.* 733. THVANVS *lib. LXXIX. p.* 670 LONDORP *lib. XXIV. incunte.* KHEVENHILLER *Tom. II. p.* 521.

68) ISSELT *p.* 446. THVANVS *p.* 673.

69) De hoc late CHYTRAEVS *lib. XXVI. p.* 745. THVANVS *lib. LXXIX. pag.* 675. *lib. XCVI. pag.* 471. LONDORP *lib. XXVII. pag.* 577. KHEVENHILLER *II. Th. pag.* 326. *ſqq.* BERNH. HERTZOGS *Elſaſſ. Chronic. III. B. p.* 125. *Hiſtorie der Religions-Beſchwerden p. I. c. III. §. XXX.* LAGVILLE *Hiſtoire d' Alſace Tom. II. p.* 56. Extant de eo *Aufſchriben und Grimdlicher Bericht unſer Georgen von Seyn Graffen zu Witgenſtein, Hermann Adolphen Graffen zu Solms, Johanſen Freyherren zu Winnenburg, Erneſten Grafen zu Mansfeld, wegen Excluſirung und Verhamung unſerer Perſonen* 1585. 4. *Acta und Handlungen der Kayſ. nacher Strasburg verordneter Commiſſarien, belangend der Euangel. Captularien aus, und abſchaffung.* 1586. 4. Omnia vero Gebhardi acta & fata ſingulari diſſertatione, eademque erudita, expoſuit IO. DAVID KOELERVS *Altdorfi* 1723. Adde TOB. PFANNERVM *Hiſtoriam Pacis Weſtphalicæ p.* 10. & BAYLE *Reſponſe aux Queſtions d' un Prouincial cap. LX. p.* 535. qui hoc factum examinat. KHEVENHILLER *Tom. III. p.* 616.

70) ISSELT *p.* 458. *Truchſeſius vero Gebhardus poſtquam intellexiſſet felicem Bauari in bello gerendo fortunam, ſpem retinendi Archiepiſcopatus abiiciens, ad Auraicum Principem Delphos Batauorum profectus eſt, vbi & adhuc vitam agens priuatam commoratur. Nuenarius quoque ad Ordines Gebriæ conceſſit, qui eius opera in bello ſito contra Regem Hiſp. nunc vtuntur.* THVANVS *p.* 674.

71) ISSELT *p.* 675. CHYTRAEVS *p.* 471.

Turcam prorogatio, quæ a Kl. Ianuarii inciperent, & in nonum vsque annum durarent. Ad eam prorogationem firmandam missus a Cæsare Henricus Lichtensteinius cum muneribus, in cuius comitatu Io. Leunclauius erat. Et licet Turcorum Præfecti aliquot cum suis copiis Carniolæ fines ingressi, multum damni passim darent, direptis pagis ac vicis, & magna mancipiorum multitudine secum in seruitutem abducta, cæsi tamen fuerunt, id quod iure factum Turcarum Sultanus Persico bello implicatus, pronuntiabat. 72) Anno 1586. ineunte, Comitia Deputatorum Wormatiæ fuerunt celebrata, in iisdemque de matricula redintegranda, re monetaria administranda, iustitia & motibus Imperii componendis fuit actum. 73)

§. X. Anno 1587. post Stephani, Poloniarum Regis mortem, inter dissidia XII. Augusti eligebatur Rudolphi frater, Maximilianus, dum alii Sigismundum, Sueciæ Principem Regem crearent. 74) Fauebat Sigismundi partibus Io. Zamoscius regni Poloniæ Cancellarius, qui Cracouiam ipsi seruare conabatur, quam cum oppugnatione infestarent Maximiliani copiæ, eas ad ipsa vrbis mœnia fundit Zamoscius, indeque 27. Decembris coronatus fuit Sigismundus. 75) Nouas igitur ex Germania copias expectans Maximilianus, Bitsinum, vicinum Silesiæ, Ducatus Briegensis oppidum fecedit, quem insequitur Zamoscius, eundemque collatis signis die 24. Ianuarii 1588. vincit, posteraque die ad deditionem compellit & Regi suo sistit. 76) Tandem vero mediantibus Cardinale Aldobrandino, legato Cæsareo Domino de Rosenberg, & legato Hispanico Duce de Sabioneta, in Silesiæ & Poloniæ confinio ad Beutenam IX. Martii a. 1589. pax fuit concluſa, per eandemque Maximilianus liberatus, his conditionibus, vt titulo regis Poloniæ abstineat, pacta & fœdera antiqua inter Poloniæ, Vngariæ & Bohemiæ regna, domumque Austriacam, missis vltro citroque legationibus vtrinque renouata, instaurentur, Maximilianus liber. cum attigerit ditiones Cæsareas XXVIII. Iulii transactionem pacis iuramento & litteris firmet. Hæc pax a Sigismundo Lublini, a Cæsare Rudolpho, ac cæteris principibus Austriacis, per legatos Pragæ fuit iurata. 77)

§. XI. Anno 1590. Comitia Deputatorum Francofurti instituebantur, quibus potissimum deliberabatur, qua ratione miles Hispanus ex terris Germanicis sit prohibendus, verum Catholicis atque Protestantibus inter se dissidentibus, sine fructu fuit discussum. 78) Anno 1591. prorogat Rudolphus inducias cum Turcis in nouos octo annos. 79) Insequenti anno 1592. mortuo Ioanne Manderscheidio Comite, Episcopo Argentinensi, sciſſo factionibus Collegio, non solum vota dissidebant, sed de loco, in quo electio fieri debeat, inter suffragatores minime conueniebat. Catholicæ Religioni addicti, Tabernis, Protestantes, qui pactis & maiorum instituto atque exemplis nitebantur, in vrbe vt conuentus indiceretur, postulabant. Diem ad III. Kl. Iunii electioni in vrbe, loco solito faciendæ constituerant Protestantes, idque litteris Ioachimi Caroli Brunsuicensis, Præpositi nomine, aduerſæ parti significandum curant; cum illi se excusarent. Dicta die Protestantes conueniunt, qui habita prius per Io. Pappum concione, concordibus votis Io. Georgium, Electoris Brandenburgici nepotem eligunt, qui mox electionem ratam se habere per procuratores profeſſus, ad omnia loca diœceſi subiecta, præfectos ac magistratus scribit, & vt sibi, tanquam Episcopo ac legitimo Principi dicto sint audientes, imperat. Senatus interim dum electionem certamine non cariturum prouideret, Kokersbergam Episcopalis ditionis castellum vi capit, atque Dachsteinium præsidio munit. Quo cognito, qui Tabernis erant, diem eligendo Episcopo constituunt V. Idus Iunii, eamque dignitatem in Carolum Lotharingium Cardinalem, qui iampridem illam prensabat, conferunt, & lon-

72) THVANVS *lib. LXXX. p.* 694. ISTHVANFIVS *lib. XXV. excunte*, qui addit: *hæc detrimenta Turcis illata cum initio Nouennalis fœderis cum ipsis superiori anno initi contigissent, Byzantinum perlata, purpuratorum ipsiusque Muratis animos haud leuiter pupugerunt, ita vt ea Paulo Aicingo & Henrico Lichtenstainio Cæsarii legatis, qui munera illuc attulerant, acrioribus verbis exprobrarent, & se inducias nequaquam seruaturos minarentur. Verum quum postmodum intellexissent iniuriarum initium a suis factum esse, acquieuerunt, & legatos dimiserunt.* MERC. G. B. *Tom. III. lib. II. p.* 332.

73) Extat Recessus apud GOLDASTVM *Reichs-Satzungen Tom. II. p.* 327.

74) Late de hoc CHYTRAEVS *lib. XXVIII. pag.* 782. THVANVS *lib. LXXXVIII. pag.* 227. LONDORP *lib. XXVII. p.* 681 PIASECIVS *p.* 60. MERC. G. B. *Tom. III. lib. III. p.* 479. IANSONII MERC. G. B. *lib. I. p.* 53.

75) THVANVS *pag.* 232. Vita Io. Zamoscii LONDORP *p.* 686. PIASECIVS *p.* 66. Potissimum huc faciunt *Ordinum Regni Poloniæ, nonnullorumque eius Magistratuum de electione Sereniss. Principis Sigismundi Tertii Regis, ad diuersos Principes Christianos Legationes, Epistolæ, Responsa. Ex quibus, quomodo electio ea administrata fit, quæque deinceps in præsentem hunc diem III. Mens. Nouem. acta sint, omnibus perspicuum esse poterit. Eorundem Ordinum mandato edita. Cracouiæ* 1587. 4. In quo scripto Acta Publica Sigismundi III. electionem concernentia continentur. KHEVENHILLER *Tom. II. p.* 363.

76) CHYTRAEVS *p.* 795. THVANVS *pag.* 235. LONDORP *lib. XXVIII. p.* 699. PIASECIVS *p.* 69. ISTHVANFIVS *lib. XXVI. pag.* 572. Nummos hac in causſa cusos exhibet LVCKIVS *p.* 302. KHEVENHILLER *p.* 609.

77) CHYTRAEVS *p.* 800. 801. THVANVS *lib. XCVI. p.* 472. LONDORP *lib. XXIX. ineunte.* ISTHVANFIVS *p.* 574. PIASECIVS *p.* 74. MERC. G. B. *Tom. III. lib. III. p.* 573. IANSONII MERC. G. B. *lib. II. p.* 104. Ipse Tractatus Pacis extat apud du MONT *Tom. VI. p. I. p.* 458. KHEVENHILLER *Tom. III. p.* 717.

78) KHEVENHILLER *Tom. III. p.* 809.

79) Procem. Rec. Imp. Ratisbon. *de a.* 1594

80) THVA-

& longo programmate Coloniæ & aliis locis Francisci Criechingensis Ecclesiæ Argentinensis decani nomine, publicato, electionis ita factæ rationem reddunt. Carolus æque datis ad Senatum litteris, castella vult restitui. Senatu vero hoc denegante, contracto decem millium exercitu, bello principium fecit, Bichfelda occupata, & excursionibus sub portas vrbis factis. Inde discursationibus tantum circa Molsheimium & Antlauiam fuit certatum. Ferdinandus equidem Austriacus, cui Cæsar negotium commiserat, per legatos suos vtrosque ad pacem fuit hortatus, verum, dum Argentoratenses non ad filium Cæsaris, sed communium Imperii Ordinum iurisdictionem rem pertinere caussarentur, Cardinalis bello ius suum persequitur, ad Kokersbergam castra ponit V. Kl. Quintilis & post acrem oppugnationem, locus vi capitur, Dachsteinium desertum præsidio munitur. Vasseleimum, quod in Senatus ditione est oppidum, occupatur. 80) Accedebat Argentinensibus Christianus, Princeps Anhaltinus, summus militiæ Dux ab Argentinensibus constitutus, qui sæpius felici pugna cum Lotharingis certauit. 81) Commeantibus hinc inde delegatis, cum nihil proficeretur, Cæsar auctoritate sua vtendum ratus, exeunte anno fecialem in vrbem mittit, qui Imperii insignibus ornatus & baculum deauratum manu tenens, in foro mandata exponit, collegiique sodalibus ac Senatui Cæsaris nomine denunciat, arma vt deponerent, & de controuersia coram delegatis iudicibus compromitterent. Idem ad Carolum profectus, fecit. 82) Exeunte Ianuario 1593. Selestadtium oppidum Imperiale, insidiis a Lotharingico frustra tentatum: quanquam id ille, vt sibi inuidiosum, pernegaret. Tandem, cum cunctos armorum tæderet, vltro citroque commeantibus Cæsareis legatis, Gallo Popelio a Lobcowitz potissimum, in has conditiones transactum est, vt depositis vtrinque armis, milite dimisso, & pace constituta, caussa controuersa arbitrio V. Principum de quibus partes conuenirent, deciendа relinqueretur. Ii fuerunt Wolfgang Brendelius, Archiepiscopus Moguntinus, Iulius, Episcopus Würtzburgensis, Ferdinandus Austriæ Archidux, Ludouicus Hassius, Philippus Ludouicus Palatinus, & Fridericus Guilielmus Saxonici Septemuiratus administrator. Interea Carolus Cardinalis Tabernas Alsatiæ, Binseldam aliasque præfecturas retineret, Molsheimium ipsi restitueretur. Brandeburgico vicissim Dachsteinium restitueretur, aliæque itidem præfecturæ, fructuum restimatione facta, attribuerentur. Argentinæ ciuitati Vasselsemium restitueretur, & tormenta in eo reperta. Conditionibus partes subscripsere VI. Id. Martii. Secundum hæc, Principes Aprili mense Spiram Nemetum legatos miserunt, conuentuque in Iunium proximum delato, cum post acres vtrinque altercationes, nihil decerni potuisset, mense Quintili statuerunt, vt quæcunque vel voce vel scripto in hoc negotio hucusque acta essent, ad Cæsarem transmitterentur, eiusque auctoritati permitterentur. Conuentus in XVII. Kl. Decembris Francofurtum ad Mœnum conferatur, omnia interim integra essent nihilque tam in sacra quam ciuili administratione nouaretur: qui secus faceret, in pœnam mandati Cæsarei incurrisse censeretur. 83) Instinctu vero Ludouici Palatini, arbitri partes hac in caussa sibi sumens Henricus IV. Rex Francorum a. 1603. partem possessionum vrbi vicinarum Brandenburgico, vt minus Argentinensibus suspecto, attribuit, partem Cardinalem possidere iussit. 84) Tandem vero interponente partes suas Friderico Würtembergico, Hagenoæ pridie Idus Nouembris 1604. hæc controuersia finem accepit, his conditionibus, vt Brandeburgicus toto Episcopatu Lotharingo Cardinali cederet, & ab eo vicissim CXXX. aureorum millia acciperet. Würtenbergicus concordiæ sequester oppidum & præfecturam Obernagensem per triginta annos possideret, quo tempore pro Brandenburgico XXX. aureorum millia æris alieni, ac singulis præterea annis IX. aureorum millia dependeret, post triginta annorum spatium ius esset Lotharingo, aut eius successoribus præfecturam illam, depensis CCCC aureorum millibus redimere. 85) Hæc vero Pax Hagenoæ a. 1620. denuo ad septennium fuit confirmata. Anno 1627. vero omnia bona Catholicis per mandatum Cæsareum restituta. 86)

§. XII. Anno 1593. recruduerunt motus Aquisgranenses. Antiquus enim vrbis magistratus ex solis Pontificiis constans, a Canonicis & duce Iuliacensi vicino incitatus & adiutus, accusationem nouorum Consulum & Ciuium reformatæ religionis coram Cæsare Rudolpho instituit, qui seueriſſimis mandatis, Rempublicam in priorem statum redigi vrge-

80) THVANVS *lib. CIV. p.* 266. LONDORP *lib. XXXII. pag.* 868. MERC. G. BELG. *Tom. III. lib. IV. p.* 739. KHEVENHVLLER *Tom. III. p.* 1005. SCHADE *p. III. lib. XVII. p.* 465.

81) THVANVS *lib. CIV. p.* 268. LONDORP *lib. XXXII. p.* 873.

82) THVANVS *lib. CIV. p.* 269.

83) CHYTRAEVS *lib. XXIX. p.* 863. THVANVS *lib. CV. p.* 287. KHEVENHILLER *Tom. IV. pag.* 1105. *Tom. VI. p.* 2655. LAGVILLE *Hist. d' Alsace Tom. II. p.* 6083.

84) THVANVS *lib. CXVIII. pag.* 726. *lib. CXXIX. p.* 1045. MERC. G. B. *Tom. IV. lib. I. p.* 61. IANSONII MERC. G. B. *lib. V. pag.* 405. CARAFA *p.* 37. 38.

85) CHYTRAEVS *cit. loc.* THVANVS *lib. CXXXI. p.* 1108. LONDORP *lib. XXXIII. incunte.* Nummos huc facientes exhibet LVCKIVS *p.* 332. Tabulæ conuentionis extant apud LONDORPIVM *Tom. III. lib. VIII. c. CXI. p.* 966. in MEYERI *Lond. suppl. Tom. I. p.* 300. LVNIG *p. Spec. p.* 504. IANSONI MERC. G. B. *lib. VI. p.* 537. du MONT *Tom. V. p. II. p.* 43.

86) Extat apud KHEVENHILLER *Tom. X. pag.* 1530.

vrgebat. Cum autem noui Consules & Senatores, pacem Religionis in Imperio sancitam prætexerent, & cæterorum Augustanæ Confessionis Principum & Ordinum intercessione vterentur, Cæsar in Comitiis Augustanis, de consilio Ordinum Imperii, archiepiscopum Treuirensem & Electorem Saxoniæ Commissarios constituit, quorum subdelegati Aquisgranum profecti, vtrumque partem audientes, & principali causa cognita, tandem mense Augusto, sententiam admodum seueram aduersus accusatos pronuntiat, ita vt omnia secundum statum anni 1560. restituantur, nihil in religione innouetur, Catholicæ solum religionis in magistratu eligendo ratio habeatur, omnes litis expensæ actoribus refundantur. Licet autem nouus Magistratus coram Notario Leodiensi ab Imp. male informato ad melius informandum adpellaret, nihilominus d. 6. Octobris Executoriales decernebantur. Huius autem sententiæ executio, eo quod Augustanæ Confessioni addicti in Comitiis Augustanis 1594. pro reformatis interederent, ad tempus adhuc fuit suspensa. 87)

§. XIII. Eodem anno 1593. renouatum fuit bellum Turcicum. 88) Postquam enim Turcæ superiori anno, duce Hazan Bassa Bosnensi, in Croatiam ex Bosnia progressi, oppidum & arcem Wihitz Christiani orbis in isto tractu propugnaculum occupassent, Petriniam muniunt, quod terrorem finitimis Austriacis, immo toti Germaniæ incussit. 89) Thomam Erdedium Slauoniæ Bannum atque Christianos inter Wihitschium & Carlstadium, Croatiæ oppidum XVII. Septembris cædunt, 90) Sisseckum tamen frustra obsident. 91) Denuo Turcæ M. Ianuario 1593. Neuheuselium astu intercipere frustra tentant. 82) Et licet Cæsar Pragæ & Presburgi Martio mense de pecuniæ collatione & auxiliis contra Turcas Comitia habuisset, haut tamen adeo magno fructu, 93) Germani tamen Principes, Romanus Pontifex, Rex Hispaniæ, Italiæ Principes, atque alii ad hoc tam necessarium bellum sumptus liberaliter contulerunt. 94) Inde Hazan Bassa occupato Trensinio initio Iunii mensis 1593. ad Sissecki obsidionem redit, sed a Cæsareanis magna clade fuit adfectus, ipseque in prœlio occisus. 95) Turcarum vero Imp. Amurathes apertum bellum contra Rudolphum decernit, qui primum per pensionem annuam, intra biennium non solutam, pacem procurare studebat, sed comperto, quod Turcæ magno exercitu Croatiam inuasissent, Sisseckum vi occupassent, exercitum contra eosdem mittit. 96) Turcæ igitur Vesprinium & Palottam capiunt; 97) Ferdinandus vero Comes ab Hardeck summus exercituum Vngariæ Imperator ad Albam regalem de Turcis XXIV. Octobris victor euadit. 98) In superiori Vngaria Christophorus a Tiessenbach, Villeckum & munitam arcem Zabuccam vi expugnatam Turcis adimit. 99) Initio anni 1594. aliquot equi-

87) CHYTRAEVS *lib. XXIX. p.* 864. THVANVS *lib. CIV. p.* 251. LONDORP *lib. XXXIII. p.* 900. NOPPIVS *ad a.* 1592. 1593. MERC. G. B. *Tom. IV. lib. I. p.* 102. IANSONII MERC. G. B. *lib. VII. pag.* 56. KHEVENHILLER *Tom. IV. p.* IIII.

88) Quæ in Sultani Diuano hoc de bello fuerint agitata, satius exponit THVANVS *lib. CIV. pag. 271. seq.* & apud ISTHVANFIVM *lib. XXVI. incunte.*

89) CHYTRAEVS. *lib. XXX. p. 873.* THVANVS *lib. CIV. p. 276.* ISTHVANFIVS *lib. XXVII. p. 596.* MEYERI *Ortelius rediuiuus pag. 125.* KHEVENHILLER *Tom. III. p. 982.*

90) CHYTRAEVS *p. 874.* De hac clade LONDORP lib. XXXII. p. 877. *subito hostium aduentu oppressi agre admodum arma Christiani expediunt, pedites primum tamen hostium impetum mox excipiunt, exoritur clamor, ad manus venitur & ab hora secunda promeridiana, vsque ad sextam ferme vespertinam, acerrime pugnatur: cadunt vtrimque plurimi superabundante hostium multitudine, nostri tandem omnes eodem in vestigio, quod pugnantes ceperant, ceciderunt, ita vt ex omni numero vix octoginta elaberentur. Præfecti & Duces periculum videntes, fuga sibi mature prospexerant, sed capti posthea & capite plexi, insignia ignauiæ suæ pœnas dederunt. In castris Turcæ ad sexaginta Ioachimicorum millia, quæ ad solutionem militum Linzio, ante bidunum, allata fuerant, inuenerunt. Magna hæc Turcorum victoria erat, multo tamen sanguine comparata. Scribunt enim nonnulli ad duodecim Turcorum millia tum occubuisse & non difficile fuisse victoriam ipsis præripere, nisi infinita hostium multitudine nostri oppressi fuissent.* MEYERI *Ortelius rediuiuus p. 129.* KHEVENHILLER *Tom. IV. p. 1097.*

91) CHYTRAEVS *p. 872.*

92) THVANVS *lib. CIV. p. 278. Nicolaus Palfius Neuchæfeli castelli præfectus insidias a III. cl. Turcis structas felicitate maiore an virtute incertum, euasit, nam cum illi loco idoneo militem abdidissent, cum parte in conspectum eos veniunt quasi prædabundi, contra quos egressi præsidiarii cedenteis acriter insequuntur, vt prædam reciperent, atque vbi insidias prætergressi sunt, subito e latebris Turci erumpunt, & locum defensoribus vacuum, intercluso reuertentibus aditu, aggrediuntur. Verum oppidanis, qui remanserant, strenue propugnantibus & tormentis rem gerentibus frustra fuere, id mense Ianuario actum.*

93) THVANVS *lib. CIV. p. 278.*

94) LONDORP *lib. XXXII. p. 878.* MEYERVS *pag. 129.*

95) CHYTRAEVS *cit. loc.* ISTHVANFIVS *lib. XXVII. p. 605.* PIASECIVS *p. 110.* THVANVS *lib. CIV. p. 280. 281. nam XVI. cl. a V cl. deuicta, ex nostris vix C. ad pontem aut in flumen lapsi, aut a suis oppressi plus XII. cl. ex Turcis periere & in his Hasan exercitus Imperator.* LONDORP *lib. XXXIII. p. 908.* MEYER *p. 132.*

96) CHYTRAEVS *p. 875.* THVANVS *lib. CIV. p. 281.* ISTHVANFIVS *lib. XXVII. p. 609.* PIASECIVS *p. 111.* MEYER *p. 136.* LONDORP *lib. XXXIII. pag. 911.*

97) CHYTRAEVS *c. l.* THVANVS *pag. 464.* ISTHVANFIVS *c. l.* MEYER *p. 137.*

98) CHYTRAEVS *p. 876.* THVANVS *p. 282.* ISTHVANFIVS *lib. XXVII. pag. 615.* LONDORP *lib. XXXIII. p. 914.* MEYER *p. 139.*

99) CHYTRAEVS *cit. loc.* ISTHVANFIVS *lib. XXVII. pag. 618.* PIASECIVS *p. 119.* MEYER. *p. 140.*

100) THVA-

equitum millia in Hungariam ducti, Matthia Archiduce Cæsaris fratre, summo Exercitus ductore. Menſe Martio ab ipſo Nouogradum deditione capitur, & poſtquam Turci ad Iasprini pontem, prope Zolnockum fuiſſent cæſi, 100) Strigonium Aprili menſe exeunte ab ipſo obſidetur, & occupato licet ſuburbio atque S. Thomæ caſtello, nihilominus ad famam aduentantis Sinami Baſſæ, proteſtantibus licet Germanis, obſidio ſoluitur, atque Archidux demum relicta Vngaria, in Auſtriam ſecedit. 1) Licet vero poſtea ab Bohemis firmatus, in Vngariam fuerit reuerſus. 2) Sinamus Baſſa vero Tatam capit & Rabam, quam Ferdinandus Hardeccius ſex millium præſidio munitam debebat, ideoque proditionis fuit accuſatus, & cauſſa examinata, ideoque aliaque ob crimina ſecuri percuſſus. 3) Immo, licet Cæſareus miles vel quinquaginta millibus conſtaret, omnium tamen rerum egeſtate premebatur, & Duces militares artis bellandi erant expertes, vt Turcæ facile præualerent. 4) Inde Pappam a Cæſarianis relictam Turcæ capiunt, Comorrham vero ab Erasmo Praun fortiter defenſam relinquere iterum fuerunt coacti. 5) Interea Tranſyluaniæ Princeps Sigismundus Bathori, conuocatis Iulio menſe Albam Iuliam Tranſyluaniæ Ordinibus, quam diu iam animo agitauerat, & cum proceribus præcipuis, grauiſſime diſſuadentibus, ante deliberauerat, defectionem a Turcis, & ſocietatem cum Romano Imperatore, bellum aduerſus Turcas apertum gerente; publico decreto ſancit & promulgat, & Balthaſarem Bathori, Andreæ filium, patruelem ſuum in cuſtodiam dari iubet. Hunc enim proceres quidam, inſtitutum Principis improbantes, & toti patriæ, ac ipſis præcipue exitioſum fore iudicantes, miſſis Conſtantinopolim legatis, Principem conſtitui, loco Sigismundi, petierant. Hos comprehenſos, partim velut Principis ſui & patriæ proditores, ſupplicio afficit; partim captos detinet. Ipſe, adiunctis, qui ab Alba Græca ad Tranſyluaniæ fines vsque a Turcis defecerant, Raſciis, quantum poteſt incommodi Turcis adfert, & Temeswaram a fluuio alluente dictam, Baſſæ Turcici in ea Vngariæ parte ſedem, eminus obſidet, quam tamen ob Tartarorum in Tranſyluaniam aduentum, relinquere iterum fuit coactus. Digreſſis Tartaris, Michael Horwart, Tranſyluaniæ Capitaneus, Turcarum aliquot millia in Walachia inferiore hyemantes proſtigat. 6)

§. XIV. Dum autem Lotharingicæ copiæ occaſione controuerſiæ Argentoratenſis Alſatiam plurimum diuexarent, ſtatim etiam ad Rhenum Inferiorem terræ occaſione belli Belgici, inſeſtarentur, his de cauſis a. 1594. Conuentus inſtituebatur Heilbrunnenſis quem Fridericus IV. Palatinus Electo dirigebat. Præſentes præter ipſum erant Iohannes Veldentinus, Georgius Fridericus Brandenburgicus, Fridericus Würtenbergicus, Erneſtus Fridericus Badenſis, & Ioachimi Erneſti Brandenburgici, Adminiſtratoris Magdeburgici legatus Caſpar Brandtner, qui etiam facto die XVI. Martii 1594. Receſſu inter ſe conueniebant, vt de abolendis in proximis Comitiis Religionis Grauaminibus curarent. 7)

Dum

100) THVANVS *lib. CX. ineunte.*

1) CHYTRAEVS *lib. XXX. p. 889.* THVANVS *lib. CX. p. 463.* ISTHVANFIVS *lib. XXVIII. p. 627.* Multum Cæſareis nocuiſſe diſſidia, auctor eſt THVANVS lib. CX. p. 470. dicens: *accedebat potentiſſimum inter eos diſcordiæ telum religionis diſſidium, quod vtrosque inter ſe inimicos reddebat, Itali Germanos prauitatis fœdaria incuſantes, & Germanis vicißim vitia Italis ſua exprobrantibus, eoque res deuenit, vt Itali ſcripſerint, ipſi dum contra Turcos pugnarent, a tergo perfidioſe inſtructos ſclopetorum a Germanis iictus.* LONDORP *lib. XXXIV. p. 937. 940.* MEYER *p. 145.*

2) CHYTRAEVS *pag. 891.* ISTHVANFIVS *lib. XXVIII. p. 636.*

3) CHYTRAEVS *p. 890. Sinamus Baſſa, occupatis in Scythia caſtris, Chriſtianorum fuga deſertis, Rabam vndique cinctam, ne quit ingreſſi aut egredi absque periculo poſſet, aliquoties acriter oppugnat. Donec tandem, duobus propugnaculis, per cuniculos, vt ſcribunt, pulnere pyrio ſubiecto, diſiecßis: Ferdinandus comes ab Hardec, qui cum 6000. militum præſidio, vrbi præerat, deſperata defenſione, communicato cum cæteris militum præfectis conſilio, ad Sinamum Baſſam legatos de deditione mittit & incolumitatem corporum & fortunarum pactus, propugnaculum illud orbis Chriſtiani munitiſſimum quod annuo commeatu & rebus omnibus ad defenſionem neceſſariis inſtructiſſimum ſerebatur, vna cum omni apparatu bellico in vrbe relicto, Turcis, die Michaelis Gregoriani: 19. Septembr. Iuliani tradidit.* Idem paullo poſt: *Ferdinandus comes de Hardec, quam antea edictis publice affixis, Cæſar ipſe innocentem a crimine proditionis declararat, nunc tandem Viennæ, in cuſtodiam, decimo poſt Rabam die datus eſt.* ISTHVANFIVS *lib. XXVIII. p. 644. 655.* LONDORP *lib. XXXIV. p. 957.* MEYER *pag. 153.* THVANVS *lib. CX. p. 471.* Qua ratione poſtea ille propter hanc deditionem, aliaque ipſi imputata crimina, manu amputata, qua deditionem ſubſcripſerat, ſecuri fuerit percuſſus, CHYTRAEVS tradit *p. 897.* & THVANVS *lib. CXIV. pag. 663.* REIDANVS *Ann. Belg. lib. XI. p. 299.*

4) REIDANVS *Ann. Belg. p. 300.* hunc ſtatum tali ratione deſcribit: *erant autem per id tempus in Chriſtianorum partibus confuſa turbataque omnia: Summam Imperii Matthias Archi-Dux tenebat, rudis militiæ: Franciſcus Saxo Lowenburgicus, equitibus præfectus, vt bello nequaquam melior, ita vinolentia deterior. Sed illo ad aliam perducto dignitatem, ſucceſſor datus Burgouiæ Marchio, adoleſcens, & militiæ inexpertus. Genitus erat Ferdinando Archi-Duce, & Philippina Welſeriana, quam ſtirpem vt imparem, nec legitimam, Archiducatu reliqui deſpiciunt. Hinc factum, vt inermes Tartari incuſtoditum ammem tranarent, & quinquaginta millium exercitum, tutum inſulæ nationumque præſidio, omnibus affluentem, valida defenſum vrbe, terrore conterrent.*

5) CHYTRAEVS *pag. 890.* ISTHVANFIVS *lib. XXVIII. p. 647.* THVANVS *lib. CX. pag. 472.* PIASECIVS *p. 120.* MEYER *p. 154.*

6) CHYTRAEVS *p. 890. 891.* THVANVS *lib. CX. p. 474.* MERC. G. B. *Tom. IV. lib. I. p. 96. ſqq.*

7) Extat Receſſus apud LONDORPIVM *Tomo III. pag. 300.* HELVICI *Theatr. Hiſtor. lib. IV. p. 103. Hiſtorie der Religions-Beſchwerden p. I. c. III. §. XXXVI.*

Dum in Vngaria Exercitus Christiani Strigonio adsident, Rudolphus Cæsar Maio mense a. 1594. Comitia Ratisbonæ celebrat, 8) quibus LXXX. mensium Romanorum auxilia ad bellum Turcicum in sex mensis fuerunt decreta. 9) De iudicio Cameræ, Moneta, de Matricula Imperii reformanda, etsi quædam decreto Comitiali inserta, pleraque tamen ad deputatos sequenti anno Spiræ conuenturos, reiecta sunt. 10) Conuentus etiam iste Deputationis Spirensis ex Comitiorum Ratisbonensium decreto an. 1595. fuit institutus nihil tamen certi in eodem definitum. 11) In iisdem Comitiis Ernestus Colonienſis 12) pluresque alii in Conclaui Equestri *in der Ritterſtuben* consuetis cæremoniis fuerunt inuestiti. Fridericus Würtenbergicus magno equidem comitatu ad hæc veniebat Comitia, inuestituram ab Imperio accepturus, quam tamen ob pacta cum domo Austriaca tunc nondum obtinuit, 13) licet demum insequenti anno 1595. ab Austriacæ domus dominio directo fuerit liberatus. Diuersa etiam in his Comitiis Euangelicorum certamina fuerunt exhibita, sed nihil decisum. 14) In iisdem Comitiis de eligendo Rege Romanorum fuit actum, quod Hispanus potissimum legatus vrgebat, tamen publice in conuentu mentionem facere prætermiserat. Eo collimabant Pontifex & cum Saxoniæ Administratore Friderico Guilielmo, Electores Ecclesiastici. Alienior tamen Cæsari animus, quod fratrum aliquo ad regium fastigium euecto, donandæ necessario ditiones erant, queis fortunam sustentaret. 15)

§. XV. In-

8) Verba sunt CHYTRAEI *p. 892.*

9) CHYTRAEVS *lib. XXX. p. 892.* Cæsaris aduentum atque Comitiorum introitum describit THVANVS *lib. CIX. p. 451.* LONDORP *lib. XXXIV. p. 941.* Separatim extat *Solennis Imp. ingressus in vrbem Ratisbonam, Pragæ 1594. 4.* vna cum designatione Statuum, qui ibidem comparuerunt. Potissimum huc facit PETRI FLEISCHMANNS von Puntzelwitz *kurtze und eigentliche Beſchreibung des zu Regensburg in diesem 94. Jar gehaltenen Reichstag, sambt einverleibten Kayſ. Hofſtadts und corrigirten Titulars, Regenſpurg 1594. 4.* qua Comitiorum solennitates vna cum Ministris aulæ & Cancellariæ Cæsareæ, Statibus qui comparuerunt, horumque legatis ordine describuntur. IANSONII Merc. G. B. *lib. IX. p. 233.* MERC. G. BELG. *Tom. IV. lib. I. p. 152.* Numinos in his Comitiis cusos exhibet LVCKIVS *p. 342.* KHEVENHILLER *Tom. IV. pag. 1210.*

10) CHYTRAEVS c. I. *auxilia ad bellum Turcicum, ac inprimis vim pecuniæ ingentem flagitat. Quæ sane amplior, quam illi vnquam antea Cæsari, ab ordinibus Germaniæ addicta est. Cum enim antiquitus, ad Romanum expeditionem, ab Imperatoribus, Coronæ a Pontifice accipiendæ gratia, Romæ suscipi solitam (quæ tamen iam 142. annos intermissa est) singuli Imperii flatus, certum equitum & pedituum numerum, vel æstimationem pecuniæ, qua illi alerentur, singulis mensibus conferrent; quæ coacervata, circiter 64. millia aureorum, i. πλάτη vno mense conficere adsirmatur. In his Comitiis, 30. menses, si intra sexennium, contributuros, Principes & ciuitates polliciti sint, atque hæc præcipua huius conventus actio fuit.* THVANVS lib. CIX. p. 452. *tandem ad capita a Cæsare proposita responsum, flexibilitate tot annorum impediri, ne tam large in communi necessitate Imperio & Reip. Christianæ subuenire possint, tamen vt in parte communi desiderio satisfaciant CXX. mensium stipendia se exsoluturos, tempus & numerus & proinde summa non apposita, ne arcanum Imperii euulgaretur, decretum præterea, vt Cæsarea Maiestas per legatos & literas ab aliis Principibus exteris auxilium flagitet, nobilitatem, in quam non est libera Imperii indictio, maritimas ciuitates de auxiliis appellet, dein de ratione imponendi ac colligendi tributum actum, constitutumque vt in omnibus prouinciis & vrbibus, opidis, pagis Germaniæ ante basilicas gazophylacia statuantur, & per concionatores ac curiones populus ad elemosynas in hoc bellum conferendum inuitetur, mandatum & iisdem, Concionatoribus ac Pastoribus, vt cunctos ad pœnitentiam sedulo hortentur, & ad tintinnabuli pulsum vbique preces indictæ cottidie concipiantur.* Propositio Cæsarea extat apud KHEVENHILLER *Tom. IV. p. 1220.* PIASECIVS *p. 121.* Extat HENR. STEPHANI Oratio *de expeditione in Turcas persequenda* in REVSNERI *Orat. Turc. vol. I. pag. 230.* & p. 263. IANSONII Merc. G. B. *lib. X. p. 376.* IACOBI TYPOTII *Orationes ad Reges & Principes Christianos de bello aduersus Turcas Francofurti 1595. 4.* Extat Recessus in Corpore *p. 909.*

11) Extat Cæsaris propositio ap. SCHADAEVM *p. III. lib. XX. p. 822.*

12) THVANVS lib. CIX. p. 452. *Eidibus Iuliis solemni ceremonia Colonienſis a Cæsare inauguratus est, osculo ad ensis a Saxone VIIuiro prælati & a Cæsare porrecti capulum admoto.* BROWER *Ann. Treuir. p. 427.* KHEVENHILLER *Tom. IV. p. 1217.*

13) THVANVS *lib. CIX. pag. 452. Fridericus Virtenbergicus magno comitatu Is c equitum ad Comitia venit, in quo VIII. Comites, IV. Barones, & C. amplius e nobilitate numerati sunt, Virtenbergico principatus a S. Imperio solo, non ab Austria domo sicuti decessores sui VIricus, Christophorus temporum necessitati obsequendantes, pactis initis consensuant inaugurari petens, quod repetitis altius rationibus eum non Austriæ domus, sed Imperii beneficiarium esse contenderet.*

14) Scripta exhibita reperiuntur apud LEHMANNVM *lib. II. c. LXV. sqq.* Vide etiam METERANVM *lib. XVII. p. 912. Historie der Religions-Beſchwerden p. I. c. III. §. XXXVII. sqq.*

15) IO. REIDANVS Ann. lib. XI. pag. 301. *Eodem conuentu actum de Romano Rege eligendo; cæterum secreto, & intra cubiculum Cæsaris: Solus Hispanicus Legatus vrgebat, tamen publice in concuentu mentionem facere prætermiserat. Nunc, iussu Regis, osteutabat Cæsari imminentes clades, turbas Imperii, damnum Austriacæ domus, si incerto successore desungeretur. Distractum in partes Imperium iri, hinc Bauaro inde Gallo propriam potentiam affectantibus. Ex hæreticis vero principibus esse, qui quamuis neutri illorum Cæsarem optent sastigium, turbari tamen res haud egre laturi sint, quo Austriaci arceantur. Etenim iam vulgo ferri, palam iactauisse Wirtenbergensem Ducem, satis diu in Austriaca domo Imperium consedisse. Palatinum quoque Comitem (quem penes definito Cæsare, interregnum sit) laetum fore diuturnis controuersis quo longiore potentia frangatur. Eadem, postulante Hispano, Pontifex Romanus per Nuncios suos, Madruzium Cardinalem & Cremonæ Episcopum, Cæsari demonstrabat. Nec alio tendebant Electorum cæteri. Et iam huc perducta res, vt terni Electores, & cum his Saxoniæ Administrator, sidem darent, delecturos se, quem Cæsar voluisset. Adiecerat insuper Saxo, ire ad Brandeburgicum velle, eandemque illum in sententiam trahere. Cæsar velut promtus & Consilium secutus,*

§. XV. Ineunte anno 1595. Prægæ d. 28. Ianuarii inter Rudolphum Cæsarem & Sigismundum Bathori, Christophori filium, Transfyluaniæ Principem, Moldauos & Walachos sibi adiunctos habentem; societas & fœdus aduersus Turcas, his conditionibus est initum, vt coniunctis animis ac viribus, bellum aduersus Turcam gerant, ac neuter absque altero pacem cum Turcis faciat, Transfyluaniæ Princeps non subditus, vt olim, sed amicus & socius regni Vngariæ, & liber sit Princeps ipse, & ex eo descendentes mares. Quibus deficientibus, ad Regnum Vngariæ Transfyluania redeat, & per Gubernatorem indigenam, salvis Prouinciæ & singulorum priuilegiis gubernetur. Transfyluano etiam Maria Christiana, nata 1574. Caroli Archi-Ducis filia in matrimonium fuit collocata. 16) Nec notum quid erat, dum eiusmodi pacta iamdum a. 1568. inter Maximilianum II. Cæsarem & Io. Sigismundum, Transfyluaniæ Principem fuissent concluſa. 17) Eodem anno XIV. Ianuarii Ferdinandus Archidux Austriæ senior, Ferdinandi Imp. filius, Maximiliani II. Imp. & Caroli frater, Oeniponte, rebus humanis est exemptus, cui Rudolphus Imp. fratris filius in gubernatione Comitatus Tirolensis & coniunctarum in Sueuia & Rheni tractu Austriacarum regionum succeſſit. 18)

§. XVI. Continuabatur eodem anno bellum Turcicum. Imp. enim præter impensas belli, Ordinibus in Comitiis Ratisbonensibus decretas, extra ordinem a Circulis certus militum numerus in auxilium fuit missus. 19) Poloni etiam auxilia promittunt. 20) Exercitui Cæsareo præfectus Matthias, Cæsaris frater, legato ipsi dato Carolo Mansfeldio, qui Strigonium Nonis Iulii oppugnat, vrbs etiam XXIII. Augusti, arx vero II. Septembris a. 1595. expugnatur, 21) sed Carolus paullo post dysenteria moriebatur. 22) Et licet Turcæ, Osmanno duce, in auxilium vrbi obsessæ venirent, ipsi tamen cæsi fuerunt, multis suorum millibus amissis, castrisque captis & direptis. 23) Inde Vicegradum a Turcis deditum occupatur, Vaccia irrito conatu tentatur, d. 18. Ianuarii an. 1595. vero occupatur. 24) Raba per Ferdinandum Hardeccinum Turcis traditur, qui desuper capitis pœna fuit damnatus. 25) Sigismundus etiam Transfyluaniæ Princeps aliquoties cum Turcarum præfectis viriliter congressus, impetus illorum non retudit solum, sed etiam multas arces Transfyluaniæ vicinas Turcis ademit, Sinanum Bassam ex Walachia Transalpina expulit. 26) Verum, dum Polonicus exercitus, ex improuiso totam Moldauiam occuparet,

rus, differre tamen rem; tradito principibus more, quis susceſti de successore sermones, quia orientem plerique solem venerantur. Forte quoque alienior illi animus, quod Fratrum aliquo ad regium fastigium euecto, donandæ necessario ditiones erant, quis fortunam sustentarent. addidit & causam alteram Guilielmus de S. Clemente, Cæsari, vbi inclinationem Hispani, in Ernestum competiisset, formidolosam eius potentiam esse. Quippe si Ernestus Romanorum ipse Rex Hispani filiam insuper, & Belgarum terras dotis nomine acciperet, abunde illi virium ad deiiciendum Cæsarem fore. At Saxoniæ Administratorem summis laudibus cumulabat, adeo non alienum a Pontificiis sacris dictitans, vt spes sit breui iisdem accessurum: fauere ad hæc Austriacis. Quam ob causam cum Guilhelmus de S. Clemente, tum Hæraus Marchio, autores Regi erant, vt stipendio cum annuo, sin id nimium, triennali donaret. Etenim vtilem Regi ministrum non modo in pacis negotio apud Belgas, & Romani Regis electione fore, sed & alibi, si qua rerum mutatio existeret, at Cæsareum fastigium vacaret.

16) CHYTRAEVS *lib. XXX. p. 896.* THVANVS *lib. CXIV. p. 601.* qui addit: *ac postremo Albæ Iuliæ in ipsis Transsyluaniæ nuptiæ celebratæ sunt, omine infelici, alienatione animorum statim inter coniunctos secuta, siue Sigismundi impotentia ei causam dederit, per innodationis fascinationem a Ianua strige vetulæ Ioannis Kouacocii, sicuti passim iactatum fuit, factam, siue ab Hungaris inutilis persuasios, qui impotenti aduersus Germanos per occasionem adfinitatis tunc in illa aula pollenteis odio ferebantur.* PIASECIVS *p. 130.* MEYER *pag. 156.* LONDORP *Tom. III. lib. I. p. 8.* Ipsum fœdus extat apud du MONT *Tom. V. p. I. pag. 514.* KHEVENHILLER *Tom. IV. p. 1351.*

17) De quo *Sect. Super. §. IV.*

18) CHYTRAEVS. *cit. loc.*

19) CHYTRAEVS lib. XXX. p. 897. *itaque noster etiam Imp. præter impensas belli, ab Ordinibus Imperii in Comitiis promissas, a singulis etiam circulis seu prouinciis Imperii certum numerum equitum & peditum extra ordinem flagitat. Quos plerique principes, in hoc communi patriæ periculo, subuenire Imperatori promptis animis conantes, sine sumptu conducunt, ac superior Saxonia 1200. equites, inferior 600. Franconia mille equites; Sueuia 4000. pedites: Austriacæ regiones 2000. equites & 6000. pedites; Westphalicus orbis 500. equites; 1500. pedites; Bohemi etiam, Silesii, Morani, Lusatii, præter Pontificem, Florentinum, Ferrariensem, Mantuanum auxilia prolixe & fideliter conferunt. Quæ expeditio, tantis sumptibus & laboribus ab Imperii Ordinibus & aliis instituta, vtinam, Ducem ad tanti belli administrationem idoneum & feliciorem quam superiori ætate, ac magis salutarem Imperio & Ecclesiæ Christianæ exitum fortiatur.* MEYER *p. 160.*

20) CHYTRAEVS *pag. 897.* THVANVS *lib. CXIV. p. 604.* PIASECIVS *p. 127. 141.* MEYER *pag. 160.*

21) CHYTRAEVS *c. l.* THVANVS *lib. CXIV. pag. 607.* ISTHVANFIVS *lib. XXIX. pag. 666. 664.* Nummos in hanc Strigonii expugnationem cusos exhibet LVCKIVS *p. 354.* aliosque qui faciunt ad bellum hoc Turcicum *p. 359.* MEYER *p. 168. 172.*

22) CHYTRAEVS *c. l.* THVANVS *pag. 600.* ISTHVANFIVS *pag. 662.* PIASECIVS *pag. 131.* MEYER *p. 176.*

23) THVANVS *lib. CXIV. p. 607.* ISTHVANFIVS *lib. XXIX. p. 661.* qui addit: *cæsa aut capta ad quatuordecim millia hostium dicuntur. Signa 37. cum totidem colubrinis relata, ac præda ingens parta ex qua Mansfeldius nihil præter tormenta & signa retinuit, cætera victoribus ducibus & militi concessit.* PIASECIVS *p. 131.* MEYER *p. 172.* KHEVENHILLER *Tom. IV. p. 1389.*

24) CHYTRAEVS *pag. 899.* THVANVS *lib. CXIV. p. 606.* ISTHVANFIVS *pag. 665.* MEYER *p. 179.* KHEVENHILLER *c. l. p. 1379.*

25) KHEVENHILLER *Tom. IV. p. 1379.*

26) CHYTRAEVS p. 899. *præcipuum autem virtutis & fortitudinis bellicæ specimen, hac ætate, Sigismundus Bathor, Transfyluaniæ princeps iuuenis edidit, qui aliquoties cum præfectis Turcicis viriliter congres-*

paret, eandemque Turcis iterum subiiceret, Stephanus Transyluani Præfectus, Moldauiam recuperare conatur, sed a Polonis, quamuis fortissime dimicaret, superatus est & captus. 27) Insequenti anno 1596. Sigismundus Temeswarium oppugnat, quam tamen aduentantibus in auxilium Tartaris, relinquere iterum fuit coactus, licet eosdem profligaret. 28) Nouus in Vngariam mittitur cum Maximiliano fratre Campi Marescallus, Arnoldus, Baro de Schwartzenberg, ita vt Maximilianus in superiore, Matthias in inferiore Pannonia rem gereret. 29) Lente autem & tarde Cæsareo exercitu Iulio mense demum conueniente, Zolnocum fruſtra tentatur, aſt XXIV. Auguſti Hatwanum capitur, nec tamen retinere aut munire demum illam vrbem præſidiis annixi ſunt, ſed Turcis inſtaurandam reliquerunt. 30) Hi interea Septembri menſe Agriam obſident. Exercitus Chriſtianus opem obſeſſis laturus, lentis itineribus progrediens, totis XIV. diebus, vix duodecim milliaria conficit. Cum ad ſextum ab Agria milliare quieuiſſet: nuncium de capta a Turcis vrbe, triſtiſſimum accepit. 31) Interea Temeswarium a Sigismundo Iunio menſe obſidetur, quod tamen præſidio a Turcis victor licet debilitatus, iterum reliquit. 32) Hinc autem poſtquam ſe Maximiliano iunxiſſet, die XXII. Octobris ad Creſeſſum prope Agriam, primum Turcæ profligantur, caſtrisque Chriſtiani potiuntur, ſuperueniente autem Cicada, qui vltimum agmen XL CIO armatorum ducebat, & integer in confuſos, rapinis prædaque onuſtos, impreſſione facta, facile eos in fugam vertit, decem millibus & vltra Chriſtianorum amiſſis. 33) Anno 1597. Rudolphus Imp. Sigismundo, Tran-

congreſſus, impetum eorum retudit, & arces, Tranſyluaniæ vicinas, Genu, Lippam, Fochiat, Solymos & alias ad Mariſſum amnem, recuperauit & tandem Sinamum Baſſam ex Walachia Tranſalpina expulit: cum Sinamus, Terginiſium vsque in finibus Tranſalpinæ & Tranſyluaniæ prope Huzumezum oppidum progreſſus fuiſſet. Aduentante autem cum exercitu Sigismundo, paulatim recedens, Bucareſtum in mediterraneis Tranſalpinæ ad Dambowitz fluuium, vbi ſedes Palatini Walachiæ olim fuit, regreſſus eſt. Inde quoque fugientem inſecutus Sigismundus, Girgio ſeu Girgowitz arcem munitiſſimam a Georgio Deſpota olim ædificatam, & magno apparatu bellico inſtructam, cepit: Sinamo Baſſa trans Danubii pontem a ſe recens extructum fugiente, & inga illius rumpente, ne perſequi eum Tranſyluanus poſſet. THVANVS *lib. CXIV. pag. 617.* ISTHVANFIVS *lib. XXIX. p. 669.* LONDORP *Tom. III. lib. I. p. 19.* KHEVENHILLER *Tom. IV. p. 1406.*

27) CHYTRAEVS *pag. 899.* ISTHVANFIVS *lib. XXIX. p. 677.* PIASECIVS *p. 128.* MEYER *pag. 182.*

28) CHYTRAEVS *p. 910.* KHEVENHILLER *Tom. IV. p. 1605.*

29) CHYTRAEVS *p. 911.* THVANVS *lib. CXV. p. 635.* Deſtinatus equidem fuerat Alphonſus, Dux Ferrarienſium, de quo CHYTRAEVS p. 910. *Rudolphus Imperator, de ſummo, poſt archiducem Maximilianum Generalem futurum exercitus Turcis opponendi, Duce, quem Carolo Manſfeldo ſubſtitueret, ſollicitus, Alphonſum, Ferrariæ Ducem, cuius iam ſeneſcentis prudentia, virtus, ſcientia rei militaris, circumſpectio & induſtria, commendabatur, potiſſimum ſibi diligendum duxerat. Is, ante triginta annos, patri etiam Rudolphi Maximiliano II. in Vngaria ſito ſumptu militauerat, ac equites duxerat, & nunc Imperatori potenti, & Reipublicæ Chriſtianæ in neceſſaria hac militia ſeruire cupiebat. Sed cum poſtremus ſine familiæ dux eſſet, nec heredes ex tribus ordine coniugibus vllos haberet: ſucceſſorem certum, antequam in Vngariam procul domo proficiſceretur, patrii Ducatus gubernationi præfecere cupiebat. Itaque fratri ſuo patrueli, Cæſari Eſtenſi, notho, ius ſucceſſionis in Ducatu Ferrariæ tribui a Romano Pontifice, ſuperiore domino Fendi, petit: aliquot millia librarum auri viciſſim grati animi declarandi cauſſa offerens. Sed recuſante conſtanter Clemente VIII. nec vlla prece nec precio flecti ſe patiente, expeditio Vngarica a Ferrarienſe, in patria neceſſario manente, intermiſſa eſt.* THVANVS lib. CXV. p. 635. *Cæſar iis Ferrarienſem Ducem præfici cupiebat, & ille ſiquidem Pontifex Ferrarienſem principatum in Cæſarem Ateſtinum, quem heredem deſtinabat, conferret grandem pecuniam in illud bellum & operam ſuam vltro pollicebatur. Sed Pontifex nunquam aſſentiri voluit, itaque Maximiliano fratri, qui in ſuperiore, vt Matthias in inferiore, Pannonia rem gerebat, ſumma imperii delata eſt.*

30) CHYTRAEVS *p. 911.* THVANVS *lib. CXV. p. 640.* ISTHVANFIVS *lib. XXX. in nunte. & p. 690.* PIASECIVS *p. 142.* MEYER *p. 198.*

31) CHYTRAEVS *p. 912.* PIASECIVS *cit. loc.* ISTHVANFIVS *lib. XXX. pag. 694.* THVANVS *p. 641.* MEYER *p. 203.* LONDORP *Tom. III. lib. II. p. 104.* KHEVENHILLER *Tom. IV. p. 1618.*

32) THVANVS *lib. CXV. p. 636.* de Sigismundo: *is ſub id ad Temeſuaram caſtra poſuerat, recenti clade affecti præſidiarii inſlandum ratui, iamque magnam murorum partem dirnerat; cum poſt decimum ab obſidione diem VIII. Kalend. Iun. Tartari per Ponti Euxini litus in Bulgariam ſe effundentes, pars Temeſuaram profecti ſint, numeroque XL. CIO aucti Turci noſtrorum caſtra a tergo inuadunt, quibuscum noſtri obſtinato prælio conflixerunt, ambiguam diu victoriæ nox ſuperueniens controuerſiam diremit. maior numerus ex maiore hoſtium numero cæſus, deſiderati CIO CIO Chriſtiani. Sigismundus diu pro mortuo habitus fuit, prælio abſcedere, vt poſtea compertum eſt, a ſuis coactus. Poſt certamen ſoluta Temeſuaræ obſidio, nusquam comparentibus a Cæſare promiſſis auxiliaribus.* Sigismundo vero victoriam tribuit ISTHVANFIVS lib. XXX. p. 687. *verum Tartaros & Turcas duce principe eorum, quem Hamum vocant, ad ſoluendam obſidionem contra ſe venire cognoſcens, & obuiam iis progreſſus in planicie, quæ inter Nandoralbam & Temeſuariam late patet, manus conſeruit, caſosque & profligatos ad tria milliaria tergis inſlando perſecutus eſt. Deinde victor, redactis tormentis, & incolumi exercitu, Cæſarianos in ſtationes ſuas dimiſit.* MEYER *p. 195.* LONDORP *Tom. III. lib. II. p. 103.*

33) THVANVS *lib. CXV. p. 643.* ISTHVANFIVS *lib. XXX. p. 698. ſqq.* qui & *p. 703.* addit: *in hoc prælio, quo nullum acrius ac magis cruentum noſtra tempeſtate fuit, tam aperto in campo, quam hoſtium caſtris: interiere ex noſtris, quinque aut ſex millia equitum, ac totidem peditum, inter quos non pauci clari nominis præfecti.* THVANVS autem lib. CXV. p. 644. *qui ceſorum in Agria obſidione & pugnæ CC. poſt Nicopolitanam annis ad Kereſtum commiſſe, ſic enim locum prælii vocant, virinque rationem inierunt, XX. CIO ex noſtris, ex hoſtibus LCIO deſideratos prodiderunt.* PIASECIVS *p. 143.* MEYER *pag. 206.*

Transyluaniæ Principi ad ipsum Pragam profecto, noua militum auxilia & pecuniæ summam promisit: summæ belli iterum Maximilianus præfectus. Pontifex per legatum Io. Franciscum Aldobrandinum, Italica auxilia circiter decem millium suo sumptu se in Vngariam missurum promiserat: quibus Ducem Mantuæ præfecit. Germaniæ etiam Circuli denuo copias auxiliares suo sumptu collegerunt. Hi mense Iulio & Augusto prope Posonium & Aldeburgam lente conuenientes, ad Pappam profecti sunt, quam post octidui obsessionem mense Augusto occupárunt. Inde Aldeburgam ad exercitus lustrationem redierunt. Initio Septembris ad Rabam sine vllo oppugnationis conatu plerique defederunt: donec Mahometem Bassam Turcicum propius cum exercitu accedere allatum est. Ibi relicta Rabæ obsidione, quod impares Turcis se esse dicerent, trans Danubium in Scythiam, Comorrham versus, recesserunt XXIV. Septembris, & in aduersa Danubii ripa boreali descendentes octiduo post, arcem Totes, in opposita Danubii ripa australi sitam, a Turcis circumsederi ac expugnari, exercitus Cæsareus otiosus spectauit. Inde Watsiam descendentes, cum Turci & vrbe Pesto appropinquare dicerentur, deserta & incensa arce Turcis relicta, ad oram Danubii borealem, Strigonio, quod ad meridiem Danubio adiacet, oppositam retrocesserunt. 34) Temeswari etiam obsidio, per Sigismundi, Transyluaniæ Principis Cancellarium, sero, mense Octobri inchoata, paulo post, ob tempestates fœdas, & Turcárum, vrbem defendentium fortitudinem, deserta est. 35)

§. XVII. Eodem anno 1597. XXVII. Octobris inortuus est Alfonsus Dux Ferrariensis senex, quem summæ belli Turcici administrationi præficere Imperator superiori anno cogitauerat, 36) cuius ditionem Cæsar Estensis nothus, ab eo hæres & successor institutus, statim occupauit; reclamante Clemente VIII. Pontifice, tanquam Feudi domino: qui post trinam citationem, non comparentem fulmine excommunicationis perculit, & armis ac exercitibus eundem est persecutus. 37) Ineunte vero anno 1598. bellum inter Pontificem & Cæsarem Estensem per Petrum Aldobrandinum Cardinalem fuit compositum, ita, vt Estensis Pontifici Ferrariam cederet: Regium Lepidi, Mutinam aliasque vrbes & feuda Imperii & bona propria allodialia retineret, ex hoc postmodum controuersia de Comitatu Comaciensi fuit suborta, an tanquam Ducatus Ferrariensis pars Pontifici cederet, quæ nostra ætate fuit resuscitata. Cæsar igitur a Rudolpho Romani Imperii Princeps & Dux Rhegii, Mutinæ & Carpi creatus est, litteris inuestituræ XVII. Ianuarii Pragæ datis. 38)

§. XVIII. Interea hoc anno, de auxiliis Imperatori ad bellum Turcicum ferendis, Comitia Germanici Imperii, Ratisbonæ mense Decembri 1597. inchoata, continuantur: in quibus Cæsaris Commissarius, Archi-Dux Matthias, pro auxiliis aduersus Turcas instare cœpit. Tandem Ordines LX. mensium pensiones intra triennium soluendas Imperatori addixerunt. Decretum etiam, vt contra morosos executio locum habeat, auxilia ab exteris Principibus petantur, monetæ abusibus medela adferatur. 39) Licet Protestantium quidam Status eodem anno 1598. Francofurti conuenientes, ibidem & sequenti anno 1599. Fridbergæ decreuerant, se Contributionem istam minime esse concessuros, Vnionis etiam fundamenta ibidem iecerunt. 40)

§. XIX. Dum

34) CHYTRAEVS *lib. XXX. p. 922.* THVANVS *lib. CXIX. p. 770.* ISTHVANFIVS *lib. XXX. p. 711.* PIASECIVS *pag. 151.* LONDORP *Tom. III. lib. III. p. 117. 130.* MEYER *p. 221.* KHEVENHILLER *Tom. IV. p. 1601. 1747.*

35) CHYTRAEVS *cit. loc.* ISTHVANFIVS *lib. XXX. excunte.* PIASECIVS *cit. loc.* MEYER *pag. 227.*

36) KHEVENHILLER *Tom. IV. p. 1457.*

37) Extat de hac controuersia ICti cuiusdam Itali *Responsum Iuris Feudalis, in causa Cæsaris, Ducis Ferrariæ contra Clementem VIII. Papam, Francofurti 1615. 4.*

38) CHYTRAEVS *lib. XXX. pag. 924. 928.* THVANVS *lib. CXIX. excunte.* PIASECIVS *p. 152.* LONDORP *Tom. III. lib. III. p. 118.* MERC. G. B. *Tom. IV. lib. III. pag. 431.* KHEVENHILLER *Tomo IV. p. 1770. Tom. V. p. 199.*

39) CHYTRAEVS *lib. XXX. p. 929.* THVANVS *lib. CXXI. pag. 819.* qui demum ita concludit: *post aliquot dierum consultationem Cæsarianis prouinciis circa Danubium laborantibus XX. mensium decreta stipendia intra triennium pensitanda; ac postremo ad id, quod de subsidiis petitum fuerat assignare Ordines, id exeunte Februario actum.* Paullo aliter REIDANVS Ann. Belg. lib. XIV. pag. 392. *Postea conuentu Ratisbonam indicto; Cæsar accepta detrimenta excusauit: & causis eorum, simulque rationes expositi, quis in posterum cura atque ordine meliore, bellum gereretur. His conficiendis impe-*

tratum ab Imperio, quinquennale tributum, in singulos annos, quantum ad expeditionem Romam versus conferri olim solebat, quæ summa quinque annorum spatio, ter centies, vicies ac bis centena Carolinorum millia faciebat. Præterea millibus equitum quatuor, equitum semis stipendia, si maiaribus quam adhuc viribus ipse Turcicus Imperator bello incumberet. Interea & soluenda, quæ anno MDXCIV. promissa, neque dum collata erant. Multum eo in conuentu Coloniensis Episcopus laborauit, vt Mauritius, totius Imperii nomine, ad summam Hungarici belli præfecturam vocaretur. Quod adulationis Belgæ, aut perfidiæ recreatur, quo sub specie honoris duce ac tutore suo se orbaret. LONDORP *Tom. III. lib. III. p. 146.* Nummos Rudolphi II. & Matthiæ in his Comitiis cusos exhibet LVCKIVS *pag. 367.* Extat Recessus in Corpore *p. 940.* KHEVENHILLER *Tom. V. p. 1896.* qui potissimum Propositionem & reliqua horum Comitiorum Acta exhibet.

40) Extant hæc Acta vna cum Recessu Fridbergensi de dato XXX. Iulii 1599. apud LONDORPIVM *Tom. III. p. 509.* HELVICVS *Theatr. Hist. lib. IV. p. 113.* GARAFA *pag. 39.* de eo sic scribit *Quare decreuerunt Protestantes anno 1599. Friedbergæ, quod alias Francofurti conceptum fuerat contra Papatum magis ac magis exercentem, ad conseruationem pacis publicæ & Religionis sibi inuicem adhærere, vnum veluti virum agere, & vnius causam omnes suscipere. Historie der Religions-Beschwerden p. I. c. III. §. XLI. XLII. XLIII.*

41) CHY-

§. XIX. Dum vero legati domum repetunt, præter omnem expectationem, nuntius Pragam adfertur, Rabam ante triennium per Hardeccum Comitem Turcis traditam, industria & fortitudine Adolphi Baronis a Schwartzenberg eximio stratagemate Turcas se esse prætextentes, qui Buda commeatum adferrent, tempore antelucano immitti petentes, quasi Christiani ipsos insequerentur, XIX. Martii 1598. fuisse recuperatam. 41) Idem postea Albam Regalem fruſtra tentabat. 42) Ad IV. Nonas Octobris eodem die Buda a Cæsareanis, Varadinum a Turcis obsidebatur, & post irritos XXX. dierum conatus, vtraque castra tanto dissita interuallo, eodem die rebus infectis fuerunt soluta. 43) Tattam tamen & Palottam Schwartzenbergius aliasque arces occupat. 44) Michael etiam Walachiæ Waywoda eodem anno Cæsari se per sacramentum subiicit. 45) Schwartzenbergici vero astus, quo Budam denuo capere tentabat, detectus fuit atque effectu destitutus. 46) Et licet Octobris mense 1599. in insula Danubiana inter Christianos & Turcas de pace factus fuisset conuentus, iste tamen ob iniquas Turcarum petitiones effectu fuit destitutus. 47) Galli vero Papenses præsidiarii, mota rebellione a. 1600. ad Turcas desiciunt, vrbe tamen per Nadasdium capta, cæduntur. 48) Turcæ eodem anno Canisium per proditionem Georgii Paradeiserii, occupant, aduentante licet in auxilium exercitu Cæsareo, 49) quod mense Iulio 1601. Ferdinandus Archi-Dux multis militum a Pontifice & Hispano missorum millibus firmatus, 50) fruſtra recuperare conabatur. 51) Eodem anno Septembri mense Alba Regalis a Cæsareanis fuit capta. 52) Facta postea ad Albam pugna, Turcæ victi fuerunt fugatique. 53) Postea Hasanes an. 1602. Albam deditione capit, 54) Cæsarei Ruswormio duce, Budam obsident, & Pesthō licet occupato, tamen ab Hasane prœlio conserto fugantur. 55)

§. XX. Sigismundus, Transyluaniæ Princeps, postquam superiori anno de eodem Pragæ cum Cæsare egisset, initio anni 1598. mutato vitæ instituto, Transyluaniam prouin-

41) CHYTRAEVS *pag. 929.* THVANVS *lib. CXXI. p. 821.* ISTHVANFIVS *lib. XXX. p. 718.* MEYER *p. 233.* LONDORP *Tom. III. lib. IV. p. 160.* KHEVENHILLER *Tom. V. p. 1919.*

42) ISTHVANFIVS *lib. XXXI. p. 742.* MEYER *p. 237.* LONDORP *Tom. III. lib. IV. p. 170.* KHEVENHILLER *p. 1926.*

43) ISTHVANFIVS *lib. XXXI. p. 730.* THVANVS *lib. CXXI. p. 827.* PIASECIVS *p. 166.* LONDORP *Tom. III. lib. IV. pag. 194.* MEYER *p. 248.* De obsidione & liberatione Varadini extat epistola Melchioris de Redern, ad Archi-Ducem Austriæ & illius obsidionis diarium reperiur apud Dnum de LVDEWIG *Reliqu. Mstorum Tom. VI. p. 321.*

44) ISTHVANFIVS lib. XXXI. p. 732. *Dum Rederus & Niarius ad Varadinum per hunc modum a Turcis & Tartaris circumuallantur, & Maximilianus Cassouiæ aduersa laborans valetudine, interdiu tamen obsessis cum Georgio Basta & aliis ducibus consilia conferet, Matthias princeps magno cum exercitu, & tormentorum apparatu Budam graui obsidione premebat. Primis quidem coeptis & conatibus fauens fortuna sic arriserat, vt Suarcemburgus & Palffius, donec Matthias, qui maiora adhuc supplementa e Germania & Galliis expectabat, cum totis viribus in castra peruenissent, Tatam adhibitis tormentis vi expugnatam recuperarent, cæsis ad vnum omnibus, qui eam tuebantur, Turcis: deinde tanta celeritate arma & terrorem circumferrent, vt Gesseia, Vitania, Besprimio, Palota, Ticonio, & Vasuinio, ac Mondrule arce, ad Basaniam syluam, intra octauum diem potirentur: victoresque Iaurinum exercitu incolumi redirent.* PIASECIVS *p. 166.* MEYER *p. 240.*

45) ISTHVANFIVS *lib. XXXI. pag. 723.* MEYER *p. 251.*

46) ISTHVANFIVS *lib. XXXI. pag. 732.* THVANVS *lib. CXXII. p. 842. 844.* MEYER *p. 260.* LONDORP *Tom. III. lib. IV. p. 207. 226.* KHEVENHILLER *Tom. V. p. 2110.*

47) ISTHVANFIVS p. 742. *cum in prætorio tabernaculo diu multumque verbis disceptassent, petere ceperunt, vt non solum Strigonium, Filecum, Nogradum & alia omnia hoc bello a nostris capta, sed etiam Iaurinum redderetur, quod illud Sinanus, multo Turcarum labore & sanguine expugnassent: nostri contra & Agriam & Hathuanum, ac quæ circa possiderent, cum Sinoco, & Cerepo reddi postulabant; nec Iaurinum ex æquo & bono repeti posse dicebant, quod iure belli, atque adeo vi ab ipsis extortum recuperatumque esset; illi ex aduerso Agriam cum locis vicinis ab ipso principe Mehemete occupatam sine expiabili delicto, nec dari nec accipi posse respondebant.* THVANVS *lib. CXXII. pag. 844.* CONTIN. CHYTRAEI *p. 11.* MEYER *p. 263.*

48) ISTHVANFIVS *lib. XXXII. pag. 751.* THVANVS *lib. CXXIV. pag. 916.* CONTIN. CHYTRAEI *p. 20.* MEYER *p. 274.* PIASECIVS *p. 190.* LONDORP *Tom. III. lib. VI. p. 249.* KHEVENHILLER *Tom. V. p. 2400.*

49) ISTHVANFIVS *lib. XXXII. pag. 764.* THVANVS *lib. CXXIV. p. 915.* PIASECIVS *p. 191.* MEYER *p. 282.* LONDORP *lib. VI. p. 288.*

50) THVANVS lib. CXXVI. p. 977. *haut feliciori successu res in Pannonia ad Canisam gesta a Cesarianis, Pontificisque copiis, expeditioni cum summo imperio præerat Ferdinandus Archi-Dux Caroli F. assumpto Vicario Vincentio Mantuæ Duce in eam fumissa a Philippo Hispaniarum Rege Victo Ferd. Madrutio ductore a Pontifice XIII. bellatorum ei quibus Franciscus Aldobrandinus sororis filius, sed in nomen familiæ adoptatus, præesse iussus.*

51) ISTHVANFIVS *lib. XXXII. p. 773. 781.* THVANVS *lib. CXXVI. p. 973.* LONDORP *p. 313.* CONTIN. CHYTRAEI *p. 576.* MEYER *p. 291. 298.* PIASECIVS *p. 196.* LVDOLPH *p. I. c. III. p. 13. 18.* KHEVENHILLER *Tom. V. p. 2762.*

52) ISTHVANFIVS *lib. XXXII. pag. 777.* THVANVS *lib. CXXVI. p. 979.* PIASECIVS *p. 196.* CONTIN. CHYTRAEI *p. 59.* MEYER *p. 292.* LVDOLPHS *Schaubühne lib. I. c. III. p. 15.* LONDORP *p. 314.* KHEVENHILLER *Tom. V. p. 2803.*

53) ISTHVANFIVS *lib. XXXII. pag. 778.* THVANVS *lib. CXXVI. pag. 980.* CONTIN. CHYTRAEI *p. 61.*

54) ISTHVANFIVS *lib. XXXIII. pag. 788.* CONTIN. CHYTRAEI *pag. 72.* MEYER *pag. 319.* PIASECIVS *p. 208.* LONDORP *p. 338.*

55) ISTHVANFIVS *lib. XXXIII. pag. 790.* THVANVS *lib. CXXVII. p. 994.* CONTIN CHYTRAEI *p. 74.* MEYER *p. 322.* PIASECIVS *p. 208.* LVDOLPH *p. 61.* LONDORP *pag. 340.* KHEVENHILLER *Tomo V. p. 2818.*

56) CHY-

vinciam, ne in Turcarum vel aliorum manus perueniat, Imperatori Rudolpho ac hæredibus illius cedit, coniugem in Transfyluania relinquit, & in Silesia Principatus Oppel & Ratibor, vna cum 50000. Ioachimicorum, vel Episcopam deinceps toto tempore fruendam vicissim ab Imp. recepit. Possessio Transfyluaniæ, adsentientibus Prouinciæ Ordinibus, Imperatoris legatis, Stephano Zuhaio, episcopo Waccicnsi & qui Nadasdi Comiti morbo impedito, suffectus fuerat, Nicolao Isthuanfio Doctori, Bartholomæo Pezio tradita initio Aprilis, & iuramentum fidelitatis atque subiectionis solenne præstitum est: tametsi legati principem hortati sint, ne subito Transfyluaniam desereret, sed vnum alterumue adhuc annum patriæ præesset. 56) Hocque peracto, ipse Sigismundus Bathori, relegata vxore sua Austriaca sterili, Ratiboriam & Opeliam in Silesia sibi ab Imperatore concessam secesserat, quietam vt præserebat, vitam acturus. Sed mox viliorem esse, quam sperauerat, illam remunerationem ab Imperatore sibi commutatam cognoscens, errorem suum vt corrigeret, mutato habitu in Poloniam ad affinem suum Ioannem Zamoscium, Cancellarium diuertit, ibique animo confirmato, in Transfyluaniam redit, priusquam Maximilianus Archidux, quem Principem illius prouinciæ Imperator designauerat, cum exercitu eo intrasset: & Clausenburgi coram conuocatis Ordinibus Transfyluaniæ pactionis fuæ cum Imperatore, & eius reiectæ, reditusque sui in patriam seri causa exposita, abductis in custodiam legatis Cæsareis, iusiurandum fidelitatis iterum ab eis omnibus accepit, præterquam a Varadinensibus, quibus iam non erat liberum mutare propositum, excubante ibi pro Imperatore cum præsidio valido Melchiore Redero. Maximilianus autem audito hoc rerum statu, & litteris Sigismundi acceptis, quibus reditum suum excusabat, subsitit quidem Cassouiæ, sed de Transfyluaniæ Principatu varie postmodum fuit decertatum. 57) Paullo post Sigismundus, habito cum suis consilio, missis a. 1599. legatis, cum Cæsare iterum certis conditionibus in gratiam redire constituit, sed mutata statim sententia, Andreæ Bathorio Cardinali, reseruatis sibi XXIV. aureûm nummûm summa, in Poloniam ad Zamoscium iterum secedit. 58)

§. XXI. Eodem anno 1598. sententia contra Aquisgranenses, tanquam contumaces, Hispanorum legatorum instigatu, vltimo Iunii pronuntiata est, atque illis aqua & igni interdictum, dato negotio Ernesto Bauaro, Colonienſi Septemuiro ac Leodiensi Episcopo, Treuirensi Archiepiscopo, Cliuiæ Duci, vt sententiam executioni mandarent. Dissidium in vrbe coeperat ex eo, quod Protestantes, Catholicis omni auctoritate exutis, summum Imperium sibi sumpserant, & concionatores suæ doctrinæ addictos induxerant. Tandem Consules, qui tunc erant, Colonienſis Electoris interuentu, seueritate iudicii sunt exempti, ea lege, vt concionatores Augustanæ Confessionis vrbe facesserent; Catholica religio sola admitteretur. Catholici magistratus pristinæ dignitati, Protestantibus amotis, restituerentur. Qui Magistratum ab illo tempore gesserant, ad sumptus & damna alteri parti sarcienda fuerunt damnati. 59) Licet postea Protestantes, dum ad soluendam istam summam essent imparati, media hyeme Februario mense 1605. ex vrbe fuissent eiecti. 60) Anno 1599. XXIV. Iunii, transigit Rudolphus cum Friderico Würtenbergico Duce, Pragæ, ipsumque medianti bus quadringentis Ioachimicorum millibus, soluit a feudi lege, qua per pactionem anni 1534. Würtenbergici, Austriacæ domui erant adstricti, reseruata tamen Austriacis, si masculi deficerent, iure successionis. 61)

§. XXII. Anno 1600. Comitia Deputatorum Spiræ celebrat, quibus de rebus Cameralibus & re monetaria fuit actum. 62) Anno 1600. d. 27. Octobris inter Fridericum Electorem Palatinum, Ioachimum Fridericum El. Brandenburgicum, Io. Georgium, postulatum Administratorem Argentoratensem, Ioannem, Comitem Palatinum Bipontinum, Georgium Fridericum, Marchionem Brandenburgensem, Henricum Iulium, Episcopum Halberstadtiensem, Ernestum Fridericum, Marchionem Badensem, Barnimum, Ducem Pomeraniæ & Ioannem Seniorem, Nassouiæ Comitem, Spiræ Recessus fuit conclusus, vi cuius inuicem conueniunt, quod per Deputationem abolitionem Processuum Aulicorum *der*

56) CHYTRAEVS *lib. XXX. p. 928.* THVANVS *lib. CXXI. p. 822.* ISTHVANFIVS *lib. XXX. p. 706. lib. XXXI. ineunte.* PIASECIVS *p. 165.* LVDOLPH *lib. I. c. II. p. 19.* KHEVENHILLER *Tomo V. p. 1932.*

57) THVANVS *p. 823.* ISTHVANFIVS *lib. XXXI. p. 722. 726.* LONDORP *Tom. III. lib. IV. p. 179.* PIASECIVS *p. 166.*

58) CHYTRAEVS *pag. 937.* ISTHVANFIVS *lib. XXXI. p. 736.* THVANVS *lib. CXXI. ineunte.* CONTIN. CHYTRAEI *p. 945.* MEYER *pag. 255.* LVDOLPH *pag. 21.* KHEVENHILLER *Tom. V. p. 2099.*

59) Verba sunt THVANI *lib. CXXI. p. 819.* REIDANVS *lib. XV. pag. 513.* KHEVENHILLER *Tom. V. p. 1951.* SCHADE *p. III. lib. XXIII. p. 1005.*

60) THVANVS *lib. CXXXIII. p. 1158.* LONDORP *Tom. III. lib. IV. p. 174.* NOPPIVS *ad a. 1598.* qui Pontificiorum restitutionem prolixe describit. MERC. G. n. *Tom. IV. lib. III. p. 551.* METERANVS *lib. XIX. p. 1068. lib. XXV. p. 310.*

61) Vid. *Gründlicher Beweis, das die Prælaten und Klöster des Hertzogthumbs Würtenberg vor 200. und mehr Jahren, zu dem und Land Hertzogthumb gehörig gewesen p. 98.* LIMNAEVS *Tom. IV. Addit. ad lib. V. cap. XVI.* Ipsum pactum extat apud du MONT *Tom V. p. I. p. 583.* CHRIST. BESOLDVS Præfatione sua Prodromo Vindiciarum Ecclesiasticarum præmissa, de hac transactione Pragensi prolixe agit.

62) Varia scripta huc facientia extant apud LONDORPIVM *Tom. III. p. 522.* Extat Recessus in Corpore *p. 959.*

der Hofproceſſe, a Cæſare petere, ad bellum Turcicum nullas contributiones ſoluere, & pro cauſa Argentoratenſi R. Gallorum auxilium implorare velint, nouum etiam Conuentum Fridbergam ad d. 18. Ianuarii 1601. indicunt. 63) Idem in conuentu Fridbergenſi d. 2. Febr. 1601. accedente Philippo Sigismundo, Epiſcopo Osnabrugenſi, & Franciſco, Duce Saxo-Lauenburgico, & quibusdam Comitibus fuit denuo conſtitutum. 64) Iidem Principes Heidelbergæ d. 12. Februarii 1603. vnionem inter ſe firmant. 65) Anno 1601. exeunte Colloquium Ratisbonenſe per Maximilianum Bauarum & Philippum Ludouicum Palatinum fuerat inſtitutum, qui ipſi vna cum Alberto Wolfgango Guilielmo Palatinis fuerunt præſentes. Miſerant eo Saxoniæ Electior, Marchio Brandeburgicus, qui Onoldi ſedem habet, atque Dux Würtenbergicus legatos ſuos, ad componenda religionis diſſidia. Actum potiſſimum de norma Eccleſiæ Chriſtianæ & iudice controuerſiarum. 66)

§. XXIII. Anno 1602. Sigismundus Tranſyluaniæ Princeps Imp. ſe ſubmiſit. Poſtquam enim iſte Bathorio Cardinali, adgnato ſuo a. 1599. Tranſyluaniam conceſſiſſet, Cæſar per Georgium Baſtam, & Michaelem Walachiæ Waiwodam, Bathorii infeſtum, quem ſpe præfecturæ vtriusque Daciæ ſub Auſtriacis regnidæ impletum, ſibi deuinxerat, contra ipſum agebat, Clemens etiam Papa, miſſo ad Bathorium legato ſuo, Malaſpina, Epiſcopo Caietano, eundem ad pacem cum Cæſare cohortabatur. 67) Poſt varios conflictus, atque XXVIII. Octobris factum atrox Tranſyluanorum cum Walachis prope Cibinium certamen, in quo Tranſyluani cæſi ac fugati, ipſe Cardinalis poſt fugam occiſus, 68) habitis Claudiopoli Comitiis, Tranſyluaniæ Status ad Cæſarem legatos mittunt, his conditionibus, vt ſi Cæſaris frater Maximilianus, ad prouinciam ſuis legibus regendam

63) Extat hic Receſſus apud du MONT *Tomo V. p. II. p. 7.* LONDORP *Tom. III. p. 552.*

64) Extat *cit. loc. p. 13.* LONDORP *Tom. III. p. 560.* HELVICVS *Theatro Hiſtor. lib. V. p. 121.*

65) *c. l. p. 22.* LONDORP *Tom. III. pag. 537.* CARAFA *p. 39. Hæc cum aliquoties Heilbronnæ, Fridelbergæ, Heidelbergæ & Spiræ, Proteſtantes inter ſe deliberaſſent, tandem anno 1603. Electior Palatinus Adminiſtrator Argentinenſis, Haſſiæ Landgrauius Mauritius, Aſpacenſis & Badenſis nouum fœdus inierunt Heidelbergæ: quo ſibi inuicem pollicebantur tales proceſſus Auticos repellere, & vnius cauſam, ſi oppeteretur, in ſe ſuſcipere, itavt ſi aliquis exequutionem proceſſuum Auliicorum aut mutationem Religionis attentaret, huic vna omnes ſe opponere deberent. Immo actum fuit de Hollandorum, aliorumque Principum ſubſidio implorando; & paulo poſt in hunc finem Pariſios Mauritius Haſſiæ transmiſſus, vt Regis Galliæ ſubſidium imploraret, & Patrociniumque Principum Germaniæ Gallis deferret. Rex, qui anteceſſorum ſuorum exemplo Germanis diffidere didicerat, accuratiorem deſignationem ſingulorum confœderatorum, modum, viam, & continuationis media prolixiora ſibi indicari petiit, quibus opus tantum aggredi decreuiſſent, cum non leue videretur excutere iugum ſupremi dicaſterii, quale erat Cæſareum, a quo orbis Germanicus, & Imperium Romanum dependeret.*

66) Huius colloquii ſummam breuiter exhibet THVANVS lib. CXXVI. p. 954. dicens: *in Germania quoque ſub id religionis negotium agitatum fuit, inſtituto Ratisbonæ colloquio inter Theologos a Maximiliano Baioariæ Duce miſſos Albertum Hungerum, Antonium Velſerum, Volfgangum Hannemannum, Iacobum Gretzerum, & Adamum Tannerum, e Ieſuitico ſodalitio; & confeſſionis Auguſtanæ ſocios a Philippo Ludouico Baioariæ Duce Neoburgenſi & Veldentii Comite ſtudem miſſos, Iacobum & Philippum Hailbroneros, Abrahamum Mannam, Tobiam Brunonem, Magnum Agricolam, Chriſtophorum Morolduum, Danidem Schramium, Henricum Tettelbachium, a Chriſtiano II. VIIuiro ad hoc Aegidius Hunnius, Dauid Rungius, Io. Eladungus Vmarienſis: a Ioachimo Friderico Brandeburgico VIIuiro Abdias Wikneruis, Laurentius Lælius; a Friderico Wirtenbergico Principe Andreas Oſiander, Felix Bidenbachius venere. Principium colloquio factum IV. Kal. Xbr. idque ad VII. vsque Eid. Xbr. continuatum, & XIV. ſeſſionibus abſolutum fuit, in quibus de Sacra Scriptura auctoritate quæſtio retractata fuit, cum eam vtpote ſolam & vnicam ſibi normam ad ſalutem æternam, controuerſias religionis dirimendas, cultum verum aſſerendum ſufficere, adductis Patrum teſtimoniis Auguſtani contenderent: alii contra aſſerrent, Scripturam non eſſe indicem omnium controuerſiarum & fidei: ſed hoc vnum ad ſummum Pontificem R. Petri ſucceſſorem, & Chriſti vicarium pertinere, cuius in his rebus definitio ſiue cum Concilio ſiue absque Conſilio errare non poteſt, & Scripturam quidem religionis irreprehenſibilem normam eſſe, ſed non ſolam & vnicam; ac præter eam neceſſario admittendas eſſe traditiones, Eccleſiæ definitiones, & doctorum orthodoxorum conſenſum. Teſtimonia in eam rem ex Patribus & iure Pontificio commutata. Poſt longas altercationes re tandem infecta diſceſſum eſt, & publicata ab vtraque parte colloquii acta Ingolſtadii & Vitembergii.* CONTINCHYTRAEI *p. 66.* vbi etiam capita Colloquii recenſentur. LVDOLPHVS *Schau-Bühne lib. I. cap. II.* KHEVENHILLER *Tom. V. p. 2397.* Extat autem AEGIDII HVNNII *Relatio Hiſtorica de habito nuper Ratisbonæ colloquio inter Auguſtanæ Confeſſionis Theologos & Pontificios Witteberge 1602. 4.* Hiſtoriam vero Concilii plenius expoſuit DANIEL CRAMERVS, qui edidit *Extract und kurtzen wahrhafftigen Bericht von Colloquio zu Regenſburg 1602. 4.* Inter Pontificios ADAMVS TANNERVS, qui ipſe Colloquio præſens, edidit *Relationem Compendiariam de initio, progreſſu & fine Colloquii Ratisbonenſis, Monachii 1602. 4.*

67) ISTHVANFIVS *lib. XXXI. pag. 736.* THVANVS *lib. CXXII. ineunte.* PIASECIVS *p. 174.* CONTIN CHYTRAEI *p. 10.* MEYER *pag. 261. 265.* LONDORP *Tom. III. lib. V. p. 220. 238.* KHEVENHILLER *Tom. V. p. 1258. 2413. 2535.*

68) ISTHVANFIVS *lib. XXXI. p. 738.* THVANVS *lib. CXXII. pag. 841.* CONTIN. CHYTRAEI *p. 12. niſi quod Michael Walachiæ inferioris Princeps, Cæſari Rudolpho fœderatus, inſidias vitæ ſuæ in aula Turcica ſtrui a Cardinale Bathoreo didiciſſet, exercitum in Tranſyluaniam duxit, & prope Cibinium 28. Octobris pugna, Cardinalem profligauit, totamque Tranſyluaniam ſua virtute recuperatam Imperatori Rudolpho reſtituit.* Exhibetur ibidem p. 14. Epiſtola CASPARI HORWART ad Polonię Regem, de Cardinalis Andreæ Bathorei clade in Tranſyluania accepta die Simonis & Iudæ. PIASECIVS *p. 175.* KHEVENHILLER *p. 2418.*

69) ISTHV-

dam mitti non posset, prouincialibus potestas, quem vellent, eligendi, permitteretur; eumque Cæsar sacramento sibi obstrictum obfirmaret, Stephano Chaquio Transyluaniæ Principatum adfectante. Verum, dum Cæsar in deliberando ac respondendo mos faceret, Transyluani tertia habent Comitia Claudiopoli, ibique auditis Turcæ & Poloniæ R. nuntiis, Sigismundum denuo proclamant, 69) qui collectis copiis, Mosè Siculo Duce, cum Cæsareanis tertio Nonas Sextilis in confiniis Vngariæ & Transyluaniæ ad Doroslonem confligit, sed decem suorum millibus occisis, vincitur. 70) Anno demum 1602. Basta Bistritia occupata, omnem Transyluaniam diripit, vt misera eiusdem esset facies, 71) ipseque Sigismundus intra vrbes munitas se contineret, qui acceptis duorum mensium induciis, legatos ad Cæsarem mittit, qui arcem Lobcouitiam in Bohemia vna cum annuis L millium aureorum nummûm promisit, quo accepto, Sigismundus in conuentu Claudiopolitano Bastæ Cæsaris nomine omnem Transyluaniæ Principatum tradit. 72) Et licet plures essent, qui contradicerent, atque inter hos Moses Siculus rebellionem moueret, Basta tamen illi occurrens, copias eius cum magna strage prosternit. 73) Sigismundus vero ad Cæsarem Pragam contendit, qui tradita paullo post arce Lobcouitia, atque adimpletis promissis ipsi satisfecit 74)

§. XXIV. Celebrata inde a. 1603. fuerunt Ratisbonæ Comitia, quibus, contradicentibus primum Principibus secularibus, subsidia tamen LXXX. mensium largiter fuerunt promissa. 75) Actum in iisdem Comitiis etiam de bello Belgico, & legatis ad Belgas fœderatos atque Albertum Belgii Hispanici Gubernatorem mittendis, de controuersiis inter Ciuitatem Embdanam atque Comitem Frisiæ Orientalis componendis administratione iustitiæ, abusibus monetæ tollendis & moderatione matriculari. 76) Eodem anno Protestantes post varias deliberationes Fridbergæ, Heidelbergæ & Spiræ instituta, iterum conuenerunt, Fridericus IV. quidem Elector Palatinus, Administrator Argentoratensis, Hassiæ Landgrauius Mauritius, Marchio Anspacensis & Badensis nouum fœdus Heidelbergæ iniuerunt de tollendis iudicii Aulici processibus, ita, vt si aliquis eorundem executionem, aut mutationem Religionis attentaret, huic se omnes opponere deberent. Missò etiam in Galliam Mauritio Hassio, Gallorum atque Belgarum auxilia implorabantur. 77) Et dum multæ de Iudicio aulico essent querelæ, quod iurisdictionem suam in causis potissimum religionis vltra modum extenderet, conclusum votis omnium, summum aliquod suæ vnionis iudicium esse instituendum, cuius suprema directio Palatino Electori deferatur, suum vero quisque Principum aut Statuum vnitorum in illo Adsessorem haberet, qui vna cum cæteris religionis præcipue causas definiret. 78) Licet illud ad effectum haut fuerit deductum. 79)

§. XXV. Noui interea motus in Transyluania. Dum enim a. 1603. ex ista terra legati ad Cæsarem veniunt, totius Prouinciæ nomine, fidem atque obsequium promittentes, ii qui remanserant, noua facta conspiratione, a Cæsare deficiunt, Mosem Siculum sibi Principem eligentes, qui a Mehemete Turcarum Principe prouinciæ Transyluaniæ Imperium sibi & posteris impetrauit, missumque ab illo acinacem & clauam ac vexillum, imperii insignia accipit, 80) & acceptis a Turcis copiis, Caransebessam, Albam Iuliam, Claudiopolim, Cibinium capit, verum ad Coronam hærens, a Radulone Transalpinæ Wala-

69) ISTHVANFIVS *lib. XXXII. p.757.* THVANVS *lib. CXXVI. p.980.* PIASECIVS *p.194.* LVDOLPH *p.23.* LONDORP *Tom. III. lib. V. p.238. lib. VI. p.306.*

70) ISTHVANFIVS *lib. XXXII. p.758.* THVANVS *lib. CXXVI. p.981.* MEYER *p.290.* qui tamen diem definit KI. Augusti. LONDORP *p.310.*

71) ISTHVANFIVS *lib. XXXII. pag.784.* MEYER *p.307.* PIASECIVS *p.207.* LONDORP *p.341.*

72) ISTHVANFIVS *p.785.* LONDORP *p.342.*

73) ISTHVANFIVS *p.786.* MEYER *p.315.* PIASECIVS *p.207.*

74) ISTHVANFIVS *p.786.* PIASECIVS *p.207.* KHEVENHILLER *Tom.VI.p.2821.* LVDOLPH *p.73.*

75) THVANVS lib. CXXX. p. 1070. *in Germania interim parata in sequentem annum subsidia, & ob id celebrata Ratisponæ Comitia, quibus frequentes Principes interfuerunt & certatim a sacro ordine, quasi alios exemplo suo prouocante promissa auxilia, nec tamen propensa ea liberalitas caruit inuidia, cum alii Principes & ciuitates fere Protestantium fœdæ additæ dicerent, præstiles eo proniores & in promittendo largiores esse, quod ex ea occasione suos populos grauare consueuerint, & magnum inde emolumentum capere, quippe tanum singulares successores & de posteritate parum solliciti, quod alii qui vniuersales sunt, parcius faciant, quippe ne hæreditariis populis onerosi existant, & nimius exactionibus præiudicium hereditibus suis faciant, quod magnis querelis in imperio sæpius materiam sappeditat, tunc vero, quod huc vsque factum non fuerat, promissa LXXX. mensium stipendia & Brunsuicum copias peculiares, & Saxo VIIIuir tormenta instructa cum omni apparatu Cæsari de suo pollicitis sunt.* LVDOLPH *lib. III. c.II. p.91.* vbi etiam de caussa Embdana agitur & apud METERANVM *p. I. lib. LXIV.* CONTIN. CHYTRAEI *p.g. 89.* LONDORP *Tom. III. lib.IX. p.450.* KHEVENHILLER *Tom.VI. p.2650.*

76) Extat Recessus in Corpore *p. 985.* MASENIVS *Ann. Treuir. lib. XXIII. §. XXVIII.* LONDORP *Act. Publ. Tom.I. lib.V. c.XXV.*

77) CARAFA *p. 39.*

78) De hoc latius MASENIVS *Annal. Treuir. lib.XXIII. p.444.*

79) Patet hoc ex consultatione apud LONDORPIVM *Tom.I. lib.I. p.1.* LVNIGS *Staats-Consiitis Tom.I. pag.580.* MASENIVS *Ann. Treuir. lib. XXIII. p. 444.* BELLVS *p. 5. Pfalzische Kirchen-Historie cap. VIII. §. XX.*

80) ISTHVANFIVS *lib. XXXIII. pag.794.* THVANVS *lib.CXXX. p.1069.* MEYER *p.334.* LVDOLPH *Tom.I. pag.98.* KHEVENHILLER *Tomo VI. p.2680.*

Walachiæ Principe, qui Cæſari ſe ſubiecerat, ad diem XXII. Quintilis profligatur, cæſis quater Tranſyluanorum millibus, & in his, ipſo Moſe Siculo. 81) Et licet Albertus Magnus & Beckeſſes reliquias colligerent, dentes tamen iſti a Cæſareanis cæſi fuerunt ac fugati, Tranſyluania Cæſari iterum ſubiecta. Cum Turcis eodem anno 1603. bellum continuabatur: Iſti equidem noćturno prœlio, dum caſtra Cæſareanorum prope Budam adgrediuntur, a Ruswormio duce die XXIX. Septembris magna clade adficiuntur, vt Belgradum regredi cogerentur, 82) Ruswormio Hatuanum occupante. 83) Ineunte anno 1604. poſt Mehemeti III. mortem, Turcæ de pace agere cœperunt, inſtituti etiam in Peſtanis campis ſub tentorio fuerunt conuentus; dum vero Turci Strigonium & Iaurinum repeterent, munera etiam prœteritis annis prœtermiſſa, ob iniquas has poſtulationes re inſecta fuit diſceſſum. 84) Poſtea Iagenreuterus ſumma ignominiæ nota Peſtum reliquit, cuius exemplum Hatuani præſidiarii ſequuntur, dum interea Haſanes Strigonium fruſtra obſideret. 85) Et licet Septembri menſe medio inter vtrorumque caſtra loco, prope Strigonium ad vrbem Ratziorum denuo de pace ageretur, nihil tamen actum, dum Turcæ ſollicitis animis deditionem Strigonii peterent, ac pro eo Canifiam offerrent; noſtrique viciſſim Agriam ſuperaddi poſtularent. 86) Eodem tempore, quo Strigonii obſidio eſt ſoluta, Stephanus Boſcaius in partibus vltra Tibiſcum ſumen pernicioſos motus excitabat. Hic paucos ante annos affectati in Tranſyluania regni cupidine exarſerat, & cum id minime ſuccederet, reuocandi e Sileſia Sigismundi auctor extiterat, poſtea factionibus Chaquianis excluſus atque proſcriptus, in ſuis arcibus prope Varadinum exilium tolerauit. 87) Iſte, dum Turcæ, Moſe interfećto, Gabrielem Bethlenum ſubſtituere conarentur, datis ad ipſum litteris, petiit, vt ipſe ſurrogaretur, ſe in Turcarum clientela futurum, quod facile impetrauit. Aſt, dum Turcæ Beća Temeſienſi purpurato & Betleno ducibus, Lippam occupare tentant, eoque ipſo aditum ſibi aperire in Tranſyluaniam, a Dampierio & Racocio noćturno prœlio magna ſtrage adficiuntur. 88) Perſiſtebat nihilominus in rebellione Boſcaius, Barbianum Comitem Bellgiioſæ Caſſouiæ præfećtum ad extirpandam omnem religionem a Pontificia alienam a Cæſare miſſum eſſe, obtendens, dum iſte Caſſouiæ contra Proteſtantes magna ſeueritate graſſaretur. 89) Variæ etiam contra Cæſarem erant querelæ, Germanis in Vngaria vndique dominantibus. 90) Et licet per

81) ISTVANFIVS *p. 797.*

82) ISTHVANFIVS *lib. XXXIII. pag. 801.* THVANVS *p. 1068.* MEYER *p. 344.* De expeditionibus huius anni contra Turcos KHEVENHILLER *Tom. VI. p. 2689. ſqq.*

83) ISTHVANFIVS *p. 802.* THVANVS *p. 1068.* MEYER *p. 348.*

84) ISTHVANFIVS *p. 804.*

85) Hiſtoriam pacis, qua ratione iam a. 1604. fuerit cœpta, tradit LVDEWIG *Reliqu. Mſtorum Tom. VI. p. 300.* ISTHVANFIVS *pag. 807.* THVANVS *lib. CXXXI. pag. 111.* PIASECIVS *p. 209.* MEYER *p. 360.* CONTIN. CHYTRAEI *p. 97.* Tabulæ Pacis extant apud du MONT *Tom. V. p. II. p. 78.* addita confirmatione Cæſarea data in arce Brandiſii d. 9. Decembris 1606.

86) ISTHVANFIVS *p. 808.* THVANVS *lib. CXXXI. p. 112.* qui etiam locum indicat: *inducianum negotium interea ad Strigonium vrgebat purpuratus, & ad Ratziorum opidum ab eo imitati delegati conuenerant.* Germanice dicitur *Ratzenſtadtel.* MEYER *p. 362.*

87) Statum ipſius his verbis deſcribit ISTHVANFIVS lib. XXXIII. p. 809. *cum ille a Sigismundo ad Cæſarem legatione fungeretur, isque interim Andreæ Cardin. Bathorio, quamquam patrueli, ſed inimico ac hoſti paulo ante ſuo prouinciam Tranſyluaniam, deccpto Cæſare, de manu tradidiſſet, ſeque in Poloniam recepiſſet, poſt diuturnam in Aula Cæſaris manſionem, ſub qua de obiectis criminibus ſe purgare debebat, domum quam extra Tranſſiluan. ſines habebat, diſceſſit, neque auſus in Tranſſiluan. redire, ex qua factionibus Chaquianis excluſus, proſcriptusque erat, diu in ſuis arcibus circa Varadinum exilium tolerauit: Caſarianarumque partium ſe ſećtatorem oſtendit, quum tamen ingens eſſet ſuſpicio apud omnes, interea cum ambitione atque auaritia procul ab æquo & honeſto deducłum affectanti regni conſilia & cogitationes in occulto coquere, & agitare.* PIASECIVS *p. 217.*

88) ISTHVANFIVS *p. 809.* CONTIN. CHYTRAEI *p. 94.* MEYER *p. 381.* KHEVENHILLER *Tom. VI. p. 2839.*

89) ISTHVANFIVS *p. 812.* THVANVS lib. CXXXI. p. 1113. *Io. Iacobus Barbianus Belliiori Comes, Baſſæ inſtigatu, inter hoc Caſſouiæ ſumma ſeueritate graſſabatur, Proteſtantibus itidem interdićto concionum publicarum uſu, & contionatoribus nouiſſima interminatus, niſi ab iis abſtinerent, etiam machinis bellicis ad templa, vbi conuenichant, admotis, & cum Georg Saba ciuis in vrbe locuples non pareret, X. talerorum eis ſeueriſſime exactis mulctatus eſt, & tres e nobiliate ſeditionis excitatæ poſtulati intra ſemidiruti cœnobii rudera incluſi fame enećti dicuntur, ea re cum magnum in ſe odium concitaſſet Belli iocenſis, poſtremo & Stephano Boſkaio viro inter Hungaros primario, & arta cum Sigismundo Bathorio cognatione coniuncto grandem pecuniam imperauerat, quam cum ille exſoluere detrećtaret, alia atque alia exenſationis loco cauſſatus, vim imperio adiicit, & recenſentis tria in proximo caſtella ad prædam militi concedit, quod hominem generoſum & tamen moderatione potius quam diſſimulatione hucusque vſum ad arma defenſioni capiendæ incitauit, qui initiriam tantam minime ferendam ratus, ſalua fide eam vlciſci ſibi licere arbitrabatur: ſic enim dicere ſolebat, Andreæ II. Hungariæ Rege in comitiis anno Sal. cIↃ CCXXII. cautum & ſanctum eſſe: ſi quis Regibus contra iura regia & priuilegia ac libertates aliquid tentantibus reſiſteret, id ipſi fraudi & infamiæ non eſſet.*

90) Has exponit PIASECIVS p. 217. *omnes enim meliores Proćeres, & dignitates æque militares ac togatas, Cæſar non indigenis Vngaris, vti ex vi iuriſiurandi ſui tenebatur, ſed externis Germanis conferebat. Nobiliores cum date ampliori Virginea nomini ex voluntate Cæſaris nubere poterant, ſanore Cæſaris in eis maritandis ad Germanos ſemper inclinante. Si aliquis ſplendidiora patrimonia poſſidebat, leui obiecto infidelitatis indicio, bonis ſuis mulctabatur, & eadem bona non Vngaris aliis fidelibus,*

per legatos suos ad Cæsarem Pragam missos, hæc excusare conaretur, isti tamen admissi haut fuerunt. 91) Hoc ipso Heidones, licet iuramentum fidei Cæsari renouassent, commouit, vt Dampierio relicto, Peczii, ducis Cæsarei copias magno impetu adgrederentur, Cassouia, Cibinium minus, Leuocia & Eporessia rebellibus se dederent, plures etiam ex Proceribus ad Boscaium defscisebant. 92) Inde, accepta a Turcis aurea corona, Comitis Kismarienſis & superioris Hungariæ dynastæ & Circulorum Comitis titulum sibi sumsit. 93) Insequenti anno 1605. Boscaius ad Edelinum pagum penes flumen Bolduam prope Sendronem a Basta suit victus, qui inde Sendronem recipit, Tocaiumque obsidione liberat, Cassouiam frustra tentat. 94) Boscaius vero Tockaium occupat, 95) Gregorius Nemethius, etiam vnus ex Haidonum ductoribus, regiones Transdanubianas igne ferroque deuastat, eadem ratione Austriam etiam Styriamque infestans, 96) licet rebelles a Sopronii obsidione magno suorum cum damno fuerint repulsi. 97) Turci interea dedentibus Germanis, Strigonium occupant. 98) Et licet Mehemet Vesirius imposita capiti eius corona, Boscaium regem nominasset, 99) nihilominus missis vltro citroque legatis, tandem Viennæ a. 1606. de pace agi cœptum, qua primum XXIII. Iunii cum Boscaio & Hungaris conuenit his conditionibus, vt libera vbique sit religio, Cæsar Matthiam fratrem in Vngaria constituat Gubernatorem, Palatinus publicis suffragiis eligatur, a Cæsare confirmetur, eiusque & procerum Vngariæ consilio omnia negotia tractentur, exteris submotis. Boscaio vero omnis Transyluania hæreditario iure concedebatur, cum ea Vngariæ parte, quam Sigismundus Bathorius obtinuerat, & insuper omnis vltra Tibiscum ditio, simul cum arcibus Sacmario & Tockaio & Comitatibus Bereghiano & Vgociano, ita tamen, vt mortuo eo sine liberis, ad Vngariæ reges redeat, neque ad agnatos transeat: reliqua in Comitiis propediem habendis definiantur. 100) Cum Turcis vero Sitwatorokiæ ad Danubium

lioribus, sed Germanis tradebantur, vt in breui titulis dotalibus, & sibi nomine Germani, Vngaris veteribus pulsis colonis, opimiora quæque in tota Vngaria prædia obsiderent, & Vngari Magistratibus, & omni regiminis potestate exauthorati, quasi in peregrino solo peregrinis dominis parere cogerentur. Tributa quoque non consensu Prouincialium, sed prout Cæsarianis dominantibus libuisset, imponebantur; & miles Germanus odio in eam gentem innato, magis quam Turca sæuiebat. Communi autem huiusmodi causæ proprium dissidentes in Religione adiunxerant, eam occasionem rebus nouandis, & asserendis libertatibus suis opportunam fore arbitrati. Et maxime commoti Comitiorum anno superiore Bosonii celebratorum decreto, quo omnis in illo Regno hæreticarum sectarum vsus prohibebatur, & sectarum huiusmodi assectis pœna exilii fuerat interminata, contra illud obtestationem interposita m facto Galsati Conuentu iterarant, postquam Comes Belgioiosa vice Georgii Basiæ Præfectus Cæsareus Cassouiæ templa omnia ipsis ademerat, & exercitium quoduis, etiam priuatum suæ sectæ cuique prohibuerat. Ac cum talibus querelis Vngari iustæ remedia in Aula Imperatoris sæpius quæsiissent, a ministris illius Aulæ omnibus Germanis, vel Germaniæ continctioribus reiecti, & ad Imperatorem nunquam admissi, nonnisi triste repulsum domum referebant. THVANVS *p.* 1114. & *lib. CXXXIII. p.* 1170. qui etiam de Hungarorum scripto agit, quod ex conuentu Carponensi Decembri mense 1605. miserint, in quo hæc verba: *nam se coactos ad arma pro iuribus regni & tuenda libertate deuenisse, non contra Principes Christianos, sed contra Pontificis tyrannidem eiusdemque mancipii Regis Rodolphi, qui eius mandatu ipsos exterminandos ac penitus delendos susceperit.* LVDOLPH *lib. V. cap. III.* LONDORP *Tom. III. lib. XI. p.* 578.

91) THVANVS *pag.* 1114. PIASECIVS *pag.* 218.

92) ISTHVANFIVS *p.* 813. THVANVS *p.* 1113. KHEVENHILLER *Tom. VI. p.* 2937.

93) THVANVS *p.* 1114. *ab eo tempore Bosskaius Comitis Kismariensis & superioris Hungariæ dynastæ & Circulorum Comitis titulos sibi sumsit, & monetam auream & argenteam cum his nominibus percussit, nempe sui gratia seu virtutis opinione, vt aureæ corona, qua Vladislai Regis olim fuerat, & hactenus post Budam captam in Turcorum potestate manserat, a Sultano donaretur.*

94) ISTHVANFIVS *lib. XXXIV. ineunte.* PIASECIVS *p. 219.*

95) ISTHVANFIVS *lib. XXXIV. p. 828.*

96) ISTHVANFIVS *pag. 828.* THVANVS *lib. CXXXIII. p. 1166.*

97) ISTHVANFIVS *p. 830.*

98) ISTHVANFIVS *p. 834.* THVANVS *lib. CXXXIII. p. 1166.* PIASECIVS *p. 230.*

99) ISTHVANFIVS postquam Mehemetis Vesirii declarationem regiam atque orationem ad Vngaros adduxisset, p. 837. addit: *quæ cum dixisset, (erat autem dies Veneris, Turcis sacer, apud nos Diui Martini Memoriæ dicatus) proferri postea coronam, ac alia ornamenta iubet, & esse auro & gemmis admodum splendide ornato, latus ei ipsi met cingit, coronamque capiti imponit. Ea esse dicitur rarioris operis, utus quidem lignea, & superne laminis aureis tecta & lapillis obsolctum in morem inditis elaborata, quæ quanquam a Turcis Imperatorum Constantinopolitanorum, aut Despotarum Thraciæ diadema fuisse fertur: incertum tamen est, quænam & vnde sumpta sit. Eam Boscaius accepit quidem, sed præsatus (quod vnicum in omni vita modestiæ eius exemplum sit) se loco muneris, non ad vsum, aut regiæ dignitatis signum accipere, Georgio Secio flatim tradidit, moris apud Vngaros esse, inquiens, diadema a Viro quopiam sorti ac fide virtuteque præstanti seruari; neque interim alteritus caput redimiri eo posse, donec qui prior infignitus fuisset, in viuis superst. Constare autem omnibus, Cæsarem, qui idem rex quoque Vngariæ sit, ante XXX. amplius annos rite esse coronatum. Deinde ad circumstantes suos aspectas conuersus, Vngarico sermone eadem disserui: debere eos testes sibi esse, non ita se eam coronam accipere, vt iura publicæ libertatis, aut singulorum violare, aut oppressa esse vellet, quorum causæ tuendæ arma sumsisset.* THVANVS vero *lib. CXXXIII. p. 1166. diadema vocat mire Græcarum ancillarum artificio elaboratum, & LX. sicuti iactabatur, Hungaricorum aureorum esse.*

100) ISTHVANFIVS *lib. XXXIV. pag. 842.* THVANVS *lib. CXXXVI. p. 1225.* Extant pacis articuli apud MEYERVM *p. 412.* & LOND. SVPPL. *Tom. I. p. 362.* vbi etiam *p. 364.* exhibetur consilium Melchioris Clesselii de libero Religionis exercitio Vngaris concedendo. LONDORP *Tom. III. lib. XII. p. 723.* du MONT *Tom. V. p. II. p. 68.* KHEVENHILLER *Tom. VI. p. 3048.*

nubium inter Strigonium & Comorram de pace fuit actum, atque die XXI. Nouembris conuenit, vt Turcarum Princeps Achmet Cæsarem patris loco haberet, vtrinque ablata retineantur, limites designentur: legati vtrinque mittantur cum muneribus, atque hæc pax ad viginti annos duraret. 1) Bosciaus paullo post, veneno vt dicitur, extinguitur, cui sufficitur Sigismundus Ragotzius Transyluaniæ Princeps. 2)

§. XXVI. Decesserat eodem tempore an. 1604. Ludouicus V. Hassiæ Landgrauius Marpurgi sedem habens, facto testamento, vt ex æquo hæredes essent, Mauritius, qui Cassellis sedem habebat, Marpurgicæ partis: Darmstadtini fratres Ludouicus, qui Darmstadti sedem habebat, Philippus, qui Butzbaci & Fridericus, qui Homburgi, Giessenæ, hac addita conditione, vt, qui religionem mutasset, hæreditate excideret. Mauritio approbanti, Darmstadtini fratres reclamabant, non in familias, sed in capita diuisionem postulantes, ex pacto confraternitatis non solum, & vigore Instrumenti paterni, sed & quod Philippi iunioris, qui a. 1583. fuerat extinctus, hæreditas æqualiter fuerit diuisa. Accedebat religionis mutatio Mauritii, qui Reformatis accesserat. 3) Hanc religionem dum a. 1605. Marpurgi per Valentinum Schonerum introducere conabatur Mauritius, tumultus oritur, ipseque e suggestu deturbatur. Aduentante vero Marpurgum Mauritio, atque signa aliquot militum in eandem vrbem inducente, post octiduum ciues per delegatos ad genu Principis prouoluti, & culpam confessi, pœnam supplices petierunt: Schonerus ipse interuenit, eiusque precibus exoratus Mauritius, indignationem remisit; paucis, qui turbis caussam dederant, & porro daturi credebantur, solum vertere iussis, & postquam semel atque iterum sacram synaxim, adhibita panis fracti ceremonia celebrauit, Marpurgo discessit. 4)

§. XXVII. Crescentibus interea Religionis dissidiis, Lotharius Treuirensis Suicardum Moguntinum & Ernestum Coloniensem Electorem Confluentiæ excepit, iidemque reliquis Electoribus auctores fuerunt, vt Augusto mense Fuldæ conuenirent. Sed, consultationibus ibi extractum tempus fuit; nisi quod decretum fuerit, iudicium reuisorium in Camera esse restituendum. 5)

§. XXVIII. Eodem tempore a. 1605. Henricus Iulius, Dux Brunsuicensis, Brunsuicum vrbem, primum astu, deinde aperta vi adgreditur, sed nihil proualuit, dum Cæsar non solum sub proscriptionis pœna ipsum inde discedere iuberet, sed etiam Hanseaticæ ciuitates missis primum legatis, vt a socia ciuitate abstineat, petunt, post, sub Augusto, Lunæburgi Duce auxiliares copias mittunt. 6) Anno 1606. nouo publicato Cæsaris edicto, addita excommunicationis, ni pareret denuntiatione, aduentantibus etiam copiis ab Hanseaticis ciuitatibus collectis, tandem Henricus Iulius XVI. Kl. Aprilis incensis ad Olperam castris, vrbem reliquit. 7)

Licet

1) ISTHVANFIVS *pag. 845.* THVANVS *lib. CXXXVI. p.1229.* qui pacem in XV. saltim annos firmatam fuisse dicit, cum tamen reliqui Scriptores & ipsi pacis articuli XX. annos constituant. PIASECIVS *pag. 241.* Extant pacis articuli apud MEYERVM *p. 424.* & LONDORPII *suppl. Tom. I. p. 376.* in RECVEIL *Tom. III. p. 33.* LVDOLPH *lib. VI. c. III.* LONDORP *pag. 745.* MERC. G. BELG. *Tom. VII. lib. I. p. 169.* KHEVENHILLER *Tom. VI. p. 3064.*

2) ISTHVANFIVS *lib. XXXIV. p. 847.* PIASECIVS *p. 241.* THVANVS *c. l.* MEYER *pag. 426.* LVDOLPH *lib. VI. c. III.* LONDORP *lib. XII. exeunte lib. XIII. p. 803.* KHEVENHILLER *p. 3068.*

3) THVANVS *lib. CXXXIII. p. 1161.* LVDOLPH *lib. V. c. II.* LONDORP *Tom. III. lib. XI. p. 587.* Acta *in Sachen die Fürstl. Marpurg. successionem belangend, Giessen 1615. f.* Adde *Acta Marpurgensia Cassel 1646. 4.* MERC. G. BELG. *Tom. V. lib. III. p. 541. Tom. VI. lib. III. p. 54.* KHEVENHILLER *Tom. VI. p. 2925.*

4) De hoc *Marpurgische Kirchenhændel & Casselische Wechsel-Schrifften*, quibus opponebatur *Nothwendige ausführliche Speciale Widerlegung deren im Hessen-Casselischen publicirten also genanten Wechsel-Schrifften Giessen 1647. f.*

5) De hoc conuentu MASENIVS *Ann. Treuir. lib. XXIII. p. 446.* Extat inter *Hochwichtigen Schrifften unter Rudolpho II. Ingolstadt 1618. 4.* extat etiam ap. LONDORP *Tom. I. c. VII. p. 64.* in MEYERI *Londorpio supplero Tom. I. p. 154.* LVNIGS *Staats-Conſtia Tom. I. p. 700. ſqq. Extract aus ller Relation der verrichten Sachen bey dem Fuldischen angestellten Churfürsten-Tag, der Sechs des Heil. Reichs Churfürsten den 27. Augusti anno 606. das Iustiti Wesen betreffendt.*

6) THVANVS *lib. CXXXIII. pag. 1162.* LONDORP *lib. V. c. II. lib. VI. cap. II.* LONDORP *Tomo III. lib. XII. p. 663.* MERC. G. BELG. *Tom. V. lib. III. p. 599. 614. Tom. VI. lib. III. p. 126.* KHEVENHILLER *Tom. VI. p. 2922.*

7) THVANVS *lib. CXXXVI. p. 1231.* LONDORP *p. 701.* Agunt de hac controuersia: *Ausführlicher warhafftiger Historischer Bericht, die fürstliche Landes Erbstadt Braunschweig, auch der Herzogen zu Braunschweig und Lüneburg, Wolfenbüttelischen Theils darüber habende Landsfürstl. hohe Obrigkeit und Gerechtigkeit, und ihr der Stadt immittelbahre angebohrne Schuldigkeit, Subiection und Unterthænigkeit betreffend, 1607. fol. tribus Tomis.* Contra hos a Senatu Brunsuicensi prodiit: *Wahrhafftiger Abdruck fernerer Defensionum und Eventual-Handlung 1606. 4.* atque *kurtze Abfertigung, Protestation, Verantwortung, Entschuldigung, Oblation und Erbieten 1608.* His scriptis oppolita fuerunt *der Postreiter, das Botenlohn*, potissimum vero *illustre Examen autoris illustris, über des Raths zu Braunschweig Lesterschrift, Helmstadt 1608. 4. Et Refutatio und Wiederlegung des Raths zu Braunschweig erdichteter vermeynter Eventual-Handlung, Helmstadt 1608. 4.* Dum etiam Ciuitates Hanseaticæ hac in caussa ederent *der Vereinigten Hanse-Stedt kurtze Nothwendige Verantwortung, sambt angehengter Protestation, Lübeck 1609. 4.* a parte Ducis prodiit *Grundlicher Bericht auf der vereinigten Teutschen Hansestedte vermeynte Verantwortung und Flitgenwedel, Helmstedt 1609. 4.* Sic etiam Iurecontultus olim Helmstadtiensis ANDREAS KNICHEN edidit *Encyclopadiam Brunouici Imperii & Iurisdictionis, nec non ingeniæ, hæreditariæ atque omnigenæ subiectionis Ciuitatis Brunsuigæ, Hanoverae 1608. 4.*

Verum

Licet hæc causſa in Iudicio aulico varie fuerit postmodum agitata 8)

§. XXIX. Anno 1607. motus Donawerdenſes orti. Donawerda Sueuiæ Ciuitas eſt, Bauariæ olim Ducibus ſubiecta, ſed Ludouici Bauari temporibus ſeſe in libertatem aſſeruit, confirmata in eadem a Sigismundo Imp. Hanc, eo quod Proteſtantium religioni acceſſerat, bello Germanico ceperat Carolus V. ſed per Transactionem Paſſauienſem priſtinæ libertati ſuit reſtituta. 9) In hac vrbe Monaſterium erat opulentum, ſanctæ Crucis dictum, a Comitibus olim Dillinganis conditum, eius Abbas cum proceſſiones publice per forum inſtituere ſuperioribus annis, more hactenus in iſta vrbe inuſitato conaretur, admonitus tempeſtiue a magiſtratu eſt, vt ab inſtituto iſto abſtineret, & intra ſuos terminos ſeſe contineret, cui ipſe parere nolens, rem ad aulam Cæſaream defert, indeque literis publicis proceſſiones illas publice peragendi facultatem impetrat. Magiſtratus e contrario exceptiones quasdam fruſtra infert. Cum igitur anno 1606. XV. Aprilis die D. Marco feſto, proceſſiones ſuas iterum inſtitueret, & per viam conſularem forumque primarium incedens, præmiſſo Cœnobii vexillo, ſubſequentibus iunioribus pueris pro Muſica ſelectis, Sacerdotibus ex monaſterio quinque, & vniuerſa caterua Pontificia, per portam Danubianam in pago Achſesheim ceremonias ſuas peracturus, egrederetur. Ciues vehementer hoc facto exacerbati, glomeratim vndique clauis, baculisque inſtructi, portam occupant, aditu Abbatem prohibituri, qui, cum peracto in pago ſuo ſacrificio, horam circiter vndecimam reuerteretur, obuiantem ſibi plebis multitudinem videt, aliquosque eo audaciæ progreſſos animaduertit, vt impetu in vexilla facto, ea contunderent, diſſtingerent, lacerarent, qui antea in egreſſu viam prætoriam & publicum vrbis mercatum, erecto vexillo tranſierant: diuerticula iam & ſemitas transuerſas petere, & magno cum periculo in Cœnobium ſuum redire ſunt coacti. Abbas vt illatam hanc ſibi ſuisque iniuriam vindicaret, rem omnem ad Cæſarem refert, & criminis læſæ Maieſtatis ciues accuſat. Cæſar Bauariæ Principi Maximiliano, vt quomodo hæc omnia ſint comparata, inquirat, imperat. Is ſubdelegatos ſuos in vrbem mittit, ſed ciues quidam male feriati non eos ſolum, ſed & Cæſarem ipſum conuitiis proſcindere non dubitant. Itaque cum monitionibus ſuis proficere nihil legati Cæſaris poſſent, eo tandem res perducta eſt, vt mandatum proſcriptionis VII. Auguſti die anni 1607. aduerſus vrbem iſtam publicatum, eiusque executio Bauariæ Principi Maximiliano fuerit demandata. Senatus, viſa hac ſeueritate, Abbati promittit, damnum ſe a Ciuibus Cœnobio illatum, eſſe compenſaturum, ex tumultus auctoribus duos Sebaſtianum Schenckium & Erasmum Goggellum, Bauariæ Ducis ſubdelegatis puniendos permiſerat, ſic in reliquos etiam ſe diligenter inquiſiturum, ſub priuilegiorum ſuorum, quinimo vitæ etiam & bonorum omnium amiſſione, ſanctæ VIII. Septembris die pollicetur. Sed non contentus hac promiſſione Bauariæ Dux, præconem Cæſareum cum legatis quibusdam aliis III. Nouembris die, qui ex ciuibus, vtrum quod pollicitus Senatus erat, ratum & ipſi habere vellent, quærerent, eo deſtinauit. Cum igitur Ciues aſſenſum ſuum ſuſpendentes, nihil eorum, quæ Senatus promiſerat, approbare velle viderentur, præco in pratum ciuitati proximum progreſſus, mandatum Cæſaris proſcriptionis publice proclamat, & Bauariæ Dux decem millium peditum, equitum vero ſeptingentorum exercitum magna celeritate cogit, qui XI. Decembris ad ciuitatem progreſſus, deditionem poſtulat. Mittuntur ciues quidam ad Bernshuſium, equitum Ducem, & vel octo vel ad minimum quatuor dierum ad deliberandum ſibi dari ſpatium expetunt, ſed nihil impetrant. Hinc denuo ſeptem Ciues alii, Bernshuſium Northemii agentem denuo adeunt, religionis ſibi exercitium liberum relinqui, milites, vt a direptionibus

Verum Brunſuicenſium cauſſam defendit IOANNES TAVTIVS *in Diſcurſu de Rerumpublicarum inferioris Saxoniæ regimine & Statu, Francofurti 1620. 4.* Huic vero repoſuit ANDREAS KNICHEN *Epopſin hypotypoſeos 1607. 4.*

8) Varia etiam ſcripta huc facientia reperiuntur apud MEYERVM LONDORP CONTIN. *Tomo I. p. 220. 272. 306.* MERC. G. BELG. *Tom. V. lib. IV. pag. 654.*

9) Verba plerumque ſunt CONTIN. CHYTRAEI *p. 127.* THVANVS *lib. CXXXVIII. p. 1286.* LONDORP *Tom. III. lib. XIII. p. 812.* KHEVENHILLER *Tom. VI. pag. 3174.* BVRGOLDENSIS *Diſc. ad Inſtr. Pacis p. II. p. 62.* LVDOLPH *lib. VII. c. II.* SPANHEIM *Memoires de Louiſe Iuliane pag. 78.* hac de cauſa ſic ſcribit: *Le Duc de Baviere qui avoit mugueté ceſte ville de longve main, comme eſtant extremement à ſa bienſeance, & enclavée en ſes Eſtats, convertit ceſte occaſion à ſon avantage. Ayant extorqué vn ban de la Cour Imperiale, il s' en rendit Executeur pour s' accommoder d' vne place, qui couppoit ſes Eſtats en pieces, & luy donnoit moyen de s' esquarrer ſes confins. Et afin qu' on fuſt deſabuſé d' abord, de s' imaginer, qu' elle deuſt eſtre reſtituée à l' Empire, la Cour de München ordonna, que les poids, meſures, & aunes de Bauiere y fuſſent introduites, & vne iournée anniverſaire eſtablie, pour ſolenniſer la memoire de ceſte conqveste avantageuſe.* Quid Comes Wilhelmus Naſſouicus hac de cauſſa ſenſerit, docent ipſius literæ ad Iohannem patrem ſcriptæ in *Hiſtorie der Religions-Beſchwerden p. I. c. III. p. 427.* Prodiit hac in cauſſa a partibus Bauarorum *Donawertziſche Relation 1610. 4.* cuius auctor eſſe dicitur WILHELMVS IOCHERVS, Conſiliarius Bauaricus, qua demonſtrare conatur, liberum eſſe Imp. aut Circuli Duci executionem demandare, aut alium quemuis executionis Ducem conſtituere. Huic Donawerdenſes oppoſuerunt *Beſtendige Information iuris & facti 1611. 4.* cuius auctores eſſe dicuntur SEBASTIANVS FABER, Procancellarius Wirtenbergicus & LVDOVICVS MVLLERVS Cancellarius Octingenſis. Reſponderunt tamen Bauari alio ſcripto, ſub titulo: *Nothwendige Erinnerung, Ingolſtadt 1613. 4.* Varia ſcripta huc facientia extant apud MEYERVM *Lond. ſuppl. Tom. I. p. 354. 386. 405.* MERC. G. B. *Tom. VII. lib. III. p. 43.*

nibus abſtinerent, admoneri: innocentium rationem haberi: legatis ſuis duobus, ſeu vigilum præfectis, qui ciuium ſolummodo in ordinem redigendorum & coercendorum cauſa conſcripti fuerint, veniam dari, & excommunicationis fulmine ciuitatem liberari petunt, vrbis deditionem faciunt, & claues aduenienti ſtatim Duci traditum iri promittunt. Vt ventum ad vrbem eſt, cum crepuſculum iam veſpertinum inſtaret, ciues a direptionibus militum ſibi metuentes, aperire portas ea veſpera renuunt, ſequenti tamen die quin admittantur, nihil ſe repugnaturos, promittunt. Subirati Bauarici ad ſtationes ſuas reuertuntur, diem ſequentem expectant, qui vt illuxit, aduentantes iterum circiter horam matutinam octauam, vrbem ingreſſi ſunt. Hoc facto, præſidia Bauarica portis adhibita, & excubiæ a Præfectis Bauaris ſunt conſtitutæ, ciuibus poſtmodum, vt delata in Curiam arma deponerent, eſt imperatum. Arma illa Rainam deinde transportata, & ciuibus quibusdam compedes iniecti ſunt, templo ciuitatis primario Ieſuitis tradito, qui conciones ſtatim in eo habere cœperunt, & proceſſionem inde publicam, feſto D. Thomæ die ad Cœnobium inſtituerunt. Vt etiam vrbs tanto magis iure Bauarico innecteretur, pondera atque menſuram Bauaricam ibidem iuſſit introduci. Cæterum cum vrbs hæc in Circulo Sueuico comprehenderetur, neque executio iſta Duci eiusdem Circuli fuiſſet demandata, a Duce Würtenbergenſi Sueuicorum Statuum Conuentus Vlmam fuit indictus, vt quomodo vrbi ſubueniretur, Ordines mature conſultarent. Accedebant etiam legati Cæſarei, Status iſtos hortantes, ne cauſſæ illius participes ſe vllo modo redderent. Dum inuicem conſultaretur, nuntius aduenit de vrbis deditione. Sueuici igitur Circuli Status ad Imperatorem non ſolum, ſed etiam potiores Germaniæ Principes litteras mittunt, vt in Comitiis Ratisbonenſibus vrbis habeatur ratio, quo in priſtinum libertatis ſtatum in ciuilibus atque eccleſiaſticis reſtituatur, petentes. Hæc reſtitutio deinceps varie fuit tentata, a Rudolpho II. etiam anno 1610. Viennæ præſente Coloniæ Electore, Ferdinando Archi-Duce atque Henrico Iulio, Brunſuicenſi Duce fuit decretum, vt Maximilianus, ſi ipſi de impenſis ſatisfieret, vrbem reſtitueret, dum vero Ciuibus hoc non valeret, 10) iſta cauſſa multoties in Comitiis repetita, exitu tamen tunc fuit deſtituta. 11)

§. XXX. Inſequenti anno 1608. Comitia Ratisbonam fuerant indicta, quibus Cæſaris nomine præerat Ferdinandus, ipſius agnatus, Græcienſis linea: Proponebatur in iisdem de contributionibus ad bellum Turcicum, inſtauranda iuſtitia, bello Belgico, re monetaria & moderatione matriculæ. Verum, inter Catholicos & Proteſtantes minime conueniebat, iſtis ante omnia de contributionibus ad bellum Turcicum, pro ordine propoſitionis, his de iuſtitiæ negotio & difficultatibus, quæ ex violata pace religionis, & Cameræ Imperialis non rite adminiſtrato iudicio extitiſſe dicerentur, primo loco agi debere dicentibus atque inſiſtentibus. Turbatiſſima fuerunt illa Comitia, in quibus Proteſtantes reſpondere nolebant, niſi ſæpius petita grauamina tollerentur, Donawertha in integrum reſtitueretur, alia forma iudicii inſtitueretur, aulicæ ſententiæ, *die Hofproceſſe* proſcriberentur, & pares numero aſſeſſores cuiuscunque Religionis concederentur, ordinariæ viſitationes intermitterentur, Eccleſiaſticis, Abbatibus, Prioribus, Monachis Proceſſus contra Euangelicos denegarentur, ſepulchra apud Catholicos Euangelicis concederentur, Romano Pontifici ius in Imperio denegaretur, forma iuramenti in feudorum inueſtitura mutaretur, nec maioris votorum numeri in cauſis religionis & contributionum ratio haberetur. 12) Archi-Dux igitur die V. Kl. Maii Ratisbona diſceſſit: ſicque Comitia quidem tum temporis finita, aſt, de propoſitis capitibus ne inchoata quidem fuit tractatio. 13) Dum igitur omnia ſe ad arma pararent, ex dictis Comitiis maiora fundamenta Vnionis Euangelicæ atque oppoſitæ Ligæ Catholicæ iacta fuerunt. Finitis enim iisdem, Aſchauſii apud Francos *am Odenwald*, Conuentum celebrarunt quidam Proteſtantes, ibique pro tuenda religione fœdus

10) KHEVENHILLER Tom. VII. pag. 272. *Dieweil der Churfürſt von Cœln, Ertzherzog Ferdinandt, und Hertzog von Braunſchweig zu Wienn waren, würdt in Donawerdiſchen Sachen erkandt, daß Hertzog Maximilian in Bayern die Statt ohn einige Exception in priſtinum ſtatum reſtituiren, und ihn die Vnkoſten ſo Er in Occupirung der Statt angewant, wieder gemacht werden ſolten, weilen aber die Vnkoſten noch nicht bezahlt, ſo bleibt die Statt auch noch des Herzogs.*

11) SPANHEIM Memoires p. 79. *Mais toutes les plaintes les Proteſtans furent inutiles & leurs remonſtrances vaines. La colluſion entre la Cour Imperiale & celle de Baviere fit, que les droits de l' Empire firent violez, & que l' vſurpation l' emporta ſur la raiſon.* I. P. artic. V. §. XII. decretum: *quod ad Ciuitatem Donawerdam attinet, ſi in proxime venturis Comitiis Vniuerſalibus in priſtinam libertatem reſtituenda eſſe indicabitur ab Imperii Statibus, eodem gaudeat Iure in Eccleſiaſticis & Politicis, quo cæteræ Imperii liberæ Ciuitates vigore huius Transactionis gaudent, ſaluis tamen quoad hanc Ciuitatem eorum, quorum intereſt iuribus.* Sed, cum Bauari ſumptuum reſtitutionem peterent, quibus ferendis vrbs par non eſſet, alii vero pro vrbis libertate nihil conferre vellent, manſit hæc vrbs ſub Bauari poteſtate, vsque ad prælium ad Schellenbergam. Reſtituta Imperio per Ioſephum, ſed Bauaris iterum per pacem Badenſem, fuit conceſſa.

12) CARAFA *p. 40.*

13) LONDORP *Tom. III. lib. XIV. pag. 819.* CARAFA *p. 40.* MASENIVS *lib. XXIII. p. 449.* LVDOLPH *lib. VIII. c. II.* Acta horum Comitiorum extant apud GOLDASTVM *Polit. Reichshandel p. XXII. p. 946.* LEHMANN *lib. II. c. LXXI. fin.* HELVICI *Theatr. Hiſtor. lib. V. p. 127. Hiſtorie der Religions-Beſchwerden p. I. c. III. §. IV.* MERC. BELG. *Tom. VII. lib. III. p. 55.* LONDORPIVM *Tom. I. c. VI. p. 37.* KHEVENHILLER *Tom. VIII. pag. 2.*

14) BEL-


image
not
available

honeſtam annuam contributionem ex iſtis prouinciis accipiat: Matthias in Bohemiam ſuccedat, ſi Rudolphus ſine liberis fuerit extinctus, Moraviæ etiam adminiſtratio ipſi ſtatim permittatur. In Comitiis Imperii proximis definiatur, quid Imperii Status ad bellum Turcicum debeant conferre. Matthias vero Tirolenſi Comitatui plane renuntiet. Quo facto, Regni Hungarici inſignia in caſtra Matthiæ ſtatim deferuntur. 18) Iſteque Presburgi d. 19. Nouembris 1608. ſolenni ritu, præſtito prius iuramento, 19) de ſeruanda iuſtitia, pace & Eccleſia, populoſque ſibi ſubiectos fideliter regendo & firmandis Iuribus Regni, fuit coronatus. 20)

§. XXII. Eodem tempore, dum Euangelicis per Auſtriam Statibus Lincii maxime & aliis in locis exercitium religionis, ſecundum Auguſtanam Confeſſionem, miniſtris in Eccleſia conciones publicas habentibus, reſtauraretur, Leopoldus quidem Archidux & Epiſcopus Paſſauienſis, Viennam profectus, cum Nuncio Pontificis Melino, Cardinale Forgatſio, & Viennenſi Epiſcopo, crebra apud Regem ſollicitatione, vt exercitium illud rurſus abrogaretur, templa occluderentur & conciones publicæ inhiberentur, mandatum impetrarunt. Res ea nouos ſtatim per Auſtriam motus, nouasque turbas peperit. Status enim Euangelici, habito conſilio, Regi nouo ſacramentum dare, & fidelitatis iuramento ſe obſtringere, vnanimi conſenſu, donec libertatem religionis obtinerent, recuſarunt, initoque fœdere, publicarum concionum, & Auguſtanæ religionis exercitium, cum vitæ fortunarumque omnium iactura aſſerere, & ab interdicto iſto vendicare ſtatuerunt, ſubditos ſuos omnes arma habere parata iubentes, vt poſtulante ita neceſſitate, vel triceſimus, vel decimus, vel quintus in bellum prodire poſſit. Miſſo etiam ad Regem libello ſupplice, cui centum & octuaginta Satrapæ nomina ſua dederant, reſponſi nihil acceperunt, ſed a propoſito ſuo recedere & iuramentum præſtare iubentur. Intercedentibus tandem Bohemis Moraviſque die XIX. Martii 1609. transactio inter Regem & Euangelicos Status, Leopoldo Archi-Duce, Nuncio Pontificis, Epiſcopo Viennenſi & aliis fruſtra repugnantibus, facta eſt, qua Religionis Exercitium proceribus paſſim in arcibus, pagis & caſtris, vt & in vrbanis ædibus pro ſe & ſuis fuit conceſſum. 21)

§. XXIII. Ineunte anno 1609. XXVIII. Ianuarii cum regni Bohemiæ Status Pragæ conuentum agerent, atque Religionis exercitium in vniuerſo regno liberum ſibi permitti a Cæſare modis omnibus efflagitarent, exhibitis aſſecurationis a Maximiliano Cæſare anno 1575. conceſſis litteris, quod non permittere velit, vt alicui in Bohemiæ regno vis aliqua ob religionis & conſcientiæ cauſſam inferatur. Sed Rudolpho non niſi communionem ſub vtraque concedere volente, Pontifici, plurimum agebant, vt Cæſarem contra ipſos concitarent. 22) Iſti vero exhibita in Comitiis ſolenni Proteſtatione, ſolutisque primo Aprilis die iisdem, diem ſibi in curia noua Pragenſi IV. Maii nominant, quo conuenirent, & de rebus ſuis deliberarent. Mittunt etiam legatos ad Matthiam Regem atque Imperii Status, qui pro ipſis intercederent. Sed, dum reſponſum non ferrent, in quo poſſent acquieſcere, III. Iunii die breue ſcriptum ad manus Cæſaris transmittunt, quo religionis libertatem denuo petunt: ſin ſecus, defenſionis negotium ſe eſſe ſuſceputuros, operamque daturos, vt militibus armisque inſtructi, & Regem ſuum quam optime poſſent, tueantur. 23) Intercedentibus tandem delegatis Saxonicis, mediante potiſſimum Balthaſare de Zuniga, legato Hiſpanico, accedente etiam multa argenti ſumma, in Comitiis denuo

omni vi abſtineret, ac ſupremi magiſtratus (nempe Cæſareæ Maieſtatis) cui ipſi non vno nomine obſtricti ſint, ſui ipſius ac vniuerſæ domus Auſtriacæ, quæ per inteſtinum hoc diſſidium in magnum & præcipitiſſimum diſcrimen vocaretur, rationem haberet. Inde facile licet coniectari, quid de Caraffæ ſententia ſit iudicandum, qui *p. 140.* ſic ſcribit: *Summo gaudio Proteſtantes intellexerunt Rodolphum, ac Matthiam, cæteroſque Auſtriacos inter ſe diſſidere, & ſicut iam pridem, ſic nouiſſime ſubit temporis, tum Auſtriacos ſuæ Religionis proceres, tum Mor.suos, ac Vngaros in conceptis ſeditionibus foouerunt, non alio fine, quam vt in Imperio liberi euaderent & tanto liberius poſſeſſis fortunis gauderent, aut alios a ſuis fortunis deturbarent.*

18) CONTIN. CHYTRAEI *p. 134.* Integri Pacis Tractatus inſeruntur, & in RECVEIL *Tom. III. p. 41.* apud du MONT *Tom. V. p. II. pag. 92. 95.* MERC. G. BELG. *Tom. VII. lib. III. p. 136.* LONDORP *Tom. III. lib. XIV. p. 829. 864.* LVDOLPH. *lib. VIII. c. II.* KHEVENHILLER *Tom. VIII. p. 8. ſqq.* SILHON *Miniſtre d' Etat Tom. II. diſc. VII. pag. 387.*

19) Duplex præſtitit iuramentum, vnum generale ante coronæ impoſitionem, alterum poſt eandem, vtraque habet KHEVENHILLER *Tom. VII. pag. 29.*

20) CONTIN. LONDORPII *Tom. III., p. 914.* MERC. G. BELG. *Tom. VII. lib. IV. p. 127.* Coronationis ſolemnitates deſcripſit CLAVD. MALINGRE *Remarques d' Hiſtoire p. 149.* & PIASECIVS p. 259. *In Vngaria autem initio huius anni* (errat in tempore) *Poſonii, permittente vt ſupra memorauimus, Cæſare Rudolpho, Matthias Archi-Dux eius germanus Regnum Vngariæ capeſſiuit, cum applauſu ſummo Vngarorum denominatus Matthias II. Rex Vngariæ, hocque nomine inſignita numiſmata aurea & argentea tunc circa illam ſolemnitatem in vulgus ſpargebantur.* Plenius vero ſolennia deſcribuntur a KHEVENHILLER *Annal. Ferdin. Tom. III. pag. 14. ſqq.*

21) CONTIN. CHYTRAEI *pag. 141. & 150.* LVDOLPH *lib. VIII. c. II. lib. IX. c. II.* LONDORP *Tom. III. lib. XV. p. 922.* Extant varia ſcripta apud MEYERVM *Land. ſtipul. Tom. I. p. 429.* Extat ipſe Receſſus apud LVNIGIVM *Cont. II. p. 76.* SCHADE *p. III. lib. XXXIV. p. 1396. Hiſtorie der Religions-Beſchwerden Tom. I. c. III. §. XLIII.*

22) CONTIN. CHYTRAEI *p. 149.* LVDOLPH *lib. IX. c. II.*

23) CONTIN. CHYTRAEI *p. 159.*

24) CON-

denuo Pragæ celebratis, die XI. Iulii Litteræ Maiestatis, quæ vocantur, a Rudolpho Cæsare fuerunt concessæ, quibus Statibus sub vtraque liberum Religionis Exercitium, Consistorium inferius, ius constituendi sacerdotes, atque Academia Pragensis fuit concessa. 24) Instabant etiam Silesii, & dum Bohemi copias suas, nisi concessa & ipsis religionis libertate dimittere nollent, & his per Diploma Pragæ XX. Augusti 1609. hæc libertas fuit concessa, desuper licet protestante Carolo Archi-Duce, Episcopo Vratislauiensi. 25) Iidemque per singulare diploma d. 26. Augusti 1609. obtinuerunt, quod Capitaneatus Silesiæ non nisi Principi indigenæ debeat conferri. 26) Non deerant tamen, qui hisce Maiestatis litteris obiicerent, Imperantibus minime conuenire, Religionis priuilegia & libertatem concedere, Imp. eo fuisse adactum, nec Episcopos, multo minus Papam consensisse, ideoque omnia esse inualida. 27)

§. XXXIV. Eodem anno 1609. postquam Io. Guilielmus, Dux Iuliacensis, Cliuensis atque Bergensis sine hæredibus die XXV. Martii fuisset extinctus. 28) Wolfgangus Guilielmus Comes Palatinus, Neoburgi sedem habens, patris Philippi Ludouici nomine Dusseldorpium magna celeritate venit, possessionem adprehensurus, quod idem tentat Stephanus de Hartfeld, Legatus Brandenburgici Electoris Io. Sigismundi. Cæsar autem missis ad Consiliarios Iuliacenses litteris, vti cum relicta defuncti Ducis vidua Rempublicam administrarent, & neutram partem in possessionem, donec de eorum iure plenius cognosceretur, admitterent, serio imperauit, 29) publicato etiam XIV. Maii edicto, omnes vt a vi abstineant, hortatur, eosque qui ad Ducatum possint prætendere, ad Iudicium aulicum vocat. 30) Plures autem in Ducatus successionem prætendebant. 31) Ioannes Sigis-

24) CONTIN. CHYTRAEI *pag. 167. 168.* LVDOLPH *lib. IX. c. II.* LONDORP *Tom. III. lib. XV. p. 952. 957.* Extant istæ Litteræ Maiestatis in Apologia Statuum Bohemicorum sub vtraque communicantium anno 1619. Germanice edita Lit. L. M. §. *XXVII.* THEATRO EVROPAEO *Tom. I. ad a. 1618. p. 4.* apud GASTELIVM *de Statu Publico Europæ cap. VI. §. 215. p. 334.* BELLVM *lib. II. p. 69.* GOLDASTVM *de R. Bohemiæ app. Docum. p. 140.* PFEFFINGERVM *Memorabilibus Sec. XVI. p. 276.* GOLDASTVM *Const. Imp. Tomo vno p. 533.* & latino sermone apud LVNIGIVM *Contin. I. pag. 122.* du MONT *Tom. V. p. II. p. 98. 115.* KHEVENHILLER *Tom. VII. p. 184.* qui earundem etiam Historiam exponit, atque tradit has litteras intercedentibus legato Hispanico atque Saxonico fuisse concessas. Facit huc etiam *Historica Relatio de Rebus in Bohemia inter proxima regni Comitia in negotio religionis gestis 1609. 4.* & varia scripta apud MEYERVM *Lond. suppl. Tom. I. p. 425.* vna cum ipsis litteris Maiestatis. SCHADE *p. III. lib. XXXIV. pag. 1458.*

25) CONTIN. CHYTRAEI p. 169. *interea Legatis Silesiis libertatem religionis Ordinibus istis permitti, summa contentione admitentibus, Status Bohemici militet suos, quorum prope Rogensanium lustrationem instituerant dimittere, donec petitioni Silesiorum satisfactum esset, modis omnibus, prolixo simul, quibus grauamina Statuum exposita erant, libello Cæsari oblato, recusarunt.* Idem p. 171. *Pragæ quoque Silesiorum Legati, similiter vt Bohemi, liberum religionis exercitium & aliorum Priuilegiorum confirmationem impetrarunt. Cautum etiam tum fuit, ne suprema, Capitaneatus vt vocant, dignitas, nulli posthac ecclesiastico persone concedatur; eoque munere tum Dux Münsterbergius, fuit cohonestatus, ac similiter, ne in Episcopum Vratislauiensem, post Caroli Archiducis Austriaci moderni Episcopi mortem, quisquam nisi Silesius aut Bohemus natione assumatur.* Extant hæ Litteræ Maiestatis Silesiis concessæ in THEATRO EVROPAEO *Tomo I. ad a. 1618. p. 10.* apud GASTELIVM *pag. 338.* BELLVM *lib. II. p. 70.* KHEVENHILLER *Tomo VII. p. 199.* SCHADE *p. 1478.*

26) Extat illud apud LVNIGIVM *p. Spec. Contin. Forst. I. p. 407.*

27) FREIBERGER *Germ. perturb. & restaur. p. III. disc. I.*

28) CONTIN. CHYTRAEI p. 160. *die vicesimo quinto Martii, Ioannes Guilielmus Dux Iuliacensis, Cliuensis, & Bergensis, intestino quodam morbo laborans, cum paulo ante, venatione fisse oblectasset, subitanea fere, sed placida tamen morte extinctus, magno cum subditorum dolore, & ob successionem, cum heredes post se nullos reliquerit, metu, obdormiuit.* PIASECIVS *pag. 259.* LVDOLPH *lib. IX. c. II.*

29) CONTIN. CHYTRAEI *p. 160.* LONDORP *Tom. III. lib. XV. p. 932.*

30) CONT. CHYTRAEI *p. 166.* LONDORP *p. 943.*

31) Schema successionis tale est:

Wilhelmus
Dux Iuliacensis & Bergensis
† 1511.
|
Maria nupta
Ioanni III. Cliuensi

Wilhelmus D. Iul. Cliu. Berg. † 1592.	Sibylla nupta 1425. Io. Friderico Saxoniæ Electori	Anna Amaliæ Henrici VIII. Angliæ Regis vxor, sed repudiata
Carolus Friderius † 1575.	Io. Wilhelmus † 1609.	Maria Eleonora, vxor Alberti Friderici Brand.	Anna, nupta Phinæo Ludouico Neoburgico	Mag-dalena, nupta Iustino Biponti-	Sibylla, Caro-lo Burgouiæ anni Mar-chioni
			Anna, nupta Io. Sigismundo El. Brandenburgico	Wolfgangus Guilielmus	e. matrim.

Prætensiones singulorum indicat BVRGOLDENSIS *ad Instrum. Pacis p. I. disc. XXXII.* STRAVCH *diss. Exot. X.* LVDOLPH *lib. IX. c. II.* PFEFFINGER *Memorab. sec. XVII. p. 287.* SCHWEDER *Theatro Prætens. illustr. lib. II. S. VII. cap. IV.* PVFFENDORF *lib. IV. §. I. sqq.* LIMNAEVS *I. P. lib. V. c. X.* GASTEL *de Statu publ. Europæ c. IX. n. 108.* CARAFA *p. 42.* KHEVENHILLER *Tom. VII. p. 201.* Singularia sunt, quæ EVERH. REIDANVS *Ann. Belgicis lib. IX. p. 232.* proponit, quod & patet Guilielmus, & filius Io. Guilielmus fuerit vecors. Et p. 235. *Ipse nonis Ianuarii mortalitatem Wilhelmus Cliniæ Dux implcuit, fexennio maior septuagenario. Cæterum extremi anni VI. & XX. in furore illi transacti, cum detrimento subditorum, qui*

Sigismundus equidem Electoꝛ Brandenburgicus in matrimonio habebat Annam, Alberti Friderici, Brandenburgici Marchionis & Boruſſiæ Ducis filiam, ex Maria Eleonora, quæ ſoror erat primogenita Io. Guilielmi defuncti, ideoque non ex iure repræſentandi ſolum, ſed etiam quod in pactis dotalibus Mariæ Eleonoræ a. 1572. factis, ſucceſſio ad eandem eiusdemque poſteros fuerit definita, extinctis ex Iuliacenſi linea maſculis. 32) Neque iſtas terras diuiſioni eſſe obnoxias, dum ex priuilegio Ferdinandi I. an. 1559. conceſſo, iſtæ terræ ſeparari nequeant, id quod etiam a Maximiliano II. & Rudolpho II. fuerit confirmatum. Alter erat Philippus Ludouicus, Palatinus, ex iure Annæ vxoris adhuc viuæ, quæ defuncti Io. Guilielmi ſoror erat ſecundo genita, atque extincta primogenita, ius prætendebat potius, maxime dum ex primogenita filius natus haut fuiſſet, ex Anna vero Neoburgici vxore ſuperſit Wolfgangus Guilielmus, qui ſuccedere debeat. 33) Inde Ioannis Bipontini vidua, Magdalena, quæ ſoror erat tertia. 34) Carolus Burgouiæ Marchio, quartam ſororem Sibyllam habebat in matrimonio, qui non tam vniuerſum Ducatum, ſed quod ius Primogenituræ locum non habere putarent, ex æquis partibus terras diuidi poſtulabant, licet poſtea iura ſua Neoburgico ceſſiſſent. 35) Quintum inter prætendentes locum occupabat Saxoniæ Electoꝛ Chriſtianus II. Ducesque vtriusque lineæ. Albertina equidem linea iura ſua exinde repetebat, quod Fridericus III. Imp. Græcii XVI. Iunii 1483. Alberto Animoſo in compenſationem meritorum impenſarumque expectatiuam conceſſerit in Iuliacenſem atque Bergenſem Ducatum, ſi Wilhelmi Iuliacenſis poſteritas maſcula fuerit extincta, 36) quod etiam Maximilianus I. Fallaizni XVIII. Septembris 1486. indeque in Comitiis Wormatienſibus VIII. Septembris 1495. confirmauerit non ſolum, ſed etiam ad Erneſtum, Alberti fratrem, eiusdemque poſteros extenderit. 37) Mortuo equidem ſine virili prole a. 1511. Guilielmo Iuliacenſi, terras ipſius Carolum V. Ioanni Cliuenſi,

Principis ac deſcnſoris exſortes, grauiter a bellantibus vtrimque Belgis vexati: dein ab indigenis ipſis, impune nonnullis priuatum quæſtum ſectantibus. Defuncto Duce, aperte eorum, qui ad Hiſpanum inclinabant conatus erupere, & captata gentis dominatione Ducis generos, qui Auguſtana ſacra amplectebantur, exuere imperio adnixi ſunt. Qua ratione Senatus Cliuenſis futioſo Io. Guilielmo Duce, Hiſpano terras ſubiicere voluerit, tanquam validiſſimo Pontificiæ religioni, & Senatus auctoritati tutandæ & occultæ iis cum Archi-Duce fuerit conſcientia, atque Ducis vxori primæ Badenſi noctu fauce laqueo fuerint præcluſæ, idem narrat *lib. XIV. p. 390.* Idem Ann. lib. XIII. p. 356. *Illud notabile, quod Britannus medicinam Amſtelodami exercens, menti ſe Ducem redditurum profeſſus erat, ſi Numen arti aſſtraret: dederatque ſpecimina ſcientiæ ſuæ, ad ſanitatem ea in vrbe renocatis furioſis aliquot hominibus. Quis primo ſanguinis, quantum vlla ratione liceret, elicuerat; dein ingeſto puluiſculo ſomno, per dies noctesque aliquot prohibebat. Et a Cancellario ac Senatu promiſſa XX. florenorum millia: & donec viueret, duum millium in annos ſingulos ſtipendium, ſi deſtinata perficeret: Sed experimentum Scientiæ in aliis ab eo dari poſtulabant. Non defuit ille, ac adoleſcentem domo nobilem (Weſtenningio nomen erat) ad mentem, qua captus erat, reduxit. Nihilominus abſurdæ adeo conditiones a Cancellario, ac Senatu propoſitæ, vt quæcumque Duci præberet, ipſe præliberet, vt artem cum Ducis medicis communicaret, aliaque id genus, quaſi deterrere hominem, nec Principi ſuo plus mentis vellent.*

32) Pacta dotalia extant apud TESCHENMACHER *n. 130.* idem ſuccedendi Ius Mariæ Eleonoræ, eiusdemque poſteris in pactis dotalibus Annæ a. 1574. denuo confirmatur *n. 131.* Faciunt huc etiam *Diſcurs von dem erbermlichen und hochſtbeſchwerlichen Zuſtand, darinn ſich die Fürſtenthumb Iülich, Cleue und Berg befinden, 1617. 4.* NICOL. von LANGENBERGH *Ausfuhrlicher Diſcurs von der Gülichiſchen Landen und Leuten hochſtberuhrten Zuſtand Cleue 1617. 4.* ANGELI de FOENIS *Diſcurſus Hiſtorico-& Politico-Iuridicus de vera Iuliacenſium & Cliuenſium ſucceſſione, Francofurti 1515. 4. Vnpartheiſcher Diſcurs vom Gülichſchen Succeſſions-Weſen ſambt angeheffter Genealogie 1609. 4. Diſcours ſommaire & veritable ſur le ſuiet des Pais de Cleues & Iolliers preſenté au Roy par Iean George Comte de Hohenzollern, Ambaſſadeur de l' Empereur, à Pont a Mouſſon 1609. 4.* KLOCKIVS *Tom. I. conſ. VII.* GRAMONDVS *lib. I. pag. 13.* METERANVS *lib. XXIX.* Sic etiam apud MEYERVM *Lond. ſuppl. Tom. I. p. 467.* varia ſcripta huc facientia continentur. De his LONDORP *Tom. III. lib. XV. p. 936.* SPENER *Op. Herald. p. ſpec. lib. I. c. XIII. §. VIII. IX. X.* PVFENDORF *Hiſt. Brandenb. lib. IV. §. I.* RHETIVS *de prærogatiua inter perſonas illuſtres.* ERASMI SEIDELS *Gerechtigkeiten des Hauſes Brandenburg. Synopſis vniuerſalis ſucceſſionis Elect. Brandeburg in Duc. Cliuiæ Iul. &c.* Facit huc etiam *Diſcurſus vtcunque Iuridicus Prætenſionis Brandeburgicæ.* RENSCHENS *Brandenburg Cedernhayn p. 93.* CASPAR ABELS *Brandeb. Staats-Hiſtorie p. II. c. VI.* SCHADE *p. III. lib. XXXV. p. 1503. ſqq.*

33) LONDORP *pag. 933.* Faciunt huc potiſſimum IOANNIS IVLII MONTENSIS (ſub quo Melchiorem Voets, conſiliarium Palatinum latere dicit PLACCIVS *de Pſeudonymis n. 1814.*) *de ſucceſſione Iuliacenſi diſcurſus V. Francofurti 1617.* quorum *Primus vtcunque Iuridicus* prætenſionis Brandenburgicæ quaſi fundamenta continet, a quodam Brandenburgico in lucem editus. Secundus *vere Iuridicus* Brandenburgicæ aſſertionis refutationem complectitur, auctore Io. Iulio Montenſi. Tertius ſub nomine *Apoloxeos*, Brandenburgicæ ſententiæ defenſionem latius vindicat, eodem incerto Brandenburgico autore. Quartus ſub nomine *Apologiæ, illuſtrium filiarum Iuliacenſium*, potius & melius ius eſſe, quam Sereniſſimæ Dominæ Electricis Brandenburgenſis, demonſtrat. Quintus *aſſertionem Neoburgicam* & prioris refutationem complectitur.

34) Extat *klarer Bericht was maſſen Frau Magdalena Pfaltz-Græffin bey Rhein vor ſich und ihre Mannliche poſteritat zu denen Iülich-Cleuiſch- und Bergiſchen Landen berechtiget ſey 1609. 4.*

35) SPENER *lib. III. c. XXVII. §. XXVIII.* LVDOLPH *c. l.* Hodiernus Dux Bipontinus Guſtauus Samuel Leopoldus hæc iura ſua a. 1727. apud Cæſarem denuo demonſtrauit REICHSFAMA *Tomo I. pag. 229.* & Palatinus Sultzbacenſis *Tom. II. pag. 351.*

36) Extat iſta Expectatiua apud LVNIGIVM *p. ſpec. ſect. IV. p. 14.* TESCHENMACHER *n. 95.*

37) Extat Diploma illud apud LVNIGIVM *c. l.* Idem p. 31. exhibet atteſtatum de a. 1512. quod Saxoniæ Duces poſt mortem Io. Guilielmi inueſtituram de dictis terris petierint.

38) STRAV-

uensi, ne Gallis accederet, confirmasse, saluo tamen vtriusque partis iure. 38) Interim expectatiuam istam nihilominus a Maximiliano II. & Rudolpho II. fuisse confirmatam. Ex eiusdem igitur Expectatiuæ iure, non solum Ernestina linea, sed etiam ex pactis dotalibus inter Io. Fridericum Saxoniæ Electorem, atque Sibyllam Cliuensem a. 1526. initis, successionem petebat, quæ his conditionibus concluſa, vt si Ioannis masculæ posteritas deficeret, Cliuensis æque & Iuliacensis penes Saxones esset hæreditas, quæ etiam ab Ordinibus dictorum Ducatuum Prouincialibus fuerunt confirmata. 39) Dum autem Ioanni filius natus esset Guilielmus, hic ducta Ferdinandi filia, a soceri fratre Carolo V. a. 1546. impetrauit, vt masculis non amplius existentibus ad fœminas etiam successio pertineret, 40). id quod a Maximiliano II. Imp. a. 1566. fuit confirmatum. 41) Carolus Gontzaga Niuersiensis Dux maternum genus ducebat ab Engelberto, Cliuensi Comite. Henricus Dux Bullionensis Comitatum Marcanum petebat, eo quod genus maternum duceret ab Engelberto III. Comite. Ernestus vero Comes de Manderscheid etiam paternum genus ducebat ab Engelberto II. Marcano Comite, ideoque agnationis iure successionem petebat. Licet vtrique pares se haut videntes, ſtatim renuntiarent. 42)

§. XXXV. Variis postea vicibus de componendo inter Brandenburgicos & Neoburgicos negotio, Homburgi primum, arce Wirgensteinensi, arbitro Mauritio Hassio, fuit tractatum, sed dum nihil proficeret, nouus conuentus Tremoniæ vlt. Maii 1609. fuit celebratus, ibidemque indefesso Mauritii studio XX. Iunii conuenit, vt communi nomine vsque ad plenariam tractationem dictæ terræ administrarentur, subditi in fidem acciperentur, communi consilio omnia agerentur, vsque dum omnis controuersia vel amicabili compositione, vel per compromissum etiam fuisset decisa, saluo tamen reliquorum Prætendentium iure. 43) Post hanc tractationem, prædicti Principes Düsseldorpium profecti, & in vrbem, quorundam, qui ciues & milites ad Principum partes iam traduxerant, opera, inuitis plerisque veteribus consiliariis intromissi sunt. Inde Prouinciæ Comitia Dusseldorpii fuerunt celebrata, protestante licet Cæsare, & de statu Prouinciæ ordinando deliberatum. 44) His durantibus controuersiis, Imp. Leopoldum, Ferdinandi II. fratrem Archiducem, Argentinensem & Passauiensem Episcopum, tanquam Commissarium Iuliacum misit, qui vsque dum controuersiæ de successione componerentur, sequestrum ageret, dum Principem Austriacæ domui aduersum ad harum terrarum successionem nollet admitti. 45) Verum, his non obstantibus, Palatinus Neoburgicus, adsumto Comite Solmensi, loca fere omnia Ducatus Iuliacensis perlustrat, sumtoque a subditis fidelitatis iuramento, possessionem adprehendit, maxime, dum a Gallorum rege exercitus ad fines Geldriæ esset destinatus, vt exigente ita necessitate, Neoburgico & Brandenburgensi accederet, Belgis etiam Fœderatis omnem opem promittentibus. 46) Inde Halæ Sueuorum Recessus iste Tremonienſis non confirmatus solum fuit & declaratus XXVII. Ianuarii 1610, 47) sed etiam XI. Februarii cum Gallorum Rege Henrico IV. pro terris istis conseruan-

38) STRAVCHIVS *Diff. X. §. XII.* LONDORP *Tom. III. lib. XV. p.* 96.

39) Extant ista pacta dotalia apud LVNIGIVM *c. l. p.* 31. TESCHENMACHER *n.* 106. Litteræ vero Ordinum Prouincialium *p.* 41. Confirmata ista fuerunt a. 1544. a Carolo V. & Ferdinando I. LVNIG *p. spec. sect. IV. p.* 54. Adiectæ etiam hæ litteræ sunt *Ausführlicher wohl gegründten Deduction des Chur und Fürstlichen Hauſes Sachſen an den verledigten Fürſtenthümern Gülich, Cleue und Berg, Leipzig* 1609. 4. Cum vero contra hoc scriptum prodiret *Refutatio Deductionis Saxonicæ*, prodiit *Sæchſiſche Apologie, Leipzig* 1610. 4. Contra Saxones etiam prodiit *kurtzer aber wohlgegründeter Special-Bericht von dem vermeynten Interesse, deſſen ſich das Chur- und Fürſtliche Haus Sachſen bey den Iuliechiſchen, Cleuiſchen und andern darzu gehörigen Landen rühmet, Cölln* 1610. 4.

40) Extat Diploma apud LVNIGIVM *p. spec. Cont. II. p. IV. sect. XVI. p.* 409. *& pag.* 411. TESCHENMACHER *Annal. Cliuenſ. Cod. Diplom. n.* 117. Priuilegium vnionis dictarum terrarum a Ferdinando a. 1559. concessum vna cum Maximiliani II. confirmatione a. 1566. *p.* 417.

41) Extat hæc confirmatio apud LVNIGIVM *p. Spec. Contin. II. p.* 417.

42) KLOCKIVS *p. I. conſ. VII. n.* 100. GRAMONDVS *lib. I. pag.* 14. LONDORP *T. III. lib. XV. p.* 942.

43) LONDORP *Tom. III. lib. XV. pag.* 943. LVDOLPH *lib. IX. c. II. §. XLII.* Extat Recessus Tremonienſis apud LVNIGIVM *p. ſpec. p. III. ſ. III. p.* 69. du MONT *Tom. V. p. II. p.* 103. Idem postea Halæ Sueuorum d. XVII. Ianuarii 1610. fuit confirmatus, apud eundem *p.* 74. & in RECVEIL *Tom. III. p.* 47. apud MEYERVM *Lond. ſuppl. Tom. I. p.* 481.

44) CHYTRAEI CONT. *pag.* 171. LONDORP *p.* 944.

45) MEMOIRES DE LOVISE IVLIANE *p.* 79. *Les Princes & Eſtats Proteſtans entreprindrent la defenſe des droits de l' Electeur de Brandebourg, & du Comte Palatin de Neuhourg, voyans que la Maiſon d' Auſtriche ſe bandoit à l' encontre d' eux, pour les en deſpouiller ſans ſuiet. De fait l' Archiduc Leopold ſe rendit incognito, à Iuillers, & en print poſſeſſion. Le pretexte en fut qu' il gouverneroit ces Eſtats par proviſion, comme Commiſſaire Imperial, iuſques à ce que l' Empereur euſt cognu du different des pretendants. Mais par effect on taſcha d' en accommoder quel qu' un des Princes de la Maiſon d' Auſtriche & d' en fauoriſer les affaires des Archi Ducs au beſoin, aux Eſtats desquels ce voiſinage eſt fort important.* Immo consilia tunc fuisse de vindicandis hisce prouinciis domui Austriacæ, patet ex LEVINI von VLM, Vice-Cancellarii Imperii consultatione apud LVNIGIVM *Sciectis Scriptis p.* 14. quæ a 1718. & 1717. integra iterum prodiit.

46) CONT. CHYTRAEI *p.* 169. LONDORP *p.* 971. LVDOLPH *n.* 49. MEYERI *Lond. ſuppl. Tom. I. p.* 485.

47) Extat Tractatus iste in RECVEIL *Tom. III. p.* 58. apud du MONT *Tom. V. p. II. p.* 121.

48) Extat

seruandis fœdus fuit conclusum. 48) Coloniæ equidem a. 1610. tum institutus fuit partium conuentus, reconciliatio etiam vtrinque tentata fuit, & vti Principes ex possessione cedentes, omnia in pristinum, quo tempore mortis Io. Guilielmi Ducis fuissent, statum, restituerent, postulantibus, Principum vero delegatis id non modo acceptare recusantibus, sed & Iuliacensis arcis traditionem sibi fieri, modis omnibus vrgentibus. 49) Et licet Cæsar variis mandatis Principes vt cederent possessione, hortaretur, isti tamen adpellantes a Cæsare male informato ad melius informandum, eandem, Gallorum Belgarumque ope, Saxonibus licet intercedentibus, tuebantur. 50) Eodem anno 1610. Maio mense, Pragæ, in conuentu Principum quorundam & Electorum, de compositione causse Iuliacensis fuit deliberatum, ibidemque certi constituti fuerunt Cæsaris Commissarii, qui vna cum quibusdam Imperii Principibus causam diiudicarent. 51) Interim Mauritius Nassouicus Gallico & Belgico milite die XXII. Augusti 1610. Iuliacum deditione capit, Principibus etiam possidentibus restituit. 52) Ad conuentum vero V. Septembris Coloniæ indictum venerunt Io. Suicardus Moguntinus, Ernestus Colonien sis, Electores, Maximilianus & Ferdinandus, Austriæ Archi Duces, Henricus Iulius, Dux Brunsuicensis, Ludouicus, Hasiæ Landgrauius, vna cum Alberti Austriaci legatis, Cæsaris vero erant Commissarii Lotharius, Treuirensis Elector, & Io. Georgius Comes Hohen-Zolleranus. Hi facta propositione, Principes possidentes, vt iudicio se Cæsareo submitterent, postulabant. His vero recusantibus, sine fructu fuit discessum. 53) Accedebant istis postea Euangelicæ Vnionis Principes, idque publico scripto profitebantur. 54) Dum autem Saxoniæ Elector Ducesque in possessionem simul admitti peterent, die XXI. Martii 1611. conuentus Iüterboci fuit institutus, præsente Io. Sigismundo, Brandenburgico Electore. Medii tunc Principes erant Christianus, Brandenburgicus Marchio, & Hassiæ Landgrauius Ludouicus. Aderant præter hosce, Ioachimus Ernestus, Marchio Brandeburgicus, Mauritius, Hassiæ Landgrauius, & Christianus Princeps Anhaldinus, qui tamen & ipse Neoburgico non consentiente, effectu fuit destitutus. 55) Saxones autem iura sua titulo, insignibus, inuestitura, continuatoque in Aula Cæsarea Processu, integra adhuc conseruant. 56)

§. XXXVI. Circa eadem tempora, mortuo IV. Septembris 1610. Friderico IV. Palatino, suborta fuit controuersia de Tutela Electorali, cum Elector iste, præterito proximo adgnato, Philippo Ludouico Neoburgico, Ioannem Iuniorem Bipontinum filio suo Friderico V. adhuc impuberi testamento scripsisset tutorem, qui etiam consentiente Rudolpho II. per decretum XX. Iulii 1611. & Collegio Electorali, in possessione fuit confirmatus, vsque dum aliter vel lege vel transactione lis componeretur. 57)

§. XXXVII.

48) Extat Tractatus ille in RECVEIL *Tom. III. p.* 62. apud du MONT *c. l. p.* 135.

49) LONDORP *pag.* 987. KHEVENHILLER *Tom. VII. p.* 292.

50) LONDORP *p.* 980. LVDOLPH *lib. II. c. II. n.* 12.

51) CONT. CHYTRAEI *p.* 180. LVDOLPH *lib. X. c. II. n.* 10.

52) CONT. CHYTRAEI *p.* 186. LVDOLPH *lib. X. c. II. n.* 9. de hoc: *eXpVgnat IVLIe robVr VI MaVrItIVS DVX.* MASENIVS *Ann. Treuir. p.* 451. 452. GRAMONDVS lib. I. p. 13. *Vtcumque res, certum est, flatim ab excessu Henrici in Leopoldum arma conuersa, peditumque decem millia in id bellı traducta in Germaniam, duce Mareschallo Castraeo cui negante Alberto per Luxemburgos iter, praterlecta Campania Metis via fuit Iuliacum.* CONT. CHYTRAEI *p.* 185. PIASECIVS *p.* 269.

53) Extat de hoc Conuentu Colonien si vernaculo sermone *wahrhafftige Relation* apud MEYERVM *Lond. suppl. Tom. I. p.* 553. LVDOLPH *n.* 13. PIASECIVS *p.* 269. MERCVRIVS GALLO BELGICVS *Tom. VIII. lib. IV. pag.* 9. *sqq.* Fusius LE VASSOR *lib. I. p.* 8. SCHADE *p. III. lib. XXXV. pag.* 1551.

54) Extat *Gemein Ausschreiben der Vnirten Euangelischen Churfürsten, Fürsten und Stände des Heiligen Reichs, aus was Vrsachen sie sich miteinander in ein engere Verain und Correspondentz zu begeben, und den beiden possidirenden Fürsten, in den Gülichischen Fürstenthumben, Land und Herrschafften die hülffliche Hand zu bieten bewogen worden,* apud GOLDASTVM *Polit. Reichshandel p. XXVI. p.* 1063. PIASECIVS *p.* 276.

55) LVDOLPH *lib. XI. c. II. n.* 3. 4. Quæ circa hunc Recessum Iüterbocensem acciderint, exponit MVLLERVS *Ann. Sax. ad a.* 1511. Ipsa quoque Anna, Io. Sigismundi, Brandenburgici Electoris VXOR, contra eundem protestabatur. De eodem agit IO. CERNITIVS *Hist. Electi. Brandenburg p.* 15. Extat Recessus in RECVEIL *Tom. III. p.* 81. & apud MEYERVM *Lond. suppl. Tom. I. pag.* 631. & LVNIGIVM *p. spec. fœd. II. pag.* 135. du MONT *Tom. V. p. II. p.* 162. PFEFFINGER *Memor. p.* 372. MERC. G. BELG. *Tom. IX. lib. I. p.* 1. SCHADE *lib. XXXVI. p.* 1594.

56) Sic Christianus II. XXVII. Iunii 1610. de his terris Pragæ a Rudolpho II. Imp. communi nomine fuit inuestitus MVLLER *Ann. Sax. pag.* 254. Extant litteræ inuestituræ apud LVNIGIVM *p. spec. fœd. II. p.* 131. Litteræ inuestituræ Matthiæ Imp. de a. 1613. *p.* 143. Ferdinandi II. a. 1621. *p.* 160. Ferdinandi III. a. 1638. *p.* 165. Sic etiam a reliquis Imp. de iisdem terris fuerunt inuesti ti.

57) PARAEVS *Hist. Palat. p.* 369. Causam tutelæ testamentariæ defendit DIONYSIVS GOTHOFREDVS & MARQVARDVS FREHERVS. Pro legitima vero tutela egerunt GEORGIVS CLEMINIVS, IO. ZESCHLINVS & CHRISTOPHORVS GEWOLDVS, cuius scripta controuersa cum FREHERO reperiuntur in Repræsentatione Reipublicæ Germanicæ. Plenius de his scriptis egi in *Bibliothecæ iuris cap. XIV. §. XXII.* Adde Dominum a LVDEWIG *Erlauterung der G. B. p.* 72. *Pfeltzische Kirchen-Historie cap. IX. §.* 11. MERC B. G. *Tom. VIII. lib. IV. p.* 48. *Tom. IX. lib. I. p.* 85. LVDOLPH *lib. X. c. I. n.* 48. Varia Acta publica tutelam hanc testamentariam concernentia reperiuntur in MEYERI *Londorpio suppl. Tom. I. p.* 264. 284. 399. 614.

KHEVEN-

§. XXXVII. Dum vero ſæpius de Religionis grauaminibus conqueſti fuiſſent Status Euangelici, 58) qui mutuis inter ſeſe litteris agentes, *die Correſpondirende* dicti fuerunt, cauſſam potiſſimum promouente Friderico IV. Palatino, 59) anno 1609. etiam Chriſtianus, Princeps Anhaltinus, vna cum Ludouico Camerario, Principum Statuumque Proteſtantium nomine ad Cæſarem legatus Pragam veniſſet, Donawerthæ reſtitutionem in ſtatum priſtinum petens, laboranti iuſtitiæ ſubueniri, pacem religionis confirmari, proceſſum aulæ emendari, in Senatorum & Conſiliariorum Collegium Proteſtantes etiam cooptari. Auditus tum quidem Princeps & liberaliter habitus fuit, ſed cum ſpe conſultationis quam primum de illis inſtituendæ certiſſima, fuit dimiſſus. 60) Dum igitur medela horum grauaminibus nulla adferretur, Catholici iamdum de Liga cogitarent, 61) cauſſa etiam Iuliacenſis accederet, ineunte anno 1610. conuenerunt Halæ Sueuorum de rebus maximis deliberaturi Electoris Brandenburgicus cum fratre ſuo, Epiſcopo quondam Argentoratenſi, Ioannes Princeps Bipontinus, Philippus Ludouicus Palatinus Neoburgenſis, Ioachimus Erneſtus, Marchio Onolsbacenſis, Ioannes Fridericus, Dux Würtenbergenſis, Georgius Fridericus Marchio Badenſis, Chriſtianus Anhaltinus & Comites perplures & Ciuitatum quindecim delegati, qui inſtante potiſſimum Henrico IV. Galliarum Rege, 62) *Vnionem* inter ſe in communem cauſſam, conſtituto Chriſtiano Anhaltino Duce, facientes, *die Vuirten Stænde* vocari voluerunt, idque publicis non ſolum

XHEVENHILLER *Tom. VII. p.* 282. 408. & potiſſimum Cl. IO. DAVID KOELERVS *de Friderico V. §. IV.* qui etiam ſcripta huc facientia prolixe recenſet.

58) Coniunctim prodierunt eiusmodi ſcripta, quibus hæc grauamina continentur, ſub. titulo: *Hochwichtige und denckwürdige Copien und Schrifften, ſo kurtz verſchiner Zeit, zwiſchen dem Rom. Keyſer Rudolpho II. und etlichen Churfürſten, Fürſten, Stadten, Craiſ-Stænden abgelofſen, Ingolſtadt* 1618. 4. Extant etiam apud LONDORPIVM Actis Publicis *Tomo I. p.* 64. & MEYERVM *Lond. ſuppl. Tom. I. p.* 154.

59) Faciunt huc verba IAC. MASENII *Ann. Treuir. lib. XXIII. n. LXVI. p.* 481. de Liga, licet nimis iniuriosa: *fuit hæc oppoſita præcipue vnioni Proteſtantium qui vitato confœderationis titulo ſe Correſpondentes vocabant & ſub ſpecioſo titulo libertatis defendendæ (qualis plerumque rebellium eſſe ſolet) iam ab anno huius ſeculi quarto conſpirare cœperunt, & ſenſim alios atque alios huic conuirationi vel inuexos, vel ſuffragatores adſciere. In his primipilares erant Calumniæ, quibus alii ſupra recenſiti, Germaniæ Principes cum Ciuitatibus plerisque Proteſtantium liberis acceſſerunt: tum vero ſolicitati Reges Angliæ, Daniæ, Sueciæ, Dux Tranſſlvaniæ, Proceres Regni Bohemiæ & Hungariæ, Statuſque Hollandiæ. denique angebat animos ſpes magna in Rep. Venetã, & Rege Galliarum collocata. Primum in Germania huius factionis caput erat Fridericus IV. Electior Palatinus, quod ipſius haud multo poſt mortui elogium, velut dignum tanto Principe, Heidelbergæ in Baſſilica Spiritus marmoreo inanatum ſepulchro ad poſteritatis memoriam ſuperesſe voluerunt. Sic enim in Epitaphio legitur: Fridericus IV. D. G. Comes Palatinus Rheni: Dux Bauariæ, S. R. I. Archi-Dapifer & Princeps Electior, qui Vnionis pro libertate & religione apud Principes Imperii prima fundamenta iecit.*

60) LONDORP *Tom. III. lib. XV. pag.* 960. BELLVS *lib. I. p.* 4. CARAFA *p.* 41. Extant ea, quæ cum Chriſtiano Pragæ fuerunt acta, in LONDORPII *Actis Publicis Tom. I. p.* 81. *ſeqq.*

61) LEO van AITZEMA in Saeken van Staet en Oorlogh I. D. pag. 29. *Ick weet wel dat die van d' Unie ſuſtineeren dat de ſelve Catholicque ligue alrede geformeért was eer d' Unie ghemaeckt wiert. Maer uyt de gemelte inſtructie van Boyſſé kan men het regendeel afnemen: inde Woorden meme pour affoiblir La Ligue que let dits Princes Catholiques d' Alemaigne pourſuivent. Dat is: om te verſwacken de Ligue daer de Catholiche Princen om arbeyden: ergo nogh niet ghemaeckt. Item, daer na ſeydt by dat ſelve Ligue ſoude zyn fort avancée: Seer gevordert; ergo nogh niet gemackt. Item daer na geeſt by laſt aen Boyſſé om ſich t' informeeren en quels termes la dite Ligue Catholique & de quels Princes elle eſt compoſée. Item que le Duc de Baziere en devoit eſtre le Principal chef. Ergo onſeeker: dienvolgens vrgedaen: want yets dat onder ſoo veel perſonen Princen ende Hoofden geſtheeden moſt, konde niet verhohlen blyven. Alſoo ook geen Catholyck Prins in Duytſland op de Gulick, Cleef ende Berghſche Landen pretendeerde. Maer alleen Keyſer Rudolphus Ratione officy: naedemaelook de Catholycke Furſten ſelfs, als ſo. louxvan den Ooſtenryckse macht (gelyk na den hant Beyern ſelf wel herſt tekennen gegeven, ende in der daet getoont) nit geneigen waren om den Keyſer nog grooter te macken als by was: ſoo iſſet ſeer te prefumeren, dat de Catholiike Princen hae hebben te ſamen ghedaen ingevolge ende uyt jalouſie van d' Unie der proteſterende.*

62) MEMOIRES DE LOVISE IVLIANE p. 80. *Ceſte Seconde entreprinſe ſervit à l'eſtreindre l' Vnion des Princes & Etats Proteſtans en Allemagne, pour ſe garentir d' oppreſſion. C' eſt eſtabliſſement a eſté reproché avec aigreur à la Maiſon Palatine par ſes ennemis, comme un attentat hardi, & une menée pleine d' audace: & elle a eſte criminaliſée pour ce ſujet, dedans & dehors l' Empire. Mais outre ce que ceſte conjonction eſtoit innocente, & permiſe par les lois de l' Empire & n' avoit autre but que la conſervation de ceux, qui leur foibleſſe expoſoit ſeparement a la violence de leurs ennemis, ceux la ſe ſont equivoquez, qui en ont attribue le Principe à la Cour Palatine, pour en groſſir le voëlle de ſes crimes pretendus. A y en a eu meſmes des Eſtrivains qui ont eſté aſſez hardis, que de charger le feu Roy de Bohemе, d' avoir formé ce corps, pour en eſtre eſpaulé en ſon deſſein d' arracher la Couronne à l' Empereur. Qui eſt une hapelourde ſignalée, veuque ce deſſein fut projetté l' an* 1608. *le 4 May a Ahuſen, au Marquiſat d' Anſpach, avancé a Rotenbourg, & conduit à chef à Halle en Suabe l' an* 1609. *lors que ce Prince n' avoit pas encore achevé la treiziesme année & n' avoit aucune part es affaires, le Prince Electeur ſon Pere eſtant encor plein de vie. Joint qu' il n' y eut aucun de la part de la Maiſon Palatine, qui euſt charge de faire ce projet, qu' on ſcait eſtre uſé dans une communication toute particuliere du Marquis Ioachim Erneſt d' Anſpach, de la Maiſon de Brandenbourg, & du Prince, Chriſtian d' Anhalt. Et s' il y a aucun Prince, qui ait eſté le premier moteur de ce deſſein, ſa eſté le Roy Henry le Grand, de glorieuſe memoire, qui a ſouvent conſeillé aux Princes Proteſtants de ſe joindre en corps, pour ſe ſouſtenir les uns les autres en cas d' oppreſſion. Point que la Maiſon Palatine n' avoit*

lum litteris, ſed etiam miſſo ad Cæſarem ſcripto demonſtrarunt. 63) Mittebat ad hunc Conuentum Henricus IV. Galliarum Rex legatum ſuum Boiſiſſe, qui etiam cum vnitis fœdus faciebat, ab ipſo Rege d. 23. Februarii 1610. Pariſiis confirmatum. 64) Ex hoc conuentu d. 27. Ianuarii 1610. litteras mittebant ad Imp. Grauamina ipſorum exhibentes, quod Donawertha nondum fuerit reſtituta, Proceſſus aulici nondum aboliti, minas addentes, ipſos excuſatos fore, ſi his medela non afferatur, ſi tandem neceſſitate adacti, arma ſumſerint. Sic etiam in hoc conuentu de cauſſa Iuliacenſi ſuſcipienda fuit deliberatum. 65) Licet iſta vnio Saxoniæ Electori & Principibus Lutheranis minus placeret. Quare etiam Chriſtianus II. Saxoniæ Elector, Henricus Iulius Brunſuicenſis & Ludouicus, Haſſiæ Landgrauius, Pragæ d. 22. Iulii 1610. ſingularibus litteris Norinbergenſes, Vlmenſes, atque Argentoratenſes dehortarentur. 66) Licet Chriſtiano II. Electori hæc Vnio tanto minus placeret, quod iſta Brandenburgico Electori in cauſſa Iuliacenſi faueret. Belgæ vero Vnioni accedebant. 67) E contrario Suicardus Moguntinus, Lotharius Treuirenſis, & Ernestus Colonienſis Electores, Conſluentiæ primum conuenerunt; poſt, adiunctis ſibi aliis, ex parte Catholicorum, potiſſimum Principibus Statibusque quam plurimis, conuentus Herbipoli fuit celebratus, & poſtquam in communionem illius fœderis Epiſcopi, Wormatienſis, Spirenſis, Argentinenſis, Baſilienſis, Oſnabrugenſis, Bambergenſis, Herbipolenſis, Eiſtatenſis & Auguſtanus: Abbates vero, Fuldenſis, Campidonenſis, & alii, denique Magnus Magiſter Equitum Teutonicorum fuiſſent adducti, Liga Catholica fuit conſtituta, ſocii dicti die Ligiſten, caput Ligæ deſignatus Dux Bauariæ. 68) Finitis autem illis vtriusque partis conuentibus, copioſus paſſim exercitus in Germania, Gallia, Anglia & vnitis prouinciis Belgicis pro Brandenburgico & Neoburgico Principibus, in Bohemia vero, Italia & locis aliis pro Leopoldo Archi Duce conſcriptus

aucun intereſt particulier de pouſſer ceſte affaire, eſtant aſſez à couuert en ce temps la par ſa Puiſſance, & par ſa reputation. Il eſt certain, qu' aprés que ce corps auoit eſté formé, la direction en fut deſcrée a l' Electeur Palatin Frederic IV. a cauſe du rang qu' il tenoit en l' Empire.

63) CONT. CHYTRAEI *p.* 177. LVDOLPH *lib. X. c. II. n.* 28. 36. PVFENDORF *Rer. Suec. lib. I.* §. *XVIII.* Status qui vnioni ſubſcripſerint, recenſentur apud LONDORPIVM *A. P. Tom. I. lib. I. c. XV. XVI. p.* 87. METERANVS *lib. XXIX. p.* 582. HELVICVS *lib. V. p.* 132. Extat declaratio Statuum Vnitorum & ipſa vnio in RECVEIL *Tom. III. p.* 61. apud du MONT *Tom. V. p. II. p.* 126. KHEVENHILLER *Tom. VII. p.* 284.

64) LEO van AITZEMA I. B. p. 29. *Dit is, t' begin geweſt van d' Vnie der Proteſterende of correſponderende Furſten: daer van naemaels veel is geſproocken; ende waer op na een langhduyrige Vrede onder Keyſer Rudolph, gevolght is een ſeer bloedige & ſtrengen oorlogh onder de Keyſers Ferdinand de ſweede ende de derde; want deſelve Vnie tuſſchende Proteſtanten gemaeckt meeſt door incitatie van Vranckryck (gelyk in de gemelte inſtructie van Boyſſe to ſien is: Seggende by Koningh Hendrick geſtonden te hebben een deſelve Princen pour les inciter a s' aſſembler avec leurs amis.) gaf oorſacke dat oock gemaeckt wiert eene Ligue Catholique; of verhiutenis onder de Catholique Princen.* MEMOIRES DE LOVISE IVLIANE p. 82. *La neceſsité & les Violences ayans armé les Princes Vnies, une Diete celebre fut convoquée a Hale en Soabe & Henry le Grand recherché par ce corps d' eſpauler le droit des Princes, qui eſtoyent moleſtez en la Succeſſion de Iuillers. Ce ſage Monarque recognut la Juſtice de leur cauſe, & leur promit un Secours conſiderable. Le ſieur de Boiſſiſe fut envoyé par luy en ceſte Diete, & un corps d' armee dreſſé.*

65) CARAFA p. 42. *Idem fere ex Hala Sueuorum, vbi Proteſtantes tunc conuentum indixerant, vt de cauſſa Iuliacenſi ſuſcipienda deliberarent, ſumuque Patrocinium Principibus ſuæ religionis contra Cæſarem eiusque delegatum præberent, Cæſari literis fuit renunciatum: nimirum Proteſtantes Principes apud poſteritatem excuſandos eſſe, quod cum multoties fruſtra preces admouiſſent, tandem neceſſitate adacti arma ſumſerint, vt ipſi ſibi proſpicerent, & opus ita adminiſtrarent, prout tenebantur, vt ſibi ac patria ob iniuſtam ſuæ Majeſtatis adminiſtrationem labeſcenti, conſulerent. Iſta tam aſperainculcata ſummam inter Catholicos & Proteſtantes diſſidentiam cauſarunt, imo ex ipſis Proteſtantibus nonnulli mitioris ingenii, longe aliter ab aliis ſenſerunt, iudicantes præpoſtere iſta moueri ob res leuioris momenti, & ſingulares quorundam affectus. Sic enim ſentiebant Duces, & Electores Saxoniæ, qui proinde viam non ita aſperam ad remedia quærebant, ſed patientia & precibus agendum eſſe, arbitrabantur; præuidentes, ſi vi ageretur, omnem Rempublicam poſſe peſſumdari. Verum cum hæc tam ſalutaria conſilia ingererentur, ſtatim inter proteſtantes diuiſo facta eſt, & mitiores ſimplici nomine Proteſtantes, alii vero Correſpondentes dicti ſunt; quo etiam nomine poſtea gloriati, ſua negotia tractarunt.* Ipſæ litteræ extant apud LONDORPIVM *Tom. I. lib. I. c. XVI. p.* 87. Iidem etiam publico edicto cauſas exponebant, quæ ipſos permouerint, cauſæ Iuliacenſi ſe immiſcere *p.* 89.

66) Hæ litteræ extant apud LONDORPIVM *Tom. I. p. I. c. XIX. pag.* 95. METERANVS *lib. XXV. p.* 588. BELLVS *lib. I. pag.* 4. CONT. CHYTRAEI *p.* 177. LVDOLPH *lib. X. p. II. c. II. n.* 28. 36. PVFENDORF *lib. I.* §. *XVIII.* Hinc etiam vatia reperiuntur Conſilia an Vnioni ſit accedendum, apud LONDORP *lib. I. c. XIX.* LVNIGS *Staats-Conſilius p. I. p.* 726. 837.

67) BELLVS *lib. I. p.* 6. *ſqq.* LONDORP *Tom. I. lib. I. cap. XXXIV. pag.* 109. AITZEMA *p. I. pag.* 129.

68) CONT. CHYTRAEI *p.* 177. IAC. MASENIVS *Ann. Treuir. lib. XXIII.* §. *LXV. pag.* 451. optime hæc declarat, ſcribens: *quocirca Electores Eccleſiaſtici, vt Suicbardus Moguntinus, & Ernestus Colonienſis, cum Lothario Conſluentiam, dictæ illic inſtituta ad colloquium venere, cumque iam vicinam omnem ac ſe ſcnique infeſtis ali ruinam armis peti viderent, atque in exitium Catholicæ Religionis coniuratos Proteſtantium animos cernerent, ſociandas inter ſe Catholicorum Principum vires pro Religione, patria, & æquitate defendenda quamprimum iudicauere. Quam in rem certa ſubſidii mutuo præſtandi concepta leges; vt ſi quisquam illorum ab hoſte petentur e deſinito militum numero ſuis quisque impenſis ſuffragaretur alteri, & periculum vnius omnium eſſe diſcrimen cenſeretur. Porro, vt hæc pacis armorumque ſocietas tanto validioribus præſidiis adue-*

ptus est, delectusque varii sunt habiti. 69) Dum igitur Leopoldus ArchiDux, Episcopus Argentoratensis per Franciscum, Criechingensem Comitem, per dicœcesin Argentinensem copias conscriberet, istæque Argentinensibus graues essent, Elector Palatinus, Ioachimus Ernestus Brandenburgensis Marchio, Georgius Fridericus Durlacensis, Iulius Fridericus Würtenbergensis, collectis copiis superato Rheno, Ofendorfium contendunt, Leopoldi copiis se Tabernas & Molshemium recipientibus, Dachsteinium tamen & Molsheimium a fœderatis captum fuit. Et licet Crichingensis se intra quatuordecim dies exercitum esse abducturum promisisset, postquam tamen fœderati recessissent, in pagos sese iterum distribuerunt. 70) Dum etiam Leopoldi exercitus in Passauiensi Episcopatu stationes haberet, Fœderati Hailbrunnæ atque Hagenouiæ denuo conuenerunt. Tandem vero die XXIV. Augusti interpositione Io. Reinhardi, Comitis Hanouiæ, Wilstedti eo deuenit, vt Exercitus vtrinque abduceretur. 71) Et licet Executio contra fœderatos a Cæsare Bauariæ Duci Maximiliano fuisset demandata, hic tamen singulari scripto eam fuit deprecatus, 72) & postea Monachii XIV. Octobris 1610. inter Maximilianum Bauarum Catholicorum Ducem & Vnitos conuenit de mutua amicitia, dimittendo milite, nisi quantum ad communem necessarium esset defensionem, excepta etiam causa Iuliacensi, quæ cuilibet parti libera maneret. 73)

§. XXXVIII. Recrudescebant interea indies graues contentiones Archiducis Mathiæ pro successione in Imperio & in regno Bohemiæ, quam Archi-Dux Leopoldus, fauore ipsiusmet Imperatoris, ambiens, exercitum occasione Iuliacensis expeditionis collectum, Passauium Bohemiæ vicinum traduxerat, non obscuro indicio consiliorum. 74) Indicebatur equidem a. 1610. Maio mense, conuentus quorundam Electorum atque Principum, quorum præcipui erant Io. Suicardus, Ernestus, Christianus II. Moguntinus, Colonienſis, Saxonicus Electores, per legatos, Archi-Dux Maximilianus, Archi-Dux Ferdinandus, Henricus Iulius, Dux Brunsuicensis, Philippus & Ludouicus, Hassiæ Landgrauius, in personis, Dux Bauariæ per legatos Pragam. Actum in eodem de conciliatione Cæsaris cum Matthia fratre, successione Regis Romanorum, compositione motuum Iuliacensium, causa etiam Donawertensi, nihil vero fuit decretum, 75) Viennæ tamen VII. Augusti 1610. cura potissimum Henrici Iulii Ducis, inter Rudolphum II. & Matthiam conuenit, quo ipse Matthias venia petita, Cæsari se Bohemiæ regnum cum adnexis & Comitatum Tyrolensem relicturum, certamque pecuniæ summam præstiturum, pollice-

uersus coniuratam Protestantium vim muniretur, in communionem illius fœderis adducti sunt Episcopi, Wormacienſis, Spirenſis, Argentinenſis, Basileenſis, Osnabrugenſis, Bambergenſis, Herbipolenſis, Eistatenſis, & Augustanus: Abbates vero Fuldenſis, Campidunenſis, & alii, denique magnus Magister Equitum Teutonicorum, ac Dux Bauariæ caput huius vnionis designatus, qui omnes sacramento fidelitatis mutuo aduersus iustitiæ publicæ euersores, bonorumque Ecclesiasticorum inuasores colligati, Ligistæ dicti sunt. Hanc vero Catholicorum Principum, vt appellabant, ligam, vehementer & Summus Pontifex, & Rudolphus Imperator approbarunt. Sic etiam de hac Liga CARAFA p. 41. *Catholici e contra Principes ordinesque per Germaniam videntes vtramque pacem vacilare; Leges & Constitutiones Imperii in dubium vocari; Iudicia cameralia, sententiasque diffinitiuas variis exceptionibus, reuisionibusque, vt vocant, eludi; Consilium Imperii Aulicum, ipsum quemet Imperatorem angustiis circumscribi similibus; Comitia, Conuentusque Principum impediri, aut irrito conatu dispari; nequaquam dormiendum arbitrati, arctius inter se fœdus percusserunt defendendi dumtaxat sui causa, & ne salua Cæsaris & Imperii Auctoritate, vim inferret, si inferretur, a se deberent, tranquillitatemque publicam stabilirent quo quidem foedere (quod vulgo Ligam Catholicam appellarunt.) aduersæ partis machinationes aliquo modo eo quidem tempore repressa fuerunt.* BELLVS *lib. I. p.* 10. PVFENDORF *lib. I. §. XIX.* PIASECIVS *p.* 302. Capita Ligæ extant apud MEYERVM *Lond. Suppl. Tom. I. pag.* 607. du MONT *Tom. V. p. II. pag.* 118.

69) CONT. CHYTRAEI *c. l.* LVDOLPH *p.* 301.

70) CONT. CHYTRAEI *p.* 173.

71) SCHADAEVS *Sleidano Contin. p. III. p.* 1537. 1546. 1547. PFEFFINGER *p.* 334. LVDOLPH *lib. X. c. II. n.* 26. 27. CARAFA *pag.* 44. extat Recessus apud du MONT *c. l. p.* 147.

72) Extat hoc scriptum apud LONDORPIVM *Tomo I. p.* 96.

73) Acta Pacificationis separatim extant, hoc titulo: *Friedens-Tractation, was gestalt dieselbe im Octobet anno* 1610. *durch die Euangelische Vnirte Churfürsten und Stände bey der Fürstl. Durchl. Herzog Maximilian in Bayern zu Munchen angebracht, auch folgends daselbst zu beyden Theilen abgehandelt und beschlossen worden, Munchen* 1613. 4. in quo etiam ipsi pacis Tractatus reperiuntur MERC. G. B. *Tom. VIII. lib. IV. p.* 53. CARAFA *p.* 45. *In superiore Germania correspondentes Principes cum Catholicis Electoribus, & Bauariæ Duce, qui Catholici fœderis Præfectum agebat, conciliati sunt, spondentes vtrimque se pacem culturos; nec mutuam ditionem infesturos, excepta re Iuliacensi, siue cuilibet parti libera maneret, vt seruatis Imperii constitutionibus, in quam vellet partem, inclinaret.* MERCVRIVS GALLO-BELG. *Tom. VIII. lib. IV. pag.* 53. Facit huc etiam *Vnser von Gottes Gnaden Heinrichen Julii Postulirten Bischoffs des Stiffts Halberstadt und Hertzogen zu Braunschweig und Luneburg &c. warhafftiger und summarischer Bericht wegen der in verschienen* 1610. *Jahrs nicht erfolgter Abdanckung des Passauischen Kriegs-Volcks* 1611. 4.

74) Verba sunt PIASECII *p.* 269. Le VASSOR *lib. II. p.* 121.

75) LVDOLPH *lib. X. c. II. n.* 10. quæ Principum in hoc conuentu fuerit sententia, exponitur apud LONDORPIVM *Tom. I. pag.* 91. KHEVENHILLER *p. VII. p.* 269. vbi de Henrico Iulio, D. Brunsuicensi sic scribit: *der Hertzog von Braunschweig, so die meisten Schrifften in diesen negotien selbst verfast, und der gewest, so hin und wieder zum Kayser und Konig postiret.*

pollicetur. 76) Id quod etiam Pragæ V. Septembris 1610. a Principibus, qui præſentes erant, fuit confirmatum. Sed cum exercitus iſte non dimitteretur, potius, motis caſtris, Decembri menſe, Auſtriam verſus contenderet, Matthias ad arma paſſim iuſſit conclamari, litteras ad Bohemiæ Ordines mittit, quibus, tametſi non crederet, Cæſarem inita nuper pacta non eſſe ſeruaturum, conſederationis tamen eos admonitos velle adſeruit, vt exigente ita neceſſitate, auxilio ſibi non deeſſent. 77) Paſſauienſis vero Exercitus vlterius pergit in Bohemiam, Pragam verſus contendens, ad quos Leopoldus quidem Archi Dux ſeſe ſtatim recepit. Venerat tum quidem ad eos ſecialis Cæſareus, habitu ſuo ſolenni indutus, mandatum a Cæſare adferens, vt Crumlauiam iterum recedentes, quod reſtaret ſolutionis, ibi expectarent, verum, cum ad caſtra acceſſiſſet, habitoque cum ArchiDuce Leopoldo ſecretiori ſermone, vt amicos aduentare exercitum iſtum, qui vrbem ingreſſus, neminem lædere, ſed Cæſareæ Maieſtatis auctoritatem vindicare atque aſſerere paratus eſſet, reſpondere omnibus iuſſus eſt. Dum igitur XV. Februarii 1611. Bacchanalia in vrbe celebranda eſſent, ſummo mane, corrupto pecunia portitore, vrbem minorem pedites equitesque ſunt ingreſſi. Et licet ciues primum reſiſterent, facto tamen in ipſa vrbe conflictu, tandem ceſſerunt, Leopoldo cum milite in vrbem recepto. Dum autem, nec Cæſare iubente, in veterem ac nouam vrbem admitterentur, tandem accepto trium menſium ſtipendio, vrbem minorem reliquerunt. 78) Interim Matthias ab Ordinibus inuitatus XXIV. Martii 1611. Pragam, ſplendide exceptus, ingreditur, & poſtquam XI. Aprilis inter Rudolphum II. & Matthiam de tradendo huic Bohemiæ regno conueniſſet, ita tamen, vt de omnibus quæ ad victum faciunt, aulæ Rudolphi proſpiciatur. 79) Bohemi, Sileſii & reliqui a iuramento Cæſari præſtito fuiſſent abſoluti, hic XXIII. Maii ſolenni ritu in Regem Bohemiæ fuit coronatus. 80) Hinc Paſſauici milites ex Bohemiæ regno, accepta ſtipendiorum ſolutione, & delictorum omnium venia, fuerunt dimiſſi. 81)

§. XXXIX. Nouus ſub initium Iulii 1611. apud Aquisgranenſes exortus eſt tumultus, dum ciues aduerſus Senatum inſurgentes, correptis armis, curiam portamque ciuitatis occuparent, factoque in Collegium Ieſuitarum impetu, ſedibus eos ſuis diſturbarent atque eiicerent. Cauſſa tumultus erat, quod Senatus aliquibus, qui Proteſtantium ſeſe cœtui in vicinis Iuliacenſium ditionibus adiungerent, non ſolum carceris pœnam denuntiaret, ſed etiam mulctam grauiſſimam irrogaret, eosdemque cedere ciuitate iuberet. 82) Hunc tamen Iuliacenſium Principum, Brabantiæ & Gallorum Regis legati ſedare conabantur. 83) Paulo ante hunc tumultum, Cæſar menſe Iunio 1611. per Fecialem Brunſuicenſes proſcribit, niſi intra annum ad Ducis Brunſuicenſis obedientiam redeant. 84)

§. XL. Ha-

76) LVDOLPH *lib. X. c. II. p.* 46. Extant conuentionis tabulæ in RECVEIL *Tom. III. p.* 68. apud du MONT *Tom. V. p. II. p.* 143.

77) MERC. G. BELG. *Tom. VIII. lib. IV. p.* 154. Dum Tractatus iſte Viennenſis, de exercitu Paſſauienſi dimittendo, mediante potiſſimum Henrico Iulio, Brunſuicenſi Duce fuiſſet concluſus, ipſe poſtmodum publicari iuſſit *Wahrhafftigen und Summariſchen Bericht wegen der im verſchienen* 1610. *Jahr, nicht erfolgter Abdanckung des Paſſauiſchen Kriegsvolcks* 1611. 4. RHEVENHILLER *Tom. VII. p.* 288.

78) MERC. GALLO BELG. *Tom. VIII. lib. IV. p.* 160. PIASECIVS *p.* 275. LVDOLPH *lib. XI. cap. II. n.* 67. RHEVENHILLER *Tom. VII. p.* 342. *ſqq.*

79) MERC. GALLO BELG. *Tom. IX. lib. I. p.* 33. 108. PIASECIVS p. 275. *Matthias vero* 24. *Martii die aduenienſ, ſummo applauſu & ſuperbo Boemorum apparatu fuit introductus in Ciuitatem veterem, vbi poſt multas querelas, opera Henrici Iulii Ducis Brunſuicenſis reconciliatio inter ipſum & Cæſarem coaluit certis conditionibus, quarum capita præcipua erant; vt Rex Matthias ex veſtigalibus Boemiæ Cæſari quotannis vita eius durante, trecenta millia nummorum aureorum ſolueret: Cæſar Præfecturas Rardeſuitiæ, Brandiſiæ, Liſauiæ & Perſenatiæ vna cum Arce Pragenſi in vita retineret: Iurisdictionem Imperialem plenam haberet. Boemia autem Regni & eius Prouinciarum adminiſtrationem cederet Matthiæ Regi, Conſiliarii quoque Cæſaris nonnulli interim ſub cuſtodiis detenti, fuerunt liberi dimiſſi, vna cum Tenagelio, qui vsque & tormenta pertulit. Nè minus negotii in concilianda illa pace attulit concertatio ſuper Priuilegiis & libertatibus Boemorum, præſertim hæreticorum, quorum licentia & publicus hæreſis vſus tunc maxime fuit ſtabilitus, literis vt voeant Maieſtatis, tali occaſione a Rudolpho eis datis.* MASENIVS *Ann. Trevir. lib. XXIII. pag.* 453. MERC. GALLO-BELG. *Tom. IX. lib. I. pag.* 33. *p.* 108. KHEVENHILLER *Tom. VII. p.* 202.

80) PIASECIVS p. 276. *atque his omnibus ſopitis, poſtquam Cæſar abſoluerat Boemos a iure iurando fidelitatis ſibi debitæ, Matthias Rex iurauit ſe ſeruaturum eorum Priuilegia, nominatim Boemiæ, Sileſiæ, Luſatiæ, Moraviæ Ordinibus feruientia, & ritu Eccleſiæ Catholicæ ſolenni a Cardinali Dietrichſteino ſacram vnctionem, omniaque inſignia regalia, ac ſimul iusiurandum ſubiectionis Ordinum illius Regni recipit die vigeſima tertia Maii in Sacello D. Venceslai Baſilicæ Pragenſis Arcis.* ISTHVANFIVS *lib. XXXVIII. p.* 5[illegible] KHEVENHILLER *p. VII. pag.* 265. *ſqq.* KHEVENHILLER *Tom. VII. p.* 350. SCHADE *p. III. lib. XXXVI. p.* 1613. *ſqq.* LONDORP *Tom. I. p.* 96. MERC. *p.* 47. 117. Le VASSOR *lib. I. p.* 65.

81) MERC. *p.* 50. LVDOLPH *lib. XI. c. II. n.* 20.

82) MERC. GALLO-BELG. *Tom. IX. lib. I. pag.* 175. LVDOLPH *lib. XI. c. II. n.* 30. NOPPIVS *Aacher Chronic lib. II. p.* 217. Le VASSOR *lib. II. p.* 181. CARAFA *pag.* 46. KHEVENHILLER *Tomo VII. p.* 446. SCHADE *lib. XXXVI. p.* 1634. 1644. *& p. IV. lib. I. p.* 71. METERANVS *lib. XXIX. pag.* 638. Extant de hac cauſſa varia ſcripta apud MEYERVM *Lond. ſuppl. Tom. I. p.* 626. vna cum tabulis compoſitionis.

83) MERC. *p.* 72. 83. LVDOLPH *c. l.*

84) MERC. *p.* 77. LVDOLPH *p.* 34. KHEVENHILLER *Tomo VII. p.* 383.

85) De

§. XL. Habitus eſt hoc tempore Rotenburgi Vnitorum conuentus, quo etiam Cæſar legatos mittit, cum magnificis promiſſis, quibus tamen reſponſum: facto opus eſſe, dum nec Donawerda fuerit reſtituta, nec Imperium Paſſauienſi atque Alſatico exercitu adhuc liberatum, nec deberè ipſis fraudi eſſe, quod Gubernatore Imperii a peſſimis conſiliariis læſo, ne illud pereat, ipſi ad gubernacula, ſaluo tamen Cæſaris reſpectu, pro ſua & ſociorum ſalute manum admouerint. Poſt legatorum diſceſſum, initis bellorum expeditionumque & ſumptuum in expugnanda arce Iuliacenſi, contraque Alſaticos & Paſſauienſes factorum rationibus, æreque alieno ex communi ærario perſoluto, compenſato item, quod alius præ alio expenderat vel damni tulerat, & legibus, quibus expenſæ impoſterum regularentur, confirmatis, cõmune ærarium, duplicatis contributionibus, Vnitî auxerunt, officia bellica in omnes caſus diſtribuerunt, militarem diſciplinam conſtituerunt, annonæ ſimul & munitionum bellicarum horreis in diuerſis Vnitorum territoriis diſpoſitis. Porro, cum a Ciuitatibus Imperii negotium Brunſuicenſe, Aquisgranenſe, itemque Colonienſium aduerſus religioſos Proteſtantes ſeueritas proponeretur, concluſum eſt, debere Vnitos in Brunſuicenſi negotio neutrales etiamnum manere, operamque dare, vt ad concordiam Princeps cum Ciuitate reducatur. Aquisgranenſium cauſſam eſſe ſuſcipiendam, Colonienſium verò in medio relinquendam. De fœderibus etiam cum extraneis fuit actum, Legatique in Galliam, Angliam atque Belgium fuerunt miſſi, auxilia petituri. Lectæ ſunt poſtmodum Venetorum, Maximiliani Archi-Ducis, Heluetiorumque litteræ, & ad eas quam humaniſſime fuit reſponſum. Geneuenſibus etiam in caſu neceſſitatis auxiliorum ſpes facta. A Bambergenſi vero Epiſcopo, vt contra Conſtitutiones Imperii ſuos ob religionem infeſtare deſinat: & a Wormatienſi, vt Ieſuitas introducere ceſſet, introductosque iterum abducat, per litteras poſtulatum eſt. Præterea, quod in Camera Imperiali ad quæcunque Romanorum Catholicorum poſtulata proceſſus decernerentur, Euangelicis vero illi denegarentur, & alia ibi ad iuſtitiæ religionisque præiudicium minus licite & recte committerentur, grauiter admodum Vniti tulerunt, atque ideo tam ad Iudicem & Præſidentes, quam ad Aſſeſſores, cum aliqua intermination, ſi correctio non fieret, ſcripſerunt. Poſt hæc atque alia peracta, conuentui die XXII. Auguſti finis fuit impoſitus. 85)

§. XLI. Sub initium Octobris 1611. Comitia Electoralia Noribergæ fuerunt celebrata, in quibus Ioannes Bipontinus, ſaluo tamen iure Palatini Neoburgici, in Collegium Electorale fuit admiſſus. 86) Ex hoc conuentu, Electorum legati ſub Nouembris initium, Pragam ſunt profecti, & ad Cæſarem admiſſi, cum præter Ducem Brunſuicenſem nemo ei adeſſet, Statum Imperii, qualis eſſet, luculenta Oratione deſcripſerunt, poſtulata Electorum eſſe dicentes, vt eius adminiſtratio, iuſtitia inprimis inſtaurata, nouisque tam aulicis quam Imperialibus conſiliariis & miniſtris aliis conſtitutis, renouetur, & Comitia ſub veris initium, nominato conuenienti loco indicantur: diſplicere enim ipſis, quod a Rege Matthia factum eſſet, nec gratum ipſis acciditſe, quod Cleſelium & alios eius legatos excipere neceſſe fuiſſet, tametſi non extra culpam omnino Cæſarem eſſe, male adminiſtratæ hactenus Reipub. vel inde ſuſpicentur, quod nihil cum ipſis de rebus difficilioribus, vt ab anteceſſoribus quidem eius factum, communicarit. Petere autem eos, vt ſi forte manere in Bohemiæ regno nolit, vt tempus quando inde exire, & locum, vbi habitare impoſterum velit, ipſis aperiat. Nam, quod ad electionem Romanorum Regis attinet, ſine conſenſu & voto eius nihil eos facturos, petere igitur, vt cum domum Auſtriacam nequaquam præterire ſtatuant, quem ſibi ex ea ſucceſſorem exoptet, aperire ipſis haut grauatim velit; excuſatos interim eos habens, quod promiſſam contributionem nondum præſtiterint, grauiſſimis enim cauſſis, quas proximis Comitiis expoſituri eſſent, impeditos hactenus fuiſſe. Ad hæc poſtulata reſpondit Imp. ſe optare, vt antequam quid de ſucceſſore ſtatuatur, comitia prius, quibus ipſemet adeſſe poſſet, habeantur, atque, vt in tempore electioni iſti deſignando diligentem ſui rationem habeant, idque agant, ne impediantur, quo minus quæ neceſſaria futura ſunt monere, & proferre in medium poſſent. Cum igitur inter Electores de verno tempore electioni noui Regis Romani, quæ Francofurti more ſolito fieret, nominando conueniſſet, finis tandem conuentui iſti 12. Nouembris fuit impoſitus. 87)

§. XLII. Sub

85) De his late MERC. G. BELG. *Tom. IX. lib. I. p. 95.* CARAFA *p. 47. Correſpondentes Principes, antequam eo veniſſent, prius Rotenburgi ad Tuberam conuenerunt, vbi de grauaminibus queſti, Donauertæ reſtitutionem, Principum Proteſtantium in ditione Iuliacenſi poſſeſſionem, aliasque immunitates poſtularunt. Legationes ad Heluetios, & ad alios extra Germaniam inſtituerunt: grauiſſimamque exactionem ad conſtituendum ærarium ſibi inuitem impoſuerunt.* KHEVENHILLER *Tom. VII. p. 380.*

86) CARAFA *p. 47.* MASENIVS *lib. XXIII. pag. 453.* MERC. GALLO-BELG. *Tom. IX. lib. I. p. 124. 130.* Edicta Noribergenſium inter hæc Comitia Electoralia facta extant apud GOLDASTVM *Polit. Reichshandel p. XXIII. p. 953.* LE VASSOR *lib. II. p. 191.* HELVICVS *lib. V. p. 138.*

87) MERC. *pag. 130.* LVDOLPH *lib. XI. cap. II. n. 27.* LONDORP *Tom. I, lib. I. c. XXXIV. pag. 98.*

§. XLII. Sub illud tempus, Imperator Rudolphus, qui cœlebs manſerat, 88) vergens in ſenectam, & perſuaſus a Tychone de Brahe, vt inſidias propinquiorum cauerет, in dies magis moroſus erat, omnibus diffidens, in penetralibus ſeceſſibus ſeſe continebat. 89) Wolfgangum Rumpfium, qui aulæ negotia dirigebat, remouens, quo ipſo iſta plurimum diſſoluebantur. 90) Exeunte vero 1611. male ſe habere incipiebat, accedentеque ad crus alterum, ex graui fluxu, inflammatione, morbus eius inualeſcere magis magisque viſus eſt, donec X. Ianuarii 1612. inter ſextam & ſeptimam horam matutinam placide obdormiret. 91) Qui morti eius aderat cubiculariorum Præfectus, obitum eius, donec Rex Matthias aduenisſet, occultare ſtatuerat, vnde etiam menſa, vt antea, horam circiter decimam parata & inſtructa fuit, verum, cum ad Trautmansdorfium paullo poſt de eo relatum fuiſſet, res omnis palam facta, & veredarius ad Matthiam Regem, itemque ad Electores internuntii ablegati ſunt. 92) Funus Cæſareum VI. Febr. die a duce Brunſuicenſi, Marchione Onoltzbacenſe, Principe Anhaltino, Landgrauio Leuchtenbergenſi & Proceribus aliis, in templum, comitante illud Matthia Rege, delatum eſt. 93) Inеunte demum Octobri exequiæ Pragæ ſolenniter fuerunt celebratæ. 94) Matthias etiam inquiri fecit in eius miniſtros familiares, quorum aliqui in captiuitatem fuerunt ducti. Ad eosdem examinandos adhibitus fuit Melchior Cleſelius, isque rigidioris alicuius examinationis, niſi ſponte ſuæ quorum conſcii eſſent, aperirent, ipſis immittendæ mentionem fortæ inter alia feciſſet, Ruſcius, ærarii præfectus, conſcientiæ ſtimulis exagitatus, violentas ſibi manus attulit, laqueoque vitam abrupit. 95)

88) Per Comitem tamen KHEVENHILLERVM de matrimonio ipſius cum Iſabella Hiſpanica fuiſſe tractatum, ipſe tradit *Tom. I. p. 116.* Regis Hiſpaniæ etiam conſenſum Idem *p. 252.* declarat, tergiuerſante tamen Rudolpho *p. 346. 402. Tom. III. p. 768. 863. 939.* Qua ratione iſta poſtmodum Alberto Auſtriaco nuptui fuerit tradita, idem tradit *Tom. IV. p. 1848. Tom. V. p. 1052.* Inde de Maria Medicea in matrimonium ducenda deliberabatur, Magnus Dux vero exemplum Iſabellæ metuens, eam potius Henrico IV. Gallorum Regi nuptui collocabat. Poſtea conſilia de Caroli Archi-Ducis filia, Duce Lotharinga, vel Ruſſorum, vel VValachiæ Principis filia in matrimonium ducendam agebantur KHEVENHILLER *Tom. V. p. 1222.*

89) PIASECIVS *p. 218.* Vide ſupra §. *I.*

90) KHEVENHILLER *Tom. VII. p. 439. Als der Hertzog Wilhelmb von Newburg bey Ihrer Mayeſtæt bey einer halben Stund Audienz gehabt, haben ſie ſich alsbald übel darauff befunden, wie derſelben der kalte Brandt zu dem Schenckel geſchlagen, ſeynd ſie, nachdem Sie dem Tag zuvor mit Ihrem Brieder Vater conferirt, zu Morgens frühe umb 7. Vhr, da Ihr der Cammer-Diener ein newgewaſchenes Hemmet übergeben wollen, ſo gehling verſchieden, das man derſelben weder das Hochwürdig Sacrament noch die letzte Oelung geben kœnnen: und das beſchach den 20. Ianuarii im 59. Jahr und 6. Monat ſeines Alters.*

91) KHEVENHILLER *c. l. p. 2221.*

92) PIASECIVS *p. 281.* & *vt cætera quoque attingamus, huius anni initio menſe Ianuario Imperator Rudolphus II. obiit 60. ætatis ſuæ anno, Imperii 36. quos omnes exegit in ſumma animi tranquillitate ac quiete Pragæ, immo & ex Palatio ſuo vix vnquam ſe mouens, & bella quæ cum Turca habuit per Legatos adminiſtrans. Ad vltimum turbarunt eius otia odia fraterna, quæ & vitam ipſi abruperunt.* MERC. GALLO-BELG. *Tom. IX. lib. I. pag. 149.* LVDOLPH *lib. XII. c. II. n. 8.* GRAMONDVS *lib. I. pag. 31.* SCHADÆVS *Cont. Sleidani p. III. lib. XXXVII. p. 1655.* qui etiam *p. 1664.* tradit, ipſum magnum Theſaurum quatuordecim myriadum reliquiſſe, de quo tamen ob defectum pecuniæ valde dubitat LVDOLPHVS. BROWER *Ann. Treuir. lib. XXIII. p. 453.* Epitaphium ipſi tale ſtatutum:

DVX aC LVX gentIs FabIanI heV LVCe RoDoLphVs
CæſarIo genItVs ſangVIne Cæſar obIt.

De hac morte ABRAHAMVS MOSMANNVS varias litteras edidit ſub titulo: *Klag- und Trauerſchreiben wegen tœdtlichen Hintritts Kayſers Rudolphi II.*

93) PIASECIVS *c. l.* MERC. GALLO-BELG. *p. 155.* KHEVENHILLER *Tom. VII. p. 439.*

94) MERC. GALLO-BELG. *Tom. IX. lib. III. p. 44.* PIASECIVS *p. 482.*

95) PIASECIVS *cit. loc.* MERC. *pag. 156.* LVDOLPH *cit. loc.* KHEVENHILLER *Tom. VII. pag. 441.*

SECTIO OCTAVA
DE
MATTHIA.

§. I. *Natiuitas & geſta Matthiæ, antequam fieret Imperator. Belgii ſit præfectus.* §. II. *Bello Turcico præſcitur. Rudolpho II. ſit exoſus, ipſi Regnum Vngariæ & Bohemiæ extorquet.* §. III. *Matthiæ electio & coronatio in Imp.* §. IV. *Comitia Ratisbonenſia a. 1613. quibus Proteſtantes & Catholici ſua exhibent Grauamina.* §. V. *Confirmatio Confraternitatis Saxo-Haſſo-Brandenburgicæ. Compoſitio Xantenſis in cauſſa ſucceſſionis Iuliacenſis. Sententia latæ contra Aquisgranenſes. Conuentus Circuli Saxoniæ Inferioris.* §. VI. *Vnitorum Fœdus cum Belgis. Conuentus Norimbergenſis. Inducia Turcica. Brunſuicenſes Duci præſtant homagium. Proiectum nouæ Ordinationis Iudicii Aulici.* §. VII. *Conſilia Domus Auſtriacæ de ſucceſſione, quæ in Ferdinandum definitur, idemque Rex Bohemiæ coronatur.* §. VIII. *Matthiæ conſilia de Ferdinando in Regem Romanorum & Hungariæ eligendo. Iubilæum Euangelicorum.* §. IX. *Initia Motuum Bohemicorum. Tres Cæſaris Miniſtri Pragæ de feneſtra proiiciuntur.* §. X. *Continuatio Motuum Bohemicorum. Vdenheimum deſtruitur. Conuentus Vnitorum Rotenburgenſis. Auſtriaci ſupra Anaſum deſiciunt.* §. XI. *Ferdinandus eligitur Rex Vngariæ.* §. XII. *Melch. Cleſelii fata.* §. XIII. *Matthias pacis conſilia cum Bohemis tractat. Egræ Conuentus indicitur.* §. XIV. *Mors Matthiæ.*

§. I. Suc-

§. I.

SUcceſſit ipſi Matthias, filius Maximiliani II. ex Maria, Caroli V. filia, Viennæ natus XXIV. Februarii 1557. 1) Adoleſcentia eius ab Augerio Gisleno Busbequio, Belga, Ferdinando I. Imp. ad Solymannum Exlegato, optimis moribus ac diſciplinis informata, & de re militari contra Turcas inſtituenda copioſe fuit inſtructa. 2) Hic anno 1577. a Belgis Fœderatis inuito primum Cæſare 3) & Arauſionenſi, ad Belgii præfecturam vocatus, eo tamen pacto, vt cuncta ſenatus conſilio, atque ductu Guilielmi Auriaci adminiſtraret. 4) Poſtquam vero Belgæ ab Hiſpano plane defeciſſent, cui propoſito ipſe ſemper obſtiterat, fidei & arctæ propinquitatis cum Philippo II. memor d. 22. Iunii 1581. in Ordinum conſeſſu Antwerpiæ graui prius habita oratione, 5) gubernationis titulum non inuitis Belgis, 6) ſponte abdicauit, 7) Belgis Alenconium Ducem ad gubernationem vocantibus. Et licet magna Concilii pars eum honeſto comitatu; ac munere honorario proſequi cuperet, aliis tamen hoc impedientibus, nihil poterat decerni. Vana igitur hac ſpe delusus Archidux, dum ipſe ad diſceſſum neceſſaria parare cogeretur, abitum vsque in menſem Martium ſequentis anni protraxit, 8) inſtitutoque per Duſſeldorpium Coloniam inde per Alſatiam ac Tirolim itinere, demum Pragam peruenire voluit; ſed non adnuit frater Rudolphus; ipſi adhuc propter negotia Belgica valde iratus, eundem Linzii iuſſit ſubſiſtere. Et licet intercedente Matre cum Imp. iterum fuiſſet conciliatus, indigne tamen ipſum Cæſar habuit, a quo nec impetrare potuit, vt Stiriam ad Anyſum ipſi hæreditario iure concederet, dum alias omni hæreditatis iure vellet renuntiare. 9)

§. II. Poſt-

1) BIRCKEN *lib. VI. c. XXI. p. 1390.*

2) IO. PALATIVS *Aquila Auſtriaca p. II. lib. XLVII. c. II. p. 131.*

3) GROTIVS *Ann. Belg. lib. II. ſub finem.* CHYTRAEVS *lib. XXIV. pag. 654.* THVANVS lib. LXIV. p. 222. *cumque eodem tempore Araſchotanus Flandriæ gubernator conſtitutus eſſet, & Gandauum cum plerisque Belgii proceribus veniſſet, inter eos, quibus & Arauſionenſis ambitio ſuſpecta erat, & qui eo rerum potiente non ſatis Catholicæ R. religioni conſultum exiſtimabant, conſultatum fuit, de præſide per Auſtrii abſentiam deligendo, qui remp. iuxta pacificationem Gandenſem adminiſtraret, & refrenata Arauſionenſis ambitione religionem maiorum ſartam tectam tueretur. is propoſitus fuit Matthias Auſtrius Rodolphi Cæſaris frater, quem iam ante per occultos nuncios ſollicitanerant, miſſo ad eum Maſtelledio cum quo ille & paucis ex domeſticis, re minime cum Cæſare, ſicuti poſtea ſcripto apud Philippum ſe purgauit, communicata, in viam ſe dedit VI. Non. VIIIbr. Vienna Auſtriæ clam noctu profectus, & permutatis equis Coloniam & inde Liram in Brabantia venit; quare non mediocriter Arauſionenſis & Ordines, qui Bruxellis erant, commoti ſunt, quod ipſis inconſultis Maſteledius ad Matthiam miſſus, & ipſe Matthias euocatus eſſet.* FRANC. HARAEVS *Ann. Brabant. Tom. III. p. 265.* KHEVENHILLER *p. I. pag. 47.* Quam magnifice Bruxellis d. 17. Ianuarii 1578. fuerit exceptus, docet KHEVENHILLER *Tom. I. p. 47.* METERANVS *lib. VII. p. 355. 361.* MERC. G. BELG. *Tom. II. lib. IV. p. 711.* Quam indigne hoc Cæſar tulerit, docet Paulus PIASECIVS *Chron. p. 21.* ſcribens: *indignabantur Auſtriaci, quod rebellibus Auſtriacorum Auſtriacus, isque Catholicus hereticis militaret.* IMM. WEBER *Sylloge Rerum Præcip. temp. Matthiæ cap. I. §. IV.* Immo Rudolphum Cæſarem eum per inſequentes equites a propoſito reuocare conatum fuiſſe, teſtatur FAM. STRADA *de B. Belg. Dec. I. lib. IX.* & multis Germaniæ Principibus mandaſſe, vt eum ex itinere retractum ipſi mitterent. NIC. ISTHVANFIVS *Hiſt. Pannon. lib. XXV. p. 356.*

4) GROTIVS *lib. III. p. 71.*

5) Exhibet illam FRANC. HARAEVS *cit. loc. pag. 316.*

6) PIASECIVS *c. l. nimium Hollandos, quod Matthiæ minus fiderent, bellique inexpertem viderent (vnde Belgii pupillum vocitarint) vel quod mallent talem, qui proprias faculiates haberet, quas eorum nerue tunc tenui ad impenſas tanti belli coniungeret, eius pertæſos, accitis variis moleſtiis tædiisque faſtidium muneris excitaſſe.*

7) STRADA *Dec. II. lib. IV.* HARAEVS *p. 314.* WEBER *c. l. §. IV.*

8) KHEVENHILLER *p. I. p. 167.*

9) KHEVENHILLER *c. l. p. 191. derhalben der gute Herr by ſeiner Frau Mutter der Kayſerin zum erſten umb Perdon und umb intercceſſion by Kayſer Rudolphen und Kœnig Philippen, damit ſein in Niederland zug, nit ſo übel, ſondern zum beſten, wie er es vermeint, auffgenommen wurdo, gebetten, und zu den End Ernſt von Eck ſein Camerherrn zu ihr Mayeſt. geſchickt, die ihn aber erſt nach dreyen Tagen vorgelaſſen, und letzlichen mit den verlangten Perdon und der begehrten intercceſſion abgefertigt, den Ertz-Hertzog aber hat Ihr May. nie mehr geſehen, wol auch im Reich, wie Ihr Mayeſt. auf der Reis nach Spanien geweſen, hat by Kayſer Rudolph die eingewendete Mutterliche intercceſſion ſo viel gewircket, daß Ihr Mayeſt. ſein Brudern wider zu Gnaden angenommen, doch ihn nicht nach Prag kommen laſſen, ſonder die Reſidentz zu Lintz benennt, wo er ſo gar kein Macht gehabt: daß er auch kein Gertner ohn ihr Maieſt. bewilligung auff oder abſetzen dœrffen, das dem Ertz-Hertzog ſo zu Hertzen gangen, daß Er von Ihr Mayeſt. für die hœchſte Gnad, ihm die Herrſchafft Steyr im Land ob der Ennß für eigenthümlich zu geben, gebetten, mit erbieten, wœlle hergegen iezzig- und künfftige ans- und Zuſpruch bey allen Erb-Kœnigreich und Landern auff ewig renunciiren, und ſich dahin mit 3. oder 4. Cammerherrn, und einer geringen Hofſtatt auf ſein Lebenlang retiriren, nachdem er aber bey ſeinem gantzen Ertz-Hauß Teutſch- und Spaniſcher Linien durch ſein in Niederlanät zug, als ein unruhiger, groſſer Herrſchafften begieriger Herr, in Argwohn gerathen, iſtes ihm gantz abgeſchlagen worden.* Idem vero p. 710. dicit: *Der Ertz-Hertzog Matthias als er die Adminiſtration renunciiret, iſt er ein weil da und dort in Niderland herumb zogen, und nachdem er die Abfallung der Standt von ſeinen Hochlœbl. Hauß hochempfunden, hat er von den Staden ſein Vnterhaltung begehrt, iſt nach Antorff zogen, die ihm ein lehrliche penſion, als 12000. Brabandiſche Gulden geben und 50000. fl. lehrlichen in ſeinem Abweſen verſprochen, darauff er durch das Land von Cleve und Cullen wieder in Oeſterreich verreiſt.*

§. II. Postquam adultior factus, auspiciis paternis in Vngaria aduersus Turcas militabat, quo tempore a. 1587. post mortem Stephani Bathori, inter alios Coronæ Polonicæ Candidatos referebatur. 10) Ernesto Archi-Duce, qui bellum aduersus Turcas, nomine Rudolphi II. administrauerat, post extinctum Alexandrum Farnesium Belgis præfecto, Pannonici belli cura a. 1594. ipsi fuit demandata, quam etiam felici cum successu per biennium gessit, donec, Cæsare ita iubente, Maximiliano Archi-Duci fratri natu minori ea committeretur. 11) Dum igitur Cæsaris animum a se videret esse alieniorem, maxime, dum animaduerteret, fratrem ab Imperii negotiis eum procul habere velle, dum Comitiis Ratisbonensibus a. 1608. habitis, præterito Matthia, Ferdinandum patruelem præficeret, 12) idque ageret, vt Ferdinandum istum in Imperio, & reliquis regnis constitueret succesſorem, 13) dum Matthias, eo quod Belgis militauerit, Protestantibus fauere videretur, Austriacis esset exosus, 14) vtilitatis etiam publicæ interesset, eo quod Matthias iamdum quinquagenarius cœlebs adhuc esset, dum Ferdinandus ex Maria Bauarica iamdum filios sustulerat, 15) consilia hæc studuit anteuertere. Hinc conciliatis sibi a. 1608. Posonii in conuentu generali Austriæ pariter ac Vngariæ Ordinibus, Vngariæ coronam obtinuit, 16) nec ea contentus, mox de Bohemiæ quoque & Imperii succesſione sibi voluit caueri nec quieuit, vsque dum etiam Bohemiæ Regnum a. 1611. obtineret. 17)

§. III. Post mortem Rudolphi, Io. Georgius I. Saxoniæ Elector, & Ioannes Bipontinus, tutoris & administratoris Electoratus Palatini nomine, Imperii Vicariatum suscipiebant, licet etiam Philippus Ludouicus Palatinus Neoburgicus tanquam tutor legitimus in idem ius prætenderet. 18) Elector Moguntinus Electores reliquos Francofurtum euocabat, & condicta fuit dies vndecima Maii pro eligendo Rege Romanorum Francofurti. Matthias, qui ipse præsens aderat, 19) post habitas deliberationes, dum modo Albertus Austriacus, in quem præter Saxoniæ Electorem, etiam Ecclesiastici inclinabant, Maximilianus Bauarus, modo Sabaudiæ Dux, modo alii proponerentur, III. Iunii 1612. ipso Alberto Austriaco ad euitandas simultates, intercedente, Imperator Romanorum salutatur, idemque ritu solenni XIV. Iunii coronatur, sacra coronationis exequente Io. Suicardo Archiepiscopo Moguntino. 20) Vxor Imperatoris tertio post die fuit coronata ritu persimili. 21) Et die 25. Martii 1613. Posonii in Vngariæ Reginam. 22)

§. IV. Sub finem Decembris, Cæsar Comitia Ratisbonam indixit ad XXIV. Aprilis 1612. habenda, absque vllo tamen Noribergensium præiudicio, qui locus primis Comitiis per A. B. fuit destinatus. 23) Die XIII. Augusti facta fuit propositio, de pace in Imperio tenenda, bello Turcico & Re monetaria. 24) Exhibebantur iisdem Grauamina Correspondentium, quibus de iudicio aulico conquerebantur, quod iurisdictionem suam in politicis & profanis vltra modum extendat, contra constitutionem iudicii Cameralis, dum

10) REINH. HEIDENSTEIN Rer. Polon. lib. VIII. p. 253. *ex iis, qui Genti Austriacæ cupiebant, tum optimus fere & grauissimus quisque fuit Matthiæ.*

11) ISTHVANFIVS *lib. XXVIII. p. 402. lib. XXIX. p. 431.*

12) Vide *Sect. Super. §. XXX.*

13) PIASECIVS *p. 259.*

14) PIASECIVS *p. 311. odrant illum Austriaci, ab eo tempore, quo Hollandis militauit, & propterea etiam a successione in istis regnis post Rudolphum, excludere voluerunt.*

15) ISTHVANFIVS *lib. XXXV.*

16) *Sect. Super. §. XXXI.*

17) *Sect. Super. §. XXXVIII.*

18) Vtrorumque diplomata Vicariatus exhibet GOLDASTVS *Polit. Reichshandel p. VII. pag. 208.* LONDORPIVS *Tom. I. p. 100. 101.* & MEYER *Tomo I. p. 643.* LVDOLPH *lib. XII. c. II. n. 12.*

19) Solennem ipsius introitum describit KHEVENHILLER *Tom. VII. p. 445.*

20) PIASECIVS *p. 281.* MASENIVS *Annal. Treuir. lib. XXIII. p. 454.* MERC. GALLO-BELG. *Tom. IX. lib. I. p. 153.* & *lib. II. p. 71.* vbi omnes electionis atque coronationis solennitates fuse exponuntur, ex quo habet GOLDASTVS *Polit. Imper. p. II. p. 170.* LVDOLPH *lib. XII. c. II. n. 16.* Eadem describit KHEVENHILLER *Tom. VII. p. 443. sqq.* Varia scripta Matthiæ electionem concernentia reperiuntur in GOLDASTI *Polit. Reichshandeln p. I. p. 88. & p. IV. p. 153.* scripta, quæ concernunt coronationem Annæ Augustæ, in Historia coronationis Impp. *p. 155.* Le VASSOR *lib. III. pag. 307.* In LONDORPII *Tom. I. lib. I. c. XXX. p. 102.* reperiuntur varii Discursus de subiecto Imp. eligendi. Vtriusque coronationem etiam describit BERNHARDVS PRAETORIVS *in Corona Imperiali, Norib. 1613. 4.* edita, vna cum multis carminibus. Ipsius Capitulationi *art. XXXV.* primum fuit insertum, vt Rex Romanorum etiam sine Imp. consensu possit eligi, quotiescunque Electores illud conueniens putarent. Inde in reliquis etiam Capitulationibus fuit factum. Deliberationes in Collegio Electorali circa hanc Capitulationem IO. CHRISTIAN MVLDENER *Capit. Harmonica* adiecit *Append. I.* Adde SCHADAEVM *p. IV. lib. I. p. 16.*

21) KHEVENHILLER *p. 471.*

22) KHEVENHILLER *Tom. VII. p. 548.*

23) MERC. GALLO-BELG. *Tom. IX. lib. IV. p. 92. 108. 119. T. X.* LVDOLPH *lib. XII. c. II. n. 26.* Litteræ intimationis extant apud MEYERVM *Tomo I. p. 671.* Patet hoc & §. XVII. Recessus *Wir einen solchen Hof zu Nürnberg fürzunehmen verhindert worden, und dieser Zeit, aus erheblichen Ehehafften bewegenden Vrsachen diesen Vnsern ersten Reichstag anhero gen Regensburg verlegt.* HIPPOLYTVS a LAPIDE *de Rat. Status p. II. cap. III. sect. III.* autumat.

24) MERC. G. BELG. *c. l. p. 108.* LVDOLPH *lib. XIII. c. II. n. 10.* Propositio extat apud LONDORPIVM *Tom. I. p. I. c. XXXVIII. pag. 114.* In LVNIGS *Staats-Consiliis Tom. I. p. 772.* reperiuntur ZACH. GEITZKOFLERI & WILHELMI FERDINANDI von EFFRA Consilia de his Comitiis HELVICVS *lib. V. p. 140.* KHEVENHILLER *Tom. VII. p. 556.* MEYER *Tom. I. p. 694.*

25) MERC.

dum nihil sibi Cæsares reseruarint, præter causſas fractæ pacis & feudorum Imperii, in quibus tamen nihil sine Statuum consilio consensuque fieri debeat, nec causſarum auocationes ad aulam esse tolerandam, vt Donawerda restituatur, in consſtituendo Præside & Adsessoribus Cameræ vtriusque religionis ratio habeatur, visitationes Camerales restituantur, nec maiora in omnibus negotiis locum habere debeant. 25) E contrario, Status etiam Catholici sua proponebant Grauamina de turbata religione contra Protestantes. 26) Post varia demum scripta inter Cæsarem atque Corresponndentes agitata, Comitia XXII. Octobris finiuntur, iisdemque decretum de re monetaria, redintegranda matricula, administranda iustitia, seruanda pace publica & religionis, auxilia quoque pecuniaria XXX. mensium in bellum Turcicum fuerunt decreta, licet ob Protestantium disensum Cæsar sperat am summam non obtinuerit. 27) Corresponndentes vero die eodem, adhibitis Notario & testibus contra hoc decretum fuerunt protestati. 28)

§. V. Anno 1613. d. 23. Martii in castris Posonienſi & Varsouienſi Pactum & fœdus inter Imp. Romanorum Matthiam & Sigismundum III. Poloniæ R. concluditur, quo pacta atque fœdera inter Poloniam atque Austriam inita renouantur, mutuum sibi inuicem amorem, Pacis & commerciorum culturam pollicentur. 29) Insequenti an. 1614. exeunte Martio, celebratissimum illud pactum Vnionis atque Confraternitatis inter domum Saxonicam, Brandenburgicam & Hasſiacam Numburgi denuo fuit confirmatum, 30) increscentibus iterum inter Brandenburgicos atque Neoburgenses de succeſſione Iuliacensi dissidiis, 31) Hiſpanis Palatino, Belgis Brandenburgico fauentibus. Et licet Xanti Cliuensis Ducatus, intercedentibus Anglorum, Gallorum, Danorum, Colonienſium & Würtenbergensium legatis, de compoſitione actum die XII. Nouembris, atque certa capita fuissent

25) MERC. O. BELG. *Tom. IX. lib. IV. p. 119. Tom. X. lib. I. p. 1.* LVDOLPH *lib. XIII. c. II.* fuſe. CARAFA *p. 48. 49.* KHEVENHILLER *p. 561. Hiſtorie der Religions - Beſchwerden lib. I. cap. III. §. LXXI. ſiq.*

26) MERC. *Tom. X. lib. I. p. 18.* CARAFA *p. 49.* Extant vtrorumque Grauamina apud GOLDASTVM *Polit. Reichshandeln p. XXV. p. 1059. &* MEYERVM *Tom. I. p. 701.* LEHMANN *de Pace Religionis p. II. c. LXXIV. ſiq.* SCHADE *p. IV. lib. II. p. 119. ſiq.* LVNIG *Cont. I. P. Gen. II. Forſ. p. 14 21.* MEMOIRES DE LOVISE IVLIANE *p. 107.* LONDORP *Tom. I. lib. I. p. 133.* Imp. priuati saltim commodi causa hæc consilia indixisse, Cleſelio id consilii suggerente.

27) PIASECIVS pag. 284. *mox etiam ad alia Comitia Ordinum Germaniæ Ratisbonam Imperator transiuit : vbi multis oneratus queretis contra iudicium suum Aulicum propositis, quod maiorem debito iurisdictionem ibi vsurparet, Cameralem autem deprimeret, subsidia contra Turcas Transsilvaniam armis infeſſos interim petentes dubia obiecerit, & imperfectis aliis negotiis Comitia illa soluit.* MASENIVS *Ann. Trevir. lib. XXIII. p. 456.* Extat Recessus in Corpore *p. 1006.* Acta in his Comitiis apud LONDORPIVM *Tom. I. p. 114. ſiq.*

28) MERC. *Tom. X. lib. I. p. 63.* Proſtat de eo, *Gründliche Relation desienigen, was bey dem Reichstage zu Regenſburg 1613. von der Evangel. Correſpondirenden Churfürſten und Stande, Geſandten und Abgeordneten verhandelt worden 1614. f.* CARAFA p. 48. *Comitia Imperii Ratisbonam indicit, in quibus tamen grauaminibus Proteſtantium ſatisfacere ſtuduit, vt inſtauratis viſitationibus Cameræ Imperialis, Iuſtitia promoueretur ; Aſſeſſorum Cameræ numerus, & ſtipendia augerentur. Sublata Calendarii differentia, confirmitas conſtitueretur ; controuerſiæque omnes componerentur. Ad hoc requirebatur pritus Electorum, atque aliorum Principum conſenſus, iuſta aliqua collatio ad infringendos Turcas, Vallachiaras, Transſiluaniam, Moldauiam, & Vngariam infeſtantes, pacemque alias pactam turbantes. Inſuper in Imperio requirebatur iuſta rei monetalis conſtitutio, totius etiam Imperialis Albi completio. Quæ omnia cum maxime vrgerentur, & Correſpondentes Principes ſeſe difficiliores praberent, vrgerentque mutationem Bullæ Aureæ, abrogationem pluralitatum votorum, abolitionem grauaminum & iuſtitiæ opus commutatum, nihil aliud agi patuit, quam vt abrogatis prolixis ſcriptis, ad conſultationem condeſcenderent ; in qua cum rurſus Proteſtantes difficillimos ſe præberent, nihil aliud ſibi in mandatis eſſe dixerunt ab iis, qui tantæ rei caput erant, quam vt non obtentis petitis infecta re, ad quam venerant, abicederent.* Idem p. 49. addit: *Inter has diſceptationes ex inferiori Vngaria triſtis nuntius aduenit de irruptione Turcarum, de Beihlehemi Gaboris infido erga Bathorium obſequio, de illius ad Turcarum patrocinium perfugio & de oppidi Lippenſis, Genenſis, aliorumque proditione, neque tamen a Correſpondentibus Proteſtantibus aliquid conceſſum fuit. Catholici tantum mitiores, non ſeremes vltimam patriæ calamitatem, contributionem in 30. menſes conſeruerunt, rogauerunique Cæſarem, vt pro iure ſuo æquitas conſtitueretur, quod a maiori parte ſanctum fuit ; qtamuis aliqui e proteſtantibus recalcitrarent.*

29) Extat apud du MONT *Tom. V. p. II. p. 220.*

30) MERC. GALLO-BELG. Tom. X. lib. II. pag. 16. *ſub initium Aprilis, illuſtris Electorum & Principum conuentus Naumburgi in Thuringia habitus fuit, Electore Saxonie cum fratre Auguſto & vtriusque vxore, comitantibus eos mille & ducentis equitibus, Electore Brandenburgico cum ſexcentorum, Iohanne Ernesto Principe Iſenacenſi cum ducentorum ; Iohanne Caſimiro Coburgenſi cum trecentorum, Ludouico Haſſiæ Lantgrauio cum ducentorum, quatuor Vinariensſes, totidemque Altenburgenſes Principes, cum ducentorum equitum comitatu & ſplendido apparatu veſtituque condecorati, ibi conuenientibus, & de hereditaria conſœderatione inter illuſtres Saxoniæ, Brandenburgenſes & Haſſiæ familias, prioritate Vinariensſi & Altenburgenſis familiarum, nec non de controuerſo Iuliacenſi negotio deliberationem ſuſcipientibus.* LVDOLPH *lib. XIV. cap. II. n. 40.* CARAFA *p. 46.* PVFENDORF *Rer. Suec. lib. XX. c. CVII.* SCHADE *p. IV. lib. II. n. 4. ſiq.* Diſtincta autem sunt pactum Vnionis, quod XXIX. Martii fuit confirmatum & pactum confraternitatis XXX. Martii. Vtraque extant apud LIMNAEVM *I. P. lib. IV. c. VIII. §. XXV. p. 138.* GASTELIVM *c. IX. §. CX.* LONDORPIVM *Tomo I. p. 153.* LVNIGIVM *p. Spec. I. IV. p. 148.* du MONT *Tom. V. p. II. p. 237.* CARPZOV *de pacto Conſſr. Sax. cap. I. §. XIV.* Licet illud, quantum ad Brandenburgicorum accessionem nunquam ſpeciatim fuerit confirmatum ab Imp. prout etiam SCHILTERVS bene monuit *Inſt. I. Publ. lib. III. tit. I. §. X.*

31) De his late MERC. GALLO-BELG. *Tomo X. lib. II. p. 27.* LVDOLPH *lib. XIV. c. II. n. II.* KHEVENHILLER *Tom. VIII. p. 697.*

fuiſſent transacta, eademque a Brandenburgicis accepta, 32) Wolfgangus Guilielmus tamen Palatinus, qui, vt Ligam Catholicam eo certius haberet in auxiliis, Catholicam Religionem fuerat amplexus, 33) eiusdemque potentia nixus, licet transactionem ſubſcripſiſſet, omnia reiiciebat, nec Hiſpani Veſalia præſidium deducere volebant, nec, niſi relicto a Belgis Iuliaco, transactionem ratam habere, quo factum, vt Hiſpani æque ac Belgæ, nomine quisque clientis ſui, in occupandis vſurpandisque illius hæreditatis oppidis, non ceſſarent, 34) Io. Sigismundo, Brandenburgico Electore Reformatam religionem amplectente. 35) Poſtquam etiam eodem anno die XXIII. Auguſto ſententia contra Aquisgranenſes fuiſſet publicata de omnibus in priſtinum ſtatum reſtituendis, 36) executio Alberto Auſtriaco fuit demandata, qui miſſo cum exercitu Ambroſio Spinola, vrbem ad Cæſaris obſequium reducit, atque abrogato nouo Proteſtantium Senatu, exauctoratus Romano - Catholicus in locum priſtinum fuit reſtitutus. 37) Eodem anno, Martio menſe Conuentus Circuli Saxoniæ Inferioris Halberſtadti fuit celebratus, tum ratione turbarum in Imperio, tum ratione Iuliacenſium ditionum, Brunſuicenſis etiam vrbis, immo ipſius Epiſcopatus Halberſtadtienſis, in quo mutata religione Canonici Proteſtantes Catholicos excludere conabantur. In eodem autem decretum fuit, ſe omni ratione eo eſſe adlaboraturos, vt pax publica & profana conſeruaretur, grauaminibus religionis medela adferatur. 38)

§. VI. Inter hæc Correſpondentes facto XVI. Maii a. 1613. cum Belgis Fœderatis fœdere, 39) quod demum a. 1614. a Friderico Palatino ex Anglia reduce fuit confirmatum. 40) Exeunte Ianuario 1615. Vnitorum Statuum conuentus Noribergæ fuit inſtitutus, cui etiam Galliæ, Britanniæ & Daniæ Regum, Ordinumque Belgii conſcederatorum legati interfuerunt, ſed præter litteras Saxoniæ Electoris de cauſa Iuliacenſi publice prælectas, ſaltim legatio ad eundem fuit decreta. 41) Indeque Proiectum nouæ Ordinationis

32) Extant transactionis capita in MERCVRIO GALLO-BELG. *Tom. X. lib. III. p. 53.* CARAFA *p. 51.* LVDOLPH *lib. XIV. c. II. n. 27.* Ipſæ tabulæ extant apud LVNIGIVM *p. ſpec. f. IV. p. 82.* apud MEYERVM *Lond. ſuppl. Tom. II. pag. 8.* in RECVEIL *Tom. III. p. III.* du MONT *Tom. V. p. II. pag. 250.* SCHADAEVS *pag. 253.* METERANVS *lib. XXXI. p. 50.* GASTEL *de Statu Publico Europæ cap. IX. §. CVIII.* MASENIVS *Ann. Treuir. lib. XXIII. §. XCII.* Extat Protocollum actionis Xantenſis apud LONDORPIVM *Tom. I. p. 169.*

33) MERC. GALLO-BELG. *Tom. X. lib. II. p. 50.* LVDOLPH *lib. XII. c. II. n. 13.* Le VASSOR *lib. IV. p. 442.* CARAFA *p. 42.*

34) PIASECIVS p. 288. *hæcque partitio hæreditatis Iuliacenſis dum ſtetit, tunc Hollandi Hiſpanos eam præripientes timent, & vulgus exiſtimat Hiſpanos Neoburgico, Hollandos Brandeburgico militare, neutro iſtorum fructum ex tanto patrocinio ſentiente, vt experimentum euidentius mox probauit. Cum enim ſub finem anni iidem Principes opera Legatorum Angliæ, Galliæ, Daniæ Regum & Electorum Colonienſis, ac Palatini, atque Ducis Virtembergenſis Xanti oppido Cliuiæ tractatu inſtituto, certa concordiæ capita conſcripſiſſent, nempe vt demolitis Iuliaci & Duszeldorpii munitionibus, & præſidiis Veſalia aliisque locis abductis, iuxta Tremonianam, & Hallenſem concordiam vterque Princeps coniunctim ad deciſionem cauſſæ illas Prouincias adminiſtraret, fructuſque earum æqualiter participaret, Archidux Albertus eam concordiam ibi quidem placere, pro parte tamen Hiſpaniæ Regis & Imperatoris ratam ſe habere, vel Veſalia præſidium deducere non poſſe reſpondit. Quinimmo Spinola Veſaliæ præſidium ad tria millia armatorum auxit, Veſalienſibus (cum opponerent deditionis conditionem de recipiendis mille præſidiariis expreſſam) eluſi eo quod verborum conditionis illius contextus maiorem præſidii numerum non excluderet. Vnde Hollandi quoque cum ad dimittendum Iuliacum & demoliendas munitiones ibi excitatas omnia praparaſſent, in eo retinendo perſiterunt, & æque iſti atque Hiſpani propria compendia quærentes, nomine tantum quisque clientis ſui in expugnandis & vſurpandis illius hæreditatis oppidis abuti non ceſſarunt.* MERC. G. BELG. *Tomo X. lib. III. p. 60.*

35) LVDOLPH *lib. XIV. c. II. n. 37.* PIASECIVS *p. 288.*

36) Extat apud du MONT *Tom. V. p. II. p. 235.* KHEVENHILLER *Tom. VIII. p. 701.*

37) PIASECIVS p. 288. *his autem excitis Hiſpani, conſilium inuadendi Iuliacenſes ditiones diu ante conceptum maturarunt, prætexentes exequutionem decreti Imperialis contra Aquisgranum & Mulheimium, quam Archiduci Alberto ab Imperatore committi fecerant. Delegatus itaque exequutionis illius Ambroſius Spinola cum exercitu Hiſpanico ex Belgio mouens, menſe Iulio Aquisgranum venit, ac facili negotio, ad obſequium Imperatoris reuocauit Ciuitatem, quæ dimiſſo Brandeburgici (hoc ſponte receperat Ciuitas illa Ducum Iuliaci patrocinio vti ſolita) præſidio, Imperialis poteſtatis arbitrio ſeſe permiſit, ac exauthorato nouo ex hæreticis collecto Magiſtratu, veterem Catholicum, pro quo annuo, talis controuerſia fuerat exorta, in locum & dignitatem priſtinam reſtituit.* MERC. G. BELG. *Tom. X. lib. II. pag. 110.* SCHADAEVS *p. IV. lib. III. pag. 257.* METERANVS *lib. XXXI. pag. 37.* LVDOLPH *lib. XIV. c. II. n. 18. lib. XVI. c. XIII. n. 22.* CARAFA *p. 52.* HELVICVS *lib. V. p. 149.* Extat Mandatum Imp. apud LONDORPIVM *Tom. I. pag. 160.* Varia ſcripta apud MEYERVM *Lond. ſuppl. Tomo I. pag. 646.*

38) CARAFA *p. 46.* Extant de hoc conuentu bina ſcripta de dato Halberſtadt den 26. Martii 1614. *in Hochwichtigen Schrifften unter Rudolpho II. pag. 78.*

39) Extat fœdus illud in RECVEIL *Tom. III. p. 102.* LEONEM van AITZEMA *Tom. I. p. 29.* In LVNIGII *Staats-Conſilii Tom. I. p. 816. 833.* reperiuntur varia conſilia de hac conſœderatione. De eodem ſingulari ſcripto agitur, quod ſub titulo: *Hollandiſche Bundsverwandtiis*, prodiit *1614. 4.* KHEVENHILLER *Tom. VII. p. 618.*

40) LONDORP *Tom. I. p. 166.* vbi etiam *p. 172.* conſilium extat de hoc fœdere *& p. 179.* conſilium MARCI GERSTENBERGERI, quo cauſſæ exponuntur, cur Saxoniæ Electur vnioni nequeat accedere, cui tamen MICHAEL LOEFENIVS, Conſiliarius Palatinus reſpondet.

41) De hoc conuentu late MERC. GALLO-BELG. *Tomo X. lib. III. pag. 79.* LVDOLPH *lib. XV. cap. II. n. 18.* Extant litteræ Electoris Saxoniæ apud LONDORPIVM *Tom. I. pag. 185.* MEYER *Tom. II. p. 39.*

42) Repe-

tionis Iudicii Aulici a Matthia Imp. propoſitum; prælectum & quædam fuerunt monita adiecta. 42) Eodem anno, poſtquam Turcicus legatus Viennam ſplendide fuiſſet ingreſſus, exeunte Maio induciæ vicennales cum Turcis, qui a Perſis atque Aſiaticis varie vrgebantur, fuerunt concluſæ, iisdemque pacis tractatio Situatorocenſi, de anno 1606. denuo fuit confirmata. 43) Eædemque induciæ Kl. Maii 1616. denuo confirmantur. 44) Eodem anno 1615. primum Hanoueræ, deinde Ritterhuſii inter Fridericum Vlricum Ducem & Hanſeaticarum Ciuitatum, qui pro Brunſuicenſibus agebant, Deputatos de pacis negotio fuit actum, & pro tranquillitate retinenda a Ciuibus non ſolum inſignis pecuniæ ſumma quotannis ſoluenda, ſed & arcis in vrbe condendæ facultas, aliaque quamplurima Duci fuerunt oblata, quibus pene ad aliarum Ciuitatum conditionem Brunſuiga fuit redacta, niſi quod in armamentarium, vallum atque portas omne ſibi ius integrum voluit reſeruari. Et Ducem quidem ad hæc accipienda, fuiſſe pronum, ſed annuentem a Wuſtrouio retractum, eoque fuiſſe adductum, vt nimis ampla, & vel meræ ſubiectionis ſeruitutisque obſequia poſtulauerit. Ea vbi detrectarunt Ciues, Dux, collecto tumultuario exercitu, menſe Auguſto, vrbem obſidione cinxit, cui cum in auxilium veniſſet copioſus, non ſolum Belgicus, ſed & vrbium Hanſeaticarum miles, poſt habitum in campo Altfeldico conflictum die XXXI. Decembris an. 1615. inter Fridericum Vlricum, Brunſuicenſem Ducem, atque Ciuitatem Brunſuicenſem Stedernburgi conuenit, vt Brunſuicenſes Duci homagium præſtent, ſaluis tamen eorum iuribus priuilegiisque. 45)

§. VII. Dum autem improlis eſſet Imp. inſequenti anno 1616. de ſucceſſione non in Auſtriacas ſolum terras, ſed etiam Imperatorium dignitatem conſilia agebantur. Et dum Matthiæ fratres, Albertus & Maximilianus prole eſſent deſtituti, de deferenda ſucceſſione Ferdinando, Caroli II. Archi-Ducis, qui Græcii ſedem habebat, primogenito, agebatur. 46) Hinc in Bohemiam pergebat Matthias Iunio menſe, habitisque Pragæ Comitiis Philippi III. Hiſpanorum Regis Fratrumque, qui liberis erant deſtituti, ſucceſſioni renuntiantium conſenſu, 47) Ferdinandum in filium adoptans, ſibi ſucceſſorem ſtatuebat, quod multi Bohemiæ Status adprobabant, ita, vt regni prius iura atque Priuilegia, Maieſtatis etiam litteras iuramento confirmaret, ac viuo Matthia, citra huius atque Ordinum conſenſu negotiis regni ſe non immiſceret. Licet autem hæc omnia iuramento fuiſſent firmata a Ferdinando II. ſtatim tamen iſte, cum cubiculum ſuum repetiiſſet, a Nuntio Papali ab eodem fuit abſolutus. Inde XXIX. Iunii 1617. Pragæ ſolenniter fuit coronatus. 48) Licet nec iſti Bohemiæ Status, quos ſub vtraque adpellabant, nec Correſpondentes Principes hanc electionem adprobarent, eo quod Ferdinandum Catholicis noſſent nimis eſſe addictum, 49) ideoque quid facto opus eſſet, Heilbrunnæ deliberabant. 50)

§. VIII. Poſt-

42) Reperitur apud LEHMANNVM de *pace Religionis lib. I. c. XXXVIII.* LONDORPIVM *Tomo I. p. 194.* qui etiam reliquas Statuum conſultationes de Ordinatione Iudicii aulici vsque ad annum 1654. exhibet.

43) MERC. G. BELG. *Tom. X. lib. IV. p. 76. Tom. XI. lib. II. p. 31.* LVDOLPH *lib. XV. cap. II. n. 42.* Extant ipſæ pacis tabulæ in RECVEIL *Tomo III. p. 223.* du MONT *Tom. V. p. II. p. 264.* cum ratificatione Cæſaris data Pragæ d. 1. Decembris 1615. KHEVENHILLER *Tom. VIII. p. 742.*

44) Extat apud du MONT *Tom. V. p. II. p. 280.*

45) METERANVS *lib. XXXII. p. 155.* SCHADAEVS *p. 320. ſqq.* LVDOLPH *lib. XV. c. II. n. 4.* WERDENHAGEN *de Rebuspubl. Hanſeat. p. 462.* WERER *de Matthia Scel. II. §. VII.* Extant pacis Stedernburgenſis Tabulæ in RECVEIL *Tom. III p. 128.* MEYERI *Lond. ſuppl. Tom. II. p. 21.* SCHADE *p. IV. lib. IV. p. 272. ſqq.*

46) CAR. CARAFA Germ. ſacra p. 54. *Maximilianus enim percepta mente Imperatoris Matthiæ, cæterorumque e familia Auſtriaca Archiducum, iter in Belgium inſtituit, vt de his rebus cum Alberto conferret, nam deſtituti hæredibus fratres omnes, onus familiæ in Ferdinandum patruelem cogitarunt reiicere; illumque ad Regna Bohemiæ, & Vngariæ, & ad altiora promouere.* PIASECIVS *pag. 303.* & LVDOLPH *lib. XVII. c. II. n. 21.* Extat apud LONDORPIVM *Tom. I. p. 350.* conſilium Maximiliani de hac ſucceſſione. Conſilia alia ap. KHEVENHILLER *Tom. VIII. p. 735. 882. 1070.* MERCVRIVS GALLO-BELG. *Tom. VII. p. 885.* SCHADE *p. IV. lib. VI. p. 409.* Hæc etiam ſucceſſio per certa pacta domus Auſtriacæ fuit definita, quæ vna cum renuntiatione Philippi III. reperiuntur apud eundem *pag. 353.* & PVFENDORF *lib. I. §. XXI.* Le VASSOR *lib. XI. p. 81. ſqq.* GOLDASTVM *de R. Bohemiæ App. Docum. p. 143.*

Schema adgnationis tale:

Ferdinandus I.

Maximilianus II.	Ferdinandus	Carolus auctor lineæ Stiriæ
Rudolphus II. Matthias. Albertus,	Maximilianus.	Ferdinandus II.

47) Extat pactum in arce regia Pragenſi d. 6. Iunii 1617. apud du MONT *Tom. V. p. II. p. 298.* cum Matthiæ Cæſaris ratificatione *p. 301.* Renuntiationes extant apud KHEVENHILLERVM *Tomo VIII. p. 1100.*

48) NIC. BELLVS *Oeſterr. Lorberkrantz lib. I. p. 9. 10. 14. 15.* METERANI *Contin. lib. XXXIV. p. 278.* SCHADAEVS *p. IV. lib. VI. p. 413.* HELVICVS *lib. VI. p. 155. 162. ſqq.* MEMOIRES DE LOVISE IVLIANE *p. 115. 116.* varias artes circa hoc negotium detegunt. *Hiſtorie der Religions-Beſchwerden p. I. cap. III. §. XCII.* MERC. G. BELG. *Tomo V. pag. 883.* Extant etiam Acta Publica apud LONDORPIVM *Tom. I. pag. 367.* LVDOLPH *lib. XVII. cap. III. n. 21.* MASENIVS *Ann. Treuir. lib. XXIII. p. 460.*

49) LVDOLPH *cit. loc.*

50) LVDOLPH *lib. XVII. c. II. n. 25.* Extat ſcriptum Imp. ad Electorem Palatinum de hoc conuentu apud LONDORPIVM *Tom. I. p. 358.* KHEVENHILLER *Tom. VIII. p. 1153.* SCHADE *p. IV. lib. VI. p. 398.*

§. VIII. Poſtquam feliciter transacta fuiſſet Bohemica coronatio, Cæſar cum Rege deſignato, & Archi Duce Maximiliano in Saxoniam profectus, 51) de Romana Corona eidem Ferdinando imponenda, cum Saxoniæ Electore deliberauit, 52) idque egit, vt Electori perſuaderet, vbi in arma fuerit eruptum, non religionis negotium id fore, ſed ſolos Caluinianos, aduerſus quos odia Theologi iam abunde ingeſſerant, iri coërcitos 53) & non longe poſt Conuentum Electorum indici fecit. Verum Fridericus, Palatinus Elector, cum Statibus Correſpondentibus omnem lapidem mouebat, vt illa præpedirentur: 54) ipſemet adulta hyeme Monachium venit, atque Bauariæ Ducem ad Regiam Germaniæ coronam euehere promiſit, hoc tamen recuſante. Hinc ad Sabaudiæ Ducem reſpexit. 55) Dum interim Germaniæ Comitia differrerentur, Poſonii Comitia agebantur, iisdemque de ſucceſſore Matthiæ deſtinando proponebatur. 56) Eodem anno 1617. inſtante Io. Georgio I. Saxonum Electore, Iubilæum Euangelicorum, 57) per triduum d. 31. Octobris d. 1. & 2. Nouembris fuit celebratum. Paulus V. vero Papa eodem tempore ſupplicationes in formam Iubilæi indixit, vt Deus ceſſare faciat hæreſes, diſſidia inter Principes tollat. 58)

§. IX. Interea in Bohemia odiis certabatur Catholicos inter & Proteſtantes. Hi igitur litteris Maieſtatis nixi, noua hinc inde extruebant templa. Tale etiam Cloſtergrabii, qui locus ad Archiepiſcopum ſpectabat, inuito eodem fuit erectum. Sed, cum per Cæſaris Matthiæ ſententiam cauſſa cecidiſſent, Archiepiſcopus, collectis operariis, templum ſolo æquauit, totumque Religionis exercitium interdixit. Simile templum conſtruxerant ſub ditione Abbatis Braunouienſis, eo inuito inconſultoque, ac noua quotidie decreta fanciente, quibus iubebantur ab opere abſtinere, fanum claudere, & claues Senatui Regio Pragenſi deferre, quod cum facere abnuiſſent, ciues aliquot Pragam conducti in carcerem ſunt miſſi. 59) Vt autem iſti liberarentur, Bohemorum ſub vtraque Proceres, nullis ſumtibus pepercerunt. Iſti etiam ob turbatas litteras Maieſtatis frequentes conuentus agebant, atque indictis Maio menſe Pragam Comitiis, poſt varias deliberationes, vna cum Comite Turrio, die Mercurii XXIII. Maii curiam Regiam armati conſcendunt, & Concluae Regium, vbi Conſiliarii ad res Regni tractandas conſidebant, ingreſſi, cum Regiis regni legatis varie de Religionis ſuæ priuilegiis violatis diſceptant, nonnulla decreta exprobrant, in ipſosmet Conſiliarios verbis iniurioſis inuehuntur, quaſi eorum interpretatione ſubdola, Litterarum Maieſtatis ſenſus genuinus inuerteretur, & creſcente ex ſermonibus vltro citroque habitis iurgio, tandem in tres Conſiliarios, Baronem Guilielmum Slabatam, Baronem Iaroslaum de Martinitz, Smiſanskium dictum, Regni Mareſchallum & Secretarium Philippum Fabricium violentas manus iniiciunt, eosque e feneſtris in profundiſſimum vallum chlamydatos & gladiatos, more gentis in puniendis proditoribus libertatum patriarum recepto, deturbant. Et quia præter ſpem incolumes euaſerant, aliquot bombardarum ictus in procumbentes explodunt. Cæteros duos, Burggrauium & Popelium domum abducentes, Magiſtratu priuatos cuſtodiri præceperunt. Rationem tamen nefarii facinoris, ſedata plebe, biduo poſt prælo edunt, factumque apud Cæſarem non tam excuſant, quam quod merito illud egerint, defendunt. Hinc Regni adminiſtrationem Ordinum titulo inuadentes nouum Magiſtratum inſtituunt, triginta Directores e toto Regno ſeligunt, illisque regium palatium tradunt, Societatis Ieſu Collegas e toto regno ſuo, conſtitutis grauiſſimis pœnis proſcribunt, milites conſcribunt, atque e toto regno, vix duobus oppidis exceptis, Regios eiiciunt, 60) arma etiam in Bohemiam, Sile-

51) Qua ratione Melch. Cleſelius, Cardinalis, ne ipſe hoc iter cum Rege ſuſcipere deberet, fuerit deprecatus, docet KHEVENHILLER *Tom. VIII. pag. 1142.*

52) PIASECIVS *p. 333. veniſſe Ferdinandum, iam inde ſibi ſuffragium pro ſucceſſione in Imperio auſputurum*, KHEVENHILLER *Tom. VII. p. 288.*

53) PVFENDORF *Rer. Succ. lib. I. §. XVIII.*

54) Qua ratione Fridericus cum Anglis deſuper deliberauerit, docet KHEVENHILLER *p. 1150.*

55) CARAFA *pag. 56.* PVFENDORF *lib. I. §. XXI.* LVDOLPH *lib. XVII. c. II. n. 22.* Le VASSOR *lib. XII. p. 217.* HELVICVS *lib. VI. pag. 162.* MASENIVS *lib. XXIII. p. 543.* MEMOIRES DE LOVISE IVLIANE *pag. 117. 118.* Diuerſæ litteræ, arcana conſilia Imp. Electionem concernentes, reperiuntur in LONDORPII *Tomo III. p. 806. ſqq.*

56) MERC. G. BELG. *Tom. XII. lib. II. p. 8.* CARAFA *p. 57.*

57) Extant vtrorumque litteræ apud MEYERVM *Lond. ſuppl. Tom. II. pag. 132.* Litteræ IO. GEORGII Electoris vna cum Inſtruction *und Ordnung* in CYPRIANI *Præfatione ad Tentzelii Hiſtoriſchen Bericht von der Reformation §. VII.* Ibidem etiam recenſentur nummi in Iubilæum cuſi; MERC. G. BELG. *Tom. XII. lib. I. p. 124.* MASENIVS *lib. XXIII. p. 460.* METERANVS *lib. XXXIV. p. 307.* LVDOLPH *lib. XVII. c. I. II.* KHEVENHILLER *pag. 1162.*

58) Male igitur GRAMONDVS *Hiſt. Gall. lib. II. p. 175.* Lutheranos ad imitationem Iubilæi Papalis ſuum indixiſſe Iubilæum ſcribit.

59) IAC. MASENIVS poſtquam hæc narraſſet, *Ann. Treuir. lib. XXIII. p. 460.* addit: *Qua in re, vt principio apparuit leuiſſima, ſcintella iactæ ſunt incendii, quo tota deinde Germania bellis diuturnis conflagrauit.*

60) CARAFA *p. 58.* MERC. G. B. *Tom. XII. lib. II. p. 21. ſqq. Tom. XII. lib. III.* SCHADE *p. 458. 510.* METERANVS *p. 389.* BELLVS *lib. II. p. 49.* PIASECIVS *p. 343.* MASENIVS *Ann. Treuir. lib. XXIII. §. CVIII.* MEMOIRES DE LOVISE IVLIANE *p. 125.* PVFENDORF *lib. I. §. XXII.* LVDOLPH *lib. XVIII. c. III. Epitome rerum Germanicarum*, quæ auctorem habet PETRVM PAPVM Conſtantienſis Capituli Decanum *p. 8.* BVECOLD *diſc. ad Inſtrum. Pac. p. I. d. I. p. 66.* Acta Bohemica hoc in negotio plenius exponit LONDORPIVS *Tom. I. p. 411.* Rationem caſus haut adeo inſolitis habet LVDOLPH lib. XVIII. c. II. n. 42. *es war eine Hatze von etwa hundert Schuen (etliche ſetzen mehr*

Silesiamque ipsam postmodum Austriam, reliquasque prouincias subiectas mouent. 61)

§. X. Cæsar equidem a principio hos motus componere cogitans, pluribus litteris egit, vt Regni proceres solitum obsequium Regi suo deferrent, innouationem etiam litterarum Maiestatis promittebat. Intercedebant Principes, Saxoniæ Electror, Bauariæ Dux, Bohemiæ Rex Ferdinandus, & alii qui reis pacem & immunitatem spondebant, sed nec ista animis iamdum nimium exacerbatis, proderant. 62) Belgis potissimum Bohemos magis magisque commouentibus, qui diligenter monebant, ne tractatuum specie circumueniri se patiantur; exemplo quoque suo ad excutiendum prægrauem dominatum ipsos animabant, omne studium polliciti. Addebat quoque Bohemis fiduciam Vnio. 63) Inter hæc commercia primi mensis, Principes Protestantes Germaniæ, obseruantes Cæsarem a seditione domi nata præpediri, nec facile posse Imperii malis subuenire; arcem Vdenheimensem a Philippo Christophoro Spirensi Episcopo contra priuilegia Spirensis vrbis erectam, & munitam, dum terris Palatinis videretur esse damnosa, Fridericus Palatinus Elector, tanquam Aduocatus vrbis & Episcopatus Spirensis, vna cum Duce Würtenbergensi, Marchione Badensi, & Christiano Principe Anhaltino, adsumptis aliquot militum turmis, & operibus quamplurimis inuadentes, aliquot horarum spatio demoliti sunt, vnaque hora ad centum millia florenorum damni Episcopo intulerunt, cauſſas suæ expedi-tionis publicis inde scriptis exponentes. 64) Glisentes deinde Bohemorum motus adprobant, & statim milite conscripto, aliorum opem implorant. Habitus deinde ab Friderico Palatino, Ioachimo Ernesto Brandeburgico conuentus, in quo de notabili summa pecuniæ, de Palatino ad coronam Bohemiæ promouendo, de Catholicis Episcopatibus, seruata partium æqualitate distribuendis, de munere regendi summo iure Exercitus Electori Palatino deferendo, de duobus Legatis subsituendis, quorum alter circa Rhenum, alter vero in Franconia imperaret: ac tandem de armiluſtrio in Diœcesi Herbipolensi deliberatum est. Latebant hæc consilia plerosque alios. Correspondentes etiam Principes Sabaudiæ Duci pollicebantur dignitatem Imperialem, si Palatinus Elector, illius auxilio coronam Bohemiæ adsequeretur, cum nihil foret dubitandum, quia ille duorum votorum in Collegio Electorali potens, Georgii Guilielmi Brandenburgici etiam voti securus, qui Elisabetham Carolam Electoris Palatini sororem habebat in matrimonio, facile Lotharium Treuirensem Electorem, Baronem de Metternicht, in suas partes sit inducturus. 65) Nouo habito conuentu Rotenburgi ad Tubarim Cæsarem monebant, vt turbas Bohemicas quam citissime componeret, duras conditiones remitteret. 66) Mittebant Mansfeldium cum aliquot militum millibus Bohemis auxilio, qui euocatis vicinis Pilsnam obsidebat & d. XI. Nouembris 1718. occupabat, 67) ita vt Cæsari Budweitzium saltim & Crumlouia superessent. Et licet Cæsar Bucquoium atque Tampierium cum copiis contra Bohemos mitteret, isti tamen pares non erant, dum in illorum castris triginta millia tum equitum, tum peditum, numerarentur. Accedebant iisdem Austriaci atque Silesii, a Cæsare postulantes, vt generalem libertatem Religionis cæteraque omnia postulata Bohemis concederet. Exercitum etiam in duas partes diuidebant: pars Austriam depopulabatur, & pars in Bohemia Cæsaris exercitum circa Budweitzium latitantem obseruabat, neque inde illum egredi patiebatur. Austri etiam supra Anasum iugum excutere cogitabant, munimentum excitantes contra

mehr, etliche weniger) bis auf die ebene Erde herunter. Gleichwol blieben sie beym Leben. Welches daher kommen, das selbigen Orts etwann zur Helffte der Hæhe, ein Holderbaum aus der Mauer gewachsen war, auf welchen das Kehrsel aus der Küche und den Gemæchern geschüttet worden, und gleichsam einen Hügel hinab gemacht hatte. Daherosie auf solchem Baum, der sich erschüttert, nicht sehr hart gefallen, und die andere Helffte der Hæhe nur hinab gerollet, und also ohne Verletzung, ausgenommen etwas weniges an SLabata, davon kommen. Le VASSOR *lib. XII. p. 223.* KHEVENHILLER *Tom. IX. p. 27. ſqq.* SCHADE *p. IV. lib. VII. p. 456. ſqq.* THEATR. EVROP. *Tom. I. p. 36.* Patres S. I. singularem publicarunt apologiam pro S. Iesu ex Bohemiæ regno proscriptis, *Viennæ 1618. 4.* Vide etiam KHEVENHILLER *Tom. IX. p. 121.* MELCH. GOLDASTI Diss. de Iesuitarum practicationibus, & an sint belli Bohemici præsentiumque motuum ac turbarum auctores, extat apud LONDORPIVM *Tom. I. lib. IV. p. 905.*

61) KHEVENHILLER *Tom. IX. p. 183.*

62) CARAFA *pag. 59. 60.* MERC. G. BELG. *Tom. XII. lib. II. pag. 99.* LVDOLPH *lib. XVIII. c. III. n. 50.*

63) Patet hoc ex litteris Belgarum fœderatorum apud LONDORPIVM *Tom. I. p. 545.* FVFENDORF *lib. I. §. XXII.*

64) CARAFA *pag. 60.* MERC. G. BELG. *Tomo XII. lib. II. p. 68. ſqq.* vbi etiam dicitur; *ab operet autem ipso aliquoties eum Elector Palatinus, cum præsertim Spirensi etiam ciuitati, ne arecm eliquam suæ munitionem ad tria milliaria quis ei opponeret, priuilegiis præscriptum constaret, debortatus frustra fuit.* THEATR. EVR. *Tom. I. p. 28.* MEMOIRES DE LOVISE IVLIANE *p. 124.* HELVICVS *lib. VI. p. 167.* MASENIVS *Ann. Treuir. lib. XXXII. p. 460.* METERANVS *Contin. lib. XXXV. p. 358.* BELLVS *lib. II. p. 79.* vbi etiam varia scripta huc facientia continentur. SCHADE *p. IV. lib. VII. §. IX. p. 476.* LVDOLPH *lib. XVIII. c. II. n. 30.* Acta in hoc negotio exponit LONDORP *Tom. I. p. 376.* Huc etiam faciunt *Acten in Sachen Speyer contra Speyer die Demolirion des Vdenheimischen Vestung-Baues betreff. Speyer 1628. f.* Hoc tamen postea, deducto per præsium Pragense Palatino a. 1623. sublato Vdenheimi nomine, & Philipsburgi cognomine ipsi attributo, fuit restitutum MERC. G. BELG. *Tom. XIV. lib. IV. p. 50.* BELLVS *lib. VII. p. 757.* KHEVENHILLER *Tom. IX. p. 216.*

65) CARAFA *p. 61.* BELLVS *lib. III. p. 167. lib. III. p. 229.*

66) CARAFA *p. 62.* MERC. G. B. *Tom. XII. lib. III. p. 43.* BELLVS *lib. II. p. 155.*

67) Extat singularis Relatio de obsidione & occupatione huius vrbis, *Pragæ 1618. 4.*

contra Bauarum & Paſſauienſes, armati deinde contra Cæſaris militem, eum a finibus ſuis excludere conati ſunt, & ſic occluſo Danubio, ſuperiorem & inferiorem Auſtriam interſecante, ipſi Cæſari, eiusque copiis commeatum denegabant. 68)

§. XI. Inter has turbas, Poſonienſia Comitia continuabantur, Matthia Imp. ob ingraueſcentem valetudinem ſemper Viennæ hærente. In iisdemque Ferdinandi electio adprobatur, vt ſingulas regni libertates, privilegia & iura, religionis etiam exercitium conſeruet, illarum grauaminibus medelam adferat. 69) Quibus a Matthia & Ferdinando per litteras confirmatis, ipſis Kl. Iulii 1618. in Regem Vngariæ fuit coronatus. 70)

§. XII. Electioni & coronationi Ferdinandi Regis adſuerat inter alios etiam Melchior Cleſelius, Cardinalis, Viennenſis Epiſcopus, humili genere ortus, qui Cæſari ab intimis fuerat conſiliis. Hic pro conſeruanda eiusdem auctoritate plurimum ſtudebat, Ferdinando in petenda Bohemiæ Vngariæque corona fuerat contrarius, Hiſpanorum conſiliis aduerſabatur, ad pacem magis inclinabat, & Proteſtantibus vltimo fauere videbatur. Hoc ipſo Ferdinandum expertus fuit ſibi inimicum. Hic, vna cum Hiſpanis Cleſelium apud Imperatorem ſuſpectum reddere conabatur, quaſi diſſenſionis ſemina ſpargeret in familia Auſtriaca, cum hæreticis faceret, ſuis potiſſimum commodis conſuleret. Sed cum hæc Matthiam mouere nequirent, periculum ipſi in ſolenni coronationis actu, dum ſclopeta excuterentur, intentatum fuiſſe dicitur. Cum Viennam reuerſus eſſet, coram Ferdinando Rege, Archiduceque Maximiliano in arce comparere, horam circiter ſecundam, XX. Iulii die iuſſus fuit. Nuncio itaque Pontificis in currum adſumpto, ad aulam conſeſtim vectus eſt, multos cum ipſo ſermones inter eundum miſcens. Cum curru deſcendiſſet, dimiſſo cum curru Nuncio, & mandato de ſe obſeruando miniſtris ſuis dato, in arcem aſcendit, aulam Archiducalem petiturus. Exceptus in via a miniſtro quodam, obuiam ipſi veniente, & Archiducem, quod ob valetudinem minus commodam in occurſum procedere non poſſet, excuſante, perductus ad aulam iſtam fuit. Rex cum Archiduce & Oratore Hiſpano in aula congregati, admittendum eum non cenſuerunt. Abducto igitur eo in Cœnaculum aliud per Sigismundum Breunerum Baronem, qui ad iter iam iam ingrediendum, cum Tampirenſi & Colalto comitibus paratus ibi ſubſiſtebat, ſignificari ei curarunt, decretum eſſe a domo Auſtriaca, & cum Papa Romano transactum, vt ob male adminiſtratam prouinciam, cauſaſque multas alias, non toleraretur in aula diutius, depoſito igitur Cardinalis habitu, nigri coloris vulgarem, qui ipſi ſtatim offerebatur, adſumeret, & Baronem Comitesque prædictos ſtatim ſequeretur. Cardinalis, adhibita proteſtatione, cum aliter non poſſet, pileo pallioque Cardinali depoſitis, habituque nigro aſſumpto, cum Barone & prædictis Comitibus per occultum tranſitum ex arce deſcendit, conſenſoque ſtatim curru, ad fines Stiriæ, indeque porro in Tirolenſem regionem profectus eſt, ducentis Tampirenſibus equitibus ipſum comitantibus. In itinere parata iam omnia erant, vt mutatis ſtatim equis, progredi quamprimum poſſent. Accerſitus eadem hora ad Archiducale palatium Petrus Hutnerus, qui Cardinali a ſecretis conſiliis hactenus fuerat, & eum Miniſtris aliis eum in aula præſtolabatur, claues Cardinalis deponere iuſſus, arreſtoque fuit obligatus. Omnia autem iſta tam circumſpecte taciteque peracta fuerunt, vt ne in arce quidem, quisquam id animaduerteret; & ipſis Cardinalis miniſtris, donec ſub veſperam domum reuerterentur, & ſecretiora Domini ſui inueſtigata iam viderent, nihil eorum innoteſceret. Abducto hunc in modum Cardinale, Rex cum ArchiDuce ad Cæſarem ſeſe contulerunt, & ignarum rerum omnium de facto iſto, cauſſisque erudierunt, qui licet grauiter hoc ferret, per Dietrichſteinium tamen Cardinalem vix iterum fuit ſopitus, dum multa animi & corporis infirmitate deſuper frangeretur. Ad coniugem Cæſaris, quæ Cleſelium patris inſtar habuerat, eadem adhuc veſpera per ſupremum aulæ præfectum Maximilianum Trautmansdorffium, hoc ipſum quoque referentes. 71) Quæ mariti infirmitate, & inſpera-

68) CARAFA *pag.* 64. 65. 66. MERC. G. B. *Tom. XII. lib. III. p.* 80. PVFENDORF *lib. I.* §. *XXIV.* BELLVS *lib. I. p.*148. De occupatione Pilſenæ diuerſæ extant relationes *Pragæ.* 1615. 4. ediæ.

69) De his conditionibus late MERC. G. BELG. *Tom. XII. lib. II. p.* 126. BELLVS *lib. II. ineunte.* MASENIVS *Ann. Treuir. lib. XXIII. p.* 463.

70) PVFENDORF *Comm. rer. Suec. lib. I.* §. *XXI.* LVDOLPH *lib. XVIII. c. III. n.* 50. MERC. G. BELG. *Tom. XII. lib. II. pag.* 138. LONDORP *Tom. I. p.* 374.

71) Hoc negotium plenius exponunt BAPTANI *hiſt. de la Rep. de Veniſe Tom. I. lib. IV.* MICH. le VASSOR *Tom. III. lib. XII. pag.* 229. LVDOLPH *lib. XVIII. c. II. n.* 31. *lib. XXIII. c. I. n.* 9. MERC. G. BELG. *Tom. XII. lib. II.p.*146. GRAMONDVS *lib. IV. p.* 242. PIASECIVS *p.*311. qui addit: *Aulici autem Imperatoris tunc omnes ſternati tanto caſu, ne mutire quidem vel Imperatori que geſta fuiſſent narrare audebant, ſingulis veriti ne eandem cum Cleſelio fortunam ſubire cogerentur. Imo Imperator ipſe cum hoc demum ab ipſismet Archiducibus intellexiſſet, ſuſpicatur, ne ſibi quoque in cuſtodiam eſſet concedendum, ſimulauit dolorem: ſed exinde ex melancholia intabeſcente quo laborabat morbo, aſſidue decumbebat in lecto, & identidem intergemitus proclamabat: reddite mihi Cleſelium. Imperatrix vero, qua ipſum patris habuerat loco, tanta afflictione mariti, & inſperata rerum viciſſitudine percuſſa, ex animi anxietate infirmitatem concepit, ex eaque ſub finem anni ipſius obiit.* BELLVS *lib. II. p.* 60. METERANVS *contin. lib. XXXV. p.* 277. vix igitur credendum, quod 10. PALATIVS ſcribit *Aquila Auſtriaca, ſub Matthia p.* 135. Cæſarem, vbi Cardinalem abduxtum reſciit, indignatum fuiſſe primum, mox, cognita cauſſa, factum non improbaſſe. SCHADE *p. IV. lib. VII.* §. *XVII. pag.* 499. KHE-

sperata rerum vicissitudine plurimum perculsa, ex animi anxietate etiam infirmitatem concepit. Male hæc habebant Paulum V. pontificem, licet cum ipso rem iam fuisse transactam finxissent, qui etiam ipsius liberationem frustra vrgebat. Huius successor Gregorius XV. demum obtinuit, vt Romam captiuus mitteretur, vbi causa coram delegatis Cardinalibus examinata, innocens fuit declaratus, atque a. 1623. liberatus, 72) consentiente Ferdinando II. a. 1627. ad episcopatum suum rediit. 73)

§. XIII. In causa Bohemica vero pacatis potissimum consiliis, inuito licet Ferdinando, vtebatur Matthias. 74) Cumque hyems adolescret, rursus ad Bohemiæ Ordines litteras dedit, quibus eos ad obseruantiam, concessis induciis, hortabatur, vt interim per Saxoniæ Electorem pacis aliqua via iniretur. In hunc etiam finem Adamum a Wallenstein in Bohemiam, & ad Electorem delegauerat, quo communicatis consiliis, pacis conditiones componerentur. 75) Conuentus etiam ad pacem ineundam ad XIV. Aprilis 1619. Egræ fuit constitutus, 76) quem tamen mors Imperatoris paullo post insecuta, interrupit. Mansfeldius autem Pilsna potitus, patriæ vniuersæ exactiones imponebat, & bellorum gloria allectus, prolixiora bella suadebat. Hinc Imperatoris litteris est proscriptus. Turrius Comes cum parte exercitus in Austriam irrupit, caussatus prædam e Bohemia eo auectam se repetiturum. 77)

§. XIV. Inter has turbas moriebatur Matthias X. Martii st. v. 1619. 78) anno ætatis LXIII. Corpus eiusdem XV. Martii virginum Regiarum cœnobio sub vesperam illatum a clero, consiliariisque Cæsareis fuit, 79) postea sub sacello Cæsareo apud PP. Capucinos intra vrbem Viennæ depositum. Exequiæ postmodum, parato in templo isto doloris Castro magnifico, consuetis adhibitis ceremoniis celebratæ XXIV. Aprilis die fuerunt. 80) Vxor ipsius erat Anna, Ferdinandi II. ArchiDucis, Tirolensis lineæ, & Annæ Mariæ Mantuanæ filia, quæ cum ipso IV. Decembris 1611. fuit copulata, 81) postea Pragæ X. Ianuarii 1616. in Reginam Bohemiæ coronata, 82) sed a. 1618. defuncta. Ex hac tamen liberos non sustulit. Filium tamen naturalem reliquit, Don Matthias de Austria dictum. 83)

499. KHEVENHILLER *Tom. VIII. p.* 423. *sqq. Tom. IX. p.* 200. Scripsit hac occasione GEORGIVS ACACIVS ENENCKELIVS *Seianum* suum *argentorati* 1620. 4.

72) PIASECIVS p. 366. *hoc anno Romæ obierat Gregorius Papa XV. octana mensis Iulii, & non multo ante suam mortem e captiuitate Archiducum Austria liberauerat Cardinalem Melchiorem Clesselium, missoque Auditore Rotæ Verospio, qui examine facto, eum iniuste fuisse detentum inuenit, & secum abduxit Romam, vbi in Castro Sancti Angeli per paucos dies subsistere iussum, postea Pontifex innocentem declarauit, & Collegium Cardinalium ad Conclaue Electionis noui Pontificis eum admisit.* MERC. G. B. *Tom. XV. lib. I. p.* 98. BELLVS *lib. VII. p.* 767. *lib. VIII. p.* 794. KHEVENHILLER *Tom. IX. p.* 709. *Tom. X. p.* 156.

73) LVDOLPH *lib. XXIII. c. I. n.* 9. KHEVENHILLER *Tom. X. p.* 1481.

74) Singularis consultatio de Bohemis per mitiorem viam reducendis Erasmi de Tschernembl extat apud KHEVENHILLER *Tom. IX. p.* 294.

75) CARAFA *p.* 66. MERC. G. B. *Tom. XII. lib. III. p.* 37. Varia scripta Bohemorum & Saxonis super hac compositione extant apud LONDORPIVM *Tom. I. p.* 535. KHEVENHILLER *Tom. IX. p.* 312. BELLVS *lib. II. p.* 145.

76) MERC. G. B. *Tom. XII. lib. III. p.* 144. CARAFA *c. l.*

77) MERC. G. B. *Tom. XII. lib. III. p.* 108. 141. CARAFA *c. l.* PVFENDORF *c. l.* BELLVS *lib. III. p.* 173. KHEVENHILLER *Tom. IX. pag.* 183. *sqq.* 292.

78) IO. KEPPLERVM ex astris per sex litteras M. M. M. M. M. M. quorum hic sensus *Monarcha Mundi Matthias Mense Martio Morietur*, hanc mortem prædixisse volunt. Licet Auctor Persecutionis Ecclesiæ Bohemicæ rem aliter referat: *Narrauit*, inquiens, *Abricis Iob. Geslenius, se postquam A.* 1618. *Ordinum Bohemicorum Legatus ad Hungaros fuerit, in reditu captus, & Viennæ deductus, sed post ab Imperatore dimissus fuerit, in carceris paricte adscripsisse literas*, I. M. M. M. M. *quæ cum a discessu legerint varii, nec intellexerint, ingressum tandem Ferdinandum & sic interpretatum*: Imperator Matthias Mense Martio Morietur: simulque arrepta creta, adscripsisse *itidem Prophetiam*: Iessenii, Mentiris, Mala Morte Morieris. Pergit Auctor, Gessenium, hæc Amicis, post Matthiæ fata referentem, addidisse: *vt ego mentitus non sum, ita procul dubio Ferdinandus operam dabit, ne se vanum fuisse vatem dici possit*, quod etiam factum, dum postea Iessenius capite fuerit truncatus. WEBER *cap. I. §. XI.*

79) KHEVENHILLER *Tom. IX. p.* 334.

80) MERC. G. B. *Tom. XII. lib. IV. pag.* 10. PIASECIVS *p.* 317. GRAMONDVS *lib. IV. p.* 240. MASENIVS *Ann. Treuir. lib. XXXIII. pag.* 464. SCHADAEVS *p. IV. lib. VIII. §. LII.* PVFENDORF *lib. I. §. XXV.* LVDOLPH *lib. XIX. c. II.* THEATR. EVR. *Tom. I. p.* 106.

81) MERC. G. B. *Tom. IX. lib. VI. pag.* 136. PIASECIVS *p.* 276. *interim Matthias Rex initio Decembris Viennæ Austriæ nuptias celebrauit cum Anna Archiduce Ferdinandi Tirolensi filia.* SCHADAEVS *p. III. p.* 1638. 1648. LVDOLPH *lib. XI. c. II.*

82) MERC. G. B. *Tom. XI. lib. I. p.* 103. METERANI *Cont. lib. XXXIII. p.* 165. SCHADE *p. IV. lib. V. §. II. p.* 349. PIASECIVS *p.* 296. Litteræ proscriptionis Mansfeldii extant apud LONDORPIVM *Tom. I. p.* 552.

83) Mentionem eiusdem facit KHEVENHILLER *Tom. IX. p.* 728.

SECTIO NONA
DE
FERDINANDO II.

§. I. Ferdinandi II. Natiuitas & Mores. §. II. B. Venetum & gesta antequam fierct Imp. §. III. Ferdinandi electio & coronatio in Imp. §. IV. Bohemiæ & Austriæ Status Ferdinandum nolunt agnoscere. Friderici Palatinus eligitur Rex Bohemiæ. §. V. Hungari sub Bethlen Gabor deficiunt & Silesii. §. VI. Conuentus Correspondentium Norib. genſis a. 1619. Conuentus Statuum Circuli Saxoniæ Inferioris. Conuentus Catholicorum Herbipolenſis. Gallia Rex a Cæsare sollicitatur. §. VII. Catholici scriptis suis belli incentores. Cæsar Friderici electionem pro nulla declarat: de auxiliis sibi prospicit Papa potissimum & Maximiliani Bauari. Correspondentium auxilia. §. VIII. Conuentus Circuli Saxoniæ Superioris. §. IX. Conuentus Electorum Mulhusinus. §. X. Fridericus homagium in Bohemia suscipit. Comitia Pragenſia: Tractatus Vlmenſis inter Vnionem & Ligam. §. XI. Banarus cum Liga Exercitu Austriam: Io. Georgius Saxo Lusatiam: Spinola Palatinatum subigit. Vnionis exercitus otiosus. §. XII. Bohemica negotia languescunt. Prælium Pragense. §. XIII. Morani, Lusatii, Silesii ad Cæsaris obsequium redeunt. Ernestus Mansfeldius exercitum pro Friderico colligit. Paulus V. Victoriam Pragenſem celebrat. Scriptores B. Bohemici. §. XIV. Fridericus cum fociis profiribitur. Conuentus Correspondentium Heilbrunnenſis. Catholicorum Augustanus. Vnio per pactum Moguntinum dissoluitur. Conuentus Saxoniæ Inferioris Segebergenſis. Palatinatus ab Hispanis occupatur. §. XV. Lutherani ex Bohemia & terris Austriacis pelluntur: Catholici restituuntur: Iudicium sanguinis Pragæ instituitur. §. XVI. Marchio Legerndorfius turbas mouet in Silesia, & Betlen Gabor in Hungaria, qui tamen Niclasburgi cum Cæsare pacem facit. §. XVII. Christiani Brunsuicenſis, Georgii Friderici Durlacenſis & Mansfeldii Conatus. Prælium ad Wiselochium, Wimpinam, Hochstam, Floriacum. Durlacenſis terris priuatur. Tractatus Bruxellenſis. Christiani nummus. §. XVIII. Banarus Palatinatum Superiorem & Inferiorem inuadit. Bibliotheca Heidelbergenſis Romam transfertur. §. XIX. Comitia Edenburgenſia 1622. §. XX. Comitia Ratisbonenſia 1622. Translatio dignitatis Electoralis in Bauarum. Peruersus Monetæ Status in Germania. §. XXI. Circuli Saxoniæ Inferioris Ordines Christianum Brunsuicenſem Ducem eligunt. Hic ad Stadtloam a Tilloo vincitur. §. XXII. Betlenus bellum reſtaurat, sed pacem iterum facit. §. XXIII. Pax Turcica. Diuisio Comitatus Tirolenſis & Alsatiæ Landgrauiatus. §. XXIV. Conuentus Ordinum Saxoniæ Inferioris Brunsuicenſis. Christianus IV. Daniæ Rex eligitur Dux Circuli. Tillius & Wallensteinius in Saxoniam inferiorem mittuntur. Casus Daniæ Regis Hamelæ. Pugna Hannouerana. §. XXV. Comitia Edenburgi 1625. §. XXVI. Nouus Conuentus Brunsuicenſis. Inducia cum Cæsare. Conuentus Hagæ Comitum. §. XXVII. Daniæ Rex tres facit exercitus. Mansfeldii expeditiones & fata. §. XXVIII. Tillius contra Danum agens, eundem ad Lutteram vincit. §. XXIX. Ruſicci in Austria rebellant. Io. Ernesti, Vinarienſis Ducis & Turrii Conatus in Silesia, Marchionis Durlacenſis in Alsatia. §. XXX. Continuatio belli in Saxonia inferiore. §. XXXI. Conuentus Catholicorum Herbipolenſis. Electorum Mulhusinus. Danus pacem petit. Conuentus Colmarienſis de pace cum Palatino. §. XXXII. Cæsaris filius Ferdinandus III, & coniux Eleonora in Regem & Reginam Bohemiæ coronantur. Palatinatus Superior Bauaro conceditur. §. XXXIII. Cæsarei imperium maris Baltbici tentant. Wallensteinius sit supremus maris præfectus & Ducatu Megapolitano donatur. Straslsunda fruſtra obsidetur. §. XXXIV. Origo controuerſiæ de successione Mantuana. §. XXXV. Continuatio belli in Holsatia. Pax Lubecenſis. §. XXXVI. Reformatio Cæsarea: Edictum de reſtitutione bonorum Ecclesiasticorum. §. XXXVII. Insolentia Legionum Cæsarianarum & Wallensteinii. Conuentus Ligæ Herbipolitanus, Conuentus Electorum Ratisbonenſis. Abdicatio Wallensteinii. Coronatio Augustæ. §. XXXVIII. B. Mantuanum. Pax Claraſcenſis & Ratisbonenſis. §. XXXIX. Quid Gustauum Adolphum commouerit ad expeditionem Germanicam ſuſcipiendam. §. XL. Guſtauus Adolphus cum exercitu in Pomeraniam venit, eius maximam partem occupat, cum Pomeraniæ Duce pacisciur. Franciſcus Dux Lauenburgicus vapulat. §. XLI. Brandenburgicus hæret. Fœdus inter Gallos & Suecos. §. XLII. Conuentus Lipſienſis, & colloquium inter Proteſtantium Theologos. Conuentus Ligæ Dünkelſpühlenſis. §. XLIII. Guſtauus reliquas Pomeraniæ urbes capit, in Nouam Marchiam irrumpens, Francofurtum ad Viadrum occupat. §. XLIV. Excidium Magdeburgenſe. §. XLV. Guſt. Ad. cum Electore Brandenb. pacisciur. Gryphiswaldum occupat. Wilhelmus, Hassiæ Landgrauius ipſi accedit. §. XLVI. Conuentus Francofurtenſis 1631. Multi Status & vrbes fœderi Lipſienſi renuntiare per Cæsaris exercitum coguntur. §. XLVII. Tillius Saxoniam inuadit. Prælium Lipſienſe 1631. §. XLVIII. Rex per Erfurtum in Franconiam pergit, & Ringoa occupata, in Palatinatum. §. XLIX. Roſtochium occupatur & Wismaria. Banerius Vvrmondi victor. Circuli Saxoniæ Inferioris Ordines Guſtauo ſtudent. §. L. Saxonis progreſſus per Bohemiam. §. LI. Wallensteinio militare imperium iterum defertur. §. LII. Neutralitas Bauari, Ligæ, Palatini Neoburgici, Colonienſis & Treuirenſis quæsita. Fridericus Palatinus ad Regem venit. Regis fœdera cum Statibus Germaniæ. Regis progreſſus in Wetterauia, ad Danubium, in Bauaria 1631. §. LIII. Gesta in Saxonia inferiori 1631. §. LIV. Wallensteinius Saxones ex Bohemia pellit. Conuentus Brandenburgici & Saxonis Torgauienſis. §. LV. Rex & Wallensteinius castra castris ad Noribergam opponunt. Rex in Bauariam diſcedit. §. LVI. Progreſſus Pappenheimi per Hassiam. Electior Treuirenſis arcem Ehrenbreitſtein Gallis cedit. Progreſſus Ducum Suecicorum in Alsatia. Prælium ad Wiselochium, Progreſſus in Palatinatu, & Saxonia inferiore. §. LVII. Gesta per Lusatiam & Bohemiam. Holckius, Pappenheimius & Friedlandus in Miſniam irrumpunt. §. LVIII. Prælium ad Lutzenam. Mors Regis Suecorum. §. LIX. Cæsarei ditione Electorali eiiciuntur. §. LX. Oxenſtirne omnis negotiorum cura demandatur. Iſte Francoſorti ad Viadrum, Dresdæ & Berolini agit. Conuentus Heilbrunnenſis. Pacem varii tentant. Friderici Palatini Mors. §. LXI. Bernhardi progreſſus in Franconia, ad Danubium & Isaram. §. LXII. Hornii & Rheingrauii Progreſſus ad Rhenum & in Sueuia a. 1633. §. LXIII. Heidelberga capitur. Lotharingius ad Pfaffenhouiam proſtigatur. §. LXIV. Gesta in Weſtphalia & Saxonia inferiori 1633. Prælium ad Oldendorpium. §. LXV. Gesta per Silesiam. Friedlandi Stratagemata. Prælium ad Steinauiam. §. LXVI. Conuentus Heidelbergenſis. Legati in Galliam mittuntur. §. LXVII. Pacis conſilia 1634. Conuentus Halberſtadtienſis. Oxenſtierna cum Brandenburgico agit & Saxone. §. LXVIII. Fatum Wallensteinii. §. LXIX. Gesta a. 1634. in Sueuia, Alsatia & Weſtphalia. Prælium ad Warwcilam II. Martii. §. LXX. Conuentus

ventus Francofurtenſis & Wormatienſis. §. LXXI. Geſta in Saxonia Inferiori, Weſtphalia, Sileſia, Suecia. Prælium ad Lignitium. §. LXXII. Geſta in Bauaria & ad Danubium, Ratisbona a Ferdinando occupatur. Prælium Nordlingenſe. §. LXXIII. Fœdus cum Gallis firmatur. Hiſ- Alſatia ceditur. Concentus Wormatienſis. Fuga Reginæ Eliſabethæ in Galliam cum Friderici corpore. §. LXXIV. Cæſarei poſt victoriam Nordlingenſem per Sueviam late graſſantur. Geſta per Wetteraviam. §. LXXV. Pax Pragenſis. Luſatia in Saxoniæ Electorem plene transfertur. §. LXXVI. Hugo Grotius in Galliam mittitur. Concentus Wormatienſis. §. LXXVII. Geſta in Wetterania, Sueuia, Franconia. Philipsburgum, Auguſta, a Cæſareis capiuntur. Elector Treuirenſis abducitur captiuus. §. LXXVIII. Plerique Euangelici Pragenſem pacem amplectuntur. Belli progreſſus. §. LXXIX. Inducie Stuinsdorfienſes cum Polonis. Conuentio Wismarienſis cum Gallis. Acta inter Saxones & Suecos. Prælium ad Witſtockium. §. LXXX. Progreſſus belli in Weſtphalia, Wetteravia, Alſatia, Saxonia Inferiori, Burgundia. Prælium ad Hafeluum & ad Rauonam. §. LXXXI. Concentus Coloaienſis de pace. Comitia Electoralia Ratisbonenſia. Palatinus ius ſuum in hoc Conuentu tuetur. Electio & Coronatio Ferdinandi III. §. LXXXII. Mors Ferdinandi II. & familia.

§. I.

SVccedebat Ferdinandus II. qui IX. Iulii 1578. parentibus Carolo II. Auſtriæ Archiduce, qui Ferdinandi I. filius tertius erat, lineæ Stiriæ, & Mariæ, Alberti V. Bauariæ Ducis filia, Græcii natus. 1) Princeps erat regiis admodum virtutibus ornatus, ſed zelo erga Romanam religionem nulli ſecundus, 2) nulla tamen expeditionum bellicarum experientia inſtructus. 3) Dominandi etiam cupidinem pro ſcopo habens, Germaniam oppreſſis Proteſtantibus, in Monarchiam redacturus. 4)

§. II. Hic patri ſuo a. 1590. duodecennis adhuc, in Styria ſuccedebat. 5) Poſtquam adultior factus, bellis Vngaricis intererat. Anno 1615. cœpit bellum Venetum, Poſtquam enim Vſcoci ad Croatiæ fines habitantes 6) direptis paſſim & interceptis Venetorum nauibus mare inſeſtum admodum redderent, Veneti, miſſis ad Ferdinandum Archiducem legatis, grauiter de iniuria iſta fuerunt conqueſti. Hic dato mandato Sengenſi præfecto, in piratas iſtos ſedulo iubet inquirere. Sed, cum iſte Venetis non ſatisfaceret, hi prætextu iſto vſi, (dum potius arcana conſilia haberent domus Auſtriacæ potentiam infringendi,) Vſcocos non ſolum terra marique perſequebantur, ſed in Forum Iulii etiam irrumpentes, Gradiſcam obſident, quam acriter defenſam XXVIII. Martii

1) FVGGER *lib. VI. c. XXI. p. 1397.* BVCHOLTZER *Index Chron. p.* 682. SCHONLEBEN *p. II. c. X. ad IX. Iulii.* FRANTZ CHRISTOPH KHEVENHILLER *Ann. Ferdin. Tom. I. inuoto.*

2) GVIL. LAMORMAINVS ſingulari libello Ferdinandi II. virtutes deſcripſit, vbi capite primo ſtatim fidem & Catholicæ Religionis Zelum declarat & *p.* 3. ſic ſcribit. *Annos natus non plures viginti, (quod alibi dictum eſt) in ipſo ſuſcepti Regiminis exordio, Laureti in agro Piceno, coram Virgine Matre, Deo vouit, vel cum vitæ diſcrimine abſtinere ſe a Styria, Carinthia, Carniola, ſœtas, ſœtatumque Magiſtros. Tertio ſupra quadrageſimum anno, Vngariæ Bohemiæque iam Rex, & Cæſar, idem ſe in Bohemia, illique Regno adiunctis Prouinciis actuarum, Cellis (vbi in Styria ac Auſtriæ finibus precipua religione Virgo colitur,) ſimile conſtanterque vouit. Tandem octo fere ante obitum annos obſtrinxit ſe voto, nullis defuturum occaſionibus, quas Deus dignaretur offerre, quin Fidem Catholicam in Vngaria, olim vi Catholiciſſima ac piiſſima ſic ſub Beatiſſ. Virginis patrocinio fortiſſima feliciſſimaque protegeret, & modis mollioſque licitis ac honeſtis protegeret, & modis mediisque licitis ac honeſtis propugnaret. Ad ſimile votum edendum inuitauit, ac induxit e Conſiliariis eum, cuius opera maxime vtebatur, vt ſcilicet promitteret ſe adnigilaturum & pro viribus Cæſaris Zelo cooperaturum. Haud ſegnius reſtituendæ Religionis Votum Deo reddidit, quam concepit. Primo, vt alibi vidimus, Styriam, Carinthiam, Carniolam penitus expurgauit. Deinde ex Bohemiæ regno, & Morauia, & ex vtraque Auſtria Acatholicos Prædicatores omnes dimiſit, Catholicosque feſſicit, eo animorum prouentu, vt nonnulli absque temeritate ſe affirmare poſſe exiſtiment, Ferdinandi Zelo ac opera centies centena millia hominum ad Eccleſiæ Catholicæ gremium & caulas eſſe reuocata; adeoque Ferdinandum omni iure poſſe ac debere tam Prouinciarum Apoſtolum dici, aut Apoſtolici Imperatores cognomento decorari.* Eadem de ipſo prædicat SCHONLEBEN *de Orig. G. Habsb. p. II. c. VIII. §. XII.* BVRGOLDENSIS *Diſc. ad Inſtr. p. p. I. d. XIV. §. II.* Eundem ipſius Zelum prædicat NIC. VERNVLAEVS *Vrt. Gent. Auſtr. cap. I. p. 7.* qui etiam *cap. V. p.* 126. alias ipſius virtutes hinc inde collaudat.

3) PIASECIVS pag. 497. *Princeps moribus mauſuetis, Religioſoque magis otio natus, & nunquam ad aliquam expeditionem bellicam, niſi ſemel ad inſtandam recuperationem Cauiſiæ ipſemet ibit, ſed per miniſtros armis ſemper tractauit; nullus tamen dici poteſt illo fortiorator in bellis gerendis, ſi ea ſenire voluiſſet: ſed diem vno alteroque nec dum finito, (inexorabilis in reſtituendo Palatinatu, infiniti belli perpetua anſa) alia inſuper prouocat, omnia tot victoriarum fœrtum emolumenta amiſit: poſteritque ſuis graniora bella, & non eandem felicitatem relinquent, eorum rem ia difficillimum periculorum longorum diſcrimen adduxit.*

4) Hoc prolixe declarat BVRGOLDENSIS *p. I. diſc. XIV. §. V.* Prodiit ſeparatim *Status particularis Regiminis S. C. Maieſtatis Ferdinandi II.* 1637. 24. Singulos Miniſtros etiam, officiales & Duces Militares Aulæ Ferdinandæi recenſet FRANCISCVS CHRISTOPHORVS KHEVENHILLERVS *Annalibus Ferdinandeis*, quibus omnia ab illius natiuitate ad mortem vsque geſta tomis XII. abunde deſcripſit.

5) KHEVENHILLER *Tom. III. pag.* 773. qui etiam *p.* 1498. prolixe docet, qua ratione Terrarum Regionem ſuſceperit. Et p. 1710. vitram antiquum inaugurandi Carinthiæ Duces deſcribit.

6) Horum Statum ſingulari Hiſtoria deſcripſit AMELOT de la HOVSSAYE, quæ tertiam partem facit Hiſtoriæ Reipublicæ Venetæ. Extat Conſultatio Nobilis cuiusdam Veneti ſuper hoc bello inter LVNIGII *Staats-Conſilia p.* 937. Aliudque Cleſelii Cardinalis *p.* 956. KHEVENHILLER *Tom. II. p.* 1077. NANI *Hiſt. Venet. lib. I. p.* 32.

Martii 1616. iterum relinquunt. 7) Post varias clades, damnaque maritima, quæ Veneti non ab Vscocis solum, sed etiam a classe Neapolitana fuerunt perpessi, 8) tandem intercedente Philippo III. Hispanorum Rege, Madriti pacis capita fuerunt composita, quæ Veneti acceptare primum recusarunt: 9) Demum, interueniente Gallorum Rege Ludouico XIII, VI. Septembris 1617. hæc pacis capita Parisiis fuerunt subscripta, atque ineunte a. 1618. ab vtraque parte ratihabita, his conditionibus, vt ablata vtrinque restituerentur, Vscocorum piratica inhibeatur, Segnæ Vscocorum propugnaculo præsidium Germanicum imponatur. 10) Hinc a. 1617. coronatur Rex Bohemiæ, anno 1618. 11) Kl. Iulii Rex Vngariæ. 12)

§. III. Mortuo Matthia, vicariam Imperii administrationem Palatinus & Saxoniæ Electores vi A. B. suscipiunt. 13) Electores etiam a Moguntino die XX. Iulii 1619. Francofurtum ad noui Imp. electionem euocantur, 14) atque inter hos Ferdinandus, 15) contradicentibus licet Bohemis, eo quod electionis ius sit reale, & nemini sine Electoratus alicuius possessione possit competere. 16) Iste tamen nihilominus ad electionem proficiscitur. 17) Mittebant ad hæc Electionis Comitia Bohemi legatos suos, petituros, vt,

7) PIASECIVS p. 296. *Ferdinandus autem Archi-Dux in suo Gracieni tractu noui belli initia sensit hoc anno: cum enim lentius ageret in coercendis Vscbocis ex Croatici sinus anfractibu exeurrentibus, & continua pyratica mare Adriaticum infestum tenentibus, Veneti quod prece per multos annos repetita obtinere non potuerant, armis vindicandum decreuerunt; vel quod eam causam belli palam præferrent, aliam autem agitarent arcano consilio, vti belli illius ductus sustpicari permittit. Collectum enim exercitum, non vna Vscboci in Croatiæ parte Austriacis subiecta oppugnandi erant, sed contra Comitatum Goricienſem duxerunt, vbi de terminis ditionis Forioulienſis cum Goricienſi Austriaca vtrinque non fatis conueniebant præferim circa Gradiscam, qua ipſi potiri maxime cupierunt, eo tota belli mole conuersa. Sed maioribus animis, quam viribus arteque militari obſidionem ibi inſtituerunt ineunte Martio anni iſtius. Nam vt ad Medeam caſtra poſuerant, ab illa parte progreſſi, vineam & aggeres ad oppugnandum illud oppidum excitarunt, cum altera parte ſtuuius Natiſon ſiue Liſoncius omnem commoditatem, commeatum, & militem recipiendi oppidanis præberet. Militem quoque cum inexercitatum haberent, nempe ex plebe propriæ tantum ditionis promiſcua collectum, in promouenda illa oppugnatione & excipiendis obſeſſorum eruptionibus fere ſemper ſuccumbebant. Vnde prope bis mille ex ſuis amiſſis priusquam finiret Martius, inde retrocedere debuerunt: firmatis tamen præſidio caſtellis vicinis, & propugnaculis excitatis, quibus commeatum Gradiſcenſibus adferri prohiberent. Ad Trieſtam quoque claſſe adueſti, portum illum irrito conatu oppugnarunt: ſimiliter & Goriciam, vbi Pompeius Iuſtinianus eorum præcipuus militiæ Præfectus, dum aduerſum Ciuitati montem incaute ſpeculatur, iaculo bombarda percuſſus occubuit. Lucinium tamen vicinum Goriciæ deditione occuparant, & Iſtriæ eorum Prætor Lindera intercepta, vicina loca Croatiæ excurſione facta diripuerat, totoque tempore ad finem anni huius in diuerſis hoſtici locis diuerſi militares ipſorum Præfecti nunc victi, nunc victores, prædis terra marique agendis vacarunt, bello hoc in annum ſubſequentem continuato: a quo auocari non potuerunt exhortatione Summi Pont. Rom. nec minis Hiſpaniæ Regis, qui ad diſſuadendas ipſorum vires Mediolani validum exercitum conſcripturn, contra Sabaudum nouum bellum, pro non impletis conditionibus concordiæ Aſtenſis molientem, conuertere tunc fuit coactus.* MERC. G. BELG. *Tom. XI. lib. II. ineunt.* LVDOLPH *lib. XV. c. I. p.* 523. 524. *lib. XVI. c. I. p.* 569. SCHADE *p. IV. lib. V. §. 7. p.* 358. Le VASSOR *lib. VIII. p. 5.* NANI *Hiſt. Veneta lib. I. II.* In MEYERI *Lond. ſuppl. Tom. II. p.* 63. Relatio reperitur de hoc bello, quo omnis culpa in Venetos reiicitur. Adde KHEVENHILLER *Tom. VIII. p.* 899. 1066.

8) PIASECIVS p. 303. *In mari vero maiora damna res Veneta tunc ſenſit, cum præter Vſcbocos, qui viginti mercatorum Venetorum naues ex Oriente commeantes ſpoliarent: etiam Dux Oſſuna Prorex Neapolis claſſem Neapolitanam (cum vexillis & inſignibus Ferdinandi) in mare Adriaticum expediuiſſet, a qua duas eorundem naues cum mercibus pretioſioribus captas, Neapolimque conductas, prædæ militari addixit. Atque tali rerum viciſſitudine bellum illud ad menſim Nouembrem protractum, primo inducias breuibus diremptum, deinde perpetua pace ineunte anno proximo ſopitum, conquieuit.* Le VASSOR *lib. XI. p.* 76.

9) Qua ratione hoc negotium Pacis Madriti fuerit pertractatum, docet KHEVENHILLER *Tom. VIII. p.* 1027.

10) MERC. G. BELG. *Tom. XII. lib. I. p.* 38, VITTORIO SIRI *Memoire recondite Tom. IV. pag.* 115. NANI *Hiſt. Veneta lib. III.* Le VASSOR *lib. XI. p.* 92. 110. Extant iſti Tractatus Madritenſes & Pariſienſes in RECVEIL *Tom. III. p.g.* 142. apud du MONT *Tom. V. p. II. p.* 302. 304. LVDOLPH *lib. XVII. c. I. n.* 12. Extat apud LONDORPIVM *Tomo I. p.* 371. Diſcurſus Venetianus, quo de hoc bello & iurisdictione Venetorum in mare Adriaticum iudicatur.

11) *Supra §. VII.*

12) KHEVENHILLER *Tom. IX. p.* 21.

13) Edictum Vicariatus Palatini extat apud du MONT *Tom. V. p. II. p.* 331. KHEVENHILLER *Tom. IX. p.* 334.

14) MERC. G. B. *Tom. XII. lib. IV. pag.* 12. LVDOLPH *lib. XIX. c. II. n.* 7. PIASECIVS *p.* 318. BELLVS *lib. III. p.* 176. KHEVENHILLER *Tom. IX. p.* 341.

15) PVFENDORF *lib. I. §. XXV.* MERC. G. B. *p.* 105. Extant litteræ conuocationis apud LONDORPIVM *Tom. I. lib. IV. c. II. p.* 573.

16) MERC. G. B. *Tom. XII. lib. IV. p.* 108. PIASECIVS p. 318. *Directores Boëmiæ apud Electores, præſertim Moguntinum & Saxonicum miſſis litteris oppoſuerunt, quod Ferdinandus vti Rex & Electior Boëmiæ ad Electionem Imperatoris vocandus non eſſet, cum nec dum poſſeſſionem re ipſa iſtius Regni obtinuerit, & eius receptio ac inauguratio conditionibus circumſcripta, aliis necdum adimpletis pro rata & firma haberi non poſſit.* HELVICVS *lib. VII. p.* 202. MEMOIRES DE LOVISE IVLIANE *p.* 134. THEATR. EVROP. *Tom. I. p.* 164. 173. PVFENDORF *lib. I. §. XXV. XXVI.* Le VASSOR *lib. XIV. pag.* 456. 462. ADLZREITER *p. III. lib. IV. n.* 1. Extant litteræ ad Saxonem deſuper ſcriptæ, cum huius reſponſione apud LONDORPIVM *Tom. I. p.* 657. 658. Extant litteræ Eccleſiaſticorum Electorum ad Bohemos apud LONDORPIVM *Tom. I. p.* 665.

17) MERC. *Tom. XII. lib. IV. pag.* 114. 146. PVFENDORF *lib. I. §. XXVI.*

18) PIA-

vt, dum regnum rege eſſet deſticutum, ipſi ad Electionis Comitia admitterentur, qui tamen dum repulſam tulerint; Hanouiæ ſubſtiterunt, Proteſtationem Moguntino transmittentes, qua cauſſas exponebant, cur Ferdinandus ad electionem admitti non poſſit, vel ſaltim electio tantisper, vsque dum controuerſiæ inter Ferdinandum & Bohemos ſubortæ fuiſſent ſopitæ. 18) Eo vsque etiam differri volebant Electionem ſeculares, atque inter hos maxime Palatinus, vt vicaria poteſtate tanto diutius frueretur. 19) Quam tamen Eccleſiaſtici, Ferdinandi partibus fauentes, atque vt Palatini vicaria poteſtas præſcinderetur, feſtinabant, ipſum etiam Ferdinandum admittebant. 20) Ipſe ad hunc conuentum accedere nolebat Fridericus Palatinus, ne Bohemos & confoederatos per gratulationem Ferdinando poſt ipſius electionem faciendam, offenderet, ſed miſerat Francofurtum Io. Albertum, Comitem Solmenſem, magnum Aulæ Magiſtrum, Io. Chriſtophorum von der Grun, Cancellarium, Volradum Pleſſenium, Henricum Dietericum Schönbergium, Ludouicum Camerarium, Conſiliarios intimos. 21) His legatis non quidem iniunctum erat, Ferdinandi regiam dignitatem Bohemicam in controuerſiam vocare, ipſis tamen demandatum, Bohemorum cauſam & ius ſuffragii tueri, 22) & ne Ferdinandus eligeretur, omnibus modis machinari. 23) Saxone vero ad partes Ferdinandi tranſeunte, cæteri maiori parti ſuffragiorum ceſſerunt; ac omnes Palatino excepto, qui ſuffragio ſuo Maximilianum Bauarum deſignabat, non tam ex amore erga Maximilianum, quam vt Catholicos collideret, & dimoto Ferdinando, Auſtriacorum Impp. ſeries interrumperetur. 24) die XVIII. menſis Auguſti renuntiarunt Ferdinandum Regem Romanorum, 25) qui firmata iuramento conſueto capitulatione, 26) & allatis Aquisgrano & Norimberga Imperii inſignibus, die 30. Auguſti ſt. v. ſolenni ritu ad tantam dignitatem fuit coronatus. 27)

§. IV.

18) PIASECIVS *p.* 318. BELLVS *lib. III. p.* 198. MERC. G. B. *Tom. XII. lib. IV. p.* 148. Extat Bohemorum Proteſtatio apud LONDORPIVM *Tom. I. p.* 663. PVFENDORF *c. l.* Le VASSOR *lib. XIV. pag.* 462. KHEVENHILLER *Tom. IX. p.* 404.

19) Qua ratione termini prorogationem, tam nuntiis quam litteris, anxie quæſierit Fridericus, pluribus docet ARCHIVVM VNITORVM *c. II. p.* 193. Litteras Eiusdem ad Moguntinum atque Saxonem exhibet LONDORP *Tom. I. p.* 657. Animum Friderico fuiſſe, ante coronationem iuſtum exercitum conficere, ſe Bohemis coniungere, Ferdinando apertum bellum indicere, eumque regno deturbare, teſtatur BRACHELIVS *lib. I. p.* 14. Sic etiam Sabaudum diuturnioris Vicariatus beneficio, ad Genuam occupandam, vtiſſe vti, docet Protocollum Negotiationis Sabaudicæ in Cancellaria Anhaltina. Adde Le VASSOR *lib. XIV. pag.* 456. LVDOLPH *lib. XIX. c. II. n.* 11. 12. Si CARAFAE *p.* 72. fides eſt habenda, conſilia fuerunt de Francofurto inuadendo, & Ferdinandi acceſſu præpediendo.

20) CARAFA *p.* 68. *Palatinus etenim ambitioſas ſtatim litteras Vicariatus per ſingula loca publicauit; & iuxta Regis Angliæ, aliorumque Principum conſilium, Vicariatum iſtum protendere in aliquos annos per ſuos Legatos ſtatagebat, immo cum Coelectoribus, & præcipue cum Moguntino coram egit, ne dies nouæ electionis præfigeretur; quod tamen Elector Moguntinus magnæ prudentiæ, & maximi Zeli Princeps nulla ratione omittendum duxit.* PIASECIVS *p.* 318.

21) THEATR. EVR. *Tom. I. p.* 617. legatos nominat. Rationem vero abſentiæ Friderici prodit LVDOV. CAMERARIVS litteris ad Anhaltinum Francofurti d. 12. Auguſti 1619. ſcripta. *Ich ſehe die Electiones Ferdinandi vor Augen, Gott wolle dan mir acula ehun, ſo geſchehen kunte, wann Ferdinandi abdication zu Prag erfolgen ſolte. Quo caſu ſtehe ich ſehr an, was Pfaltz reſoluiren kunte oder ſolte, und ob nicht beſſer ſeyn ſolte gar davon zu bleiben, als mit ins Conclave zu gehen, Ferdinando zu gratulirn und auffzuwarten, welches alles bey Eubeim, vt confied. ein ſeltzam Anſehn haben würde.*

22) SPANHEIM *Memoires lib. I. p.* 137.

23) In CANCELLARIA ANHALTINA p. III. dicitur, *qu' il ſeroit mieux de prendre pluroſt un Turc, & voir un diable à la ſucceſſion de l' Empire, que de la laiſſer venir à Ferdinand.* Adde KOELERVM *de Friderico V. d. XXVIII.*

24) Legatus Friderici primarius Comes Solmenſis ſuffragium propria ipſius manu præſcriptum, ſic recitauit. *cum in animo meo vbi magis ſemper in votis habuerim & flagrantius optauerim, quam vt tale S. R. Imperio caput eligendo præficeretur, ſub quo Ius & iuſtitia ex æquo adminiſtraretur, & præſenti calamitoſæ imperii conditioni, aliisque tugraueſcentibus malis occurratur, nec bellis exteris reſpublica inuoluatur, ego re tota attentius ponderata, in eorum numero, qui inter candidatos Imperiales denominati ſunt, cogitationem & animum meum in Ducem Bauariæ conuerti & dixi, principem expertum, prudentem ac pacificum, qui ditiones ſuas in quiete poſſidet & regit, neque vllo bello implicatus eſt: proinde ei ſuffragium & calculum meum in nomine Dei tribuo, nullo alieno in hanc vel illum Candidatorum prædictorum animo vel affectu abreptus; multo minus aliquo in domum Auſtriacam, quæ alias fida mea domus Electoralis ſtudia reapſe & ſatis ſuperque experta eſt, odio inductus, verum ex animi mei ſententia, ſecundum fidem & debitum, quo imperio per religioſum iusiurandum obſtringor. Si vero maiora vota aut regem Ferdinandum, aut Archiducem deſignent, atque e re imperii viſum ſit, vt dignitas imperialis diutius absque imminutione liberæ electionis in vna domo perſiſtat, non ſunt mihi priuatae intuidendi illis rationes, ſed omnem obſeruantiam eius declarabo.* SPANHEIM *Memoires lib. I. p.* 137. RVSDORF *Vindiciis Cauſſæ Palatinæ c. XXXV. n.* 430. KOELER *p.* 29.

25) PIASECIVS *p.* 319. MERC. G. B. *p.* 140. BELLVS *lib. III. p.* 220. METERANVS *lib. XXXVI. p.* 694. SCHADE *p.* 607. GRAMONDVS *lib. IV. p.* 243. MASENIVS *Ann. Trevir. lib. XXIII. pag.* 464. CARAFA *p.* 72. 73. LVDOLPH *lib. XIX. c. II. n.* 14. Le VASSOR *lib. XIV. p.* 470. PVFENDORF §. *XXVI.* qui etiam Maximiliano votum ſuum dediſſe Fridericum teſtatur, & Manifeſtum Catholi Ludouici ap. LONDORPIVM *Tom. IV. p.* 771. THEATR. EVR. *Tom. I. p.* 169. KHEVENHILLER *Tom. IX. p.* 416.

26) Extat iſta apud LONDORPIVM *Tom. I. lib. IV. c. LXXXII. p.* 700. BELLVM *lib. III. p.* 237. LIMNAEVM *de Capitulationibus pag.* 584. LVNIGIVM *p. Gen. Contin. II. p.* 57. du MONT *Tom. V. p. II. p.* 349. KHEVENHILLER *Tom. IX. p.* 428.

27) PIASECIVS *c. l.* MERC. G. B. *pag.* 152. BELLVS *lib. III. p.* 245. KHEVENHILLER *p.* 449.

§. IV. Inter hæc, regnorum & regionum Austriacarum administrationem Ferdinandus Rex adgreditur, facta ipsi ab Alberto Archiduce, plenaria eius rei potestate. Missis igitur ad Hungariæ Bohemiæque Regna & coniunctas ipsis prouincias, Austriæ etiam Archi Ducatum litteris, ad homagium præstandum singulos est adhortatus. 28) Austriaci Status militem interim ex regionibus istis abduci & grauaminibus suis remedium petunt adhiberi, interea sibi prouinciæ administrationem, quoad in noui Principis verba iuratum sit, veteri iure competere adserebant 29) Horum igitur atque Bohemorum priuilegia publico edicto profitetur se confirmaturum. 30) Ast Bohemi in proposito suo perseuerantes, fœdus cum Austriæ Superioris Statibus confirmant, 31) & dum Moraui accedere nollent, Turrius Comes in Moraviam facit expeditionem, 32) inde in Austriam pergit inferiorem, huius Ordines cunctabundos adhuc, ob Pontificios præualentes, vt Bohemis accedant, adigit, Viennæ arma ostentat, & occupato suburbio Lincienſi, per dies aliquot illic inspectante rege, statiua habet, vrbem proditione capere contendens, 33) sed celeriter in Bohemiam reuerti compulsus, Bucquoio Mansfeldium VIII. Iunii 1619. ad Tinam profligente, 34) dum interim Iesuitæ ex Moravia, Silesia & Vngaria præscriberentur. 35) Pragæ autem Comitia a Directoribus ad XXIII. Iulii fuerunt indicta, atque in iisdem confœderationis inter Bohemos, Moravos, Silesios & Lusatos inita capita pro tuenda religione & litteris Maiestatis, prælæguntur, quæ etiam d. 31. Iulii 1619. ibidem fuit conclusa. 36) Post varias velitationes & conflictus, vrbes etiam in Bohemia hinc inde interceptas, 37) Directores XIX. Augusti præsentibus Moravia, Silesiæ, Lusatiæque superioris & inferioris legatis, consilio a matutino tempore ad horam vsque tertiam postmeridianam, ianuis clausis habito, decreuerunt, Ferdinandum Regem Regno plane abdicandum, aliumque esse eligendum. Hoc decretum a Bohemis statim, a Morauis die XX. a Sile-

28) MERC. G. B. *Tom. II. lib. IV. p. 33.* PIASECIVS *p. 327.* PVFENDORF *lib. I. §. XXV.* CARAFA *p. 68.* Extant litteræ super hac cessione ad Ordines Austriacos scriptæ apud LONDORPIVM *Tom. I. lib. IV. c. XII. p. 580.* Apud MEYERVM *Lond. suppl. Tom. III. pag. 164. sqq.* reperiuntur varia scripta inter Ferdinandum & Austriacos Ordines contraria, horum homagium & grauamina concernentia.

29) PVFENDORF *lib. I. §. XXV.* Extat de eo Austriacorum Deductio apud LONDORPIVM *Tom. I. pag. 581.* vna cum Ferdinandi responsione. KHEVENHILLER *Tom. IX. p. 671.*

30) MERC. G. B. *Tom. XII. lib. IV. p. 35.* CARAFA p. 67. *Ferdinandus etenim iam alias Rex Bohemiæ designatus, coronatus, & sacramento Bohemorum confirmatus, summa modestia, omnia regni priuilegia statim post mortem Matthiæ Cæsaris, Bohemiæ incolis obtulit confirmare, litteras Maiestatis, earumque tenorem exacte obseruare, & reis omnibus veniam se velle indulgere declarauit. Ne autem voluntas diceretur in solo exteriori vocis apparatu, de facto expedita diplomata misit suo quondam Vicario, qðibus toti Regno Bohemiæ sua iura, Statuta, litteras Maiestatis, priuilegia, tam in Religione quam in aliis politicis, fœdera inter Ordines sub vtraque, & Principes atque Ordines Silesiæ in Comitiis anno 1609. inita, modo tamen illa non tenderent ad Religionem Catholicam euertendam, & æquis, & vetustis consuetudinibus esset conformia, absque contradictione confirmauit, spondens insuper se arcem Carolostadianam confirmaturum; tantum indigenas Bohemos ad publica regni officia adhibiturum, nec monetam Bohemicam diminuturum, & denique omnia promissa exacte seruaturum.* Idem p. 70. addit: *Sicque vnica Ciuitas Viennensis Regi, & adhuc illa incerta fidei remansisset.* THEATR. EVR. *Tom. I. pag. 127.* NANI *Hist. Veneta lib. IV.* PIASECIVS *pag. 317.* PVFENDORF *lib. I. §. XXV.* LVDOLPH *lib. XIX. cap. III. n. 28.* Extant litteræ confirmationis apud LONDORPIVM *Tom. I. lib. IV. p. 574. c. LXXXVIII. LXXXIX.* Separatim extat *Ius hæreditarium & legitima successio in regno Bohemiæ Ferdinandi Viennæ 1619. 4.* BELLVS *lib. III. p. 179.* THEATR. EVR. *Tom. I. p. 105.*

31) MERC. G. B. *Tom. XII. lib. IV. pag. 39.* Varia Consilia de his Bohemiæ motibus inter LVNIGII *Staats-Consilia p. 982.*

32) PIASECIVS *p. 317.* MERC. G. B. *Tom. XII. lib. IV. pag. 48.* CARAFA *pag. 68.* BELLVS *lib. III. p. 181.*

33) PIASECIVS pag. 318. *Inde progressus, Austriam quoque superiorem ad idem fœdus pertraxit: & Ipse concepta quod Viennæ non deessent, qui sibi aduenienti portas aperirent, eo contendit cum exercitu, suburbiumque Lincienſe occupauit. Sed vt aduertit, quod Dissidentes in Religione vti condixerant, tumultum ibi excitare non possent, quo aliquam Portam ad se intromittendam interciperent. Frequentibus Ferdinandi excubiis ad omnem eorum motum insigilantibus, explosis aliquoties contra arcem tormentis, ad fines Bohemiæ nomine subsequente recessit.* MERC. G. B. *Tom. XII. lib. IV. p. 80. 99. sqq.* ADLZREITER *p. III. lib. IV. n. 6.* PVFENDORF *lib. I. §. XXV.* LVDOLPH *lib. XIX. c. II. n. 32.* CARAFA *p. 69.* BELLVS *lib. III. p. 183.*

34) MERC. G. B. T. *XII. lib. IV.* CARAFA *p. 70 Quibus omnibus iam in extremo periculo constitutis, tandem prouidit Deus, vt post aduentum Belgarum militum multa in melius mutarentur. Illi prima fronte paulo post aduentum Aurearn semitam occupauerunt: mox Nodelitziam, Teinam, Witingauiam, Lamsfeld, aliaque oppida Bohemiæ Bucquoius expugnauit, felicique prælio Mansfeldium, & Hohenloium cum maioribus copiis Bohemiam propugnantes in mediukio fere Regni prostrauit, atque Rosenbergam, Fronsbergam, aliasque præcipuas Bohemiæ vrbes vna fere victoria occupauit, tanta Rohemorum consternatione, vt statim Pragam confugerint, munimenta excitarint, & Comitem Turnium ex Austria ad tuendam patriam in extremum periculum deductam cuocarint.* BELLVS *lib. III. p. 194.* MASENIVS *Ann. Treuir. lib. XXIII. pag. 464.*

35) MERC. G. B. *Tom. XII. lib. IV. p. 56. 102. 105.* Extat Silesiorum Edictum, per quod Iesuitæ proscribuntur apud LONDORPIVM *Tom. I. lib. IV. c. XI. p. 578.* BELLVS *lib. III. p. 192.*

36) Extant articuli confœderationis apud LONDORPIVM *Tom. I. lib. IV. c. XXXVII. p. 635.* CARAFA *p. 69.* in RECVEIL *Tom. III. pag. 158.* du MONT *Tom. V. p. II. p. 339.* THEATR. EVR. *Tomo I. p. 188.* BELLVS *lib. III. p. 222.* MERC. G. B. *Tom. XII. lib. IV. p. 113. 132.*

37) De his late MERC. G. BELG. *Tom. XII. lib. IV. p. 107.*

38) MERC.

a Silesiis Lusatisque XXI. Augusti fuit publicatum. Idque ideo, quod contra leges, metu aut per largitiones, corruptis suffragiis Rex sit designatus, & conditionibus, ex quibus electionem suspendissent Ordines, contrauenerit, iam Matthia imperante, hostilia in Regnum molitus, & adhuc immisso milite fœuiens, qui & cum Hispanis pactum super successione in fraudem liberæ Electionis Ordinibus competentis inierit, 38) prout causas suas publicis scriptis, eo, & insequenti anno exponebant. 39) Non deerant quidem, qui exemplo Heluetorum, Batauorumque, liberam constitui vellent Remp. vel cum Ferdinando esse transigendum, prætuluit tamen eorum sententia, qui Regem malebant. 40) Missus ad hunc Conuentum a Friderico Achatius a Dona, & licet iste, prout iussus erat, electionem differri vellet, vsque de soceri consensu certus esset Fridericus, Bohemi tamen cum maturandum esse censuerunt, ne populus Ferdinandum reposceret. 41) Et licet Electores Francofurti congregati, datis ad Bohemiæ Ordines litteris, eos dehortarentur, nihilominus die XXVI. Augusti, habito iterum conuentu, post preces & cantiones sacras peractas, Fridericus V. Elector Palatinus in Regem Bohemiæ per maiora electus fuit & proclamatus, votis quidem ex Procerum statu triginta sex, ex equestri vero nonaginta & vno ad electionem istam concurrentibus, & ciuitatibus fere omnibus consentientibus. Postero die, collectis Moraviæ, Silesiæ, Lusatiæque Legatorum votis, a Regno & tribus prædictis prouinciis deputati fuerunt, qui regnum Palatino offerrent. 42) Fuerunt, qui de Ioanne Georgio, Saxoniæ Electore, aut Carolo Emanuele, Sabaudiæ Duce Austriacæ domui infenso, ob belli peritiam, & fœdus cum Venetis pangendum, vel etiam Christiano IV. Danorum Rege principe bellicoso, & omnibus fere Principibus Euangelicis sanguine vel fœderibus iuncto eligendo mentionem iniicerent. Sed hic dominandi admodum cupidus, Sabaudus remotus nimis, nec tantæ moli par iudicabatur, ille Austriacis nimium addictus, nec Bohemis satis æquus metuebatur, & ne insignia feudi, quæ a Regno Bohemiæ obtinebat, auferet. 43) Licet Saxoniæ Electori per Andream Schlickium Comitem oblata fuisse dicatur

38) MERC. G. B. *Tom. XII. lib. IV. pag. 151.* NANI *Hist. Veneta lib. IV.* PVFENDORF *lib. I. §. XXVII.* LE VASSOR *lib. XIV. p. 453.* LVDOLPH *lib. XIX. c. III. n. 36.* KHEVENHILLER *Tom. IX. pag. 452.*

39) Extat apud LONDORPIVM *Tom. I. lib. IV. c. LXXXVII. p. 712.* singulare Bohemorum scriptum, quo causas suas, ob quas Ferdinandum reiiciunt, exponunt, atque aliud *c. C. p. 753.* cui tamen *c. CI.* subiuncta est. *Deductio de iure Austriacorum hæreditario.* Sequuntur varia scripta contraria huc facientia, & in LVNIGS *Staats-Confiliis Tom. I. p. 1020.* BELLVS quoque *lib. I. p. 23.* Ius hæreditarium in regnum Bohemiæ demonstrare conatur. Idem prolixe facit MELCHIOR GOLDASTVS *de Regno Bohemiæ integro libro sexto.* Insequenti vero anno prodiit *Deductio, das ist notwendige Ausführung, bericht und erzehlung, deren vrsachen und motiven, darumb Kayser Ferdinandus der ander, nach Todtlichem abgang weyland Kayser Matthiæ des Regiments im Königreich Behem, und derselben Incorporirten Lander verfliessigt. Vnd wodurch die Lander zu der befugten und rechtmessigen Wahl izt regierender Kæn. Mai. in Behem, vermæge ihrer Freyheiten zu schreiten bewogen und getrungen worden, Prag 1620. 4.* adiectis niultis diplomatibus. PIASECIVS *p. 319.* huius summam exhibet, dicens: *ex industria illi* (Bohemi) *sub hoc tempus collecti ad Comitia sua generalia Pragæ; vna cum Moraviæ, Silesiæ, & Lusitaniæ Legatis, præstolabantur exitum Electionis Francofurtensis, & vt primum intellexerunt, electum fuisse Imperatorem Romanorum Ferdinandum, sub finem Augusti facta deliberatione, cum Regno Boemiæ abdicarunt, & alium Regem eligendum decreuerunt. Cuius facti rationes longa Apologia edita tales dederant; quod nimirum non fuerit legitime electus, cum non eligi sed recipi voluerit: idque non vocatis Proceribus omnibus, sed inuitatis tantum paucis, qui in Aula Cæsarea tunc fortuito aderant, iisque minis ad consentiendum vt coronaretur adactis. Quod Conditiones in sua inauguratione interpositas, nempe administratione Regni, viuente Cæsare vsurpata per omnia violarit, & eis violatis Boemos in iureiurando sibi præstito, apposita in eo tali clausula, hoc ipso solui voluerit: Quod cum Rege Hispano sanguinem Annæ Ludouici Regis fauoris, ex qua Austriaci hæreditatem in isto Regno sibi derivant, nulla ratione (nisi quod omnis Austriacorum sanguis mutuis connubiis sit tam connexus) attenderit, transgerit de successione in isto Regno, si defecerit sua proles masculæ, quo ius liberæ Electionis Ordinibus eiusdem Regni auferret, & ingo Hispanico gentem inuitam subiceret.* Idem postea declarat, Bohemis ab antiquo ius fuisse Regem eligendi. Ista autem Deductio cum prolixior sit, eadem in compendium relata, prodiit sub titulo: *Breuis exposition consilio, quibus moti Status Regni Bohemiæ, & incorporatarum Prouinciarum, non admisso Rege Ferdinando &c. ad noui Regis electionem processerunt 1620. 4.* & in alio: *Euidentia causæ Bohemicæ, qua Ferdinandi II. Cæsaris legitima abdicatio & Friderici Palatini insta electio successive demonstratur 1620. 4.* Præterea huc faciunt *Catholicum & Notorium Imperat. Ferdinandi II. & Friderici V. Elect. Palatini veritatque Regis Bohemici-Electi pro iure S. Imperii a. 1625. 4. Briefve Information des affaires du Palatinat 1624. 4.* Le VASSOR *lib. XIV. p. 471.*

40) BRACHELIVS *lib. I. p. 13.* ADLZREITER *p. III. lib. IV. n. 7.*

41) SPANHEIM *Memoires lib. I. p. 143.* licet hanc legationem falsum interpolitionis causa, atque aliorum Principum exemplo factam esse dicat.

42) MERC. G. BELG. *Tom. XII. lib. IV. p. 151. Tom. XIII. lib. I. p. 12.* PIASECIVS *p. 322.* BELLVS *lib. III. p. 220. 234. 249.* METERANVS *lib. XXXVI. p. 697.* GRAMONDVS *lib. IV. p. 243.* MASENIVS *lib. XXIII. p. 464.* PVFENDORF *lib. I. §. XXVII.* LVDOLPH *lib. XIX. c. III. n. 38.* Extant litteræ Bohemorum apud LONDORPIVM *Tom. I. lib. IV. c. LXXXVIII. p. 715.* Separatim extat decretum Principum, Ordinum, ac Statuum August. Conf. in vtraque Silesia vlt. Sept. 1619. in Comitiis Vratislauiensibus solemniter publicatum, *Bregæ 1619. 4.*

43) Sic PVFENDORF *vit. loc.* PIASECIVS p. 322. *prope dehinc tradit illi primum ad Saxoniæ Electorem, sed metuebant, ne ipse aque ac Austriaci hæreditarium ius in hoc Regno, vel aliquibus vi adiunctis prouinciis vsurparet. Damæ Regem refutabant vltimæ necessitati, magis inclinati ad Ducem Sabaudiæ, cui etiam Fridericus Palat. (pr compertum*

tur corona, ab eodem tamen recusata. 44) In Friderico, præter mite ingenium, spectabatur vicinia, & quod Gallis, Britannisque ac Belgis amicitia, affinitate aut fœdere innexus, caputque esset Vnionis. 45) Cunctabatur sub initium, incertum belli exitum sibi proponens, & ne terras suas periculo exponeret. 46) Plurimum eum dehortabatur mater Ludouica Iuliana prudentissima fœmina, quæ multis lacrymis detestata fuit hanc Bohemorum de filio optionem, 47) dissuadebant æque Saxo & Brandenburgicus, Electores, 48) ipseque socer ipsius Magnæ Britanniæ Rex. 49) Dissuadebat Maximilianus Bauarus, quem per Rheinhartum Comitem Solmensem desuper tentauerat, singularibus litteris. 50) Præter splendorem fastigii regii, & tam opimarum ditionum accessionem, stimulabant præcipites quidam homines in spes inanes proni, aut e nouis rebus suarum fortunarum incrementa aucupantes, quos inter Ludouicus Camerarius Consiliarius ipsius intimus 51) præcipuus habebatur, & Abrahamus Sculetus concionator aulicus primarius. 52) Sic etiam Mauritius Aunculus atque Dux Bullionæus ex odio erga Domum Austriacam ipsi ad coronam suscipiendam fuerunt auctores. 53) Creditum quoque ab vxore Elisabetha, Iacobi VI. Britanniæ Regis filia dubitanti calcar fuisse additum; ingerente, indecorum esse, velut cœlitus oblatum sceptrum repudiari ab eo, qui Regis filiam in thorum adsumere sit ausus. 54) Euocatus ad coronam Fridericus Heidelberga se Ambergam, inde d. XI. Octobris

tum fuit ex Cancellaria Anhaltina, adhuc ante obitum Matthiæ Cæsaris, ad hoc & ad consequendum Regnum Romanorum operam suam offerebat, dummodo vicissim ab ipso in occupanda Alsatia & Regno Vngariæ consequendo adiuuaretur. Sed cum ille parum virium tanto negotio conferre posset, Fridericus propriis impensis sibi ipsi potius quam alteri quærere Regnum maluit. THEATR. EVROP. *Tom. I. p. 200.* GRAMONDVS *lib. IV. p. 243.* BELLVS *lib. III. p. 234.* KHEVENHILLER *Tom. IX. p. 534.* THEATR. EVR. *Tom. I. p. 194.* HELVICVS *lib. VII. p. 230.* Inter LVNIGII *Staats-Consilia Tom. I. p. 988.* etiam Consilium reperitur de hac re. Faciunt huc potissimum Acta Consultatoria apud LONDORPIVM *Tom. III. lib. VII. c. IV. p. 183.*

44) Sic enim Achatius Dona d. 25. Augusti 1619. in ANHALTISCHER CANTZELLEY *p. 173.* scribit: *Iederman sagets und glaubts, daß die Wahl auf den Pfaltzgrafen fallen, und die Lutheraner den kürtzern ziehen werden, bevorab weil Graf Andreas Schlick über vielfaltig angewendete artificia nicht hat erhalten können, daß Chur-Sachsen in die acceptation verwilligt hette. Die Sechsische Rath hetten gern den Sohn eingeschoben, aber diß helt den Stich nicht, weil er noch ein Kind.*

45) MERC. GAL. BELG. *Tom. XII. lib. IV. p. 151. Tom. XIII. lib. I. p. 12.* PIASECIVS *pag. 322.* BELLVS *lib. III. p. 220. 234. 236. 249.* HELVICVS *lib. VII. p. 231.* METERANVS *lib. XXXVI. p. 697.* GRAMONDVS *lib. IV. pag. 243.* MASENIVS *lib. XXIII. pag. 464.* PVFENDORF *lib. I. §. XXVII.* LVDOLPH *lib. XIX. c. III. n. 38.* LONDORP *Tomo I. lib. IV. c. LXXXVIII. p. 715.*

46) Dubitatum sub initium fuit de Fridericiacceptatione: Sic enim Achatius Dona d. 27. Augusti in ANHALTISCHER CANTZELLEY pag. 177. *Man klebet etlicher massen in Sorgen, ob die acceptation gewis erfolgen werde, dahey sich die Stände versichern, das wenn man die Gattl. Vorsehung erwegen und unter andern bedencken werde, das einmahl dis ein Werck der Gottlichen Barmhertzigkeit das auch der Beruff wol fundirt &c. es werde ausser allen Zweifel der Pfaltzgr. Gewissens halber nicht umbhin können, das er solchen Beruf nicht annehme.* De ipsius cunctatione & deliberatione testantur ADLZREITER *p. III. lib. IV. n. 15. p. 46.* BELLVS *lib. III. p. 249.*

47) SPANHEIM *Memoires lib. I. p. 142.* Et ex hoc Le VASSOR *lib. XIV. p. 521.*

48) Extant Electorum dissuasoriæ apud KHEVENHILLER *Tom. IX. pag. 420.* LONDORPIVM *Tom. I. lib. IV. c. XCI. pag. 718.* BELLVM *lib. III. p. 253.* Bauari dissuasoriæ apud KHEVENHILLERVM *Tom. IX. p. 871.*

49) CARAFA *p. 71. Fato vt ita dicam quodam felici Regis Ferdinandi minus inter Correspondentes Germaniæ, & Principes exteros dignitatem Cæsaream, aut Regiam Bohemiæ ambientes, conueniebat. Nam Germani multis myriadibus, eandem dignitates venditantes, eandem in Germania, & Bohemiæ sibi ipsis applicabant, & vota seditiosorum non amplius pro Italis, aut Gallis, sed pro suis præsentabant. Quare maxima inter nundinatores diffidentia orta est, quam non modice auxit Regis Angliæ nunquam constans de Regni Bohemici, & Imperiali Dignitate sententia. Nonnunquam enim illas dignitates Palatino genero suo vouebat, atque illam senatus consulti Anglicani decretis, subsidiisque speciosis lactabat; nonnunquam etiam illum a tali ambitione dehortabatur, & inconstanti cultu per Legatos suos Ferdinando Regi prisinam suam dignitatem deferens, generum excludebat: quod cum quoque Reges Galliæ, & Daniæ facerent, tandem totum ambitionis ponbus penes Germaniæ Protestantes remansit.* Adde SPANHEMII *Memoires de Louise Iuliane p. 140.* LARREY *Hist. d' Angleterre Tom. III. p. 71.*

50) De hac consultatione ADLZREITER *p. III. lib. IV. n. 16.* Litteras dissuasorias Monachii d. 24. Sept. 1619. cum Friderici responsione exhibet LVNIG *Staats-Consiliis Tom. I. p. 1036.* SPANHEIM *Memoires lib. I. p. 141. Le Duc de Bauiere à la verité dissuadoit ceste acceptation, mais la chancellerie de Munchen le fit en termes, qui pouvoyent servir a y engager l' Electeur Palatin plustost qu' a l' en detourner, respondant aux offres amiables de l' Electeur par d' autres reciproques, & protestant de bon voisinage avec ses etats.* KOELER *Friderico §. XIV.* Adde *Gründliche Anzeig, was zwischen Chur-Pfaltz und Bayern in ietziger betrübten Bahemischen, Vnruh geschrieben, gehandelt und tractirt worden, München 1621. 4.*

51) ADLZREITER *p. III. lib. IV. n. 12.* PVFENDORF *l. c.* Apologiam quidem scripsit, quæ extat apud LONDORPIVM *Tom. I. lib. VII. c. VII. p. 369.* cui tamen IACOBVS KELLER, Iesuita sub FABII HERCYNIANI nomine oppositi *Rhabarbarum, domandæ bili, quam apologia sua proritauit Ludou. Camerarius.*

52) KOELER *c. l.*

53) PVFENDORF *lib. I. §. XXVII.* GRAMONDVS *lib. V. p. 245. & lib. XII. p. 551.*

54) PVFENDORF *c. l.* LVDOLPH *lib. XIX. c. III. n. 40.* Le VASSOR *lib. XIV. p. 518.* BRACHELIVS *lib. XV. Hist. pag. 270.* de eo sic iudicat: *Princeps moderatæ indolis; sed pravi Senatores & promissa Astrologorum in ancipitia consilia iuuenem impulerunt.* THEATR. EVROP. *Tom. I. pag. 203.* GALEAZZO GVALDO *Hist. Ferdinandi IV. lib. I. pag. 33.*

55) THEATR.

bris Waldſachſium, Palatinatus ſuperioris oppidum, Bohemiæ finitimum ſe contulit, vbi d. XIV. eiusdem menſis, viginti legati Bohemici, quorum Princeps erat Ioachimus Andreas, Comes Schlickius; ipſum ad capeſſendum Regnum inuitarunt. 55) Quo accepto & datis Reuerſalibus, poſtquam Wenceslaus Wilhelmus de Ruppa etiam Eliſabetham gallico ſermone ſalutaſſet, vlterius Egram, indeque d. XXI. Octobris inter publicas lætitiæ demonſtrationes magna ſolennitate Pragam fuit ingreſſus. 56) D. XXV. Octobris in æde Metropolitana Pragenſi D. Vito ſacra, præſtito iuramento Bohemica lingua, ſolenni ritu fuit coronatus. Coronato & in ſolio collocato Regi Proceres omnes, qui loco non prohibebantur, tacta digitis corona, capiti regio impoſita, ſupplices, præeunte Burggrauio, fidem atque obſequium ipſi iureiurando adſtrinxerunt. 57) Ex iis quinque delectos Fridericus gladio D. Wenceslai infiniſtrum brachium a ſe percuſſos militiæ auratæ equites creauit. Eliſabethæ etiam coronatio d. XXVIII. Octobris fuit peracta. Hinc facti ſui rationes publico ſcripto reddit. 58)

§. V. Adplaudebant nouo Regi ex odio erga Auſtriacos Veneti, Dani, Succique. 59) Multum etiam fiduciæ Friderico addebant Vngari, ob moleſtias religioni illatas, ſibi metuentes, ne Bohemis oppreſſis, & ipſorum conſcientiæ frena iniicerentur. Hi ergo a Gabriele Betleno, Tranſyluaniæ Principe, quem & Bohemi ſollicitauerant, auxilium petebant, qui, poſtquam pacem cum Turcis & fœdus 60) firmaſſet, legatos ſuos & Vngarorum Pragam mittebat, de pace inuicem concludenda. 61) Inde magno cum exercitu in Vngariam Superiorem irrumpit, & Caſſouiam plurimaque alia oppida, ipſumque Presburgum in poteſtatem redigit, Palatinó Palfio illud cum corona, ſine graui difficultate cedente. 62) Is terror Bucquoium Bohemia euocauerat, quem Bohemi iunctis Tranſyluanorum copiis inſecuti, circa Viennam, poſt acrem velitationem trans Danubium reiecerunt. 63) Et licet Homanaius, vnus ex præcipuis Vngariæ Proceribus cum ſexdecim millibus, Coſacis, & Polonis in ſuperiorem Vngariam & Tranſyluaniam irruens, eum reuocaſſet; & quam citiſſime pedem referre coëgiſſet, 64) nihilominus tamen Betlenus ab Vngariæ Ordinibus, abdicato Ferdinando, Princeps Vngariæ declaratur, fœdusque

55) THEATR. EVR. *Tom. I. p. 241.* BELLVS *lib. III. p. 249.* MERC. G. BELG. *Tom. XIII. lib. I. p. 75.* Mutuæ Orationes & litteræ Reuerſales Friderici reperiuntur apud LONDORPIVM *Tom. I. lib. VI. c. LXXXIX. &c. p. 716.*

56) Introitus ſolennia deſcribit THEATR. EVR. *Tom. I. p. 243.* LONDORP *Tom. I. lib. VI. c. XCVI.*

57) PIASECIVS p. 322. *nec a propoſito abduci potuit ſuaſionibus Maximiliani Bauariæ duois agnati ſui: & initio Octobris Valdſachſii Legatione Bohemorum audita, priuilegiisque eorum & decretis vti petebant, approbatis, vtuma Octobris cum vxore & filiis Pragam intrauit: quartoque poſt die Corona Regia ſolenni ritu in ſummo Arcis Templo, præſtito iureiurando ſuper legibus Regni acceptis ritu perſimili, quem exequebantur Miniſtri ſectæ Euangelicæ, templi illius Cathedralis, Catholicis Sacerdotibus ad aliud templum migrare coactis; imo Rex iſte nouus eiecerat paulo poſt ex illo templo imagines ſacras, & omnem cultum Catholicum.* PVFENDORF *lib. I. §. XXIX.* MASENIVS *lib. XXIII. p. 465.* LVDOLPH *lib. XIX. c. III. n. 43.* Extat Hiſtoria coronationis apud LONDORPIVM *Tom. I. lib. IV. cap. XCI. XCV. XCVI. XCVII. pag. 723.* KHEVENHILLER *Tom. IX. p. 627.* Reuerſales ipſius Bohemis dati extant in MERC. GAL. BELG. *Tom. XIII. lib. I. p. 75.* apud BELLVM *lib. III. pag. 281.* THEATR. EVR. *Tom. I. p. 245.* Le VASSOR *lib. IV. p. 530.* KOELER *p. 2.* qui etiam numinos in hanc coronationem cuſos recenſet. Hæc autem in ipſum facta fuerunt Chronoſticha:

FrIDerICVs reX bolheMIæ
&
FrIDerICVs IMperator VIVat

Cui alius oppoſuit:

CoMes fVIſI non reX, ſeD Inane aſſIraſtI
CIto neC reX erIs neC CoMes, qVIa CæſarI
rebeLLaſtI.

58) PVFENDORF *c. l.* Extat edictum Friderici, noui Regis apud LONDORPIVM *Tom. I. lib. IV. c. XCIX. n. 730.* BELLVM *lib. III. p. 289.* MERC. G. BELG. *Tom. XIII., lib. I. p. 55. 105.* Le VASSOR *lib. XIV. p. 53.*

59) SPANHEIM *Memoires lib. I. p. 147.*

60) KHEVENHILLER *Tom. I. p. 686.* LONDORP *Tom. I. lib. IV. cap. LXXIII. XCVIII.* THEATR. EVR. *Tom. I. p. 216.*

61) Horum propoſitio extat apud KHEVENHILLER *Tom. IX. p. 629.*

62) PIASECIVS p. 310. *Ad Gaborium Bethlemum in Tranſyluaniam expediti etiam a Directoribus Boemiæ Legati, ab illo Principe ſpe acquirendi tali occaſione Vngariæ Regni ad nouandas res erecto eoque ad ſocietatem belli illius propenſo, prompta ſubſidia obtinuerunt, & ipſemet Bethlemus accitis copiis Turcicis, cum quadraginta millibus armatorum contra Ferdinandum mouens, primo Caſſouiam cepit, & mox omnes montanas Vngariæ Ciuitates in ſuam poteſtatem redegit.* Le VASSOR *lib. XIV. p. 487.* MERC. G. B. *Tom. XIII. lib. I. ineunte & p. 21. 69. 206.* CARAFA *pag. 76. 89.* PVFENDORF *lib. I. §. XXVIII.* BELLVS *lib. III. pag. 283.* LVDOLPH *lib. XIX. c. III. n. 44.* MASENIVS *Ann. Treuir. lib. XXIII. p. 465.* Extat Vngarorum confœderatio cum Bohemis apud LONDORP *p. 984.*

63) PIASECIVS p. 322. *Maiori autem auſu vrgebat nutantes res Ferdinandi Gabor Bethlem Tranſiluaniæ Princeps: iſte enim vti condixerat Boemis cum triginta millibus armatorum in Vngariam ingreſſus, omnia pene ibi munitiora præter Comorram & Iaurinum occupauit, & Poſonii præſidio firmo relicto, Viennam circum exercitus ſuos Duce Budiano diſpoſuit, caſu Euquoio, & a cuſtodia Pontis Danubii, ac ſuburbii Neoſtadienſis intra Ciuitatem compulſo. Iamque conuocarat Comitia Procerum Vngaria Poſonium, in quibus ſimiente menſe Septembre coronaretur Rex Vngariæ, niſi vis fortunæ Ferdinando propitioris conſilia ipſius præter omnem ſpem turbaſſet.* PVFENDORF *c. l.* LVDOLPH *n. 50.* MERC. G. B. *Tom. XIII. lib. I. p. 67.*

64) PIASECIVS *pag. 323.* BELLVS *lib. III. p. 288.* PVFENDORF §. *XXIX.* KHEVENHILLER *Tom. IX. p. 639.* Extant de hoc litteræ Ferdinandi II. ad Colonienſem apud LONDORPIVM *Tom. I. lib. VI. c. CCVIII. p. 987.*

65) Extat

que inter illud regnum atque Bohemos Poſonii XV. Ianuarii 1620. 65) ſancitur. Hæc tamen ſingula Imp. ſtatim publico edicto caſſabat. 66) Hinc, parte copiarum in Vngariam ſuperiorem miſſa, cum cæteris Presburgum ipſe ſe conferebat. Verum, inſtante Cæſare, XX. Februarii 1620. induciæ vsque ad feſtum S. Michaelis fuerunt concluſæ, compoſitione ad conuentum Neoſolæ habendum, reiecta. In quo etſi fœdus Vngarorum & Tranſyluanorum cum Bohemis decerneretur, ac abdicato Ferdinando, Betlenus Vngariæ Rex proclamaretur; id tamen pro Ferdinando effectum fuit, vt diſtracto interim Betleno, tota belli moles in Fridericum incumberet, 67) Sileſii etiam, celebrato Principum conuentu Vratislauiæ grauamina ſua publicabant, Principes ſuos, præcipue Münſterbergenſem ac Lignicenſem ad Friderici coronationem miſerunt; ſtatim a reditu Niſſenſem arcem Archi-Ducis inuaſerunt, & eiurato vniuerſo nomine Auſtriaco, Epiſcoporum dignitatem abrogarunt, moxque de ſufficiendo in Epiſcopum Vratislauienſem Ludouico, Friderici fratre deliberarunt. Hoc ægre ferebat Sigismundus III. Rex Poloniæ, qui ducta Anna, Ferdinandi ſorore, ab Auſtriacorum parte ſtabat, & miſſo legato, litterisque Bohemos ac Sileſios fuit dehortatus. 68)

§. VI. Peracta vtrinque coronatione, Nouembri menſe 1619. Comitia Correſpondentium Principum Noribergæ habentur, quibus Fridericus iſte Palatinus, Auguſtus & Fridericus Palatini Neuburgenſes, Io. Erneſtus, Dux Saxo-Vinarienſis, cum fratribus Friderico & Guilielmo, Ioachimus Erneſtus, & Sigismundus Marchiones Brandenburgenſes, Io. Fridericus, Iulius Fridericus & Magnus, Duces Würtenbergici, Mauritius, Haſſiæ Landgrauius, Fridericus, Marchio Badenſis, reliquorum Principum, Comitum & Ciuitatum legati interererant. 69) Mittebat ad eadem Cæſar Io. Georgium Comitem Hohenzolleranum, legatum ſuum, qui Cæſaris nomine iſtos ad pacem & tranquillitatem in Imperio ſeruandam hortabatur, promittens, ſe eorum Grauaminibus medelam adlaturum, grauiter de Bohemorum iniuriis conqueſtus, Fridericum tamen ſuit adhortatus, vt Bohemiæ Regno iterum cederet. 70) Reſpondebant Principes, Grauamina ipſorum ſæpius fuiſſe exhibita, nunquam vero iisdem ſatisfactum, petere igitur, vt Conſilium Aulicum iuxta præſcriptum Cæſareæ Capitulationis conſtituatur, proceſſus, qui pacem religionis & profanam concernunt, in iſto Conſilio non admittantur, vel abrogentur, Prouinciale in Sueuia iudicium non nimium extendatur, auocationes in cauſſis ad Cameram & alia iudicia ſpectantibus non concedantur, inquiſitiones Statuum Euangelicorum Camerales, & pernicioſæ interpretationes A. B. maxime, quantum ad Ius ſucceſſionis in Electoratibus ac Principatibus, intermittantur, promiſſa olim a Rudolpho Cæſare & repetita a Matthia nuper Donawerdæ reſtitutio in actum ducatur, & omnia ita dirigantur, vt Status Imperii ſine grauamine viuant, & iuſtitia ex æquo adminiſtretur. Quod ſi igitur Catholici Status arma deponant, atque a conſcribendis & introducendis in Imperium peregrinis militibus abſtineant, ſe ſtatim ab armis eſſe ceſſaturos, ſin ſecus; Deo eſſe rem commiſſuros & defenſioni ſuæ inuigilaturos. Quantum ad cauſſam Bohemicam attinet, ſe non ſolum vt periculum a propriis finibus prohibeant, eſſe obligatos, ſed etiam vt cuiuis Statui Euangelico, atque ita Bohemiæ etiam Regi ſubueniant, maxime, ſi in ditionibus hæreditariis ſuis oppugnari eum contingat, vi conſtitutionum Imperii & factæ inuicem confœderatio-

65) Extat apud LONDORP *Tom. I. lib. IV. c. CCIV. p. 984. Tom. II. lib. V. c. XXXVIII. p. 48.* THEATR. EVR. *Tom. I. p. 292.* CARAFA *p. 92.*

66) Extat apud RHEVENHILLERVM *Tomo IX. p. 944.*

67) PIASECIVS p. 323. *atque tali ope Regis Poloniæ Vienna tunc liberata, & Corona Vngariæ Ferdinando seruata fuit: nec aliam opportunitatem eam sumendi Gaborius deinceps habuit potuit; quinimo crinde metuens huiusmodi irruptiones Poloneorum in Vngariam, inducias cum Ferdinando tractauit, ac conclusit a fine anni Iuxta ad mensem Octobris anni proximi duraturas: pacto praecipuo quod possideat interim omnia, quæ in Vngaria occupauerat, quodque querela Ordinum Vngariæ in Comitiis Neoſolii proxime celebrandis componerentur: & Polonis incurſionibus Vngariam ne vexarent. Quibus induciis durantibus Ferdinandus ſecurus ab ea parte, tempus habuit colligendi a Summo Pontifice & Hiſpano Rege auxilia, comparandi vires, easque totas non diſtractas conuertendi contra Bohemos cum euidenti commodo ſuo, & maximo momento ad obſequentes victorias.* Idem p. 327. Extant inducium tabulæ in RECVEIL *Tom. III. pag. 159.* du MONT *Tom. V. p. II. p. 358.* MERC. G. B. *Tom. XIII. lib. I. p. 21. lib. II. p. 166.* WASSENBERG *p. 44.* CARAFA *pag. 95.* BELLVS *lib. IV. pag 338.* LONDORPIVM *c. CCXI. p. 1006.* Le VASSOR *lib. XV. p. 662.* PVFENDORF §. *XXIX.* THEATR. EVROP. *Tom. I. pag. 343.*

68) CARAFA *p. 75.* MERC. B. G. *Tom. XIII. lib. I. p. 26. Tom. XIII. lib. II. p. 95.* Extant litteræ hac in cauſſa publicatæ apud LONDORPIVM *Tomo I. lib. IV. c. CXXXIII. p. 796. ſqq.* Conſilium Archiepiſcopi Gneſnenſis ſuper hac cauſa extat apud RHEVENHILLER *Tom. IX. p. 632.*

69) Extant litteræ conuocatoriæ ad hunc Conuentum nomine Friderici Palatini, Ioachimi Erneſti Brandenburgici, Io. Friderici Würtenbergici, Mauritii Haſſi, Georgii Friderici Badenſis, Chriſtiani Anhaltini, exaratæ, apud LONDORPIVM *Tom. I. lib. IV. c. CLIX. p. 866.* Singulos, qui interfuerunt, recenſet RHEVENHILLER *Tom. IX. p. 635.*

70) Sic enim Hohenzolleranus apud LONDORPIVM *Tom. I. p. 873. Der Churfürſt ware zwar nicht zu verdencken, das er das K. Bonen angenommen, wan es ſonderlich ex intentione geſchehen, dadurch ergers zu verhüten; denn er muſte bekennen: da er der Churfürſt Pfaltzgr. wie auch Sachſen, auch wohl Gabor dieſelbe Cron nicht angenommen hatten, das die Bohmen als deſperirte leute dieſelbe wohl Turcken und Tartarn wurden offeriret haben. Der Herr Pfaltzgr. aber konte ſich bey den Haus Oſterreich auf ewig hoch verdienet und ihm einen unſterblichen Ruhm und Nahmen machen, wann er ihr K. M. ſolches wieder cediren und einraumen thate.*

71) De

derationis, ipſos teneri. 71) Graues in hoc Conuentu fuerunt inter Correſpondentes quæſtiones, dum Palatinus, aliique magis illi addicti, ex Bohemico negotio & Imperii Grauaminibus rem vnam vellent conflare, vnicoque contextu vtriusque regni libertatem aſſerere, quod quidem initio Correſpondentes animoſe futurum ſperabant; atque ideo Hollandorum, Anglorum, Danorum, totiusque diſtrictus Saxoniæ Inferioris Principum, Ciuitatum, & aliorum inimicorum domus Auſtriacæ patrocinium contra Cæſarem, eiusque adhærentes Catholicos poſtulabant, & magna ſpe nunc Paſſauium, nunc Ratisbonam, aliasque commodas Ciuitates occupari deſiderabant. Verum, vt Cæſaris legationem audiuerunt Correſpondentes, atque notauerant, non omnes æqua conferre ſubſidia, nec omnes expeditioni Bohemicæ adſectos, Batauos etiam nouum genus fœderis poſtulare, ſolum ſibi Palatinatum, ſuamque cauſſam protegendam ſuſcipiebant. 72) Litteras tamen & Legationem ad Cæſarem, Bauaricæque Ducem mittunt, plenam minis, & querelis, quibus Palatini cauſſam ſe ſuſcipere velle ſimulabant; exiguntque a Bauaro, vt a Cæſaris auxilio deſiſteret, grauamina illorum mox ſolueret, Cæſarem a vi inferenda dehortaretur: a Cæſare vero, vt Palatinum in Bohemia viuere permitteret, & Imperii grauamina quantocius ſubleuaret. 73) Dum igitur omnia ad arma vergerent, Status etiam Circuli Saxoniæ Inferioris Luneburgi primum XI. Auguſti ac dein Brunſuici XXVI. Septembris 1619. conueniunt, atque concludunt, vt ſinguli Status triplum militum ſecundum quantum matriculare vna cum reliquo adparatu haberent in promptu, conſtituto Circuli Duce, Chriſtiano, Brunſuicenſi Duce, & Poſtulato Adminiſtratore Epiſcopatus Mindenſis. 74) Circa eadem tempora Catholici etiam Status Herbipoli conueniunt, vbi de conſeruanda religione Catholica fuit actum, Dux Lotharingiæ in fœdus receptus, atque vt auxilia externa Pontificis & Hiſpaniæ Regis ſollicitarentur, militesque conſcriberentur, fuit decretum. 75) Gallorum etiam Rex a Cæſare ſollicitatus, ſuaſu potiſſimum Niuernienſis Ducis, Cæſari auxilia promiſit. 76) Interim Fridericus, nouus Rex reformatam Religionem vndique introducere conabatur, imagines a templis eiiciebantur atque diſſringebantur. 77)

§. VII. Ferdinandus, factis cum Vngaris induciis, primo Friderici electionem publico diplomate d. 29. Ianuarii 1620. irritam declarabat, 78) cui tamen Fridericus ſtatim aliud oppoſuit. 79) Mox Maximilianum Bauarum, quem poſt coronationem domum reuertens, Monachii adierat, inito d. VIII. Octobris 1619. fœdere, rationibus ſuis illigabat, exercitus fœderis Catholici, Ligæ dictæ directionem ipſi committens. 80) Interim, dum Ieſuitæ horumque fauentes, ſcriptis ſuis ſanguinolentis bellum magis ſufflaminarent, 81) in Imperio ad prima veris ſigna miles vndique parabatur: e Lotharingia & Alſatia

71) De hoc late MERC. G. BELG. *Tom. XIII. lib. I. p. 113.* BELLVS *lib. III. pag. 291.* LVDOLPH *lib. XIX. c. II. n. 19.* MASENIVS *lib. XXIII. p. 465.* Ipſa propoſitio extat apud LONDORPIVM *c. CLXI. p. 866.* KHEVENHILLER *Tom. IX. p. 635.* LEHMANN *lib. II. c. XCIV. XCV. XCVI.* THEATR. EVROP. *Tom. I. p. 275.* HELVICVS *lib. VII. p. 249.* Vniuersum reſponſio *c. CLXII.* Le VASSOR *lib. XIV. p. 532.*

72) CARAFA *p. 77.* Extat ipſe Receſſus apud LONDORPIVM *c. CLXIV.*

73) CARAFA *c. I.* & ſuſius MERC. GALLOBELG. *Tom. XIII. lib. I. p. 171.* Legatorum Propoſitio ad Bauariæ Ducem repetitur apud LONDORPIVM *c. CLXVII.* vna cum reſponſione, BELLVS *lib. III. p. 30.*

74) Extat Receſſus apud LONDORPIVM *Tom. I. lib. IV. c. CLVI. p. 862.* Varias litteras ad hunc conuentum & ab eodem exhibet KHEVENHILLER *Tom. IX. p. 864.*

75) CARAFA *p. 78.* MERC. GALLO-BELG. *T. XIII. lib. I. p. 186.* BELLVS *lib. III. p. 296.* Capita in hoc conuentu Herbipolenſi tractata reperiuntur apud LONDORPIVM *Tom. I. lib. IV. c. CLVIII. p. 866.* KHEVENHILLER *Tom. IX. p. 820.*

76) De hoc late Le VASSOR *lib. XIV. p. 536.* BELLVS *lib. IV. p. 378.*

77) KHEVENHILLER *Tom. IX. p. 660.*

78) CARAFA *p. 79.* MERC. GALLO-BELG. *Tom. XIII. lib. I. pag. 212.* PVFENDORF *lib. I. §. XXX.* BELLVS *lib. IV. p. 339.* Extat hoc ſcriptum caſſatorium apud LONDORPIVM *Tom. II. p. I.* KHEVENHILLER *Tom. IX. p. 805.* Le VASSOR *lib. XV. p. 640.*

79) Extat apud KHEVENHILLER *Tom. IX. pag. 1020.*

80) CARAFA *p. 77.* ADLZREITER *p. III. lib. IV. n. 25.* qui etiam *n. 26.* capita exponit, quibus directio exercitus Catholicorum ipſi fuerit commiſſa. LVDOLPH *lib. XIX. c. II. n. 16.* Qua ratione Fridericus Palatinus cum Maximiliano Bauaro variis primum ſcriptis egerit, patet ex LONDORPIO *Tom. I. lib. IV. pag. 908. ſqq.* BELLO *lib. IV. p. 368.* Receſſus cum Maximiliano Bauaro VIII. Octobr. 1619. Monachii deſuper initus, extat apud LONDORPIVM *Tom. V. p. 795.* du MONT *Tom. V. p. II. p. 354.*

81) Prodierat iamdum IO. PAVLI WINDECKII Tractatus *de Theologia Iureconſultorum, Coloniæ 1604. 4.* in quo de Proteſtantibus, tanquam damnandis hæreticis loquitur. Inde ferali iſte Apoſtata, CASPAR SCIOPPIVS ſcripſit *Scorpiacum, finecrum Remedium aduerſus Proteſtantium hæreſes, Moguntiæ 1642. 4.* Secutum eſt Eiusdem *Claſſicum belli ſacri*, quo auctor eſt Imp. de exſtirpandis Proteſtantium Principibus, cui tamen MATTHIAS FERNEGGERVS, ſub nomine THEODOSII BERENICI, oppoſuit primum *Proaulium tubæ pacis occenæ Sciopp iano belli ſacri claſſico*, quo tamen nihil continetur, niſi commonefactio ad Principes de Praxi ac inſtitutis patrum Ieſuitarum a quodam religioſo conſcripta, quam ex Italico in latinum tranſtulit. Subſecuta eſt eiusdem *Tuba pacis occenta Sciop piano belli ſacri claſſico, Auguſtæ Trebocorum 1621. 4.* qua plerumque variæ artes promouendi religionem deteguntur. Inde prodiit *Iuris publici quæſtio Capitalis, ſintne Proteſtantes iure Cæſareo Hæretici, & vltimo ſupplicio afficiendi, contra ſanguinarium Caſparis Sciop pii claſſicum, tractata a* IVSTO MEIERO, vbi potiſſimum declarati, Proteſtantes nec iure diuino nec Cæſareo, dici poſſe hæreticos. Anno 1608. prodiit BARONII BROCARDI *Vermahnung an die Euangeliſche Fürſten*, ſed recuſum a. 1619. ſub titulo:

satia nonnulli; plures ex ditione Weſtphalica, qui Correſpondentibus erant militaturi; alii in Germania, alii in Belgio Fœderato colligebantur, Ex Anglia quatuor millia in Hollandiam miſſi ſtipendio Regis, & Ordinum Regni, vt illorum loco ter mille exercitati in Palatinatum dimitterentur. Præter iſtas copias Marchio Badenſis, decem mille pedites, & mille equites in ſua ditione collocarat ex Heluetiis, & quibusdam Gallis. 82) Wilhelmus Dux Saxo-Vinarienſis, duas legiones peditum Bohemis adducebat, ſicut pariter & alias numeroſas copias Comes Styrumbicus, & plures alii ex nobilitate Sueuica & Rhenana. 83) Non de religione ſolum agebatur, ſed etiam continenda potentia Auſtriaca, ne armis Hiſpanicis in Germania collocatis, abſolutoque Dominatu vſurpato, hæreditariam ſibi ſucceſſionem in Imperio ſtabiliret, totamque Europam in Monarchiam rediget. 84) Imperatori vero adducebatur exercitus a Rege Hiſpaniæ viginti millium peditum & ter mille equitum, Hiſpanico ærario alendus, quousque incepta tempeſtas ſedaretur; quem iam Viennæ Comes di Ognate Regius legatus colligebat, & frequentiores copias ex Italia expectabat. Hæ Hiſpaniæ regis copiæ, cum exercitum Cæſareum auxiſſent, tam in Moravia, quam in Bohemia & Auſtria, Bucquoius egregie hoſtium copias exercebat, pluraque prœlia feliciter perpetrabat. 85) Paulus V. etiam Papa in tota Hiſpania, Italia, Sicilia, Flandria, fructuum ex bonis Eccleſiaſticis in annos ſingulos prouenientium, decimam partem ſeponi, ac ingentem pecuniæ vim inde collectam, ad impenſas eiusdem belli applicari fecit. Immo ex proprio quoque ærario XX. millia nummorum aureorum in menſes ſingulos contribuit pro Liga Catholica, quæ validum exercitum comparauerat, eumque in Cæſaris auxilium miſerat. 86)

§. VIII. Inter hos motus, exeunte Ianuario a. 1620. Superioris Saxoniæ Statuum conuentus a Saxoniæ Electore Lipſiæ fuit habitus, in quo, præſentibus Bohemiæ Poloniæque Regnorum Legatis, poſt inſtitutam de capitibus quibusdam deliberationem, decretum factum V. Februarii fuit, vt, dum toti Imperio immineat periculum, pro defenſione Circuli rectius inſtituenda, tria peditum millia cum mille equitibus, per ſex menſes integros ſuſtentarentur, Statibus ſingulis pecuniam ſtipendiis ipſorum perſoluendis neceſſariam contribuentibus, directorium vero totum Electori Saxoniæ committeretur, Cæſari mos gereretur, in cauſſa vero Bohemica ad neutram partem inclinarent, quale etiam reſponſum Legatis Bohemis, qui aderant, fuit datum. 87) Saxoniæ enim Elector Palatinum, cum quo eousque æquali parique iure vixerat, potentiorem fieri nolebat, veritus etiam, ne Saxoniæ Duces, qui cum Friderico faciebant, Electoratum repeterent. 88) Augebant odium Theologi Saxonici, Reformatis infenſiſſimi. 89)

§. IX. Inde Maio menſe 1620. ad Conuentum, quem Mulhuſii Electores Eccleſiaſtici vna cum Saxone Bauaroque, & Ludouico Haſſo, omnes Cæſari addictiſſimi agitabant, licet Treuirenſis atque Bauarus eo ſaltim legatos ſuos miſiſſent, querelas ſuas deferebant, eorum-

Warnung von derer ſub vna allerhand Rathſchlege wieder die Evangeliſchen extat apud LONDORPIVM *Tom. I. lib. IV. c. CLXXII. p. 891.* Erat iſte Baronius Patmenſis, ex familia Card. Baronii, Auditor Congregationis de propaganda fide, cuius violenta conſilia prodit METERANVS *lib. XXIII. fin.* De hoc SPANHEIM Memoires de Louiſe Iuliane p. 57. *En ce temps là eſclatterent en la Cour Palatine les advis d' vn certain Baronius, qui eſventa divers deſſeins prins à Rome au preiudice des Princes & Eſtats de l' Empire, ſur tout au desavantage de la Maiſon Palatine. Il y a long temps, qu' on pouvoit recognoiſtre, qu' on luy en vouloit, & qu' on queſtoit les occaſions d' eſclatter. Et ce n' eſt pas la Couronne de Bohemе, qui ait fait naiſtre les proiets de ſa ruine. La fabrique en eſt plus ancienne, & les deſſeins en ont eſté baſtis devant la naiſſance meſme de ceux qui firent faire le ſault perilleux à Prage aux Miniſtres de Matthias.* Sequitur *Extractum ex Scioppii Claſſico*, & GOLDASTI diſſertatio *de Ieſuitarum practicationibus & an ſint belli Bohemici, præſentiumque motuum ac turbarum auctores.* Sequitur c. CLXXIII. *Bedencken, auf was Weiſe das gantze Teutſchland wider zur Rœmiſchen Catholiſchen Religion zu bringen*, quod ſcripſum iam antea a. 1598. ſub titulo: *de Statu Religionis in Germania*, prodierat, & extat apud GOLDASTVM *Politicis Imperialibus p. XXII. pag. 1140.* Sic etiam apud LONDORPIVM *c. CXCIX. ſqq.* reperiuntur varia Conſilia, quæ huc faciunt. Contra Pontificios prodiit *Machiauellizatio, qua Veritorum animos diſſociare nitentibus, reſpondetur*, pro Vngaris potiſſimum ſcripta. *Examen edicti de pace religionis ſeruanda in Germania, Mirandulæ 1617. 4.* Vid. GRYPHIVS *de ſcript. ſec. XVII. p. 114.* Contra Proteſtantes, *Informatio de famoſo negotio compoſitionis diſſidentium inter ſe Principum & Statuum Imperii, Cosmopoli 1618. 4.* Et plura alia ſcripta, de quibus in Bibliotheca Iuris *cap. XIV. §. XXXVI.*

82) CARAFA *p. 80.* BELLVS *lib. IV. ineunte.*

83) CARAFA *p. 81.* MERC. GALLO-BELG. *Tom. XIII. lib. II. p. 70.*

84) PIASECIVS p. 324. Prodiit hac de re *Conſilium oder kurtzer Vnterricht, daß Teutſchland nunmehr nicht ein Frey-Wahl-Reich, ſondern dem Haus Oeſterreich zuſtendig ſey 1625. 4.*

85) CARAFA *p. 80. 96.* MERC. G. BELG. *Tomo XIII. lib. II. p. 70.*

86) PIASECIVS *p. 324.*

87) CARAFA *p. 79.* MERC. G. B. *Tom. XIII. lib. I. p. 212.* PVFENDORF *lib. I. §. XXX.*

88) PIASECIVS pag. 325. *ex hæreticis autem Principibus Germaniæ ſolus Elector Saxoniæ, ne Palatinum auctum Boëmiæ Regno potentiorem videret, cum quo eo vsque æquali parique iure vixerat, ſeu quod vereretur, ne Duces Vinarienſes quandoque ope ipſius auctum Electoratum Saxoniæ repeterent, Mulhuſii Electoribus Eccleſiaſticis congregatis ſe coniunxit, eorumque Decretis cauſſam Boemorum (nec dictiam nec auditam) damnantibus ſubſcripſit.*

89) Prout varia ſcripta teſtantur apud LONDORPIVM *Tom. I. lib. IV. cap. CXCVI. CXCVII. CXCVIII. p. 931. Tom. II. p. 97.* MEYER *Lond. ſuppleto Tom. II. pag. 237.* PVFENDORF *lib. I. §. XXXII.*

90) MERC.

eorumque auxilia implorabant. 90) Omnes Friderici conatus improbant, ipſumque vt vltro Regno cedat, hortantur; Bohemos, cæterosque, vt arma deponant, non ſine minis mouent. Simul ab Vnione, ne huic negotio ſe immiſceat, poſtulant, cautione d. X. Martii 1620. interpoſita, religionem Proteſtantium aut bona ſacra haut quidquam peti. 91) Ferdinandus quoque pro Cæſarea auctoritate Ordinibus, vt quieſcant, imperat; ductoresque ac milites a ſacramento Friderici auocat. Quæ omnia eo maiorem habuerunt efficaciam, quod ipſe Fridericus antehac Ferdinandum Bohemiæ Regem, & inde legitimum Cæſarem agnouiſſe videretur. 92) Agebatur in eodem Conuentu iamdum de proſcribendo Palatino, quod tamen Moguntinus & Saxo pluribus diſſuadebant. 93) Legationibus quoque Rex Daniæ, & Inferioris Saxoniæ Principes demulcentur. Inferioris Auſtriæ Ordines, quorum plerique Catholici, in verba Ferdinandi iurant, fœderique cum Bohemis renunciant, poſtquam ille ipſis verbo ſuper libertate ſacrorum cauiſſet. Auſtriæ ſuperioris Ordines licet requiſiti, iuramentum fidelitatis recuſant. 94)

§. X. In Bohemia interim, poſtquam Fridericus d. VI. Februarii 1620. Brunnæ, a Moraviis 95) atque Sileſiis d. XXVI. Februarii 1620. 96) homagium accepiſſet, Chriſtianus etiam Anhaltinus IX. Martii 1620. Bucquoium ad Egenburgum profligaſſet, 97) habita fuerunt Pragæ Comitia, in quibus de confirmanda cum Vngariæ Ordinibus & Tranſyluaniæ Principe confœderatione, fuit actum, eademque ad Danos etiam, Suecos, Britannos proferenda, pace cum Turcis facienda, adparatu militari & ſtipendiis militum fuit deliberatum, Fridericus Henricus etiam Palatini filius ſexennis, ſi Parens deceſſerit, datus ipſi fuit Succeſſor. 98) Aſt, dum omnia

90) MERC. G. BELG. *Tom. XIII. lib. I. p. 224. lib. II. p. 19.* BELLVS *lib. IV. p. 348. 422.* Apud LONDORPIVM *Tom. II. p. 6.* extat Reſponſum, legatis Bohemis datum, & apud BELLVM *lib. IV. p. 359. 361.*

91) CARAFA p. 81. *Quibus Germaniæ malis vt Electores occurrerent, Mulhuſii conuenerunt, atque inde Ordines Bohemiæ, & Vngariæ monuerunt, vt Cæſari fideles illius iram debita ſubiectione mitigarent, illum enim ſuum eſſe Regem vnctum, coronatum, & Sacramento Ordinum alias agnitum, a quo nullo modo poſſent recedere, ad Palatinum alias literas dederunt, vt habita ratione profapiæ, & muneris, quod in Imperio gerebat, eo ſua conſilia dirigeret, vt arma deponerentur, & delectus vlteriores intermitterentur, nec exoticus miles in Imperium euocaretur. Quod nequaquam fieri poterat, ni Imperatori Bohemiæ regnum cum prouinciis adiunctis quamprimum reſtitueret, ſcripſere etiam Electores ad Principes Correſpondentes, ad Ordinem equeſtrem Sueuiæ, Francomiæ, & Rheni, atque ad Ordines veriusque Auſtriæ, & Bohemiæ, rogantes, ne tam periculoſis bellis, ex quibus tantum effuſio agnati ſanguinis, & patriæ extrema pernicies poſſit expectari, vllo modo ſe immiſcerent. Huic Conuentui cum Saxoniæ Elector interfuiſſet, Mauritius Haſſiæ Landgrauius non leuiter offenſus, illum dehortatius eſt, ne Pontificiis plus nimio faueret, & ſuæ Religionis amantes ſperneret. Verum Elector maturum ſibi eſſe ingenium, quo facile poſſet diſcernere inquietos, ac ſeditioſos, ſcripſit; quo ſcripto ipſum Mauritium, eiusque aſſectas non parum notauit, quaſi ipſi eſſent ſeditionis amantes, & meliorum bellorum rei; quare eundem Mauritium rogauit, vt apud alios veræ tranquillitatis turbatores illo officio cenſoris defungeretur, quo apud ipſum præpoſtere defungi voluit.* Le VASSOR *lib. XV. p. 643.* MERC. G. BELG. *Tom. XIII. lib. I. p. 242. lib. II. p. 19.* PVFENDORF *lib. I. §. XXX.* HELVICVS *lib. VIII. pag. 271.* THEATR. EVR. *Tom. I. p. 308.* LVDOLPH *lib. XX. c. II. n. 21.* BELLVS *lib. IV. p. 361.* Extant varia ſcripta ex hoc conuentu apud LONDORPIVM *Tom. II. p. 11. 499.* KHEVENHILLERVM *Tom. IX. p. 836.* Aſſecuratio de bonis eccleſiaſticis Euangelicis data extat apud LONDORPIVM *Tom. II. lib. V. c. V.* THEATR. EVR. *Tom. I. p. 313. Hiſtorie der Religions-Beſchwerden p. I. c. IV. §. XI.*

92) PVFENDORF *cit. loc.* MERC. G. BELG. *Tom. XIII. lib. II. p. 41.* Variæ litteræ monitoriæ Cæſaris apud LONDORPIVM *pag. 27.* KHEVENHILLERVM *Tom. IX. p. 849.*

93) De quo varia ſcripta in libro, cui titulus: *Ein denckwürdig Model der Kayſerlichen Hof-Proceſſe* apud LONDORPIVM *Tom. II. pag. 363.* qui LVDOVICVM CAMERARIVM habet auctorem. Inter LVNIGII *Staats-Conſilia Tom. I. p. 1077.* reperitur *Bedencken, ob der Kayſer in der Böhmiſchen Sache Richter ſeyn könne.*

94) CARAFA pag. 78. *adulta iam hyeme vix poterat miles in caſtris aperti campi ſubſiſtere, ſed in præſidiis hærens ad commercia vtraque pars ferebatur. Cæſar cum ſuperioribus, & inferioribus Auſtriacis Hornæ hærentibus agebat, ſatisque propitios ſibi inferiores Auſtriacos fecerat conceſſione liberi exercitii non procul a Vienna, ſi modo reſpuiſſent. Superiores vero Auſtrii obdurationes, Legatos quidem Viennam miſerunt: ſed nihil iis commiſcrunt, quam vt Cæſavis mentem ſuis dominis perſcriberent; ita vt potius nugari, quam ſerio aliquid agere viderentur. Quod cum Cæſari pacis auido ſuomme diſpliceret, ac nihilominus propter frequentes hoſtes, quibus vndique cinctus vix potuerat ſubſiſtere, cogeretur diſſimulare, cum aliquo horum conuenire laborauit, nam Auſtriaci ad Occidentem eum premebant, Bohemi ad Orientem, Moraui, & Vngari ad Meridiem truculenter ei inſultabant.* MERC. GALLO-BELG. *Tom. XIII. lib. I. pag. 167. lib. II. pag. 115.* BELLVS *lib. III. p. 299. 380. lib. IV. p. 411.* Proceſſus Homagii Viennæ facti extat apud LONDORPIVM *Tom. III. p. 52.* Varia alia ſcripta apud MEYERVM *Lond. ſuppl. Tom. II. p. 259.* Le VASSOR *lib. XV. p. 664.* KHEVENHILLER *Tom. IX. pag. 915. 1036.* LVNIGII *Staats-Conſilia Tom. I. n. CLXXII.*

95) MERC. GALLO-BELG. *Tom. XIII. lib. I. p. 230. lib. II. ineunte.* PIASECIVS *p. 325.* KHEVENHILLER *Tom. IX. p. 937.*

96) MERC. G. BELG. *pag. 237.* PIASECIVS *c. l.* Acta in Conuentu Vratislauienſi extant apud MEYERVM *Lond. ſuppl. Tom. II. p. 240.* BELLVS *lib. IV. p. 347.* THEATR. EVR. *Tom. I. p. 294.*

97) MERC. GALLO BELG. *p. 239.* BELLVS *lib. IV. p. 351.*

98) CARAFA p. 82. *Comitia Pragæ celebrarunt, in quibus filium Palatini, ſi parens deceſſerit, ſibi Regem deſignarunt; ſoedera cum Vngaris, & Tranſyluanis innouarunt. Legationem ad portam Ottomannicam ſpoponderunt; ſubſidium primarium Bethlemo addixerunt; reddituſ Eccleſiaſticos, pauciſſimis exceptis, profano vſui applicarunt; & nobiles ſuos adhuc dubie fidei multatione omnium bonorum cnzcarunt; ſuoique tandem omnes ad militiam, & communem patriæ defenſionem armarunt.* Cauſſas diſtincte


image
not
available

que gerendis impar, & res Palatinas parum curabat, Vnionis ducem, & auro fuisse corruptum arguerent. 3)

§. XI. Postquam compositione facta, Vnionis copiæ in Palatinatum inferiorem descendissent, Bauarus, prout a Cæsare fuerat iussus, qui supra triginta militum millia sub signis haberet, in superiorem Austriam tendit, eamque sub Ferdinandi obsequium redigit, hinc in Bohemia cum Cæsareis Ducibus copias coniuncturus. E diuersa parte Cosaci, Poloniæ Regis instinctu, Silesiæ ac Moraviæ infusi, late terrorem dabant. 4) Saxo iamdudum in Austriacos pronus, quod oppressis hisce, Electoratus domui a Carolo V. collatus, periclitaturus videbatur, tum pollicitis super caussa Iuliacensi ad ipsius vota decidenda inescatus, stimulantibus insuper in quibusdam sacerdotibus, qui Lutheranis Pontificios proniores, quam Caluinianos clamabant, 5) commendata ipsi a Cæsare executione, 6) in Lusatiam cum exercitu irrumpit, expugnataque per vim Budissina, pleraque eius prouinciæ oppida recipit, frustra renitente Io. Georgio Marchione Iägerndorfio, qui ad defendendam eandem a Friderico missus erat. 7) E contrario Fridericus Saxoniæ Electorem omnibus feudis Bohemicis priuat. 8) E Belgio ab Alberto Archi Duce missus fuit Ambrosius Spinola cum viginti peditum millibus, quatuor equitum, in Palatinatum mouebat, cui protegendo Vnionis copiæ ad Oppenheimum castra posuerant, haut quidquam Spinolæ pares, quippe tumultuarie collectæ, nec disciplina satis compositæ, ac præter Ducum dissensionem cum stipendii penuria conflictantes. Spinola igitur Rheno apud Moguntiam superato, pleraque Palatinatus oppida inaligne munita in potestatem redigit, illuso Vnionis exercitu, hoc prætextu, Austriacam domum in Liga Catholica haud comprehendi, 9) Iacobus I. Magnæ Britanniæ Rex, quod senio & indole ab armis abhorreret, generum suum Bohemiæ Regem nunquam volebat adgnoscere, nil nisi modicum pecuniæ transmittit, & ad tria millia peditum Britannorum, conniuente potius, quam iubente ipso, Vnioni accedunt. 10) Postquam autem de ista Spinolæ expeditione audiuisset, tum demum decreuit mittere ad talem necessitatem subsidia, quæ ab Henrico Nassouio intempestiue conducta Palatinatum nil iuuerunt. 11) Et crediderunt multi, semel atque

pas quasi croyable, que de si grandes forces ayent pen demeurer un mois entier sans rien dire, pour donner a connoistre à un chacun combien voßre conniuence a eu de force.

3) PVFENDORF *c. l.* BELLVS *lib. IV. p. 445.* Quis Status Protestantium & caussæ Bohemicæ tunc fuerit, exponitur in epistola WENCESLAI MEROSCHWA ad Io. Traut Norib. gensem 1620. 4. PIASECIVS *p. 326.* De isto scribit 10. IOACHIMVS RVSDORFIVS in præfatione Consilii sui primi *p. 7.* scribens: *statim autem in tuentores recessus animi Ioachimi Ernesti Brandenburgici, qui cum summo imperio exercitui Federatorum præerat, præcipuam etiam in consilio & rebus exteris deliberandis & statuendis auctoritatem habebat, penetrauit; cumque, vel degenere timore, vel prauo inuidia, vel recondita simultate & odio occupatum, res negligentius administrare, Palatinatus defensionem & conseruationem nihili æstimare, militares curas non intelligere, rebus magnis bello & pace gerendis imparem esse, cum hoste clanculum consentire, causam communem & sociorum, ne quid incommodius dicam, deserere animaduerti.* Ideoque idem RVSDORFIVS Causas proposuit, cur pacis consilia sint præferenda & amplectenda.

4) PVFENDORF *lib. I. §. XXXII.* CARAFA *p. 83.* Banaro autem a Cæsare demandatam hanc contra Austrios & Bohemos fuisse executionem, testatur BELLVS *lib. IV. pag. 431.* PIASECIVS *pag. 327.*

5) PVFENDORF *c. l.*

6) BELLVS *lib. IV. p. 409. & p. 412. 427.* qua ratione executio Saxoni fuerit demandata, refutat LONDORP *Tom. II. p. 173.* PIASECIVS *pag. 327.* Agebatur etiam de profectiptione Palatini, quæ tamen adhuc differebatur, prout BELLVS docet *p. 413.* & LONDORP *Tom. II. p. 192.* Le VASSOR *lib. XV. p. 665.* qui etiam Saxoniæ Electorem quid permouerit, his verbis tradit: *Fridericus ademtis feudis Bohemicis & Io. Casimiro & Io. Ernesto Ducibus Saxoniæ, Coburgensi, & Isenacensi, additis Saxonem sibi infestiorem reddidit.*

7) CARAFA *pag. 85.* PVFENDORF *cit. loc.* MERC. GAL. BELG. *Tom. XIII. lib. II. pag. 170.* Qua ratione Budissa V. Octobris 1620. fuerit occupata, prolixius describit BELLVS *lib. IV. pag. 441.* Extat etiam *Wahrhafftiger Bericht, was sich vor und in der Stadt Bautzen bey wahrender Belagerung und Eroberung zugetragen 1620. 4.*

8) Extat edictum apud KHEVENHILLERVM *Tom. IX. p. 1017.*

9) CARAFA *pag. 83. 85.* MERC. G. BELG. *Tom. XIII. lib. II. p. 137. 167.* PIASECIVS p. 325. *Ac cauerant quidem, quod comprehenderetur vtique Palatinatus in illa concordia, sed Spinola hoc neglecto fistute Moguntinus Electior eum excusauit, quod Austriaca Domus in Liga Catholica non esset, nec obligaretur ipsius pactione, ab Archiduce Alberto missus ex Belgio cum exercitu valido in Palatinatum, primo illius Oppidum insigne Crucenacum, ad tam insperatam vim minus prouisum post breuem oppugnationem ad deditionem coëgit, vbique sede belli sibi fixa, vltra progredients, Altzenam ac Oppenheimium, & demum alia plura eius regionis loca vi cepit, eamque partem Rheni, cum viraque ripa in suam potestatem redegit, præsidiisque munivit. Federatorum copiis cum Duce Georgio Federico Marchione Badensi in proximo desidentibus, nec eius conatus impedientibus.* THEATR. EVROP. *Tom. I. pag. 355.* BRACHELIVS *lib. I. p. 22.* CARAFA *p. 102.* MASENIVS *p. 467.* BELLVS *lib. IV. p. 420.* THEATR. EVR. *Tom. I. p. 340.* PVFENDORF *lib. I. p. XXXII.* Extat Instructio Marchioni de Spinola data apud LONDORPIVM *Tom. II. pag. 141.* cum variis aliis. Laudes Ambrosii Spinolæ, aliorumque huius gentis exponit AVBERTVS MIRÆVS, in gentis Spinolæ illustrium elogiis, quæ tamen iam *Antwerpiæ 1607. 4.* prodierunt. IANI LERNVTII *Epinicia bonori & virtuti Ambrosii Spinola dicata, Antwerpiæ 1607. 4.*

10) PVFENDORF *lib. I. §. XXXII.* Faciunt etiam huc tres epistolæ Buckingamiæ Ducis ad legatum Hispanicum apud Anglos scriptæ, apud LONDORPIVM *Tom. II. p. 217.* ex quibus satis clare patet, quam paruam generi sui curam habuerit Iacobus.

11) PIASECIVS *pag. 327.* Indicat hac de re LARREY *Hist. d' Angleterre Tom. II. p. 738.*

atque iterum occaſionem rei bene gerendæ Vnioni allubuiſſe, ſed quam Ioachimus Ernestus Marchio Anſpacenſis, penes quem ſummum exercitus imperium, vario obtentu eluſerit, auro Hiſpanico, vti putabatur, corruptus, & de cætero bellandi artibus Spinolæ nullo modo comparandus. Igitur nullo operæ pretio facto, in hyberna diſpergitur Vnionis miles. 12) Et licet Galliæ Rex per Ducem Angolismenſem, non ſolum in Germania, ſed etiam apud Gaborium de mediis pacis ageret, Rex quoque Daniæ intercederet pro tractanda ceſſione armorum, & magis Rex Angliæ, cuius Legatus in aula Imperatoris continuo degens, hoc idem ſollicite procurabat. Imperatorii tamen nullum tractatum pacis admittendum eſſe iudicabant, niſi prius Palatinus Bohemiæ regno ſe abdicaſſet. 13)

§. XII. Dum igitur Cæſariani, Duce Bucquoio ad dextram, Bauarici ad ſiniſtram procederent, ob itineris anguſtias & commeatus pabulique penuriam,exercitum quinquaginta millibus conſtantem ſecum ducentes. 14) Tertius exercitus contra Vngaros, qui induciis violatis, Betlenum Neoſoli Regem proclamauerant, erat ducendus. 15) Hunc Tampierius Comes ducebat, qui dum Poſonium, vbi regalis Vngariæ corona aſſeruabatur, intercipere tentaret, & ſpecularetur, iaculo bombardæ a præſidiariis percuſſus, interiit, exercitus ipſius profligatur. 16) Verum, tot hoſtibus impares erant Bohemi, a ſociis fere derelicti. 17) Et refrixerat fauor ſubiectorum. Proceres enim, qui Britannicos theſauros, ac conſluentia vndique auxilia, nouasque ſibi per Auſtriacas ditiones ſatrapias ſomniauerant, cum nihil horum adpareret, a Rege alienabantur. Vulgus belli incommoda, tributorum grauitatem, & hoſtilem iuxta ac proprium militem per viſcera regni graſſantem tacite execrabatur. 18) Abrahami Sculteti potiſſimum conſilio, e templo arcis imaginibus, & quod nimium ſe redderet familiarem & ſæpius vltra regium faſtigium ſe demitteret, 19) dum e contrario, Regina faſtu turgeret. 20) Exinde neglectus, aut contumacia aduerſus nouum Regem, eiusque iuſſa, confuſa conſilia, pecunia, & alia bello neceſſaria, maligne ſuppeditata, miles diſciplinæ inſolens, ignauus, ad imperia ducum piger, & ob tardius ſoluta ſtipendia fremens. 21) Accedebat, quod milites Bohemus inferior longe numero eſſet Cæſareano, præter ſex Vngarorum millia, vix viginti militum millibus conſtans. 22) Ablegabatur equidem ad Bauarum Schlammersdorfius tribunus, diem locumque colloquio dici petens, in quo amicæ compoſitionis via ten-

12) Sic etiam de hoc iudicat IO. IOACH. RVSDORFIVS præf. Conſilii primi *p. 7. cum Principes Germaniæ Confederati vulgo vocabantur Vniti, anno MDCXX. nulla re per æſtatem, vel contra Ducem Bauariæ in Sueuiam ſuſceptâ, vel contra Marchionem Spinolam in Palatinatu geſta, in hiberna, quæ Wormatiæ conſtituerant, ſine tropæo ſe cederent.*

13) Verba ſunt PVFENDORFII *lib. I. §. XXXII.*

14) CARAFA *p.* 834. ATZLREITER *p. III. lib. V. §. XXXI.*

15) CARAFA *p.* 84. BELLVS *lib. IV. p.* 445.

16) PIASECIVS *p.* 328. BELLVS *lib. IV. pag.* 446.

17) PIASECIVS pag. 325. *ſimiliter & alii earum partium colligati otioſi herebant, forte, quod Palatini fortunæ non adeo fauerent, ſeu quod maiori eius neceſſitati auxilia ſua reſeruarent, ſperarentque adhuc negotium tractatione amica componi potuiſſe, cum id Legatus Regis Galliæ, Angliæ, & Daniæ apud Imperatorem diligenter vrgeret. Palatinatus itaque pene indefenſus tunc manebat, & in Boemiæ Regno Palatinus ſolis Boemicis viribus rem gerebat, eisque nimium diſtractis, cum Sileſii potiſſimum illius Regni robur in prohibendo Polonis ad Imperatorem tranſitu apud Viadrum ſeu Oderam fluuium continuo excubarent omnes: ſed tamen non infelices tota æſtate ſucceſſus habuit.* BELLVS *lib. IV. p.* 467.

18) Facit huc potiſſimum ſcriptum apud LONDORPIVM *Tom. I. lib. IV. c. CXLIV. p.* 923. ſub titulo: *Greucl der Verwüſtung. Aliudque: Extract eines Schreibens, welches aus Prag, einem bekandten Freund, wegen zerſtæhrung der Thumbkirchen daſelbſt in offenen Druck gegeben.* 1620. 4. CARAFA *p.* 87. BELLVS *lib. III. p.* 317. THEATR. EVROP. *T. m. I. p.* 280. vbi etiam dicitur actum fuiſſe de Statua Chriſti in cruce pendentis in ponte Pragenſi, ni Schlickius & Turnianus Comites, ne tumultus oriretur, hoc impediuerint. CONSTANTINVS PEREGRINVS in *Buquoii itin. quadrimeſtri p.* 158. auctor eſt, Eliſabetham Reginam in ponte crucifixum adeo fuiſſe odio proſecutum, vt, ne illud videret, interdixerit ſibi, quamdiu Pragæ fuerit, omni per pontem tranſitu, addita voce impia: *Nolo balneatorem iſtum nudum ſemel aſpicere.*

19) Auctor des Greuels der Verwüſtung apud LONDORPIVM c. I. p. 926. *Der Kœnig macht ſich mit den Leuten, mit den Landherrn, und Frauenzimmer gar gemein, begleitet ſie aus ſeinem Zimmer, und zeucht ſeinen Hutb ab faſt gegen iedermann. Wann iemand zu ihm kombt: fragt er allezeit ſeinem Ober-Cammerer Herrn von Ruppa, was er thun ſoll, und ſagt zu ihm: was rath hett der Herr. Er geht offt ſpaziern gar hinnaus in den Thiergarten nur mit einem iungen und Lacqueyen.* CONSTANTINVS PEREGRINVS a. 158. refert: Fridericum Pragæ prope molendinum magnum,magna omnium indignatione cum fece populi lauantem viſum fuiſſe. KOELER *p.* 49.

20) LVDOV. CAMERARIVS Ep. p. 32. *Wann nur das Engliſch exorbitirn mit die Gemüther andert, ſo iſt alles gut, das man mit den Eſſen, und zur Kirchen geben auf das Frauenzimmer warten muß, und andrer puntlilien verurſachen ſchon offendicula, und ergert ſonderlich die Boehmiſche Damen, das man die Brüſte nit zudecket.*

21) Verba ſunt PVFENDORFII *lib. I. §. XXXIII.* Hæ etiam rationes adducuntur in relatione de hoc prœlio apud LONDORPIVM *Tom. II. lib. VI. c. CXVII. p.* 220. & apud BELLVM *lib. IV. pag.* 459.

22) PIASECIVS p. 328. *ſed vt ad Ducem Bauariæ redeamus, is rebus in ſuperiori Auſtria ex voto compoſitis, omnes copias Imperiales ad finem Boemiæ contraxit: cum quibus Pragam Regni & negotii tanti caput peteret. Et cum ſimul incedere non poſſent propter itinerum anguſtias, easque a Boemis in ſiluis præſertim Herciniis obſeſſas, & magis propter pabulum equorum, quod nonniſi ex longinquo prouidere debuit, per diuerſa incedentes demum prope Pilſ-*

tentaretur. Bauarus tamen nullam aliam pacis legem adſeuerabat, quam vt prius pacatum Bohemiæ regnum Ferdinando tradatur; quod moras a Friderico quæri iudicaret. 23) Hinc Anhaldinus Princeps exercitum contra Bauaricos & Cæſareos ducens, ſemper retrocedere cogebatur, vsque ad Pilſnenſem vrbem: vbi cum præſidium expectaret, de fide Ernesti Mansfeldii, vrbem illam Palatino detinentis, dubitare cœpit. Quare & Palatinum Praga euocabat, quo præſente, etiam Mansfeldum euocauerat; vt cum illo de exercitus ſtatione, ac loci conſeruatione deliberarent, & cum ipſe locum ſibi commiſſum nollet deſerere, non modice ſuſpicionem de infida poſſeſſione auxit. Qua propter Bohemi neque exercitum ſuum illi loco concredere auſi ſunt: ſed poſt aliquot ad Ratkonizium velitationes, rurſus Pragam vsque retrocedunt; ſperantes ſaltem inſecuti ſunt, & antequam Bohemi integram munitionem ſibi præparaſſent in monte Albo, exercitum ſuum in duas acies diuiſerunt, easque Bohemis oppoſuerunt, dum interea in vrbem Pragamſe reciperet Fridericus. 25) Dies VIII. Nouembris 1620. erat Dominica XXIII. poſt Trinitatis feſtum, dum prœlio inter vtrosque decorneretur, Anhaltinus Iunior, poſtquam oppoſitas ſibi turmas impuliſſet, mox ipſe reiicitur & ſaucius capitur. Is terror Vngaros equites, antequam manum cum hoſte conſeruiſſent, conſternatos in fugam impulit. Certatim inde cæteri ſe proripuerunt, dum terror Panicus totum pene inuaderet exercitum. 26) Intra horam parta victoria, quæ toti regno iugum impoſuit.

pe Pilſnam omnes conuenerunt, poſtquam vnusquisque Ducum illorum in ſuo tranſitu plura Oppida partim vi, partim deditione occupaſſet. Nec dubiam victoriam promitteebat tam validus exercitus, in quo aderant Duces experti, milites ſtipendiarii omnes veterani, maiori parte pedites Hiſpani ſelectiores, vniuerſe quinquaginta millia numero pedites & equites computati; cum in Palatini exercitu nonniſi ſex millia ſtipendiariorum excreditatorum, quos Dux Vimmarienſis ex Hollandia nuper conduxerat, haberentur, & paucæ cohortes a Boemis ab initio tumultuum illorum collecta (Eruestus Mansfeldius Comes vltra Pilſnam, vbi in Bauariam irrumperet, cum ſuis turmis ſubſtiterat) ac Vngarorum octo millia leuioris armaturæ. Cætera autem æmina Palatini ex delectu Boemorum ac Moranorum Prouincialium conſtabant, vniuerſi copiis triginta millia hominum non excedentibus. Et hi expoſtate rerum omnium preſi, cum decem octo menſibus ſtipendia nulla recepiſſent. Vnde etiam non adeo bene adſicti Palatino, præſertim Centuriones ac Ordinum Magiſtri maiori parte Pragæ morabantur, officiis ſuis neglectis. Sic enim numerum definit IO. CHRISTOPHORVS BECMANNVS *Anhaltiſcher Hiſtorie p. V. lib. III. cap. I. §. XXXIII. p.* 327. relatione Chriſtiani Anhaltini Principis vſus, dum ita ſcribit: *Wobei auch noch dieſes ſich findet, daß zwar die Bohmiſche Armee nicht nur an ſich ſelbſt weit geringer als die Gegenſeitige an der Zahl geweſen, und nicht viel über 20000. Mann geſchetzet worden, ſondern über 15000. Mann in der That nicht ſtarck geweſen ſintemahl bei 5000. Mann in der Stat Prage meiſtentheils wider Verbot geweſen, viele auch von vorhergegangenen Sommer und damaligen Herbſt-Kranckheiten in Oeſterreich conſumiret worden, theils auch auf Partheien ausgeſchickt geweſen, theils von dem ſtarcken Marche zuruecke geblieben, und mögen über ietzgedachte 15000. die Hungarn in allen noch bei 6000. ſtarck geweſen ſein, wiewohl ſich auch derer viele, auf dem Marche und ſonſten noch abgeſtreift.* Adde KOELERVM *de Friderico p.* 55.

23) PIASECIVS p. 329. *miſcrat Palatinus ad Ducem Bauariæ, colloquium cum ipſo & tractatum pacis aliquem requirens, & explicationem verborum, quæ ipſe Bauarus in vltimis ſuis mandatis ad Boemos datis apposuerat, (ea de ipſo Palatino neque dici, neque accipi debere) Verum, Bauariæ Dux reſpondit, ſero nimis colloquium peti, nec concedi poſſe, niſi prius Palatinus Regno Boemiæ ceſſurum ſe promitteret: verborum autem illorum ſignificationem talem eſſe dixit, quod cum in diplomate executionis a Cæſare ſibi commiſſæ nulla mentio Palatini facta ſit, ſe quoque nolle hanc executionem vltra extendere.* BELLVS *lib. IV. p.* 453. KHEVENHILLER *Tom. IX. p.* 1088.

24) PIASECIVS *p.* 328. CARAFA *pag.* 86. BELLVS *p.* 454.

25) Sic ipſe Chriſtianus in litteris ad Fridericum apud BECMANNVM c. l. *Mais Dieu, qui a avec ſa juſte balance peſe ſelon ſa divine volonté les Evenemens humaines, en a faiſt la demonſtration de ſon courroux envers nos Impietés offence & enormités dont ie comprendray & accuſeray vous tous. C'eſt, que Dieu tellement a oſté la courage de la plus part de noſtre Soldatesque, que ie n'euſſe iamais peu croire, qu'avec tolle & ſi ſoudaine frayeur plus qu'efféminée, puiſſe avoir faiſt à vn coup en tel nombre d'hommes, que i'avois veu auparavant aſſez bien faire leur devoir.* Et paullo poſt: *Car auſſitot que les Ennemis viendrent ſe preſenter, eſtans encor bien à trois ou 400 pas de l'Infanterie du Conte de la Tour, les noſtres tirerent ſans ordre, ni valeur, Ainſois contre la defence expreſſe en l'air, & prindrent in continent l'espouvante & la fuite en pleine courſe ſans aucun arreſt.*

26) De eo adhuc controuertitur, an Fridericus Pragenſi proelio interfuerit. Aderit illud MERCVRIVS GALLO-BELGICVS *ad a.* 1620. *p.* 420. Ex Actis Conſultatoriis etiam Bohemicorum *Conſultat. XIX.* adparet, Bohemos voluiſſe, vt ipſorum exercitus ipſius auſpiciis militaret. Adiuit Fridericus in caſtris ad Raconitium, de quo Nobilis Anglus in epiſtola apud LONDORPIVM *Tom. II. lib. V. c. CXVII. p.* 221. ſcribit: *Der Kœnig habe ſich perſönlich in das Feldlager begeben, da er ſich denn iederzeit alſo großmüthig, mannhafftig, und geherzigt, erzeigt, ſonderlich im Feldlager bey Rackonitz, das mann ihn auch offt bitten und erſuchen müſſen, das er doch ſeine Perſon beſſer wahr nehmen wolte.* Ipſe quoque Fridericus in Epiſtola ad Vnitos apud LONDORPIVM *p.* 236. ſcribit: *das er ſich in die 7. Wochen bey ſeinen Kriegsheer in Lager befunden.* Verum, in proelio Pragenſi præſens non erat, quod plurimum exprobrat GRAMONDVS *lib. IV. p.* 154. ſcribens: *plane indignus Fridericus, qui per ſuffragia in regem legeretur: decretorum illi erat Pragenſe prœlium: Quis credat, quo tempore conferebantur pro ipſo manus, ludieris Pragæ exercitum & tripudiis inter feminas? Poſtquam inſtructa in prœlium acies, recipit ſe Fridericus, effœminatus homo, in vrbem, ſub cuius muris agebatur de ſumma rei Palatinæ, de corona Bohemica, de imperio occidentis. Certe vel hoc vno tum iniqua electionis indicio digni Bohemi, qui iure electionis priuarentur, ſi quod habuerant.*

ſuit. 27) Equidem Fridericus, ſuaſu Turrii ſenioris, & Hohenloici, qui deſperata victoria, mature ſe Pragam contulerat, ad Bauarum miſerat, viginti quatuor horarum ſpatium petituros, tentandæ compoſitioni. Sed cum hic octo duntaxat horas concederet, ea lege, vt Fridericus Regno Bohemiæ, annexisque prouinciis repudiatis, interea temporis ad Cæſaris obſequium rediret; hic deſperatis rebus, & ne a Bohemis Cæſari dederetur; veritus, poſtera luce cum vxore & paruulis liberis, raptim Praga profectus eſt, corona & inſignibus regni, vna cum Archiuo relicto. 28) Inde comitante ipſum Principe Anhaltino ſeniore & Comite Turrienſi, Vratislauiam iuit, Sileſios ad conſtantiam hortatus, ſpe facta, res ſuas adflictas mox aliorum accurſu Principum, reparatum iri. Sed cum Morauos iam Cæſaris ſe gratiæ ſubmiſiſſe, ac Sileſios Saxoni ad deditionem inuitanti aures præbere intelligeret, Berolinum & hinc ad Batauos conceſſit. 29) Hic fruſtra implorato Iacobi I. ſoceri auxilio, miſſoque in Angliam Ioachimo Rusdorfio, nihil obtinuit, Parlamento licet militem & pecuniam liberaliter offerente, 30) Rhenæ, ditionis Traiectenſis oppido ad Rhenum ſito vixit, tandem, cum Guſtauus Adolphus, Rex Sueciæ victricibus armis ſuis Palatinatum, excepta Heidelberga & Franckenthalio receſſiſſet, Moguntiam venit Fridericus, ibidemque lethifera febri oppreſſus a. 1632. obiit.

27) PIASECIVS p. 328. *Sed cum intellexiſſent Boemi Ducem Bauariæ, nec de Pilſna oppugnanda cogitare, nec prælio generali ibi decertare velle, ſed rectâ Pragam iter dirigere, ipſi vt præuenirent eius conatus, primi ſua caſtra Pragam verſus mouerunt, ſcientes ſatis & commode, nempe vi præ mœnibus arcis, & paruæ partis Pragæ hoſtem excipere, & ſi fortunam inuenirent aduerſam, receptis intra munitiones ſuas copiis, vallo & propugnaculo ante ad talem caſum tempeſtiue excitatis defenderentur. Quod autem interuerterit illud tam ſalubre conſilium, explicari non poteſt, niſi referatur ad Deum vnicum victoriarum auctorem, qui confundit ſapientes, quos vincendos decreuit, vt manifeſtius pugna iſta edoceret.* Ipſum vero prælium tali modo deſcribit: *deſperato itaque omni tractatu, die ſeptimæ Nouembris, primi Boemi peruenerunt ad campum Albo monti, Arcis Pragenſis itinere dimidiæ horæ vicino, & ſatis opportuno loco inſtruendæ aciei, conſtituerunt. Nec multas poſt horas Bauarici quoque (in tranſitu proximi fluenti limoſi eos Boemi remorari potuiſſent,) ſuperuenerunt. Et quidem Buquoio, qui ager ex vulnere nuper accepto lectica vehebatur, tardius cum extremo agmine ſuccedente, ea die nihil fuit tentatum, verum inſequens octaua Nouembris (Dominica fuit) litem illam diremit. A parte Cæſarianorum ſummus rerum moderator Bauariæ Dux, eiusque Vicarius Comes Tillius, Buequoius, Maradas Hiſpanorum Ductor, a parte autem Boemorum, Princeps ſenior Anhaltinus (Palatinus qui toto tempore coniunctus in caſtris fuerat, receſſerat ad Pragenſem Arcem) Comes Hohenlous, & Matthæus Turrenſis acies inſtruxerant, peritia ſumma quæ in ea arte deſiderari poteſt, ac pari vtrinque animorum alacritate, ab hora meridiana inierunt prælium, in quo iunior Anhaltinus cum iuniore Turrenſi inuecti in Bucquoianos, illud latus pene diſſipauerunt; caſo præcipuo eius Ductore Megauio, Romphco, Præfugeo, & quatuor Vallonicis centurionibus ac capto Breinero, cuius Legio pedeſtris cum Tiphenbachica iam deferere ſigna ceperat, cum Poloni Coſaci a Maximiliano Lichtenſteinio illius ala Præfecto confligere iuſſi, Vngarorum turmas inuaſerunt, & a primo congreſſu ſtatim in fugam effuſis inſiſtentes, Ordines Boemorum ab illis fugientibus turbatos penitus diſtraxerunt. Bucquoianis quoque laborantibus interim Tillius ſubuenerat, & inſtaurato prælio Anhaltinus aliique capti, pene omnes ſuos amiſerunt: tota deinde acies Imperialis in cædes ſtuctuantium Boemorum conuerſa, multo plures in fuga quam in pugna conficiebat, vt numerus ex eis occiſorum ad duo millia aſcenderit, cum ex Imperialibus non plures trecentis ceciderint.* CARAFA p. 86. *Hæc victoria, vt conſtans omnium fama vulgauit, Bohemiam ſubiugauit, Auſtriam coercuit, Morauiam reduxit, Sileſiam repreſſit, Vngariam recuperauit, vniuerſam Germaniam ſtabilinit. Religionem Catholicam ex captiuitate in libertatem aſſeruit.* BELLVS *lib. IV. p.* 455. ADLZREITER *p. III. lib. IV. n.* 57. GRAMONDVS *lib. IV. p.* 252. PVFENDORF *lib. I. §. XL.* LVDOLPH *lib. XX. c. III. n.* 76. KHEVENHILLER *Tom. IX. p.* 1098. qui etiam *pag.* 1101. addit: *Albier iſt ein ſonderlichs Geheimnis Gottes zu obſerviren, daß newlich dieſe Schlacht an dem Orth beſchehen, wo die Buhmen den Pfaltzgrafen vor ihren Kœnig gegrüſt, und an dem Tag, da das Evangelium gefallen, gebet dem Kayſer was des Kayſers, und Gott, was Gottes iſt.* HELVICVS *lib. VIII. p.* 295. THEATR. EVR. *Tom. I. p.* 409. Quæ Galliæ legati de hac victoria ad Regem ſuum ſcripſerint, exponit Le VASSOR *lib. XV. p.* 713. Separatim extant variæ de hoc prælio relationes, tales etiam reperiuntur apud LONDORPIVM *Tom. II. lib. VI. c. CXVII. p.* 220. *& c. CXIX.* PETRI SABINI *Concio de hac victoria.* CONSTANTINI PEREGRINI *Relation alles deſſen was ſich in Bahmen, ſonderlich bey der Prager ſich Schlacht begeben.* ADOLPHI SCHVLCKENII *Oratio Euchariſtica de gloriosa Ferdinandi victoria.* Ob hanc fugam tam præcipitem dictus fuit *Rex ſolſtitialis, Rex zephyrius: der Winterkœnig.*

28) KHEVENHILLER *Tom. IX. pag.* 1114. *darauf ſich der Pfaltzgraff mit ſeiner Gemahlin und gantzer Hofſtatt ſambt hinterlaſſung aller Fahrnuß in ſein und ſeiner Gemahlin eignen Nachtzeug und ſein Hoffenband des Engliſchen Ordens Guartier genennt, in der alten Stadt und Fulgends in Schleſien nach Breslau begeben.* BECMANN *c. l.* varias adducit rationes, cur tam præcipiti fuga Pragam reliquit. Idem dicit SPANHEIM *Memoires pag.* 165. Licet BELLVS *lib. IV. p.* 458. hoc inter errores ipſius politicos referat. Adde Nobilis cuiusdam Angli epiſtolam, poſt prælium Pragenſe ſcriptam, apud LONDORPIVM *Tom. II. lib. V. cap. CXVII.* & ACTA CONSVLT. BOHEM. *conſult. XX.*

29) PIASECIVS p. 330. PVFENDORF *c. l.* BELLVS *lib. IV. p.* 456. qui etiam errorem Friderici politicum circa hanc fugam notat. Propoſitionem Friderici Sileſiis factam vide apud LONDORPIVM *Tom. II. p.* 237. KHEVENHILLER *Tom. IX. p.* 1313.

30) In MIEGII Monumentis Virorum illuſtrium reperiuntur permultæ epiſtolæ Rusdorfii ex Anglia, ad Ludouicum Camerarium potiſſimum, de hoc negotio perſcriptæ. Qua ratione Parlamentum Anglicanum Iacobo ad cauſſam Palatinam auxilia promiſerit, teſtatur BELLVS *lib. V. pag.* 510. 558. LONDORP *Tom. II. p.* 481. I. HAENII Collectione Monumentorum *Tom. II. p.* 777. i. peritur Conſultatio Politica de modis reſtaurandi res iu Europa collapſas; qua deſcribuntur & examinantur ea, quæ conſideranda, obſeruanda & exequenda ſunt, vt bellum pro reſtitutione collapſarum in Europa rerum, feliciter ſuſcipiatur, geratur, finiatur, quod ad iſta tempora facere videtur, & vel Camerari-

obiit. 31) Pragæ interea, traditæ Bauariæ Duci literæ Maiestatis omnesque confoederationes cum aliis fœdæ in originali fuerunt, indeque Bohemi, acceptis de priuilegiis ipsorum conseruandis, libertate religionis & commissorum condonatione promissis, Bauariæ Duci, Cæsaris nomine fidelitatis iuramentum præstituerunt. 32) Boheniæ Status d. 13. Nouembris a. 1620. 33) Cæsari se iterum submittunt. Maximilianus Dux inde Papæ hanc victoriam significat, qui ipsi desuper gratulatur. 34)

§. XIII. Post cladem hanc Pragensem, Moraui Bucquoium Praga cum Cæsareo exercitu venientem, apertis vrbium portis recipiunt, 35) restituta Catholica religione. 36) Lusati, superata per Saxoniæ Electorem Budissa, quam frustra defendebat Io. Georgius Brandenburgicus, Princeps Carnouiensis, statim a victoria Pragensi non expectata alia obsidione aut pactis, se dederant. 37) Hæc etiam prouincia ob sumptus in hoc bellum impensos, per singulare pactum Budissæ d. 13. Iunii 1623. Io. Georgio Electori fuit concessa. 38) Nec moram Silesii faciunt, non tam metu armorum, quam, quia Saxo de priuilegiis & libertate sacrorum ipsis caueret, auxilium suum pollicitus, si hæc violari contigerit. Qui sero postea adgnouit, se a Cæsare fuisse deceptum, vt Silesios decíperet. Vratislauienses igitur, quo Fridericus se receperat, statim de eiusdem dimissione cogitabant, illamque sexaginta millibus florenis ementes, militem Budissa venientem magna vi pecuniæ placant. 39) Inde habito Octobri mense 1621. Vratislauiæ Ordinum Conuentu, ad obsequium Cæsaris per Saxonem reducuntur, frustra 40) licet eos dehortante Ligerndorfio, qui in Silesia adhuc omnia turbabat. Ernestus Mansfeldius tamen, cui in solis armis census, collectis prœlii Pragensis reliquiis, afflictas Friderici res sustentare, incassum conabatur. Pilsena igitur ac Tabore, vicinisque oppidis firmatis,

rarium vel Rusdorfium habet auctorem. In eiusdem Tomo I. vero p. 575. variæ eiusdem Epistolæ arcanæ reperiuntur Londino ad Ludov. Camerarium scriptæ.

31) BVRGOLD. *p. I. dilse. I. p.* 124. *& dsc. XXV. p.* 437.

32) PIASECIVS p. 330. *ac Dux Bauariæ postridie mane Ciuitatem minorem & Arcem Pragensem nemine resistente intrauit, & iusiurandum fidelitatis in nomen Imperatoris ab illo Magistratu recepit. Ex veteri Ciuitate, ponte a minori Ciuitate interclusa, miserant Bœmi peruetes tres diu ad deliberandum super dedítione: sed cum Dux Bauariæ respondisset, neque tres horas se concessurum, dedítionem fecerunt, accepta promissione, quod Priuilegia eorum conseruarentur, libertas Religionis ipsis permitteretur, & condonarentur commissa præterita: quæ an condonata fuerint; annus proximus docebit. Certe a militum rapinis, vt erat promissum non fuerunt liberati; ipsi enim nulla fere ciuitate Dueis Bauariæ cohiberi potuerunt a diripiendis & expilandis domibus opulentiorum, postquam noluerant stationi ingenti prædæ in Arce & in castris Bohemorum reperta Militaria signa tentum, & tormenta bellica permulta cessérunt Duci Bauariæ: Qui recepto a Boemis iuramento fidelitatis, rediérat Monachium, & capræ Vrbis Pragæ curam commiserat Maximiliano Lichtenstenio, ac Comiti Tillio, præceperatque, vt omnibus trium oppidorum Pragensium Ciuibus arma adimerentur.* BELLVS *lib. IV. p.* 456. 464. Apud LONDORPIVM *Tom. II. p.* 223. reperitur relatio de hac Pragensis vrbis deditione, *& p.* 231. iuramentum Statuum Bohemicorum *pag.* 236. Friderici Palatini literæ de hoc prœlio. CARAFA *pag.* 89. Singulæ Bauari actiones in hoc bello describuntur, sub titulo: *Bayerischer Feldzug* 1621. 4. & *Ober und Nieder Emsirsich wie auch Bahmisch Journal, München* 1621. 4. VRBANI FRIEDENREICHS Panegyricus, Maximiliano Boiorum Duci dictus, *Monachii* 1621. 4. KHEVENHILLER *Tom. IX. p.* 1107. 1117. Apud eundem KHEVENHILLERVM *p.* 1169. diuersorum scriptorum tituli recensentur, quæ tunc prodierunt. Maxime veto controuertebatur, an Maximiliano Bauaro, an vero Bucquoio hæc victoria sit tribuenda. Dum enim Bauaro per diuersa scripta atque Panegyricos omnis tribueretur victoria, Bipendio conducebatur, HENRICVS TIZIMONIVS S. I. Scriptor, licet PLACCIVS de Script. Pseudonymis a. 2065. BALDVINVM IVNIVM velit, cuius est *Bucquoy quadrimestre iter, progressusque, quo fuerute nomine ac auspice Ferdinando II. R. Imp. Austria cũ confœderata, Bohemia subiugata, Morauia acquisita, eademque opera Silesia solicitata, Hungariaque terrefacta*, cum Appendice progressus Eiusdem, primo *Brunnæ*, deinde *Viennæ* 1621. 4. Hoc libello omnis fere victoriæ gloria Bauaro vindicatur. Hunc tamen defendit BERCHTOLDVS a RAVCHENSTEIN in *Constantio Peregrino exstigato, seu relectione itineris quadrimestris Bucquoi Prage* 1621. 4. qui Peregrinum fisse perstringit. Ex vetrisque scriptis multa ad huius prœlii historiam hauriuntur. CONSTANTIVS potissimum PEREGRINVS p. 29. relationem Bohemorum interceptam de recessu, itinere, acie & pugna Bohemorum inserit. Ipse quoque, testis oculatus, sub CANDIDO EBLANI nomine, de prœlio Pragensi dedit narrationem. Adde Gloriam bellicam Maximiliani ab Academia Ingolstadtiensi libris XX. adumbratam a. 1623. 4. BRACHELIVS *lib. I. p.* 26. ADLZREITER *p.* 76. GVALDO PRIORATO *lib. I. p.* 35. THEATR. EVROP. *Tom. I. p.* 408. LOTICHIVS *lib. VII. c. IX.* METERANI *Contin. p.* 48. GRAMONDVS *lib. IV. p.* 252.

33) Extat horum declaratio apud du MONT *Tom. V. p. II. p.* 370.

34) Extant vtraque literæ apud KHEVENHILLER *Tom. IX. p.* 1109.

35) CARAFA *p.* 90. BELLVS *lib. IV. p.* 487. PVFENDORF *lib. I. §. XXXII.* Extat apud LONDORPIVM *Tom. II. lib. V. §. CXXIII. p.* 332. Instructio legatis Moraucis data pro sua submissione. KHEVENHILLER *Tom. IX. p.* 1137.

36) CARAFA *p.* 93.

37) CARAFA *p.* 90. BELLVS *lib. IV. p.* 429. 473. THEATR. EVR. *Tom. I. p.* 368. GROSSER *Lausitzischen Merckwürdigk. p.* 230. KHEVENHILLER *Tom. IX. p.* 1124.

38) Extat ille Recessus immissionis apud du MONT *Tom. V. p. II. p.* 438.

39) CARAFA *p.* 91. PVFENDORF *lib. I. §. XXXIV.* Extant varia scripta Saxonis & Silesiorum de hac reductione ad Cæsaris obsequium apud LONDORPIVM *Tom. II. p.* 238. Capita pacis *p.* 379. BELLVS *lib. IV. p.* 476. *lib. V. p.* 507. & in RECVEIL *Tom. III. p.* 165. MEYER *Lond. suppl. p.* 354. du MONT *Tom. V. p. II. p.* 379. KHEVENHILLER *p.* 1131.

40) KHEVENHILLER *Tom. IX. p.* 1317. 1327. HELVICVS *lib. IX. p.* 315. MERC. G. B.

tis, citra pecuniam non ſpernendum comparat exercitum, quem prædis late actis alit. 41) Paulus vero Papa Pragenſem victoriam feſtis ſolennibus celebrauit. 42)

§. XIV. Cæſar autem, vt perculſum Friderici animum penitus opprimeret, ac Germaniæ Principes ab auxilio eidem ferendo abſterreret, iſtum XXII. Ianuarii 1621. Viennæ proſcribit, vna cum Io. Georgio, Marchione Iägerndorfio, Chriſtiano Anhaltino & Georgio Friderico Hohenloio Comite; etſi paullo poſt Anhaltinus & Hohenloius in gratiam iterum fuerint recepti. 43) Tum Bauaro fuit iniunctum, vt ſuperiorem Palatinatum, Alberto Auſtriaco, vt Inferiorem occuparet. Eam proſcriptionem ſine Electorum conſenſu illegitimam, & Capitulationi Cæſareæ repugnantem multi arguebant, aduerſus inauditum & indefenſum extra iudicii formam, in propria cauſa & quia Friderico lis non cum Cæſare, ſed cum Archiduce fuerat. Cæſar e contrario in notorio & enormi crimine id poteſtatis ſibi competere aſſerebat eo ſecurius, quod armis & felicitate ſua con-

Tom. XIV. lib. I. p. 41. Extat Saxonis Propoſitio in hoc Conuentu apud LONDORPIVM *Tom. II. p.* 58. Facit huc *Schleſiſcher Zuſtand, das iſt Acta und Schrifften, ſo nach der Bæhmiſchen Niederlag, wegen der Schleſier und ander Lander abgangen*, 1629. 4. Ad bellum hoc Bohemicum plura ſcripta faciunt. Ex Pontificiis PETRI PAPI, Conſtantienſis Capituli Decani, *Epitome Rerum Germanicarum ab anno* 1617. *ad annum* 1643. *geſtarum*, 1643. 24. ALBERTI MIRAEI *Commentarius de b. Bohemico Ferdinandi II. auſpiciis, Colonie* 1622. 12. CASPARIS ENS *Fama Auſtriaca.* NICOLAI BELLI *Oeſterreichiſcher Lorber-Crantz.* CAROLI CARAFAE *Germaniæ ſacra*, RAPHAELIS SADELERI *ephemeris Bauaricæ expeditionis in vtramque Auſtriam & Bohemiam*, GVILIELMVS STADEN *in trophæis Verdugianis.* LVDOVICI AVRELII *Hiſtoria de rebellione Bohemorum*, *Romæ* 1625. 8. *Gründliche Anzeig, was zwiſchen Chur-Pfalz und Bayern in Bæhmiſcher Vnruhe tractiret worden, München* 1621. 4. quo ſcripta actaque legationum inter Fridericum Palatinum & Maximilianum Bauarum continentur. In Friderici iniuriam prodierat *Secretiſſima inſtructio Gallo-Britanno-Batava Friderico V. Palatino data*, 1621. 4. cui tamen per *Etenchum libelli famoſi* eodem anno editum reſpondetur. Praecipue vero Catholici omnem culpam belli Bohemo-Germanici in Proteſtantes reiicere voluerunt, in ſcripto, cui titulus *Fürſtl. Anhaltiſche Geheime Cantzelley* 1621. 4. quae etiam latino ſermone ſtatim prodiit, ſub titulo: *Secreta Principis Anhaltini Cancellaria* & italico, hoc titulo: *Penſieri de Proteſtanti*, quaſi ex documentis poſt obtentam victoriam Pragenſem in Cancellaria Chriſtiani Anhaltini repertis, ſint deſumta. Reperitur iſta apud LONDORPIVM *Tom. III. c.* I. Agit de eadem SPANHEIM *Memoires p.* 202. Auctor eiusdem dicitur WILHELMVS IOCHERVS, Conſiliarius Bauaricus, prout cum prodiit PLACCIVS *de Script. Anon. cap. XI. n.* 1781. *Hiſtorie der Religions-Beſchwerden p.* I. *c. IV.* §. *XXX.* Huic LVDOVICVS CAMERARIVS vna cum VOLRADO de PLESSEN oppoſuit *Bericht und Antwort auf die Bayer-Anhaltiſche Geheime Cantzelley*, vna cum aliis eiusmodi ſcriptis, quae reperiuntur in Tomo tertio LONDORPII, e quibus iſta, quae ſub FABII HERCYNIANI nomine prodierunt, IACOBVM KELLERVM Ieſuitam adgnoſcunt auctorem. Idem CAMERARIVS oppoſuit *Prodromum oder Vortrab nothwendiger Rettung vormum oder Euangeliſcher Hohen und Niedern Stændes bedrængten und verleumbden Perſonen Vnſchuld* 1622. 4. Huic ſcripto varias epiſtolas Cæſaris, Et. Moguntini, D. Bauariæ, Nuntii Papalis, Caroli Caraffæ, legati Hiſpanici, Comitis d' Ognate, Card. Ludouiſii interceptas adiecit, ex quibus de violentis Catholicorum conſiliis conſtat. Iſtæ litteræ poſtea ſub titulo *Cancellaria Hiſpanica* fuerunt publicatae, de quo ipſe CARAFA p. 117. *Verum neſcio quo caſu litteræ noſtræ cum litteris Auguſtiſſimi Cæſaris in manus hoſtium, plateas omnes ſcrutantium, & Veredarios ſpoliantium inciderunt, qui quod ſuſpicabantur certe cognoſcentes, illud præpedire ſtuduerunt. Palatinus ipſe interceptas litteras ſociis Regibus, & Amicis communicauit, immo typis mandauit inter alias ſcripturas Cancellariæ, quam vocauit Hiſpanicam, vti ſtupenda, & longe ſpectantia conſilia diſcuterentur, & maiori conatu impedirentur.* I. p. 120. *Et cum noſtra conſilia publicata fuiſſent ſub titulo Cancellariæ Hiſpanicæ, Cæſar mirum in modum verebatur, ne vniuerſalis commotio in Germania oriretur.* De his ſcriptis etiam iudicat LVDOLPH. *lib. XXIV. c. II. n.* 42. LVDOVICI CAMERARII *Epiſtola aliquot ſelectæ* 1625. 4. Eiusdem eorumque *Epiſtolæ nuper poſt pugnam maritimam in Suedica naui captæ, captæ a victore Polono* 1627. 4. quæ etiam in LONDORPII *Tomo III. p.* 952. reperiuntur. Multa quoque conſilia & rationes polit. cæ declarantur in Actis Legationis Gallicanæ, e. prodierunt ſub titulo: *Ambaſſade de Meſſieurs les Ducs d' Angouleſme, Comte de Bethune, & du Chaſteauneuf enuoyez par le Roy Louis XIII. en Icmagne l' an* 1620. Sic etiam huc facit EVERARDI WASSENBERGI *Florus Germanicus*, & plura ſcripta alia, quæ recenſet GRYPHIVS *de Script. Hiſt. Sec. XVII. cap. II.* §. *XI.* Adde *Hiſtorie der Religions-Beſchwerden p. I. c. IV.* §. *XXX.* A parte Proteſtantium ANDR. ab HABERNFELD *de bello Bohemico, Lugduni Batauorum* 1646. 12. *Confideratio cauſſarum huius belli, quod anno* 1618. *in Bohemia exortum a.* 1647. 4. quo prolixe demonſtratur, Papicolarum tyrannidem potiſſimum in cauſſa fuiſſe. *Catholicon & Notorium Imp. Ferdinandi II. & Friderici V. Palatini* 1625. 4. quo vtriusque partis argumenta per rationes expenduntur, & pro Friderico Palatino concluditur. NICOLAI HARSTBRINII *reſponſio Apologetica ad Fabii Hercyniani appendicem Cancellariæ Anhaltinæ* 1626. 4. *Breuis Informatio & reſponſio ſolida ad præcipua capita, loca & puncta ſecretæ Cancellariæ Bauarico-Anhaltinæ.* Acceſſit LVITZONII THOMSONII Carlomontii *diſſertatio de cauſſis nuper motæ Bohemiæ* 1624. 4. *Briefue Information des affaires du Palatinat.* 1624. 4. *Speculum Conſiliorum Hiſpanicorum Lugduni* 1626. 4. Faciunt huc etiam *Memoires de Louiſe Iuliane de Naſſau* & FRIDERICO SPANHEMIO conſcripta.

41) PVFENDORF *c. I.* CARAFA p. [illegible]

42) CARAFA p. 91. *altero poſt Pidelgenſem menſe, hac eadem victoria non ſolum Germanicum orbem ſed pari fere ſplendore, Italicum, nec non Gallicum affecit. Quare [illegible] V. Roma binis ſuis Breuiculis Bauarum & [illegible] lum ſalutauit, eisque victoriam gratulatur ſolenn[illegible] indixit, qua ipſemet Pontifex frequentauit.*

43) PLASCIVS *p.* 348. PVFENDORF *lib. I.* §. *XXXV.* Extat ſententia proſcriptionis apud LONDORPIVM *Tom. II. lib. VI. c. I. p.* 506. & *c. II.* ſententia contra ipſius adſectas. AITZEMA *p. I. p.* 55. du MONT *Tom. V. p.* 37. KHEVENHILLER *Tom. IX. p.* 1347. BELLVS *lib. V. p.* 501. LVDOLPH *lib. XXI. c. II. n.* 20. THEATR. EVR. *Tom. I. p.* 470.

44) PV-


image
not
available

sit, licet Parlamentum ad restituendum Fridericum omnia larga manu promitteret. 55) Qui & ideo in paucorum mensium inducias vsque ad finem Iunii per Palatinatum inferiorem consenserat; vt iſtum inani ſpe lactaret, ac Hiſpani per otium ibi res ſuas firmare poſſent, quas adminiſtrandas Spinola in Belgium remeans, Gonſaluo Cordubæ tradiderat. 56) Interea Mansfeldium in Bohemia graſſantem hinc Saxones, inde Ioannes Tillius, Bauarici exercitus dux, oppidis inſeſſis proturbabant; qui in finibus ſuperioris Palatinatus, non tam copiis ſat numeroſis, quam aſtutia ſua conſiſus hærebat. Ei, ne in Bohemiam regredi poſſet, Tillius obſiſtit; ac interea iſtam ditionem in verba Bauari adigit. Igitur Mansfeldius, ne velut indagine cingeretur, interciuſo commeatu & graſſantibus per ipſius caſtra morbis, eidem illuſit ſimulatis pactis, quibus magnam pecuniæ ſummam ſibi fuerat ſtipulatus, & traditis munitionibus, quas ſeruare non poterat. Inde cum e difficilibus locis ſe extricaſſet, irriſo Tillio, in Palatinatum inferiorem ſe proripuit, & Corduam obſidione Franckendaliæ depulit. Mox inſtante Tillio, Spirenſem in ditionem, & hinc in Alſatiam ſeceſſit, magna, quacunque tranſibat, facta populatione. 57)

§. XV. Sic pacata Bohemia, adiunctisque prouinciis, Templa Catholicis reſtituuntur, 58) Lutherani ſacerdotes ſpreta Saxonis, ad litteras Maieſtatis prouocantis, interceſſione, Bohemia & Auſtria pelluntur, Ieſuitæ reducuntur. 59) Iudicium ſanguinis Pragæ formatur, præſide Carolo Lichtenſteinio, regni Prorege, in quo XXI. Iunii 1621. quadraginta ſeptem, inter quos Proceres multi, vel ad mortem, vel perpetuos carceres condemnantur, bona publicantur, abſentes proſcribuntur. 60) Similem reorum punitionem

Mansfeldio exaratis plenius tractatum. Verum, cum hæc Bauarus confirmaſſet, & de receptu Mansfeldii conueniſſet, miratus eſt, quando ſe deceptum fuiſſe intellexit, quare furtiue diſcedente, & a pactis, & a patria, Mansfeldio, cætera Palatinatus ſuperioris occupauit. Quid autem cum Mansfeldio fuerit actum, patet ex litteris Bartholomæi Richelii, legati Bauarici ad Moguntinum, apud LONDORPIVM *Tom. II. lib. VI. c. XCIV. p.* 510. Pactam autem Mansfeldio pecuniam, ipſi numeratam minime fuiſſe, tradit ADLZREITERVS *p. III. lib. VI. n.* II. PVFENDORF *c. l.* Extant propoſitiones Digbii legati Britannici, apud LONDORPIVM *Tom. II. p.* 485. vna cum epiſtolis inter ipſum & Bauariæ Ducem mutuis. Ex hac ratione RVSDORFIVS cauſas expoſuit, cur pacis conſilia præferenda ſint, & ampletenda, quod inter ipſius conſilia primum locum occupat, vbi p. 8: *Anglum primo conſideremus, in quem oculos deflectimus & ſpes noſtras potiſſimum collocamus. Is rebus Generi ſui florentibus, & viribus noſtris integris, nunquam aperte nomen in bellum dare voluit, nec armis auxiliatricibus cauſam Bohemicam iuuare, quanquam clam conſilio & voto fauerit; num nunc rebus & potentia noſtra attritis; arma capiet & conſilia pacis conuertet in bellica? Si me non fallit opinio, cnixe & obſtimate pacis tractationes acquiret & continuabit, vel quia a bello abhorret, vel quia, quod ſemper timimus, aliquid monſtri alit.*

55) Vide Acta Parlamenti apud KHEVENHILLERVM *Tom. IX. p.* 1521.

56) PIASECIVS. PVFENDORF *c. l.* BELLVS *lib. V. p.* 526.

57) CARAFA *p.* 96. 99. PIASECIVS *p.* 349. 350. PVFENDORF *c. l.* MERC. G. B. *Tom. XIV. lib. I. p.* 9. & 15. late narrat, qua ratione Hiſpanos a Franckenthalii obſidione repulerit. CARAFA *p.* 109. KHEVENHILLER *Tom. IX. p.* 1395. 1434.

58) CARAFA *p.* 93. 102.

59) Multum ad hoc contuliſſe CARAFAM ipſe de ſe teſtatur *p.* 98. BELLVS *lib. V. p.* 609. *lib. VI. p.* 683. Sententia proſcriptionis a Lichtenſteinio publicatæ, extat apud LONDORPIVM *Tom. II. lib. VI. c. CXXI. p.* 555. 630. MERC. G. B. *Tom. XIV. lib. III. p.* 45. PIASECIVS *p.* 359. *pro Auguſtana itaque ſecta ſeu Lutheranis reſtituendis, ſcripſerat Electior Saxoniæ ad Imperatorem, ſidem appellando editorum literarumque ipſius diuerſarum, in quibus proſecbatur bellum illud pro recuperatione Prouinciarum ſuarum hereditariarum, non pro tollendis Literis Maieſtatis, neque in præiudicium Euangelicæ vel Lutheranæ religionis ſuſceptum fuiſſe. Ad quam querelam cum Imperator Boëmos propter rebellionem ſuam priuilegia omnia amiſiſſe, & ſi ex gratia ipſius reſtituerentur beneficium Literarum maieſtatis, eos ad ingenium & ad nouas turbas ciendas ſub earum tmiela redire poſſe, reſpondiſſet, omnino in ſententia ſua de eis non reſtituendis perſiſteret, illum eo magis indignatum ad Comitia Ratisbonam venire noluiſſe multi opinabantur.* CARAFA *p.* 130. 134. 137. 154. qui tamen p. 97. 98. dicit: *tolerati tamen fuere adhuc Germanici duo modeſtiores, ne populus concitaretur; & ne integrum Imperium moueretur.* MEYER *Lond. ſuppl. Tom. I. p.* 309. THEATR. EVR. *Tom. I. p.* 658.

60) Varia de hoc fuiſſe iudicia, patet ex variis ſcriptis. CARAFA equidem p. 98. excuſat, ſcribens: *eodem fere tempore poſtquam perduellionis rei abſentes, & fugitiui iam ſecundo, & tertio fuiſſent, prout ſtyli eſt, euocati, & præſentes vna fere die omnes in vincula detruſi, Cæſar conſtituto tribunali ſeuere inquiſitionis, de ſingulorum reorum delictis agi voluit, habito iuramento ab iis, quorum erat dicta, & facta totius regni iudicare; additoque ſeuero præcepto, ne cuiusquam perſonam exciperant, ſed ſecundum id, quod in extremo iudicio defendere potuiſſent; ex legibus Imperii, & regni iudicarent. In hunc finem centum & viginti duo quæſita ſingulis fuere propoſita, datusque accuſator, ac defenſor, tempusque ſufficientiſſimum, vt ſe defenderent, cum autem ex abſentibus nullus compareret, & euidenter ſatis de delictis conſtaret; Cæſaris Legatus ad inſtantiam regii Cognitoris, illos, adhibitis debitis ceremoniis, reos pronunciatos, aqua, & igni interdixit, & fortunas illorum omnes fiſco addixit. Defunctorum deinde tempore rebellionis, quorum culpa ex ipſis factis euidentiſſima probata fuerat, memoriam, (pariter in ſiſcum relatis bonis) damnauit, ita tamen, vt talis damnatio nomini ac famæ heredum, & conſanguineorum nihil officeret.* Contrarium dicit PIASECIVS p. 350. *Pene enim omnes illarum Prouinciarum populi ad partes Palatini iterum prodendebant, territi maxime ſumptis menſe Iunio huius anni de Pragenſibus ſupplitiis, non Chriſtiano ſolum homini, ſed quantumuis barbaro (nolumus fœdare chartas innocuas deſcriptione tam feralis carnificinæ) ob immanem crudelitatem execrandis, nimirum Imperator annuntiaſſet omnibus decimo pa condonationem commiſſorum, edicto tali publicato Olomuncii, ac Vratislauiæ, & inſuper Electior Saxoniæ fidem ſuam pro ſecuritate impunitatis & immunitatis*

tionem Dux Bauariæ Cæſaris nomine Lintii incepit, nonnullosque ex proceribus, atque Ordinibus patriæ arci incluſit, quos poſtea Cæſar partim Paſſauium, partim Viennam, ad inſtruendam cauſſam ſuſcepit, 61) Lutherani quoque ex Morauia & Carinthia fuerunt electi, 62) & per Cardinalem Dietrichſteinium rebelles fuerunt condemnati. 63) Licet Io. Georgius I. Saxoniæ Elector ſuper Euangelicorum electione apud Imp. plurimum fuerit conqueſtus. 64)

§. XVI. Territis autem cruenta iſta executione populis, atque ad defectionem pronis, in Sileſia non parum adhuc turbarum dabat Io. Georgius, Brandenburgicus Marchio, qui iägerndorfi ſedem habebat. Hic enim occupata Neuſſa, Glatzio, Troppauia, & excurſionibus in Bohemiam factis, inde per Morauos in Hungariam tendebat 65) ad Betlenum, qui, poſtquam Morauos ac Sileſios in obſequio erga Fridericum conſeruare ſtuduiſſet, 66) magno cum exercitu e Tranſyluania in Hungariam veniebat, loca ſibi a Cæſareis interim erepta, recuperaturus, Filleccam, Presburgumque, ſimul Neuheuſelio ſubuenturus, in cuius obſidione Bucquoius ceciderat. 67) Neque tamen aliquod operæ pretium factum, niſi quod Auſtriæ & Moraniæ vaſtitas inferretur. Ac Betlenus Friderici res deſperatas videns, tum conſtantiæ Hungarorum diffiſus, quorum multi Cæſaris gratiæ iam acceſſerant, pacem tandem XXVI. Ianuarii 1622. Niclasburgi cum Cæſare init honeſtis conditionibus, quod hic metueret, ne bello per Hungariam extracto, Turca ſe immiſceret. Et cedebat quidem Betlenus Regis Hungariæ titulo, ſed illum Principis Imperii, & Caſſouiam cum ſeptem Comitatibus in Hungaria, inque Sileſia Oppelam & Ratiboriam Ducatus quoad viueret, accipiebat. 68) Nullo dein negotio Iägerndorffii copiæ Sileſia pelluntur, & loca ab ipſius, ac Mansfeldii milite infeſta recuperantur. 69)

§. XVII. Vltimum conatum inſtaurandis Palatini rebus expromebant Chriſtianus Brunſuicenſis Dux, Georgius Fridericus, Marchio Durlacenſis, & Mansfeldius. Ille, collectis copiis, a. 1621. Palatinatum verſus tendebat, & capto Amœnoburgo, Haſſiam grauiter infeſtabat. 70) Sed, coëuntibus Bauaricis atque Hiſpanis, retro in Weſtphaliam vertit, atque intercepto Lippſtadtio & Sufato, expilata Paderbornenſi, Monaſterienſi ditione, militem ſuum auget, inſtruitque. 71) Mansfeldius per Alſatiam graſſabatur, ac nouis

tis huiusmodi Sileſiæ toti interpoſuiſſet. BELLVS *lib. V. p.* 530. 554. LONDORP *Tom. II. p.* 426. LVDOLPH *lib. XXI. c. II. n.* 25. Extat ſeparatim *Kayſerliche Declaration und Executions-Proceß wieder Dero Bahmiſche Rebellen* 1621. 4. KHEVENHILLER *Tom. IX. p.* 1293. quo ſingulos proſcriptos & capite damnatos recenſet. Et *p.* 1646. illos, quorum bona fiſco addicta fuerunt. THEATR. EVR. *Tom. I. p.* 478. HELVICVS *lib. IX. p.* 326.

61) CARAFA *p.* 99. BELLVS *lib. V. p.* 533.

62) CARAFA *p.* 129. MERC. G. B. *Tom. XIV. lib.* III. *p.* 70.

63) KHEVENHILLER *p.* 1636.

64) KHEVENHILLER *p.* 1657.

65) PVFENDORF *lib. I. §. XXXVI.* PIASECIVS *p.* 350. CARAFA *p.* 97. 104. 106. BELLVS *lib. V. p.* 552. 559. 887. Extant varia ſcripta apud LONDORPIVM *Tom. II. p.* 437. MERC. G. B. *Tom. XIV. lib. I. p.* 13. CARAFA *p.* 110. 113.

66) CARAFA p. 91. *videbatur poſt victoriam Bethlemus cum Vngaris fortunam Bohemorum, Morauorum, & Sileſiorum reparaturus; ille multos, & multi illum ad hoc prouocabant, præſertim Turenſis, qui ad ipſum confugerat, neque hoc erat absque periculo, ſi extenuatis iam Cæſareis, & exhauſtis prouinciis, Taborium, Pilſia, Witungauium, aliaque poſt Pragam in Bohemia vrbes, nondum deditæ, Sileſia nondum reconciliata, Morauia adhuc perturbata, Vngaria rebellis, & Imperium plures partes diuiſum conſpiraſſent.* Extant litteræ Betleni ad Morauos apud LONDORPIVM *Tom. II. p.* 243. BELLVS *lib. IV. p.* 477.

67) CARAFA *p.* 94. IOH. LVDOLPH *lib. XXI. c. II. n.* 46. PIASECIVS *p.* 350. PVFENDORF *§. XXXVI.* BELLVS *lib. V. p.* 538. 543. KHEVENHILLER *Tom. IX. p.* 1341.

68) CARAFA *p.* 110. 114. 115. PIASECIVS *p.* 350. 357. PVFENDORF *c. l.* BELLVS *lib. V. p.* 498. *& lib. VI. ineunte.* Pacis tabulæ extant in RECVEIL *Tom.* III. *p.* 179. apud du MONT *Tom. I. p. II. p.* 407. MERC. G. B. *Tom. XIV. lib. I. p.* 103. LVDOLPH *lib. XXI. c.* III.

69) PVFENDORF *lib. I. §. XXXVI.* MERC. G. B. *p.* 105. CARAFA *p.* 115.

70) PIASECIVS p. 350. *ab altera parte circa Weſtphaliam Chriſtianus Dux Brunſuicenſis, Albertſtatenſis Epiſcopus menſe Octobre collecta tumultuaria militum manu pro defenſione Palatinatus in Moguntinenſi tractu Amœnoburgum, cum arce ſitu editioris rupis munita, cepit. Inde Neoſtadium & circum vicina loca occupauit, & plura in direptionem militi ſuo conceſſit.* BELLVS *lib. V. p.* 599. CARAFA *p.* III. MERC. G. B. *Tom. XIV. lib. I. p.* 19. 60. 96. PVFENDORF *lib. I. §. XXXVIII.* Scripta hanc Chriſtiani irruptionem concernentia, maxime Haſſiaca reperiuntur, apud LONDORPIVM *Tom. II. p.* 529. KHEVENHILLER *Tom. IX. p.* 1453.

71) CARAFA p. 117. *acerrimus in illorum commotione fuit Chriſtianus Dux Brunſuicenſis Halberſtadienſi Epiſcopatui intruſus, qui aliis de cauſſa pariter Cæſari offenſus; cum non potuiſſet ſui Epiſcopatus, præpoſterorumque decretorum contra Catholicos Eccleſiæ Halberſtadienſis Canonicos editorum, confirmationem naneſti; cauſam Palatini ſimul, & vindictam ſuam ſuſcepit; conſpiratiquæ copiis, poſtquam conſilia ſua Principi Mauritio de Naſſau, nec non Ordinibus Hollandiæ communicaſſet, ex inferiori Saxonia in ditionem Moguntinenſis Archiepiſcopi, deinde in Landgrauii Haſſiæ, ac tandem in Weſtphaliam deuenit; ibique Lipſtadium, ac Sufatum intercepit, poſtea ſitas copias, in Epiſcopatum Paterbornenſem, conceſſa libertate rapiendi, ac graſſandi, promouit; & mox interceptis quam plurimis oppidis, Paterbornenſem ciuitatem proditione nonnullorum ciuium ingreſſus, Iudæos prædæ expoſuit, Eccleſiaſticos pecunia mulctauit, Cathedralis eccleſiæ theſaurum inuaſit, & ſacra Lipſiana Sancti Liborii optimo argento, & auro incluſi profanauit, aureamque thecam ſacrilege furatus, in ſtipendia militum inſolentiſſimorum poſt cuſum monetam effudit, quod ſacrilegium non occulte Deus in Principe tam iniquo vlciſci voluit, nam, notarunt nonnulli, poſt tam probroſum,*

nouis Hagenoam munitionibus circumdabat, Tabernas vero relinquere iterum fuit coactus, cum Tillius interim per Palatinatum minora oppida conſectatur. 72) Hinc a Cæſare denuo IV. Ianuarii 1622. proſcribitur Mansfeldius. 73) Germersheimi quidem cum Bruxellenſis Infantis legato Rouillano agebat, vt Cæſari ſe dederet, 74) ſed poſtquam Fridericus e Batauis, traiecto mari, per Galliam Lotharingiamque ignotus ad Mansfeldium peruenisſet, 75) acriter bellum repetitur. Inde traiecto Rheno, Tillium XXIX. Aprilis 1622. ad Mingelsheimium haut procul a Wiſelochio acri pugna caſtigat. 76) Qui tamen mox acceptam cladem reparauit, victo VI. Maii apud Wimpinam, poſt acerrimam pugnam, Durlacenſi, qui poſt prœlium ad Wiſelochium copias ſuas, quas reducendo Friderico collegerat, a Mansfeldio ſeparauerat, vt Bauari vires, facta in ipſius ditiones irruptione, diſtraheret. 77) Huic tanta clade perculſo, paullo poſt Cæſar acrius incumbit, propuntiata aduerſus ipſum ſententia, qua Eduardi Fortunati liberis Superiorem Marchiona-

ſceleſtumque facinus, nunquam poſtea victoriam aliquam reportauit, vt in ſequentibus referemus, immo, ne quis de vindicta dubitaret, cum præfatus Chriſtianus ex theſauris illius Eccleſiæ, aliisque ſacrilegiis conflatis pecuniam cudiſſet, atque in ea brachium cum denudato enſe expreſſiſſet, quaſi contra ſacerdotes ſpecialiter cuagimatum, (quod ſuperba monetæ inſcriptio ſignificauit, nimirum flagellum Clericorum) voluit Deus, vt in vindictam tantæ ſuperbiæ, ſceleratæque præſumptionis, non ita poſt brachio, & gladio deſtitueretur, vt poſtea referemus, cuius vindictæ præfagia etiam ſenſit in ipſa Dioceſi Paderbornenſi ac Monaſterienſi, vbi quamuis occupata magna parte Weſtphaliæ, totaque ditione Epiſcopatus Paderbornenſis; videretur locorum illorum Imperator; tamen exiguis copiis Electoris Colonienſis repulſus fuit, & mox egere cœpit, tam auxilio, quam commeatu, pecunia & bellico apparatu, ob quem non ita procul a Moguntina ad Hoeſſam miſere oſſus, diſſipato exercitu, vix ipſe ſolus effugit. MERC. G. B. Tom. XIV. lib. II. p. 12. *ex argento quod magna Paterborna & alibi copia acceperat, Imperiales nouos vna facie manum ex nube protenſam & gladio armatam, cum nominis ſui adſcriptione, altera vero inſcriptionem, qua Dei amicum, Sacrificulorum vero omnium hoſtem ſe profitebatur, exhibentem cudendos curauit.* PIASECIVS *p. 358.* de hoc Chriſtiano: *manifeſte panam tulit ſacrilegii facti in Templo Paderbornenſi expilato, vbi ex auro 80. pondo conflatum loci eius Patronum S. Liborium abſtulit, & ex argento Monaſterii Suſati, aliisque ædibus ſacris rapto, monetam ſignari iuſſit, ab vna parte manu ex nube protenſa gladio armata, ab altera inſcriptione, Amicus Dei, inimicus Cleri, omninoque ad talem ictum illam manum extenderat.* KHEVENHILLER *Tom. IX. p. 1680.* Habemus adhuc Chriſtiani Ioachimicos, qui ex ſanctorum ſtatuis & thecis cuſi dicuntur, hac cum inſcriptione *Gottes Freund, der Pfaffen Feindt*, de quibus IACOBVS a MELLEN *in Specimine ſyllogesmummorum ex argento vncialim p. 9. &* HAMEL. HISTOR. REM. 1702. *pag. 97.* BVRGOLDENSIS *p. I. diſc. I. p. 80.*

72) CARAFA *p. 115.* MERC. G. BELG. *p. 98.* BELLVS *lib. VI. pag. 614.* PVFENDORF *cit. loc.* ADLZREITER *p. VII. lib. VI. n. 10.*

73) MERC. G. BELG. *p. 101.* BELLVS *lib. VI. p. 627.* Extat ſententia nouæ proſcriptionis apud LONDORPIVM *Tom. II. lib. VI. c. CXCIV. p. 594.*

74) De hoc tractatu MERC. G. B. *Tom. XIV. lib. II. p. 5.* de Mansfeldio dicens: *is Germersheimii tum erat, tractationem aliquam cum Rouillano Infantis Bruxellenſis legato in capita ſequentia ſuſceperus, vt ſcilicet oppidum & prouinciam Hagenoënſem in feudum, pro ſe ſuisque hæredibus acciperet; Princeps Imperii fieret; bonis Auriaci Principis omnibus, quamdiu confiſcatio duraret, potiretur; ea poſt factam iterum pacem ſublatam, parem redditibus penſionem annuam haberet, aut ſi redimere a Principe ea poſſet, feudi nomine perpetuo retineret. Expenſum in decem equitum & quadraginta peditum millia arrhæ nomine pecuniam quamprimum reciperet. Intra ſex ſeptimanas ducenta imperialium millia, centies mille ſcutatos Hungaricos & totidem coronatos in ſpecie acciperet Mareſchalli Infantis officio cum duodecim millium coronatorum penſione meuſtrua potiretur, nullius, præterquam Marchionis Spinolæ Imperio ſubiectus.* CARAFA p. 121. *Mansfeldius enim qui rurſus cum Infante Belgii adminiſtratrice ac Domina, pacifci cupiuerat, immo iam per D. Rollingerum, habitis conditionibus proficuis pactus erat; ad præſentiam Palatini a pactis receſſit.* KHEVENHILLER *p. 1702.*

75) PIASECIVS *p. 357.* MERC. G. B. *Tom. XIV. lib. I. p. 4. quod ad Palatinum attinet, is conſcenſa naui in Galliam menſe Martio traiecerat, cumque Lutetiam veniſſet, & non Regem ibi ſoluſ, ſed & alia viſu digna nulli cognitus vidiſſet, per Lotharingiam cum Michalouithio Bohemiæ Satrapa, & mercatoris cuiusdam Argentinenſis miniſtro, exiguoque Comitatu alio iter fecit, Biſii in Leopoldi archiducis milites aliquot incidit, menſeque vt in diuerſoriis fieri ſolet, adhibitus cibum cum illis capere, & quæ proferebantur aduerſus Palatinum conuitia haurire auribus plurima coactus fuit. Nocte inde digreſſus Bipontum venit, nullibi tamen ſeſe donec Landauiam ad Georgium Ludouicum Comitem Læwenſteinium appuliſſet, aperuit.* BELLVS *lib. VI. pp. 630.* PVFENDORF *c. l.*

76) PIASECIVS p. 357. *ac non contemnendos iſti Palatinales Duces progreſſus interim faciebant; Mansfeldius Hagenoam in Alſatia, & mox Magdeburgum Spirenſe caperat; poſtea Fridericoi Palatino ipſo præſente, qui per Galliam mutato habitu cum pancis Comitibus eo tunc aduenerat, Tillium cum Bauarico exercitu apud Mingelsheimium menſe Aprili prœlio ſuderat, cæſis ex eo duobus millibus, & pluribus inſignioribus Præfectis, quatuor tormentis, ſignisque militaribus plurimis captis; deinde Ladeburgum obſedit, & vi aperta expugnauit: Eppingam ac Sinsheimium recuperauit, præſidiis Hiſpanicis cæſis.* CARAFA *pag. 122.* ADLZREITER *p. III. lib. VII. n. 6.* MERC. G. B. *Tom. XIV. lib. II. p. 7.* BELLVS *lib. VI. pag. 630.* PVFENDORF *c. l.* CARAFA *p. 122.*

77) PIASECIVS *p. 357.* CARAFA *c. l. verum mox mutata fortuna, Bauaricis copiis vna cum Hiſpanicis vnitis, ad Wimpenam celeberrimam victoriam conceſſit; in qua Durlacenſis; quamuis inſtructiſſimus apparatu, & numero militum, & loci commoditate ſuperior, cum octo legionibus, viginti octo equitum turmis, decem tormentis & mille octingentis eurribus diſpoſita acie; cecidit in manus Tillianorum & Burgundianorum, qui paulo ante caſtro ſua coniunxerant.* Idem poſtea *p. 123.* de Maria circa hoc prœlium in aëre conſpicua, nugatur. ADLZREITER *p. III. lib. VII. n. 11.* MERC. G. B. *Tom. XIV. lib. II. p. 15.* BELLVS *p. 631.* THEATR. EVR. *Tomo I. pag. 626.* PVFENDORF *cit. loc.* LVDOLPH *lib. XXII. c. II. n. 42.* KHEVENHILLER *Tom. IX. p. 1703. 1706.*

78) PVFEN-

chionatum Badenſem cum omni emolumento haƈtenus percepto reſtituere iubetur. 78) Dum Mansfeldius in Palatinatu rem gerit, Leopoldus Archi-Dux Hagenoam recuperare laborat; ſed quem iſte repente ingruens, non ſine clade repellit. 79) Inde reuerſus, Ludouici, Darmſtadtienſis ditionem male mulƈtat, & ipſum cum filio captiuum abducit, paullo poſt tamen pecunia emunƈtum iterum dimittit. 80) Interea Brunſuicenſis valido cum exercitu e Weſtphalia Rhenum verſus progreditur, & male habita Fuldenſi atque Darmſtadtienſi ditione, Hoechſtam oppidum capit, Mœnum ibi ponte tranſiturus. Verum ingruente celeriter Tillio, ac Cordua, aſperrimo cum hiſce prœlio XIX. Iunii conſligere cogitur. In quo, cum poſt ſex horarum pugnam hoſtes indefeſſos vrgere cerneret, ſuos prœlio excedere, Mœnumque iuſſit ſuperare. Incumbentibus tamen hoſtibus fuga magis quam receptus fuit, ac fatiſcente pone, plurimi flumine aut ferro hauſti. 81) Inde maiorem copiarum partem prœlio ereptam Mansfeldio iunxit, ac vna cum iſto complura Alſatiæ oppida ſubegit. 82) Dum autem Cæſar poſtularet, vt promouendæ tranſaƈtioni, Brunſuicenſi & Mansfeldio miſſionem daret Fridericus, haƈtum hoc equidem, aſt exarmatus Fridericus plane ſpernitur, & cœptus 83) inter Cæſaris Legatum Schwartzenburgenſem Comitem ex Anglia reducem, & Weſtonum, Angliæ Regis legatum Bruxellis traƈtatus, varias per fruſtrationes trahitur, donec totum negotium ad conuentum Ratisbonenſem, quem Cæſar indicebat, reiiceretur. 84) Leopoldus quoque Alſatiæ loca a Mans-

78) PVFENDORF *c. l.* BELLVS *lib. VI. p. 665.* Negotium hoc optime exponit CARAFA pag. 127. ſcribens: *prius autem Cæſar ſententiam in Marchionem Durlacenſem tulit, vt Marchionatum Badenſem Eduardi filiis, vti hæredibus legitimis, reſtitueret. Lis etenim iſta ſub tribus Imperatoribus dudum ab Eduardi Marchionis Badenſis filiis agitata fuerat contra Georgium Fridericum Marchionem, qui, nepotum ſuorum tutor, hæreditatem pupillorum ſibi appropriauerat; occaſione capta, quod parens ad impares nuptias tranſiſſet, & Catholicam Religionem inuehere tentaſſet, quod quamuis in Imperio abſonum foret: tamen cauſa nondum ſatis inſpeƈta, & ne ob rem ſingularem integra Germania bello affligeretur; in Marchione Badenſe haƈtenus toleratum fuerat. Cum vero prafatus Marchio Georgius Fridericus arma contra Cæſarem ſtrinxiſſet: ac prius filio ditionem ſuam magna fraude ceſſiſſet; fuiſſetque pars aliqua ditionum pupillorum Principum a Marchione Spinola inter alia loca occupata; voluit Cæſar ad interceſſionem Electoris Moguntini, ac noſtram, (maxime vt Catholica Religio ibidem promoueretur,) veris hæredibus, Eduardi filiis Catholicis in Aula Bruxellæ educatis, ditionem reſtituere, quare ex ſententia ſuorum Conſiliariorum aulicorum vnanimiter ſuffragantium ſecundum iura ſcripta, & Germaniæ conſuetudines, Georgium Fridericum vti reum condemnauit ad reſtituendum eisdem ſuperiorem Marchionatum Badenſem, nec non fruƈtus perceptos ac percipiendos, cum omnibus clenodiis, tabulis, mobilibus, & refuſione ſumptuum ac dammorum.* HELVICVS *lib. X. p. 356.* KHEVENHILLER *Tom. IX. p. 1764.* Qua ratione terras iſtas occupauerit, optime tradit REIDANVS Ann. Belg. lib. XI. p. 297. *Cæſar ob prodigentiam grandiæ debita, & flagitia Eduardi Fortunati, Badenſis Marchionis, Bauariæ & Lotharingiæ Ducis, regere terras huius, ac prouentus in debitorum ſolutionem vertere iuſſerat: præſinito, vnde quotannis Eduardus ſe ſuoque ſuſtentaret. Sed ille parum proſcripta pecuniæ ſumma contentus, Marco Fuggero, ditionem ſuam, & hæreditarium in eam ius vendit, quotannis ſibi Imperialium millia VII. & XXX. donec ſupereſſet, pactus. Eduardum ſanguine non alius propius contingebat Erneſto Frederico Marchione Durlacenſi. Is indigne ferens, non tantum Eduardo alios tutores, & ſe longius ſitos, Cæſarem dediſſe: ſed & Fuggerum, mercatorem, & Hiſpano addiƈtum, ſuum deinceps vicinum, in eo fore Marchionatu, cuius ipſe nomen & inſignia vſurparet: eaque re ſimul diuelli in partes Marchionatum ratus, vicinos Auguſtanæ confeſſionis Principes, Palatinum ac Wurtenbergenſem, conſilium & opem flagitat, etiam Argentinenſes, quibus ſuſpeƈta Lotharingi potentia. Nam quem terris ſuis excedere cupiebant, nunc in dies creſcere, & Imperio eius omnem pene ditionem ſuam vndique claudi, egerrime ferebant. Itaque libenter auxilia tulere. His iuxus Erneſtus Aquas Helueticorum, atque Etlingam vrbes, Raſtadium ac Stolhouam arces, breui in poteſtatem redigit. Simul in manus venere Ambroſius Brollochus, Alpeſtri Rhetia oriundus, & Franciſcus Muſcatellus Vincentinus Italia vterque pulſus, & Eduardo Fortunato ſcelerum adiutores.*

79) MERC. G. BELG. *p. 37. 115.* PVFENDORF *c. l.* PIASECIVS *p. 357.* BELLVS *lib. VI. p. 655.*

80) MERC. G. BELG. *pag. 41. 87.* BELLVS *lib. VI. p. 656.* CARAFA *p. 125.* KHEVENHILLER *pag. 1728.*

81) CARAFA *pag. 126.* PIASECIVS *cit. lor.* MERC. G. BELG. *pag. 43.* BELLVS *lib. VI. p. 661.* ADLZREITER *p. III. lib. VII. n. 18.* PVFENDORF *c. l.* KHEVENHILLER *Tom. IX. p. 1685.*

82) CARAFA *p. 126.* MERC. G. B. *p. 87.*

83) MERC. G. B. *pag. 89.* BELLVS *lib. VI. p. 633.* De hac dimiſſione varia ſcripta apud LONDORPIVM *Tom. II. p. 626.*

84) CARAFA p. 127. *Interim Bruxellæ Suartzemburgius cum Regis Angliæ Legatis, & Palatini miniſtris conuenerat, ſed difficulter votis correſpondebant. Palatiniani enim integram ſuæ ditionis, nec non dignitatis reſtitutionem depoſcebant, Cæſarei vero vix illius partem concedere Frederico, ſed ſibi primogenito, & dignitatem poſt obitum ducis Maximiliani, ea tamen conditione, vt Catholicæ religioni aſſiderentur, forte ſe offerre poſſe dubitabant, ſicque infeƈta tractatione, totum negotium ad futurum conuentum, cui maxime Palatinus diffidebat, dilatum eſt.* PIASECIVS p. 337. *Tamen cum Palatinus voluntati Regis Angliæ & Damiæ refragari non poſſet, poſtquam illi ſpe pacificationis ab Imperatore acceptæ ipſum ſcrio monuerant, vt arma deponeret, tredecimæ menſis Iulii Taburnarum obſidionem ſolui fecit, & Mansfeldium ac Alberſtadenſem cum vniuerſa militia dimiſit. Iam enim Comes Schwarzenburgicus ex Anglia redierat, reƈta conuerſus Bruxellas, coque venerat Anglicus Legatus Veſtonus, tractatus pacis inchoaturus, quos culpa ſua Palatinus remorari nolebat.* Et p. 358. *Cæterum poſt illam Mansfeldii & Alberſtadii miſſionem, res Palatini cum ſubleuari debuiſſent, in peius ruerunt; nam & tractatus pacis Bruxellis magis ad tempus trahendum inſtitutus, perfici non potuit, eo quod Belgii Gubernatrix, non habebat ad decidendum illud negotium, vel ad concedendas inducias plenam ab Imperatore poteſtatem; quod demum inclinatis tractatibus patuit.* MERC. G. B. *p. 37.* BELLVS *lib. VI. p. 659.* PVFENDORF *lib. I. §. XXXIX.* De hac pacis tractatione extat

Catho-

Mansfeldio occupata, recuperat, & Spiræ, Wormatiæque præſidium imponit. Ac paſſim miles Cæſareanus eo petulantius Proteſtantibus erat moleſtus, quod nemo, quem metueret, ſupereſſet, 85) Corduba in Palatinatum regreſſus, Franckenthaliam ambiebat; iamque exercitum ad obſidendum locum collegerat; cum ex Belgio commercium pacis ſeu inducíarum ad XV. menſes inſtitutum adueniſ, quo non ſolum Franckenthalia, ſed cæterum Palatinatus inferior ad manus Regis Hiſpaniæ deponi debebat; ita tamen, vt inſecta pace, rurſus Regi Angliæ oppidum in eodem ſtatu, quo recipiebatur, relinqueretur. 86) Mansfeldius etiam ſacramento Friderici ſolutus, Cæſari primum miniſteria ſua offerebat. Sed mox Bullionæi pollicitationibus adlectus, per Lotharingiam in Metenſem tractum vna cum Chriſtiano Brunſuicenſi ducit, magno per Galliam terrore dato, ne partibus Hugonottarum accederet. Sed inani Gallis tractatu illudens, an vel ipſe illuſus, cum validas aduerſus ſe copias colligi videret, ad Batauos tranſire conſtituit. Ac depoſitis Sedani machinis maioribus, relictoque ibidem Friderico, per Hannoniam feſtinato itinere in Brabantiam rapitur, vndecim dierum ſpatio quinquaginta nouem milliaria cum exercitu emenſus. Ei apud Floreacum Cordua ſe obiecit, iter ipſi interclusurus. Acre ibi prœlium, XXIX. Auguſti 1622. & magna vtrinque cædes. Perruperunt tamen Mansfeldiani, fame licet & tanto itinere confecti, ac apud Bredam Mauritio Arauſionenſi iuncti, haud modicum momentum attulerunt, vt Spinola obſidionem Bergarum ad Zomam ſolueret. Inde Mansfeldius tacito Batauorum impulſu, Friſiam Orientalem, opimam regionem irrupit, copias ibi ſuas refecturus, ac firmatis viribus denuo belli aleam tentaturus, poſtquam ita aperte Iacobi Regis credulitatem ab Auſtriacis ludibrio haberi adparebat. 87)

§. XVIII. Bauariæ interim Dux, cum ex Amberga commeatus accipere partem maximam Mansfeldium audiuiſſet, vt tranſitum ipſi præcluderet, cum peculiari exercitu Palatinatum Superiorem ſuit ingreſſus, atque occupato Chamo, Ordines Prouinciæ eo adegit, vt ipſi ſe ſubiicerent. 88) Hanc prouinciam Cæſar Bauaro promiſerat, vt ære alieno, tradita tantisper in pignus ob ſumptus in bellum impenſos, Auſtria ſuperiore, facta de alieno ſolutione, poſſet liberari. 89) Hiſpani Palatinatum Inferiorem vindicare cogitabant, Tillius tamen a Bauariæ Duce ad occupandas easdem terras miſſus, 90) pleraque oppida occupat, ipſamque Metropolim Heidelbergam Britannico licet præſidio munitam, obſidet, 91) vrbs demum VI. Septembris 1622. adſultu ſuit capta, arx vero & Manhemium deditione. 92) Inſequenti anno incomparabilis iſte Theſaurus Bibliothecæ

Catholici cuiusdam epiſtola apud LONDORPIVM *Tom. III. p.125.*

85) PIASECIVS *p.359. & ſtatim poſtquam a Palatinatu diſceſſerat Mansfeldius & Alberſtadienſis, quaſi cuſtodibus remotis Leopoldus Archi-Dux ex ſuperiori Alſatia aduenions Hagenoam recepit, & inde mouens, Spiram ac plura vicinora Oppida occupauit: & alii Imperiales Duces nemine iam propugnante Landauia, Vinſinga, Neoſtadio, qua adhuc in nomine Palatini tenebantur, iſtius præſidia eiecerunt.* MERC. G. BELG. *Tom. XIV. lib. II. p.111.*

86) Verba ſunt CARAFAE *p.134.* PIASECIVS *p. 361.* MERC. G. BELG. *Tom. XIV. lib. IV. p. 24. 50. 753. 757.* BELLVS *lib. VII. p.774.*

87) Verba ſunt PVFENDORFII §. *XXXIX.* PIASECIVS *p. 357. ſtatimque Mansfeldius cum Alberſtadenſi inter quotidianos cum Imperialibus, & Hiſpanicis conflictus ad fines Galliæ per Metenſem Epiſcopatum tranſeuntes, pene cum viginti millibus armatorum, ſparſo rumore, quod Regi Galliæ militaturi irent, apud Sedanum obliquum curſum in Hollauri irent, apud Sedanum obliquum curſum in Hollauri irent, apud Sedanum obliquum curſum in Hollandiam per Brabantiam, vbi Gonzalum de Corduba landiam per Brabantiam, vbi Gonzalum de Corduba landiam per Brabantiam, vbi Gonzalum de Corduba land

thecæ Heidelbergenſis a Maximiliano Bauaro, pro fauore, vti videtur Papæ ad obtinendum Electoratum conciliando, per Carolum Caraſam nuntium Papalem ſuit impetratus, atque miſſo a Gregorio XV. Leone Allatio collectus, curribus impoſitus, Romam ſuit delatus in Vaticanum, licet varia hinc inde ſpolia Cardinalium, diuerſas etiam Germaniæ Bibliothecas locupletauerint. 93) In Palatinatu vero Religio Catholica iterum introducebatur. 94)

§. XIX. Maio menſe 1622. celebrabantur Edenburgi Comitia Vngarica. Erant, qui a Bethleno, propterea, quod Sileſii Oppelenſem & Ratiborenſem dominatus, ipſi promiſſos tradere recuſarent, metuendas eſſe turbas putarent, verum is honorem & ſeruitium omne Cæſari deferebat. 95) In his Comitiis, Ordinum conſenſu, de limitaneis locis præſidio Germanico firmandis, de legibus prouinciarum, Ordinum fide erga Cæſarem declaranda, inſtauratione arcium, recuperando Watzio, purgatione fluminis prope Taurinum, conſtituendis præfectis, adminiſtranda iuſtitia, & recuperatione locorum a Bethleno oppignoratorum fuit actum, de religione fuit diſſimulatum, Palatinus vero electus fuit Stanislaus Turſus, Lutheranus; 96) Durantibus his Comitiis, Cæſar miſſo a Daniæ Rege legato Siuerto Peckfich pro Palatino requiſitus eſt, vt ex variis locis exercitus pari paſſu dimitteretur, & amici tractatus ad totum negotium componendum certo loco, & tempore inſtituerentur; ad quod Cæſar reſpondit, ſe omnem operam eſſe adhibiturum, vt in pacis negotio Palatinus, aliique ſentirent, nihil ab eo fuiſſe omiſſum, quo communis patriæ tranquillitas poſſit reſarciri. 97) In iisdem Comitiis Eleonora Cæſaris coniux XXVI. Iulii 1622. Regina Vngariæ ſolenni ritu ſuit coronata. 98)

§. XX. Ferdinandus autem, cum artes iuxta atque arma ita feliciter vbique ſuccederent, iam opportunum tempus aduciniſſe iudicans, quo dudum deſtinata circa Electoralem dignitatem in Bauarum transferendam. 99) Licet Hiſpani hoc plurimum diſſuaderent,

præſidiarii exirent., Et ſtatim: *totoque Palatinatu in poteſtatem Imperatoris redacto, Franchentalium ſolum Palatinales retinuerant, non amplius quam ad annum proximum, vt tunc dicemus.* Relatio Heydelbergenſium de vrbe capta extat apud LONDORPIVM *Tom. II. p. 743.* LVDOLPH *lib. XXII. c. II. n. 54.* ADLZREITER *p. III. lib. VII. n. 27.* De Manheimii deditione KHEVENHILLER *Tom. IX. pag. 1736.*

93) CARAFA pag. 150. *ſupradictis cæremoniis* (in Comitiis Ratisbonenſibus an. 1623.) *peractis, dum Principes Electores variis Imperii negotiis intenderent: ego impetrata a Bauaria Electore Bibliotheca Heidelbergenſi, quæ & copia librorum, & raritate manuſcriptorum omnibus aliis in Germania & forſan in Europa bibliothecis antecellebat, Romam transmittendam curaui.* SPANHEIM Memoires p. 261. *On ioignit en ce temps là aux autres deſpoüilles, qu' on tira du Palatinat de tous coſtez, celle de ceſte ancienne & precieuſe Bibliotheque, qui auoit eſté vn des plus riches ornemens de tout l' Alemagne, & qui donnoit de l' admiration à ceux, qui voyoyent ce prodigieux amas de plus exquis monumens, qui nous reſtent de l' antiquité. Ceſte proye auoit eſte guettee dés long temps. Le Pape l' auoit iugé digne de ſes ſoins, & deſiré d' eſtoffer la librairie du Vatican d' vn ſi rare threſor. Et quoy que le Duc de Baviere n' euſt pas apprins à donner ni à partager, & euſt abbaiſſé ſes ſoins iusqu' a deſpouiller tous les Lambris des Maiſons principales de l' Electeur, neant moins le Pape ayant eſté ſon premier ſoliciteur pour l' Electorat, il fut obligé de ce porter a ceſte complaiſance, & d' en offrir vne bonne partie au Cardinal Ludouiſio, ayant à faire encore de Rome pour venir a bout de ſes deſſeins. De ſorte que ceſte Bibliotheque fut diviſée, au mois de Decembre d' l' an 1622. & chariée en poutie à Rome, en partie à München. Vn Grec, nommé Leon Bibliothecaire au Vatican vint expres a Heidelberg pour ce ſuiet. Iamais nuëts porterent vne plus precieuſe charge de dela les monts, ſi on a permis aux Miniſtres du Pape d' en faire vn triage, ſans l' avoir eſcremée auparavant. Au boue ceſte partie de la Bibliotheque Palatine eſt auiourd' huy vn des plus riches meubles du Vatican, & porte encore les marques del' hereſie, eſtant logée à part, & marquée d' vn eſcriteau heretique de Bibliotheque Palatine.* LVDOV. CAMERARIVS Bericht auf die Bayr. Anhaltiſche Cantzelley cap. XIII. *wann nun auch die Stadt Heidelberg hernacher liederlicher Weiſe in des Generals Tilly Gewalt gerathen, ſo hat der Hertzog von Bayern die berühmbte Bibliotheeam, daſelbſten dem Cardinali Ludoviſio geſchencket, dieſelbe abzuholen, iſt auch Leo natione Græcus, (Superintendents Bibliotheca Vaticanæ,) wie man vernimbt, abgefertiget worden. Meinet alſo der Hertzog von Bayern durch dis ſtattliche Præſent, noch vielmehr fauoris und Befoederung zu der Chur-Pfaltz bey dem Collegio Cardinalium zu erwerben.* THEATRVM. *Tom. I. p. 734.* HELVICVS *lib. XI. pag. 377.* MERC. G. BELG. *Tom. XIV. lib. III. p. 107.* PIASECIVS *pag. 366.* MORHOF *Polyhiſtor. lib. I. cap. IV.* NAVDARAHA *p. 2. Introd. ad notit. rei litter. cap. II. p. 73.* KHEVENHILLER *Tom. IX. pag. 1733.*

94) CARAFA *p. 294.* PAREVS *Hiſtor. Palat. pag. 345. Acta & Actiata der Reformation in der Pfaltz c. II. Pfaltziſche Kirchen-Hiſtorie cap. IX. §. XVIII.*

95) MERC. G. BELG. *Tom. XIV. lib. II. p. 52.* BELLVS *lib. VI. p. 637.* Horum Comitiorum Acta exponit KHEVENHILLER *Tom. IX. p. 1672.*

96) CARAFA *p. 123.* BELLVS *p. 638.* MERC. G. B. *p. 80.* Propoſitio in his Comitiis facta extat apud LONDORPIVM *Tom. II. p. 597.*

97) CARAFA *p. 125.* MERC. G. BELG. *p. 53.* BELLVS *pag. 640.* Extant hæc ſcripta apud LONDORPIVM *Tom. II. pag. 599.* KHEVENHILLER *p. 1790.*

98) MERC. G. B. *p. 92.* BELLVS *lib. VI. p. 669.* KHEVENHILLER *p. 1677.*

99) Conſilia hac de re cum Comite de Ognate, legato Hiſpanico, & Carolo Caraſa, nuntio Papali agitata, ipſe CARAFA exponit *p. 117.* Diſſuadebant hanc translationem Hiſpani, promiſſis Iacobi I. illecti, prout ipſe tradit *p. 119. quod vt facilius impetraret* (Iacobus I.) *ipſem ſpecioſam Matrimonii nitei ſui filii cum ſorore Regis Hiſpaniæ iniecit, ita vt quidam eiusdem Regis conſiliarii, prout fama euulgabatur, recuperationi Belgicarum Prouinciarum inhiantes, non leuiter ad pacem ineundam, & ad Palatinatum cum Electoratu reſtituendum afficerentur, maiorique conatu ſatagerent, Electoratus translationem Cæſari ſub ſpecie maioris boni diſſuadere: aut ſaltem ob inſtantem bellorum calamitatem, tali translatione*

derent, promiſſis Iacobi I. Magnæ Britanniæ Regis illecti, dum de matrimonio Walliæ Principis cum Maria, Hiſpanorum infante ageretur, exſequeretur, pro quo etiam Galliæ Rex nitebatur. Conuentum igitur Ratisbonæ inſtitutum XXIV. Nouembris. 1622. obiit, 100) qui iam ad diem Iohannis 1621. indictus, effectu fuerat deſtitutus. 1) Neque tamen vniuerſos Ordines conuocauerat Ferdinandus, ſed Electores duntaxat, & pauculos ſibi fere obnoxios. Moguntinus quippe Palatino dudum infenſus, Viæ montanæ inhiabat. Colonienſis Bauarica ſtirpe ortus, pro ſua domo nitebatur. Treuirenſem odia in Friderícum; Salisburgenſem ditio Bauariæ intercluſa ſubigebat. Ludouicus Darmſtadtienſis dudum Cæſari addictus, vt in cauſſa Marpurgenſi fauentem iudicem experiretur. 2) Saxo, ob pulſos Bohemia Lutheranos indignatus, licet ipſum Imp. per ſingulares litteras deliniret & denuo ad Comitia inuitaret, 3) adeſſe nolebat, legatos tamen æque ac Brandenburgicus ſanctiſſimis mandatis circumſcriptos miſit. 4) His igitur Cæſar VII. Ianuarii 1623. quid circa transferendam in Bauarum dignitatem Electoralem decreuerit, exponit: additur in ſpeciem de pecunia aduerſus Turcam, & Batauis compeſcendis. 5) Et licet Electores Cæſarem ab inſtituto auertere conarentur, Legati potiſſimum Saxonici atque Brandenburgici diſſentirent, eiusmodi agendi modum in cauſſa tam ardua Capitulationi Cæſareæ, legibusque Imperii minus congruere adſerentes, nec filiis fratrique, & agnatis innoxiis, Friderici ob delictum, ius quæſitum auferri debere, inaudita præſertim indefenſaque

ſperaſſent, eum damnatum, Magiſtratu abdicatum, augendam eum vniuerſali totius Germaniæ commotione, rem differri, donec mutata facie Imperii, periculum, ne omnes Palatino accederent, abeſſet, nec deerant maligni nimium in futurum ſpeculantes, qui hoc conſilium adſcriberent, non tam ſpeciali commodo, quam metui; ne domus Bauarica ſemel ad Electoralem dignitatem promota ſuccedentibus annis Imperialem dignitatem facili negotio aſſequeretur. De eodem matrimonio inter Carolum, Walliæ Principem & Mariam Philippi II. filiam propoſito Conſultatio eſt in MEYERI *Lond. ſuppl. Tom. II. p. 578.* quod etiam a Iacobo iuramento fuit confirmatum, quod ibidem exhibetur *p. 583.* PVFENDORF *lib. I. §. XXXVII. XL.* Quid cum Hiſpanis hoc in negotio actum fuerit, tradit CARAFA p. 120. *itaque in eo acriter laboraimus tam Bruxellæ, quam Matriti apud Regem, Regiosque miniſtros Comitem de Oliuares ac Balthaſarem de Zuniga, & cum noſtra conſilia publicata fuiſſent ſub titulo Cancellariæ Hiſpanicæ, Cæſar mirum in modum anxie verebatur, ne vniuerſalis commotio in Germania oriretur.* BELLVS *lib. VII. p. 739.* MERC. G. BELG. *Tom. XIV. lib. IV. p. 34.* PIASECIVS *pag. 364.* PVFENDORF *lib. I. §. XLII.* Extant varia de hoc ſcripta apud LONDORPIVM *Tom. II. p. 789.* Inter IO. IOACH. RVSDORFII Conſilia *f. 65.* reperiuntur. *Rationes & argumenta, quorum virtute ſuſtentur, matrimonium inter Principem Angliæ & Infantam Hiſpaniæ nunquam effectum habiturum.* Adde HISTOIRE DES TRAITTES DE PAIX *Tom. I. p. 68.*

100) CARAFA p. 134. *quod Cæſarem non retardauit, quin Comitia ad proximum menſis Nouembris medium ſtabiliret. Quare certum diem digeſtum quintum omnibus Electoribus indicens, Ratisbonam ipſemet iter adornauit; tanto ſecurius, quando magis conſtabat; vndique Cæſaris hoſtes ceſſiſſe, & vix aliquod periculum alicubi ſupereſſe. Klingenbergenſes enim, & Glatzenſes paulo ante ſeſe honeſtis pactis dederant, & Turcarum Imperator pacem ex neceſſitate appetens, legatum cum muneribus deſtinarat, inuiolatamque pacem ſe conſeruaturum confirmarat.* Hæc autem Comitia hoc ipſo iam non fuiſſe dilata, Idem teſtatur p. 131. ſcribens: *vt negotium hoc differri patcretur, ſaltem vsque ad finem Comitiorum iuſtantium Imperii, quæ iam proximum Octobrem dilata fuerant.* Idem dicit PIASECIVS p. 359. *tuncque demum Comitia Generalia Germaniæ ſæpius dilata, pro abdicando Palatinali Electoratu Friderico ad finem anni huius celebranda indixit Ratisbonæ, quo ipſemet cum Imperatrice & Comitatu Aulico menſe Nouembre tranſiterat. Sex ex Electoribus nullus a principio adfuit, ac paulo poſt cum nonniſi Eccleſiaſtici adueniſſent, inuitandis, & expectandis Saxonico & Brandeburgico Electoribus, reliquum anni huius tempus fuit conceſſum.* Solennem ipſius ingreſſum in vrbem Ratisbonam deſcribit MERC. G. B. *Tom. XIV. lib. III. pag. 59. ſqq.* BELLVS *lib. VII. ineunte.* CARAFA *p. 140.* KHEVENHILLER *Tom. IX. p. 162.*

1) De hoc BELLVS *lib. V. p. 529. 538.*

2) Verba plerumque ſunt PVFENDORFII *lib. I. §. XL.* CARAFA p. 127. *totum negotium ad futurum conuentum, cui maxime Palatinus diffidebat, dilatum eſt, ad quem Cæſar Saxoniæ Electorem, Ducem Pomeraniæ, Mechelburgenſem, Electores Catholicos omnes cum Ludouico Landgrauio Heſſiæ, qui paulo ante e manibus Manſfeldii, & Ludouici Palatini liberatus fuerat; inuitauit.* Pomeranum tamen & Brunſuicenſem non veniſſe, idem teſtatur pag. 141.

3) Extant iſtæ apud KHEVENHILLERVM *Tom. X. p. 11. ſqq.* & aliæ die vlt. Februarii 1623. datæ *p. 73.* BELLVS *lib. V. p. 529. 538.* CARAFA *p. 137. 139. 141.* HELVICVS *lib. XI. p. 372.*

4) PIASECIVS p. 360. *atque propterea Electores Saxoniæ & Brandeburgi etiam ad repetitam per Volfgangum a Verſzeuitz Cæſaris vocationem, pro Comitiis illis venire detrectarant, cauſis abſentiæ ſuæ perſcriptis, quod illam damnationem Palatini, & Electoratus collocationem legibus, conſuetudinibus Imperii aquitatique contrariam probare non poſſent, & timerent maiorem Imperatoris offenſam, ſi præſentes ipſius obſtirmatæ voluntati contradicerent.* Quæ circa hoc negotium Saxonis fuerint conſilia, exponit CARAFA *p. 119.* MERC. G. B. *Tom. XIV. lib. IV. p. 15.* BELLVS *lib. VII. p. 745.*

5) PIASECIVS p. 359. *die ſeptima Ianuarii, Anni Milleſimi, Sexcenteſimi, Vigeſimi tertii, fecit inchoari, & proponi negotia, propter quæ Conuentum illum conuocarat. Inprimis longa ſerie narratis Friderici Palatini delictis, declarauit, quod eum proſcripſerit, Electoratu priuauerit, eiusque Electoratum lege vt vocatur Commiſſoria, ad ſe deuoluntum ex plenitudine poteſtatis, tranſtulerit in Ducem Bauariæ Maximilianum, cuius fidelem operam toto illo bello fuit expertus. Addita quoque erant aliqua, ſuper quibus Imperator deliberationem, & conſilium illius conſeſſas requirebat, nempe de iuuandis rebus Vngaricis, de modo reſtituendæ pacis Germaniæ, de inſtauranda authoritate iudiciorum Cameræ Imperialis, de Hollandis, qui multa loca in Imperio occuparant, de Monetariis. Sed illud caput rei fuit, de exauthorando Friderico Palatino, contra quem cum accuſationem & iudicium vel ſaltem ad ſpeciem inſtituendum, & cuinam Electoratus deferendus eſſet, in illis Comitiis primum dignoſcendum fuiſſe, omnes præter-*

que cauſſa. 6) Paullo ferocius proteſtabatur Wolfgangus Guilielmus Neoburgicus; ſe aduerſus Aureæ Bullæ conſtitutionem tanquam proximum agnatum atque innoxium, iniuſte fuiſſe præteritum. 7) Cæſar tamen nullis rationibus flecti ſe paſſus, cum promiſſa reſcindere non poſſet, dum Eccleſiaſtici potiſſimum vna cum Catholicis demum conſentirent, & ſuor Religionis Catholicæ intercederet, 8) maioris partis adſentationem ſibi ſufficere ratus, XXV. Februarii 1623. ſolenni ritu ſeptemuiralem dignitatem Maximiliano Bauaro confert, hoc addito: quamprimum a ſe Conuentum indicendum, vbi ſuper Palatini liberis, agnatiſque amica ratione aut formato iudicio ſit diſceptandum; ac poſt Bauari mortem, eam rem nemini fore præiudicio. 9) Actui tamen inauguarationis Saxonis atque Brandenburgici Legati, Neoburgicusque & Hiſpanus Orator intereſſe recuſa-

præteritisque omnibus qui ex lege vocabantur ad illum Magiſtratum, remotioremi gradu in ſerie gentis Palatinæ, victoris arbitrio ſolo fuiſſe eueſtum videntes, principia abſoluti Dominatus exborruerunt. HELVICVS *lib. XI. p.* 337. THEATR. EVR. *Tom. I. p.* 712. Eandem propoſitionem exhibet MERC. G. B. *Tom. XIV. lib. III. p.* 75. BELLVS *lib. VII. p.* 712. LONDORP *Tom. II. p.* 657. CARAFA *p.* 141. KHEVENHILLER *Tom. X. p.* 4.

6) PIASECIVS p. 360. *variabant etiam ſtudia Collegii Comitiorum, plures Imperatore ac Bauaria Duce ad partes ſuas trahente: ſed tamen ſub finem Ianuarii, ab illo datum fuit reſponſum ad Cæſaream propoſitionem tali ſenſu: Quod Palatinus promeruerit quidem tantas poenas, ſed procedendi in hac cauſſa modum illegitimum videri, in quo vetus, nec citatus, nec auditus, ſine vlla iudiciali cognitione damnaretur: Cum tamen etiam in minoribus cauſſis, ſecundum genuinas Imperii Leges, & pacta ab ipſomet Imperatore circa inaugurationem ſuam iurata, patres Curiæ, & ciuitdem cum reo dignitatis, & conditionis perſonæ, ad iudicium ſint abhibendæ in quouis delicto quantumuis manifeſto. Translationem quoque Electoratus ad perſonam remotiorem omiſſis filiis, fratre, agnatis proximioribus, qui nihil peccarunt, quinimo Cæſari in hoc perturbato rerum ſtatu vtilem operam nauarunt, & ex præſcripto Bullæ aureæ ius queſitum ſuper Electoratu habent, Legibus Imperii, & omni æquitati ac conſuetudini in ſimilibus antiquitus receptæ adnexari, aliisque Electoribus ſæcularibus exemplum hoc præiudicare, & ſucceſſionis Electoralis iura a fundamentis conuellere. Hæque & aliæ in iterato reſponſo (poſtquam ad primum Imperator immotus in propoſito perſiſtebat) grauiores rationes inducebantur: & demum inuocabatur clementia Imperatoris ac pietas erga patriam, quæ perpetua Electorum ac Principum Imperii diffidentia, belloque perenni conflictatura eſſet, ſi in ea ſucceſſionis Electoralis conſuſa veſtigia manerent, & Palatinus opc tot Regum & Principum affinium, amiſſa recuperare cogeretur. Sed fructu ad extremum inani hæc omnia agitabantur, cum Imperator nullis ſuaſionibus & deprecationibus flecti vellet, vel non poſſet reſcindere ſua promiſſa, ſeu rationes præiudiciatas Status ſui conſeruandi, continendaque in freno Germaniæ (ragion di Stato moderni dicunt) ſanctioribus obligationibus armis Hiſpanicis, diuerſiſque recens (ſub hoc tempus notum fœdus fecerat Auſtriaca domus, ac conſiliis & opera mutua conferenda pro conſeruanda ſucceſſione ſua proſapiæ in ditionibus ſuis) initis fœderibus connexas.* CARAFA p. 142. 152. LVDOLPH *lib. XXIII. c. II.* MERC. G. B. *Tom. XIV. lib. III. p.* 107. 125. 146. 154. BELLVS *lib. VII. pag.* 718. *ſqq.* Extant ſcripta in his Comitiis agitata apud LONDORPIVM *Tom. II. pag.* 661. PVFENDORF *lib. I. §. XI.* HISTORIE DER RELIGIONS BESCHWERDEN *p. I. c. IV. §. XX. ſqq.*

7) CARAFA p. 147. PVFENDORF *c. l.*

8) Extat conſenſus apud LONDORPIVM *Tom. II. lib. VI. c. CLXXIV. p.* 670. CARAFA p. 119. *Lutheranæ ſectæ, hactenus paritate fere votorum in Collegio Electorali elatæ, atque ideo in omnibus Comitiis ſui erroris tenaciſſimæ, per hanc translatio-*

nem non parum damni patiebatur cum in Catholicum Electorale votum decideret. Quod non facile a ciuitatibus Imperialibus, cæterisque Principibus Germaniæ plerumque hæreſi infectis, tolerandum iudicabatur, tanto ſuarum fortunarum, nec non fidei haſtenus per æqualitatem votorum ſatis conſeruatæ periculo, ad cuius repulſam omnes Lutherani, Caluiniſtæ, Huſſitæ, & quotquot ſunt ſectarii Eccleſiæ Romanæ hoſtes, videbantur conſpiraturi. HELVICVS *lib. X. p.* 345.

9) PIASECIVS c. l. *ſed æque iſta atque illæ prima pro Palatino reuulſa. Imperator, vigeſimæ quintæ Februarii ſolenni ritu Ducem Bauariæ Maximilianum Electorem Archidapifrum Imperii renuntiari fecit, per Vice-Cancellarium Germaniæ, qui diſertiori oratione declarauit, quod iſtis Cæſar dignitatem Electoralem, Fridorico ob ſua delicta ademptam, cum iure ſuffouis in Collegio Electorum & ſuffragii in eligendo Imperatore contulerit. Qua renuntiatione Dux per internuntios accepta, in Concilium veniens, genu flexus ad pedes Imperatoris, ab eo pilcum & pallium Electorale accepit, & iusiurandum conſuetum tactis Euangeliis præſtitit. Tres Electores, Moguntinenſis, Colonienſis & Treuirenſis, ac Epiſcopus Salisburgenſis, Ratisbonenſisque aderant illi actui: Legatus Hiſpaniæ Regis adeſſe (ac ſi Rege ſuo inſcio illa fierent) recuſauit, & Legati Electoris Saxoniæ & Brandeburgici, ac Principis Wolfgangus Wilhelmus Neoburgicus Comes Palatinus, qui vti proximior agnatus Friderici, ac Catholicus, illum gradum appetebat. Et ne penitus a ſua ſpe iſte exciderit, vel ne Angli ac Dani pro Friderico (ſpe adhuc aliqua eos deſtinuiſſe oportebat) interceſſiones neglectæ fuiſſe viderentur, in vltima ſua declaratione Imperator apponi iuſſerat, quod ſiliorum, ac fratris Friderici, & Principis Neoburgici, aliorumque eius agnatorum ius ad Electoratum & ditiones Palatinatus, in Conuentu proxime ad hoc inſtituendo, amicæ compoſitione, vel ſi hæc non ſuccederet, iudiciario proceſſu, adhibite Electorali Collegio, ac aliis Iudicibus non ſuſpectis intra certum tempus definiendum eſſet ac poſſeſſio Electoratus Duci Bauariæ data, illis præiudicare non deberet. Immo in diplomate iſti ſuper eodem Electoratu dato addereturclauſula, ac ipſemet Dux, reciproca obligatione caueret: Quod ſi alicui ex proximioribus præditis idem Electoratus adiudicaretur, illi ditio eiusdem Electoratus poſt obitum ipſius Ducis Bauariæ ab Imp. conſignanda eſſet.* Inde Bauariæ ſtirpis ius ad Electoratum declarat PIASECIVS. CARAFA *p.* 149. Translationis proceſſum deſcribit MERC. G. B. *Tom. XIV. lib. III. p.* 160. ADLZREITER *p. III. lib. VIII.* qui etiam *lib. IX. n.* 29. cauſſas abdicationis Palatini atque translati Electoratus defendit, BELLVS *lib. VII. p.* 737. LONDORP *Tom. II. p.* 674. qui etiam conſilium exhibet, an acceptare deberet hunc Electoratum Maximilianus, & *p.* 699. vota quorundam Electorum circa hanc translationem, cum obſeruationibus Volradi de Pleſſen Conſiliarii Palatini, cum variis ſcriptis huc facientibus. SPANHEIM *Memoires p.* 234. HELVICVS *lib. XI. pag.* 373. THEATR. EVROP. *Tom. I. pag.* 716. LVDOLPH *lib. XXIII. c. II.* Qua ratione etiam Papa prætenderit

cuſabant, hic etiam multa obiiciebat. 10) Iidem etiam Electores, datis ad Imp. Anneberga litteris de violato iure Collegii Electoralis queſti, omnia a ſuis nuntiis facta confirmarunt. 11) Gallus e contrario legatis ſuis iniunxerat, vt Maximiliano, Electoris titulum concederent. 12) Licet poſtmodum Imp. Hiſpanorum inſtinctu, Bauarum tentaret, atque poſtularet, vt octauus Electoratus introduceretur. 13) Dum igitur Luſatia vtraque Saxoni ob factos in bellum Bohemicum ſumptus fiduciario iure addiceretur, 14) eidemque demulcendo ablegatus Ludouicus Haſſus: Is poſtea, adiuncto Moguntino, Tillioque, Schleuſingæ cum Saxone congreſſus, Bauarum collegam adgnoſcit, qui etiam ibidem XXX. Iunii 1624. in Collegium Electorale ſuit introductus. 15) Triennio poſt, Wallenſteinio a. 1626. ipſius ditiones inuadente, Brandenburgicus eundem adgnouit, adlaborante Saxone. 16) Tum Bauaro atque Colonienſi commiſſum, vt Ludouicum Haſſum in poſſeſſionem ditionis Marpurgenſis mitterent. His pondus addebant Tillii copiæ, quibus iſthoc obtentu per Haſſiam Inferiorem hoſpitia aſſignabantur. 17) Cæſar quoque oſtentandæ clementiæ, Wilhelmum & Fridericum, Duces Saxoniæ, quos captiuos tenebat, dimiſit, ac Chriſtianum Anhaldinum in gratiam recepit. 18) In iisdem Comitiis, Moguntinus ſolenniter ſuit inueſtitus, & Io. Georgius Hohenzolleranus XII. Martii in Principum numerum cooptatus. 19) Circa eadem tempora, inualeſcente apud Germanos moneta minuta, potiſſimum cuprea, Ioachimici, alieque maioris moduli monetæ valore decuplo multiplicabantur, ex quo tot oriebantur commerciis detrimenta, tumultus, aliaque mala, vsque dum publicis edictis ad priſtinum valorem reduceretur moneta. Vocabatur illud *die Kipper-und Wipper-Zeit*. 20)

§. XXI. Inferioris autem Saxoniæ Principes, quibus Ratisbonæ acta magnopere diſplicebant, a. 1623. arcano inter ſe concluſo fœdere, vt ſe contra Cæſaris potentiam tuerentur, copias & quidem decem peditum, quo equitum millia comparabant, inualeſcente præſertim per Weſtphaliam Corduæ, & Ioannis Iacobi Comitis Anholdini militc. Dux Copiarum adſciſcitur Chriſtianus Brunſuicenſis, obtentu ſumpto, vt hoc modo a

derit, vt nouus Elector confirmationem a Papa peteret, patet ex Mich. Lonigo Conſultatione apud LVNIGIVM *Staats-Conſiliis Tom. I. p.* 49. BVRGOLDENSIS *p. I. diſc. XXIV.* Litteræ inueſtituræ extant apud LONDORPIVM *Tom. II. p.* 795. Declaratio Imp. apud LVNIGIVM *p. Gen. Cont. II. p.* 64. du MONT *Tom. V. p. II. p.* 418. cum Maximiliani Reuerſalibus KHEVENHILLER *Tom. X. p.* 137. Inueſtituræ ritum ſolennem deſcribit KHEVENHILLER *Tom. X. pag.* 62. 10. IOACHIMVS RVSDORFIVS vero exhibuit *Specimen Patrociinii pro Sereniſſimo Principe Ludouico Electore Palatino contra ſententiam Proſcriptionis Cæſareæ*, quod extat inter ipſius Conſilia *p.* 13. prodiit tamen anno 1623. *Iuſtitia Cæſarea Imperialis circa declarationem banni contra Comitem Palatinum Electorem & circa nuperam Executionem Pragenſem.* In quo ſcripto potiſſimum fuit demonſtratum, dum Bohemi in notorio delicto fuerint verſati, absque partium Citatione ſententiam ferre vel declarare, fuiſſe licitum.

10) KHEVENHILLER *Tom. X. p.* 66. Ratio erat, quod de matrimonio inter Carolum, Angliæ Principem & Infantem Hiſpanicam tunc tractaretur.

11) PIASECIVS *p.* 360. Extant iſtæ Litteræ apud LONDORPIVM *Tom. II. p.* 732.

12) PVFENDORF *c. l.*

13) Quid deſuper fuerit actum, docet KHEVENHILLER *Tom. X. p.* 106.

14) PVFENDORF *c. l.* PIASECIVS *p.* 361. *Ipſe Imperator ſolutis Comitiis Pragam inuiſit, ibique rebus conſtitutis & Saxoniæ Electore, collata ipſi Luſatia ſuperiori & inferiori fiduciario iure, in amicitia confirmato, Viennam menſe Iunio tranſierat. Promiſſa equidem Electori iam a.* 1622. *fuerat Luſatia; Sed demum ſub initium Iunii* 1623. *deputati a Cæſare Commiſſarii, Baro a Thalenberg, Otto a Noſtitz & Otto Melander Dresdam ad ſuperiorem & inferiorem Luſatiam Electori Saxoniæ attribuendam, profecti fuerunt.* Extat Receſſus Immiſſionis apud LVNIGIVM *p. ſpec. ſ. I. p.* 97.

15) PIASECIVS *p.* 372. de Cæſare: *quin & Electorem Saxoniæ propter Electoratum Palatinalem ad Ducem Bauariæ translatum male contentum placari curauit, vt in Conuentu Electorum ac Principum Germaniæ ad finem Iunii indicto Sleuſingæ translationem illam Electoratus probauerit, & ad conſeſſum Electoralem nouum illum Electorem admiſerit, licet obſtaſtus fuerit, quod per hoc oppoſitioni per ſuos Nuntios in Comitiis Ratisbonenſibus contra eandem translationem Electoratus factæ, aut ſtatibus familiæ Rbenenſi Palatinæ derogare non intendat. Moguntinus ſolus cum Saxone adfuit præſens illi Conuentui, alii Electores per Legatos, idemque Moguntinus iuſtirandum Electorale ab Electore eodem nouo recepit.* PVFENDORF *c. l.* MERC. G. B. *T. XV. lib. II. p.* 138. LVDOLPH *lib. XXIV. c. II. n.* 32. HELVICVS *lib. XII. p.* 420. THEATR. EVROP. *Tom. I. p.* 820. BELLVS *lib. VIII. p.* 825. CARAFA *p.* 179. KHEVENHILLER *Tom. X. p.* 437.

16) PVFENDORF *c. l.* Vide infra §. *XXX.*

17) PVFENDORF *c. l.* Extat ſententia Imp. in hac cauſſa Kl. Aprilis 1623. lata, apud LONDORPIVM *p.* 735. vna cum mandato ad Ordines Prouinciales & aliis ſcriptis. KHEVENHILLER *Tom. X. p.* 134. MERC. G. B. *Tom. XIV. lib. III. exeunte & lib. IV. p.* 22. BELLVS *lib. VII. p.* 747. *lib. VIII. p.* 811. CARAFA *p.* 152. 178. Qua ratione ſub finem Martii poſſeſſio Marpurgenſis a Ludouico Darmſtadtienſi fuerit arrepta, docet MERC. G. B. *Tom. XV. lib. I. p.* 57.

18) PVFENDORF *c. l.* MERC. G. B. *Tom. XV. lib. II. p.* 108.

19) CARAFA *p.* 179. BELLVS *lib. VII. pag.* 744. MERC. G. B. *Tom. XIV. lib. III. pag.* 164. PIASECIVS *p.* 372. Extat diploma d. 28. Martii 1623. Ratisbonæ datum apud du MONT *Tom. V. p. II. p.* 422.

20) De hoc malo THEATR. EVROP. *Tom. I. p.* 455. 676. LVDOLPH *lib. XXII. c. II. n.* 64. De his turbis:

IrVs eſt & ſVbIto qVI MoDo CræsVs erat
VnrcCbt gVt koMbt geVVIs nICbt an DrIttey erben
VVIperа pLebs LVDIs peperIt trIſtIssIMa fata

Facit huc Conſilium ZACHARIAE GEITZKOFLERI apud LVNIGIVM *p.* 1049. Adde alias Conſultationes apud KHEVENHILLER *Tom. X. p.* 528.

Varia

do a Mansfeldio abſtractus, eo facilius Cæſari poſſit reconciliari. 21) Sed Tillius, cui iſtius motus obſeruare iniunctum erat, 22) admoto ad fines agri Brunſuicenſis exercitu, minabatur Friderico Vlrico Brunſuicenſi; ſe terras ipſius ingreſſurum, ni frater ipſius arma deponat. Iſte e contrario ferociter petere, vt Tillius finibus ſuis abſcedat. Quod hic floccipendens, iam late per eiusdem prouinciam ingreſſurum. Vnde territi Principes, nondum ſat prouiſis, quæ tanto bello gerendo requirebantur, Chriſtiano denunciant, vt aut a Cæſare oblatam gratiam amplectatur, aut Inferioris Saxoniæ finibus faceſſat. 23) Veritus igitur iſte, ne amicis iuxta atque inimicis inuadentibus in anguſtias redigatur, per Weſtphaliam ad Mansfeldium tendere conſtituit, atque inuicem per Landgrauii Haſſiæ Mauritii ditiones impetum in Palatinatum, pro reſtituendo Palatino, minitabantur, vel in Bohemiam tendebant. 24) Sed inſequens acriter Tillius, vltimum ipſius agmen carpebat. Inter aſperas velitationes, aliquot impedita loca ſuperantur. Sed VI. Auguſti 1623. apud Stadtloam Monaſterienſis ditionis ad Zutphaniæ fines, totus Brunſuicenſis Exercitus conſiſtere coactus eſt, qui nuper collecto & inexercitato milite conſtans; Tillianis par non fuit. Magnam ibi cladem accepit Chriſtianus amiſſis machinis, impedimentisque, & magna copiarum parte occiſa, capta, aut diſſipata. Ipſe cum reliquiis apud Batauos receptus fuit. 25) Tillio Friſiam Orientalem, cui Mansfeldius inhærebat, inuadere animus erat. Sed cum Batavi Embdæ præſidium firmaſſent, ac Mansfeldius immiſſis terræ aquis, aditum interclusiſſet, retro cedebat. Perſuadebant tamen Batavi Mansfeldio, vt accepta pecuniæ ſumma, Friſiam ſat iam exhauſtam relinqueret. Qui antequam exercitum dimitteret, cui vlterius alendo nulla ratio ſuppetebat, validam manum per Monaſterienſem & Paderbornenſem ditionem effudit, rapinis ſtipendiorum vicem ſuppleturis, qui tamen vel cæſi fuerunt vel diſſipati. Ipſe Dux cum reliquis in Batauos ablit, alia via bellum reparaturus. 26) Interim Cæſarei Lippſtadti-

Varia ſcripta Monetaria recenſet GRYPHIVS *de Script. ſ.c. XVII. p.* 109.

21) MERC. G. B. *Tom. XIV. lib. III. p.* 164. BELLVS *lib. VII. p.* 751. PIASECIVS *p.* 362. Plenius hæc exponit CARAFA *p.* 158. ſcribens: *interim in inferiori Saxonia de translatione Electoratus, quæ multis ſumme diſplicuerat, ſerio apud Ordines deliberatum eſt; & quia Tillius non procul a Brunſuicenſi ditione cum exercitu ſedem fixerat; ſub ſpecie diſtrictum illum tuendi a milite tam Tillii, quam Mansfeldii adhuc in Friſia hærentis; inter Regem Daniæ, Electorem Brandenburgenſem, Ducem Brunſuicenſem, Ducem Holſatiæ, & Mechelburgenſem, ciuitates Bremam, Lubecam, Hamburgum, Lunchburgum & alias arcanum fœdus initum fuit, cui Chriſtianus, Dux Brunſuicenſis ſeſe cum Imperio præfectum præbuit, verum cum tantum ad defenſionem dicerentur ſcruiture copiæ; Dux Luneburgenſis, qui iam a triginta circiter annis præfecturam ordinariam Circuli ſuſtinuerat, hoc ſui muneris fore exiſtimans, collectis aliquot copiis nomine totius prouinciæ moderata præſidia diſpoſuit, magnaque modeſtia vim deprecatus fuit.* Quæ fuerint Chriſtiani copiæ, exponit MERC. G. B. *Tom. XIV. lib. IV. pag.* 73. KHEVENHILLER *Tom. X. p.* 171.

22) PIASECIVS p. 361. *ſub ſinem vero Martii ſoluerat Comitia Imperator, ac paulo ante dimiſerat Tillium cum mandato, vt exercitum augeret ad cohibendum Mansfeldium & Alberſtadenſem, qui ex Hollandia in Saxoniam inferiorem, & ille in Friſiam Orientalem conceſſerat, viresque reſtaurarat.* CARAFA *p.* 153. 159. 160. 163.

23) CARAFA *p.* 153. PIASECIVS *pag.* 362. Quænam inter Tillium, Circuli inferioris Status & Fridericum Vlricum Brunſuicenſem litteris fuerint acta, exponit MERC. G. B. *Tom. XIV. lib. IV. p.* 46. 79. BELLVS *lib. VII. p.* 751. 755. LONDORP *Tom. II. p.* 753. KHEVENHILLER *Tom. X. p.* 174.

24) Arcana hæc conſilia aperit CARAFA *p.* 157. Idem p. 159. *verum hæc tantum eo fine dicebantur, vt Chriſtianus impune meliora loca occuparet, aciem maturę inſtrueret, & aditum ſibi in Bohemiam aperiret. Nam eo ipſo tempore a Saxoniæ Electore tranſitus in Bohemiam petebatur, ab Eisfeldenſibus collatio non exiguæ ſummæ pecuniariæ impetrabatur, & copiæ multo maiores, quam opus eſſet, conſcribebantur.*

25) PIASECIVS p. 362. *Tillius itaque ex Veteraia motus per Haſſiam, nec quicquam tranſitum denegante Mauritio Landgrauio, eo contendit, ſcriptis literis ad Vlricum Ducem Brunſuicenſem, quod Alberſtadenſis occaſionem ſibi daret ingrediendi illas ditiones. Et tunc quidem Principes illius circuli non ſatis contra tantam vim inſtructi, perſuaderi ſibi permiſerant ſolum Alberſtadenſem quæri, eoque amoto ſeſe immunes fore. Ac propterea illum ablegarant poſtquam excuſarant, quod nil hoſtile contra Cæſarem vel contra vicinos moliretur, verum ſtudio per ipſos auocatus a Mansfeldio, ſecuritatis cauſa perſonæ cauſa in caſtris ſe contineret, reconciliationem Cæſaris expectans. Et licet Tillius tali excuſationi non acquieſcens cum exercitu ad eorum fines appropinquaret, iamque in Brunſuicenſi Principatu Arcem Friedland, aliaque circa Volfenbuttelam plura loca occupaſſet, tamen ipſi quieuerint. Sed cum iſte caſo poſtea ſeptima Auguſti Alberſtadenſi in Weſtphalia apud Lonerbruchum prope Monaſterium, (abeuntem ex Imperio ac pugnam detrectantem, cum tranſitum Knipauſius eius Tribunus male cuſtodiſſet, improuiſo conſequutus profligarat)* MERC. GAL. BELG. *Tomo XIV. lib. IV. p. 105.* qui tamen VI. Auguſti huic prælio finem, quem etiam relationes apud LONDORPIVM *Tom. II. p. 768.* ſtatuunt. Locum ſic definit CARAFA p. 165. *ad ſyluam prope Statloo, inter aquas & vallum.* Cladem vero pag. 166. *ac mox ſtatio duarum horarum totum exercitum Halberſtadienſis, qui triginta circiter millibus armatis conſtabat, adeo diſſipauit, vt 6000. in ipſo loco ſint cæſa, quatuor mille ſeſe dederint, cæteri captiui, læſi, ac fugati fuerint. Inter captiuos numerati ſunt tres Duces, quatuor Comites, ſex Tribuni, & facile centum Capitanei cum ducentis ſignifieri, ex magni nominis miniſtris. Halberſtadienſis ipſe fuga ſibi conſuluit cum duabus equitum turmis, amiſſis duodecim tormentis bellicis, totoque exercitus bellico apparatu.* ADLZREITER *p. III. lib. VIII. n.* 35. præſtum & inter hæc locum ſic deſcribit: *medio inter Ahuſium & Loham campo ſubſtitit: loco nomen eſt Diffendicum haud procul a Statlona ciuitate.* BELLVS *lib. VII. p.* 769. PVFENDORF *lib. I. §. XLII.* LVDOLPH *lib. XXIII. c. II. n.* KHEVENHILLER *Tom. X. p.* 188.

26) PVFENDORF *lib. I. §. XLII.* BELLVS *lib. VII. p.* 777. *lib. VIII. ineunte.* KHEVENHILLER *Tom. X. p.* 197.

ſtadtium, ditionem Marcanam & Rauensbergenſem, aliaque loca in poteſtatem redegerunt. 27)

§. XXII. Eodem tempore, Betlenus Turcicis auxiliis ſuffultus, & quod a Brunſuicenſi atque Mansfeldio aliquod operæ pretium factum iri ſperaret, bellum acriter reparabat, cauſſatus, nupera pace ſibi promiſſa ſeruata non fuiſſe. Igitur percurſa Hungaria, in Moraiiam penetrat, ipſa quoque Bohemia iam trepidante. Ei a Cæſare obuiam miſſus cum exercitu Nigromontius Marchio male habetur, & intercluſo commeatu, ad extremam neceſſitatem redigitur; cum repentinus pauor Betlenum retro vertit, e falſo rumore, velut multa millia e Germania Cæſari in auxilium aduolarent. Petitas ab ipſo inducias Cæſar primum ad d. 29. Nouembris inde ad Kl. Martii 1624, ſub certis conditionibus vsque extendebat & qui præda onuſti domum diſcedere conabantur Turcæ, male multabantur. Mox tamen idem Betleno honeſtis conditionibus pacem dabat, quæ VIII. Maii 1624. Viennæ fuit concluſa, quod Turcico bello implicari nollet & rebus ſuis in Germania promouendis, vacare ſatius duceret. 28) Eademque pax d. 20. Decembris 1626. Leuthouiæ fuit confirmata. 29)

§. XXIII. Miſerat anno 1623. legatum ſuum Ferdinandus Iacobum Curtium ad portam Ottomannicam, cum ſolenni legatione ac ſolitis muneribus, ad pacem ſtabiliendam. Miſſi etiam fuerunt Legati in Vngariam, quibus mandatum, vt vna cum deſtinatis a Sultano, in locum vnum conuenirent, & pacem quæ anno 1606. in Sithwarock fuerat concluſa, 30) atque a. 1616. confirmata, prorogarent. Querebatur Cæſar de pactorum transgreſſione circa pagos deditiios, de diuaſtationibus, de captiuis, de iure Patronatus Tranſyluaniæ, de ſubſidiis præſtitis rebellibus, ac denique quod Waitzium vi fuiſſet occupatum. Quibus omnibus per contrarios articulos, & iuſtam compenſationem Cæſarei deinceps medelam adferri poſtulabant. Sed tractatio iſta in aliud tempus dilata, ſæpius interrupta, ac rurſus anno ſequenti 1625. Maio menſe concepta, non niſi tertio poſt anno fuit ſtabilita. 31) Nec minus res ſuæ familiæ conſtituit. Poſtquam enim per ceſſionem Regis Hiſpaniæ, Ferdinando ſoli & ſucceſſoribus ius in regno Bohemiæ, Stiria, Carinthia, Carniola, Foroiulio & Archiducatu Auſtriaco fuiſſet firmatum die Leopoldi 19. Nouembris 1623. Comitatus Tirolenſis, Landgrauiatus Alſatiæ, Brisgouia, cum adiacentibus Sueuiæ regionibus, in tres partes fuerunt diuiſæ, quarum vna Ferdinando Cæſari, altera Leopoldo, tertia Carolo ceſſit, qui tamen voto obſtrictus, nullo modo de ineundo matrimonio cogitans, hoc ius ſuum poſtea Cæſari reliquit, contentus Marchionatu Burgouienſi, & nonnullis aliis dominiis in Moraiia & Sileſia, dum viueret, præter annuam penſionem multorum millium florenorum. Cæſar vero libere hanc Caroli donationem Leopoldo eiusdemque maſculis ſucceſſoribus reliquit, eundemque in ſua parte conſtituit Gubernatorem. 32)

§. XXV.

27) MERC. G. B. *Tom. XIV. lib. IV. pag.* 117. *Tom. XV. lib. I. p.* 15. 40. PIASECIVS p. 363. *interim opportunitate victricium vbique armorum Auſtriacorum vſus Princeps Neoburgicus, Lippiam hareditatis Iuliacenſis longa & difficili oppugnatione ad deditionem coëgit, totumque Comitatum Rauensburgenſem recepit: Et Cordubenſis Eſſenum in Montenſi Comitatu præſidium Hiſpanicum introduxit.* BELLVS *lib. VII. p.* 777. KHEVENHILLER *Tom. X. p.* 206. 526.

28) Verba ſunt PVFENDORFII *lib. I. §. XLIII. PIASECIVS* p. 362. *in Vngaria Gabor Bethlem offenſus, quod quinquaginta millia nummorum aureorum annua ex pactis Nikelſpurgenſibus ſibi promiſſa non ſoluerentur, & quædam conditiones non ſeruarentur, per Comitem Turrenſem ſeniorem Legatum ſuum Conſtantinopoli a Turca maiora auxilia impetrauerat, illisque acceptis, Budianus in Auſtriam inferiorem, ipſe vero Bethlem in Moraiiam irrumpens, menſe Octobre plurima damna Cæſarianis dedit: Tiſenbachicam legionem proſligauit, plurimos ex ea cepit & vna cum Vanglero Vicepræfecto Tiſenbachii Tyrnauiam, quam etiam receperat, pinctos ablegauit: præſidiarios Moraiiæ circa Brunam exuſtis ibi ſuburbiis fudit, & Comitem de Monte nigro cum Cæſarianis copiis fuga agre ad Gedlingum oppidum elapſum, ibidem obſidione graui ad vigeſimam Nouembrii preſſit: Demum PERO Turſone Palatino Vngariæ procurante inducias fecit ad menſem Aprilem proximum. Turcæ tamen ipſius auxiliares in reditu a Nouoſelenſibus, Comorenſibus, Iaurinenſibus Cæſarianis præſidiis, multum incommodi acceperunt.* CARAFA *pag.* 160. 171. BELLVS *lib. VII. p.* 772. 781. 783. KHEVENHILLER *Tom. X. p.* 151. *ſqq.* 596. MERC. G. B. *Tom. XV. lib. I. p.* 24. 56. Ibidem *lib. II. p.* 54. docetur, qua ratione inducias XXV. Martii 1624. fuerint prorogatæ. Pacis articuli extant *p.* 96. apud BELLVM *lib. VIII. p.* 809. *eoque territus haut grauatim veteres conditiones pacis tunc ſuſceptæ* & in RECVEIL *Tom. III. p.* 200. apud du MONT *Tom. V. p. II. p.* 444. De hac pace PIASECIVS p. 371. *perſuaſus iſte (Bethlem Gabor) erat, quod Imperator anno hoc pacata omnia habens in Germania, totas vires in Vngariam ad Tranſiluaniam inuadendam conuerteret.* MEYERVS *Lond. ſuppl. Tom. II. p.* 633.

29) Extat apud du MONT *Tom. V. p. II. pag.* 498.

30) De hac pace ſupra ſub RVDOLPHO *II. §. XXV.*

31) CARAFA *p.* 183. *bello hoc* (in Saxonia inferiore) *ingruente, ad ſolamen Cæſaris, & Catholicorum pax Turcica menſe Maio huius anni ſtabilita fuit in aperto campo prope Gyarmatam, ſeptem articulos comprehendens, & quia hi poſtea ſæpe, atque iterum fuerunt corrupti, & rurſus correcti, melius infra recenſentur, nunc vero ſufficiat dixiſſe, hanc pacem non parum ſaltem ad famam Cæſaris profuiſſe; cum a nouis exercitibus appeteretur; præterquam, quod non niſi anno ſequenti Turcarum inuaſionem ſenſerit, quare hoc pax vere plurimum rebus Cæſareis conduxit.* MERC. G. B. *Tom. XV. lib. IV. p.* 63. vbi etiam pacis articuli extant & apud LONDORPIVM *Tom. II. p.* 792. BELLVS *lib. VIII. p.* 894. apud du MONT *Tom. V. p. II. p.* 475. KHEVENHILLER *Tom. X. p.* 718.

32) CARAFA *p.* 184. Extat ipſe Tractatus partitionis apud KHEVENHILLER *Tom. X. p.* 158.

§. XXIV. Dum igitur Cæsar religionem Catholicam in Austria & Bohemia vbique reduceret, variis etiam in locis a. 1623. & 1624. restitutio bonorum Ecclesiasticorum pro Catholicis mandaretur, 33) Cæsareus miles sub prætextu Palatini adsoclas insequendi, grauis esset toti Germaniæ, ac iamdudum vicinis immensum glisceus Austriacorum potentia formidinem incussisset, post varios Tractatus mense Octobri & Nouembri 1623. inter Galliæ, Angliæ, Daniæ, Sabaudiæ, Venetorum, Belgarum variorumque Germaniæ Principum, & Betleni Gaboris legatos, qui ibidem mutato habitu, tamquam mercatores comparebant, 34) de restitutione vallis Tellinæ & Palatinatus Auenionis habitos, in fœdus Parisiis VIII. Augusti 1624. conclusum, coëunt Gallus, Britannus, Danus, adiunctis Sabaudo, Venetisque & Batauis, diuerso singuli respectu; sed in eo omnes conueniebant, vt Austriacorum progressus sisterentur. Præcipue tamen obtentui sumebatur Palatinus in auitum patrimonium reponendus, & vt Hispani valle Tellina, claustris Italiæ excuterentur. 35) Ast, dum etiam Iacobus I. spe inani se matrimonii deceptum esse cerneret, apparatusque pro restituendo Palatino necessarii a Parlamento fuissent ordinati, ipse tamen parem se Austriacæ potentiæ non videns, variis vtebatur consiliis. 36) Demum Gallorum Belgarumque conatus ob motus internos essent irriti, reliqui sua tantum curarent, tota belli moles in Saxoniam inferiorem, Danicæque Regem Christianum IV. incumbebat, quem & miseratio in Palatinum stimulabat, & cura pro Christiano Brunsuicensi, fororis filio. Simul Episcopatus, Bremensem, Verdensem, Mindensemque ac plures fortasse in filios suos transuolaendi occasionem iam præberi rebatur. 37) Habito igitur

33) PIASECIVS p. 371. *hac autem* (pace Vngarica) *conclusa, Imperator, hæreticis omnibus, qui ad nouandas res omni oblata occasione properdere videbantur, exercitium Religionis sue tam in Austria vtraque quam in Boëmia interdixit, quinimo ius Ciuitatis Pragæ; vbi tumultus periculosius concitarentur, talibus ademit ibidemque Templa Lutherana & Caluiniana aliquamdiu occlusa, alia Carmelitis Discalceatis, alia Societati Iesu tradi fecit.* HELVICVS *lib. XIII. p.* 427. 466. BELLVS *lib. IX. p.* 848. 886. 925. THEATR. EVR. *Tom. I. p.* 821. Inter Consilia atque Epistolas RVSDORFII Consultationibus adiectas, varia reperiuntur, qui hanc concernunt restitutionem quæstum, HISTOIRE DES TRAITES DE PAIX *Tom. I. p.* 262. Quænam bona vel vi, vel per sententiam fuerint restituta, tradit CARAFA p. 175. *Paucis ex Imperio per sententiam obtigerat bonorum Ecclesiasticorum restitutio adiudicata, vt Præpositus Elwacensis contra Oppidum Dagenfeldt ratione Concionatoris hæretici in Eybach; quem iussit Cæsar auocari; & Substituto Catholico curione, ritus antiquatos restituit. Quod etiam in fauorem Episcopi Augustani, Abbatis Campidonensis, & Decani Gronnenbaccensis, Volfango Christophoro a Pappenheim detinenti bona omnia Collegiatæ Ecclesiæ Gronnenbaccensis præceptum fuerat cum obligatione Catholicæ Religionis, vt olim paulo post pacem religionis fuerat: & pariter in fauorem Episcopi Eistatensis contra Marchionem de Onolsbach occupantem Ecclesiam de Gallroeuentz cum omnibus decimis, prouentibus, mobilibus, & immobilibus ordinatum fuerat, verum hæc, vti & alia, in fauorem Equitum S. Ioannis contra Comites de Hanou, ciuitatis de Dinckelspull, contra Comitem de Oethingen passim intrudentem prædicantes & antiquantem Catholicam Religionem; contra Comites de Stolberg pro restitutione monasterii de Walferslost, a Cæsare decreta; postquam Cæsareus miles ex Imperio fuissset auocatus, serius executioni demandata fuerunt; immo aliqui horum neque ipso, ne sequenti anno sua iura vendicare potuerunt, Item p.* 177. *In Imperio aliquantulum audaciores Ecclesiastici executionem præcedenti anno omissam promouerunt. Archiepiscopus Moguntinus propter Decreta facta a S. M. in conuentu Ratisbonensi ad nostras preces, & beneficio Hispanicarum copiarum Straedam montanam, quam olim antecessores illius Palatinis oppignorauerant, & recenter Regis exercitus inuaserat recuperauit; moxque in illa exercitium Catholicæ Religionis magno animo instaurauit, idem fecit Episcopus Spirensis in aliquot oppidis paulo ante recuperatis, & Herbipolensis Episcopus contra Comitem de Hanau apud Cæsarem restitutionem aliquot monasteriorum ipso interim impetrauit.* Extant de hoc varia scripta apud LONDORPIVM *Tom. III. p.* 766. Extat Edictum Cæsaris Viennæ d. 1. Septembris 1624. apud du MONT *Tom. V. p. II. p.* 463. Varia edita reperiuntur apud KHEVENHILLER *Tom. X. p.* 485. 727. HELVICVS *lib. XIII. p.* 448.

34) HISTOIRE DES TRAITTES DE PAIX. *Tom. I. p.* 260.

35) MERC. G. B. *Tom. XV. lib. III. p.* 53. vbi etiam capita fœderis exponuntur. CARAFA *p.* 180. 197. BELLVS *lib. VIII. p.* 813. PVFENDORF *lib. I. §. XLIV.* Extant tabulæ fœderis apud LONDORPIVM *Tom. III. p.* 711. cum variis consultationibus & iudiciis de hac Liga. KHEVENHILLER *Tom. X. p.* 622. Auctor tamen de l' HISTOIRE DES TRAITTES DE PAIX. concedere non vult, Ligam Auenioni fuisse conclusam, dum *Tom. I. p.* 260. sic scribit: *Plusieurs Auteurs Italiens en font mention & les Espagnols la donnant comme certaine, en ont pris occasion de louer la prudence du Comte Duc d' Olivarez qui fut disposer l' orage que cette ligue fit fondre de son tems sur les Etats de la Maison d' Autriche. I' ay deia declaré plusieurs fois que ie croyois ce Traité faux & l' ay rapporté plusieurs raisons de cette opinion.* Adde p. 291.

36) PIASECIVS *c. l.* Quid in Parlamento Anglicano desuper fuerit actum, vberius exponit KHEVENHILLER *Tom. X. p.* 412.

37) CARAFA p. 174. *displicebat summopere Regi, quod miles Cæsareus peracto prælio Lipstadium serio obsedisset, & locum tam munitum expugnasset; sed magis, quod totam illam viciniam, Sparenburgum, Herfordium, Rauensburgum, aliaque loca versus Paterbornensem, & Hildesimensem diœcesim occupasset: immo maxime, quod miles omnis in hybernaret, Hassiam ad limitem inferioris Saxoniæ deduceretur, quare non parum sibi, suisque, quos pro filiis prensauerat, Episcopatibus metuebat; iamque non contentus Verdensi, Halberstadiensem, Bremensem, Lubecensem ac Osnabrugensem, vt tanto commodius consistueret suum regnum Interamnisticum, ambiebat. Hinc transmisso Comite Oldenburgensi ad Cæsarem, qui veniam Palatino impetraret, ipsemet Rex ad Ducem Brunsuicensem excurrit, & Magdeburgensem pseudoadministratorem primo, deinde alios illius districtus Regulos, & præpotentes ciuitates ad arma cogenda sub alio prætextu prouocauit.* LEO van AITZEMA I. D. p. 51. *Derhalven veel redenwaren, waerom men de noch overige Proteſtantſche militie behoorde te assisteren; op dat niet ghebeele macht Soo van de Keyserſche als Ligiſche quame af te facken,*

tur Maio menſe 1625. Circuli Saxoniæ inferioris conſuentu, Segebergæ de milite congregando fuit decretum, & Daniæ Rex, in Ducem Circuli, Cæſare licet contradicente, fuit creatus, 38) Chriſtiano Seniore Brunſuicenſi, qui hoc munus vndecim annos geſſerat, eidem renuntiante. 39) Imp. tamen ſignificabant, ipſorum delectus ſaltim ad Circuli facere defenſionem. 40) Spinolam etiam per ſingulares litteras hortabantur, vt deſinat Chriſtianis eſſe moleſtus. 41) Fauebant potiſſimum Dano Brunſuicenſes Duces, ipſius e ſorore nepotes, Chriſtianus Wilhelmus Adminiſtrator Magdeburgicus adfinis, & Duces Mecklenburgenſes. Inde miles conſcribitur, & cætera bello neceſſaria magno ſtudio parantur: ſociis non ſpernendam pecuniæ ſummam ſuppeditantibus. 42) Mansfeldius quoque in Anglia, & Chriſtianus Brunſuicenſis in Gallia non inualidas copias conſcripſerant, quæ per Galliam in Alſatiam irrumpere debebant; ſed quas poſtea, Gallis promiſſum tranſitum denegantibus, in Batauos abduxerunt; mox, poſt fruſtra tentatam Bredæ liberationem, in agrum Colonienſem effuderunt, numeris non parum minuentibus crebras ob mortes ac deſertiones. Iſtis Anhaldinum Tillius oppoſuerat. 43) Ipſe contractum e Wetterauiæ Haſſiæque ſtatiuis exercitum in Brunſuicenſium fines ducebat, ac Viſurgis opportuna loca occupabat. 44) Frequens inde litterarum Danum inter, Saxonesque Inferiores, ac Tillium commutatio. Illi, arma nullius in offenſam, ſaltim ad tuendos fines comparata teſtantes, petebant, vt Tillius exercitum remoueat: hoc ferociter reſpondente: milites Cæſaris aues non eſſe, vt in aëre vitam agitare queant. Cæterum ſi ipſi prius exercitum dimittant, ſe quoque abiturum. 45) Idem in conuentu Brunſuicenſi Auguſto menſe 1625. inſtituto, cum legatis Tillianis agebatur, ſed fruſtra. 46) Cæſar vero, Germaniæ libertati vt fræna imponeret, Albertum Wallenſteinium ſiue potius Waldſteinium, quem ob varia in ipſum merita, Fridlandiæ Ducem creauerat, 47) ſeparato cum exercitu ſubmittit, qui occupata ditione Halberſtadienſi ac Magdeburgenſi, compe-

te ſacken, ende deſen Staet (die Sy als een oorspronck ende Source van alles wat teegen haer geſchiede, verdacht hielden) op het lief te vallen. Maer wat was t' d' aſſiſtentie tot nogh toe ghedaen, hadde ſoo weynigh gevordert: Vranckryk hadde haer inenlandſche oorlogh; de Konig in Engeland was oudt, ſlap, ſtondt qualyk met ſyn Parlement; hadde den Churfürſt ſyn Schwager de Beemſche Croon altyde afgeraden; de Koningh van Dennemarcken was wel beliqueux, en de hadde luſt om hetwerck by der handt te nemen; ende tot dien eynde was dit iaer te Segebocrgh in t' Landt de Hollſteyn un by eenkomſte, alwaer den Koning van Dennemarcken, van Beemen voort Koningckl. Schweetſche, Staetſche, Chur-Brandenbourgſche, Brunſuickſche, Mecklenborgſche, ende andre Gesandten by een waren; maer de Koningh van Dennemarcken vondt by eenige niet genoegh reſolutie, by d' andere niet genoegh macht, Vranckryck was afſent. Ende dat Werck alleen by der handt te nemen, was niet radtſaem.

38) CARAFA p. 197. BELLVS *lib. VIII. p.* 889. De hoc conuentu ſcriptum Circuli Saxoniæ Inferioris apud LONDORPIVM *Tom. III. p.* 807. varia ſcripta inter Chriſtianum & Cæſarem apud BELLVM *lib. VIII. p.* 889. MERC. G. B. *Tom. XV. lib. IV. p.* 43. LONDORP *Tom. III. p.* 806. KHEVENHILLER *Tom. V. p.* 786. 793.

39) Extat ſcriptum huius Chriſtiani apud LONDORPIVM *Tom. III. p.* 907. in quo ſcripto etiam huius Conuentus Acta reperiuntur ADLZREITER *p. III. lib. X. n.* 2.

— 40) KHEVENHILLER *Tom. X. p.* 771.

41) Extant apud LONDORPIVM *Tom. II. lib. VI. c. XX. p.* 390. & reſponſio *c. XXI.*

42) PVFENDORF §. *XLIV.*

43) CARAFA p. 199. *ſoluta interim per deditionem vrbis Bredanæ obſidione, & obſidentibus hinc inde diſperſis, etiam defendentes vrbem cum exercitu Hollandorum, qui fruſtra liberationem procurauerant, dimiſi ſunt. Quare Mansfeldius cum magna parte exercitus ad Regem Daniæ profecturus, duodecim mille pedites, & mille equites Geneppæ Moſam tranſiens ad Cliuiam deduxit, deinde prope Emmericum nauibus Rhenum traiiciens, ibidem aliquamdiu inter Reſam, & Veſaliam ſubſtitit, vbi Chriſtianus Halberſtadienſis cum equitibus obambulans integram patriam diœceſis Colonienſis exactionibus infeſtauit, donec Anhaltinus cum octo equitum, peditumque millibus verſus Monaſterium & Osnabrugam ſe receperunt.* MERC. G. B. *Tom. XV. lib. IV. p.* 83.

44) CARAFA p. 200. *Cæſaris interim copiæ non minus, quam Regis Daniæ auctæ ſunt, nam non ſolum legiones, quæ in Belgio fuerant, redierunt; ſed Anhaltinus, & Tillius ex Haſſia, Veterauia, & Paterborneuſi ditione in proximam Viſurgi ſtationem deuenerunt; vt hoſtilibus copiis ſi ita neceſſe foret, ſeſe opponerent, imo ne præuenirentur, Hoxteram & Holzmundam, qui inſignes ſunt vltra Viſurgim aditus, occuparunt, incolatque arma deponere coegerunt, quod vt Danus intellexit; Hammelium, & Mindam ſuum exercitum deduxit; ibique aliquamdiu ſubſiſtens, vt Tillii molimen expectaret.* PVFENDORF *lib. I. §. XLIV.* MERC. G. B. *Tom. XV. lib. IV. p.* 100. BELLVS *lib. VIII. p.* 920.

45) De his plenius MERC. G. B. *Tom. XV. lib. IV. p.* 36. 101. BELLVS *lib. VIII. p.* 903. LONDORP *Tom. III. p.* 813. PVFENDORF *lib. I. §. XLV.* Separatim prodierunt, *Gründliche und Erhebliche Motiuen und Vrſachen, warumb S. Kæn. Mai. in Dennemarck ſich zur Defenſion des Nieder-Sachſiſchen Creyſes unumbgænglich zu Felde begeben müſſen* 1626. 4.

46) Acta huius conuentus plenius exponit BELLVS *lib. VIII. p.* 915. & LONDORP *Tom. III. p.* 824. Separatim proſtat *Eigentliche Verhandlung des Creystages, ſo im Auguſto* 1625. *zu Braunſchweig gehalten*, 1625. 4. KHEVENHILLER *Tom. X. p.* 778.

47) Wallenſteinii ſtatum anteriorem paucis complectitur BVRGVS lib. III. p. 273. *Albertus Volleſtainus*, ait, *Pragæ, ex nobili, ſed priuata familia natus, Cæſari in Foroiulio contra Venetos prima ſtipendia meruit, duarum equitum turmarum ductor, quas ipſe propriis ſumptibus conſcripſerat, inde promotus ad maiores militiæ gradus in bello Bœmico, præſertim in Pragenſi conflictu, ita ſtrenue ſe geſſit, vt paucis poſt annis ad ſupremum militiæ faſtigium a Cæſare eueheretur, factusque Cæſaris Dux Generalis, contra Danum eo ſucceſſu bellauit, vt præter Ducatum Fridlandiæ, Iecinum, aliaque in Bœmiæ loca, Ducatum etiam Megapolitanum, Cæſareo fiſco additum, ſua virtutis præmium habuerit.* THOMAS CARVE quoque Itin. *cap. IX.* huius Wallenſteimii fata exponit, qui etiam addit, eius exilii-mationem creuiſſe, poſtquam Comitis ab Harrach, cuius in aula Cæſaris potiſſima erat exiſtimatio, fi-

liam

pedes Albi iniiceret. 48) A litteris inde paullatim ad manus res reducitur. 49) Dano primordia belli non ſatis fuerunt auſpicata, qui, dum vallum veruſtate collapſum Hamelæ obequitat, improuiſo lapſu in foſſam præcipitatus, aliquot per dies exiguam vitæ ſpem ſuis reliquerat. Eo caſu perterriti eius duces, cum exercitu retro Verdam concedunt, ne forte Tillius capite deſtitutis ingrueret, vtque Brunſuicenſis per Weſtphaliam aduentantes copias ſibi eo tutius adiungeret. Tillius interim nudata præſidiis a Dano loca Hamelam, Mindam, aliaque occupat, 50) ſed ab obſidione Nyenburgi non ſine damno repellitur. Aſt, dum Rex Callenbergam a Tillio nuper occupatam recuperare cupidus, Fridericum Saxoniæ Ducem & Io. Michaelem Oberntrautium cum aliquot legionibus, eo miſiſſet, Tilliani iisdem obuiam procedunt, ac non procul Hanouera vtrumque, poſt acrem pugnam, magna cum copiarum parte IV. Nouembris cædunt. 51) Poſt tamen Rex Stolzenauiam recuperat. 52) Fridlandus vero pontem Deſſauienſem caſtello firmat. 53)

§. XXV. Inter hæc, Comitia Edenburgi habenda ad XIII. Octobris 1625. indicuntur, vt, dum de Gabrielis Bethleni bellicis adparatibus varius hactenus rumor fuiſſet, de imminentibus Vngariæ periculis, Cæſareis mandatis inpoſterum promouendis, eorumque violatoribus puniendis, de polygamia, de Turcicis Canifienſis præſidii excurſionibus refrænandis, de prædonibus caſtigandis, Arrabonis fluuio purgando, aliisque regno neceſſariis conſulerent. 54) In iisdem Comitiis renuntiari fecit filium ſuum maiorem natu Ferdinandum duxiſſet vxorem. PVFENDORF *lib. VI. §. XVIII.* 10. CHRISTOPH. WAGENSEILIVS *Exerc. Varii argumenti Exerc. V.* oſtendit, Albertum hunc fuiſſe omnino quondam Academiæ Altdorfinæ Cinem d. 29. Septembris 1599. in matriculam relatum, vanum tamen eſſe dicit, quod carcere illo ſquallido, antro canino, *das Hundsloch* dicto, in ipſum fuerit animaduerſum, licet ob varios exceſſus a Concilio Academico ad certam mulctam fuerit condemnatus.

48) CARAFA p. 200. *cum vero Danicus exercitus in dies excreſceret, conſtaretque, iam ex Anglia magnam vim pecuniæ fuiſſe ſubminiſtratam, eique præter Mansfeldii, & Chriſtiani Halberſtadienſis copias in proxima Osnabrugenſi ditione graſſantes; Vinarienſis Ducis ter mille equites, quorum Legatus erat Fuchſius, item Obertrautii Equitum Magiſtri duas legiones acceſſiſſe moxque maiores copias ab Hollandis & Gallis expectari, voluit Cæſar etiam altero exercitu Tillio multis præſidiis extenuato ſuccurrere, Wallenſteinio itaque Principi curam dedit; vt nouas copias conſcriberet, illisque militem veteranum ex Bohemia, & Morauia in formam integri exercitus vniret. Quod quam citiſſime exequutus, ſpatio duorum menſium exercitum viginti trium millium ad limitem Bohemiæ prope Aggramdeducit; illoque ibidem inſtrato, mox relictæ ad lecum Norimberga in Franconiam optimo ordine perrexit, ſextisque caſtris Magdeburgenſium & Brunſuicenſium ſines attigit, occurrit huic exercitui in viarum anguſtiis difficillimis Dux Brunſuicenſis euocata Nobilitate, & vicinis quamplurimis militibus mixtis, per quos aliquantulum repulſus Wallenſteinius ad Gottingham oſtiduo ſubſiſtere coactus fuit; donec adueniente Tillii milite ad ſex millia, & viam ſternente latiorem, aditum intuenit. Tunc ſuperatis ſimul ſyluis & anfractibus, plenis greſſibus in ſuperiorem Saxoniam, non ab ea parte, quæ Tillius caſtra fixerat; ſed verſus Halberſtadium irrupit; atque non ita poſt Halberſtadium, Halam, & totam Magdeburgenſem ditionem intuſit.* PIASECIVS p. 378. BELLVS *lib. IX. p.* 921. PVFENDORF *lib. I. §. XLV.* KHEVENHILLER *Tom. X. p.* 890.

49) Quid per legatos æque ac litteras, Rex Danorum apud Cæſarem egerit, docet LVDOLPH *lib. XXI. c. II. n.* 38. BELLVS *lib. V. p.* 518. 546. 571. 640. THEATR. BVR. *Tom. I. p.* 433. HELVICVS *lib. IX. p.* 331. CARAFA *p.* 95. 100. 123. PVFENDORF *lib. I. §. XXXV.* LONDORP *Tom. II. lib. VI. c. XXIV. ſqq. c. XLIX.*

50) CARAFA p. 200. *Hammelii inter luſtrandas noctu excubias ex crepidine mœniorum in foſſam cum equo lapſus, non exiguum vitæ periculum ſubiit, quare poſt ea, tam Hammelium, quam Mindam deſerens, vt maiores copias expectaret, in Verdenſem diœceſim ſuccеſſit. Tillius vero deſertam Hammeliam occupauit, Mindam, exiguo præſidio trecentorum tantum militum immiſſo, ſui iuris fecit; illamque vrbem poſtea magis ac magis muniuit.* PIASECIVS *c. l.* MERC. G. B. *Tom. XV. lib. IV. p.* 115. 131. PVFENDORF *lib. I. §. XLVI.* LVDOLPH *lib. XXV. c. II. n.* 31. WASSENBERG *im Teutſchen Floro p.* 94. regem ebrium fuiſſe dicit.

51) CARAFA p. 201. *Interim Tillius maiori ſecuritate, poſquam fruſtra Nienburgum oppugnaſſet, & Regi Daniæ negotium faceſſere non deſiiſſet, in ſuis expeditionibus progrediebatur, hoſte non parum meruente nouum exercitum. Iamque ſemel Tillius ſatis magna clade afflictus, non ſolum cum Gardum, & Grottum, Ducum Legatos amiſiſſet, ſed cum ſenientes ruſtici aliquot turmas Croatorum & Wallonum diſſipaſſent; ſeſe deberat ſubducere, verum ad Wallenſteinii acceſſum rurſus irrumpens inſignem victoriam non procul ab Hannobria 4. Nouembris retulit: quando in conflictu cecidit Fridericus Dux Saxoniæ Altenburgenſis perfidus, qui dudum Neoſtadii captus, Cæſarique conciliatus ſaucie ſponderat, ſe non amplius contra Suam Maieſtatem militaturum: & Oberntrautius Danici exercitus inter equites Tribunus præcipuus, cuius obitu non parum Danici conſternati, pacis mentionem fecerunt; quæ tamen pe patuit ex decurſu, non niſi ad colligendas vires tempusque extrahendum ordinata fuit.* PIASECIVS p. 378. BELLVS *lib. IX. p.* 921. PVFENDORF *lib. I. §. XLVI.* LVDOLPH *lib. XXV. c. II. n.* 34. MERC. G. B. *Tom. XV. lib. IV. p.* 160. KHEVENHILLER *Tom. X. p.* 526. De ſubiectione Ducis Altenburgenſis KHEVENHILLER *Tom. X. c.* 826.

52) CARAFA p. 225. *Rex Daniæ Stolzenauiam recuperauerat, magna Tillianorum clade; qua victoria inſolentior euaſit, maxime vbi intellexit, Mansfeldium Stadenſem ciuitatem attigiſſe atque ibi multorum tormentorum bellicorum apparatu inſtructum copias velle cum ſuis coniungere, cum tamen Tillius, impetrato Kalenbergio, ac tunc Hannoueram ambiens; magno conatu ſtudebat præpedire quod Danus animaduertens, Hannoueram præſidio ſex millium firmans, ipſum Mansfeldium in agrum Bremenſem cum decem millibus hyberna molientem expellauit.* PVFENDORF *lib. I. §. XLVI.*

53) PVFENDORF *c. l.*

54) CARAFA *p.* 206. qui etiam Comitiorum acta plenius exponit. BELLVS *lib. IX. p.* 935. KHEVENHILLER *Tom. X. p.* 693.

Ferdinandum III. Regem Vngariæ, qui ibidem VIII. Decembris solemni ritu fuit coronatus. 55)

§. XXVI. Eodem anno 1625. m. Septembri ab Electore Moguntino Comitia Deputatorum Vlmam indicebantur, ad eademque omnes Electores, ex Principibus Ecclesiasticis Herbipolensis, Constantiensis, Monasteriensis Episcopi, ex secularibus, Austriacus, Bauarus, Brunsuicensis, Brabantinus, Pomeraniæ Duces, Mauritius Hassiæ Landgrauius, Abbas Weingartensis, Fürstenbergius Comes; Ex Ciuitatibus Colonia atque Noriberga conuocabantur. 56) Interim Nouembri mense 1625. nouus Brunsuici institutus fuit Conuentus Ordinum Circuli Saxoniæ Inferioris, quo Saxonum Electoris, nec non Brandeburgensis, & Pomeranus legatos miserant, atque in constitutione inducrarum laborabant. 57) Neque iam multum ab illis abhorrebat Rex Daniæ, qui, vt rebus Danicis propter ipsius absentiam periclitantibus, consuleret, in quindecim dierum a prima Decembris, deinde in trium mensium inducias consensit, quibus coram Brandeburgicis & Saxonicis legatis tota ditionis inferioris Saxoniæ controuersia discutienda. 58) Verum, has Mansfeldius, totam fere Luneburgensem ditionem feliciter occupans, præpediuit. 59) Postea, Saxoniæ Inferioris Ordines petierunt, vt durantibus induciis, omnes oppressiones, exactiones, depopulationes cessarent. Cæsarei e contrario postulabant, vt copiæ exauctorarentur, de Mansfeldio, Christiano Brunsuicensi, aliisque contra Cæsarem arma ferentibus tradcretur cautio, quod nihil inposterum contra Cæsarem agitarent, nulli milites absque expressa Cæsaris licentia conscriberentur, nulli exercitui suppeditaretur contra Cæsarem commeatus, annona, aut transitus. Præterea, vt damna, Cæsari & Principibus Imperii, maxime Christiano Seniori duci Luneburgensi illata rependerentur. Tandem, vt occupatos Comitatus, Hoiensem, Diepholtanum, Bruckhusanum, aliasque vrbes & arces restituerent, præsidia imposita dimitterent, ac Paci Religionis viuerent conformiter. Fœderati vero Principes abductionem exercitus Cæsarei, liberum Religionis exercitum, iurisdictionem in suis ditionibus tam hæreditariis quam adquisitis postulabant. 60) Decembri mense Conuentus Hagæ Comitum instituebatur Legatorum Regum Angliæ, Sueciæ, Bethlemi, ipsorum Ordinum Hollandiæ & aliorum inimicorum Domus Austriacæ, qui omnes in restitutionem Palatini erant conspiraturi. 61) Conclusum equidem IX. Decembris a. 1625. inter M. Britanniæ, Daniæque Regem atque Ordines Belgii fœderati fœdus, de auxiliis Dano præstandis, 62) cum reliquis tamen nihil potuit concludi. Bethlemi enim Legatus sine sufficientibus mandatis comparuerat, alia tamen expectabat Suecus: nec dum aduenerant alii Legati. Interim conditiones fœderis sanciendi perpendebant; & quia remotiores minoribus periculis fuberant, minoraque commoda expectabant, hinc minoribus sumptibus grauari volebant. Alii etiam in fœdere faciendo segniores, eo tempore, quo adhuc dubitabatur de conuentu Brunsuicensi, manum cohibuerant; & rem communem paratiori animo tractandam in subsequentem Martium remiserant. Interea Angli Legationem ad Regem Galliæ; & Dani ad Saxonicum & Brandeburgicum Electores suscipiebant; Hollandi ad ciuitates Hanseaticas, Camerarius ab exule Palatino ad Regem Sueciæ, & cuncti in XX. Martii 1626. cum paratissimis mandatis ad feriendum fœdus comparere debebant. 63) Dum e contrario Imp. cum Hispano, Papa & Liga Catholica de arctiori fœdere laboraret. 64)

§. XXVII. Primo vere 1626. omnes se ad arma præparabant, Daniæ Rex publice propositis expeditionis suæ causis, pecunia quidem destitutus, 65) ast nouis Hollandorum,

55) PIASECIVS *p.* 379. CARAFA *p.* 221. LVDOLPH *lib. XXV. c. II.* THEATR. EVR. *Tom. I. p.* 871. BRACHELIVS *lib. II. p.* 102. KHEVENHILLER *Tom. X. p.* 703.

56) KHEVENHILLER *Tom. X. p.* 758.

57) CARAFA *pag.* 225. 226. 228. PIASECIVS *p.* 379. BELLVS *lib. IX. p.* 914. 922. & *lib. X. ineunte.* PVFENDORF *lib. I. §. XLVII.* THEATR. EVROP. *Tom. I. p.* 859. 971. HELVICVS *lib. XIV. pag.* 411. LONDORP *Tom. III. pag.* 835. KHEVENHILLER *Tom. X. p.* 801. *sqq.*

58) CARAFA *p.* 226. 229. LONDORP *Tom. III. p.* 838. KHEVENHILLER *Tom. X. p.* 830.

59) CARAFA *p.* 226. PIASECIVS *p.* 379.

60) Late CARAFA *p.* 228. PIASECIVS *p.* 386. LONDORP *Tom. III. p.* 839. PVFENDORF *lib. I. §. XLVII.* BELLVS *lib. X. p.* 940.

61) CARAFA *p.* 202. Extant varia scripta inter Circuli Status & Tillium apud KHEVENHILLER *Tom. X. p.* 778. 1202.

62) Extant tabulæ fœderis in RECVEIL *Tomo III. p.* 236.

63) CARAFA *p.* 202.

64) De his Consiliis vberius KHEVENHILLER *Tom. X. p.* 1049.

65) CARAFA p. 227. *magna interim auxilia Rex Dania ab Hollandis, Anglis, & Gallis expectabat: dubius postea de eorum fide Legatos expediuit; apud illos tamen tarda erant omnia. Rex Gallus quidem pecuniam aliquam per Epessium Legatum suum, prout fama vulgatum fuerat, transmiserat: sed Anglis, & Hollandis Ordines tergiuersabantur, nam infeliciter Anglicana classis cum decem mille peditibus, & aliquot equitibus, centum & quinquaginta nauibus insolitis instrumentis bene instructa, & in Hispaniam ad portum Caletensem delata, ibidemque exposita, male pugnauerat; acriter stationem sibi commissam defendente D. Ferdinando de Giron, cuius industria & fortitudine in vno prælio octingenti Angli, & 300. equi interierant, acquisitis octo tormentis bellicis; post quam victoriam fere totidem disperso milites in terra profugi perierant: cæteri vero in exiguo satis numero in vrbitu tempestatis iniuria pereussi, & commeatu destituti, infirmique in Angliam sub finem huius anni redierant, nullo omnino fructu suæ expeditionis collecto. Quare postea non modica regni Ordinum, & particularium mercatorum, partem in hac expeditione habentium lis orta fuit; quam vt Rex sedaret; suos aliquamdiu domi continere, vt vires resumerent, omnino debuit.* BELLVS *lib. IX. p.* 933.

Extat

rum, Mansfeldii & Halberstadtiensis copiis auctus, sexaginta millia militum in suo exercitu numerabat; illos in tres exercitus similes diuidens. Vnum Christianus Halberstadtiensis regebat, cui Daniæ Rex Brunsuicensem ditionem Friderici Vlrici, quem suspectum habebat, adsignauerat, 66) qui Episcopatum Osnabrugensem, Hildesheimensem, Mindensem, aliosque infestaret, vt commeatum & pecuniam extorqueret. Alterum Rex ipse iuxta Visurgim gubernabat, qui Tillio itidem progredienti opponebatur; eratque ille inter duos alios medius, vt cæteris laborantibus consilio & auxilio adesset. Tertius exercitus Mansfeldio commissus fuerat ad Albim. 67) Sed Christianus Brunsuicensis post fruſtra tentatam Goslariam, cum Northeimum, Gœttingam & Mundam præsidiis firmasset, Guelferbytum reuertit, vbi paullo post, VI. Maii non sine veneni suspicione extinguitur. 68) Mansfeldius vero sumpto per Brandenburgicas terras itinere, in Anhaltinam ditionem accedens, Seruesta occupata, castellum ponti Dessauiensi a Fridlando adpositum expugnare adgreditur, insaſto conatu. Nam repente superueniens Wallensteinius, magna cum clade XXV. Aprilis 1626. Mansfeldium repellit, eundemque cum copiarum reliquiis in Marchiam cedere cogit. 69) Mansfeldius vero reparatis vtcunque copiis, adsumtoque Io. Ernesto Vinariensi duce, in Silesiam tendit, Cæsareos ad Oppelium profligat, inde ad Betlenum transiturus, qui & ipse denuo fortunam aduersus Cæsarem erat tentaturus. Wallensteinius, vbi Mansfeldii consilium animaduertisset, raptim copiarum partem per Lusatiam præmittit, quæ extremum ipsius agmen carperet, ipse toto cum exercitu insecuturus. Ac Mansfeldius quidem, post multa in itinere exhausta incommoda, tandem in Hungariam per Silesiam penetrat, 70) vbi Betlenus se iam mouere cœperat, Cæsareanosque ad Posonium profligat. Sed incumbente acriter Wallensteinio, perterritus Betlenus, & quia Turcarum auxilia ob acceptam a Persis cladem languide accedebant, pro more suo super inducias tractare instituit, quæ etiam vsque ad Aprilem mensem 1627. fuerunt conclusæ, interim pacem facit. 71) Mansfeldius igitur, postquam tormenta sua & impedimenta militaria Bassæ Budensi vendidisset, per Turcicas ditiones ad Venetos iter suscipit, fortunæque damna alia via reparaturus; ni morte in Bosnia prope Zaram oppressus, Austriacos pertinaci hoste liberasset. 72)

§. XXVIII.

Extat vero Christiani IV. Edictum, sub titulo: *Gründliche und erhebliche Motiven und Vrſachen, warumb Kœn. Mai. in Dennemarck und Norwegen Chriſtian der Vierdte ſich zur defenſion des Nieder-Sæchſ. Kreyſes unumbgangleich zu Felde begeben müſſen 1626. 4.*

66) CARAFA p. 230. *Rex quo ſecurior eſſet de fœdere, & de Brunſuicenſi ditione, loco ad belli impetum ſuſtinendum delecto, ſuſpectum Ducem Vlricum Fredericum Brunſuicenſem maiorem natu, ad ſe in Hoſſatiam euocatum ditione propria ſpoliauit; eique animoſiorem Chriſtianum Halberſtadienſem Pſeudo epiſcopum ſubſtituit non ſine Ordinum Ducatus Brunſuicenſis aliqua indignatione; eo quod non Chriſtiano, ſed Vlrico ſacramentum dixiſſent; neque facile ludum iſtum pilæ inſtar admiſerent; ſed Rex facilium ex neceſſitate, & ad tempus tantum, cui ſeruire oporteret, exciſauit.* LONDORP *Tomo III. p. 873.* vbi etiam ſcripta extant, qua ratione Cæſari ſe ſubiecerit Fridericus Vlricus.

67) CARAFA *p. 235.*

68) PIASECIVS *p. 387.* Iniquus in eundem CARAFA p. 238. ſic ſcribit: *Chriſtianus, licet inuio more ſuo ſeruitus in Hoſſia militem conſcripſiſſet; ex quo rurſus Mauritius Hoſſius, & Hoſſiacis perfidia notati ſint, nihilominus ſecundo ſui dominii menſe infirmitate perculſus, inter extremos dolores, tyrannis iconoclaſtis ſacrilegis Eccleſiam Dei inſeſtantibus familiares, ex hac vita deſperabundus deceſſit. Eutſcerato corpore, præter maculata inteſtina vermis inuentus fuit in corpore viuus aliquot vlnarum, qui in illo anno, nec ex vna cauſa prognatus vitam adoleſcentis vix vigeſimum nonum ætatis annum attingentis præmature abſumſit, cæterisque Eccleſiam Dei, ſacra lipſana, & ſacras fortunas infeſtantibus horrorem incuſſit.* PVFENDORF *lib. I. §. XLVIII.* BELLVS *lib. X. p. 953.* HELVICVS *lib. XIV. p. 479.*

69) Latius hoc proelium describit CARAFA *p. 236.* PIASECIVS *p. 387.* BELLVS *lib. X. p. 947. 957.* PVFENDORF *lib. I. §. XLVIII.* ADLZREITER *p. III. lib. XI. n. 22. 23.* WASSENBERG *p. 101.* THEATR. EVR. *Tom. I. p. 922.* KHEVENHILLER *Tom. X. p. 1234.*

70) CARAFA *pag. 252.* PIASECIVS *cit. loc.* KHEVENHILLER *Tom. X. p. 1241.*

71) Qua ratione Bethlen Gabor ad Conuentum Hagæ Comitum legatum suum miserit, ipsiusque propositionem integram refert CARAFA *p. 239.* Inducias vero inter ipsum & Ferdinandum II. XX. Nouembris a. 1626. & pax Decembri mense facta, extant in RECVEIL *Tom. III. pag. 252.* BELLVS *lib. XI. p. 41.* CARAFA *p. 274. 280.* Varia scripta huc facientia apud LONDORPIVM *Tom. III. p. 931.* KHEVENHILLER *Tom. X. p. 1283. 1285.*

72) PVFENDORF *c. l.* Hæc Mansfeldii fata satis expressit PIASECIVS *p. 388.* scribens: *& quidem Mansfeldius, vt alias diximus, a clade Deſſauienſi in Sileſiam conuerſus, magnos progreſſus fecerat: fuderat apud Oppolium Cæſarianos, quorum Dux Annibal de Dona etiam vulnus acceperat in illo conflictu: occuparat non in Sileſia tantum, ſed & in Morauia plura Oppida, vt Kozle, Iagendorfium, Tefinam, Ratiboriam, Tropauiam, omnemque illam oram, qua liberum tranſitum ad fines Vngariæ ſibi aperirct, in ſuam poteſtatem redegerat: & relicto Duce Vinmarienſi cum Baudiſio ac octo millibus militum pro cuſtodia illorum locorum interceptorum, in Vngariam tranſferat; vbi Cæſarianis in territorio Poſonienſi magnam ſtragem intulit, integra eorum legione Vallonica cæſa; Gaboreus quoque ad famam ipſius aduentus collecto numeroſo exercitu, totam Vngariam ad nouandas res concitarat, ac commouerat Budenſem Baſſam, vt circa Neoſelium & Strigonium caſtella quædam ad Imperatorem pertinentia expugnaret & Nouigradiam obſeſſam ad neceſſitatem deditionis prope adigerit. Sed audita Dani clade, & intellecto quod neque ab Hollandis neque ab Anglo ſubſidia pecuniaria certo habere poſſet, indeque timeret ne tota belli moles ſibi ſoli incumberet, in caſtris circa Conuentzium patem, cura Eſterhaſii Palatini Vngariæ ad menſem Aprilem anni proximi compoſuit cum Valnſteinio, qui eo cum copiis Imperatoriis aduenerat, & vinci poterat non prælio nec ferro, ſed cunctatione & inedia, inuriſique humidioris tunc Autumni, quibus iam eius copiæ adeo diminutæ fuerant, vt ex viginti millibus ipſius equitum in Vngariam*

§. XXVIII. Danus interea Osnabruga occupata, filium primogenitum eius præfulatus Coadiutorem creari curat, præpropere nimis, cum mox Danica præsidia per Comitem Anholdinum inde eiicerentur. 73) E contrario Tillius ex agro Paderbornensi in Hassiam progressus, Hirsfeldiam & alia complura loca occupat, Munda quoque per vim expugnata atroci militis præsidiarii & ciuium cæde edita. Vbi etiam Landgrauius Mauritius Ludouico Darmstadtiensi Rheinfelsam, & Chattorum arcem Rheno imminentem per sententiam huic adiudicatam, tradere cogitur. 74) Inde Tillius Gottingam deditione capit, ac Danos ab obsidione Callenbergæ, submisso Ludouico Iacobo Fürstenbergio, non sine clade repellit. Sed, cum Northeimium obsidere pararet, Rege cum vniuerso exercitu adproperante, Göttingam recedebat, vbi aliquot legiones a Wallensteinio & Lüneburgico submissæ ipsi iungebantur. His copiis auctus, Regem in Eichsfeldiam transgressum insequi constituit. Qui numero se inferiorem videns, per impedita loca Guelferbytum retro tendebat. Sed Tillius abeuntem premere, & per triduum velitationibus infestare, donec ad Lutteram Brunsuicense oppidum ad montem Barenberg XXVII. Augusti 1626. Danus magno prœlio vinceretur. 75) Hinc cum reliquis, & subsidiis octo millium, quæ ipsi Angli Belgæque submiserant, circa Verdam ad Visurgim aliquos pagos vastauit, & inde progrediens, Hoyam arcem cepit, Nienburgum etiam Episcopatus Bremensis, & Stoltzenauiam commeatu introducto subleuauit, & tandem in hyberna concessit. 76) Impetus victoris infesta a Dano Saxoniæ loca Bremam vsque, Guelferbyto, paucisque aliis exceptis, trahebat. 77) Fridericus igitur Vlricus Dux Brunsuicensis, Georgius etiam Dux Luneburgensis Cæsaris gratiam paciſci properabant. 78) Ioannes vero

conductis, vix quatuor millia cum equis ad hiberna redierint. Atque ita resplente Gaboreo a foedere Anglico, Mansfeldius, vt Camerarius prædixerat, periit. Et quidem in pactis illatam cum Cæsarianis inducarum Gaborens cauerat ei securitatem reditus ad propria, eiusque sociis ac militibus, sed ipse cum qualiuis cautione non satis tutum sibi fore reputans per medios Cæsarianos redire, tormenta sua bellica & impedimenta militaria vendiderat Bassæ Budensi, ac per Turcicas ditiones impetrato transitu ad Venetos, cum Dalmatiam attigisset, prope Zaram morbo ex itinere concepto interiit. CARAFA *p. 257. 258. 261. 263. 278.* LVDOLPH *lib. XVI. c. II. n. 23. sqq.*

73) PIASECIVS *p. 386.* PVFENDORF *lib. I.* §. *XLVIII.* KHEVENHILLER *Tom. X. p. 1235.*

74) PIASECIVS *c. l.* CARAFA *pag. 256. 267.* BELLVS *lib. X. p. 948.* PVFENDORF *c. l.* LONDORP *Tom. III. p. 927.*

75) PIASECIVS p. 387. *nihilominus Tillius interim feliciter rem gessit. Mindam vi expugnauit Veidenbrucum & Gottingam deditione cepit; partem copiarum Danicarum apud Calenbergam missо cum triginta sex equitum turmis, & mille quingentis peditibus Comite Fürstenbergio fudit, sexcentis ex eis cæsis, & quinque signis equitum captis, ex parte vero sua Ioanne Martino, Horiurio, Seurio, Tribunis, ac circiter sexaginta gregariis militibus desideratis. Ipsemet vero Tillius decima Augusti die (quo etiam electus fuerat Rex Romanorum Francofurti Ferdinandus II.) obtinuit victoriam apud Lutheram pene omnibus aliis quæ præcesserant, celebriorem. Northemio imminebat Tillius & sufficisse poterat Dano, quod ipsum ab obsidione illius oppidi recedere coëgerat: sed eum non satis tunc instructum ad pugnam, ac Gottingam quo transitus erat difficilior recedentem, dum audius insequitur, in loca iniquiora ab exploratoribus male cognita præcipitauit. Tillius itaque auctus interim quatuor legionibus peditum & turmis tribus equitum a Valasteinio sibi summissis, in tali opportunitate rei bene gerendæ consuerso cursu, Danos ex illis angustiis eluctari, iterumque versus Volfenbutelam ad tutiora transire admitentes, integro triduo velitando distinuit, vt subsistere & pugnandi copiam dare deberint prope Lutheram Ducis Brunsuicensis Arcem, vbi prælio commisso post acerrimum vtrinque conflictum, Danici succubuerunt. Cæsorum ibi in ipsa acie, præcipue ex peditatu quinque millia numerabantur, cum aliquot Ordinum Doctoribus: capti plusquam bis mille, inter quos insigniores Tribuni non pauci & Centuriones, Vicarii, Signiferi propе centum.* Aberrat vero PIASECIVS in prœlii die, quem certius ad diem XXVII. Augusti definunt relationes apud LONDORPIVM *Tom. III. lib. VIII. cap. LXXXV. LXXXVI.* Locum definit CARAFA *p. 262.* iuxta montes Barenbergenses, non procul a munito castro Lutterensi: ADLZREITER *p. III. lib. XI. n. 64.* WASSENBERG *pag. 108.* BELLVS *lib. XI. p. 7.* PVFENDORF §. *XLIX.* KHEVENHILLER *Tom. X. pag. 1267.* HELVICVS *lib. XIV. p. 485.* THEATR. EVR. *Tom. I. p. 931.* AITZEMA *Tom. I. p. 550.* De his Dani conatibus sic iudicat. SILHON Ministre d'Etat P. II. p. 288. *La Ligue Protestante, qui prit Son Origine de la intervenue brouillerie entre les Prætendans à la Succession de Cleves, & acheva de croistre & de se former, sur le suiet de l' Election du Comte Palatin au Royaume de Bohеme. Le Premier grand eſchec qui luy survint luy fut mortel; & elle fut si estourdie de la perte de la Bataille de Prague, qu' elle ne put iamais s' en remettre; & toût ce que le Roy de Dannemarck, Halberſtat & Mansfelde ont depuis fait pour reſtablir ce Party, n' a servy qu' a le faire plus long temps languir, & a reſſemblé à la vertu des eaux precieuſes qu' on donne aux malades deſeſperez qui leur font bien revenir le coeur, & leur allongent la vie de quelques heures; Mais qui ne les remettent point en ſanté, & ne les empeſchent pas de mourir.*

76) PIASECIVS *c. l.* CARAFA p. 274. *Hollandi enim, Angli & Galli sub fine æstatis octo mille submiserant pedites, ex quibus filius ipsius Regis ex Holsatia & Dania quinque mille transmiserat, qui vna cum copiis pseudo administratoris statim post victoriam coniunctis, exercitum quindecim millium efficiebant, cum quo Rex Hoyam oppugnare decreuerat.* PVFENDORF *c. l.*

77) PIASECIVS *c. l. Tillius vero prosequens victoriam Neostadium, Steinbrucum, Hanobriam, Verdam, & plura alia victima ibi Oppida ad recipiendum præsidium Cæsarianum coëgit, ac totum Comitatum Hoyensem, præter Arcem Hoyam, & Episcopatus Bremensis ditionem, præter Niemburgam occupauit. Wolfenbutela quæ tam facile hyeme imminente oppugnari non poterat, in fide Dani mansit, pacto vt Tilliani Ciuitatem libere ingredi, & vicissim Ciues extra exire ac negotiari secure possent.* BELLVS *lib. XI. p. 12.* KHEVENHILLER *Tom. X. pag. 144.*

78) CARAFA *p. 266.* BELLVS *lib. XI. p. 10.* PVFENDORF *cit. loc.*

vero Albertus ac Adolphus Fridericus, Megapolitani Duces cum Cæsaris præsidia recipere decreuissent, præueniente Dano & præcipuis ipsorum oppidis militem immittente, destinata exequi prohibebantur, atque obsequium Dano præstare cogebantur. Vnde Cæsari in Duces offensæ ansa sumebatur, quam post ditione exuti sensere. 79)

§. XXIX. Eodem adhuc anno 1626. in Austria Superiore a rusticis quoque fuit tumultuatum, ob prohibitam Proteſtantium religionem iratis, qui ducibus vtebantur Stephano Feidingero & Achatio Villingero calcearo. Hos repetitis præliis acriter resistentes, Godefridus Henricus Pappenheimius tandem insequenti anno in ordinem redegit. 80) Interim Ioannes Ernestus Vinariensis Dux in Silesia residens, non modice vires suas firmabat, apud Tropauiam munitis locis metabatur, inde per Silesiam, Morauiamque late excurrens. Aduersus istum Wallensteinius factis cum Betleno inducijs, tendebat; sed mors propera Ducem istum magni animi medios inter conatus abripuit. 81) Daniæ quidem Rex Administratorem Magdeburgensem & Turrium Comitem in Silesiam miserat, exercitui in locum defuncti Io. Ernesti Vinariensis præfuturos. Sed Wallensteinius suppletis suis copiis, & occupatis a. 1627. oppidis, Litschwicio, Carnouia, Koselia, & Troppauia, istum exercitum tota Silesia exturbabat. Pars militum, quæ sub Carpezano Tribuno fuerat, post missionem dispersa; reliquos sub Baudisio duce per Poloniæ fines in Marchiam euadere conantes immissus a Wallensteinio Pechmannus, Tribunus cecidit, quo tamen in prælio & ipse occubuit. 82) Et licet Georgius Fridericus Marchio Durlacensis senior, qui sedem Basileæ fixerat, Anglicana & Gallicana pecunia exercitum in Alsatia conscripsisset ex Gallis & Heluetis, cum quo partes Rheni inuaderet & Palatinatum pristino domino restitueret, ipsi etiam se ciuitas Basileensis adiunxisset, erantque, qui vererentur, ne omnes Heluetii huic bello implicarentur; missio tamen a Cæsare in Alsatiam Leopoldo Archiduce, cum aliquot peditum equitumque legionibus, omne molimen euanuit. 83)

§. XXX. Partis his victoriis, Cæsar in restitutionem religionis Catholicæ propensissimus, varia bona ecclesiastica mandat restitui. 84) Electores vero Ecclesiastici d. 26. Septembris 1627. super hac restitutione consultationem suam Cæsari miserunt. 85) Inde mense Septembri a. 1627. in campo Strigoniensi inter Imp. atque Turcas pax fuit conclusa. 86) Eodem anno 1627. Daniæ Rex positis inter Visurgim atque Albim castellis, progressus Cæsareorum sistere nitebatur, ac per excursiones, Luneburgensem ditionem vastabat. Tillius autem apud Tangermundam Albi superato, loca per Marchiam a Danis insessa occupat; iisdemque Hauelberga exturbatis, Hauelam fluuium transit. Mox, incumbente simul Wallensteinio, Boitzeburgum ac Lauenburgum recuperat, ac Regiis semper cedentibus in Holsatiam tandem penetrat. Cæsæ ibi, quas Durlacensis Marchio ducebat, copiæ; nec minus illæ, quæ in intimam Iutiam, Alburgum vsque refugerant. Captum quoque Rensburgum; sic vt Regi e Cimbrica Chersoneso, præter Crempam & Glückstadium nihil restaret. Interea Fürstenbergius Northeimum capit, non sine suorum clade, actis ad desperationem præsidiariis, ob negatas honestas deditionis conditiones, quas tamen postea, bis acriter ab oppugnatione repulsus, vltro offerre cogebatur. Nyenburgum quoque Anholdino se submisit, qui omnem ad Visurgim tractum, & Bremensem ditionem, Stada excepta, in potestatem redegit. 87) Tandem & Pappenheimio Guelferbytum decitur, obstructo Ockeræ aluco inundatum. Iste rerum successus 88) Danum non solum impediuit, ne quod meditabatur, in Silesiam copias mitteret, 89) sed etiam Georgium Guilielmum Brandeburgicum Electorem subegerat, vt Bauarum Collegam adgnosceret, Cæsaris militi transitum hospitiaque pollicitus, suosque Dano militantes auocans. Inde late per Marchiam, Mecklenburgensem ditionem & Pomeraniam Cæsaris se miles dissundit, ac prouisiciales grauissimis exactionibus pro libidine exhaurit. 90)

§. XXXI.

79) CARAFA p. 282. *in hunc finem Rex celebratis Comitiis in Holsatia, ab Ordinibus bis mille equites, & sex mille pedites obtinens Ducem Megapolitanum vna cum tota sua ditione in ipsius obsequium nouo sacramento fidelitatis & societatis, frustra aliter monente Cæsare, adegit.* PVFENDORF *cit. loc.* KHEVENHILLER *Tom. X. p. 1326.*

80) De hoc late PIASECIVS *p. 389.* CARAFA *p. 253. 259. 264. 270.* BELLVS *lib. X. p. 940. 951. lib. XI. p. 44.* WASSENBERG *p. 136.* LYDOLPH *lib. XXVI. c. II. n. 32. lib. XXVII. cap. II. n. 36. 37.* HELVICVS *lib. XIV. p. 493.* THEATR. EVR. *Tomo I. p. 935.* LONDORP *T. III. p. 925.* ADLZREITER *p. III. lib. XI. n. 35.* KHEVENHILLER *Tomo X. p. 1112. seq.* late Idem *p. 1464. seqq.* huius belli finem describit.

81) PIASECIVS *p. 389.* CARAFA *pag. 272.* BELLVS *lib. XI. p. 34. lib. XII. pag. 85.* PVFENDORF *§. L.*

82) BELLVS *lib. XI. pag. 44.* PVFENDORF *l. c.* CARAFA *p. 281. 294. 304.*

83) CARAFA *p. 277.* PIASECIVS *pag. 397.* WASSENBERG *p. 136.*

84) Huius varia adducit exempla CARAFA *p. 283.* Idem Germaniæ fuæ sacræ varia adiecit diplomata, restitutionem religionis concernentia.

85) Extat apud KHEVENHILLER *Tomo X. p. 1450.*

86) Extat ista apud KHEVENHILLER *Tomo X. p. 1505.*

87) CARAFA *p. 293.* PVFENDORF *lib. I. §. L.* PIASECIVS *pag. 398.* KHEVENHILLER *Tom. X. p. 1429.*

88) CARAFA *p. 309.* de hac occupatione varia scripta apud LONDORPIVM *Tom. III. p. 978.*

89) CARAFA *p. 277.*

90) CARAFA p. 257. *harum autem copiarum intuitu Electior Brandenburgicus missit e suis, qui Cæsaris*

§. XXXI. Hyberna militum præsidia per vniuersam fere Germaniam deducta, cum multorum oppressione, Electorum, aliorumque Principum animos exacerbauerant; vt serio de pace constituenda deliberare decreuerint. Hinc Electores & Principes fœderis Catholici sibi ipsis diem Herbipoli a. 1627. indixerunt, vt opportuno consilio maximis incommodis occurreretur. In eo primum ventilata fuit Cæsaris fortuna, & auctoritas nimium potens, quæ vni Wallensteinio commissa singulis fere Germaniæ prouinciis ad nutum imperabat. Quod cum omnibus displiceret, tum vel maxime his, qui nonnihil sibi, fusque familiæ detrahi existimabant; nec tamen omnino huic potestati audebant sese opponere: nam non parum res Catholica videbatur promouenda, si victoriæ iam obtentæ possent continuari. Non deerant, quibus Comitia Imperii Generalia placebant, quæ rursus alii iudicabant conuocari non posse, cum nec Imperator illa postulasset, neque præsens Imperii status illa pateretur. Quare in præfato Conuentu Deputatorum parum in publicis deliberationibus effectum, nisi quod Legati ad Cæsarem destinati fuerint, Metternichius Electoris Moguntini, & Curtius, Electoris Bauarici Consiliarii; qui querelas de militum exactionibus & corrupta instituerent disciplina. 91) Præparatorius tamen fuit hic Conuentus alterius, post aliquot menses Mulhusium euocati, in quo Electores in persona debeant adesse, & Cæsarem rogare, vt & ipse suos destinaret, qui de Imperio in commune consulerent. Sed is Conuentus aliquoties dilatus, non nisi in principio hyemis fuit habitus, ibidemque XIX. Octobris prima sessio & prima propositio ab Imp. fuit facta, cui alteram Moguntinus subiunxit, qua ratione Pax Germaniæ sit restituenda, sed nihil fuit decretum, potius omnia ad Comitia Imperii Generalia fuerant reiecta. 92) Paullo post hunc conuentum, Rex Daniæ per Comitem de Oldenburg solennes conditiones pacis proposuit Cæsari; obtulitque, se velle in Danism retrocedere, si Cæsar e diuerso, locis omnibus occupatis in inferiori Circulo Saxonico cederet, & pristino statui cuncta restitueret, aut saltem illum immunem in omnibus redderet, seruato iure suo, fuorumque filiorum ad Episcopatus prætensos. Hæc vbi obtinere non potuit, se suas-

Cæsaris exercitum hospitio exciperent, & vim deprecarentur, cum certa verbali atque scripturali cautione, se in fide Cæsaris permansurum, quod vt magis Cæsar crederet, hactenus dilatum assensum ad promotionem Electoratus Ducis Bauariæ, tunc perlibenter submisit, seque in omnibus Cæsari cum Electore Saxoniæ pariturum sancte promisit. Idem p. 305. testatur: *quapropter Elector Brandenburgicus, vt prius Brunsuicensis fecerat, suos e castris Danicis reuocare decreuit, plerique enim non ex pleheio, sed ex equestri, & ciuium ordine, ei Regi militabant, & in propriæ patriæ perniciem illi exactiones imponenti assistebant, imo præsidia habentes Ruppini, Frisaci, Zedenici, & Liebenwoldi sumptus menstruos a Brandenburgicis exigebant, postea illos, licet serius Cæsari fidus, sub graui pœna reuocauit, ac solis Cæsareis copiis necessaria quæque præberi mandauit; imo omnes suos tam equestri loco natos, quam ciues, & rusticos cis & vltra Oderæ flumen commorantes, equis validissimis, scruis, puluere tormentario, globulis, & omnibus armis instructos ad omne signum adesse iussit, vt hostes propulsarent: ideo etiam Cæsarea præsidia Berlini, Francofurti & alibi libenter admisit, adeo copiosa, vt iam Marckam Brandenburgicam possent Imperio suo subiicere, & libere superatis confidere. Ex hac tam propitia Electoris Brandenburgici erga Cæsarem voluntate, nata fuit fama, illum Catholicæ religioni nomen daturum, cuius fœlicissimi nuncii famam auxit; quod non ita pridem multos e suis prædicantibus, quod vehementius populum concitassent, officio priuasset, modestioribus aliquot subfabricatis, per quos auctoritas & obedientia Cæsaris stabiliebatur, & singulis integra fides erga suam Maiestatem serio commendabatur.* Subiectio autem ista iam facta incunte a. 1627. prout ex scriptis apud LONDORPIVM *Tom. III. p.* 940. 984. patet. BELLVS *lib. XII. p.* 90.

91) CARAFA *p.* 279. BELLVS *lib. XII. p.* 88. ADLZREITER *p. III. lib. XII. n.* 5.

92) CARAFA *pag.* 279. PIASECIVS p. 397. *Sub id quoque tempus in fine Octobris & initio Nouembris Conuentus Electoralis Mulhusii fuit celebratus, in quo Imperatoris Legati proposuerant ad deliberandum, quomodo pax vniuersalis Germaniæ restitueretur, debita pro bello præterito contralla solueretur: & si pax componi non posset, sumptus proiuderentur pro vlteriori defensione Imperii. Electores, Moguntinus & Saxoniæ soli præsentes ibi aderant, alii per Legatos, sed colloquio facto omnia illa negotia ad Generalia Germaniæ Comitia reiiciebantur, nec quidquam pro tranquillitate publica fuit definitum; quinimo nouas diffidentias commouerat ibi iniecta mentio ex Conuentu Ligæ Catholicæ Herbipoli nuper celebrato, de restituendis bonis Ecclesiarum Catholicarum, & reducenda pace Religionum ad concordiam Passauicensem. Anno Christi* 1555. *Quod tamen longioris belli causam futuram nemo tunc suspicabatur, præsertim quod arma Imperatoria vincere non cessarent, eisque nemo se oppositurus crederetur.* ADLZREITER *p. III. lib. XII. n.* 35. *sqq.* SPANHEIM *Memoires p.* 283. THEATR. EVROP. *Tom. I. p.* 991. IAC. MASENII *Ann. Treuir. lib. XXIV. p.* 484. HELVICVS *lib. XV. p.* 538. LVNIGII *Staati-Consilia Tom. II. pag.* 145. LVDOLPH lib. XXVII. c. II. n. 25. Extant Acta huius Conuentus apud LONDORPIVM *p.* 994. Arcana in hoc Conuentu Statuum consilia detegit CARAFA *p.* 280. *reuera tamen secreto, & principaliter vt potentiam Cæsaris deprimerent, & illorum, aliorumque Principum Imperii libertas, & priuilegia non solum conseruarentur, sed augerentur.* Cæsaris vero consilia exponit PVFENDORF *lib. I. §. LI.* dicens: *cæterum e Mulhusino conuentu nullus in publicum fructus, nisi quod Cæsar per istum ad euertendam plane Ordinum libertatem viam sibi strueret, dum velut in Comitiorum locum ipsos e paucis, sibique fere obnoxiis congressus fouet, quibus sola consultandi nulla decernendi facultas relinqueb atur, & quorum consilia pro lubitu Cæsar assernari poterat.* Quæ vero causa fuerit dilati Conuentus, ipse etiam tradit CARAFA *p.* 311. *Dudum etiam controuertebatur, quinam forent admittendi, an soli Electores, an Principum Legati, an ipse Cæsar. Varii etiam euentus, plerumque fælices pro Cæsareo exercitu, in dies statum causæ, & consiliorum rationes immutabant.* Idem tamen *pag.* 323. quædam capita de Friderici Palatini submissione in hoc conuentu decreta proponit, quæ Cæsaris potius fuisse videntur, quam Statuum. KHEVENHILLER *Tom. X. pag.* 1428. 1446. vbi illos, qui huic conuentui interfuerint, recen-

ſe ſuasque controuerſias Electorum Collegio diiudicandas propoſuit: 93) cum vero nec iſta ſuccederent, & Wallenſteinius illi Cæſaris nomine longe alias conditiones propoſuiſſet, quæ ſolum regnum Danicum ipſi relinquerent, expenſas reſtituere, & perpetuo Epiſcopatibus prætenſis cedere iuberent; 94) indictis nouis ſui regni, ditionumque Comitiis multo violentius ſeſe ad arma præparabat. 95) Palatinus inter illa, de reconciliatione cogitabat, & aliquas conditiones componens, rogabat Ducem Lotharingiæ, nec non Ducem Würtenbergenſem, vt ſuas vices interponerent. Dicta igitur Septembri menſe fuit dies Colmariæ, ad quam Legati Palatini Andreas Pawel & Io. Ioachimus Rusdorf cum plena commiſſione parendi adeſſe debebant. Verum, in tradendis plenipotentiariorum litteris non exigua fuit difficultas, quæ in plures menſes fuit extracta. Tales etiam conditiones a Cæſare proponebantur, quas præſtare penes Palatinum non erat, & ab hoc oblatæ moderationes plane reſpuebantur. 96)

§. XXXII. His ad Septentrionem pro Cæſare feliciter procedentibus, Imperator Vienna Pragam tranſierat, vbi coronatio Ferdinandi III. d. 25. Nouembr. & Eleonoræ Auguſtæ d. 23. Nouembris ſolenni ritu peragebatur. Nouum ibi videbatur de ordine Eccleſiaſtico introducto, qui a ducentis & amplius annis locum non habuerat, in ſeſſionibus Statuum regni, ſed tanquam externus, aut coronæ Regiæ inſertus habitus fuerat. 97) Propoſuit Cæſar in primis Comitiis, regni inſtaurationem, legum nouarum obſeruantiam, vicinorum Principum amicitiam, perpetuam pacem, hoſtium, ſi ingruerent, reiectionem, limitanearum arcium defenſionem, promptum armorum apparatum, deperditarum ditionum recuperationem, & filii ſui coronationem, ad quam omnes Ordines inuitauit. Dum antea de prioribus conſulerent, & tam Imperatricis, tam filii coronatio adornaretur, nouique regni Magiſtratus inſtituerentur, Corona regni caute aſſociata Pragam delata fuit. Hinc, inconſultis Ordinibus Eleonora Auguſta die XVIII. Nouembris 1627. in Bohemiæ Reginam, Ferdinandus III. vero die XXIX. Nouembris ab Archiepiſcopo Pragenſi Cardinali ab Harrach in Regem Bohemiæ fuit coronatus. 98) Hinc etiam die Sabbathi recordationi S. Ignatii Sacro 1627. Edictum de reformatione Regni Bohemici facit publicatum, quo omnes Euangelici, niſi intra ſpatium ſex menſium ad Catholicam religionem ſe conuertant, de regno mandat migrare. 99) Cum Turca etiam Sultano Murath Han in campo Szönienſi anno 1627. induciæ denuo prorogantur. 100) Interim, dum Pragæ demoraretur Imperator, receperat Auſtriam ſuperiorem, cousque nomine Hypothecæ ſubiectam Duci Bauariæ, pro ſumptibus belli, qui ad tredecim myriades (*millionen*) florenorum computabantur, cum per Palatinatum Superiorem, qui per Tractatus Monachienſes XXII. Februarii 1628. concluſos, Bauaro plene cedebatur, ipſi ſatisfactum fuiſſe videretur. 1)

§. XXXIII. Inter hos victoriarum progreſſus, Maris etiam Balthici imperium tentatum, frenando ſeptentrioni, ſimul ſubiugandis Batauis, quorum commercia nauigatione illius maris fundantur. Multa iam olim cum Polonis fuerant conſilia arcana de Belgarum in mari Balthico commerciis euertendis, Hiſpanorum ſtabiliendis, ſubiugandaque Dania, 2) quæ nunc eo facilius in effectum duci poſſe videbantur. Tentabantur igitur miſſo ad eosdem Schwartzenbergico Cæſare Ciuitates Hanſeaticæ, licet fruſtra, 3) dum etiam Daniæ Rex miſſo ad easdem Ioachimo Kratzero legato, harum quoque opem implo-

recenſet. Adde *Tom. XI. pag.* 98.

93) CARAFA *p.* 280.

94) CARAFA *p.* 316. extant iſtæ Conditiones apud LONDORPIVM *Tom. III. p.* 992. KHEVENHILLERVM *Tom. X. pag.* 440.

95) CARAFA *c. l.*

96) CARAFA *p.* 280. 303. PVFENDORF *c. l.* Extant Acta apud LONDORPIVM *Tom. III. pag.* 995. *Tom. IV. p.* 668. *&* MEVERVM *Lond. ſuppl. Tom. I. p.* 771. du MONT *Tom. V. p. II. p.* 519. ADLZREITER *p. III. lib. XII. n.* 8. LVDOLPH *lib. XXVII. c. II. n.* 30. KHEVENHILLER *Tom. X. p.* 1521.

97) CARAFA *p.* 331. Ritum Coronationis KHEVENHILLER *Tom. X. p.* 1414. vbertus deſcribit.

98) CARAFA *p.* 332. PIASECIVS p. 397. *interim Imperator Vienna Pragam tranſierat, & fecerat Imperatricem coronari Reginam Boemiæ ſub finem menſis Nouembris, ſimulque renuntiauit Regem Boemiæ* (*nulla forma Electionis ſeruata vt olim, ſed abſoluto iuſſu, iuxta nouam pragmaticam perpetuæ hæreditatis*) *filium ſuum Ferdinandum conditione adiecta, quod viuente Patre, non deberet vſurpare Rex nouus illius Regni adminiſtrationem.* THEATR. EVROP. *Tom. I. p.* 1014.

99) Extat apud du MONT *Tom. V. p. II. p.* 500.

100) Extant cum Ratificatione Ferdinandi II. data Viennæ d. 10. Septembris 1628. apud du MONT *c. l. p.* 501. Adde KHEVENHILLER *Tom. X. p.* 1471.

1) PIASECIVS *p.* 400. ADLZREITER *p. III. lib. XIII. n.* 1. CARAFA p. 339. *ſcrio interim Cæſar per Comitem de Trautmansdorf Arcani Conſilii Conſiliarium apud Electorem Bauariæ ceſſionem ſuperioris Auſtriæ exegebat, pro qua ſua Maieſtas hæreditarium donationem ſuperioris Palatinatus eidem Electori pia commutatione offerebat, & ſubditi ipſi Auſtriæ magis erga Cæſarem, quam erga Bauarum propenſi, non contemnendam ſummam ſignati auri ſexcentorum millium florenorum liberaliſſime addiderant.* Idem *p. g.* 343. Extant tabulæ iſtæ apud LONDORPIVM *Tom. V. p.* 796. du MONT *Tom. V. p. II. p.* 538. 542. 544.

2) Hæc conſilia latius exponit PVFENDORF *lib. I. §. LII.* KHEVENHILLER *Tom. XI. p.* 123.

3) PIASECIVS p. 398. *in animum autem Chriſti, Milleſimum, Sexcenteſimum, Vigeſimum Octauum, alia longe diuerſa belli illius ducendi rationes Cæſarianos exceperunt. Ad maritima enim delati, vbi ſinus aquarum ad Inſulas inuadendas trajiciendi, & Ciuitatibus oppugnandis auxilia e mari inter-*

cludun-

imploraret, 4) Wallenſteinius a Cæſare, inaudito hactenus exemplo, ſupremus claſſis præfectus per Oceanum ac mare Balthicum declaratur, collato in eundem ineunte anno 1628. Mecklenburgico Ducatu, quem velut in pignoris vicem, ob ſumptus in id bellum factos tantisper obtineret, 5) qui tamen a. 1629. pleno feudi iure in eundem fuit translatus, Megapolitanis Ducibus publicis ſcriptis deſuper proteſtantibus. 6) Occupato litore, portuque Wismarienſi, claſſi comparandæ incumbitur, negotiumque datum Comiti Mansfeldico, Wismariæ tunc præfecto, vt quindecim naues bellicas extruendas curaret, quibus & Sigismundus, Poloniæ Rex ſuarum aliquot adiungebat. 7) Inde & Pomeraniæ manus iniiciebantur, quæ, licet toto bello extra omne armorum contagium remota, immenſo Cæſarei militis agmine inundabatur; grauibusque exactionibus premebatur, 8) cuius vnicus Dux, prolisque expers, minore cum inuidia Cæſarem hæredem habiturus videbatur. Eumque in finem iam Bauarus actionem in Pomeraniam a Ludouico Romano, Ludouici IV. Imperatoris filio deriuatam, vbi Ducem fato fungi contingeret, meditabatur, qua Brandenburgicus ſucceſſione, quæ pacto ipſi debebatur, excluderetur. Stralſunda potiſſimum tentabatur, Maris Balthici oſtium. Poſtulabatur, vt ea præſidium Cæſareum reciperet, magnam pecuniæ ſummam ſolueret, & alia, quibus litis materia quærebatur. Cum ea vrbs haut conſentiret, mox occupata a Cæſareis Rugia inſula, XVI. Maii 1628. obſidione cingitur. Ciues hoſtis hactenus ſemper victoria inſolentia haut territi, ad vim propulſandam ſtrenue ſe parant, quibus aliquot peditum cohortes Danus auxilio miſerat. Sed præcipua fiducia in Rege Sueciæ erat, qui, cum facile intelligeret, quanti ſua intereſſet, Cæſarem littore Balthico non potiri, vltro puluerem pyrium, quem iſti a Gedanenſibus petierant, ſubmiſit, ac per Legatum auxilia prolixe obtulit, cupientesque valido milite firmauit. His ſubſidiis aucti oppidani, acriter ſæpius repetitos Cæſareorum inſultus repulerunt, eosque, poſt amiſſa duodecim militum millia XXII. Iulii obſidium ſoluere coëgerunt. Tentata quidem poſt cum vrbe fuit compoſitio; ſed nihil fidi a Cæſare expectans, fœderi Sueciæ Regis d. 22. Iulii 1628. 9) eſt innexa, eidem facilem mox in Germaniam ingreſſum factura, Fridlando, fruſtra, vt Suecicum præſidium oppido deduceretur, poſtulante. 10)

§. XXXIV. Eodem anno 1628. controuerſia ſuborta fuit de ſucceſſione Mantuana. Franciſcus III. Dux Mantuæ a. 1612. deceſſerat, relicta vnica filia Maria, ex Margaretha Sabauda. Succedebat illi germanus frater Ferdinandus, & huic iunior frater Vincentius II. qui cum prolem non haberet, Mariam iſtam in matrimonium dederat Carolo II. Niuernienſi Duci, adgnato ſuo, ſucceſſionis Mantuanæ declarauerat hæredem. Mortuo igitur a. 1628. Vincentio, non ipſe, ſed pater ipſius Carolus I. Dux Niuernienſis, ex iure adgnationis fidelitatis iuramentum a ſubditis Mantuanis recepit, mittens ad Imperatorem epiſcopum Mantuanum, petiturum, vt pro cliente haberetur. Sed Hiſpani

cludenda eſſent, ſine claſſe valida rem gerere non potuerunt. Ad eam vero comparandam accinctis, plurimæ difficultates occurrebant. Miſerat Imperator Comitem Szwartzenbergium ad Conuentum ſocietatis Anſiaticæ Lubecæ ſub hoc tempus celebratum, poſtulans, vt operam ſuam ſocietas illa conferret ad inſtruendam huiusmodi claſſem, qua mercaturæ ipſius exercitio contra monopolia Anglicana & pectigalium in tranſitu Helleſponti Danici Zund dicti iniurias vſui eſſe poſſet. Verum reſponſum accepit, quod Ciuitatibus non eſſet tutum ſuſcipere bellum contra Principes maris illius Dominos, in quorum locis commorari & negotiari conſueuerunt: Imperiales etiam Ciuitates illius oræ maritimæ requiſitæ, vt præſidia Cæſarea reciperent, & claſſem in ſuis portubus pro Cæſare armari permitterent, omnino recuſarunt, præter Vismariam & pauca loca vi occupata a Delegato Valnſteinii Arnhemio. KHEVENHILLER *Tom. X. p.* 1510. CARAFA *p.* 336. extant de hoc varia ſcripta apud LONDORPIVM *Tom. III. pag.* 1004. PVFENDORF *c. l.*

4) Extat huius oratio apud KHEVENHILLERVM *Tom. X. p.* 1520.

5) Extat de hoc Propoſitio Cæſaris Commiſſariorum ad Ordines Guſtrouiæ a. 1628. congregatos, apud LONDORPIVM *Tom. III. p.* 1012. PIASECIVS *p.* 397. 290. LVDOLPH *lib. XXVIII. c. II. n.* 40. Diploma conceſſionis reperitur apud du MONT *Tom. V. p. II. p.* 546. KHEVENHILLER *Tom. XI. p.* 61. qui etiam Acta exhibet, qua ratione Fridlandio dictus Ducatus fuerit traditus.

6) Extat *Kayſerlich Manifeſt oder wohlgegründete Deduction der Vrſachen, warumben beede Gebrüdere, Hertzog Adolph Friedrich und Hans Albrecht von Mechelburg, Ihrer Fürſtenthumben und Landen priuirt und entſetzt worden, de dato Wien den IX. Iunii* 1629, apud LONDORPIVM *Tom. IV. p.* 8. KHEVENHILLER *Tom. XI.* 683. THEATR. EVROP. *Tom. I. pag.* 1047. cui Duces oppoſuerunt *Fürſtliche Mecklenburgiſche Apologiam* 1630. 4.

7) PIASECIVS *pag.* 399. KHEVENHILLER *Tom. XI. p.* 783.

8) Prima enim pacta de ſucceſſione in Pomeraniam a. 1338. inita fuerunt inter Ludouicum Romanum, Ludouici Bauari Imp. filium, tunc Electorem Brandeburgicum, de quibus MICRAELIVS *Pomer. Chronic. lib. II. p.* 331. SCHWRTZFLEISCH *Originibus Pomeranicis §. VIII.* PVFENDORF *c. l.* Iſta vero pacta defuncto a. 1464. Ottone III. Stettinenſium victimo, a. 1480. ſub Alberto Achille, Electore denuo fuerunt confirmata, & Bogislai, atque Ordinum litteris, de ſucceſſione, ſi maſcula linea Ducum Pomeraniæ deſineret, fuit cautum. 10. CERNITIVS *Hiſt. Elect. Brandenb. pag.* 38. MICRAELIVS *pag.* 156.

9) Extat hoc fœdus apud du MONT *Tom. V. p. II. p.* 549.

10) CARAFA p. 345. *ciues Stralſundi* (*quæ eſt ciuitas Ligæ Hanſiaticæ in Pomerania*) *ob occupationem a Cæſareanis inſulæ Rugiæ, & ob propugnaculum ab iisdem erectum in paruæ inſulæ, quæ eſt e regione canalis, ſeu portus ciuitatis, nimium deſuæ libertatæ dubitantes, inito conſilio cum Rege Daniæ, præfatum propugnaculum ſtricta obſidione oppugnarunt, ac tandem expugnarunt, quod indigne ferens Colonellus Arnheim, ad caſtigandam eorum rebellionem, cum duodecim millibus armatis cæpit obſidere ciuitatem, ſane non valde maturo conſilio, ob multa, ſed*

Hiſpani Gallicis adfinitatibus & patrociniis potentem Principem, vicinum Mediolano habere nolentes, Principem de Guaſtalla, remotiorem quidem gradu, ſed ex eadem Gontzagarum ſtirpe genitum, præferri ei in illa hæreditate optabant; & effecerant, vt Imperator ius ipſius in dubium vocans, Legatoque illius renuntiari fecerit, quod ipſum tanquam legatum Ducis Niuernienſis, quem pro Duce Mantuæ non agnoſceret, admiſſurus non eſſet, niſi prius ille arreptam auctoritate propria poſſeſſionem Feudi Imperialis dimitteret, & ius ſucceſſionis, ſi quod ibi prætendat, in iudicio ſuo probaret, pareretque iudicato. 11)

§. XXXV. Batavi interea, ne mari Balthico excluderentur, plures naues armabant, & per Laurentium Realem præſidia duorum millium ſcloperatiorum Regi Daniæ eorum ſumptu alendorum offerebant, per quos ipſe anguſtiis Sundæ conſuleret, inſuper & alios quater mille ſubmittere promiſerunt. Sed Daniæ Rex Batauorum copias ad tuendum fretum admittere nolens, promiſſas auxiliares copias alibi quidem collocandas non detrectabat. 12) Deſperatis igitur rebus Danicis, ſub initium anni 1628. Conuentum Ordinum regni Danici, admiſſis etiam Legatis Hollandicis & Suecicis, inſtituit, vt de reparanda fortuna deliberaretur. Ordines quidem Daniæ bellorum pertæſi, ſedulo pacis rationem inculcabant. Hollandi vero & Sueci nihil omittebant, quo Regi vindictam ſpiranti, eandem vt facilem ex poſſeſſa adhuc Crempena & Glückſtadtio perſuaderent. 13) Hinc Daniæ Rex confirmato cum Anglo & Sueco ac Hollandis fœdere, vires iterum collegit, claſſeque maxima valens, bellum a. 1628. inſtaurauit, Cæſareanorum præſidia ex Femera Inſula & Eeklenfurto eiicit, Wolgaſto ac Vfedomia inſula intercepta, tranſitus a Stettino, ne commoditati illorum inſeruirent, obſedit; & plurimas etiam naues, quas circa Wismariam, ac a Rege Poloniæ mutuo conquiſierant, variis præliis conquaſſauit. Tillius interea cum alio exercitu circa Holſatiam commorans, poſtquam initio menſis Maii iſtius anni præſidium Anglicum cum Præfecto Morgano Stada decedere coegiſſet, inde progreſſus, Crempam, & Glückſtadtium mari vicinum & opportunum recipiendis ibi auxiliis, cum ad iſta arcenda claſſe careret, damni multum in longa & inani locorum illorum oppugnatione accepit. 14) Dum etiam Cæſarei partem copiarum in Poloniam, partem in Italiam ad bellum Mantuanum amandaſſent, Daniæ Rex, miſſo Morgano in ditionem Holſatiæ ac Slesuicenſem, plurimas ditiones ſuas, eiectis præſidiis Cæſareanis recuperauit, 15) Profuit hoc ad Tractatum pacis Lubecæ a Delegatis Cæſareis Danicisque tota hyeme inani labore continuatum, tandem, vrgente potiſſimum bello Mantuano, 16) XII. Maii 1629. faciliores conditiones Danus obtinuit, vt receptis terris ſuis, rerum Imperii nonniſi vti Dux Holſatiæ amplius curam haberet. 17) Inſuper Regi facultas

ſed præcipue, quod non poterat impedire ſubſidia, quæ per mare ventura erant. Qua ratione Stralſundenſes cum Wallenſteinio egerint, idem poſtea exponit *p.* 347. PIASECIVS p. 398. *alias vero potentiores Ciuitates contra talem iuſſum etiam armis ſe municrant, & Stralſunda vsque obſidionem grauiſſimam prope anno integro propterea ſuſtinuit, demumque vicit, ipſimet Valiſtenio, qui eam totis viribus promouebat, magna clade illata: Deinde Inſulam Denholmiam ſuis littoribus propinquam ab Arnhemio occupatam recuperauit auxiliis Dani & Sueci Regis, quæ Cæſariani claſſe deſtituti prohibere non valebant.* HELVICVS *lib. XVI. p.* 564. THEATR. EVR. *Tom. I. p.* 1066. Le VASSOR *lib. XXV. p.* 773. Extant apud LONDORPIVM *Tom. III. p.* 1017. varia Acta & Scripta cauſſam hanc Stralſundenſem concernentia. KHEVENHILLER *Tom. XI. p.* 186. *ſqq.* Ipſi vero Stralſundenſes publico nomine euulgarunt ſcriptum cum hoc titulo: *Gründlicher Bericht von der Hanſeſtadt Stralſundt, wie anno* 1627. *die Einquartirung daſelbſt begehret, aber gülich abgehandelt, und gleichwol folgig Gewalt unterſchiedlich wider ſie verübet, auch von der Belagerung, Stürmung, und was dabey und weiter bis zum Abzuge des Feindlichen Kriegsvolcks vorgangen, nebſt Beylagen. Stralſund* 1631. 4. PVFENDORF *lib. I. §. LIII.* ADLZREITER *p. III. lib. XIII. n.* 19. LVDOLPH *lib. XXVIII. c. II. n.* 41. Tractatus Stralſundenſium cum Suecorum Rege, Guſtauo Adolpho conclusus, exhibetur in RECVEIL *Tom. III. p.* 255. Rationes, quæ Guſtauum impulerint, vt Stralſundenſibus ſubueniret, exponuntur apud PVFENDORF *lib. II. §. IV. ſqq.*

11) PIASECIVS *p.* 399. PVFENDORF *lib I. §. LV.* LVDOLPH *lib. XXVIII. c. I.*

12) CARAFA *p.* 329. *Facit huc* 10. IOACHIMI RVSDORFII *Claſſicum imminentis communis deſeriminis, quo denuntiatur & præfinitur, quantum quemque vicinum periculum immineat Angliæ, Galliæ, & reliquis regnis ac Prouinciis Europæ, ſubiugata Germania, & victo Dano, & quam neceſſe ſit, Dano & Germaniæ periclitanti & belligeranti abſque omni mora ſuccurrere,* inter ipſius Conſilia *p.* 207.

13) CARAFA *p.* 335. Facit huc RVSDORFII Conſilium *p.* 181, quo conſultum & Reip. Chriſtianæ eſſe perutile, demonſtrat, vt Rex Magnæ Britanniæ claſſem ſuam in auxilium Regis Daniæ mittat. Eiusdemque *Examinatio Politica, quid de expeditione Regis Daniæ, & de fœdere inter eum, & Regem Magnæ Britanniæ ordinetque Magnæ Britanniæ, ordinesque Batauos concluſo poſſit cenſeri & vt Rex Sueciæ & Electior Brandenburgicus illi accedere teneantur.*

14) PIASECIVS *p.* 398. PVFENDORF *lib. I. §. LIV.* ADLZREITER *p. III. lib. XIII. n.* 11. KHEVENHILLER *Tom. XI. p.* 210.

15) PIASECIVS *p.* 410. CARAFA *p.* 346. 347.

16) PIASECIVS *c. l.* Addit hanc rationem PVFENDORF *c. l. erant, qui crederent, Fridlandum occaſionem honeſte bello ſeſe extricandi cupide amplexum, quod deficientibus ſtipendiis, quæ tanto exercitui ſufficerent, & corrupta plane diſciplina, rem ſuo ex ingenio gerere non poſſet, ac metueret, ne gloria parta bello diutius extracto deſtrueretur.* Dum autem pacis Tractatus hærerent, prodiit *Daniæ Regis Declaratio cum adnexis Probationibus, cur Pax in Imperio non ſit reſtaurata, Hafniæ* 1628. 4.

17) Summam pacis hoc modo refert PIASECIVS p. 410. *nempe vt amicitia inter Imperatorem & Danum Regem veteſta coloretur: Danus rerum*

cultas conceſſa nouum vectigal per quatuor annos in Albi flumine exigendi, quod Glückſtadri a. 1630. erectum, ſed a. 1637. contradicentibus Ciuitatibus iterum finitum. 18) In hac pace mentio Ducum Mecklenburgenſium nulla fiebat. Deſtinauerat ad eundem Conuentum Guſtauus Adolphus Suecorum Rex legatos ſuos, qui Suecicum militem Stralſunda educendum promitteret, ſi ex vtroque Circulo Saxonico copiæ educerentur, Principes reſtituerentur, præmiſſus etiam a Legatis Ioannes Saluius e Dania Ioannem Lehuſium Lubecam ablegauerat, qui Cæſareis Miniſtris aduentum Legatorum Suecicorum denuntiaret, ac fide publica eorundem ſecuritati caueri poſtularet. Quem citra reſponſum Cæſarei, iuſſu Fridlandi dimittebant, extrema interminati, ſi Legati Suecici Lubecam accedere auderent, id quod inſtigantibus Danis factum fuiſſe dicitur. 19)

§. XXXVI. Inter has Cæſaris victorias, non prouinciæ Auſtriacæ reformabantur ſolum, 20) ſed etiam varia de reducenda in Germaniam religione Catholica & reſtituendis bonis Eccleſiaſticis erant conſilia. 21) Cæſar etiam filium ſuum Leopoldum Guilielmum ad Argentinenſem & Patauienſem Epiſcopatum, reſignante Leopoldo ArchiDuce, iam ante deſignatum, 22) Halberſtadtienſis Epiſcopatus & Abbatiæ Hirſchfeldenſis Adminiſtratorem renunciari curat, 23) in quem etiam Pontifex Præſulatum Magdeburgenſem a. 1628. contulerat, vtut Electoris Saxoniæ filius, abdicato Chriſtiano Guilielmo a Canonicis, ei regimini deſignatus eſſet. 24) Iſtum Bremenſis & alii Epiſcopatus erant ſecuturi. Cæſar quoque per Mandatum Pragæ datum d. 15. Decembris 1627. Argentinenſi vrbi mandat, vt Templum primarium, *das Münſter*, atque alia cum pertinentiis & omni ornatu Capitulo reſtituant. 25) Inde Edictum de reſtituendis bonis Eccleſiaſticis in Au-

Imperii nonniſi vti Dux Holſatiæ curam haberet, & in actionibus reginiis Imperatoris nil corrigeret: Epiſcopatus in Germania non occuparet. Speciali tamen diplomate poſtmodum conceſſerat Imperator eius filio Friderico Epiſcopatum Bremenſem. Inſulas Emeram, Nordſtrand, & alia loca intercepta legitimis Dominis reſtitueret; Vensliam, Stormariam, Holſatiam, Iutriam, Ditmarſiam, Slesuicum & alias editiones ac loca ab Imperialibus occupata integra reciperet, ſaluo Imperatori iure direƈti Dominatus ſuper Holſatia, Stormaria, & Ditmarſia. Expenſæ vtrinque vt compenſarentur, & captiui dimitterentur. Pactis iſtis a parte Imperatoris Rex Hiſpaniæ, Poloniæ, Adminiſtratrix Belgii cum tota Domo Auſtriaca, & Electoribus ac Principibus Ordinibusque Imperii; A parte vero Dani Rex Galliæ, Angliæ, & Sueciæ, & Ordines Hollandiæ includerentur, ſi eis non contradicerent. Sed contradixerunt iſti ſtatim ob non reſtitutum Palatinum, & Mechelburgenſes, ac alios Principes; qua flamma adhuc tunc neglecta paulo poſt tota Germania miſere conflagrauit. HELVICVS *lib. XVII. p.* 1. THEATR. EVR. *Tom. II. p.* 5. ADLZREITER *p. III. lib. XIV. ineunte.* LE VASSOR *lib. XXVI. p.* 127. Extant Acta & tabulæ pacis apud LONDORPIVM *Tom. III. p.* 1078. cum ipſis Actis Pacis in RECVEIL *Tom. III. p.* 258. 276. Antequam pax adhuc procederet, prodiit *Sereniſſimi Daniæ ac Norwegiæ Regis Declaratio cum adnexis Probationibus & Documentis vtri partium imputari poſſit aut debeat, quare in S. Romano Imperio & adiacentibus ei Prouinciis & Regionibus, optatiſſima Pax haƈtenus non ſit reſtituta aut reſtaurata.* du MONT *Tom. V. p. II. p.* 561. De Pacis tractatione KHEVENHILLER *Tom. XI. p.* 125. 147. 161. De Legatis ad hanc Pacem *p.* 666. & Concluſione *p.* 666. *ſqq.* Ipſi Pacis Articuli extant *p.* 675. apud du MONT *p.* 581. HISTOIRE DES TRAITTES DE PAIX *Tom. I. p.* 125.

18) De hac controuerſia inter Daniæ Regem & Hamburgenſes THEATR. EVROP. *Tom. II. p.* 151. & ſingularis extat Apologia Hamburgenſium apud MEYERVM *Lond. ſuppl. Tom. II. p.* 663. Anno 1637. equidem prorogationem petebat Daniæ rex, quam tamen & Cæſar & Collegium Electorale denegabant, quod exhibet LONDORP *Tom. IV. p.* 689. LVNIG *Contin. II. ſect. IV. p.* 73.

19) LONDORP *Tom. III. p.* 1079. PVFENDORF *lib. II. §. XIII.* CHEMNITZ *p. I. p.* 9 HELVICVS *lib. XVII. p.* 4. THEATR. EVR. *Tom. II. p.* 4. De hoc bello ſeparatim extat *Bellum Bohemo-Germanicum*, 1630. 4. LIBORIVS VVL-

TVRNVS *in kurtzer Erzehlung aller vornehmbſten Handel zwiſchen der Beyer Tylliſchen und Kayſerlichen Wallenſteiniſchen gegen der Kœnigl. Dennemarckiſchen Armada* 1628. 4. Facit huc etiam WASSENBERGII *Florus Germanicus.*

20) De hac reformatione plenius CARAFA *p.* 283. qui etiam edictum Ferdinandi II. de reducenda in Bohemiam religione Catholica *p.* 297. inſeruit. Extat *Reformations-patent im Kœnigreich Boehmen* apud MEYERVM *Lond. ſuppl. Tom. II. p.* 730. KHEVENHILLER *Tom. X. p.* 1481. *ſqq. Tom. XI. p.* 313. 527.

21) CARAFA p. 311. *non ita pridem Cæſar conſultus, & ſollicitatus præcipue ab Epiſcopo Auguſtano, Conſtantienſi, & Wormatienſi, nec non ab Abbate Cæſarienſi, & ab aliis grauatis, vt reſtitutiones monaſteriorum, Epiſcopatuum, aliorumque bonorum Eccleſiaſticorum aggrederentur, contra Ducem Wirtembergenſem, & Marchionem Anſpacenſem, in quorum manibus adhuc erant cœnobia Lorſhæ, Brezenhuſienſe, Herbertingenſe, Mulbrunnenſe, Coronæ Regiæ, Bebenhuſianum, Heilbrunnenſe & Reichenhacenſe, quod olim Cæſar Rudolphus II. in fauorem Epiſcopi Conſtantienſis inceperat vrgere. Quare Sua Maieſtas ipſos Electores Imperii conſulere voluit, an ea, quæ merito exigebantur, nunc tandem defunctis tot bellis, deberent reſtitui; neque enim de cauſæ iuſtitia quæſtio erat, ſed de executione, quam Sua Maieſtas absque Electorum iudicio, ac voto ſolus noluit contra plurimorum mentem aggredi illo tempore.* Inde exponit, quid Catholici Electores Cæſari reſponderint, & qua ratione ipſius conſilium adprobarint. Extat etiam hoc reſponſum apud LONDORPIVM *Tom. III. p.* 998. Conſilium Moguntini *p.* 1012. Bauari *p.* 1045. Epiſcopatus, quos Pontificii repetierint, recenſentur in *Summarichen Bericht etzliche nach den Paſſauiſchen Vertrag eingezogene Stiffter betr.* 1629. 4. Extat in THEATR. EVR. *Tom. II. p.* 7. LVDOLPH *lib. XXIX. c. II.* KHEVENHILLER *Tom. XI. p.* 164. 183. *Hiſtorie der Religions-Beſchwerden p. I. c. IV. §. XXXIV. ſqq.*

22) CARAFA *p.* 313.

23) CARAFA *p.* 325. PVFENDORF *lib. I. §. LI.* THEAT. EVR. *Tom. II. p.* 40.

24) CARAFA *p.* 341. PVFENDORF *c. l.* LONDORP *Tom. III. p.* 1021. LVDOLPH *lib. XXVII. c. II.*

25) Extant hoc de negotio *Acta und Handlungen in Sachen Herrn Thum-Dechant und Capitularen des Stiffts Strasburg* 1634. 4.

26) Scripſit

in Aula Cæsarea formabatur, idemque cum Electoribus communicabatur, Catholici illud adprobabant, maxime Bauarus, qui etiam, dum pleræque Ciuitates Imperiales essent Euangelicæ, volebat, vt antiquæ Aduocatiæ Imperiales (*Reichs-Vogteyen*) restituerentur. 26) Mittebantur etiam ad Saxoniæ Electorem Petrus Stralendorfius Imperii Vice-Cancellarius, atque Hermannus Queſtenbergius, Conſiliarius Aulicus, vt huic edicto conſentiret. 27) Tandem vero poſt varias deliberationes, promouente potiſſimum Papali Nuntio, Carolo Caraſa 28) VI. Martii 1629. edictum publicatur, quo bona Eccleſiaſtica a Proteſtantibus, poſt Paſſauienſem transactionem occupata, ſiue mediata fuerint, ſiue immediata, Pontificiis reſtitui iubentur; ſimul declaratur, non eſſe Proteſtantibus iuſtam querendi cauſſam, ſi Lutherani Pontificiorum Ordinum ditionibus expellantur; & quod pax religionis ad eos ſolos pertineat, qui Auguſtanam confeſſionem amplectantur. In recuſantes proſcriptio decernitur, & executio citra exceptionem conſeſtim facienda. 29) Ac vt inſultatio eo foret manifeſtior, exercitus Cæſareus ſub Comite Wolfgango a Mansfeld ſexdecim millium, & amplius peditum, ac mille quingentorum equitum circa Vlmam hyberna fixerat, omnibus metum incutiens, qui reſtitutionem promoueret. 30) Ab Auguſtana vrbe, e Sueuiæ Ciuitatibus ſit initium, quarum ciues publico exercitio Lutheranæ religionis arcebantur. 31) Inde paſſim per omnes Germaniæ regiones conſtituebantur, qui bona eccleſiaſticis adempta adnotarent, res ex edicto ordinarent, ſpretis quæ

26) Scripſit hac occaſione Vlmenſis Syndicus DANIEL HEIDERVS *kurtzen doch gründlichen Diſcurs, ob die alten Reichs-Vogtheyen wieder anund zu Werck gerichtet werden ſollen und können*, quod plane denegabat. Et dum Conſiliarius Epiſcopalis diuulgaret *Beſtandige und wohlgegründete Wiederlegung*, anſam hoc dabat *des Gründlichen hiſtoriſchen Berichts von alten Reichs-Vogtheyen*, quod ſcriptum demum poſt ipſius mortem prodiit *Vlmæ* 1655. 4.

27) CARAFA *p.* 315.

28) CARAFA p. 315. *Egò etiam in re tanti momenti, ex qua Salus Imperii pendebat, vigilantiſſimus, Vienna, licet maximis expenſis, virum verſatum deſtinaui, qui nomine Sedis Apoſtolicæ conſtantiam Electorum promoueret, & decretum laude dignißimum nomine Sanctitatis ſuæ vrgeret, maxime illo tempore, quo plures vndique accurrebant, vt ipſorum forſitan conſilcretur. Sic Brunſuicenſis, ſic Holſatus, Mindenſis, Luneburgicus, Landgrauii Haſſiæ, Wirtenbergenſis Dux, Duces Saxonici, Vinarienſis, Coburgenſes, & Altenburgenſes, inſuper Hiſpanici, & Gabonei Legati. Quidni etiam Sedes Apoſtolica, cuius res nel maxime agebatur, mitteret, qui ſollicitam manum adhiberet?*

29) PIASECIVS p. 410. *auxerunt etiam mox diſſidiorum in Germania materiam edicta Imperatoris ſeueriora*, 6. Martii *ipſius Anni C.* 1629. (*propter prolixitatem omittuntur*) *promulgata, pro reſtitutione bonorum Eccleſiaſticorum, & Religione Catholicâ inſtauranda, diſſidentiumque Religionum pace ad concordiam Paſſauienſem A. C.* 1552. *& Auguſtanam* 1555. *tum & ad terminos Confeſſionis Auguſtanæ* 1530. *reducenda, hoc anno diuulgata.* ADLZREITER *p. III. lib. XIV. n.* 11. LVDOLPH *lib. XXIX. c. II. n.* 24. LE VASSOR *lib. XXVI. p.* 132. PVFENDORF *lib. I. §. LVII.* Extat edictum integrum apud LONDORPIVM *Tom. III. p.* 1048. cui ſubiuncta ſunt varia conſilia ICtorum de hoc edicto, atque inter hæc THEODORI REINCKINGII *p.* 1069. qui Cæſari adplaudebat, & Tübingenſium, qui contraria docebant. LEHMANN *lib. III. cap XVII.* HELVICVS *lib. XVII. p.* 8. THEATR. EVR. *Tom. II. p.* 30. SPANHEIM *Memoires p.* 291. LVDOLPH *lib. XXIX. c. II. n.* 24-39. LVNIG *p. Gen. Cont. II. p.* 71. RECVEIL *Tom. III. p.* 261. du MONT *Tom. V. p. II. p.* 564. KHEVENHILLER *Tom. XI. p.* 183. 429. vbi etiam ſtatus Epiſcopatum Proteſtantium declaratur. Adde *p.* 1183.

30) CARAFA p. 337. *Magnum exercitum illis diebus Cæſar collegerat in limitibus Sueuiæ ſub Comite Wolfgango a Mansfeldt ſexdecim millium, & amplius peditum, ac mille quingentorum equitum, qui circa Vlmam hybernâ fixerant, omnibus metum incutientes, ingentesque pecuniarum collationes inſtituentes. De hoc exercitu variæ tunc erant coniecturæ; exortis enim tumultibus Italicis ob Vincentii Mantuæ Ducis obitum, & Ducis Niuerſienſis controuerſiam poſſeſſionem, multi Italiæ tunc metuebant. Alii Heluetios continendos dicebant, ne dum ſederatis Argentinenſibus, Vlmenſibus, Norimbergenſibus, aliisque ciuitatibus Imperialibus imperarentur ſacrarum fortunarum reſtitutiones inxta mandata, præpedirent. Nonnulli etiam exercitum ad omnem euentum, vel in Vngaria, vel in inferiori Germania applicandum iudicantes, eundem ibidem optime detineri cenſebant, vt ſecundo flumine, vbicunque neceſſe foret, enocaretur. Vtum conſtabat, propter illius exercitus præſentiam, haretieorum animos, alioquin ad nouas ſpes erectos, plurimum concidiſſe. Daniæ Rex nedum de Germaniæ auxiliis diffidens, magnam ſpem in Ciuitates Imperiales propter Religionis inſtaurationem, & bonorum Eccleſiaſticorum reſtitutionem multis in locis publicatam, & vniuerſaliter præparatam, offenſas repoſuerat; exatque, qui fœdus contractum fuiſſe diceret, cuius ſe primarium Ducem Marchio Durlacenſis etiam aſciſcis in ſocietatem Gallis gloriabatur. Sed hæc omnia conſilia (ſugiente Marchione) per huius exercitus conſtantiam diſſipata ſunt, hoſtes extenuati, & Cæſaris auctoritas vel maxime fuit per Imperium ſtabilita.*

31) CARAFA p. 338. *quod de reſtitutione Catholicarum eccleſiarum dicebatur, notauimus propter pericula generalis alicuius ſeditionis, commotis nonnihil Heluetiis, quos tamè copiè excitauerant, nedum omnino maturam fuiſſe mandati concepti publicationem, exercitus tamen præſentia multis in locis, præcipue apud Sueuos vbi frequentiſſima ſunt ciuitates Imperiales corrupte, non parum ſacrarum fortunarum reſtitutionem promouit, illo etenim præſente, libertime Cæſar Epiſcopo Auguſtano, me inſtante, mandauit, vt pagos ſibi ſubditos omnes, & hæreticorum, Proteſtantiumque dominorum hactenus refractarios ſecundum tenorem tranſactionis Paſſauienſis, Catholica religionis obtemperantes redderet. Quod idem Leopoldo fratri imperauit, vt Campidoni, Memmingæ, Colmariæ, & alibi in ſuperioribus hereditariis regionibus attentaret. Magno etiam Ordinis Teutonici Magiſtro commiſſa fuit inſtauratio priſci ritus oppidi Bopfingenſis, Nordlingenſis, Adelen, Dinckelspublii, & Gemundii, feruata pace Paſſauii. Fuere hoc certe præmuntia futuri decreti Generalis, vt præſente exercitu initio facto, minus alibi, abſente forte, ſentirentur, vel pertinaciores adigerentur. Memmingæ enim militum motus ſtatim binas eccleſias pro Catholicis expreſſit. Lindauii etiam ſexcentis militibus ſemel admiſſis, ſecuriſimi Cæſarei*

quæ Proteſtantes ſuper iſtius iniquitate querebantur. 32) Per Sueuiam equidem Epiſcopus Conſtantienſis, Comes Sultzenſis, Abbas Campidonenſis, Vlricus Statzinger: Per Franconiam Epiſcopus Bambergenſis, Prælatus Eberracenſis, Pappenheimius. Ad Viſurgim & per Weſtphaliam Epiſcopus Osnabrugenſis, Magiſter Ordinis Teutonici, & Maius Conſiliarius aulicus. Per Saxoniam Metternichtius, Altringerus, Wentzelius. Ad Rhenum Electo Moguntinus, ad executionem fuerunt conſtituti. 33) Saxoniæ vero Electo huius edicti abolitionem tanquam Paci Religionis, Legibus Imperii & libertati quietique Germanici abolitionem acerrime petebat. 34) Dum vero reſponſum non ſatis æquum obtineret, Proteſtantes, vt ſe ex anguſtiis hiſce extricarent, & proprias & exterorum vires circumſpiciebant, præſertim cum Cæſaris exercitum non mediocriter debilitaſſent validæ in Italiam, Hiſpanisque contra Batauos, & Polonis aduerſus Sueciæ Regem in Boruſſiam miſſæ copiæ, quarum maximam partem belli incommoda morbique abſumpſerant. 35)

§. XXXVII. Accedebat tantis malis militum inſolentia. Legionum numerus in immenſum augebatur, vt a Fridlando iactatum ſit, Cæſarem ſupra centum ſexaginta militum millia ſub ſignis habere. Hi toti Germaniæ velut in prædam ſibi conceſſæ intolerandis modis inſultare, hoſpitia, vbicunque placebat, ſumere, inconſultis Principibus, ad quos eæ terræ ſpectabant. Bona illorum, qui contra Cæſarem militauerant, fiſco Cæſareo addicebantur. Plerique tamen inuidiam tantæ oppreſſionis in Fridlandum deriuatum ibant, qui inſolita fortuna ebrius, velut dictatorem ageret, nec Cæſaris mandatis, niſi quantum ipſi collibitum, pareret. 36) Dum igitur vndique querelæ de oppreſſione in Germania audirentur, de Suecorum etiam in Germaniam expeditione rumor eſſet, Conuentus Ligæ Sociorum a. 1629. Heidelbergæ inſtituebatur, qui Cæſarem per legatos orabant, vt grauaminibus medelam adferret, Conuentum Electorum indiceret, pacem in Germania reſtitueret, de milite tamen conſeruando alendoque fuit decretum. 37) Sopiendis his querelis Cæſar Conuentum Electorum a. 1630. Ratisbonam indicit, cum interim nihilo ſegnius edicti executio procederet. Ad iſtum Conuentum ipſe Cæſar IX. Iulii acceſſerat, & Electores Eccleſiaſtici, Bauarusque; ſed Saxo atque Brandeburgicus, ſæpius licet inuitati; venire abnuerant, edicto offenſi, & quia Cæſari pro filio ſuo, vt Rex Romanorum deſignaretur, prenſaturo, in os negare nolebant. 38) Proponitur ibi a Cæſaris legatis Stralendorfio Barone, Imperii ViceCancellario, & Arnoldino de Clarſtein III. Iulii, culpam malorum eſſe penes Palatinum, cui omnis obtinendæ reſtitutionis ſpes ſit præſcindenda; eiusque ac Batauorum machinationibus obuiam eundum. Additur de iure Cæſarum per Italiam aſſerendo; ac Sueci in Germaniam expeditione. Denique, vt de alendo exercitu, corrigenda militari diſciplina, ac pecuniis in ſtipendium commode colligendis, decernatur. 39) Saxo e contrario abrogationem edicti per Legatos, quos antea

Legati, Comes Hugo de Montfort, & Epiſcopus Conſtantienſis claues oppidi, domus Prætoriæ, & armamentariæ, reſtitutionem bonorum Eccleſiaſticorum non ſine inſigni fructu ſpirituali vrgere cæperunt, & Viennenſes hactenus rigidiſſimi ſolum ad ſtrepitum vicinorum militum per Legatos, dicto Cæſaris ſeſe fore obedientes promiſerunt. ADLZREITER *p. III. lib. XIV. n.* 36. PVFENDORF *lib. I. §. LVII.* HELVICVS *lib. XVII. p.* 21. THEATR. EVR. *Tom. II. p.* 25. De Reformatione apud Auguſtanos ſuſcepta, prolixe LONDORP *Tom. IV. p.* 23. 218. LVDOLPH *lib. XXIX. c. II. n.* 48. LEHMANNVS *ſuppletus p.* 453.

32) Apud LONDORPIVM *Tom. IV. p.* 2. 3. extant ſcripta contra hoc edictum. Executionis varia exempla apud KHEVENHILLER *Tom. XI. p.* 490.

33) LONDORP *Tom. IV. p.* 1. vbi etiam quid ipſis fuerit commiſſum, exponitur. HELVICVS *lib. XVIII. p.* 49. THEATR. EVR. *Tom. II. p.* 24. *Hiſtorie der Religions-Beſchwerden p. I. c. IV. lib. XLI. ſqq.*

34) KHEVENHILLER *Tom. XI. p.* 450.

35) PVFENDORF *l. l.*

36) PVFENDORF *lib. I. §. LVI.* PIASECIVS p. 410. *& ſimul inſolens militis alendi introducta ratio, inuitis Prouinciarum populis, eo onere contra præfcriptum antiquarum ſanctionum Imperialium grauatis, idque nulla æquabili moderatione ſeruata, ſed licentiæ militaris arbitrio, vt Ciuitates & Oppida quaſi in prædam datæ, a receptis hoſpitio, ſeu præſidii Imperatorii titulo militibus, ſtipendiorum nomine diriperentur conniuentibus ad omnia eorum Præfectis. Iſti enim non aliud reſponſum dabant ea de re conquerentibus, niſi quod Imperator malles ſuos ſubditos habere pauperes quam rebelles.* Idem p. 417. *immo ſub hoc tempus paſſim per Imperium bona aliorum quoque, plurium qui contra Imperatorem militauerant, ab eius ad hoc Delegatis fiſco Imperiali applicabantur. Circa Decretum pro reſtitutione bonorum Eccleſiaſticorum publicatum, Imperator immutare nil voluit, & Virtembergenſi Duci conquerenti, quod octo millia armatorum pro executione illius Decreti in ſuas ditiones hoſtiliter tunc intraſſent, reſponſum dedit; quod inde diſceſſurus non eſſent, niſi Dux illi Decreto paruerit. Priuato tantum nomine Catholici promiſerant, quod Francofurti in breui conuenire, ac amice de tali controuerſia tractari deberent. Contra nouum abuſum imperandi Prouinciis & Ciuitatibus immenſa tributa prout libuerit militari auiditati, æque Catholicorum atque Diſſidentium grauiora lamenta audiebantur.*

37) ADLZREITER *p. III. lib. XIV. n.* 44. HELVICVS *lib. XVII. p.* 18. THEATR. EVR. *Tom. II. p.* 47. Extat decretum Conuentus apud LONDORPIVM *Tom. III. p.* 1084. LVDOLPH *lib. XXIX. c. II. n.* 46. De hoc Conuentu KHEVENHILLER *Tom. XI. p.* 681. qui etiam omnes, qui compatuerint, legatos recenſet.

38) PVFENDORF *lib. I. §. LVIII.* CARAFA *p.* 347.

39) Extat hæc Propoſitio apud LONDORPIVM *Tom. IV. p.* 45. vna cum reliquis huius Conuentus Actis. KHEVENHILLER *Tom. XI. p.* 1017. HELVICVS *lib. XVII. p.* 67. 75. THEATR. EVR. *Tom. II. p.* 163. LVDOLPH *lib. XXX. c. II. n.* 39. ADLZREITER *p. III. lib. XV. n.* 3. *ſqq.* CHEMNITZ *p. I. lib. II. p.* 95. Le VASSOR *lib. XXVIII. p.*

antea Viennam miserat, enixe exigebat, 40) de quo variæ Catholicorum erant sententiæ, Cæsar vero solitis verborum blandimentis, & designato Francofurti conuentu, vbi de isto negotio ageretur, a fortioribus consiliis Saxonem auertere nitebatur. 41) Cæterum de iniuriis & oppressionibus Cæsarei exercitus, ac insolentia Fridlandi, eiusque dictatoria potestate Pontificii iuxta atque Protestantes, potissimum Saxoniæ & Brandenburgi Electores, Pomeraniæ & Würtenbergici Duces querebantur, quem odium ac nausæam generis humani vocitabant. Simul immensæ pecuniarum summæ, quibus Ordines emuncti fuerant, recensebantur, magna cum Cæsaris inuidia, qui culpam in pertinaciam hostium, & fatalem temporum infelicitatem retorquebat. Sed Fridlandum cumprimis vrgebat Bauarus odio peculiari, dum ipsius auctoritatem non mediocriter imminuerat. Et Bauarus sibi summum belli arbitrium non obscure ambiebat; cui se Cæsaris Consiliarii vehementer opponebant, veriti, ne Bauarus tanta potentia subnixus, summam rerum in se traheret. Præsertim cum & ipse, vt Rex Romanorum designaretur, clam prensaret, inclinantibus non parum in ipsum Moguntino, Colonienſi & Saxone. Dum igitur accerrime Fridlandi abdicationem vrgerent Electores, Cæsar tandem, renitens licet, in illam consentit, velut magnam partem inuidiæ in istum deuoluturus, missis ad illum Memmingam, vbi tunc commorabatur amicis illius, Werdenbergio Comite & Quesstenbergio Barone, qui ipsum ad hoc persuaderent. Nec ille in ordinem se redigi adeo ægre ferre visus fuit, quod prouideret, breui fore, vt ablatum imperium sibi, non sine precibus iterum offerreretur. 42) Sed & complures legiones Cæsaris, quindecim potissimum equitum millia per Comitem Raimbaldum de Colaltis dimittebantur, leuandis Germaniæ oneribus, & militum exactionibus modus statuebatur. Retinuit tamen sub signis Cæsar triginta nouem millia, Ligistæ tricies mille trecentos, selectum, veteranum & victorem militem. 43) Restituto etiam Palatini in his Comitiis ab Anglico potissimum legato vrgebatur, sed huic tales reconciliationis conditiones proponebantur, vt Palatinus Cæsari se submitteret, veniamque commissorum ab ipso peteret, Boemiæ regno pro se & suis posteris renuntiaret, Electoratu se abdicaret, & a fœderibus quibusuis abstineret. 44) Sub finem Comitiorum, VII. Nouembris anno 1630. coniugem suam Eleonoram Gontzagæam Mantuanam, Imperator

XXVIII. p. 431. De his Comitiis etiam speciatim egit THEODOSIVS BERENICVS, siue potius MATTHIAS BERNEGGERVS. THEATR. EVR. *Tom. II. p.* 182. Recessus extat apud LVNIGIVM *p. Gen. Cont. II. p.* 83.

40) Extat propositio Legati Saxonici, Viennæ facta, apud LONDORPIVM *Tom. IV. p.*37. KHEVENHILLER *Tom. XI. p.*1150.

41) PIASECIVS *p.* 417. PVFENDORF *lib. I.* §. *LVIII.*

42) PIASECIVS p. 417. *vnde eo magis permotus Imperator, talis instituti authorem Valnsteinium, & in quem precipue querela illa collineabant, (odiis Ducis Bauariæ maxime petebatur) generali militari Præfecturæ abdicauit. Cautum quoque fuit Comitiali Decreto vt Exercitus imminueretur: Legiones ad certum numerum reduceruntur: nullum nouum bellum absque Electorum consensu susciperetur; & tributa pro alendo milite nonnisi in Conuentibus Prouinciarum ad hoc celebrandis peterentur, ac decernerentur. Sed cum Bauariæ Duci Præfecturam generalem militarem, pro fideliori talis decreti obseruatione committi Electores postularent, & Imperator renueret, maiorisdissidentiæ ansam inde arripuerunt, & pacificatione vniuersali, quam a Comitiis illis exspectabant desperata, omnes Germaniæ Ordines magis turbari cœperunt.* CARAFA p. 347. *Interim pro conuocando Electorali conuentu Ratisbonæ pro Imperii pace, & electione Regis Romanorum multis consumptis laboribus per multos menses cum Electoribus frustra insudatum est; nam etiamsi Electores promptissimos se ostenderent ad celebrandum conuentum; tamen Cæsari præsentarum prius moderanda esse grauamina, quæ omnes Imperii principes in propriis prouinciis ab armis Imperialibus patiebantur propter exercitus magnitudinem, illiusque violentiam, & rapinam; & ideo quamuis a Cæsare transmissus in Imperium Comes Raimbaldus de Colalto, missionem fecisset quindecim millium equitum a seruitio Cæsareo, & deinde valde bonas & prudentes ordinationes circa disciplinam, & vitam militarem reliquis dedisset; non tamen expetitus effectus secutus est; vel quia remedium non fuit sufficiens, vel quia Principes Imperii voluissent, vt pene omnium militum Imperialium (aliquibus paucis cum exercitu Ligæ Catholicæ solum retictis) missio fieret; quod quidem Cæsar nec poterat, nec debebat præstare; tum propter negotia eiusdem Germaniæ, quæ adhuc ignem malæ voluntatis sub cinere fouebant; tum etiam ob Italicæ rumores, ac tandem ob pericula, quæ imminebant propter Pacem cum Turcis non firmatam, cuius spem licet enutrirent mutuæ oratorum inter duos Imperatores transmissiones, tamen quia adhuc ratificata non erat, in ea quidem fundamentum fieri non poterat; immo, etsi ratificata fuisset; quia iam antea experimento compertum fuerat, eam Turcas tanto tempore obseruasse, quanto eam frangere non potuissent, cum eorum vires in altas paries diffractæ essent; maxime extimescendum erat.* NANI *lib. VIII. p.* 168.

43) LVDOLPH *lib. XXX. cap. II. n.* 44. TH. CARVE *Itin. cap. IX. p.* 77. ADLZREITER *p. III. lib. XV. n.* 46. Le VASSOR *lib. XXVIII. pag.* 438. qui etiam auctor est, Gallos per Patrem Iosephum Capucinum hanc depositionem plurimum promouisse, de quo MEMOIRES DE LOVISE IVLIANE p. 249. 295. Dicit BVRGOLDENSIS p. I. disc. I. p. 107. *missi tandem sunt ad Walensteinium Io. Bap. Verdenburgius & Gerardus Quaestenbergius Barones, qui semper in aula consilia eius iniuste crediti; Hi quum exaltorationem ipsi exponerent, confessim Cæsaris iussui obsecutus est Wallensteinius, Memmingæ tanquam in carcere tum tegens. Quum primum ipsi hic processus nunciaretur, lapide Cretico mensæ inscripsisse dicitur: die Kayserliche reformation, bringet den Kayser umb seine Cron; und mich umb meine reputation; die Churfürsten werden bekommen ihren Lohn.* KHEVENHILLER *Tom. XI. p.*1133.

44) PIASECIVS *pag.* 417. KHEVENHILLER *Tom. XI. p.*1150. qui etiam de sessione legati Anglicani sic scribit: *bey der letzten Audientz haben die anwesende Churfürsten alle in einer Reihe gesessen, und die Englische Abgesandte gegen ihnen über.* Extant Acta huius negotii apud LONDORPIVM *Tom. IV. p.* 98. qui etiam *pag.* 100. Recessum Comitiorum exhibet.

tur Maio menſe 1625. Circuli Saxoniæ inferioris conuentu, Segebergæ de milite congregando fuit decretum, & Daniæ Rex, in Ducem Circuli, Cæſare licet contradicente, fuit creatus, 38) Chriſtiano Seniore Brunſuicenſi, qui hoc munus vindecim annos geſſerat, eidem renuntiante. 39) Imp. tamen ſignificabant, ipſorum delectus ſaltim ad Circuli facere defenſionem. 40) Spinolam etiam per ſingulares litteras hortabantur, vt deſinat Chriſtianis eſſe moleſtus. 41) Fauebant potiſſimum Dano Brunſuicenſes Duces, ipſius e ſorore nepotes, Chriſtianus Wilhelmus Adminiſtrator Magdeburgicus adfinis, & Duces Mecklenburgenſes. Inde miles conſcribitur, & cætera bello neceſſaria magno ſtudio parantur: ſociis non ſpernendam pecuniæ ſummam ſuppeditantibus. 42) Manſfeldius quoque in Anglia, & Chriſtianus Brunſuicenſis in Gallia non inualidas copias conſcripſerant, quæ per Galliam in Alſatiam irrumpere debebant; ſed quas poſtea, Gallis promiſſum tranſitum denegantibus, in Batauos abduxerunt; mox, poſt fruſtra tentatam Bredæ liberationem, in agrum Colonienſem effuderunt, numeris non parum minuentibus crebras ob mortes ac deſertiones. Iſtis Anhaldinum Tillius oppoſuerat. 43) Ipſe contractum e Wetteraniæ Haſſiæque ſtatiuis exercitum in Brunſuicenſium fines ducebat, ac Viſurgis opportuna loca occupabat. 44) Frequens inde litterarum Danum inter, Saxonesque Inferiores, ac Tillium commutatio. Illi, arma nullius in offenſam, ſaltim ad tuendos fines comparata teſtantes, petebant, vt Tillius exercitum remoueat: hoc ferociter reſpondente: milites Cæſaris aues non eſſe, vt in aëre vitam agitare queant. Cæterum ſi ipſi prius exercitum dimittant, ſe quoque abiturum. 45) Idem in conuentu Brunſuicenſi Auguſto menſe 1625. inſtituto, cum legatis Tillianis agebatur, ſed fruſtra. 46) Cæſar vero, Germaniæ libertati vt fræna imponeret, Albertum Wallenſteinium ſiue potius Waldſteinium, quem ob varia in ipſum merita, Fridlandiæ Ducem creauerat, 47) ſeparato cum exercitu ſubmittit, qui occupata ditione Halberſtadienſi ac Magdeburgenſi, compedes

te ſacken, ende deeſen Staet (die Sy als een oorſpronck ende Source van alles wat teegen haer geſchiedde, verdacht hielden) op het lief te vallen. Maer wat was t' d' aſſiſtentie tot nogh toe ghedaen, hadde ſoo weynigh gevordert: Vranckryk hadde haer inenlandtſche oorlogh; de Konig in Engeland was ouit, ſlap, ſtondt qualyk met ſyn Parlement; hadde den Churfurſt ſyn Schwager de Beemſche Croon alreyt afgeraden; de Koningh van Dennemarcken was wel beliqueux, en de hadde luſt om hetwerck by der handt te nemen; ende tot dien eynde was dit taer te Segeboergh in t' Landt de Hollſteyn un by eenkomſte, alwaer den Koning van Dennemarcken, van Beemen voort Koningckl. Schweetſche, Staetſche, Chur-Brandenbourgſche, Brunſuickſche, Mecklenborgſche, ende andre Gesandten by een waren; maer de Koningh van Dennemarcken vondt ly eenige niet genoegh reſolutie, by d' andere niet genoegh macht, Vranckryck was abſent. Ende dat Werck alleen hy der handt te nemen, was niet raedſaem.

38) CARAFA p. 197. BELLVS *lib. VIII. p.* 889. De hoc conuentu ſcriptum Circuli Saxoniæ Inferioris apud LONDORPIVM *Tom. III. p.* 807. varia ſcripta inter Chriſtianum & Cæſarem apud BELLVM *lib. VIII. p.* 889. MERC. G. B. *Tom. XV. lib. IV. p.* 43. LONDORP *Tom. III. p.* 806. KHEVENHILLER *Tom. V. p.* 786. 793.

39) Extat ſcriptum huius Chriſtiani apud LONDORPIVM *Tom. III. p.* 907. in quo ſcripto etiam huius Conuentus Acta reperiuntur ADLZREITER *p. III. lib. X. n.* 2.

40) KHEVENHILLER *Tom. X. p.* 771.

41) Extant apud LONDORPIVM *Tom. II. lib. VI. c. XX. p.* 390. & reſponſio *c. XXI.*

42) PVFENDORF §. *XLIV.*

43) CARAFA p. 199. *ſoluta interim per deditionem vrbis Bredanæ obſidione, & obſidentibus hinc inde diſperſis, etiam defendentes vrbem cum exercitu Hollandorum, qui fruſtra liberationem procurauerant, dimiſſi ſunt. Quare Manſfeldius cum magna parte exercitus ad Regem Daniæ profecturus, duodecim mille pedites, & mille equites Geneppæ Moſam tranſiens ad Cliuiam deduxit, deinde prope Emmericum nauibus Rhenum traiiciens, ibidem aliquamdiu inter Reſam, & Veſaliam ſubſtitit, vbi Chriſtianus Halberſtadienſis cum equitibus obambulans integram patriam diœceſis Colonienſis exactionibus infeſtauit, donec Anhaltinus cum octo equitum, peditumque millibus verſus Monaſterium & Osnabrugam ſe recepérunt.* MERC. G. B. *Tom. XV. lib. IV. p.* 83.

44) CARAFA p. 200. *Cæſaris interim copiæ non minus, quam Regis Daniæ auctæ ſunt, nam non ſolum legiones, quæ in Belgio fuerant, redierunt; ſed Anhalinus, & Tillius ex Haſſia, Veterauia, & Paterborneſis ditione in proximam Viſurgi ſtationem deuenerunt; vt hoſtilibus copiis ſi ita neceſſe foret, ſeſe opponerent, imo ne præuenirentur, Hoxteram & Holzmundam, qui inſignes ſunt vltra Viſurgim aditus, occuparunt, incolaique arma deponere coëgerunt, quod vt Danus intellexit; Hammelium, & Mindam ſuum exercitum deduxit; ibique aliquamdiu ſubſiſtens, vt Tilli molimen expectaret.* PVFENDORF *lib. I.* §. *XLIV.* MERC. G. B. *Tom. XV. lib. IV. p.* 100. BELLVS *lib. VIII. p.* 920.

45) De his plenius MERC. G. B. *Tom. XV. lib. IV. p.* 36. 101. BELLVS *lib. VIII. p.* 903. LONDORP *Tom. III. p.* 813. PVFENDORF *lib. I.* §. *XLV.* Separatim prodierunt, *Gründliche und Erhebliche Motiuen und Vrſachen, warumb S. Kæn. Mai. in Dennemarck ſich zur Defenſion des Nieder-Sächſiſchen Creyſes unumbgenglich zu Felde begeben müſſen* 1626. 4.

46) Acta huius conuentus plenius exponit BELLVS *lib. VIII. p.* 915. & LONDORP *Tom. III. p.* 824. Separatim proſtat *Eigentliche Verhandlung des Creyſstages, ſo im Auguſto* 1625. *zu Braunſchweig gehalten*, 1625. 4. KHEVENHILLER *Tom. X. p.* 778.

47) Wallenſteinii ſtatum anteriorem paucis complectitur BVRGVS lib. III. p. 273. *Albertus Volleſtainus*, ait, *Praga, ex nobili, ſed priuata familia natus, Cæſari in Foroiulio contra Venetos prima ſtipendia meruit, duarum equitum turmarum ductor, quas ipſe proprijs ſumptibus conſcripſerat, inde promotus ad maiores militiæ gradus in bello Bohemico, præfertim in Pragenſi conflictu, ita ſtrenue ſe geſſit, vt paucis poſt annis ad ſupremum militiæ feſtigium a Cæſare eueheretur, factusque Cæſaris Dux Generalis, contra Danum eo ſucceſſu bellauit, vt poſtea Ducatum Fridlandiæ, Iecinum, aliaque in Boëmia loca, Ducatum etiam Megapolitanum, Cæſareo ſito addictum, ſuæ virtutis præmium habuerit.* THOMAS CARVE quoque ltin. *cap. IX.* huius Wallenſteinii fata exponit, qui etiam addit, eius exiſtimationem creuiſſe, poſtquam Comitis ab Harrach, cuius in aula Cæſaris poſſima erat exiſtimatio, filiam

pedes Albi iniiceret. 48) A litteris inde paullatim ad manus res reducitur. 49) Dano primordia belli non satis fuerunt auspicata, qui, dum vallum vetustate collapsum Hamelæ obequitat, improuiso lapsu in fossam præcipitatus, aliquot per dies exiguam vitæ spem suis reliquerat. Eo casu perterriti eius duces, cum exercitu retro Verdam concedunt, ne forte Tillius capite destitutis ingrueret, vtque Brunsuicensis per Westphaliam aduentantes copias sibi eo tutius adiungeret. Tillius interim nudata præsidiis a Dano loca Hamelam, Mindam, aliaque occupat, 50) sed ab obsidione Nyenburgi non sine damno repellitur. Aſt, dum Rex Callenbergam a Tillio nuper occupatam recuperare cupidus, Fridericum Saxoniæ Ducem & Io. Michaelem Oberntrautium cum aliquot legionibus, eo misisset, Tilliani iisdem obuiam procedunt, ac non procul Hanouera vtrumque, post acrem pugnam, magna cum copiarum parte IV. Nouembris cædunt. 51) Post tamen Rex Stolzenauiam recuperat. 52) Fridlandus vero pontem Dessauiensem castello firmat. 53)

§. XXV. Inter hæc, Comitia Edenburgi habenda ad XIII. Octobris 1625. indicuntur, vt, dum de Gabrielis Bethleni bellicis adparatibus varius hactenus rumor fuisset, de imminentibus Vngariæ periculis, Cæsareis mandatis inposterum promouendis, eorumque violatoribus puniendis, de polygamia, de Turcicis Canisiensis præsidii excursionibus refrænandis, de prædonibus castigandis, Arrabonis situio purgando, aliisque regno necessariis consulerent. 54) In iisdem Comitiis renuntiari fecit filium suum maiorem natu Ferdinandum duxisset vxorem. FVFENDORF *lib. VI.* §. *XVIII.* 10. CHRISTOPH. WAGENSEILIVS *Excerc. Varii argumenti Exerc. V.* ostendit, Albertum hunc fuisse omnino quondam Academiæ Altdorfinæ Ciuem d. 29. Septembris 1599. in matriculam relatum, vanum tamen esse dicit, quod carcere illo squalido, antro canino, *das Hundsloch* dicto, in ipsum fuerit animaduersum, licet ob varios excessus a Concilio Academico ad certam mulctam fuerit condemnatus.

48) CARAFA p. 200. *cum vero Danicus exercitus in dies excresceret, conflaretque, iam ex Anglia magnam vim pecuniæ fuisse submissam, eique præter Mansfeldii, & Christiani Halberstadiensis copias in proxima Osnabrugusi ditione grassantes; Vinariensis Ducis ter mille equites, quorum Legatus erat Fuchsius, item Obertrautii Equitum Magistri duas legiones accessisse moxque maiores copias ab Hollandi & Galli expectari, voluit Cæsar etiam alterum exercitu Tillio auxilii præsidiis extenuato succurrere, Wallensteinio itaque Principi curam dedit; vt nouas copias conscriberet, illisque militem veteranum ex Bohemia, & Moravia in formam integri exercitus vniret. Quod quam citissime exequutus, spatio duorum mensium exercitum viginti trium millium ad limitem Bohemiæ prope Agrami deduxit; illoque ibidem lustrato, mox relictæ ad lecum Norimbergæ in Franconiam optimo ordine perrexit, sextisque castris Magdeburgensium & Brunsuicensium fines attigit, occurrit huic excretui in viarum angustiis difficillimis Dux Brunsuicensis enocata Nobilitate, & vicinis quamplurimis militibus mixtis, per quos aliquantulum repulsus Wallesteinius ad Gottingham oblato subsistere coactus fuit; donec adueniente Tillii milite ad sex millia, & viam flerucente latiorem, aditum inuenit. Tunc superatis semel syluis & asperitatibus, plenis gressibus in sua rediens Saxoniam, non ab ea parte, qua Tillius castra fixerat; sed versus Halberstadium irrupit; atque non ita post Halberstadium, Halam, & totam Magdeburgensem ditionem intasit.* PIASECIVS *p.* 378. BELLVS *lib. IX. p.* 921. PVFENDORF *lib. I.* §. *XLV.* KHEVENHILLER *Tom. X. p.* 890.

49) Quid per legatos æque ac litteras, Rex Danorum apud Cæsarem egerit, docet LVDOLPH *lib. XXI. c. II. n.* 38. BELLVS *lib. V. p.* 518. 546. 571. 640. THEATR. EVR. *Tom. I. p.* 493. HELVICVS *lib. IX. p.* 331. CARAFA *p.* 95. 100. 123. PVFENDORF *lib. I.* §. *XXXV.* LONDORP *Tom. II. lib. VI. c. XXIV. seq. c. XLIX.*

50) CARAFA p. 200. *Hammelii inter lustrandas noctu equitum ex crapidine mœniorum in fossam cum equo lapsus, non exiguum vitæ periculum subiit, quare post ea, tam Hammelium, quam Mindam deserens, vt maiores copias expellaret, in Verdensem diœcesim sese recepit. Tillius vero desertam Hammeliam occupauit, Mindam, exiguo præsidio trecentorum tantum militum immisso, sui iuris fecit; illamque vrbem postea magis ac magis munuit.* PIASECIVS *c. l.* MERC. G. B. *Tom. XV. lib. IV. p.* 115. 131. PVFENDORF *lib. I.* §. *XLVI.* LVDOLPH *lib. XXV. c. II. n.* 31. WASSENBERG *im Teutschen Floro p.* 54. regem ebrium fuisse dicit.

51) CARAFA p. 201. *Interim Tillius maiori securitate, postquam frustra Nienburgum oppugnasset, & Regi Daniæ negotium facesset non desistisset, in suis expeditionibus progrediebatur, hoste non parum metuente nouum exercitum. Iamque semel Tillius satis magna clade afflictus, non solum cum Gardum, & Grottum, Ducum Legatos amisisset, sed cum seuientes ruslici aliquot turmas Croatorum & Wallonum dissipassent; sese debuerat subducere, verum ad Wallensteinii accessum rursus irrumpens insignem victoriam non procul ab Hannobria 4. Nouembris retulit: quando in conflictu ceeidit Fridericus Dux Saxoniæ Altenburgensis perfidus, qui dudum Neostadii captus, Cæsarique conciliatus saulle spoponderat, se non amplius contra Suam Maiestatem militaturum: & Oberntrautius Danici exercitus inter equites Tribunus præcipuus, cuius obitu non parum Danici consternati, pacis mentionem fecerunt; qua tamen vt patuit ex decursu, non nisi ad colligendas vires tempusque extrahendum ordinata fuit.* PIASECIVS *p.* 378. BELLVS *lib. IX. p.* 921. PVFENDORF *lib. I.* §. *XLVI.* LVDOLPH *lib. XXV. c. II. n.* 34. MERC. G. B. *Tom. XV. lib. IV. p.* 160. KHEVENHILLER *Tom. X. p.* 526. De subiectione Ducis Altenburgensis KHEVENHILLER *Tom. X. c.* 826.

52) CARAFA p. 225. *Rex Danie Stolizenauiam recuperauerat, magna Tillianorum clade; qua victoria insolentior euasit, maxime vbi intellexit, Mansfeldium Stadensem ciuitatem attigisse atque ibi multorum tormentorum bellicorum apparatu instructum copias velle cum suis coniungere, cum tamen Tillius, impetrato Caleubergio, ac tunc Hannouerum ambiens; magno conatu studebat prapedire quod Danus animaduertens, Hannouerum præsidio sex millium firmans, ipsum Mansfeldium in agrum Bremensem cum decem millibus hyberna molientem expectauit.* PVFENDORF *lib. I.* §. *XLVI.*

53) PVFENDORF *c. l.*

54) CARAFA *p.* 206. qui etiam Comitiorum acta plenius exponit. BELLVS *lib. IX. p.* 935. KHEVENHILLER *Tom. X. p.* 693.

Ferdinandum III. Regem Vngariæ, qui ibidem VIII. Decembris solenni ritu fuit coronatus. 55)

§. XXVI. Eodem anno 1625. m. Septembri ab Electore Moguntino Comitia Deputatorum Vlmam indicebantur, ad eademque omnes Electores, ex Principibus Ecclesiasticis Herbipolensis, Constantiensis, Monasterienſis Episcopi, ex secularibus, Austriacus, Bauarus, Brunsuicensis, Brabantinus, Pomeraniæ Duces, Mauritius Hassiæ Landgrauius, Abbas Weingartensis, Fürstenbergius Comes; Ex Ciuitatibus Colonia atque Noriberga conuocabantur. 56) Interim Nouembri mense 1625. nouus Brunsuici institutus fuit Conuentus Ordinum Circuli Saxoniæ Inferioris, quo Saxonum Elector, nec non Brandeburgensis, & Pomeranus legatos miserant, atque in constitutione inducrarum laborabant. 57) Neque iam multum ab illis abhorrebat Rex Daniæ, qui, vt rebus Danicis propter ipsius absentiam periclitantibus, consuleret, in quindecim dierum a prima Decembris, deinde in trium mensium inducias consensit, quibus coram Brandeburgicis & Saxonicis legatis tota ditionis inferioris Saxoniæ controuersia discutienda. 58) Verum, has Mansfeldius, totam fere Luneburgensem ditionem feliciter occupans, præpediuit. 59) Postea, Saxoniæ Inferioris Ordines petierunt, vt durantibus inducis, omnes oppressiones, exactiones, depopulationes cessarent. Cæsarei e contrario postulabant, vt copiæ exauctorarentur, de Mansfeldio, Christiano Brunsuicensi, aliisque contra Cæsarem arma ferentibus traderetur cautio, quod nihil inposterum contra Cæsarem agitarent, nulli milites absque expressa Cæsaris licentia conscriberentur, nulli exercitui suppediteretur contra Cæsarem commeatus, annona, aut transitus. Præterea, vt damna, Cæsari & Principibus Imperii, maxime Christiano Seniori duci Luneburgensi illata rependerentur. Tandem, vt occupatos Comitatus, Hoiensem, Diepholtanum, Bruckhusanum, aliasque vrbes & arces restituerent, præsidia imposita dimitterent, ac Paci Religionis viuerent conformiter. Fœderati vero Principes abductionem exercitus Cæsarei, liberum Religionis exercitum, iurisdictionem in suis ditionibus tam hæreditariis quam adquisitis postulabant. 60) Decembri mense Conuentus Hagæ Comitum instituebatur Legatorum Regum Angliæ, Sueciæ, Bethlemi, ipsorum Ordinum Hollandiæ & aliorum inimicorum Domus Austriacæ, qui omnes in restitutionem Palatini erant conspiraturi. 61) Conclusum equidem IX. Decembris a. 1625. inter M. Britanniæ, Daniæque Regem atque Ordines Belgii fœderati fœdus, de auxiliis Dano præstandis, 62) cum reliquis tamen nihil potuit concludi. Bethlemi enim Legatus sine sufficientibus mandatis comparuerat, alia tamen expectabat Suecus: nec dum aduenerant alii Legati. Interim conditiones fœderis fanciendi perpendebant; & quia remotiores minoribus periculis fuberant, minoraque commoda expectabant, hinc minoribus sumptibus grauari volebant. Alii etiam in fœdere faciendo segniores, eo tempore, quo adhuc dubitabatur de conuentu Brunsuicensi, manum cohibuerant; & rem communem paratiori animo tractandam in subsequentem Martium remiserant. Interea Angli Legationem ad Regem Galliæ; & Dani ad Saxonicum & Brandeburgicum Electores suscipiebant; Hollandi ad ciuitates Hanseaticas, Camerarius ab exule Palatino ad Regem Sueciæ, & cunctli in XX. Martii 1626. cum paratissimis mandatis ad feriendum fœdus comparere debebant. 63) Dum e contrario Imp. cum Hispano, Papa & Liga Catholica de arctiori fœdere laboraret. 64)

§. XXVII. Primo vere 1626. omnes se ad arma præparabant, Daniæ Rex publice propositis expeditionis suæ causis, pecunia quidem destitutus, 65) ast nouis Hollandorum,

55) PIASECIVS *p.* 379. CARAFA *p.* 221. LVDOLPH *lib. XXV. c. II.* THEATR. EVR. *Tom. I. p.* 871. BRACHELIVS *lib. II. p.* 102. KHEVENHILLER *Tom. X. p.* 703.

56) KHEVENHILLER *Tom. X. p.* 758.

57) CARAFA *pag. 225. 226. 228.* PIASECIVS *p.* 379. BELLVS *lib. IX. p.* 914. 922. & *lib. X. ineunte.* PVFENDORF *lib. I. §. XLVII.* THEATR. EVROP. *Tom. I. p.* 859. 971. HELVICVS *lib. XIV. pag.* 411. LONDORP *Tom. III. pag.* 835. KHEVENHILLER *Tom. X. p.* 801. *sqq.*

58) CARAFA *p.* 226. 229. LONDORP *Tom. III. p.* 838. KHEVENHILLER *Tom. X. p.* 830.

59) CARAFA *p.* 226. PIASECIVS *p.* 379.

60) Late CARAFA *p.* 228. PIASECIVS *p.* 386. LONDORP *Tom. III. p.* 839. PVFENDORF *lib. I. §. XLVII.* BELLVS *lib. X. p.* 940.

61) CARAFA *p.* 202. Extant varia scripta inter Circuli Status & Tillium apud KHEVENHILLER *Tom. X. p.* 778. 1202.

62) Extant tabulæ fœderis in RECVEIL *Tomo III. p.* 236.

63) CARAFA *p.* 202.

64) De his Consiliis vberius KHEVENHILLER *Tom. X. p.* 1048.

65) CARAFA p. 227. *magna interim auxilia Rex Daniæ ab Hollandis, Anglis, & Gallis expectabat: dubius postea de eorum fide Legatos expediuit; apud illos tamen tarda erant omnia. Rex Gallus quidem pecuniam aliquam per Epessium Legatum suum, prout fama vulgatum fuerat, transmiserat: sed Angli, & Hollandiæ Ordines tergiuersabantur, nam infeliciter Anglicana classis cum decem mille peditibus, & aliquot equitibus, centum & quinquaginta nauibus insolitis instrumentis bene instructa, & in Hispaniam ad portum Caletensem delata, ibidemque exposita, male pugnauerat; acriter stationem sibi commissam defendente D. Ferdinando de Giron, cuius industria & fortitudine in vno prælio octingenti Angli, & 300. equi interierant, acquisitis octo tormentis bellicis; post quam victoriam fere totidem dispersi milites in terra profugi perierant: cæteri vero in exiguo satis numero in reditu tempestatis iniuria perculsi, & commeatu destituti, infirmique in Angliam sub finem huius anni redierant, nullo omnino fructu suæ expeditionis collecto. Quare postea non modica regni Ordinum, & particularium mercatorum, partem in hac expeditione habentium lis orta fuit; quam vt Rex sedaret, suos aliquamdiu domi continere, vt vires resumerent, omnino debuit.* BELLVS *lib. IX. p.* 933.

Extat

rum, Mansfeldii & Halberstadtiensis copiis auctus, sexaginta millia militum in suo exercitu numerabat; illos in tres exercitus similes diuidens. Vnum Christianus Halberstadtiensis regebat, cui Daniæ Rex Brunsuicensem ditionem Friderici Vlrici, quem suspectum habebat, adsignauerat, 66) qui Episcopatum Osnabrugensem, Hildesheimensem, Mindensem, aliosque infestaret, vt commeatum & pecuniam extorqueret. Alterum Rex ipse iuxta Visurgim gubernabat, qui Tillio itidem progredienti opponebatur; eratque ille inter duos alios medius, vt cæteris laborantibus consilio & auxilio adesset. Tertius exercitus Mansfeldio commissus fuerat ad Albim. 67) Sed Christianus Brunsuicensis post fruſtra tentatam Goslariam, cum Northeimum, Gœttingam & Mundam præsidiis firmasset, Guelferbytum reuertit, vbi paullo post, VI. Maii non sine veneni suspicione extinguitur. 68) Mansfeldius vero sumpto per Brandenburgicas terras itinere, in Anhaltinam ditionem accedens, Seruesta occupata, castellum ponti Dessauiensi a Fridlando adpositum expugnare adgreditur, insausto conatu. Nam repente superueniens Wallensteinius, magna cum clade XXV. Aprilis 1626. Mansfeldium repellit, eundemque cum copiarum reliquiis in Marchiam cedere cogit. 69) Mansfeldius vero reparatis vtcunque copiis, adsumtoque Io. Ernesto Vinariensi duce, in Silesiam tendit, Cæsareos ad Oppeliam profligat, inde ad Betlenum transiturus, qui & ipse denuo fortunam aduersus Cæsarem erat tentaturus. Wallensteinius, vbi Mansfeldii consilium animaduertisset, raptim copiarum partem per Lusatiam præmittit, quæ extremum ipsius agmen carperet, ipse toto cum exercitu insecuturus. Ac Mansfeldius quidem, post multa in itinere exhausta incommoda, tandem in Hungariam per Silesiam penetrat, 70) vbi Betlenus se iam mouere cœperat, Cæsareanosque ad Posonium profligat. Sed incumbente acriter Wallensteinio, perterritus Betlenus, & quia Turcarum auxilia ob acceptam a Persis cladem languide accedebant, pro more suo super inducias tractare instituit, quæ etiam vsque ad Aprilem mensem 1627. fuerunt conclusæ, interim pacem facit. 71) Mansfeldius igitur, postquam tormenta sua & impedimenta militaria Bassæ Budensi vendidisset, per Turcicas ditiones ad Venetos iter suscipit, fortunæque damna alia via reparaturus; ni morte in Bosnia prope Zaram oppressus, Austriacos pertinaci hoste liberasset. 72)

§. XXVIII.

Extat vero Christiani IV. Edictum, sub titulo: *Gründliche und erhebliche Motiven und Vrſachen, warumb Kæn. Mai. in Dennemarck und Norwegen Chriſtian der Vierdte ſich zur defenſion des Nieder-Sachſ. Kreyſes unumbgenglich zu Felde begeben müſſen 1626. 4.*

66) CARAFA p. 230. *Rex quo ſecurior eſſet de ſuæ dre, & de Brunſuicenſi ditione, loco ad bellі impetum ſuſtinendum delecto, ſuſpectum Ducem Vlricum Fredericum Brunſuicenſem maiorem natu, ad ſe in Holſatiam euocatum ditione propria ſpoliauit; eique animoſiorem Chriſtianum Halberſtadienſem Pſeudo epiſcopum ſubſtituit non ſine Oratorum Ducatus Brunſuicenſis aliqua indignatione; eo quod non Chriſtiano, ſed Vlrico ſacramentum dixiſſent; neque facile iudum iſtum pilæ inſtar admitterent; ſed Rex factum ex neceſſitate, & ad tempus tantum, cui ſeruire oporteret, excuſauit.* LONDORP *Tomo III. p. 873.* vbi etiam ſcripta extant, qua ratione Cæſari ſe ſubiecerit Fridericus Vlricus.

67) CARAFA *p. 235.*

68) PIASECIVS *p. 387.* Iniquus in eundem CARAFA p. 238. ſic ſcribit: *Chriſtianus, licet initio more ſuo ferocius in Haſſia militem conſcripſiſſet; ex quo rurſus Mauritius Haſſius, & Haſſiaci perfidia notati ſunt, nihilominus ſecundo ſui dominii menſe infirmitate percuſſus, inter extremos dolores, tyrannis iconoclaſtis ſæuiſſimis Eccleſiam Dei inſeſtantibus familiares, ex hac vita deſperabundus deceſſit. Exiſterato corpore, præter maculata inteſtina vermis inuentus fuit in corpore viuus aliquot vlnarum, qui in illo anno, nec ex vna cauſa prognatus vitam adoleſcentis vix vigeſimum nonum ætatis annum attingentis præmaturæ abſumſit, cæterisque Eccleſiam Dei, ſacra ipſana, & ſacras fortunas infeſtantibus horrorem incuſſit.* PVFENDORF *lib. I. §. XLVIII.* BELLVS *lib. X. p. 953.* HELVICVS *lib. XIV. p. 479.*

69) Latius hoc prœlium deſcribit CARAFA *p. 236.* PIASECIVS *p. 387.* BELLVS *lib. X. p. 947. 957.* PVFENDORF *lib. I. §. XLVIII.* ADLZREITER *p. III. lib. XI. n. 22. 23.* WASSENBERG *p. 101.* THEATR. EVR. *Tom. I. p. 922.* KHEVENHILLER *Tom. X. p. 1234.*

70) CARAFA *pag. 252.* PIASECIVS *cit. loc.* KHEVENHILLER *Tom. X. p. 1241.*

71) Qua ratione Bethlen Gabor ad Conuentum Hagæ Comitum legatum ſuum miſerit, ipſiusque propoſitionem integram refert CARAFA *p. 239.* Inducię vero inter ipſum & Ferdinandum II. XX. Nouembris a. 1626. & pax Decembri menſe facta, extant in RECVEIL *Tom. III. pag. 252.* BELLVS *lib. XI. p. 41.* CARAFA *p. 274. 280.* Varia ſcripta huc facientia apud LONDORPIVM *Tom. III. p. 931.* KHEVENHILLER *Tom. X. p. 1283. 1285.*

72) PVFENDORF *c. l.* Hæc Mansfeldii fata ſatis expreſſit PIASECIVS *p. 388.* ſcribens: *& quidem Mansfeldius, vt alias diximus, a clade Deſſauienſi in Sileſiam conuerſus, magnos progreſſus fecerat: fuderat apud Oppolium Cæſarianos, quorum Dux Annibal de Dona etiam vulnus acceperat in illo conflictu: occuparat non in Sileſia tantum, ſed & in Moratuia plura Oppida, vt Kozle, Iagendorfium, Teſinam, Ratiboriam, Tropauiam, omnemque illam oram, qua liberum tranſitum ad fines Vngariæ ſibi aperiret, in ſtatu poteſtatem redegerat: & relicto Duce Vinmarienſi cum Baudiſio ac octo millibus militum pro cuſtodia illorum locorum interceptorum, in Vngariam tranſierat; vbi Cæſarianis in territorio Poſonienſi magnam ſtragem intulit, integra eorum legione Vallonica cæſa; Gaboreus quoque ad famam ipſius aduentus collecto numeroſo exercitu, toiam Vngariam ad nouandas res concitarat, ac commouerat Budenſem Baſſam, vt circa Neoſelium & Strigonium caſtella quædam ad Imperatorem pertinentia expugnauerit & Nouigradium obſeſſam ad neceſſitatem deditionis prope adegerit. Sed aulita Dani clade, & intellecto quod neque ab Hollandis neque ab Anglo ſubſidia pecuniaria certo habere poſſet, indeque timens ne tota belli moles ſibi ſoli incumberet, in caſtris circa Conuentzium patem, cura Eſterhaſii Palatini Vngariæ ad menſem Aprilem anni proximi compoſuit cum Valnſteinio, qui eo cum copiis Imperatoriis aduenerat, & vinci poterat non prælio nec ferro, ſed cuſtodiatione & inedia, inuriisque humidioris tunc Autumni, quibus iam eius copiæ adeo diminutæ fuerant, vt ex viginti millibus ipſius equitum in Vngariam*

§. XXVIII. Danus interea Osnabruga occupata, filium primogenitum eius præfulatus Coadiutorem creari curat, præpropere nimis, cum mox Danica præsidia per Comitem Anholdinum inde eiicerentur. 73) E contrario Tillius ex agro Paderbornensi in Hassiam progressus, Hirsfeldiam & alia complura loca occupat, Munda quoque per vim expugnata atroci militis præsidiarii & ciuium cæde edita. Vbi etiam Landgrauius Mauritius Ludouico Darmstadtiensi Rheinfelsam, & Chattorum arcem Rheno imminentem per sententiam huic adiudicatam, tradere cogitur. 74) Inde Tillius Gottingam deditione capit, ac Danos ab obsidione Callenbergæ, submisso Ludouico Iacobo Fürstenbergio, non sine clade repellit. Sed, cum Northeimium obsidere pararet, Rege cum vniuerso exercitu adproperante, Göttingam recedebat, vbi aliquot legiones a Wallensteinio & Lüneburgico submissæ ipsi iungebantur. His copiis auctus, Regem in Eichsfeldiam transgressum insequi constituit. Qui numero se inferiorem videns, per impedita loca Guelferbytum retro tendebat. Sed Tillius abeuntem premere, & per triduum velitationibus infestare, donec ad Lutteram Brunsuicense oppidum ad montem Barenberg XXVII. Augusti 1626. Danus magno prœlio vinceretur. 75) Hinc cum reliquis, & subsidiis octo millium, quæ ipsi Angli Belgæque submiserant, circa Verdam ad Visurgin aliquos pagos vastauit, & inde progrediens, Hoyam arcem cepit, Niemburgum etiam Episcopatus Bremensis, & Stoltzenauiam commeatu introducto subleuauit, & tandem in hyberna concessit. 76) Impetus victoria insessa a Dano Saxoniæ loca Bremam vsque, Guelferbyto, paucisque aliis exceptis, trahebat. 77) Fridericus igitur Vlricus Dux Brunsuicensis, Georgius etiam Dux Luneburgensis Cæsaris gratiam pacisci properabant. 78) Ioannes vero

conductis, vix quatuor millia cum equis ad hiberna redierint. Atque ita resiliente Gaboreo a fœdere Anglico, Mansfeldius, vt Camerarius prædixerat, periit. Et quidem in pactis illatam cum Cæsarianis inducriam Gaborem cauerat ei securitatem reditus ad propria, eiusque fociis ac militibus, sed ipse cum qualiuis cautione non satis tutum sibi fore reputans per medios Cæsarianos redire, tormenta sua bellica & impedimenta militaria vendiderat Basse Budensi, ac per Turcicas ditiones impetrato transitu ad Venetos, cum Dalmatiam attigisset, prope Zaram morbo ex itinere concepto interiit. CARAFA *p. 257. 258. 261. 263. 278.* LVDOLPH *lib. XVI. c. II. n. 23. 599.*

73) PIASECIVS *p. 386.* PVFENDORF *lib. I.* §. *XLVIII.* KHEVENHILLER *Tom. X. p. 1255.*

74) PIASECIVS *c. l.* CARAFA *pag. 256. 267.* BELLVS *lib. X. p. 948.* PVFENDORF *c. l.* LONDORP *Tom. III. p. 927.*

75) PIASECIVS p. 387. *nihilominus Tillius interim feliciter rem gessit. Mindam vi expugnauit Veidenbrucum & Gottingam deditione cepit; partem copiarum Danicarum apud Calenbergam missо cum triginta sex equitum turmis, & mille quingentis peditibus Comite Fürstenbergio fudit, sexcentis ex ea cæsis, & quinque signis equitum captis, ex parte vero sua Ioanne Martino, Horiurio, Seurio, Tribunis, ac circiter sexaginta gregariis militibus defideratis. Ipsemet vero Tillius decima Augusti die (quo etiam electus fuerat Rex Romanorum Francofurti Ferdinandus II.) obtinuit victoriam apud Lutheram pene omnibus aliis quæ præcesserant, celebriorem. Northemio imminebat Tillius & sufpeciſſe poterat Dano, quod ipsum ab obsidione illius oppidi reuedere cogerat: sed cum non satis tunc instructum ad pugnam, ac Gottingam quo transiret erat difficilior recedentem, dum auidius insequitur, in loca iniquiora ab exploratoribus male cognita præcipitauit. Tillius itaque auctus interim quatuor legionibus peditum & turmis tribus equitum a Valsteinio sibi submissis, in tali opportunitate rei bene gerendæ consensu cursu, Danos ex illis angustiis eluctari, iterumque versus Volfenbuttelam ad tutiora transire admirentes, integro triduo velitando distinuit, vt subsistere & pugnandi copiam dare debuerint prope Lutheram Ducis Brunsuicensis Arcem, vbi prælio commisso post acerrimum vtrinque consictum, Danici succubuerunt. Cæsorum ibi in ipsa acie, præcipue ex peditatu quinque millia numerabantur, cum aliquot Ordinum Doctoribus: capti plusquam bis mille, inter quos insigniores Tribuni non pauci & Centuriones, Vicarii, Signiferi propе centum.* Aberrat vero PIASECIVS in prœlii die, quem certius ad diem XXVII. Augusti definiunt relationes apud LONDORPIVM *Tom. III. l. VIII. cap. LXXXV. LXXXVI.* Locum debuit CARAFA *p. 262.* iuxta montes Barenbergenses, non procul a munito castro Lutterensi: ADLZREITER *p. III. lib. XI. n. 64.* WASSENBERG *pag. 198.* BELLVS *lib. XI. p. 7.* PVFENDORF §. *XLIX.* KHEVENHILLER *Tom. X. pag. 1267.* HELVICVS *lib. XIV. p. 485.* THEATR. EVR. *Tom. I. p. 931.* AITZEMA *Tom. I. p. 550.* De his Dani conatibus fic iudicat. SILHON Miniſtre d'Etat P. II. p. 288. *La Ligue Protestante, qui prit Son Origine de la intervenue broüillerie entre les Pretendans à la Succession de Cleves, & achevа de croistre & de fe former, sur le sujet de l' Election du Comte Palatin au Royaume de Bohеme. Le Premier grand eſchec qui luy survint luy fut mortel; & elle fut ſi eſtourdie de la perte de la Bataille de Prague, qu' elle ne put iamais s' en remettre; & tohi ce que le Roy de Dannemarck, Halberſtat & Mansfeld ont depuis fait pour reſtablir ce Party, n' a ſervy qu' a le faire plus long temps languir & a reſſemblе à la vertu des eaux precieuſes qu' on donne aux malades deſeſperez qui leur font bien revenir le coeur, & leur allongent la vie de quelques heures; Mais qui ne les remettent point en ſanté, & ne les empeſchent pas de mourir.*

76) PIASECIVS *c. l.* CARAFA p. 274. *Hollandi enim, Angli & Galli ſub ſine æſtatis octo mille ſubmiſerant pedites, ex quibus filius ipſius Regis ex Holſatia & Dania quinque mille transmiſerat, qui vna cum copiis pſeudo adminiſtratoris ſtatim poſt victoriam coniunctis, exercitum quindecim millium efficiebant, cum quo Rex Hoyam oppugnare decreuerat.* PVFENDORF *c. l.*

77) PIASECIVS *c. l. Tillius vero proſequens victoriam Neoſtadium, Steinbrucum, Hanobriam, Verdam, & plura alia vicina ibi Oppida ad recipiendum preſidium Cæſarianum coëgit, ac totum Comitatum Hoyenſem, præter Arcem Hoyam, & Epiſcopatus Bremenſi ditionem, præter Niemburgam occupatit. Wolfenbutela quæ tam facile hyeme imminente oppugnari non poterat, in fide Dani manſit, pacto vt Tilliani Ciuitatem libere ingredi, & viciſſim Cives extra exire ac negotiari ſecure poſſent.* BELLVS *lib. XI. p. 12.* KHEVENHILLER *Tom. X. pag. 1441.*

78) CARAFA *p. 266.* BELLVS *lib. XI. p. 10.* PVFENDORF *cit. loc.*

79) CARAFA

vero Albertus ac Adolphus Fridericus, Megapolitani Duces cum Cæſaris præſidia recipere decreuiſſent, præneniente Dano & præcipuis ipſorum oppidis militem immittente, deſtinata exequi prohibebantur, atque obſequium Dano præſtare cogebantur. Vnde Cæſari in Duces offenſæ anſa ſumebatur, quam poſt ditione exuti ſenſere. 79)

§. XXIX. Eodem adhuc anno 1626. in Auſtria Superiore a ruſticis quoque fuit tumultuatum, ob prohibitam Proteſtantium religionem iratis, qui ducibus vtebantur Stephano Feidingero & Achatio Villingero calcearios. Hos repetitis præliis acriter reſiſtentes, Godefridus Henricus Pappenheimius tandem inſequenti anno in ordinem redegit. 80) Interim Ioannes Erneſtus Vinarienſis Dux in Sileſia reſidens, non modice vires ſuas firmabat, apud Tropauiam munitis locis metabatur, inde per Sileſiam, Moraviamque late excurrens. Aduerſus iſtum Wallenſteinius factis cum Betleno induciis, tendebat; ſed mors propera Ducem iſtum magni animi medios inter conatus abripuit. 81) Daniæ quidem Rex Adminiſtratorem Magdeburgenſem & Turrium Comitem in Sileſiam miſerat, exercitui in locum defuncti Io. Erneſti Vinarienſis præfuturos. Sed Wallenſteinius ſuppletis ſuis copiis, & occupatis a. 1627. oppidis, Liſchwicio, Carnouia, Koſelia, & Troppauia, iſtum exercitum tota Sileſia exturbabat. Pars militum, quæ ſub Carpezano Tribuno fuerat, poſt miſſionem diſperſa; reliquos ſub Baudiſio duce per Poloniæ fines in Marchiam euadere conantes immiſſus a Wallenſteinio Pechmannus, Tribunus cecidit, quo tamen in prælio & ipſe occubuit. 82) Et licet Georgius Fridericus Marchio Durlacenſis ſenior, qui ſedem Baſileæ fixerat, Anglicana & Gallicana pecunia exercitum in Alſatia conſcripſiſſet ex Gallis & Heluetis, cum quo partes Rheni inuaderet & Palatinatum priſtino domino reſtitueret, ipſi etiam ſe ciuitas Baſileenſis adiunxiſſet, erantque, qui verentur, ne omnes Heluetii huic bello implicarentur; miſſo tamen a Cæſare in Alſatiam Leopoldo Archiduce, cum aliquot peditum equitumque legionibus, omne molimen euanuit. 83)

§. XXX. Partis his victoriis, Cæſar in reſtitutionem religionis Catholicæ propenſiſſimus, varia bona eccleſiaſtica mandat reſtitui. 84) Electores vero Eccleſiaſtici d. 26. Septembris 1627. ſuper hac reſtitutione conſultationem ſuam Cæſari miſerunt. 85) Inde menſe Septembri a. 1627. in campo Strigonienſi inter Imp. atque Turcas pax fuit concluſa. 86) Eodem anno 1627. Daniæ Rex poſitis inter Viſurgim atque Albim caſtellis, progreſſus Cæſareorum ſiſtere nitebatur, ac per excurſiones, Luneburgenſem ditionem vaſtabat. Tillius autem apud Tangermundam Albi ſuperato, loca per Marchiam a Danis inſeſſa occupat; iisdemque Hauelberga exturbatis, Hauelam fluuium tranſit. Mox, incumbente ſimul Wallenſteinio, Boitzeburgum ac Lauenburgum recuperat, ac Regiis ſemper cedentibus in Holſatiam tandem penetrat. Cæſæ ibi, quas Durlacenſis Marchio ducebat, copiæ; nec minus illæ, quæ in intimam Iutiam, Alburgum vsque refugerant. Captum quoque Rensburgum; ſic vt Regi e Cimbrica Cherſoneſo, præter Crempam & Glückſtadtium nihil reſtaret. Interea Fürſtenbergius Northeimum capit, non ſine ſuorum clade, actis ad deſperationem præſidiariis, ob negatas honeſtas deditionis conditiones, quas tamen poſtea, bis acriter ab oppugnatione repulſus, vltro offerre cogebatur. Nyenburgum quoque Anholdino ſe ſubmiſit, qui omnem ad Viſurgim tractum, & Bremenſem ditionem, Stada excepta, in poteſtatem redegit. 87) Tandem & Pappenheimio Guelferbytum deditur, obſtructo Ockeræ alueo inundatum. Iſte rerum ſucceſſus 88) Danum non ſolum impediuit, ne quod meditabatur, in Sileſiam copias mitteret, 89) ſed etiam Georgium Guilielmum Brandeburgicum Electorem ſubegerat, vt Bauarum Collegam adgnoſceret, Cæſaris militi tranſitum hoſpitiaque pollicitus, ſuosque Dano militantes auocans. Inde late per Marchiam, Mecklenburgenſem ditionem & Pomeraniam Cæſaris ſe miles diffundit; ac prouificiales grauiſſimis exactionibus pro libidine exhaurit. 90)

§. XXXI.

79) CARAFA p. 282. *in hunc finem Rex celebratis Comitiis in Holſatia, ab Ordinibus bis mille equites, & ſex mille pedites obtinens Ducem Megapolitanum vna cum tota ſua ditione in ipſius obſequium nouo ſacramento fidelitatis & ſocietatis, fruſtra aliter monente Cæſare, adegit.* PVFENDORF *cit. loc.* KHEVENHILLER *Tom. X. p. 1226.*

80) De hoc late PIASECIVS *p. 389.* CARAFA *p. 253. 259. 264. 270.* BELLVS *lib. X. p. 940. 951. lib. XI. p. 44.* WASSENBERG *p. 136.* LVDOLPH *lib. XXVI. c. II. n. 32. lib. XXVII. cap. II. n. 36. 37.* HELVICVS *lib. XIV. p. 493.* THEATR. EVR. *Tomo I. p. 935.* LONDORP *T. III. p. 925.* ADLZREITER *p. III. lib. XI. n. 35.* KHEVENHILLER *Tomo X. p. 1112. ſqq.* late Idem *p. 1464. ſqq.* huius belli finem deſcribit.

81) PIASECIVS *p. 389.* CARAFA *pag. 272.* BELLVS *lib. XI. p. 34. lib. XII. pag. 85.* PVFENDORF *§. I.*

82) BELLVS *lib. XI. pag. 44.* PVFENDORF *c. l.* CARAFA *p. 281. 294. 304.*

83) CARAFA *p. 277.* PIASECIVS *pag. 397.* WASSENBERG *p. 136.*

84) Huius varia adducit exempla CARAFA *p. 268.* Idem Germaniæ ſuæ facræ varia adiecit diplomata, reſtitutionem religionis concernentia.

85) Extat apud KHEVENHILLER *Tomo X. p. 1450.*

86) Extat iſta apud KHEVENHILLER *Tomo X. p. 1505.*

87) CARAFA *p. 293.* PVFENDORF *lib. I. §. L.* PIASECIVS *pag. 398.* KHEVENHILLER *Tom. X. p. 1429.*

88) CARAFA *p. 309.* de hac occupatione varia ſcripta apud LONDORPIVM *Tom. III. p. 978.*

89) CARAFA *p. 277.*

90) CARAFA p. 257. *harum autem copiarum intuitu Elector Brandenburgicus miſit e ſuis, qui*

§. XXXI. Hyberna militum præſidia per vniuerſam fere Germaniam deducta, cum multorum oppreſſione, Electorum, aliorumque Principum animos exacerbauerant; vt ſerio de pace conſtituenda deliberare decreuerint. Hinc Electores & Principes fœderis Catholici ſibi ipſis diem Herbipoli a. 1627. indixerunt, vt opportuno conſilio maximis incommodis occurreretur. In eo primum ventilata fuit Cæſaris fortuna, & auctoritas nimium potens, quæ vni Wallenſteinio commiſſa ſingulis fere Germaniæ prouinciis ad nutum imperabat. Quod cum omnibus diſpliceret, tum vel maxime his, qui nonnihil ſibi, ſuæque familiæ detrahi exiſtimabant; nec tamen omnino huic poteſtati audebant ſeſe opponere: nam non parum res Catholica videbatur promouenda, ſi victoriæ iam obtentæ poſſent continuari. Non deerant, quibus Comitia Imperii Generalia placebant, quæ rurſus alii iudicabant conuocari non poſſe, cum nec Imperator illa poſtulaſſet, neque præſens Imperii ſtatus illa pateretur. Quare in præfato Conuentu Deputatorum parum in publicis deliberationibus effectum, niſi quod Legati ad Cæſarem deſtinati fuerint, Metternichius Electoris Moguntini, & Curtius, Electoris Bauarici Conſiliarii; qui querelas de militum exactionibus & corrupta inſtituerent diſciplina. 91) Præparatorius tamen fuit hic Conuentus alterius, poſt aliquot menſes Mulhuſium euocati, in quo Electores in perſona debeant adeſſe, & Cæſarem rogare, vt & ipſe ſuos deſtinaret, qui de Imperio in commune conſulerent. Sed is Conuentus aliquoties dilatus, non niſi in principio hyemis fuit habitus, ibidemque XIX. Octobris prima ſeſſio & prima propoſitio ab Imp. fuit facta, cui alteram Moguntinus ſubiunxit, qua ratione Pax Germaniæ ſit reſtituenda, ſed nihil fuit decretum, potius omnia ad Comitia Imperii Generalia fuerant reiecta. 92) Paullo poſt hunc conuentum, Rex Daniæ per Comitem de Oldenburg ſolennes conditiones pacis propoſuit Cæſari; obtulitque, ſe velle in Dania retrocedere, ſi Cæſar e diuerſo, locis omnibus occupatis in inferiori Circulo Saxonico cederet, & priſtino ſtatui cuncta reſtitueret, aut ſaltem illum immunem in omnibus redderet, ſeruato iure ſuo, ſuorumque filiorum ad Epiſcopatus prætenſos. Hæc vbi obtinere non potuit, ſe ſuas-

Cæſaris exercitum hoſpitio exciperent, & vim deprecarentur, cum certa verbali atque ſcripturali cautione, ſe in fide Cæſaris permanſurum, quod vt magis Cæſar crederet, haſtenus dilatum aſſenſum ad promotionem Electoratus Ducis Bauariæ, tunc perlibenter ſubmiſit, ſeque in omnibus Cæſari cum Electore Saxoniæ pariturum ſancte promiſit. Idem p. 305. teſtatur: *quapropter Electior Brandenburgicus, vt priuſ Brunſuicenſis fecerat, ſuos e caſtris Danicis reuocare decreuit, plerique enim non ex plebeio, ſed ex equeſtri, & ciuium ordine, ei Regi militabant, & in propriæ patriæ perniciem illi exactiones imponenti aſſiſtebant, imo præſidia habentes Ruppini, Friſaci, Zedenici, & Liebenwoldi ſumptus menſtruos a Brandenburgicis exigebant, poſtea illos, licet ſerius Cæſari fidus, ſub graui pœna reuocauit, ac ſalis Cæſareis copiis neceſſaria quæque præberi mandauit; imo omnes ſuos tam equeſtri loco natos, quam ciues, & ruſticos eis & vltra Oderæ flumen commorantes, equis validiſſimis, ferruis, puluere tormentario, globulis, & omnibus armis inſtructos ad omne ſignum adeſſe iuſſit, vt hoſtes propulſarent: ideo etiam Cæſarea præſidia Berlini, Francofurti & alibi libenter admiſit, adeo copioſa, vt iam Marckam Brandenburgicam poſſent Imperio ſuo ſubiicere, & libere ſuperatis conſidere. Ex hac tam propitia Electoris Brandenburgici erga Cæſarem voluntate, nata fuit fama, illum Catholicæ religioni nomen daturum, cuius felicitſſimi nuncii famam auxit; quod non ita pridem multos e ſuis prædicantibus, quod vehementius populum concitaſſent, officio priuaſſet, modeſtioribus aliquot ſubſtituiſſet, per quos auctoritas, & obedientia Cæſaris ſtabilicbatur, & ſingulis integra fides erga ſuam Maieſtatem ſerio commendabatur.* Subiectio autem iſta iam facta ineunte a. 1627. prout ex ſcriptis apud LONDORPIVM *Tom. III. p.* 940. 984. patet. BELLVS *lib. XII. p.* 90.

91) CARAFA *p.* 279. BELLVS *lib. XII. p.* 88. ADLZREITER *p. III. lib. XII. n.* 5.

92) CARAFA *pag.* 279. PIASECIVS p. 397. *Sub id quoque tempus in fine Octobris & initio Nouembris Conuentus Electoralis Mulhuſii fuit celebratus, in quo Imperatoris Legati propoſuerant ad deliberandum, quomodo pax vniuerſalis Germaniæ reſtitueretur, debita pro bello præterito contracta ſolueretur: & ſi pax componi non poſſet, ſumptus proiuderentur pro vlteriori defenſione Imperii. Electores, Moguntinus & Saxoniæ ſoli præſentes ibi aderant, alii per Legatos, ſed colloquio facto omnia illa negotia ad Generalia Germaniæ Comitia reiiciebantur, nec quidquam pro tranquillitate publica fuit definitum; quinimo nouas diſſidentias commouerat ibi iniecta mentio ex Conuentu Lipſ Catholicæ Herbipoli nuper celebrato, de reſtituendis bonis Eccleſiaſtum Catholicarum, & reducenda pace Religionum ad concordiam Paſſauienſem, Anno Chriſti* 1555. *Quod tamen longioris belli cauſſam futuram nemo tunc ſuſpicabatur, præſertim quod arma Imperatoria vincere non ceſſarent, eisque nemo ſe oppoſiturus crediebatur.* ADLZREITER *p. III. lib. XII. n.* 35. *ſqq.* SPANHEIM *Memoires p.* 283. THEATR. EVROP. *Tom. I. p.* 991. IAC. MASENII *Ann. Treuir. lib. XXIV. p.* 484. HELVICVS *lib. XV. p.* 538. LVNIGII *Staats-Conſilia Tom. II. pag.* 145. LVDOLPH lib. XXVII. c. II. n. 25. Extant Acta huius Conuentus apud LONDORPIVM *p.* 994. Arcana in hoc Conuentu Statuum conſilia detegit CARAFA *p.* 280. *reuera tamen ſecreto, & principaliter vt potentiam Cæſaris deprimerent, & illorum, aliorumque Principum Imperii libertas, & priuilegia non ſolum conſeruarentur, ſed augerentur.* Cæſaris vero conſilia exponit PVFENDORF *lib. I. §. LI.* dicens: *cæterum e Mulhuſino conuentu nullus in publicum fructus, niſi quod Cæſar per iſtum ad euertendam plane Ordinum libertatem viam ſibi ſtruxerit, dum velut in Comitiorum locum iſtos e paucis, ſibique fere obnoxiis congreſſus fouet, quibus ſola conſultandi nulla decernendi facultas relinquebatur, & quorum conſilia pro lubitu Cæſar aſſernari poterat.* Quæ vero cauſſa fuerit dilati Conuentus, ipſe etiam tradit CARAFA p. 311. *Dudum etiam controuertebatur, quinam forent admittendi, an ſoli Electores, an Principum Legati, an ipſe Cæſar. Varii etiam tuentes, plerumque felices pro Cæſareo exercitu, in diet ſtatum cauſſe, & conſiliorum rationes immutabant.* Idem tamen *pag.* 323. quædam capita de Friderici Palatini ſubmiſſione in hoc conuentu decreta proponit, quæ Cæſaris potius fuiſſe videntur, quam Statuum. KHEVENHILLER *Tom. X. pag.* 1428. 1446. vbi illos, qui huic conuentui interfuerint, recen-

ſe ſuasque controverſias Electorum Collegio diiudicandas propoſuit: 93) cum vero nec iſta ſuccederent, & Wallenſteinius illi Cæſaris nomine longe alias conditiones propoſuiſſet, quæ ſolum regnum Danicum ipſi relinquerent, expenſas reſtituere, & perpetuo Epiſcopatibus prætenſis cedere iuberent; 94) indictis nouis ſui regni, ditionumque Comitiis multo violentius ſeſe ad arma præparabat. 95) Palatinus inter illa, de reconciliatione cogitabat, & aliquas conditiones componens, rogabat Ducem Lotharingiæ, nec non Ducem Würtenbergenſem, vt ſuas vices interponerent. Dicta igitur Septembri menſe fuit dies Colmariæ, ad quam Legati Palatini Andreas Pawel & Io. Ioachimus Rusdorf cum plena commiſſione parendi adeſſe debebant. Verum, in tradendis plenipotentiariorum litteris non exigua fuit difficultas, quæ in plures menſes fuit extracta. Tales etiam conditiones a Cæſare proponebantur, quas præſtare penes Palatinum non erat, & ab hoc oblatæ moderationes plane reſpuebantur. 96)

§. XXXII. His ad Septentrionem pro Cæſare feliciter procedentibus, Imperator Vienna Pragam tranſierat, vbi coronatio Ferdinandi III. d. 25. Nouembr. & Eleonoræ Auguſtæ d. 23. Nouembris ſolenni ritu peragebatur. Nouum ibi videbatur de ordine Eccleſiaſtico introducto, qui a ducentis & amplius annis locum non habuerat, in ſeſſionibus Statuum regni, ſed tanquam externus, aut coronæ Regiæ inſertus habitus fuerat. 97) Propoſuit Cæſar in primis Comitiis, regni inſtaurationem, legum nouarum obſeruantiam, vicinorum Principum amicitiam, perpetuam pacem, hoſtium, ſi ingruerent, reiectionem, limitaneorum arcium defenſionem, promptum armorum apparatum, deperditarum ditionum recuperationem, & filii ſui coronationem, ad quam omnes Ordines inuitauit. Dum antea de prioribus conſulerent, & tam Imperatricis, tam filii coronatio adornaretur, nouique regni Magiſtratus inſtituerentur, Corona regni caute aſſociata Pragam delata fuit. Hinc, inconſultis Ordinibus Eleonora Auguſta die XVIII. Nouembris 1627. in Bohemiæ Reginam, Ferdinandus III. vero die XXIX. Nouembris ab Archiepiſcopo Pragenſi Cardinali ab Harrach in Regem Bohemiæ fuit coronatus. 98) Hinc etiam die Sabbathi recordationi S. Ignatii Sacro 1627. Edictum de reformatione Regni Bohemici facit publicatum, quo omnes Euangelici, niſi intra ſpatium ſex menſium ad Catholicam religionem ſe conuertant, de regno mandat migrare. 99) Cum Turca etiam Sultano Murath Han in campo Szönienſi anno 1627. induciæ denuo prorogantur. 100) Interim, dum Pragæ demoraretur Imperator, receperat Auſtrian ſuperiorem, eousque nomine Hypothecæ ſubiectam Duci Bauariæ, pro ſumptibus belli, qui ad tredecim myriades (*millionen*) florenorum computabantur, cum per Palatinatum Superiorem, qui per Tractatus Monachienſes XXII. Februarii 1628. concluſos, Bauaro plene cedebatur, ipſi ſatisfactum fuiſſe videretur. 1)

§. XXXIII. Inter hos victoriarum progreſſus, Maris etiam Balthici imperium tentatum, frenando ſeptentrioni, ſimul ſubiugandis Batauis, quorum commercia nauigatione illius maris fundantur. Multa iam olim cum Polonis fuerant conſilia arcana de Belgarum in mari Balthico commerciis euertendis, Hiſpanorum ſtabiliendis, ſubiugandaque Dania, 2) quæ nunc eo facilius in effectum duci poſſe videbantur. Tentabantur igitur miſſo ad eosdem Schwartzenbergico Cæſare Ciuitates Hanſeaticæ, licet fruſtra, 3) dum etiam Daniæ Rex miſſo ad easdem Ioachimo Kratzero legato, harum quoque opem implo-

recenſet. Adde *Tom. XI. pag.* 98.

93) CARAFA *p.* 280.

94) CARAFA *p.* 316. extant iſtæ Conditiones apud LONDORPIVM *Tom. III. p.* 992. KHEVENHILLERVM *Tom. X. pag.* 440.

95) CARAFA *c. l.*

96) CARAFA *p.* 280. 303. PVFENDORF *c. l.* Extant Acta apud LONDORPIVM *Tom. III. pag.* 995. *Tom. IV. p.* 668. *&* MEVERVM *Lond. ſuppl. Tom. I. p.* 771. du MONT *Tom. V. p. II. p.* 519. ADLZREITER *p. III. lib. XII. n.* 8. LVDOLPH *lib. XXVII. c. II. n.* 30. KHEVENHILLER *Tom. X. p.* 1521.

97) CARAFA *p.* 331. Rium Coronationis KHEVENHILLER *Tom. X. p.* 1414. vberius deſcribit.

98) CARAFA *p.* 332. PIASECIVS p. 397. *interim Imperator Viennæ Pragam tranſierat, & fecerat Imperatricem coronari Reginam Boemiæ ſub finem menſis Nouembris, ſimulque renuntiauit Regem Boemiæ (nulla forma Electionis ſeruata vt olim, ſed abſoluto iuſſu, inxta nouam pragmaticam perpetuæ hæreditatis) filium ſuum Ferdinandum conditione adiecta, quod viuente Patre, non deberet vſurpare Rex nouus illius Regni adminiſtrationem.* THEATR. EVROP. *Tom. I. p.* 1014.

99) Extat apud du MONT *Tom. V. p. II. p.* 500.

100) Extant cum Ratificatione Ferdinandi II. data Viennæ d. 10. Septembris 1628. apud du MONT *c. l. p.* 501. Adde KHEVENHILLER *Tom. X. p.* 1471.

1) PIASECIVS *p.* 400. ADLZREITER *p. III. lib. XIII. n.* 1. CARAFA *p.* 339. *ſcrio interim Cæſar per Comitem de Trautmansdorf Arcani Conſilii Conſiliarium apud Electorem Bauariæ ceſſionem ſuperioris Auſtriæ vrgebat, pro qua ſua Maieſtas hæreditariam donationem ſuperioris Palatinatus eidem Electori pia commutatione offerebat, & ſubſidii ipſi Auſtriæ magis erga Cæſarem, quam erga Bauariam propenſi, non contemnendam ſummam ſignati auri ſexcentorum millium florenorum liberaliſſime addixerant.* Idem *p.* 343. Extant tabulæ iſtæ apud LONDORPIVM *Tom. V. p.* 796. du MONT *Tom. V. p. II. p.* 538. 542. 544.

2) Hæc conſilia latius exponit PVFENDORF *lib. I. §. LII.* KHEVENHILLER *Tom. XI. p.* 123.

3) PIASECIVS p. 398. *in annum autem Chriſti, Milleſimum, Sexcenteſimum, Vigeſimum Octauum, alia longe diuerſa belli illius ducendi rationes Cæſarianos exceperunt. Ad maritima enim delati, vbi ſinus aquarum ad Inſulas inuadendas tranſeundi, & Ciuitatibus oppugnandis auxilia e mari inter-*

cluden-

imploraret, 4) Wallenſteinius a Cæſare, inaudito hactenus exemplo, ſupremus claſſis præfectus per Oceanum ac mare Balthicum declaratur, collato in eundem ineunte anno 1628. Mecklenburgico Ducatu, quem velut in pignoris vicem, ob ſumptus in id bellum factos tantisper obtineret, 5) qui tamen a. 1629. pleno feudi iure in eundem fuit translatus, Megapolitanis Ducibus publicis ſcriptis deſuper proteſtantibus. 6) Occupato litore, portuque Wismarienſi, claſſi comparandæ incumbitur, negotiumque datum Comiti Mansfeldico, Wismariæ tunc præfecto, vt quindecim naues bellicas extruendas curaret, quibus & Sigismundus, Poloniæ Rex ſuarum aliquot adiungebat. 7) Inde & Pomeraniæ manus iniiciebantur, quæ, licet toto bello extra omne armorum contagium remota, immenſo Cæſarei militis agmine inundabatur; grauibusque exactionibus premebatur, 8) cuius vnicus Dux, prolisque expers, minore cum inuidia Cæſarem hæredem habiturus videbatur. Eumque in finem iam Bauarus actionem in Pomeraniam a Ludouico Romano, Ludouici IV. Imperatoris filio deriuatam, vbi Ducem fato fungi contingeret, meditabatur, qua Brandenburgicus ſucceſſione, quæ pacto ipſi debebatur, excludereturr. Stralſunda potiſſimum tentabatur, Maris Balthici oſtium. Poſtulabatur, vt ea præſidium Cæſareum reciperet, magnam pecuniæ ſummam ſolueret, & alia, quibus litis materia quærebatur. Cum ea vrbs haut conſentiret, mox occupata a Cæſareis Rugia inſula, XVI. Maii 1628. obſidione cingitur. Ciues hoſtis hactenus ſemper victoris inſolentia haut territi, ad vim propulſandam ſtrenue ſe parant, quibus aliquot peditum cohortes Danus auxilio miſerat. Sed præcipua fiducia in Rege Sueciæ erat, qui, cum facile intelligeret, quanti ſua intereſſet, Cæſarem littore Balthico non potiri, vltro puluerem pyrium, quem iſti a Gedanenſibus petierant, ſubmiſit, ac per Legatum auxilia prolixe obtulit, cupientesque valido milite firmauit. His ſubſidiis aucti oppidani, acriter ſæpius repetitos Cæſareorum inſultus repulerunt, eosque, poſt amiſſa duodecim militum millia XXII. Iulii obſidium ſoluere coëgerunt. Tentata quidem poſt cum vrbe fuit compoſitio; ſed nihil fidi a Cæſare expectans, fœderi Sueciæ Regis d. 22. Iulii 1628. 9) eſt innexa, eidem facilem mox in Germaniam ingreſſum factura, Fridlando, fruſtra, vt Suecicum præſidium oppido deduceretur, poſtulante. 10)

§. XXXIV. Eodem anno 1628. controuerſia ſuborta fuit de ſucceſſione Mantuana. Franciſcus III. Dux Mantuæ a. 1612. deceſſerat, relicta vnica filia Maria, ex Margaretha Sabauda. Succedebat illi germanus frater Ferdinandus, & huic iunior frater Vincentius II. qui cum prolem non haberet, Mariam iſtam in matrimonium dederat Carolo II. Niuernienſi Duci, adgnato ſuo, ſucceſſionis Mantuanæ declarauerat hæredem. Mortuo igitur a. 1628. Vincentio, non ipſe, ſed pater ipſius Carolus I. Dux Niuernienſis, ex iure adgnationis fidelitatis iuramentum a ſubditis Mantuanis recepit, mittens ad Imperatorem epiſcopum Mantuanum, petiturum, vt pro cliente haberetur. Sed Hiſpani

cludenda eſſent, ſine claſſe valida vem gerere non potuerunt. Ad eam vero comparandam accinctis, plurimæ difficultates occurrebant. Miſerat Imperator Comitem Schwartzenbergium ad Conuentum ſocietatis Anſiaticæ Lubecæ ſub hoc tempus celebratum, poſtulans, vt opcram ſuam ſocietas illa conferret ad inſtruendam huiusmodi claſſem, quæ mercatura ipſius exercitio contra monopolia Anglicana & vectigalium in tranſitu Helleſponti Danici Zund dicti iniurias vtui eſſe poſſet. Verum reſponſum accepit, quod Ciuitatibus non eſſet tutum ſuſcipere bellum contra Principes maris illius Dominos, in quorum locis commorari & negotiari conſueuerunt: Imperiales etiam Ciuitates illius oræ maritimæ requiſitæ, vt præſidia Cæſarea reciperent, & claſſem in ſuis portubus pro Cæſare armari permitterent, omnino recuſarunt, præter Vismariam & pauca loca vi occupata a Delegato Valhſteinii Arnhemio. KHEVENHILLER *Tom. X. p.* 1510. CARAFA *p.* 336. extant de hoc varia ſcripta apud LONDORPIVM *Tom. III. pag.* 1004. PVFENDORF *c. l.*

4) Extat huius oratio apud KHEVENHILLERVM *Tom. X. p.* 1526.

5) Extat de hoc propoſitio Cæſaris Commiſſariorum ad Ordines Guſtrouiæ a. 1628. congregatos, apud LONDORPIVM *Tom. III. p.* 1012. PIASECIVS *p.* 397. 290. LVDOLPH *lib. XXVIII. c. II. n.* 40. Diploma conceſſionis reperitur apud du MONT *Tom. V. p. II. p.* 546. KHEVENHILLER *Tom. XI. p.* 61. qui etiam Acta exhibet, qua ratione Fridlandio dictus Ducatus fuerit traditus.

6) Extat *Kayſerlich Manifeſt oder wohlgegründete Deduction der Vrſachen, warumben beede Gebrüdere, Hertzog Adolph Friedrich und Hans Albrecht von Mechelburg, Ihrer Fürſtenthumben und Landen priuirt und entſetzt worden, de dato Wien den IX. Iunii* 1629, apud LONDORPIVM *Tom. IV. p.* 8. KHEVENHILLER *Tom. XI.* 683. THEATR. EVROP. *Tom. I. pag.* 1047. cui Duces oppoſuerunt *Fürſtliche Mecklenburgiſche Apologiam* 1630. 4.

7) PIASECIVS *pag.* 399. KHEVENHILLER *Tom. XI. p.* 783.

8) Prima enim pacta de ſucceſſione in Pomeraniam a. 1338. inita fuerunt inter Ludouicum Romanum, Ludouici Bauari Imp. filium, tunc Electorem Brandeburgicum, de quibus MICRAELIVS *Pomer. Chronic. lib. II. p.* 331. SCHVRTZFLEISCH *Originibus Pomeranicis §. VIII.* PVFENDORF *c. l.* Iſta vero pacta defuncto a. 1464. Ottone III. Scettinenſium vltimo, a. 1480. ſub Alberto Achille, Electore denuo fuerunt confirmata, & Bogislai, atque Ordinum littetis, de ſucceſſione, ſi maſcula linea Ducum Pomeraniæ deficeret, fuit cautum. 10. CERNITIVS *Hiſt. Electl. Brandenb. pag.* 38. MICRAELIVS *pag.* 156.

9) Extat hoc fœdus apud du MONT *Tom. V. p. II. p.* 549.

10) CARAFA p. 345. *ciues Stralſundt (quæ eſt ciuitas Ligæ Hanſiaticæ in Pomerania) ob occupationem a Cæſareanis inſulæ Rugiæ, & ob propugnaculum ab iisdem erectum in parua inſula, quæ eſt e regione canalis, ſeu portus ciuitatis, nimium deſua libertate dubitantes, inito conſilio cum Rege Daniæ, præfatum propugnaculum ſtrictâ obſidione oppugnarunt, ac tandem expugnarunt, quod indigne ferens Colonellus Arnheim, ad caſtigandam eorum rebellionem, cum duodecim millibus armatis cæpit obſidere ciuitatem, ſane non valde maturo conſilio, ob multa, ſed*

Hispani Gallicis adfinitatibus & patrociniis potentem Principem, vicinum Mediolano habere nolentes, Principem de Guastalla, remotiorem quidem gradu, sed ex eadem Gontzagarum stirpe genitum, præferri ei in illa hæreditate optabant; & effecerant, vt Imperator ius ipsius in dubium vocans, Legatoque illius renuntiari fecerit, quod ipsum tanquam legatum Ducis Niuernienſis, quem pro Duce Mantuæ non agnoſceret, admiſſurus non eſſet, niſi prius ille arreptam auctoritate propria poſſeſſionem Feudi Imperialis dimitteret, & ius ſucceſſionis, ſi quod ibi prætendat, in iudicio ſuo probaret, pareretque iudicato. 11)

§. XXXV. Batavi interea, ne mari Balthico excluderentur, plures naues armabant, & per Laurentium Realem præſidia duorum millium ſclopetariorum Regi Daniæ eorum ſumptu alendorum offerebant, per quos ipſe anguſtiis Sundæ conſuleret, inſuper & alios quater mille ſubmittere promiſerunt. Sed Daniæ Rex Batauorum copias ad tuendum fretum admittere nolens, promiſſas auxiliares copias alibi quidem collocandas non detrectabat. 12) Deſperatis igitur rebus Danicis, ſub initium anni 1628. Conuentum Ordinum regni Danici, admiſſis etiam Legatis Hollandicis & Suecicis, inſtituit, vt de reparanda fortuna deliberaretur. Ordines quidem Daniæ bellorum pertæſi, ſedulo pacis rationem inculcabant. Hollandi vero & Sueci nihil omittebant, quo Regi vindictam ſpiranti, eandem vt facilem ex poſſeſſu adhuc Crempena & Glückſtadtio perſuaderent. 13) Hinc Daniæ Rex confirmato cum Anglo & Sueco ac Hollandis fœdere, vires iterum collegit, claſſeque maxima valens, bellum a. 1628. inſtaurauit, Cæſareanorum præſidia ex Femera Inſula & Ecklenfurto eiicit, Wolgaſto ac Viſedomia inſula intercepta, tranſitus a Stettino, ne commoditati illorum inſeruirent, obſedit; & plurimas etiam naues, quas circa Wismariam, ac a Rege Poloniæ mutuo conquiſierant, variis præliis conquaſſauit. Tillius interea cum alio exercitu circa Holſatiam commorans, poſtquam initio menſis Maii iſtius anni præſidium Anglicum cum Præfecto Morgano Stada decedere coegiſſet, inde progreſſus, Crempam, & Glückſtadtium mari vicinum & opportunum recipiendis ibi auxiliis, cum ad iſta arcenda claſſe careret, damni multum in longa & inani locorum illorum oppugnatione accepit. 14) Dum etiam Cæſarei partem copiarum in Poloniam, partem in Italiam ad bellum Mantuanum amandaſſent, Daniæ Rex, miſſo Morgano in ditionem Holſatiæ ac Slesuicenſem, plurimas ditiones ſuas, electis præſidiis Cæſareanis recuperauit, 15) Profuit hoc ad Tractatum pacis Lubecæ a Delegatis Cæſaris Danicisque tota hyeme inani labore continuatum, tandem, vrgente potiſſimum bello Mantuano, 16) XII. Maii 1629. faciliores conditiones Danus obtinuit, vt receptis terris ſuis, rerum Imperii nonniſi vti Dux Holſatiæ amplius curam haberet. 17) Inſuper Regi facultas

ſed præcipue, quod non poterat impedire ſubſidia, quæ per mare ventura erant. Qua ratione Stralſundenſes cum Wallenſteinio egerint, idem poſtea exponit *p.* 347. PIASECIVS *p.* 398. *alia vero potentiores Ciuitates contra talem iuſſum etiam armis ſe munierant, & Stralſunda vsque obſidionem grauiſſimam prope anno integro propterea ſuſtinuit, demumque vicit, ipſimet Valleſteinio, qui eam totis viribus promouebat, magna clade illata: Deinde Inſulam Denholmiam ſuis litoribus propinquam ab Arnhemio occupatam reuperauit auxiliis Dani & Sueci Regis, quæ Cæſariani claſſe deſtituti prohibere non valebant.* HELVICVS *lib. XVI. p.* 564. THEATR. EVR. *Tom. I. p.* 1066. Le VASSOR *lib. XXV. p.* 773. Extant apud LONDORPIVM *Tom. III. p.* 1017. varia Acta & Scripta cauſſam hanc Stralſundenſem concernentia. KHEVENHILLER *Tom. XI. p.* 186. *ſqq.* Ipſi vero Stralſundenſes publico nomine euulgarunt ſcriptum cum hoc titulo: *Gründlicher Bericht von der Hanſeſtadt Stralſundt, wie anno* 1627. *die Einquartirung daſelbſt begehret, aber gütlich abgehandelt, und gleichwol folgig Gewalt unterſchiedlich wider ſie verübet, auch von der Belagerung, Stürmung, und was dabey und weiter bis zum Abzuge des Feindlichen Kriegsvolcks vorgangen, neblſt Beylagen. Stralſund* 1631. 4. PVFENDORF *lib. I. §. LIII. ADLZREITER p. III. lib. XIII. n.* 19. LVDOLPH *lib. XXVIII. c. II. n.* 41. Tractatus Stralſundenſium cum Suecorum Rege, Guſtauo Adolpho concluſus, exhibetur in RECVEIL *Tom. III. p.* 255. Rationes, quæ Guſtauum impulerint, vt Stralſundenſibus ſubueniret, exponuntur apud PVFENDORF *lib. II. §. IV. ſqq.*

11) PIASECIVS *p.* 399. PVFENDORF *lib I. §. LV.* LVDOLPH *lib. XXVIII. c. I.*

12) CARAFA *p.* 329. *Facit huc* IO. IOACHI MI RVSDORFII *Claſſicum imminentis communiti diſcriminis, quo denuntiatur & præſinitur, quantum quemque vicinum periculum immineat Angliæ, Galliæ, & reliquis regnis ac Prouinciis Europæ, ſubiugata Germania, & victo Dano, & quam neceſſe ſit, Dano & Germaniæ periclitanti & belligeranti abſque omni mora ſuccurrere*, inter ipſius Conſilia *p.* 207.

13) CARAFA *p.* 335. Facit huc RVSDORFII Conſilium *p.* 181. quo conſultum & Reip. Chriſtianæ eſſe perutile, demonſtrat, vt Rex Magnæ Britanniæ claſſem ſuam in auxilium Regis Daniæ mittat. Eiusdemque *Examinatio Politica, quid de expeditione Regis Daniæ, & de fadere inter eum, & Regem Magnæ Britanniæ ordinesque Magnæ Britanniæ, ordinesque Batauos concluſo poſſit cenſeri & vt Rex Sueciæ & Electior Brandenburgicus illi accedere teneantur.*

14) PIASECIVS *p.* 398. PVFENDORF *lib. I. §. LIV.* ADLZREITER *p. III. lib. XIII. n.* 11. KHEVENHILLER *Tom. XI. p.* 210.

15) PIASECIVS *p.* 410. CARAFA *p.* 346. 347.

16) PIASECIVS *c. l.* Addit hanc rationem PVFENDORF *c. l. erant, qui crederent, Fridlandum occaſionem honeſte bello ſeſe extricandi cupide amplexum, quod deficientibus ſtipendiis, quæ tanto exercitui ſuffiierent, & corrupta plane diſciplina, rem ſuo ex ingenio gerere non poſſet, ac metueret, ne gloria parta bello diutius extrallo deſtrueretur.* Dum autem pacis Tractatus hæreret, prodiit *Daniæ Regis Declaratio cum adnexis Probationibus, cur Pax in Imperio non ſit reſtaurata*, Hafniæ 1628. 4.

17) Summam pacis hoc modo refert PIASECIVS *p.* 410. *nempe vt amicitia inter Imperatorem & Danum Regem vetuſta coloretur: Danus rerum*

cultas conceſſa nouum vectigal per quatuor annos in Albi flumine exigendi, quod Glückſtadti a. 1630. erectum, ſed a. 1637. contradicentibus Ciuitatibus iterum finitum. 18) In hac pace mentio Ducum Mecklenburgenſium nulla fiebat. Deſtinauerat ad eundem Conuentum Guſtauus Adolphus Suecorum Rex legatos ſuos, qui Suecicum militem Stralſunda educendum promitteret, ſi ex vtroque Circulo Saxonico copiæ educerentur, Principes reſtituerentur, præmiſſus etiam a Legatis Ioannes Saluius e Dania Ioannem Lehuſium Lubecam ablegauerat, qui Cæſareis Miniſtris aduentum Legatorum Suecicorum denuntiaret, ac fide publica eorundem ſecuritati caueri poſtularet. Quem citra reſponſum Cæſarei, iuſſu Fridlandi dimittebant, extrema interminati, ſi Legati Suecici Lubecam accedere auderent, id quod inſtigantibus Danis factum fuiſſe dicitur. 19)

§. XXXVI. Inter has Cæſaris victorias, non prouinciæ Auſtriacæ reformabantur ſolum, 20) ſed etiam varia de reducenda in Germaniam religione Catholica & reſtituendis bonis Eccleſiaſticis erant conſilia. 21) Cæſar etiam filium ſuum Leopoldum Guilielmum ad Argentinenſem & Patauienſem Epiſcopatum, reſignante Leopoldo ArchiDuce, iam ante delignatum, 22) Halberſtadtienſis Epiſcopatus & Abbatiæ Hirſchfeldenſis Adminiſtratorem renunciari curat, 23) in quem etiam Pontifex Præſulatum Magdeburgenſem a. 1628. contulerat, vtut Electoris Saxoniæ filius, abdicato Chriſtiano Guilielmo a Canonicis, ei regimini deſignatus eſſet. 24) Iſtum Bremenſis & alii Epiſcopatus erant ſecuturi. Cæſar quoque per Mandatum Pragæ datum d. 15. Decembris 1627. Argentinenſi vrbi mandat, vt Templum primarium, *das Munſter*, atque alia cum pertinentiis & omni ornatu Capitulo reſtituant. 25) Inde Edictum de reſtituendis bonis Eccleſiaſticis in Au-

Imperii nonniſi vti Dux Holſatiæ curam haberet, & in actionibus reginminis Imperatoris nil corrigeret: Epiſcopatus in Germania non occuparet. Speciali tamen diplomate poſtmodum conceſſerat Imperator eius filio Friderico Epiſcopatum Bremenſem. Inſulas Femeram, Nordſtrand, & alia loca intercepta legitimis Dominis reſtitueret; Venſliam, Stormariam, Holſatiam, Iuttiam, Ditmarſiam, Slesuicum & alias editiones ac loca ab Imperialibus occupata integra reciperet, ſaluo Imperatori iure direkti Dominatus ſuper Holſatia, Stormaria, & Ditmarſia. Expenſæ vtrinque vt compenſarentur, & captiui dimitterentur. Pactis iſtis a parte Imperatoris Rex Hiſpaniæ, Polonię, Adminiſtratrix Belgii cum tota Domo Auſtriaca, & Electoribus ac Principibus Ordinibusque Imperii; A parte vero Dani Rex Galliæ, Angliæ, & Suecię, & Ordines Hollandiæ includerentur, ſi eis non contradicerent. Sed contradixerunt iſti ſtatim ob non reſtitutum Palatinum, & Mechelburgenſes, ac alios Principes; qua flamma adhuc tunc neglecta paulo poſt tota Germania miſere conflagrauit. HELVICVS *lib. XVII. p.* 1. THEATR. EVR. *Tom. II. p.* 5. ADLZREITER *p. III. lib. XIV. ineunte.* LE VASSOR *lib. XXVI. p.* 127. Extant Acta & tabulæ pacis apud LONDORPIVM *Tom. III. p.* 1078. cum ipſis Actis Pacis in RECUEIL *Tom. III. p.* 258. 276. Antequam pax adhuc procederet, prodiit *Sereniſſimi Daniæ ac Norwegiæ Regis Declaratio cum adnexis Probationibus & Documentis vtri partium imputari poſſit aut debeat, quare in S. Romano Imperio & adiacentibus ei Prouinciis & Regionibus, optatiſſima Pax haſtenus non ſit reſtituta aut reſtaurata.* du MONT *Tom. V. p. II. p.* 561. De Pacis tractatione KHEVENHILLER *Tom. XI. p.* 125. 147. 161. De Legatis ad hanc Pacem *p.* 666. & Concluſione *p.* 666. *ſqq.* Ipſi Pacis Articuli extant *p.* 675. apud du MONT *p.* 581. HISTOIRE DES TRAITTES DE PAIX *Tom. I. p.* 125.

18) De hac controuerſia inter Daniæ Regem & Hamburgenſes THEATR. EVROP. *Tom. II. p.* 151. & ſingularis extat Apologia Hamburgenſium apud MEYERVM *Lond. ſuppl. Tom. II. p.* 663. Anno 1637. equidem prorogationem petebat Daniæ rex, quam tamen & Cæſar & Collegium Electorale denegabant, quod exhibet LONDORP *Tom. IV. p.* 689. LVNIG *Contin. II. ſect. IV. p.* 73.

19) LONDORP *Tom. III. p.* 1079. PVFENDORF *lib. II. §. XIII.* CHEMNITZ *p. I. p.* 9 HELVICVS *lib. XVII. p.* 4. THEATR. EVR. *Tom. II. p.* 4. De hoc bello ſeparatim extat *Bellum Bohemo-Germanicum*, 1630. 4. LIBORIVS VVLTVRNVS *in kurtzer Erzehlung aller vornehmſten Handel zwiſchen der Beyer Tylliſchen und Kayſerlichen Wallenſteiniſchen gegen der Kœnigl. Dennemarckiſchen Armada* 1628. 4. Facit huc etiam WASSENBERGII *Florus Germanicus.*

20) De hac reformatione plenius CARAFA *p.* 283. qui etiam edictum Ferdinandi II. de reducenda in Bohemiam religione Catholica *p.* 297. inſeruit. Extat *Reformations-patent im Kœnigreich Bœhmen* apud MEYERVM *Lond. ſuppl. Tom. II. p.* 730. KHEVENHILLER *Tom. X. p.* 1481. *ſqq. Tom. XI. p.* 313. 527.

21) CARAFA *p.* 311. *non ita pridem Cæſar conſultus, & ſollicitatus præcipue ab Epiſcopo Auguſtano, Conſtantienſi, & Wormatienſi, nec non ab Abbate Cæſarienſi, & ab aliis grauatis, vt reſtitutiones monaſteriorum, Epiſcopatuum, aliorumque bonorum Eccleſiaſticorum aggrederentur, contra Ducem Wirtembergenſem, & Marchionem Anſpacenſem, in quorum manibus adhuc erant cœnobia Lorchæ, Brezenhuſienſe, Herbertingenſe, Mulbrunnenſe, Coronæ Regiæ, Belchnhuſianum, Heilbrunnenſe & Reichenbacenſe, quod olim Cæſar Rudolphus II. in fauorem Epiſcopi Conſtantienſis inceperat vrgere. Quare Sua Maieſtas ipſos Electores Imperii conſulere voluit, an ea, quæ merito exigebantur, nunc tandem defunctis tot bellis, deberent reſtitui; neque enim de cauſæ iuſtitia quæſtio erat, ſed de executione, quam Sua Maieſtas absque Electorum iudicio, ac voto ſolus voluit contra plurimorum mentem aggredi illo tempore.* Inde exponit, quid Catholici Electores Cæſari reſponderint, & qua ratione ipſius conſilium adprobarint. Extat etiam hoc reſponſum apud LONDORPIVM *Tom. III. p.* 998. Conſilium Moguntini *p.* 1012. Bauari *p.* 1045. Epiſcopatus, quos Pontificii repetierint, recenſentur in *Summariſchen Bericht etzliche nach den Paſſauiſchen Vertrag eingezogene Stiffter betr.* 1629. 4. Extat in THEATR. EVR. *Tom. II. p.* 7. LVDOLPH *lib. XXIX. c. II.* KHEVENHILLER *Tom. XI. p.* 164. 183. *Hiſtorie der Religions-Beſchwerden p. I. c. IV. §. XXXIV. ſqq.*

22) CARAFA *p.* 313.

23) CARAFA *p.* 325. PVFENDORF *lib. I. §. LI.* THEAT. EVR. *Tom. II. p.* 40.

24) CARAFA *p.* 341. PVFENDORF *c. l.* LONDORP *Tom. III. p.* 1021. LVDOLPH *lib. XXVII. c. II.*

25) Extant hoc de negotio *Acta und Handlungen in Sachen Herrn Thum-Dechant und Capitularen des Stiffts Strasburg* 1634. 4.

26) Scripſit

in Aula Cæsarea formabatur, idemque cum Electoribus communicabatur, Catholici illud adprobabant, maxime Bauarus, qui etiam, dum pleræque Ciuitates Imperiales essent Euangelicæ, volebat, vt antiquæ Aduocatiæ Imperiales (*Reichs-Vogtheyen*) restituerentur. 26) Mittebantur etiam ad Saxoniæ Electorem Petrus Stralendorfius Imperii Vice-Cancellarius, atque Hermannus Questenbergius, Consiliarius Aulicus, vt huic edicto consentiret. 27) Tandem vero post varias deliberationes, promouente potissimum Papali Nuntio, Carolo Carafa 28) VI. Martii 1629. edictum publicatur, quo bona Ecclesiastica a Protestantibus, post Passauiensem transactionem occupata, siue mediata fuerint, siue immediata, Pontificiis restitui iubentur; simul declaratur, non esse Protestantibus iustam querendi caussam, si Lutherani Pontificiorum Ordinum ditionibus expellantur; & quod pax religionis ad eos solos pertineat, qui Augustanam confessionem amplectantur. In recusantes proscriptio decernitur, & executio citra exceptionem consestim facienda. 29) Ac vt insultatio eo foret manifestior, exercitus Cæsareus sub Comite Wolfgango a Mansfeld sexdecim millium, & amplius peditum, ac mille quingentorum equitum circa Vlmam hyberna fixerat, omnibus metum incutiens, qui restitutionem promoueret. 30) Ab Augustana vrbe, e Sueuiæ Ciuitatibus fit initium, quarum ciues publico exercitio Lutheranæ religionis arcebantur. 31) Inde passim per omnes Germaniæ regiones constituebantur, qui bona ecclesiasticis adempta adnotarent, res ex edicto ordinarent, spretis quæ

26) Scripsit hac occasione Vlmensis Syndicus DANIEL HEIDERVS *kurtzen doch grundlichen Discurs, ob die alten Reichs-Vogtheyen wieder anund zu Werck gerichtet werden sollen und können*, quod plane denegabat. Et dum Consiliarius Episcopalis diuulgaret *Bestendige und wohlgegründete Wiederlegung*, ansam hoc dabat *des Gründlichen historischen Berichts von alten Reichs-Vogtheyen*, quod scriptum demum post ipsius mortem prodiit *Vlmæ* 1655. 4.

27) CARAFA *p.* 315.

28) CARAFA p. 315. *Ego etiam in re tanti momenti, ex qua Salus Imperii pendebat, vigilantissimus, Viennæ, licet maximis expensis, virum versatum destinaui, qui nomine Sedis Apostolicæ constantiam Electorum promoueret, & decretum laude dignissimum nomine Sanctitatis suæ vrgeret, maxime illo tempore, quo plures vndique accurrebant, vt ipsorum fortunis consuleretur. Sic Brunsuicensis, sic Hollstius, Mindensis, Lunchburgicus, Landgrauii Hassiæ, Wirtenbergensis Dux, Duces Saxonici, Vinariensis, Coburgensis, & Altenburgensis, insuper Hispanici, & Gabonis Legati. Quidni etiam Sedes Apostolica, cuius res vel maxime agebatur, mitteret, qui sollicitam manum adhiberet?*

29) PIASECIVS p. 430. *auxerunt etiam mox iustitiorum in Germania materiam edicta Imperatoris feneriora, 6. Martii ipsius Anni C. 1629. (propter prolixitatem omittuntur) promulgata, pro restitutione bonorum Ecclesiasticorum, & Religione Catholica instauranda, dissidentiumque Religionum pace ad concordiam Passauiensem A. C. 1552. & Augustanam 1555. tum & ad terminos Confessionis Augustanæ 1530. reducenda, hoc anno diuulgata.* ADLZREITER *p. III. lib. XIV. n.* 11. LVDOLPH *lib. XXIX. c. II. n.* 24. Le VASSOR *lib. XXVI. p.* 132. PVFENDORF *lib. I. §. LVII.* Extat edictum integrum apud LONDORPIVM *Tom. III. p.* 1048. cui subiuncta sunt varia consilia ICtorum de hoc edicto, atque inter hæc THEODORI REINCKINGII p. 1069. qui Cæsari adplaudebat, & Tübingensium, qui contraria docebant. LEHMANN *lib. III. cap. XVII.* HELVICVS *lib. XVII. p.* 8. THEATR. EVR. *Tom. II. p.* 10. SPANHEIM *Memoires p.* 291. LVDOLPH *lib. XXIX. c. II. n.* 24. 39. LVNIG *p. Gen. Cont. II. p.* 71. RECVEIL *Tom. III. p.* 261. du MONT *Tom. V. p. II. p.* 564. KHEVENHILLER *Tom. XI. p.* 183. 429. vbi etiam status Episcopatum Protestantium declaratur. Adde *p.* 1133.

30) CARAFA p. 337. *Magnum exercitum illis diebus Cæsar collegerat in limitibus Sueuiæ sub Comite Wolfgango a Mansfeldt sexdecim millium, & amplius peditum, ac mille quingentorum equitum, qui circa Vlmam hyberna fixerant, omnibus metum incutientes, ingentesque pecuniarum collationes instituentes. De hoc exercitu variæ tunc erant conjecturæ; exortis enim tumultibus Italicis ob Vincentii Mantuæ Ducis obitum, & Ducis Niuersensis controuersiam possessionem, multi Italiæ timc metuebant. Alii Helvetios continendos dicebant, vt dum fœderatis Argentinensibus, Vlmensibus, Norimbergensibus, aliisque ciuitatibus Imperialibus imperarentur sacrarum fortunarum restitutiones iuxta mandata, præpedirent. Nonnulli etiam exercitum ad omnem euentum, vel in Vngaria, vel in inferiori Germania applicandum indicantes, eundem ibidem optime detineri censebant, vt secundo flumine, vbicunque necesse foret, euocaretur. Vnum constabat, propter illius exercitus præsentiam, hæreticorum animos, alioquin ad nouas spes erectos, plurimum concidisse. Daniæ Rex nedum de Germaniæ auxiliis diffidens, magnam spem in Ciuitates Imperiales propter Religionis instaurationem, & bonorum Ecclesiasticorum restitutionem multis in locis publicatam, & vniuersaliter præparatam, offensas reposiserat; eratque, qui fœdus contractum fuisse diceret, cuius se primarium Ducem Marchio Durlacensis etiam ascitis in societatem Gallis gloriabatur. Sed hæc omnia consilia (fugiente Marchione) per huius exercitus constantiam dissipata sunt, hostes extenuati, & Cæsaris auctoritas vel maxime fuit per Imperium stabilita.*

31) CARAFA p. 338. *quod de restitutione Catholicarum ecclesiarum dicebatur, notauimus propter pericula generalis alicuius seditionis, commotis nonnihil Helvetiis, quos tanta copia excitaucrant, nedum omnino maturam fuisse mandati concepti publicationem, exercitus tamen præsentia multis in locis, præcipue apud Sueuos vbi frequentissimæ sunt ciuitates Imperiales corruptæ, non parum sacrarum fortunarum restitutionem promouit, illo etenim præsente, liberrime Cæsar Episcopo Augustano, me instante, mandauit, vt pagos sibi subditos omnes, & hæreticorum, Protestantiumque dominorum hactenus refractarios secundum tenorem transactionis Passauiensis, Catholicæ religionis obtemperantes redderet. Quod idem Leopoldo fratri imperauit; vt Campiduni, Memmingæ, Colmariæ, & alibi in superioribus hereditariis regionibus attentaret. Magno etiam Ordinis Teutonici Magistro commissa fuit instauratio prisci ritus oppidi Bopfingensis, Nordlingensis, Aalen, Dinckelspühli, & Gemundii, seruata pace Passauii. Fuere hæc certe præmunita futuri decreti Generalis, vt præsente exercitu initio facto, minus alibi, absente forte, sentirentur, vel pertinaciores adigerentur. Memmingæ enim militum motus statim hinas ecclesias pro Catholicis expresit. Lindauii etiam sexcentis militibus semel admissis, securissimi Cæsarei*

antea Viennam miserat, enixe exigebat, 40) de quo variæ Catholicorum erant sententiæ, Cæsar vero solitis verborum blandimentis, & designato Francofurti conuentu, vbi de isto negotio ageretur, a fortioribus consiliis Saxonem auertere nitebatur. 41) Cæterum de iniuriis & oppressionibus Cæsarei exercitus, ac insolentia Fridlandi, eiusque dictatoria potestate Pontificii iuxta atque Protestantes, potissimum Saxoniæ & Brandenburgi Electores, Pomeraniæ & Würtenbergici Duces querebantur, quem odium ac nauseam generis humani vocitabant. Simul immensæ pecuniarum summæ, quibus Ordines emuncti fuerant, recensebantur, magna cum Cæsaris inuidia, qui culpam in pertinaciam hostium, & fatalem temporum infelicitatem retorquebat. Sed Fridlandum cumprimis vrgebat Bauarus odio peculiari, dum ipsius auctoritatem non mediocriter imminuerat. Et Bauarus sibi summum belli arbitrium non obscure ambiebat; cui se Cæsaris Consiliarii vehementer opponebant, veriti, ne Bauarus tanta potentia subnixus, summam rerum in se traheret. Præsertim cum & ipse, vt Rex Romanorum designaretur, clam prensaret, inclinantibus non parum in ipsum Moguntino, Colonienſi & Saxone. Dum igitur accerrime Fridlandi abdicationem vrgerent Electores, Cæsar tandem, renitens licet, in illam consentit, velut magnam partem inuidiæ in istum deuoluturus, missis ad illum Memmingam, vbi tunc commorabatur amicis illius, Werdenbergio Comite & Questenbergio Barone, qui ipsum ad hoc persuaderent. Nec ille in ordinem se redigi adeo ægre ferre visus fuit, quod prouideret, breui fore, vt ablatum imperium sibi, non sine precibus iterum offerreretur. 42) Sed & complures legiones Cæsaris, quindecim potissimum equitum millia per Comitem Rambaldum de Colaltis dimittebantur, leuandis Germaniæ oneribus, & militum exactionibus modus statuebatur. Retinuit tamen sub signis Cæsar triginta nouem millia, Ligistæ tricies mille trecentos, selectum, veteranum & victorem militem. 43) Restitutio etiam Palatini in his Comitiis ab Anglico potissimum legato vrgebatur, sed huic tales reconciliationis conditiones proponebantur, vt Palatinus Cæsari se submitteret, veniamque commissorum ab ipso peteret, Boemiæ regno pro se & suis posteris renuntiaret, Electoratu se abdicaret, & a fœderibus quibusuis abstineret. 44) Sub finem Comitiorum, VII. Nouembris anno 1630. coniugem suam Eleonoram Gontzagæam Mantuanam, Imperator

XXVIII. p. 431. De his Comitiis etiam speciatim egit THEODOSIVS BERENICVS, siue potius MATTHIAS BERNEGGERVS. THEATR. EVR. *Tom. II. p.* 182. Recessus extat apud LVNIGIVM *p. Gen. Cont. II. p.* 83.

40) Extat propositio Legati Saxonici, Viennæ facta, apud LONDORPIVM *Tom. IV. p.* 37. KHEVENHILLER *Tom. XI. p.* 1150.

41) PIASECIVS *p.* 417. PVFENDORF *lib. I.* §. *LVIII.*

42) PIASECIVS p. 417. *vnde eo magis permotus Imperator, talis instituti authorem Valnsteinum, & in quem præcipue querelæ illæ collineabant, (odiis Ducis Bauariæ maxime petebatur) generali militari Præfecturæ abdicauit. Cautum quoque fuit Comitiali Decreto vt Exercitus imminueretur: Legiones ad certum numerum reducerentur: nullum nouum bellum absque Electorum consensu suscipereturi & tributa pro alendo milite nonnisi in Conuentibus Prouinciarum ad hoc celebrandis peterentur, ac decernerentur. Sed eum Bauariæ Duci Præfecturam generalem militarem, pro fideliori talis decreti obseruatione committi Electores postularent, & Imperator renueret, maioris diffidentiæ ansam inde arripuerunt, & pacificatione vniuersali, quam a Comitiis illis exspectabant desperata, omnes Germaniæ Ordines magis turbari cœperunt.* CARAFA p. 347. *Interim pro conuocando Electorali conuentu Ratisbonæ pro Imperii pace, & electione Regis Romanorum multis consumptis laboribus per nuncios menses cum Electoribus frustra insudatum est; nam etiamsi Electores prompti ssimos se ostenderent ad celebrandum conuentum; tamen Cæsari præsentarunt prius moderanda esse grauamina, quæ omnes Imperii principes in propriis pronunciis ab armis Imperialibus patiebantur propter exercitus magnitudinem, illiusque violentiam, & rapinam; & ideo quamuis a Cæsare transmissus in Imperium Comes Rambaldus de Colalto, missionem fecisset quindecim millium equitum a seruitio Cæsareo, & deinde valde bonas & prudentes ordinationes circa disciplinam, & vitam militarem reliquis dedisset; non tamen expetitus effectus secutus est; vel quia remedium non fuit sufficiens, vel quia Principes Imperii voluissent, vt pene omnium militum Imperialium (aliquibus paucis cum exercitu Ligæ Catholicæ solum relictis) missio fieret; quod quidem Cæsar nec poterat, nec debebat præstare; tum propter negotia eiusdem Germaniæ, quæ adhuc ignem male voluntatis sub cinere fouebant; tum etiam ob Italicæ rumores, ac tandem ob pericula, quæ imminebant propter Pacem cum Turcis non firmatam, cuius spem licet enutrirent mutuæ oratorum inter duos Imperatores transmissiones, tamen quia adhuc ratificata non erat, in ea quidem fundamentum fieri non poterat; immo, etsi ratificata fuisset; quia iam antea experimento compertum fuerat, eam Turcas tanto tempore obseruasse, quanto eam frangere non potuissent, cum eorum vires in aliis partes distractæ essent; maxime extimescendum erat.* NANI *lib. VIII. p.* 168.

43) LVDOLPH *lib. XXX. cap. II. n.* 44. THCARVE *Itin. cap. IX. p.* 77. ADLZREITER *p. III. lib. XV. n.* 46. Le VASSOR *lib. XXVIII. pag.* 438. qui etiam auctor est, Gallos per Patrem Iosephum Capucinum hanc depositionem plurimum promouisse, de quo MEMOIRES DE LOVISE IVLIANE p. 249. 295. Dicit BVRGOLDENSIS p. I. disc. I. p. 107. *missi tandem sunt ad Walcusteinium Io. Bap. Verdenburgius & Gerardus Quæstenbergius Baronet, qui semper in aula consilia eius intuisse creditur; Hi quum exauctorationem ipsi exponerent, confestim Cæsaris iussui obsecutus est Wallensteinius, Memmingæ tanquam in carcere tam tegens. Quum primum ipsi hic processus nunciaretur, lapide Cretico mense inscripsisse dicitur: die Kayserliche reformation, bringet den Kayser umb seine Cron; und mich umb meine reputation; die Churfürsten werden bekommen ihren Lohn.* KHEVENHILLER *Tom. XI. p.* 1155.

44) PIASECIVS *pag.* 417. KHEVENHILLER *Tom. XI. p.* 1180. qui etiam de sessione legati Anglicani sic scribit: *bey der letzten Audientz haben die anwesende Churfürsten alle in einer Reihe gesessen, und die Englische Abgesandte gegen ihnen über.* Extant Acta huius negotii apud LONDORPIVM *Tom. IV. p.* 98. qui etiam *pag.* 100. Recessum Comitiorum exhibet.

tor fecit coronari. 45) Eodem an. 1630. Io. Georgius I. Saxoniæ Elector d. 25. Iunii Iubilæum exhibitæ Confessionis Augustanæ in terris suis celebrauit. 46)

§. XXXVIII. In iisdem Comitiis XIII. Octobris 1630. causſa Mantuana componitur. Postquam enim Carolus Niuernienſis Dux Mantuanum Ducatum occupaſſet, Præfectus Hiſpanicus Mediolani Gontzaletz Corduba magnum apparatum bellicum colligebat contra iſtum, in ſocietatem iſtius belli trahens Carolum Emanuelem Ducem Sabaudiæ, ea occaſione vindicare volentem veteres ſuas cum Mantuanis controuerſias. 47) Ac præmiſerat a. 1628. Imperator ad Ducem Niuernienſem Delegatos ſuos, Ioannem Naſſouiæ Comitem & Hermannum Queſtenberglum, requirentes, vt Ducatus Mantuæ vna cum Montisferratenſi Marchionatu traderetur in depoſitum Imperatoris, vsque dum per Iudicium aulicum de ſucceſſione fuerit decretum. Cumque ille parere nollet, Mediolanum reuerſi illi, aliorum monitionem ipſi per caduceatorem menſe Maio inſinuari curarunt, quod, niſi intra quindecim dies paruerit mandatis Imperatoris, proſcriptio Imperatoris contra ipſum eſſet promulganda. Poſt hanc itaque denuntiationem, cum Niuernienſis Dux ad Cæſarem melius informandum prouocaſſet, Præfectus Mediolani in Montisferratenſem ditionem exercitum duxit, ac intercepcis aliquibus minoris nominis oppidis, Caſalium, caput regionis obſedit, licet illud ob Padi exundationes deſerere fuerit coactus. Ab altera vero parte, Dux Sabaudiæ Alba poſt triduanam oppugnationem intercepta, obſedit Trinum; idemque longa obſidione ob commeatus inopiam & pulueris nitrati, deditione cepit. Niceam alius exercitus Mediolanenſis cum Præfecto Scrbelone obſedit, quod acriter licet defenſum, Hiſpanorum tandem ceſſit poteſtati. Et licet Gallica ſubſidia, eo quod Sabaudiæ Dux Alpium aditus munierat, Niuernienſi Duci fuiſſent interclusa, 48) inſequenti tamen anno 1629. primo vere ipſemet Rex Galliæ cum triginta millium exercitu eo adueniens, Suſam Italiæ clauſtrum; vi irrumpens, occupauit, & toto exercitu ſuo in Sabaudiam introducto, aditum ſibi in Italiam aperuit. Terrebat inopinatus ille Gallorum aduentus Hiſpanos, eo quod propugnacula prope omnia, tam circa Mediolanum, quam Neapoli præſidiis eſſent vacua; & vires tunc excipiendo periculo pares non haberent. Sabaudiæ igitur Dux ſtatim Suſam ad Regem venit, ibidemque XI. Martii a. 1629. cum ipſo conuenit, vt Gubernator Mediolani ab Caſalis obſidione ſtatim recederet, & loca in Montisferrato occupata dimitteret; Sabaudus retineret Trinum cum annuo cenſu inde prouenienте quindecim millium nummorum aureorum. Cæſar intra bimeſtre, diploma ſuper Ducatu Mantuano & Montisferratenſi Marchionatu Niuernienſi daret, & Rex Hiſpaniæ intra idem tempus hæc omnia adprobaret. 49) Verum, iſtam concordiam non niſi ad lucrandum Hiſpanis tempus fuiſſe compoſitam, mox apparuit. Imperator enim conditionem illam, ſe inconſulto factam, ratam habere noluit, & Rex Hiſpanus reſpondit, ita demum Mantuano ſe pacem daturum, ſi Galliæ Rex Sabaudo Suſam reſtitueret, exertum ex Italia adduceret: Niuernienſis depoſitis armis, Cæſaris ſententiam expectaret. Soluerunt tamen Caſalii obſidionem Hiſpani 50) Galliæ vero Rex, firmato VIII. Aprilis a. 1629. cum Vrbano VIII. Venetis & Mantuæ Duce contra Auſtriacos fœdere 51) relicto circa Suſam toto exercitu, in Galliam ex improuiſo rediens, alterius menſis inſuper induciis factis, quibus durantibus, Imperator, interceſſorum, præſertim Summi Pontificis Romani cura, ad adprobandum illum tractatum pacis induceretur. 52) Sed iſtæ quoque induciæ magis conducendis in Italiam Auſtriacorum legionibus, quam paci conciliandæ ſeruierunt. Dum Cæſarei Duces cum triginta millium exercitu & magno adparatu bellico in Rhætiam penetrantes, initio menſis Iunii Curiæ, Gallico inde Legato eiecto, ſuum præſidium collocarent. Hocque modo de libero, maioribus ex Germania conducendis copiis tranſitu ſecuri, per Mediolanenſem ditionem in Mantuanum agrum tranſierunt. Ab altera parte Hiſpani, Neapoli numeroſo milite adducto, & alio Mediolani, cui Hiſpaniæ Rex Ambroſium Spinolam præfecerat, conſcripto, vna cum Duce Sabaudiæ Padi ripas inſederant, vt Galli, licet in propinquo adeſſent, Caſalium tamen tranſitum nullum haberent. Cæſarianis Mantuanum territorium hoſtiliter ingreſſis, Niuernienſis Dux fortiter ſe oppoſuit: & cum illi Canneto intercepto, Mantuam adpropinquaſſent, eos ipſe ad finem huius anni continuis dimicationibus diſtinuit, ac demum & caſtra ipſorum demiſſo lacu inundauit. Sicque illi prope quinque ſuorum millibus partim cæſis, partim aquis ſuffo-

45) PIASECIVS *p. 418.* KHEVENHILLER *pag. 1146.*

46) KHEVENHILLER *Tom. XI. p. 1266.*

47) Montisferratenſem enim Marchionatum iam antiquo iure contra Mantuæ Duces aſſerebant Sabaudiæ Duces, quorum iura ſingulari conſultatione expoſuit ANTONIVS FABER. Le VASSOR *lib. XV. p. 777.* Qua ratione hæc controuerſia iam in Comitiis Auguſtanis 1566. fuerit agitata, exponitur *Sect. VI. ſub Maximiliano II. §. VI.*

48) PIASECIVS *p. 401.* GVICHENON *Hiſt. Geneal. de Savoye Tom. I. pag. 845.* FRANCISCVS NIGER diſquiſitionem edidit de Mantuæ Ducatu pro Carolo Duce *Francofurti 1629. 4.* Le VASSOR *lib. XXV. p. 790.* KHEVENHILLER *Tom. XI. p. 30.*

49) PIASECIVS *p. 412.* GVICHENON *p. 845.* Le VASSOR *lib. XXV. p. 86. 96.* KHEVENHILLER *Tom. XI. p. 604. 797.*

50) PIASECIVS *p. 413.*

51) Extat fœderis proiectum in RECVEIL *Tom. III. p. 267.* ipſum fœdus *p. 271.*

52) PIASECIVS *c. l.* Le VASSOR *lib. XXVII. p. 77.* KHEVENHILLER *Tom. XI. p. 800.*

53) PIASE-

ſuffocatis, a Mantua tunc receſſerunt, & in Mutinenſi, Rhegienſi, Placentino ac Cremonenſi tractu ſumptis hybernis, non minus, quam in hoſtico, ſtipendiis & commeatu populos diuexarunt. 53) Inſequenti anno 1630. poſtquam iterum Alexandriæ & Baſſolini de pace fuiſſet actum, 54) Cæſarei ab vna parte contra Mantuam, ab altera Hiſpani ad oppugnandum Montisferratum & Caſalium arma conuenerunt. Iſti, fugatis apud Portum Veneris Gallis, Niuernienſem intra Mantuam compulerunt, & non multo poſt, proditione Præfecti tunc illius Ciuitatis, quaſi auxiliares a Venetis aduentantes, in Ciuitatem admiſſi, eam ceperunt ac ſpoliarunt, arce quoque ipſis a Duce dimiſſa, pacta ſibi Ferrariam transeundi poteſtate. 55) Sed Spinola circa Caſalium difficiliorem experiebatur fortunam, dum loci præfectus, Comes Torraſius eruptionibus continuis magna damna daret oppugnatoribus. Gallicus etiam exercitus interim Pinarolium & Marchionatum Salutii, ac plura loca Sabaudiæ Ducis caperet, & demum menſe Auguſto, progrediens in auxilium Caſalienſibus, apud Carignanum & Pondeſturam prœlio commiſſo Hiſpanos profligaret. 56) Interuentu tamen Mazarini, qui Pontificis tunc erat legatus, in caſtris ad Riualtum IV. Septembr. induciæ fuerunt vsque ad XV. Octobris diem paratæ, per quas vrbs Hiſpanis fuit tradita, arx vero Gallis reſicta. 57) Mittebat ad hæc Comitia Ludouicus XIII. legatum ſuum Carolum Brularum, cui adiunctus erat Ioſephus Capucinus, qui de pace proponebat. Committebatur hoc negotium Antonio, Abbati de Cremsmünſter, Petro Rudolpho de Strallendorf, Imperii Vice-Cancellario, Ottoni de Noſtwitz & Hermanno de Queſtenberg, qui ſuper pacis conditionibus cum ipſo agerent. 58) Tandem in Comitiis iſtis Ratisbonenſibus XIII. Octobris 1630. pax conuenit, his conditionibus, vt Gallus Imperii ſtatum nullo modo laceſſeret, nec hoſtibus Imperii & domus Auſtriacæ auxilia daret, Sabaudiæ Duci Trinum cum locis, quorum cenſus annuus 15000. aureorum nummorum Italicorum æquaret, cederet, Lotharingiæ Duciſſæ hæreditate Mantuana vel amica collatione, vel Cæſaris deciſione ſatisfieret. Duci Guaſtallæ annui 6000. aurei, ſeu loci eiusdem cenſus addicerentur. His conditionibus Carolus Mantuæ Ducatum cum Montisferratenſi Marchionatu obtineret, ipſi etiam & Sabaudiæ Duci loca vtrinque ablata reſtituerentur, munitionibus vtrobique de nouo extructis, ſolo æquatis. Controuerſiæ cum Gallis de Lotharingiæ Epiſcopatibus in aliud tempus reiicerentur. Venceti & Dux Lotharingiæ hac pace comprehenderentur. 59) Ortis vero quibusdam dubiis, dum Galliæ Rex exprimi vellet, quinam Auſtriacorum hoſtes eſſent intelligendi, & nollet diuidi hæreditatem Mantuanam in partes pro Duce Sabaudiæ & Guaſtallæ, Mazarinus tamen effecit, vt nihilominus ab armis vtrinque abſtineretur, & Montisferrati loca vtrinque, abductis copiis libera relinquerentur, cuſtodienda Ordinibus Prouinciæ vsque ad deciſionem Cæſaream. 60) Poſtquam vero Suecorum Rex in Germaniam expeditionem ſuſcepiſſet, ambarum partium & Principum arbitrorum Legati Chieraſci in Pedemontano Principatu conuenientes, poſt longas per hyemem tractas controuerſias, illa dubia ſopiuerunt, ac correctis nonnullis punctis, reſtitutionem potiſſimum locorum ablatorum concernentibus, tandem VI. Aprilis 1631. pacem firmam concluſerunt, quæ deinde d. XIX. Iunii 1631. fuit confirmata, 61) ipſeque Carolus Niuernienſis paullo poſt d. XII. Iunii de Mantuano Ducatu & Montisferratenſi Marchionatu fuit inueſtitus. 62) Galli, licet omnia loca Sabaudo ablata reſtituerent, ſtatim tamen Suſam & Pignarolium, conniuente Victore Amadeo, Sabaudiæ Duce iuuene, qui Carolo Emanueli patri a. 1630. ſucceſſerat, iterum occupant. 63)

§. XXXIX.

53) PIASECIVS *c. l.* GVICHENON *p. 833.* Le VASSOR *lib. XXVII. p. 205.* KHEVENHILLER *Tom. XI. p. 785.*

54) GVICHENON *p. 836.* Extant etiam Tractatus Baſſolini X. Maii 1529. concluſi de æſtimatione terrarum, quæ Sabaudiæ Duci obuenire debeant in RECVEIL *Tom. III. p. 274.* & apud GVICHENON *Tom. VI. p. 563.*

55) PIASECIVS *p. 414.*

56) PIASECIVS *c. l.* GVICHENON *p. 833. 835.* Le VASSOR *lib. XVII. p. 242. 375. 398.* Deſcribitur hoc bellum, maxime quod poſt Tractatus Suſenſes geſtum in *Relation fidelle de ce qui s' eſt paſſé en Italie en l' année mil ſix cens trente*, quæ reperitur in *Recueil de diverſes Pieces pour ſervir à l' Hiſtoire p. 178.* KHEVENHILLER *Tom. XI. p. 371.*

57) PIASECIVS *cit. loc.* Extant induciæ in RECVEIL *Tom. III. pag. 300.* apud du MONT *Tomo V. p. II. p. 614.* Le VASSOR *lib. XXVIII. p. 408. lib. XXIX. p. 509.*

58) De his Actis cum legato Gallico KHEVENHILLER *Tom. XI. p. 1188.*

59) PIASECIVS *pag. 415.* Le VASSOR *lib. XXVIII. p. 446.* GVICHENON *p. 887.* qui etiam *Tom. VI. pag. 870.* tabulas pacis exhibet & in RECVEIL *Tom. III. pag. 301.* apud du MONT *Tomo V. p. II. p. 615.* Acta huius pacis in Comitiis exhibet LONDORP *Tom. IV. p. 87. ſqq.* THEATR. EVROP. *Tom. II. p. 200.*

60) PIASECIVS *p. 416.* Gallorum rationes exhibentur apud GVICHENON *p. 888.* & in RECVEIL *Tom. III. p. 304.* Le VASSOR *lib. XXIX. p. 495.*

61) PIASECIVS *p. 424.* GVICHENON *p. 889.* Le VASSOR *lib. XXX. p. 775.* Extant tabulæ pacis in RECVEIL *Tom. III. p. 317.* apud du MONT *Tom. VI. p. I. p. 9.* Confirmatio *p. 14.* HISTOIRE DES TRAITTES DE PAIX *p. 437. 439.* Separatim prodierunt Acta inter Duces Mantuæ & prolixe hoc bellum deſcripſit ADLZREITER *p. III. lib. XIV. n. 71. ſqq.* BAPT. NANI *Hiſtor. Venet. lib. VIII. LVDOLPH lib. XXVIII. & XXIX.* WASSENBERG *p. 175.*

62) PIASECIVS *p. 429.* THEATR. EVROP. *Tom. II. p. 386. 408.* KHEVENHILLER *Tom. XI. pag. 1195. 1990.*

63) PIASECIVS *p. 435.* GVICHENON *p. 891.* qui vocat *Imrigne ſecrete de Quierasque.* Hæc plenius deſcribuntur dans *Relation de ce qui s' eſt paſſé depuis*

§. XXXIX. Inter haſce turbas, magnus iſte Suecorum Heros, Guſtauus Adolphus, Ruſſorum, Polonorumque victor, factis a. 1629. Varſauiæ cum Polonis ſex annorum induciis, 64) de expeditione Germanica ſerio cogitare cœpit. Inuitatus iſte iam a. 1614. per Ioannem Zobelium, a Mauritio Haſſiæ Landgrauio, vt Vnioni nomen daret, poſt, proſtratis Palatini rebus, a Gallis, Anglisque, vt communi contra Auſtriacos exercitui præeſſet. Sed Ruſſico, Polonicoque bello implicitus, ærario etiam exhauſtus, & portu ad Auſtralem Maris Balthici oram exponendo militi deſtitutus, negotium in aliud tempus differre fuit coactus. 65) Dum autem Danus a Cæſareis proſterneretur, iidemque oram maris Balthici tentarent, Guſtauus Adolphus ſibi terriſque ſuis metuens, habito cum ſelectis Ordinum conſilio, bellum in Cæſarem decernit, 66) & dum Stralſundam Cæſarei infeſtarent, auxilia adflictæ vrbi ſubmiſit, vt mari Balthico ſecuritas præſtaretur. Dum igitur Cæſar, Arnhemio duce, Polonis contra Suecos auxilia ſubmiſiſſet, ipſum denegato Regis titulo Sudermanniæ ſaltim Ducem compellaret, litteras ipſius ad Bethlenum Gaborium ſcriptas intercepiſſet, Duces Megapolitanos, Regis fœderatos, terris priuaſſet, Legatus ipſius a Lubecenſi tractatu fuiſſet reiectus, 67) litteras ad Electores non ſolum, 68) ſed legatos etiam ad Fridlandum mittit, tentaturos, quâ ratione ad tutam pacem via ineatur. Sed cum Fridlandus nihil æqui reſponderet, bellum terra marique parat, milites apud Batauos, Anglosque & Ciuitates Germaniæ maritimas conſcribi curat. 69) Mittebat tunc legatum ſuum, Comitem Volcmarum de Farensbach ad Anglos, Gallos, Belgasque ad formandam contra Ferdinandum Ligam, qui etiam ad arma capienda erant proni. Pergebat ad Carolum Mantuanum, cui de armis in Germaniam vertendis promittebat, inde in Vngariam ad Ragotzkium Principem, vt cum ipſo ſe firmaret. 70) Daniæ vero Rex, Suecorum progreſſus metuens, ſedulo inſtiterat, vt Gedani congreſſus ſuper pace tractanda ſuſciperetur, qui ſequeſtrum ſe ipſum offerebat. Laborabant quoque circa hunc conuentum Brandenburgicus Elector, & Pomeraniæ Dux, veriti, ne Guſtauo in Germaniam adpellente, belli ſedes ipſorum in ditionibus ſumeretur: Inſtituebatur conuentus Aprili menſe 1630. ſed, dum Suecorum legati ob enatas quasdam cum Gedanenſibus controuerſias, ſe tutos in ea vrbe minime crederent, & reliquos legatos Elbingam aliumue locum inuitarent, Danici vero legati conſtanter abnuerent, interim de adeundo Guſtaui in Germaniam & proſperis eiusdem ſucceſſibus nuntiaretur, re infecta fuit diſceſſum. 71)

§. XL. Datis menſe Aprili nouis ad Electores litteris, quibus de titulo regio ſibi denegato querebatur, 72) cauſſas expeditionis ſcripto typis euulgato exponit. 73)

depuis quelque temps en Italie pour le faict de Pignerol, in *Recueil de diverſes Pieces pour ſervir à l' Hiſtoire p. 521.*

64) Extant iſtæ apud LONDORPIVM *Tomo III. p. 1104.* in RECVEIL *Tom. III. p. 284.* du MONT *Tom. V. p. II. p. 594.* KHEVENHILLER *Tom. XI. p. 816.* Le VASSOR *lib. XXVI. p. 136.* qui etiam *lib. XXVIII. p. 453.* animi ipſius caracteres exponit.

65) PVFENDORF *lib. II. §. I.* Le VASSOR *lib. XXVIII. p. 458.*

66) PVFENDORF *lib. II. §. IV.*

67) Has rationes coniunxit CHEMNITZ *vom Schwedeſchen Krieg im Teutſchland p. I. ſub initium.* LVDOLPH *lib. XXX. c. II. n. 69.* De Arnhemio a Cæſare Polonis in auxilium miſſo PIASECIVS *p. 406.* NANI *lib. VIII. p. 171.*

68) CHEMNITZ *p. I. pag. 12.* PVFENDORF *lib. II. §. XIV.* LONDORP *Tom. IV. p. 18.*

69) PVFENDORF *lib. I. §. XIV.*

70) Hæc conſilia fere reticent reliqui, prodit tamen illa BAPT. NANI *Hiſtor. de Veniſe lib. VII. p. 83.* ſcribens: *Guſtave eſtant déharaſſé de ce coſté là, commença à former de grands deſſeins dans ſon eſprit, & ſoit qu' il y fut excité par d' autres, ou qu'il euſt envie de prevenir les attaques qu'il apprehendoit, il preſta l' oreille à diverſes propoſitions de pluſieurs Princes mal ſatisfaits des Auſtrichiens, & jaloux de leur grandeur. Guſtave etant donc reſolu de faire quelque Ligue, envoya le Comte Volmar de Earenſbach ſecrettement vers divers Princes. Mais en Hollande, en Angleterre & en France, ce Comte trouva qu'on avoit plus d' inclination à prendre les Armes, que l' on n' apportoit de reflexion ſur ce qu' il y avoit à faire. En effet les gueres toutes recentes de Pologne, dont le Succez eſtoit ſi heureux, avoient pluſtoſt donné de la reputation à Guſtave, qu' a ſon Royaume, qui eſtoit regardé par tout le monde, comme non moins pauvre qu' eloigné, & par conſequent trop foible pour lutter contre la fortune & contre la puiſſance ſi bien affermie des Auſtrichiens. Neanmoins Richelieu qui ne negligeoit rien qui puſt eſtre vtile, reſolut d' envoyer ſecrettement des Miniſtres pour examiner plus particulierement le genie, & le pouvoir de ce Roy, & la diſpoſition on eſtoient les Princes de l' Empire. Cependant Earensbach ayant paſſé par des chemins inconnus en Italie, arriva à Mantoüe dans le temps que les Troupes Allemandes eſtoient ſur le point d' y deſcendre. Il obſerva la crainte, où avec beaucoup de raiſon eſtoit ce Duc, & luy offrit de faire vne diverſion en Allemagne, pourveu qu' avec de l' argent qu' il faudroit livrer au pluſtoſt, on ſecondaſt les bonnes intentions du Roy de Suede, qui avoit plus d' ambition & de courage que de Troupes & de finances. Mais ayant d' abord decouvert que Charles eſtoit pluſtoſt en eſtat de demander des ſecours d' argent, que d' en donner, il s' en alla avec des Lettres de creance à Veniſe, où il ne demanda qu' vne Galere pour paſſer en Dalmatie. Son deſſein eſtoit d' aller à Bude & de la en Tranſilvanie vers le Ragotzki, qui avoit ſuccedé à Betlem Gabor, afin de lier amitié avec luy, & de conecter enſemble comme ils pourroient attaquer Ferdinand, & par quel coſté ils luy pourroient apporter plus de præudice. Voila quel fut le commencement de ce tourbillon, qui penſa renverſer toute l' Allemagne dans ſa plus grande proſperité, lequel fut negligé par quelques-vns & abſolument mépriſé par quelques autres.*

71) CHEMNITZ *p. I. pag. 32.* PVFENDORF *lib. II. §. XVIII.* KHEVENHILLER *Tom. XI. pag. 1146.*

72) CHEMNITZ *p. I. lib. I. pag. 37.* PVFENDORF *lib. II. §. XXIII.* Extant iſtæ litteræ cum Electorum reſponſione apud LONDORPIVM *Tomo IV. p. 77.*

nit. 73) Inde fedecim alas equitum ac nonaginta duas peditum cohortes naues adſcendere iubet. Vniuerſum peditatum Io. Banerius, rem tormentariam Leonardus Torſtenſonius moderabantur. 74) Licet ſub initium in aula Cæſarea parum metueretur. 75) Cum iam claſſis exercitu onuſta in portu Elsnabbenſi ſtaret, ventum ſecundum expectans, Bogislai XIV. Pomeraniæ Ducis Legati Regem adeunt, orantes, vt iſta expeditione ſuperſederetur, ne belli ſedes Pomeraniam iam antehac ſatis exhauſtam plane in vaſtitatem daret. Id cum abnueret Guſtauus, vt neutrarum ipſi partium eſſe liceret, inſtabant, quod & ipſum negabatur. 76) Transmiſſo feliciter mari, dies XXIV. Iunii 1630. Regis claſſem ad Rudenam inſulam ſtitit, 77) qui vt in terram deſcendit, Deum ſtatim de felici ſucceſſu fuit precatus. 78) Fuerat alias ipſi conſilium copias in Rugiam exponere, ibique bellum auſpicari, ſed cum hoſtem iam a Leslæo tribuno ſuo tota Rugia pulſum intelligeret, 79) in Vſedomiam inſulam facit exſcenſionem, Wollinum, Caminumque aliaque oppida a Cæſareis deſerta occupat. 80) Dum autem Torquatus de Comitibus Cæſareis copiis per eas oras ſummo cum Imperio præfectus, ad Stettinum occupandum ſe pararet, ſuaque deſtinata intra biduum executioni daturus crederetur, Guſtauus iſtius conatus anteuertere properans, minoribus nauigiis, quæ magno numero collegerat, exercitum, bellicaque inſtrumenta imponit, ac aduerſo Viadro ſubuectus, ad Stettinum adeſt improuiſus, vrbem ſibi dedi poſtulans. Dux equidem multa excuſans, ad iſta petita tergiuerſabatur, ſed dum Guſtauus in promptu demonſtraret, qua ratione paucas intra horas vrbem maligne adhuc munitam vi poſſet expugnare, Dux tandem vt Sueuicus miles vrbe reciperetur, conſentit, quod ea ipſa, qua venerat die X. Iulii 1630. non per portas, ſed per opera adhuc imperfecta factum. Eodem die fœdus Guſtauum inter & Bogislaum XIV. initur, ſuper mutua cumprimis defenſione, ſaluo tamen iure Romani Imperii in eam prouinciam, ac vt Duci ſua ditio ſalua ſit. Id tamen præcipue ſibi Rex reſeruabat; ſi Duci humanitus quid contingat, antequam Brandeburgicus Elector iſtam conuentionem adprobaſſet, aut ſi eidem ſuper ſucceſſione ab aliis lis moueatur, vt tunc Guſtauo ac ſucceſſoribus, Pomeraniam ſequeſtri titulo detinere tantiſper ius ſit, quoad lis fuerit compoſita, & ſucceſſor ſumptus belli absque Pomeraniæ onere exſoluerit, ſimulque fœdus hoc ratum habuerit. Quod ſequenti anno ab Ordinibus Prouincialibus fuit confirmatum. 81) Proximum hinc fuit Stargardiam occupare, Anclamium, Vckermundam & Wolgaſtum licet acriter defenſum, ad deditionem fuit compulſum. Inde Cæſarei Greifſenhaga & Gartzio eiiciuntur, ita, vt Cæſareis nil niſi Gryphswalda & Colberga eſſent reliqua. 82) Guſtauus etiam Damgardo expugnato & Ribnitza, Megapolitanas terras ingreditur, eiusdemque Ducatum intra paucos menſes, pulſis Wallenſteinianis præſidiis, ad obſequium Ducis reuocauit; præter Roſtochium & Wismariam, & pauca alia loca, quæ aliquanto diutius reſtiterunt. 83) Franciſcus Carolus autem, Lauenburgicus Dux, qui ipſi acceſſerat, auſis impar, Raceburgi oppreſſus in hoſtium venit poteſtatem. 84) Cæſar equidem d. VIII. Auguſti 1630. litteras ad ipſum mittebat, Regem dehortatus, vt a Germaniæ inuaſione deſiſteret, cui tamen Rex reſpondebat, Cæſarem iam antea Polonis in auxilio fuiſſe contra Suecos, & Pomeraniam infeſto animo inuaſiſſe. 85)

§. XLI. Pulſis iam pleraque Pomerania Cæſareis, bellum in Brandenburgici Electoris ditiones inſequenti anno 1631. voluebatur, qui, dum neutri parti ſe penitus veller addicere, anceps fluctuabat. 86) Aſt, Guſtauum inter & Galliæ Regem fœdus Pariſiis per Oxenſtirnium tractatum, Bernwaldæ in noua Marchia XIII. Ianuarii 1631. poſtquam tractatus, dum Guſtauus Adolphus Galliæ Regem huic bello immiſcere nollet, veritus ſpium proprium potiſſimum cauſſam eſſe acturum, ſemel atque iterum fuiſſent interrupti, fuit conclu-

73) CHEMNITZ *p. 37.* PVFENDORF *cit. loc.* THEATR. EVR. *Tom. II. p. 230.* Extat apud LONDORPIVM *Tom. IV. p. 73.* in RECVEIL *Tom. III. p. 293.* KHEVENHILLER *Tom. XI. p. 1290.*

74) Singulas legiones recenſet CHEMNITZ *lib. II. p. 48.* PVFENDORF *c. l.* Inter Tribunos, quos ſecum in Germaniam duxerat, erant Achatius Tod & Maximilianus Teufel. Inde dictum: *er ſey mit Tod und Teuffel in Teutſchland kommen.*

75) CHEMNITZ *lib. II. p. 50.* PVFENDORF §. *XXIV.* Le VASSOR *lib. XXVIII. p. 468.*

76) CHEMNITZ *pag. 54.* PVFENDORF §. *XXV.*

77) Preces haſce exhibet KHEVENHILLER *Tom. XI. p. 1305.*

78) NANI *lib. VII.*

79) De hoc prolixe CHEMNITZ *lib. II. in euunte*, vbi etiam exponit, qua ratione Cæſarei, vt Suecos excluderent, Danis hanc inſulam tradere voluerint.

80) PIASECIVS *p. 417.* CHEMNITZ *p. 58. ſqq.* PVFENDORF §. *XXV.*

81) ADLZREITER *p. III. lib. XV. n. 63.* CHEMNITZ *lib. II. p. 59.* PVFENDORF *lib. II.* §. *XXVI.* KHEVENHILLER *Tom. XI. pag. 1309.* Ipſæ tabulæ extant in RECVEIL *Tom. III. p. 291.* apud du MONT *Tom. V. p. II. pag. 606.* Apud CHEMNITIVM *pag. 69.* & LONDORPIVM *Tomo IV. p. 79.* extant litteræ Ducis, quibus factum hoc neceſſitatæ excuſat.

82) PIASECIVS *p. 418.* CHEMNITZ *p. 68. 72. 94. ſqq.* PVFENDORF *lib. II.* §. *XXVIII.* KHEVENHILLER *p. 1314.*

83) PIASECIVS *p. 417.* CHEMNITZ *pag. 81. lib. III. p. 189.* PVFENDORF §. *XXXIII. lib. III.* §. *XXII.* KHEVENHILLER *Tom. XI. p. 1327. 1853.*

84) CHEMNITZ *pag. 84.* PVFENDORF §. *XXXIV.* KHEVENHILLER *p. 1368.*

85) KHEVENHILLER *Tom. XI. p. 1666.*

86) CHEMNITZ *lib. III. p. 117.* PVFENDORF *lib. III.* §. *I.* Le VASSOR *lib. XXXI. p. 100.* Hos primos Guſtaui progreſſus deſcribit ARLANIBAEVS *Armis Suecicis.*

concluſum. Fundamentum ferebatur communium amicorum vicinorumque libertas recuperanda, Oceani marisque Balthici ſecuritas, commerciorum libertas, reſtitutio oppreſſorum Imperii Romani Ordinum, vtque munimenta ad littora, potiusque Oceani, ac Maris Balthici, inque Rhætia deſtruantur, & in eum ſtatum reducantur, in quo ante proximum bellum fuerant, ad quem finem Guſtauum triginta millia peditum, ſex equitum ſuo ſumtu in Germania habiturum, Galliæ Rege quadringenta vncialium millia quotannis conferente. Cauebatur inſuper, vt cum Bauariæ Electore Maximiliano, cum quo Rex Fontanis bellequi d. 30. Maii 1631. ad octo annos fœdus concluſerat, 87) & Liga, amicitia aut neutralitas ſeruaretur, vtque circa ſacra Sueciæ Rex non aliter ſe gereret, quam ſecundum Imperii leges, ac ritus, Catholici in integro relinquerentur. Duraturum autem erat fœdus ad menſem vsque Maium anni trigeſimi ſexti; ni pax interea coaleſceret, conſenſu partium prorogandum. 88)

§. XLII. Inter hos motus, Io. Georgius I. Elector, poſtquam iam a. 1630. inter ipſum atque Electorem Brandeburgicum de eodem conuenerat, idemque Saxoniæ Ordines Prouinciales in Conuentu a. 1630. Torgauiæ habito, adprobaſſent, 89) datis ad Status Euangelicos d. 29. Decembris a. 1630. litteris, 90) Proteſtantium Conuentum ad VIII. Februarii 1631. Lipſiam indicebat, facta etiam de hoc Conuentu Cæſari ſignificatione. 91) Obtentus ſumebatur conuentus Francofurtum ad Mœnum a Cæſare indictus, quo amica compoſitio Catholicos inter & Proteſtantes foret tentanda, vt hi ſententias prius inter ſe conferant. Iſto conuentu demum concludebatur, a Cæſare litteris maſculeſcriptis abolitionem edicti, & finem oppreſſionum eſſe petendam, nec minus arma paranda, quibus vis a quocunque intentata, ac iniuriæ militis Cæſarei propulſentur; ac vt inuicem ſibi auxilium ferant, ſi quis eorum impetatur: ſalua tamen Cæſaris reuerentia, atque Receſſus d. 2. Aprilis a. 1631. publicabatur. 92) Mittebatur ad eundem Conuentum a Guſtauo legatus, Bogislaus Philippus Chemnitius, qui Proteſtantes vel omnes, vel ſingulos etiam, vt fœderi contra Cæſarem innecterentur, tentarent, atque vt regios conatus, commeatu, pecunia, tranſituque foueant. Saxo enim metuens, ne Guſtauus proprium potius negotium ageret, renuebat, idque potius curabat, vt neutrius ſe partis ferret, viresque Cæſaris ac Guſtaui æqua lance libraret. 93) Cæſar vero, omnes & ſingulos, per mandata auocatoria, vt fœderi renuntient, adhortabatur. 94) Electorem etiam, miſſo ad ipſum Rudolpho Hegemüllero, Conſiliario aulico dehortari conabatur. 95) Eidem deſtruendo Liga quoque Catholica, conuentu Dunckelſphülæ habito, ſe adſtrinxerat; quæ & litteris datis, ipſorum inſtitutum improbabat. 96) In eodem Conuentu inter Io. Bergium Concionatorem aulicum Brandenburgenſem, Io. Crocium & Theophilum Neubergerum Caſſellanos, atque Theologos Saxonicos Electorales Polycarpum Lyſerum, Io. & Henricum, Höpfnerum & Matthiam Hoe colloquium fuit, in quo etiam de quibusdam religionis capitibus inuicem conuenerunt. 97) Receſſum Lipſienſem Elector d. IV Aprilis 1631. ad Cæſarem mittebat, vt Grauaminibus Religionis medela adferatur, vtque Reformatio Auguſtana & delectus militares ſiſtantur, petens. Mittebat etiam Cæſar Conſiliarium ſuum intimum, Rudolphum Hegenmüllerum Viennam, qui cum Electore ſuper Grauaminibus tractaret, verum, irrito cum effectu. 98)

§. XLIII. Sue-

87) Extat illud apud LONDORPIVM *Tom. IV. p. 216.* KHEVENHILLER *Tom. X. p. 2037.* in RECVEIL *Tom. III. p. 321.* apud du MONT *Tomo VI. p. I. p. 14.*

88) PIASECIVS *p. 425.* LE VASSOR *lib. XXIX. §. 597.* Extant ipſæ tabulæ apud LONDORPIVM *Tom. IV. p. 129.* Litteræ Guſtaui ad Ludouicum XIII. quibus auxilium petebat in RECVEIL *Tomo III. p. 300.* fœderis vero tabulæ *p. 311.* du MONT *Tom. VI. p. I. p. 1.* ADLZREITER *p. III. lib. XVI. n. 10.* KHEVENHILLER *Tom. XI. p. 2021, 2065.*

89) KHEVENHILLER *Tom. XI. p. 1250.*

90) Extant Connocationis litteræ apud KHEVENHILLERVM *Tom. XI. p. 1253.*

91) Litteræ extant apud LONDORPIVM *Tomo IV. lib. I. c. XLIV. p. 130.*

92) Extat iſte apud LONDORPIVM *Tom. IV. p. 144.* HELVICVS *lib. XIX. p. 126.* THEATR. EVR. *Tom. II. p. 369.* LVDOLPH *lib. XXXI. c. II. n. 17.* du MONT *Tom. VI. p. I. p. 6.*

93) PIASECIVS *p. 426.* CHEMNITZ *lib. III. p. 133.* PVFENDORF *lib. III. §. XII.* Status, horumque legatos, qui ad dictum conuentum comparuerunt, recenſet KHEVENHILLER *Tom. XI. p. 1518. ſqq.* vbi etiam Concio Matthiæ Hoë, Propoſitio & reliqua Acta continentur. HELVICVS *lib. XIX. p. 160. 120.* THEATR. EVR. *Tom. II. p. 294. 307.* LVDOLPH *lib. XXXI. c. II. n. 16. Hiſtorie der Religions-Beſchwerden p. I. c. IV. §. XLIX.* SPANHEIM *Memoires p. 296.* Præter varia ſcripta de hoc conuentu ſeparatim edita, eius Acta edidit LONDORPIVS *Tom. IV. pag. 130.* VOGEL *Ann. Lipſ. p. 414.* ADLZREITER *p. III. lib. XV. n. 44. lib. XVI. n. 1.* WASSENBERG *lib. II. p. 219.* LVDOLPH *lib. XXXI. cap. II. n. 15.* LE VASSOR *lib. XXIX. p. 603.*

94) PIASECIVS *p. 426.* Extant mandata iſta auocatoria & Litteræ publicæ ad Status Euangelicos, Ciuitates potiſſimum Imperiales datæ, apud LONDORPIVM *Tom. IV. pag. 152.* KHEVENHILLER *p. 1614.* HELVICVS *lib. XIX. pag. 129.* THEATR. EVR. *Tom. II. p. 328.*

95) Ipſius Inſtructio & Acta extant apud KHEVENHILLERVM *Tom. XI. p. 1570.*

96) PVFENDORF *lib. I. §. XII.* CHEMNITZ *lib. III. p. 141.* PIASECIVS *p. 429.*

97) Acta huius Colloquii ex Archiuo Facultatis Theologicæ Lipſienſis exhibet VOGELIVS *pag. 421.*

98) Electoris litteræ & Acta cum legato Cæſaris reperiuntur apud LONDORPIVM *Tom. IV. p. 143. ſqq.* HELVICVM *lib. XIX. p. 128.* THEATR. EVROP. *Tom. II. pag. 311.* LVDOLPH *lib. XXXI. cap. II. n. 30.*

99) CHEM-

§. XLIII. Sueci interea, instante adhuc hyeme, Lœckenitiam arcem, Prentzlo-am Vckermarckiæ, Treptoam, Loitzensem arcem, Demminum & Malchinum occupant, 99) Gryphswaldam fruſtra tentant, Colbergam circa initium menſis Martii per quinque menſes circumſeſſam, deficiente demum annona, deditione capiunt. 100) Cæſarei ei contrarii, Tillio duce, contra Guſtauum mouent, qui ad Suetam caſtra metantur, iuncto ibi naualibus pontibus flumine. 1) Tillius vero ſamem præcipue metuens in regione iam deuaſtata, direpto, quod occupauerat, Nouo Brandenburgo, reuertitur, & Magdeburgum toto imperu adoritur. Tillio digreſſo, Guſtauus Francofurtum ad Viadrum a Cæſareanis inſeſſum, adſultu capit, Landsbergam deditione. 2) Hinc, vt Magdeburgum liberaret, Spandoam ab Electore Brandenburgico ſibi tradi petit, quod etiam hac ſaltim conditione fuit factum, vt vbi Magdeburgo ſubuentum, aut Guſtauus in tutum fuerit ſubductus, reſtituatur. 3) Cum Saxone etiam agebatur, vt apud pontem Deſſauienſem copias ſecum iungeret, Magdeburgi liberationem pariter ſuſcepturus; vtque ſuo exercitui annonam, ac pyrium puluerem, & machinas præberet, Saxone vero omnia abnuente. 4)

§. XLIV. Inter hæc, funeſta dies Magdeburgo illuxerat. Cæperant in dicta vrbe motus iam a. 1627. dum Chriſtianus Guilielmus Magdeburgenſis Archiepiſcopatus Adminiſtrator, eo quod Dano acceſſerat, fuiſſet proſcriptus. Publicato etiam edicto de bonorum Eccleſiaſticorum reſtitutione, Magdeburgenſes ſibi metuentes, Io. Georgii I. Saxoniæ Electoris filium ſecundo genitum, Auguſtum Archiepiſcopatus Adminiſtratorem ſtulabant, cui Papa Leopoldum Guilielmum, Cæſaris filium iuniorem præferri volebat. 5) Magdeburgici interim Cæſaris copiis ſub Wallenſteinio non ſolum de commeatu proſperarent, ſed etiam magnam pecuniæ vim numerauerant, quam cum amplius præſtare recuſarent, potius naues aliquot pro Wallenſteinii vſu in Albi intercepiſſent, iſte Ciuitatem, Cæſareanorum præſidium recipere recuſantem, XXII. Martii 1629. cœpit obſidere, quam tamen IX. Octobris iterum reliquit, exindeque a Cæſareanis ſemper fuit infeſtata. 6) Anno 1630. Chriſtianus Guilielmus vrbem denuo clam intrat, atque a Ciuibus homagium ſumit. Mittit etiam Suecorum Rex eo Mareſchallum ſuum, Dietericum de Falckenberg, auxilia promiſſurum, 7) Exeunte Martio 1631. denuo oppugnationem vrgebat Tillius, vt Suecorum regem, quem viribus ſibi imparem iudicabat, in patentia camporum eliceret, ni Magdeburgum perire vellet, & Guſtaui æque ac Cæſaris deſtinatis opportunum. Tillius primo litteris Adminiſtratorem, Ciuesque ac magnificis promiſſis Falckenbergium vrbis præfectum tentabat. Sed, cum hac via nihil proficere-

99) CHEMNITZ *lib. III. pag.* 116. PVFENDORF *lib. III.* §. *IV. V.*

100) CHEMNITZ *p.* 121. PVFENDORF §. *VI.* KHEVENHILLER *Tom. XI. p.* 1768.

1) CHEMNITZ *pag.* 127. PVFENDORF §. *VIII. & IX.*

2) PIASECIVS *p.* 428. CHEMNITZ *p.* 130. PVFENDORF §. *XI.* KHEVENHILLER *p.* 1773.

3) CHEMNITZ *p.* 142. PVFENDORF §. *XIII.*

4) CHEMNITZ *p.* 144. PVFENDORF §. *XIV.*

5) Hæc late exponit CHEMNITZ *lib. II. p.* 74. 104. CARAFA *p.* 342. WASSENBERGS *Florus Germanicus p.* 164. KHEVENHILLER *Tom. X. pag.* 1264. *Tom. XI. pag.* 127. Anteriori anno 1626. Norberti, Magdeburgenſis olim Archiepiſcopi reliquias per Caſparum Queſtenbergium Strohofienſem Abbatem Pragam fuiſſe delatas; tradunt Pontificii, inprimis CARAFA *p.* 275. 291. ſed deceptos illos fuiſſe, atque aliud Archiepiſcopi Henrici Corpus ſecum tranſtuliſſe Pontificios ſingulari diſſertatione demonſtrare voluerunt PHILIPPVS MVLLERVS & BARTH. CHRIST. RICHARDVS *in Pſeudo Norberto.*

6) PIASECIVS *p.* 410. *quo nomine Magdeburga quoque aliquoties magnam vim pecuniæ numerauerat, & tandem fatigata, cum tamis ſumptibus ſe ſuffiſcere non poſſe reſpondiſſet, eosque præſtare recuſaſſet, Croatorum Legio cum Præfecto Bechero ad extorquendam huiusmodi ſolutionem miſſa, omnes tranſitus ad Ciuitatem intedit, & multos currus ad meretatum eo venientes diripuit: viciſſimque populus Ciuitatis arma pro defenſione ſua corripuit, eruptioneque facta, naues aliquot cum commeatu pro vſu Valnſtenii tranſeuntes in Albi fluuio intercepit, & ex victoriolus ſtationibus ac ex pago ibi vicino Cracouia Cæſarianos inde Ciuitati infeſtos imminentes, caſis prope centenis necit: ex eoque initio res in apertum bellum prorupit. Valenſtenius enim eo ſtatim plures legiones cum Tribuno Cronico direxerat, quæ Ciuitatem obſiderent, quantimmis Magiſtratus per Legatos Hamburgenſium & Lubecenſium excuſauerint illum populi erroreni, ſe inconſulto & inuito perpetratum, ac offerret multum auri, vt pacem redimeret. Nec alia ratione placari ille voluit, niſi vt reciperet præſidium Cæſarcum Ciuitas, a quo iſtæ direptionem timens, & magis ne exequi vellet mandata Imperatoris nuper edita pro reſtitutione Religionis Catholicæ ac bonorum Eccleſiaſticorum, extremam deſcriſionis fortunam maluit experiri, exindeque a Cæſarianis continuo fuit oppugnata exitu triſti, vt ſuo loco appatebit.* ADLZREITER *p. III. lib. XIV. n.* 52. LVDOLPH *lib. XXIX. c. II. n.* 59. prodit iſte tempore *Auffrühriſche wohlgegründete Deduction E. E. Raths und Gemeiner Stadt Magdeburg, darinnen der Rœm. Kayſerl. auch zu Hungarn und Behmen Kœnigl. Mayeſt. ihrem allergnedigſten Kayſer und Herrn, ſowohl alle Churfürſten und Stænden des Heil. Rœm. Reichs, und ſonſten iedermannigiich ermelden Raths und der Stadt knudthabre Vnſchuld, wegen der itzigen vnvermutheten, vberaus harten, und hochbeſchwerlichen, doch vnverdienten Blocquirung, grauſamen feindlichen vnfezung und Bedrængniß allerunterthenigſt, vnterthenigſt, Dienſt-und freundlich zu erkennen gegeben wird.* Gedruckt im Jahr 1629 *durch Andream Betzeln* in quo ſcripto, quid Ciuitas Magdeburgenſis ab a. 1625. pertulerit, refertur. Huius & alterius ſcripti, ſub titulo: *die andere Belagerung der Stadt Magdeburg* ſummam exhibet CALVISIVS *in Præfatione.* KHEVENHILLER *Tom. XI. p.* 772.

7) LVDOLPH *lib. XXX. c. II. n.* 83. BVRGOLD. *p. III. pag.* 115. KHEVENHILLER *Tom. XI. p.* 1353.

ceretur, ad vim conuerſus, munimenta, quæ extra vrbem, Magdeburgenſes hinc inde extruxerant, ab iisdem vel non ſatis probe defenſa, vel Sudenburgo vel noua ciuitate relicta, quod ipſis in vitium vertitur, 8) expugnat. Guſtauus Adolphus equidem Magdeburgo in auxilium venire tentabat, ſed, dum a Brandenburgico Electore vt ipſi Cüſtrinum atque Spandoam præſidio muniendam traderet, vt ſa tergo eſſet ſecurus, illud non obtineret, inter hæc negotia Magdeburgum capiebatur. 9) Iam enim opera ad valli pedem erant promota, cum Tillius VIII. Maii tubicinem in vrbem mittit, vt extrema per deditionem auertant, imperaturum, quem illi ad tertium vsque diem detinebant. Hoc ipſo, ſcilicet X. Maii cum vallum ciuibus, periculo ſe iam defunctos arbitrantibus, fere nudatum foret, & Falckenbergius in curiam conceſſiſſet, tubicini reſponſum adornaturus, quo nondum reuerſo, nihil a Tillio tentatum iri credebatur, Pappenheimius de his omnibus ex vrbe monitus, ſubito adſultu munimentum nouum, quod ſuburbio Neuſtadio obiacebat, inuadit, quo facile ſuperato, mox in vrbem penetrat. Ciues quidem in ipſa vrbe adhuc reſiſtebant, ſed cum Falckenbergius cecidiſſet, Pappenheimius etiam frangendæ pertinaciæ ignem proximis ædibus iniecíſſet, ciues in domos ſuas dilabi cœperunt. Tum vero nullum crudelitatis ac libidinis genus ab efferati militis rabie omiſſum, dum interim ignis omnia abſumeret. Ex tanta multitudine quadringenti duntaxat ciues ſuperfuere, & præter ædem ſacram primariam, die *Domkirche* aliasque *Vicarii* Canonicorum ædes, centum triginta tres piſcatoriæ plerumque domus ad Albim. Ipſe Adminiſtrator Epiſcopatus capitur. 10)

§. XLV. Ad tam crudele exemplum multi animorum Proteſtantium motus. Guſtauus autem, poſtquam publico ſcripto manifeſtaſſet, cur in ſubditum Magdeburgenſibus haut 11) venire potuiſſet, maxime, quod tranſitus ipſi nondum ſecurus, vt ſecuritati ſuæ proſpiceret, Georgium Guilielmum, Brandenburgicum Electorem, quouis modo inducere conabatur, vt aut icto fœdere in partes ſuas deſcenderet, aut Spandoam, Cu-

8) KHEVENHILLER *Tom. XI. p.* 1795. *All-hier wollen etliche dafür halten, ſie hatten dieſe zwey Oerter auf das äuſerſte defendirt, und alſo die Kayſerlichen aufhalten ſollen, ſo hette es hernach mehr Zeit bedörfft, die Haupt-Veſtung zu belagern, unterdeſſen hette der Kœnig in Schweden mit dem Entſatz deſto beſſer ankommen kœnnen, aber durch verlaſſung der angeregten vorſtadte hette man den Kayſerlichen dieſen Vortheil gegeben, daß ſie deſto geſchwinder mehrentheils kœnnen unter das Geſchütz kommen, und man ihnen dieſemnach wenig Schaden mehr mit demſelben aus der Stadt zufügen mœgen.*

9) Docet hæc KHEVENHILLER *Tom. XI. p.* 1786. de Guſtauo Adolpho dicens: *Meine Reiſe gehet auf Magdeburg zu, und ſelbiges zu entſetzen, nicht nur, ſonderu denen Evangeliſchen zum Beſten, will mir niemand beyflehen, ſo ziehe ich ſtracks wieder zurücke, mache mich in meinen Orten frey, biete dem Kayſer einen Accord an, und ziehe wieder nach Stockholm: Ich weiß der Kayſer ſoll einen Accord eingehen, wie ich begehre, aber am üngſten Gericht werdet ihr Evangeliſche angeklaget werden, daß ihr nichts bey dem Euangelio habt thun wollen, es wird euch auch wohl hier vergolten werden. Dann iſt Magdeburg weg, und ich ziehe, ſo ſehet zu, wie es euch gehen wird.*

10) Tam hoc ciuitatis exponit PIASECIVS *pag.* 427. ADLZREITER *p. III. lib. XVI. n.* 24. CHEMNITZ *p. III. p.* 147. WASSENBERG *p.* 201. qui *p.* 213. vrbem a ciuibus fuiſſe incenſam dicit, ideo in adnotationibus deſuper notatus. THOM. CARVE *Itin. p.* 13. THEATR. EVROP. *Tom II. pag.* 368. PVFENDORF *lib. III. §. XVIII.* KHEVENHILLER *Tom. XI. p.* 1788. *ſqq.* Excidium hoc Magdeburgenſe ſingulari diſſertatione expoſuit GOTTLIEB SAMVEL TREVER, *Lipſiæ* 1702. 4. Singularis inter PETRI LOTICHII, qui circa medium ſeculi XVI. vixit, poemata, elegia IV. lib. II. repetitur ad Ioachimum Camerarium, quam ipſe de obſidione vrbis Magdeburgenſis inſcripſit, in qua enthuſiaſmo quodam poetico ſingula hæc vrbis fata luxiſſe dicitur, prout etiam CHEMNITZ *lib. III. p.* 160. & MORHOFIVS *Polyhiſt. lib. I. c. XIX.* tradit, quem tamen ideo notat BAYLE art. *Lotichius lit. G. p.* 1871. hoc Lotichii carmen ad tempora obſidionis Mauritianæ referendum eſſe ratus, cui tamen ſingulari diſſertatione reſpondet SEBASTIANVS KORTHOLT. Verum, Lotichium ad priorem iſtam obſidionem ſub Mauritio facere, docet nos TOBIAS PAVRMEISTER, dum de Iurisdictione Imperii Romani *lib. II. p.* 935. ſic ſcribit: *quæ de ſceleribus & bellis, pacis publicæ tuendæ cauſa, expediendis, diximus, tunc maxime iuſti venerunt, cum a Carolo V. Romanorum Imperatore proſcripta, ac poſt recuſatas duriores libertati ac Religioni aduerſas pacis conditiones, Mauritio Saxonum Electore, Cæſaris & Ordinum Decreto, publicæ militiæ duce ſalto, vltra annum graui obſidione preſſa fuit, in qua fortiter ſuſtinendo, ac pro viribus depellenda, prudentia, virtus & conſtantia eius ita illuxit, vt immortalem ad omnem poſteritatem laudem & gloriam hinc conſecuta, ac ſalua tandem Religione ac libertate, ex ſummis illis difficultatibus emergendi felici dexteritate, omnibus fere, aſſu ac fremitu fabulis iſtius tempeſtatis correpti palmam præripuerit. De cuius innocentia, fide & integritate, potiſſimum eius temporis Poeta, Petrus Lotichius Secundus, in Elegia de obſidione Vrbis ad Ioach. Camerarium non minus eleganter quam vere eecinit:*

Proſit & excuſet, quod ſim mihi concia Recti,
Inque caput patriæ, nulla quod arma tuli.

Hanc obſidionem, occupationem & excidium diuerſi ſcripſerunt, Prodiit enim ſtatim *Exitii & excidii Magdeburgenſis Hiſtorica relatio* 1631. CHRISTOPHORI THODAENI, qui paſtor fuerit ad D. Catharinæ, *Bericht, wie es ihm und den Seinigen in der Eroberung ergangen. Die Magdeburgiſche blutige Belagerung, und iemmerliche Erober- und zerſtœrung der Stadt Magdeburg*, & potiſſimum SETH HENRICI CALVISII *das zerſtœhrte und wiederaufgerichtete Magdeburg, Magdeburg* 1727. 4. In hoc ſcripto vero variæ reperiuntur huius excidii relationes, EVCHARII ELEVTHERI *Fax Magdeburgica*, in qua potiſſimum rationes adducuntur, quæ Chriſtianum Guilielmum, Adminiſtratorem permouerint, in vrbem veniendi. Diuerſæ litteræ publicæ, in hoc negotio ſcriptæ, atque inter hæc, Tillii Manifeſtum ad Magdeburgenſes æque atque Chriſtianum Guilielmum Adminiſtratorem publicatum & ſcripta alia vna cum Annalibus Ciuitatis ab a. 1632. vsque ad annum 1727.

11) Extat illud in THEATR. EVROP. *Tom. II. p.* 372. apud CALVISIVM *pag.* 186. PVFENDORF

Cuſtrinumque in ſuam traderet poteſtatem. Tergiuerſante Electore, potius finita conditione Spandoam repetente, ipſi quidem Rex ſtatim Spandoam fidei ſuæ liberandæ conſignat; ſed mox cum exercitu Berolinum tendit, præmiſſo tubicine portas reſerari imperans, & hoſtilia minatus, ſi quis reſiſtere audeat. Sic tandem abſumpta tergiuerſandi facultate, concluſum, vt Spandoam iterum Rex præſidio ſuo cuſtodiret, quoad bellum duraret; & apud Cuſtrinum tranſitu, receptuque ſi opus foret, fruereturr. Spandoæ præſidium Electori, Cuſtrinenſe Regi iuramento cauere ſuper obſeruatione horum pactorum adigebatur. 12) Inde occupata Gryphswalda, quæ ſola adhuc Cæſareis reſtabat in Pomerania, 13). Albim verſus progreditur, & capta Hauelberga, ad Werbenam caſtra ponit, 14) in quæ Wilhelmus, Haſſiæ Landgrauius venienus XII. Auguſti mutuum fœdus cum Rege pangit. 15) Hoc Tillium tanto acrius commouit, vt literis non ſolum prouinciales, in abſentem concitare conaretur, ſed & Fuggerum Comitem cum decem legionibus a Liga recens conſcriptis in Haſſiam irrumpere iubet. 16) Belgæ etiam Anglique argenti ſubſidia præſtant. 17)

§. XLVI. Hoc ipſo tempore, ad diem III. Auguſti 1631. vt ſecuros redderent Proteſtantes, ne Suecorum Regi 18) accederent, inſtituebatur Conuentus Francofurti, vulgo *der Compoſitions-Tag*, prout Ratisbonæ fuerat decretum. Proponebatur v. Septembris de religionis diſſidiis componendis, & pace in Imperio reſtituenda. Sed, dum Catholici reſtitutionem bonorum Eccleſiaſticorum vrgerent, Proteſtantes de explicatione Transactionis Paſſauienſis cum ipſis minime conuenientes, bona Eccleſiaſtica ipſorum dominio ſubiecta liberæ fuiſſe reformationi ſubiecta, arguerent, inde ſine fructu, poſt præſium Lipſienſe fuit diſceſſum. 19) Interea, dum a Proteſtantibus fœderatis vndique arma parabantur, Cæſar per exercitum, Egonis Fürſtenbergii ducis ex Italia reducem, Superioris Germaniæ Proteſtantes, cum litteræ nihil proficerent, vt fœdus Lipſienſe eiecarent, cogere inſtituit. Ibi Memminga primum, & Campodunum fuit ſubacta, ac pecuniis emuncta. Inde Ducis Würtenbergici tutor trepida deditione transegit, cum iam in itinere eſſent, tria militum millia, auſpiciis Guſtaui Regis a Schlammersdorfio conducti, & manus peditum Vlmenſium, qui auxilio mittebantur. Hinc Vlma, & quidquid vrbium per Sueuiam, ſimul Circulus Franconicus Lipſienſi fœderi renuntiant, miles ab his

DORF etiam *lib. III. p.* 16. eius ſummam exhibet his verbis: *Caterum ne ab imperitis aut malevolis culpa perditi Magdeburgi in Guſtauum devolueretur, ipſe ſcripto publice emiſſo edocuit, non minimam cladis ſuæ cauſam Magdeburgenſes ipſos præbuiſſe intempeſtiua tenacitate, ac inhumanitate aduerſus milites, & quod tanto hoſti repellendo idonea parare media neglexiſſent, plus ſatis alienis confiſi auxiliis, quam propriis ſtare potuiſſent. Regi pronam ſemper fuiſſe voluntatem. Sed quam effectui dare ineluctabiles rerum difficultates prohibuerint, ac eaco impetu accurrere motientem, ſe ipſum, ſummamque rerum ac tot oppreſſorum ſpes perditurum fuiſſe nullo verbis fruſtu. Hoſtem Gryphenſiaga ac Gartzio, exturbatum penitus proſligare in procliui fuiſſe, ac uno impetu Magdeburgum tendere, ni tranſitum ad Cuſtrinum denegaſſet Brandenburgicus. Inde Francofurto, & Landsberga pulſum hoſtem tergo progredientes haſturum. Nec tamen ſibi licuiſſe ſaluum ſuam, exercitusque ab arbitrio Brandenburgici ſuſpendere nulla accepta cautione. Citra huius atque Saxonis fauorem Magdeburgi liberationem tentare haut quicquam cum proſperi ſpe ſucceſſus potuiſſe. Vtrumque autem ita ambigue ſecum egiſſe, vt quid ſolidi ab ipſis expectare poſſet, non adparceret.* Adde KHEVENHILLER *Tom XI. p.* 1813.

12) PIASECIVS *p.* 428. CHEMNITZ *lib. III. p. III. pag.* 163. PVFENDORF *lib. III.* §. *XVII.* KHEVENHILLER *Tom. XI. p.* 1823.

13) CHEMNITZ *pag.* 173. PVFENDORF *lib. III.* §. *XVIII.* KHEVENHILLER *Tom. XI. pag.* 1783. 1843.

14) PIASECIVS *c. l.* CHEMNITZ *pag.* 178. PVFENDORF §. *XIX.* KHEVENHILLER *Tom. XI. p.* 1849.

15) CHEMNITZ *p.* 26. *lib. III. p.* 194. PVFENDORF §. *XXV.* Extant fœderis tabulæ apud LONDORPIVM *Tom. IV. p.* 216.

16) CHEMNITZ *pag.* 196. PVFENDORF §. *XXV.*

17) Extant de eo ſcripta apud LONDORPIVM *Tom. IV. p.* 214. Qua ratione Hamiltonius ex Britannia copias adduxerit, exponit PVFENDORF *lib. III.* §. *XXIII.* CHEMNITZ *lib. III. p.* 192.

18) SPANHEIM Memoires p. 296. *Mais à fin que l'irruption formidable du Roy de Sucde ne fuſt ſecondée par des Princes & Eſtats deſfaberez des violentes executions des Commiſſaires Imperiaux, qui gourmandoyent de toutes parts les Princes & les Villes, & ne ſe iettaſſent entre les bras d'vn Prince victorieux, on proietta derechef vne iournée à Francfort, en apparence pour compoſer le different des bien Eccleſiaſtics entre les deux partis, en effet pour amuſer le tapis.* Occaſione huius tentatæ compoſitionis, Epiſcopus Auguſtanus per Ieſuitas Dillingenſes conſcribi faciebat *Pacis compoſitionem, Dillingæ* 1629. 4. in qua præter varia contra Pacem Religionis, potiſſimum quæſt. LXVII. pertractatur, Epiſcopum Auguſtanum pace Religionis haut teneri, dum contra eandem fuerit proteſtatus. Huic 10. GERHARDVS *conſiderationem quarumdam Quæſtionum Theologicarum Iene* 1631. 4. oppoſuit.

19) PIASECIVS p. 429. *Et licet Catholicæ Liga in Dunckelſpiel congregata, pro tractanda plena concordia Conuentum Francofurti inſtituiſſet ad initium Auguſti, tamen illius fœderis diſſidentium ſocii omnes, totis viribus apparatum bellicum (eo quod Catholici quoque in illo ſuo Connentu Dunckelſpilenſi ſuis copiis ſupplementa conſcribi decreuiſſent) conquirere non deſiſtebant. Ac Francofurtes Conuentæ illo re infecta ſoluto, ideo quod Delegati Cæſaris media pacis nonniſi conſultanea edictis Imperialibus pro executione reſtitutionis bonorum Eccleſiarum ſexto Martii* 1629. *promulgatis vellent, & Catholici pactioni Paſſauienſi Anno Chriſti* 1552. *& Auguſtana* 1555. *inſiſterent, eius ſenſum clarum, (Diſſidentes pronocabant ad interpretationem Paſſauienſis concordiæ, cuius verborum contextum perplexum eſſe dicebant, præſertim quod bona Eccleſiarum Catholicarum non directe ſubiectarum Imperatori, ſed in ditionibus Principum, ſeu ſub iure patrocinii Dominorum loci cuiusque conſiſtentium poſt illam concor-*

his conſcriptus exautoratur, & magnam partem Cæſaris ſacramento accedit, ingenti inſuper pecuniæ ſumma exſoluta. 20)

§. XLVII. Tillius autem, relicto cum idoneis copiis Pappenheimio ad defenſionem Magdeburgi, & vicinorum locorum, Thuringiam verſus mouebat, vt Haſſiæ Landgrauio Guilielmo, Saxonicæque Ducibus, & cumprimis Electore perdomitis, Proteſtantium fœdus plane diſſiparet. Ac iam in ditione Vinarienſi atque Schwartzburgenſi hoſtili modo graſſabatur, 21) ipſa Iena noſtra fuit direpta, & vrbes perplures. Inde ad Albim progrediebatur, vt Suecorum Regi obuiam iret, ad Wolmerſtadtium caſtra locans, ſed Guſtauus in tres legiones incidens, plerosque cædit vel diſſipat. 22) Dum autem Tillius Guſtauum ad plenam aciem ex caſtris ad Werbenam elicere nequiret, 23) ab Saxoniæ Electore poſtulat, vt decreto Lipſienſi renuntiet. Hoc vero renuente, terras ipſius cum quadraginta bellatorum millibus hoſtili modo ingreſſus, Mersburgum occupat, & Lipſiam per vnum diem tormentis verberatam, Pleiſſenburgo arce excepta, ad deditionem compellit. 24) Ita tandem Elector, qui copias ſuas Torgam contraxerat, 25) quod hactenus aduerſatus fuerat, miſſo Arnheimio, Guſtaui auxilium implorat, qui prius frigidius reſpondebat, Wittebergam in receptus ſecuritatem, Electoris filium primogenitum, ſtipendium trium menſium petebat. Electore vero omnis liberaliter offerente, fœdus in has leges concluditur, vt ſociatis viribus, Rex defenſionem Electoris ſuſcipiat, in eius prætudicium nihil agat, ſumma negotiorum directio penes Regem ſit: neuter absque alterius conſenſu de pace tractet: Regi locis ad Albim opportunis tranſitus concedatur, eiusque exercitui, quamdiu in territorio Electoris hoſpitetur, neceſſaria ab hoc alimenta præbeantur. Fœdere in caſtris Regis ad Werbenam Kl. Septembris 1631. icto, quo Rex Electori aſſiſtere promittit, 26) Guſtauus exercitum tredecim peditum, nouem prope equitum millibus conſtantem, Wittebergæ trans Albim ducit, & inde apud Dibenam ad Muldam, inter VVittenbergam atque Lipſiam Saxonicis copiis iungitur. 27) De ſumma belli deliberabatur, dum prœlium primo diſſuadere Rex videretur, ne periculi aleam clade forſan accepta, ſubirent. Sed inſtante Saxone, prouinciam ſuam vtrique exercitui alendo imparem eſſe cauſſatus, Lipſiam verſus tenditur. 28) Tillius, li-

diam Catholicis adempta) dubia interpretatione corrumpi non permittentes, maiores diffidentiæ vtrinque exarſerunt, & fœderati ſpe amicæ compoſitionis deſperata, arma iam inſtructa habentes, palam de accerſendo ad ſuas partes Sueco deliberationes agitabant. Extant Acta huius Compoſitionis Francofurtenſis apud LONDORPIVM *Tom. IV. p.* 220. PFANNER *Hiſt. Pac. Weſtphal. lib. I. §. II.* KHEVENHILLER *Tom. XI. p.* 1726. *ſq.*

20) PIASECIVS *p.* 428. CHEMNITZ *lib. III. p.* 179. PVFENDORF §. *XX.* KHEVENHILLER *Tom. XI. p.* 1653. HELVICVS *lib. XIX. pag.* 155. THEATR. EVROP. *Tom. II. p.* 339. 433. Adde LVNIGII *Staats-Conſilia Tom. II. p.* 255.

21) PIASECIVS p. 428. *ipſe autem Tillius poſt captum Magdeburgum in Vinnarienſi, Coburgenſi, Altenburgenſi, Allenſtebiæ ditionibus, & demum in Haſſia copias ſuas diſtribuerat, vt ibi diſſiparet fœderis Lipſienſis militares delectus, a quibus mains periculum rebus Imperatoris imminere, & eis tempeſtiue oppreſſis hoſtis iſte externus ex Germania non difficilius quam Rex Danus nuper expelli poſſe videbatur.* CHEMNITZ *lib. III. p.* 183. PVFENDORF §. *XXI.*

22) CHEMNITZ *lib. III. pag.* 184. PVFENDORF *c. l.*

23) CHEMNITZ *p.* 186. PVFENDORF *c. l.* KHEVENHILLER *Tom. XI. p.* 1681.

24) PIASECIVS pag. 429. *primum autem nomine Cæſaris per Nuntios ſuos requiſierat ab Electore Saxoniæ, vt renuntiaret illi fœderi, exauthoraret ſuum militem, & Cæſareo aſſignaret hoſpitia in ſuis ditionibus, ac commeatum ſuppeditaret, niſi maller pro hoſte haberi. Et cum iſte reſpondiſſet, ſe in fide & obedientia Cæſari ſæpius probata permanere, & a ſe plura quam Conſtitutiones Imperii iureiurando Cæſaris firmatæ requirant, exigi non poſſe, immo gratiam ac remunerationem pro tam amplis erga Cæſarem meritis ſibi deberi, ille poſtpoſita tali obteſtatione in Saxoniam ſuis copiis progrediuſſus, Merſeburgum, Veiſenfelſium, Friburgum, ac plura illius tractus oppida, licet ſponte deditionem fecerint, diripi a militibus, & incendio vaſtari permiſit. Naumburgo, Pegauiæ præſidia ſua impoſuit, a Lipſienſibus poſtulauit, vt commeatum ſibi præſtarent; quem poſtquam in magna copia accepiſſet, imperauit, vt præſidium Cæſareum in Ciuitatem admitterent, alioquin eandem fortunam quam nuper Magdeburgenſes ſenſurant, experturi eſſent: tandemque cum omnia ad expugnandam illam ciuitatem præparaſſet, reluctantes Ciues, verum exemplo tam formidoloſo perculſos coegit, vt initio Septembris Electorale præſidium dimiſerint, & Cæſareum receperint.* CHEMNITZ *lib. III. p.* 198. *ſqq.* PVFENDORF §. *XXVI.* VOGEL *Ann. Lipſ. p.* 449. KHEVENHILLER *Tom. XI. p.* 1864.

25) Quis iſto tempore fuerit apparatus Electoris militaris, docet KHEVENHILLER *Tom. XI. pag.* 1664.

26) Extat apud du MONT *Tom. VI. p. I. pag.* 18.

27) PIASECIVS p. 429. *ſed hoc magis accelerauit periculum, quod Tillius prœuenire voluerat, dubioſque adhuc fœderatos impulit, vt ſocietatis cum Sueco conciliationem maturarent. Electior enim Saxoniæ reliquæ ditioni ſua idem quod iam Lipſiæ euenerat metuens, conſilium quod diutius aſpernabatur de coniungendis pro defenſione ſua cum illo Rege armis ſuſcepit, & vna cum Electore Brandeburgico eum Diebenæ (apud Vittembergam Rex Sueeus transmiſſo Albi eo tranſierat) conueniens, prima Septembris huius Anni Chriſti, 1631. conditiones mutui fœderis cum ipſo ſtabiliuit. Maxime euentus docuit, quantum attulerit diſpendii, irritaſſe fœderatos Lipſienſes, & non prius repreſſiſſe externum illum hoſtem, cum quo potentiæ domeſtice illorum, tantum virium acceſſit, quod ſtatim coniuncti hoc modo exercitus Sueticci, & fœderati, Cæſareanis quibus ſinguli reſiſtere impares, potentia longe præſtiterunt.* CHEMNITZ *lib. III. p.* 202. ADLZREITER *p. III. lib. XVI. n.* 84. PVFENDORF §. *XXVII.*

28) CHEMNITZ *lib. III. pag.* 204. PVFENDORF. §. *XXVIII.*

29) CHEM-

us, licet caſtra ad Lipſiam munitionibus circumdari, & machinas idoneis locis diſponi iuſſiſſet, inſtituta tamen conſultatione in ſuburbio Lipſienſi, intra veſpillonis ædes pictis adl parietem ſandapilis, 29) Pappenheimii, aliorumque Ducum fiducia motus, relictis caſtris, non expectatis auxiliis, quæ ipſi a Tieffenbachio adducebantur, 30) verſus Breitenfeldæ campos, vno a Lipſia milliari, cum exercitu in aciem poſito procedit. Fit atrox prœlium VII. Septembris 1631. regio exercitu dextram, Electoris ſiniſtram manum obtinente. Sed Saxonici cumprimis pedites, & turmæ equitum, quos Vaſalli armauerant, omnes milites noui impreſſionem Cæſareorum haut ſuſtinentes, ſolutis Ordinibus, armisque abiectis, terga fugæ dabant. Hoc ſucceſſu prœmature nimis inflati Cæſarei, iam paſſim nuntios victoriæ dimittebant. Electo in iſto tumultu Eulenbergam verſus ſe proripuerat. Aſt Rex, hauquaquam territus, ſiniſtrum ſuorum cornu latus hoſtium, phalanges frontem inuadere iuſſit. Hic eques Cæſareus circa reliquias Saxonum diſſipandas occupatus, pugna feſſus, & in prædam cædemque, ordinibus pene ſolutis, effuſus, ab integris compoſitisque regiis ſtatim in fugam pellitur. Et licet pedes acerrime pugnam cieret, poſt atrocem tamen quinque horarum pugnam, plena victoria Guſtauo ceſſit, victore exercitu in loco pugnæ pernoctante. Ipſum Tillium præfectus alæ cum legione Rheingrauiana Fridericus, cognomine Longurionis vulgo nuncupatus, (*der lange Fritz*) in turba eminus agnitum adſecutus fuerat, ac oblatam vitæ gratiam adſpernantis, caput, dorſumque breuiore ſclopeto non ſegniter contuderat. Et viuo aut mortuo potitus fuiſſet, ni Rudolphus Maximilianus, Dux Lauenburgicus a latere aduolans, Friderici caput globo transuerberaſſet, ac fatiſcenti iam ſeni Halam eſſugium præbuiſſet. E Cæſareis in illa planitie cæſi numerabantur ſeptem millia ſexcenti, præter eos, qui in fuga perierunt. Saxonum ſuper tria millia cecidiſſe feruntur: Regiorum circiter duo millia deſiderati, maximam partem equites. E captiuis quinque millia ſtipendiis Regis accedebant. 31) Rex altero a victoria die, Lipſiam acceſſit, quam paullo poſt Electoris deditione cepit. Rex interea cum expedita equitum caterua Mersburgum properauerat, vbi valida manus prœlio profuga iterum coiuerat, e qua mille amplius cæſi, quingenti capti. Inde Hallam itum, quæ vna cum arce Mauritioburgo nullam moram fecit. 32) Oppidum iſtud iuramento Regi fidem dedit. Magdeburgici Præſulatus regimen Ludouico, Anhaltino Principi, tantisper commiſſum. Paullo poſt, & vniuerſi Principes Anhaltini in prorectionem Regis ſe conferunt, promiſſo ad belli ſumtus certo in menſes tributo, operaque ſubditorum gratuita, ſi in ditione ipſorum vel munitionem extruere, vel Albim ponte vellet inſternere. 33)

§. XLVIII.

29) CHEMNITZ *p.* 207. 214. PVFENDORF §. *XXVIII.* Prodiit ideo *der Leipziſche Todtengraeber, welcher von des Herrn General Tylli Einkehrung in ſeinen Hauſe vor Leipzig geſchehen ausführlich berichtet.*

30) Omnem culpam huc reiicit CARVE *p.* 20. *ſi enim Cæſareani fluctuare voluiſſent prælium, quoad Comes de Tieffenbach & Generalis Aldringer vterque cum ſuis copiis acceſſiſſet, illue res Imperii nunquam deſcendiſſent. Sed ita erat in Fatis.*

31) PIASECIVS *p.* 430. *Primum in prælio ſeptima Septembris die a Lipſia vno milliari, inter pagos Breitenfeldium ac Podeluiſium commiſſo, in quo poſt acerrimum vtrinque certamen quinque horis continuatum, Tillius ſuccubuit. Nec dubic ab ipſo principio pugnæ victoria ad Sueeum inclinabat, eorum enim ſiniſtrum Tillii ventum tunc ab Occidente flantem præripere volens, longius a corpore exercitus proceſſerat, & exceptum a Sueticis peditibus equitatui immiſſis (tali arte pugnabant illi) totum turbatum nullam vtilem operam præſtitit. Tillius vero cum ipſemet a fronte ſelectiores turmas contra infirmiorem aciem hoſtilem, in qua Saxonica legiones ſtebant, inuertiſſet, diſſiparat quidem illam, ſed dum ibi ſtri debellatum putantes, alii fugientes Saxonicos inſequuntur, alii occupant tormenta, alii currus diripiunt, diſtractis ita Ordinibus, impetum mox ſuperuenientium fortiorum ſubſidiorum Sueticorum ſuſtinere non valuit. Dextræ alæ Tillianæ legiones pedeſtres, quæ ex veteranis conſtabant, ab ipſomet Guſtauo Rege Sueco impugnatæ diutius reſtiterunt; verum iſtæ quoque cum nulla ſubſidia haberent, fuerunt profligatæ, paucis fuga elapſis. Ceſi ibi fuerunt ex Cæſarianis nouem millia, ex Saxonicis bis mille, ex Sueticis ſeptingenti, & præcipui ex iſtis Ordinum Ductores Teufel (nuper ex captiuitate Polonica dimiſſus) Hallius, Callebach, Cornillus, Bantuſſius: ex Cæſarianis vero Adolphus Dux Holſatiæ, Otto Haro a Scheumberg, Ottmar ab Eruſe, Bongardius Gritte perierunt, plures vini capi, vna cum centum ſignis militaribus & viginti quatuor matoribus tormentis bellicis æneis, ac omnia impedimenta & apparatus Caſtrenſis præda victorum ceſſerunt. Tillius duo vulnera accepit in brachio, quo ictus a ſuo capite auertebat, & ereptus e pugna Halam euaſit, moxque lectica ſe portari fecit Halberſtadium, indeque Alefeldium Viſurgim verſus, reliquias exercitus ſui ex fuga colligendo.* THEATR. EVROP. *Tom. II. p.* 432. BRACHELIVS *lib. IV. pag.* 240. ARLANIBAEI *arma Succica p.* 228. CHEMNITZ *lib. III. p.* 209. PVFENDORF §. *XXIX.* Le VASSOR *lib. XXXI. p.* 42. VVASSENBERG *lib. III. p.* 244. THOM. CARVE *Itin. p.* 19. qui tamen prœlii diem male ponit menſis Auguſti die ſexto decimo ADLZREITER *p. III. lib. XVI. n.* 87. VOGEL *Ann. Lipſ. pag.* 452. *ſqq.* KHEVENHILLER *Tom. XI. pag.* 1868.

32) PIASECIVS *p.* 430. *Sueeus autem Rex illam victoriam proſequens, relicto apud Lipſiam Electore Saxonie, cui præſidium eius loci Cæſarianum poſtridie deditionem fecerat, Merſeburgum duxit, ibique Cæſarianos prope quinque mille ex fuga congregatos iterum profligauit. Inde progrediens, Halam vndecima Septembris, & ſequenti die arcem Mauritii ad deditionem coegit, plurimis Cæſarianorum ſub ipſius ſigna concedentibus, vt intra paucos dies ad ſexaginta millia armatorum exercitus eius excreuerit.* CHEMNITZ *p.* 215. PVFENDORF §. *XXX.* VOGEL *p.* 455.

33) CHEMNITZ *p.* 216. PVFENDORF *c. l.* ADLZREITER *p. III. lib. XVI. n.* 94. KHEVENHILLER *Tom. XI. p.* 1877.

34) PIA-

§. XLVIII. Poſt hæc, Halæ inter Regem & Electorem conſultabatur de bello in futurum gerendo. Poſt varia conſilia concludebatur, vt Rex per ſaltus Thuringicos in Franconiam, Saxo in Cæſaris ditiones hæreditarias, Sileſiam, Bohemiamque pergeret. 34) Guſtauus igitur Hala digreſſus, per Querfurtum Erfurtum verſus tendit, quæ vrbs miſſis obuiam legatis, Regi ſe ſub certis conditionibus dedit, qui etiam vrbem ingreſſus, Wilhelmum Saxoniæ Ducem ibi conſtituit Adminiſtratorem. 35) Wilhelmus etiam Dux Vinarienſis cum fratribus Alberto, Erneſto & Bernhardo, fœdere ſe Regis illigauerat. Inde per ſaltus Thuringicos pergens, totum Hennebergicum Comitatum in ſuam redigit poteſtatem. Porro Königshouiam capit, Suinfurtenſes ſe Regis poteſtati permittunt. Mox Würtzburgum vrbem, & poſt aliquot dierum obſidionem, arcem, antequam Tilius, qui collecto milite, in auxilium properabat, aduentaret, capit, in qua ingens auri argentique facti & infecti vis, e tota prouincia eodem congeſta, adparatus quoque bellici, annonæque & vini ingens copia cum aliis in Regis poteſtatem venere. 36) Ad famam irrumpentis in Franconiam Guſtaui, conuentus Francofurtenſis ſoluebatur. Tum Proteſtantes per Franconiam, grauibus haćtenus iniuriis a Cæſare & Pontificiis preſſi, ad ſocietatem & protectionem Regis ſe conferebant, promiſſa ad belli ſumtus certa pecuniæ ſumma. Hinc Kl. Nouembris Hanouia a Succis intercipitur, 37) Francofurtum vero ad Mœnam XVI. Nouembris, apertis portis, Suecos admittit. 38) Ibidem Georgius, Haſſiæ Landgrauius, d. 19. Nouembris 1631. conuentione cum Rege inita, Ruſſelſheimium Mœno traiiciendo opportunum, præſidio regio inſidendum tradebat. 39) Idem de pace inter Cæſarem atque Regem concilianda, mentionem fruſtra iniicebat. Hinc Rex Ringoa occupata, in Palatinatum ſe vertebat, atque expugnato Oppenheimio, Moguntia ipſi XIII. Decembris deditur, Manheimium XXIX. Decembris capitur. 40) Vterius ad Nicrum progreditur Rex, Wimpfenam aliaque loca occupans, cum Vlma vnionem conſtituens, 41) Dum interea Hornius in Franconia relićtus, Mergentheimum, Winsheimum & Heilbrunnam caperet. 42) Tillius vero, dum Würtzburgenſi arci nequiret ſuccurrere, occupato Rotenburgo, Noribergam fruſtra tentabat. 43)

§. XLIX. Dum Guſtauus per Superiorem Germaniam victricia arma circumfert, quæ in Megapolitano Ducatu ſub Achatio Tottio hærebant copiæ Sueciçæ Roſtochium VI. Octobris 1631. deditione capiunt, quod XI. Ianuarii 1632. Wismaria ſequitur & arx Dœmitzæ. 44) Ioanne Banerio Virmondum Ducem Cæſareum, Wanslebii hærentem ex improuiſo inuadente. Inferior quoque Saxonia Regi ſtudet, Bremenſi Archiepiſcopo, Georgio, Friderico Vlrico & Chriſtiano, Brunſuicenſibus, ſingulare fœdus cum Rege pangentibus. 45)

§. L. Cæſarei interea, poſt Lipſienſem ſtatim pugnam, vtramque ingrediuntur Luſatiam, Budiſſæ etiam, Görlicio ac Zittauiæ præſidia imponentes, quas tamen vrbes, aduentante cum exercitu Electore, ſtatim iterum relinquebant. 46) Et licet Hiſpani Electorem per Franciſcum Paradiſum tribunum Dresdam ablegatum, tentarent, fruſtra tamen hoc fuit, 47) dum ſpretis Auſtriacorum illecebris, Electo Arnheimium cum exercitu Bohemiæ immitteret, qui poſt Sluckenoam, Tetſchenam, Auſſigam & Leitmericiam, nemine reſiſtente, occupatam, tandem Pragam verſus progreditur, quæ præſidio viduata, ſine mora Saxones aduentantes admiſit. 48) Paullo poſt quoque ad Limburgum Cæſarei a Saxonibus non perfunctorie vapulabant. Egra dehinc, Schlakenwerda, Falbenoa, & plura alia oppida in Saxonum poteſtatem conceſſerunt. Et licet ex Guſtaui conſilio, circumlato

34) PIASECIVS *p.* 430. PVFENDORF §. *XXXI.* Reprehenditur tamen hoc conſilium a pleriſque. Sic enim PIASECIVS p. 433. *Et quidem ſtatim a principio bellum illud offenderat in eo, quod olim Annibalem poſt pugnam Cannenſem vti victoria neſciſſe probauit. Rex enim Sueciis fulmen iſtius belli poſt pugnam Lipſienſem omne ſuum robur (vt ſuccideret inprimis nervos Ligæ Catholicæ) conuerterat contra Germaniam, quam (præter Bauariam & paucos Epiſcopatus) a quocunque diuexari Auſtriacis forte magis expediret, eaque ab aliquo hoſte occupata, ipſorum viribus in reliquo integris, quandoque liberari poſſet. Caput vero rei Vienna & hæreditaria Prouincia Auſtriacæ, a quibus plena victoria pendebat, & quæ facilius obtineri poterant, ac ſi de induſtria cladis Lipſianæ dampnis reparandis ſeruarentur, illæſa manſerunt. Seu quod illa belli pars ceſſerat Electori Saxoniæ, cuius Miniſtris ſatis præſtitiſſe rati, quod Pragam ac pauca in Sileſia & Boëmia oppida intercepiſſent, vltra forte quod eſſent viribus debiliores, non proceſſerunt.*

35) Conditiones extant apud KHEVENHILLERVM *Tom. XI. p.* 1880.

36) KHEVENHILLER *p.* 1832.

37) KHEVENHILLER *p.* 1890.

38) KHEVENHILLER *p.* 1899.

39) Extat apud du MONT *Tom. VI. p. I. p.* 19.

40) KHEVENHILLER *Tom. XI. p.* 1911.

41) Hos regis progreſſus prolixius deſcribit PIASECIVS *c. l.* ADLZREITER *p. III. lib. XVI. n.* 95. CHEMNITZ *p.* 2018. *ſqq.* PVFENDORF §. *XXXII. ſqq.* KHEVENHILLER *Tom. XI. p.* 1879.

42) PVFENDORF §. *XLIII.* CHEMNITZ *p.* 247. KHEVENHILLER *Tom. XI. p.* 1092. *Tom. XII. p.* 92.

43) CHEMNITZ *lib. III. p.* 238. 242. PVFENDORF §. *XX.*

44) CHEMNITZ *lib. III. p.* 251. PVFENDORF §. *XLV. XLVI.* KHEVENHILLER *Tom. XI. p.* 1893. 1931.

45) CHEMNITZ *p.* 255. PVFENDORF §. *XLVII. XLVIII. XLIX.*

46) CHEMNITZ *lib. III. p.* 263. PVFENDORF §. *L.* GROSSER *p.* 249. KHEVENHILLER *Tom. XI. p.* 1918.

47) CHEMNITZ *c. l.* PVFENDORF *c. l.* De hoc Acta proſtant ſub titulo: *Copia Reſolutionis welche Churfürſtl. Durchl. zu Sachſen dem Königl. Hiſpaniſchen ſubdelegirten Geſandten gegeben, den* 19. *Oct.* 1631.

48) KHEVENHILLER *Tom. XI. p.* 1921.

49) CHEM-

cumlato per Austriam & Morauiam bello, delectus Cæsaris dissipare potuissent Saxones, isti tamen luxu immersi torpentes, spatium dabant Matthiæ Gallasio Pilsenam valido præsidio firmandi, ac Saxonum progressus prohibendi. Nec deerant Ministri, qui inuidia & suspicione in Gustauum Electoris animum inficerent. 49)

§. LI. Dum igitur Tillio omnia infeliciter succederent, de nouo Duce exercitui Cæsareo præficiendo deliberabatur. Et licet Hispani Ferdinandum, Vngariæ Regem, Cæsaris filium suaderent, tamen Germani in Fridlandum consp[i]rabant, inuito etiam Bauaro. Mittebantur ad ipsum Znaimum, Morauiæ oppidum, vbi tunc agebat, Io. Baptista Werdenbergius Comes, & Hermannus Questenbergius, mox Io. Vlricus Eggenbergius Princeps, summa ipsi amicitia iunctì, qui ipsi exercitus summam offerrent. Iste vero ingratum Cæsaris animum, praua Hispanorum, Bauari & Tillii consilia exprobrare atque simulare, quasi acceptare munus nollet: Importunitate tamen rogantium vinci visus, in amicorum gratiam, citra vllum Imperii vocabulum, ad mensem vsque Martium delectibus habendis se vacaturum promisit: interea Cæsar dispiceret, quem exercitui ducem daret, aut, quod ipse potius iudicet, de pace agat. Instituto feliciter delectu, paullo post, a Cæsare in has leges fuit descendendum: Fore Fridlandum totius Austriæ Domus adsensu, exercitus Supremum Ducem cum absoluta potestate, Cæsarem, recuperata Bohemia, Pragæ sedem fixurum, de ordinaria remuneratione Fridlando cauturum, addicta ad securitatem aliqua prouincia e Cæsareo patrimonio. Extraordinariæ mercedis loco futurum ipsi supremum regale ius in occupatas prouincias. Ius item Fisco addicendi per Imperium, absque vllius contradictione, potestatem item condonandi. Liberum ipsi fore, statum militibus distribuere, contributiones, commeatus exigere, Tribunos, Centuriones pro lubitu creare. Si quando pacis in Imperio tractatio susciperetur, habitum iri causse Fridlandi de Ducatu Megapolitano rationem. Omnes belli sumtus Fridlando debere suppeditari. Omnes Cæsaris hæreditarias prouincias Fridlando ad suum & exercitus receptum fore apertas. 50) Hinc concluso cum Philippo IV. Hispaniarum Rege, Viennæ d. XIX. Februarii 1632. contra Gustauum Adolphum nouo fœdere, omnia ad bellum magis parabantur. 51)

§. LII. Sub initium anni 1632. de neutralitate Bauaro & Ligæ concedenda, per Gallicos legatos agebatur, 52) id quod Galliæ Rex per fœdus secretum cum Bauaro XXX. Maii 1631. concluſum, promiserat, 53) quod tamen, dum nec miles Ligisticus ex Bohemia euocaretur, nec Pappenheimius ex Saxonia inferiori, id quod Gustauus vrgebat, frustra fuit. Eandem neutralitatem Palatinus Neoburgicus & Ferdinandus Colonienſis Elector frustra petebant. Philippus Christophorus tamen Treuirensis Elector, postquam, facto cum Gallis Confluentiæ d. 21. Decembris 1631. fœdere, ipsis arcem suam Ehrenbreitstein promisisset, eandem amplectebatur, renitente licet ipsius Clero, qui in Hispanorum partes propendebat. 54) Mense Februario Fridericus Palatinus Gustauum Adolphum Francofurti accedebat, per istum ditiones suas recuperaturus, ab eodemque omni beneuolentiæ & humanitatis genere fuit exceptus. 55) Primo vere, post varia cum Saxoniæ Inferioris Ordinibus, Vlma etiam, & Comitibus Wetteraicis concluſa fœdera, 56) finitis induciis, quas Ligæ concesserat, cæsis per Rheingrauium Hispanis, Crucenacum capit, Braunfelsam, Trarbacensem arcem, Wetteraviæ arcem & Bobenhusam vna cum Kirchberga in Hunnorum tractu. 57) Hornius interea Bambergenses terras ingreditur, sed a Tillio inde profligatur. 58) Ast Rex, ne Hornii ad Bambergam receptus suis terrorem, hostibus animum daret, seposita Heidelbergæ & Philipsburgi oppugnatione, quam animo agi-

49) CHEMNITZ *p.* 267. PVFENDORF §. *LI.* KHEVENHILLER *Tom. XI. p.* 1925.

50) PIASECIVS *p.* 434. CHEMNITZ *lib. III. exeunte lib. IV. p.* 294. PVFENDORF §. *LII.* BVRGVS *de b. Suecico lib. III. p.* 277. *ſic voluit Volleſtainus huius belli curam ſibi ſoli incumbere, ipſeque ad libitum omnia facere, ſtatiua militibus diſtribuere, contributiones, commeatus exigere, Tribunos, Centuriones creare, gnarus eam eſſe imperandi rationem, vt non aliter conſtet, quam ſi vni reddatur. Quod ſi aliquando Cæſari hac reuocare; ſeque ea curæ remouere placuiſſet, ante ſemeſtre ad-moneret, nec deinceps ipſe ad reddendum adminiſtrandæ prouinciæ rationem cogeretur.* ADLZREITER *p. III. lib. XVII. n.* 4. *ſqq.* CARVE *Itin. p.* 80. BVRGOLDENSIS *p. I. dſc. I. p.* 117. LE VASSOR *lib. XXXI. p.* 63. 127. KHEVENHILLER *Tom. XI. p.* 1949. *Tom. XII. p.* 14.

51) Extat apud du MONT *Tom. VI. p. I. p.* 30.

52) CHEMNITZ *lib. IV. incunte.* PVFENDORF *lib. IV. incunte.* Proiectum Neutralitatis de dato Moguntiæ XXIX. Ianuarii 1632. LVDOLPH lib. XXXII. c. II. n. 38. extat in RECVEIL *Tom. IV. p.* 327. & apud LONDORPIVM Tom. IV. p. 279.

KHEVENHILLER *Tom. XII. p.* 71. 136. LE VASSOR *lib. XXXI. p.* 138. 167.

53) Vide ſupra §. *XLI.*

54) PIASECIVS *p.* 433. CHEMNITZ *p.* 278. PVFENDORF *lib. IV. §. II.* ADLZREITER *p. III. lib. XVII. n.* 7. Extat Capitulatio in fortalitio Ehrenbreitſtein IX. Aprilis 1632. inita, apud LONDORPIVM *Tom. IV. p.* 274. vna cum Suecorum ratihabitione, RECVEIL *Tom. III. p.* 332. 334. du MONT *Tom. VI. p. I. p.* 35. Licet iam ante etiam idem Elector Confluentiæ XXI. Decembris 1631. pactus fuisset, de quo in RECVEIL *Tom. III. p.* 325. apud du MONT *Tom. VI. p. I. p.* 24. KHEVENHILLER *Tom. XII. p.* 26. 253.

55) CHEMNITZ *lib. IV. p.* 283. PVFENDORF §. *IV.* KHEVENHILLER *Tom. XII. p.* 87.

56) CHEMNITZ *lib. IV. p.* 283. PVFENDORF §. *III.* PAREVS *Hiſt. Palat. lib. VI. p. III. p.* 380.

57) PIASECIVS *p.* 432. CHEMNITZ *p.* 286. PVFENDORF §. *V.* KHEVENHILLER *Tom. XII. p.* 255.

58) CHEMNITZ *lib. IV. p.* 297. PVFENDORF §. *IX.* ADLZREITER *p. III. lib. XVII. n.* 16.

agitabat, in Tillium ire conſtituit, rebus tamen ad Rhenum prius diſpoſitis: quarum ſumma directio penes Ochſenſtiernam Cancellarium relicta. 59) Rex igitur Tillio verſus Danubium tendenti acceleratis quantum poterat, itineribus inſtans, Noribergæ benigne excipitur, inde pergens, Donawertham capit. 60) Licum v. Aprilis, fruſtra licet Tillio impedire conante, tranſit, vbi ipſe Tillius ſupra dextrum genu trilibri globo percuſſus, ac Ingolſtadtium ægre delatus, paucos poſt dies inter maximos cruciatus expirauit, cum moribunda iam voce Ratisbonam cuſtodiendam ingeminaret. 61) Lico transmiſſo, Rex Auguſta potitur. 62) Ingolſtadtium non ſine vitæ periculo, dum paullo propius hoſtium munimentis ſucceſſiſſet, & tormentum in eum directum eius equum diſcerpſerit, fruſtra tentat, 63) licet Hornium ad occupandam Ratisbonam præmiſiſſet, Bauarus tamen ipſum præueniebat. 64) Hoc conſilio depulſus, Bauariæ complura oppida capit Rex, & VII. Maii Monachium, aulæ Bauaricæ ſedem cum Friderico Palatino, & Guilielmo Saxoniæ Duce, aliisque Proceribus ingreditur. Expilatus ibidem Theſaurus & Bibliotheca Electoralis, & ſub pauimento defoſſa fuerunt tormenta centum quadraginta, in quorum vno triginta aureorum millia abſcondita prædæ cedebant. 65) Inde Rex in Franconiam regreditur, Weiſſenburgum liberaturus, quo Bauarus iam fuerat potitus. 66) Dum interea Regis in Sueuia copiæ Memmingam, Campodunum & pleraque per Algoam, oppida occuparent. 67)

§. LIII. In Saxonia inferiori exeunte anno 1631. Bannerius Magdeburgum a Mansfeldio defenſum obſidebat, & iam in eo erat, vt circa anni finem dederetur, ſed aduentante in auxilium Pappenheimio, iterum relinquere cogebatur. 68) Aſt, inſequenti anno 1632. Pappenheimius, cum vaſtatis circa locis, vrbi de annona proſpici non poſſet, Magdeburgum deſerit, cui Banerius militem ſtatim immittit, & conuocatis ciuium reliquiis, initium facit eius inſtaurandæ, Rege potiſſimum plurimum promittente. 69) Guilielmus autem Saxoniæ Dux legionem hoſtium ad Hameliam ſecurius hærentem opprimit. Inde Goslariam, & Northeimum ab hoſtibus deſertum, facile in poteſtatem redigit. Göttingam adſultu capit, Duderſtadium quoque agri Eichsfeldici caput, eidem ſe ſubmittit. Dum interea Haſſiæ Landgrauius Guilielmus, Paderbornenſis prouinciæ oppida ad obſequium reduceret. 70) Poſtquam autem Guilielmus Saxoniæ Dux vna cum Banerio in Franconiam fuiſſent euocati, Pappenheimius ſub initium Martii ad Viſurgim reuerſus, Eimbecam expugnat, vnde in Bremenſem ditionem tendit, quam in Danum transferre Cæſarei tentabant. Pappenheimius etiam in tres legiones Suecicas per Kedingenſem agrum hoſpitantes ſubito impetu facto, quadringentos cædit, multos capit. Dum autem Danus Bremenſem prouinciam militi Sueco & Archiepiſcopali euacuare recuſaret, Pappenheimius Stadam reliquit, cui Sueci ſtatim præſidium immittunt. 71)

§. LIV. Dum Bauariæ inſultat Guſtauus, Wallenſteinius, poſtquam Saxoniæ Electorem fruſtra de pace tentaſſet, collecto exercitu quadraginta bellatorum millibus conſtante, in Bohemiam mouet, ad Saxones exturbandos, qui ſegniter rem agebant, quod flagitium Arnheimi plerique ſuſpicabantur, qui Fridlandi amicitiam, memor militiæ ſub ipſo actæ, nondum exuerat, Guſtauo vero erat infenſus. 72) Conuenerant equidem Saxoniæ & Brandenburgicus Electo Torgauiæ, de pace procuranda inuicem acturi & copiis coniungendis, ſine fructu tamen fuit diſceſſum. 73) Varia quoque erant Arnheimii cum Fridlando commercia, hoc ſaluam religionem & bona eccleſiaſtica promittente, ſed cum Electo

59) CHEMNITZ *p.* 301. PVFENDORF §. *X.*

60) PIASECIVS *c. l.* CHEMNITZ *p.* 308. PVFENDORF §. *XI. XII. XIII.* ADLZREITER *p. III. lib. XVII. n.* 20. KHEVENHILLER *Tom. XII. p.* 119.

61) PIASECIVS *c. l.* CHEMNITZ *p.* 309. PVFENDORF §. *XIV.* Le VASSOR *lib. XXXI. p.* 163. KHEVENHILLER *p.* 124.

62) PIASECIVS *c. l.* CHEMNITZ *p.* 312. PVFENDORF §. *XV.* ADLZREITER *p. III. lib. XVII. n.* 25. KHEVENHILLER *p.* 126.

63) CHEMNITZ *p.* 315. PVFENDORF §. *XVI.* vbi etiam vitæ periculum ad XX. Aprilis ſic deſcribit: *eadem quoque dies ipſi Guſtauo Regi pene ſuprema illuxerat. Cum enim is loci habitum contemplaturus paulo propius hoſtium munimentis ſucceſſiſſet, hic comitatu quis eſſet ſuſpicati, tormentum in eum direxerunt, quo emiſſus globus tantam non ſuras Regis perſtringens equum diſcerpſit, vt Rex ſanguine oppletus in terram prouolueretur. Is tamen mox ſub equi cadauere ſe extricans, in pedes erectus ſuos e ſumma conſternatione maximo gaudio perfundebat.* ADLZREITER *p. III. lib. XVII. n.* 30. *ſeq.* Idem refert CARVE *p.* 26. qui addit, vrbem per proditionem Guſtauo fuiſſe tradendam, quæ tamen fuerit detecta.

64) CHEMNITZ *p.* 321. PVFENDORF §. *XVII.*

65) PIASECIVS *p.* 433. CHEMNITZ *p.* 321. PVFENDORF §. *XX.* ADLZREITER *p. III. lib. XVII. n.* 38. Le VASSOR *lib. XXXI. p.* 173. LVDOLPH *lib. XXXII. c. II. n.* 49. KHEVENHILLER *Tom. XII. p.* 142.

66) CHEMNITZ *pag.* 326. PVFENDORF §. *XXI.*

67) CHEMNITZ *pag.* 327. PVFENDORF §. *XXI.*

68) KHEVENHILLER *Tom. XII. p.* 104.

69) CHEMNITZ *lib. IV. p.* 288. PVFENDORF *lib. IV.* §. *VII.* KHEVENHILLER *Tom. XII. p.* 106.

70) CHEMNITZ *p.* 290. PVFENDORF *c. l.* KHEVENHILLER *p.* 108.

71) CHEMNITZ *p.* 336. PVFENDORF §. *XXVII. XXVIII. XXIX.*

72) CHEMNITZ *p.* 329. PVFENDORF *lib. IV.* §. *XXIV.* KHEVENHILLER *Tom. XII. p.* 19.

73) De hoc Torgauienſi conuentu CHEMNITZ *p.* 292. BVRGVS *de B. Suec. lib. III.* §. 9. PVFENDORF §. *XXVIII.*

74) CHEM-

Electorpeculiarem tunc pacem abnueret, 74) facili demum negotio, capta Egra Pragaque, Saxones omni Bohemia pelluntur. 75)

§. LV. Inter hæc, dum ad Rhenum superiorem, Cæsarei, Offa duce, Suecis nonnihil damni inferunt, 76) Hispani in Palatinatum irrumpunt, Spiram etiam capiunt, qui tamen per Rheingrauium iterum fugantur, 77) Gustauus ad Noribergam castra munit, quam militi suo in prædam ostentauerat Fridlandus. Hic, postquam sub initium Iunii se Bauaro apud Egram iunxisset, XXX. Iunii castra Suecis cum magno exercitu opponit, magna cum fiducia iactans, intra quatriduum apparituros, vtruni ipse, an Sueciæ Rex dominus orbis sit futurus; Regem tamen adgredi non ausus, ipsum annona ac pabulatione intercludere cogitabat. Et sane in regiis castris ad extremum pabuli angustia laborabatur, licet annonam alsatim Norimberga suppediturel. 78) Post crebras velitationes, atque interceptum hostium commeatum, 79) aduentantibus etiam Regi in auxilium Oxenstierna Cancellario, cum Christiano, Palatino Birckenfeldensi, Guilielmo & Bernhardo Saxoniæ Ducibus, Guilielmo, Hassiæ Landgrauio, & Io. Banerio cum multis copiis, vt septuaginta quinque bellatorum millia in castris habere diceretur, XXI. Augusti e castris progressus, hoste tamen in iisdem se continente, subsequenti nocte altioribus locis tres suggestus struebantur, e quibus octodecim grandioribus tormentis Rex in castra Fridlandi fulminabat, modico hostium damno. Vnde XXIV. Augusti atrox certamen surgit, Suecis per accliuia ad castrorum munimenta ruentibus, hoste e contrario in ipsos continuum glandium imbrem effundente. Tandem, cum Rex operam a suis ludi videret, duobus millibus amissis, suos subducebat. 80) Dum igitur nulla spes superesset, Fridlandum e latebris suis protrahendi, castra tandem mouet, Noribergæ amplo præsidio relicto. Hinc etiam Cæsarei Noriberga discedunt. Rex porro audito Fridlandi discessu, cum parte exercitus Bernhardum Ducem Kitzingam, ad Franconiæ defensionem ire iubet; cum cæteris ipse per Rotenburgum ad Tubarim, Dünckelspuhlam, Nordlingamque & Donawerthum contendit, in Bauariæ denno viscera bellum immittere, ac tumultuantibus per Superiorem Austriam agrestibus, quas petierant suppetias mittere cupiens. Superato igitur Donawerthæ Danubio, XXVII. Septembris Rainam oppidum recuperat. 81) Regis vero vlteriora destinata Saxoniæ Elector interrumpebat, qui ipsum a Cæsareis nimium pressum ad auxilium in Saxoniam inuitabat.

§. LVI. Dum vtrique exercitus ad Noribergam hærerent, Pappenheimius, deserta Stada, per Brunsuicensem agrum, Hassiam versus iter tendebat, indeque occupato Duderstadtio, Thuringiæ imminebat. Reuersus tamen, Hassos ad Volckmarsium cædit, ac superato Visurgi, Georgium Luneburgi Ducem & Baudissum Callenbergæ obsidionem soluere cogit. 82) Interim ad Rhenum, Treuirensis Elector arcem Ehrenbreitstein mense Iunio Gallis ex pacto cedit. Quod cum ægre ferret Clerus Treuirensis, in ipsa Treuirorum metropoli & Confluentia, Hispanorum recipit præsidium, quam vrbem Hornius XI. Iunii deditione capit, sed vna cum reliquis ditionis Treuirensis oppidis, Gallis & Electori Treuirensi restituit, Hornio transitum illic liberum Suecis stipulante. 83) In Saxonia inferiori autem Georgius Dux Luneburgicus, & Baudissus iunctis copiis, Dudersta-dium expugnant, & Guelpherbytum obsident. Sed, dum Baudissus in Westphaliam abit, Paderbornam obsedit, quam tamen aduentante ex Belgio Pappenheimio iterum relinquit. Et licet ad Huxteram se muniret, tamen, cum viribus longe impar esset, Visurgis ripam relinquere fuit coactus; inde etiam eorum Ducibus inter se dissidentibus, Guelferbyti obsidio soluitur, Pappenheimio Hildesiam capiente. 84) Dum etiam Cæsarei per Lucemburgensem agrum & Lotharingiam in Alsatiam penetrarent, infestandæ Würtenbergicæ ac Durlacensi ditioni, Gustauus Hornius, iunctis cum Würtenbergico copiis, Cæsareos XVI. Augusti ad Wiselochium cædit, 85) Ehesheimium, Offenburgum, Ortenburgum capit, omnemque vallem Kentzinganam sibi subiicit. 86) Inde XXVIII. Octobris, Benfeldam Alsatiæ arcem & VI. Decembris Slestadtium capit. Mox Colmaria & Hagenoa se dedunt. Inde præfecto Alsatiæ rebus Ottone Ludouico Rheingrauio, Vlmam versus pro-

74) CHEMNITZ *p.* 331. PVFENDORF §. *XXV.*

75) PIASECIVS *p.* 434. CHEMNITZ *p.* 335. PVFENDORF §. *XXVI.* KHEVENHILLER *Tom. XII. p.* 22.

76) CHEMNITZ *p.* 341. PVFENDORF §. *XXX.* ADLZREITER *p. III. lib. XXVII. n.* 13. KHEVENHILLER *Tom. XII. p.* 131.

77) PIASECIVS *p.* 434. CHEMNITZ *p.* 341. PVFENDORF §. *XXXI.*

78) CHEMNITZ *p.* 350. PVFENDORF §. *XXXV.* ADLZREITER *p. III. lib. XVII. n.* 63. *sqq.* KHEVENHILLER *Tom. XII. p.* 116. 156.

79) KHEVENHILLER *Tom. XII. p.* 163.

80) PIASECIVS *c. l.* CHEMNITZ *p.* 358. *sqq.* PVFENDORF §. *XL. XLI. XLII.* LVDOLPH *lib. XXXII. c. II. n.* 75. KHEVENHILLER *p.* 369.

81) PIASECIVS *c. l.* CHEMNITZ *p.* 422. PVFENDORF §. *LIII.* KHEVENHILLER *p.* 119.

82) CHEMNITZ *p.* 35. PVFENDORF §. *XXXVI.* ADLZREITER *p. III. lib. XVII. n.* 83. KHEVENHILLER *Tom. XII. p.* 203.

83) CHEMNITZ *p.* 356. PVFENDORF §. *XXXVII.*

84) CHEMNITZ *p.* 406. 428. PVFENDORF §. *XLIV. XLV. XLVI.*

85) CHEMNITZ *p.* 416. PVFENDORF §. *LI.*

86) CHEMNITZ *p.* 420. PVFENDORF §. *LII.*

properat. 87) In Palatinatu inferiori ab Ottone Rheingrauio, Regio iſtius oræ præfecto, Fridelsheimium, inde XXVI. Nouembris Franckenthalia deditione capitur. 88) Guilielmus Baudiſius vero in ditione Colonienſi multas arces, multaque oppida capit. 89) Dum interea Galli Philipsburgum fruſtra tentarent, Auguſtam Treuirorum Hiſpanis eriperent. 90) Suecorum etiam Rex Heluetos, vt ipſi eſſent in auxiliis, miſſo legato, tentabat. 91)

§. LVII. Interea Cæſarei, profligatis ex Bohemia Saxonibus, in Luſatiam irrumpunt, Lubenam, Zittauiam, Görliciumque occupant. Inde menſe Iulio Arnheimius, poſt fruſtra tentatam Zittauiam, Glogouia maiore, ibidemque magna præda potitur. Poſt, Lubena facili negotio Arnheimio ceſſit & Steinauia, quam tamen Cæſarei ſtatim recuperarant. 92) Hi iam quindecim millia explentes, Glogouiam petebant, quando Regii ac Brandeburgici, ductu Iacobi Duwalii, Saxonibus iuncti, iſtorum impetum ſtiterunt. 93) Poſt varias contentiones inter Regios & Saxones de præcedentia, fit impetus in Cæſareanorum caſtra ad Steinauiam & Vratislauiam, & multum ipſis damni fuit illatum. 94) Et licet Duwallius Vratislauiam vel pacto vel vi capere tentaret, tergiuerſante tamen Arnheimio, nihil fuit effectum. 95) Fridlandus igitur, vt Saxonicus miles e Sileſia reuocaretur, Henricum Holckium cum ſex millium milite mittit in terras Electorales, qui late ſub Dresdæ conſpectum vsque rapinis incendiisque ſæuiebant. 96) Fridlandus interea, relictis caſtris ad Noribergam, poſtquam Culmbacenſem ditionem rapinis atque incendiis fœde deformaſſet, arcemque Coburgenſem, occupata vrbe, fruſtra oppugnaſſet, per Vogtlandiam in Miſniam, contendit, quam præmiſſus ab ipſo Gallaſius rapinis atque incendio miſere habebat. 97) Qui & poſt Chemnicium deditione captum, Holckio iunctus, Freibergam occupat. 98) Inde cum Albim apud Miſenam tranſire fruſtra tentaſſet, transueſam prouinciam populabundus, ad Altenburgum Fridlando iungitur. Hinc Lipſiam verſus itum, vbi Pappenheimius quoque accedebat, qui poſt perſultatam Inferiorem Saxoniam, Thuringos, qua tranſibat, diripuerat, iamque ad inuadendam Erfordiam animum adiecerat, cum audito Regis aduentu, inde flectit, & ad Mersburgum transmiſſa Sala cum Fridlando Lipſiæ exercitum admouet; quæ vna cum arce XXII. Octobris facili negotio capitur. Vnde Pappenheimius Halam tranſiens, oppido mox potitur, ſed qui in arce agebant Regii, ſubeuntes ſtrenuo repellebant. 99) Guſtauus igitur ab Electore iteratis vicibus ad auxilium inuitatus. 100) Danubio mouet, & per Franconiam in Thuringiam tendit, vbi ſaltibus ſuperatis, ad Arnſtadium Bernhardo Duci iungitur. Eo ex loco Rex Oxenſtiernam in Superiorem Germaniam ablegat, vt Proteſtantes arctiore inter ſe vinculo necteret, quem in finem ſuperioris Germaniæ Circulos, Sueuicum, Franconicum & vtrumque Rhenanum ad Conuentum Vlmæ habendum inuitat. 1)

§. LVIII. Rex igitur audito, Fridlandum Weiſſenfelſæ conſediſſe, Numburgum mouet, ibidemque caſtra munit. 2) Comperto tamen, hoſtem Weiſſenfelſa mouiſſe, & ipſe Numburgo relicto, mox eo venit, non eo animo, vt prœlio decerneret, ſed vt per vicina hoſpitantes opprimeret. Vbi a præcurſoribus Regiis vna Croatarum ala, quæ vltimum agmen tegebat, ad internecionem fere cæditur, vexillo quoque, cui Imperii Romani Aquila, & Fortuna pro inſigni erat, erepto, quod multis in læti ominis vicem acceptum. 3) Captorum indicio cognitum, Pappenheimium cum legionibus aliquot in diuerſa abiiſſe. Diminuto igitur Fridlandi exercitu, Rex Georgium Luneburgicum Ducem, quem ex Saxonia Inferiore arceſſierat, non amplius expectare, ſed prœlio decertare ſtatuit, priusquam Pappenheimius reuocaretur. Fridlandus aduentu Regis cognito, ad Ripacum vicum aciem explicuerat: vbi inter ſelectas turmas V. Nouembris acriter velitatum, ac minoribus machinis certamini proluſum, quoad nox pugnam dirimeret. Vterque exercitus eam noctem in acie perſtabat; ac Regi animus erat, ante ſolis ortum hoſtem adoriri, ni denſiſſima nebula lucem expectari iubegiſſet. Fridlandus vero Pappenheimium reuocat, atque vt facilius ipſi iungeretur, ob nebulæ caliginem, exercitum Lutzenam vsque retraxerat, eaque ad dextram relicta, in latiſſima planitie pone viam regiam ordines explicarat, quam foſſa, qua ligna defluere ſolent, altius raptim excauata præmuniebat,

87) PIASECIVS *p. 437.* CHEMNITZ *p. 439.* PVFENDORF §. *LVIII.* KHEVENHILLER *Tomo XII. p. 229. ſqq.*

88) PIASECIVS *c. l.* CHEMNITZ *pag. 448.* PVFENDORF §. *LIX.*

89) PIASECIVS *p. 437.* CHEMNITZ *p. 450.* PVFENDORF §. *LX.*

90) CHEMNITZ *p. 417.* PVFENDORF §. *LI.*

91) Quid cum Heluetis fuerit actum, vberius deſcribit KHEVENHILLER *Tom. XII. p. 738. ſqq.*

92) CHEMNITZ *lib. IV. p. 408.* PVFENDORF §. *XLVII.* GROSSER *pag. 250.* KHEVENHILLER *Tom. XII. p. 25.*

93) CHEMNITZ *pag. 408.* PVFENDORF §. *XLVII. XLVIII.*

94) CHEMNITZ *pag. 412.* PVFENDORF §. *XLIX.* KHEVENMILLER *Tom. XII. p. 31.*

95) CHEMNITZ *pag. 453.* PVFENDORF §. *LXI.*

96) CHEMNITZ *p. 415.* PVFENDORF §. *L.*

97) CHEMNITZ *p. 425.* PVFENDORF §. *LV.* KHEVENHILLER *Tom. XIA p. 45.*

98) CHEMNITZ *p. 427.* PVFENDORF §. *LV.* MOLLERI *Freiberg. Annales pag. 471.* KHEVENHILLER *p. 51.*

99) CHEMNITZ *p. 431.* PVFENDORF §. *LV.* VOGEL *Ann. Lipſ. p. 479.* KHEVENHILLER *p. 56.*

100) CHEMNITZ *pag. 425.* PVFENDORF §. *LIV.*

1) CHEMNITZ *p. 435.* PVFENDORF §. *LVI.*

2) CHEMNITZ *p. 436.* PVFENDORF §. *LVI.*

3) CHEMNITZ *pag. 462.* PVFENDORF §. *LXIII.*

4) CHEM-

niebat, disposítis in ripa sclopetariis & maioribus tormentis. Die VI. Nouembris post matutinum tempus velitando fere transactum, cum sol altior nebulas discussisset, Rex in hostem, qui Lutzenam incenderat, vadit, vt circa vndecimam horam prœlium committi inciperet. Pedestri primum prœlio ad fossam coitur, vbi prœualebant Regii. Sed equitatui plurimum remoræ fossa ista adferebat. Rex igitur in Smalandorum fronte consistens, inuocato Saluatoris nomine, & suos cohortatus, vt se strenue sequerentur, fossam saltu superat, & cum paucis, queis par alacritas, in grandem cataphractorum cateruam acerrime impingitur, cæteris adhuc circa fossam hærentibus. 4) Fuere qui crederent, Regem opinione citius in hostem delatum, quòd oculorum acies ad propinqua tantum pertingens, paullo remotiora noh discerneret. Eo in conflictu Regis brachium sclopeti ictu traiicitur, fracto quoque osse; cuius vulneris dolorem etsi is aliquantisper dissimularet, alacri vultu ac voce suos ad pugnam capessendam incitans; viribus tamen deficientibus, a Francisco Alberto, Lauenburgico Duce, qui latus ipsius stipabat, petit, vt e tumultu prœlii in locum tutiorem deduceretur. Inter quæ cataphractus aduolans, admoto ad Regis tergum sclopeto, medium globo traiecit, quem aliqui subtribunum sub Goetzii legione, Pontificiæ religionis, Mauritium Falckenbergium nomine credunt, etsi & iste mox iterum a Suecis occisus memoretur. Quanquam autem Rex adhuc conaretur se eripere, hoste tamen acriter ingruente, linquentibus viribus equo defluxit, qui stapedibus hærentem aliquantisper trahebat, donec inter hostes viuus adhuc procumberet, qui dum ipsum ad suos rapturæ conaretur, instantibus Suecis, demum Ioannes Schneberg, ex Bokendorp, diœcesis Paderbornensis vico oriundus, illum ense confodisse peremisse, spoliassèque exanimem dicitur. 5) Fama mortis regiæ cito per exercitum dispalata, vsque adeo regio-

rum

4) CHEMNITZ *pag. 463.* PVFENDORF §. *LXIII.* PIASECIVS p. 436. *vnde ipsi ipsum quoque Dresdam Electoris sedem facile obtinuissent, nisi celerius subuenissent Rex Suecus. Qui primo aduentu pulsis Cæsarianis Numburgum cepit, illique decima Nouembris castra sua posuit, & per exploratores compertò, quod Valstenius Lipsiæ relictis ad duo millaria Veissenfelsium, ac inde obuiam sibi veniret, ipse quoque quarta decima Nouembris, necdum finitis apud Naumburgum castrorum suorum munitionibus, præcessit ad pagum Churfürz quindecima die Nouembris stylo nouo, & instructa acie hostilibus agminibus se confpicientibus præbuit. Subsistente autem Valstenio apud Lutzenam, vt ibi Pappenhemium a Merseburgo cum selectiori equitatu accersitum expectaret: sed Rex Suecus de hoc per exploratores admonitus, vt præueniret aduentum Pappenheimii, primo diluculo insequentis diei in aciem prodiit, & tantisper expectato donec nebulosum aërem Sol oriens dissipasset, pugnam inchoauit. Huius itaque initio potissimum robur Sueticum diu ad congressum fossas binas quas Valstenius, vt loco lorice acies suæ essent, beneficio noctis præcedentis duci, ac sclopetariis compleri fecerat, præter spem superare cogeretur, magnam cladem accepit, demumque post longam luctam vi (seu studio vt ibi intercluderetur permittentibus Cæsarianis) perrumpens, acerrimo conflictu inito, profugarat quidem frontem hostilem, verum cum subsidia recipere & pugnando defatigatum propter illas fossas retrocedere difficile posset, ab accurrentibus maiori numero Cæsarianorum auxiliis reiectum concidit, cius tota fere Prætoria Finorum flaua dicta, ac cærulea Vinchelii legione cæsa.* ADLZREITER *p. III. lib. XVII. n. XC.* VOGEL *p. 485.* Le VASSOR *lib. XXXII. pag. 358.* KHEVENHILLER *Tom. XII. pag. 188.*

5) Variæ de morte Regis sunt sententiæ. PVFENDORF §. *LXIII.* sic scribit: *enim vero pertinax eo tempore rumor erat, Regi post vulneratum brachium a Francisco Alberto Lauenburgico Duce letalem ictum illatum; suspicione inde orta, quod nuper missione a Cæsare obtenta ad Saxoniæ Electorem ab ipso ablegatus fuerit, vt hunc Regis partibus abstraheret; quoque flatim post prælium ad Lutzenam relictis Suecis operam suam Saxoniæ Electori addiceret. Id quod postea prolixius declarat.* Eodem collimare videtur PIASECIVS, qui post allegata verba, sic pergit: *ibidemque ipsemet quoque Rex Sueus duobus lethalibus vulneribus (incertum a quo, seu a tali qui ibidem simul perierat, aut a familiari suo, cui de hoc gloriari non licuit) pugnando acceptis occubuit, Franciscus Albertus Dux Saxoniæ Lauburgicus, qui paulo ante a Cæsarianis partibus ad eum defecerat, indutidius ipsius comes in ipso prælio illæsus mansit, idemque primus Valstenio (ipsi fuit familiarior, & priusquam transiisset ad Suecum, & post illam pugnam) de cade eius nuntiarat; & inter cadauera exsoruum non agnitum, cum lixæ spoliassent, ac diuersi diuersa ex eius armis & vestibus circumferrent, hora antemeridiana increbuerat rumor de morte ipsius.* BVRGVS tamen *lib. III. p. 403.* Lauenburgicum pro fido Regis socio ipso occisionis tempore, venditat. Idem *p. 412.* tradit: *cæterum occisi Regis gloria ad quem spectet, incompertum est: hostes quidem Holcæ aut Ghettii legionibus tribuunt, & Holcæ tubicen eius calcar ostendit; ac Piccolominæus thoracem habet ex Alcis corio, quo is vsus esse fertur, quem Rex ea die gestauerat, & Piccolomines commilito Buccella dum campum excurreret occisum Regem cognouisse dicitur, cuius alias fuerat captiuus, ac Piccolomineo ostendisse, qui fidem asserenti non adhibuit; neque de Regis vestibus aliud extat & Cyanos, quam aurea catenula appensam collo gestabat, singularis magnitudinis gemma, atque antiquum Sueciæ Regum munus, nusquam inuenta est; quamuis Rex omnino spoliatus in campo deinde repertus sit.* VOGEL *p. 487.* LVDOLPH *lib. XXXII. c. II. n. 94.* Le VASSOR *lib. XXXII. p. 364.* Singularia tamen, quæ FERDINANDVS FVRSTENBERGIVS proponit *Monum. Paderborn. p. 195.* vbi de Heristallo loquitur: *hoc loco & genere Falckenbergiorum, ortus est Theodorus Falckenbergius, Gustaui Adolphi Sueciæ Regis aulæ Mareschallus pedestris & equestris legionis ductor, & qui Regis sui nomine Magdeburgum aduersus Tillium Catholici exercitus ducem propugnauit, atque vrbe a Cæsareo milite capta, in ipso eius vallo occubuit. Mauritius contra Falckenbergius equestris legionis Gotzianæ legatus, Cæsari militauit; post captus a Suecis, & paucis diebus ante dimissus, quam ad Lutzam fuit dimicatum, eidem prælio interfuit, Regemque Suecia, quem paulo ante captiuus, & propter merita Theodori Falckenbergii familiariter habitus, optime de facie norat, plumbea glande fauciatum equo primus deiecit, pariterque hostili telo transfixus concidit proxime Regem; cui humo prostrato, fatali ictu superueniens Georgii ab Oynhausen Gotziana legionis equitum magistri legatus, Ioannes Schneberg, ex Bockendorp, diœcesis Paderbornensis, vico oriundus, ilia ense confodit, peremit, spoliauitque examinem. Placuit hoc recens Paderbornen-*

rum animos incendit, Suecos potissimum & Finnones, vt duce Bernhardo, Saxone, ad quem summum in exercitum Imperium ab obitu Regis deuolutum erat, magno impetu in hostes ruerent; vt hi vim eorum non amplius sustinentes, terga verterent. 6) Profligatis vbique Cæsareis, Pappenheimius interea Hala euocatus, prœlium instaurat atrox ancepsque. Nam Cæsarei acerrima impressione facta, Regios loco iterum depellebant, recuperatis quoque tormentis. Sed hi mox, redintegrato impetu, hostem, Pappenheimii lethaliter vulnerati casu exterritum denuo profligant, tormentisque iterum potiuntur; quoad nocturnis tenebris ingruentibus, Cæsarei magna cum strage campo pulsi, victoriam Regiis cessere. Bernhardus Dux, restitutis quantum tempus ferebat, Ordinibus, noctem in loco constictus exigebat. Numerus vtrinque cæsorum ad nouem millia adscendisse fertur. 7) Corpus Regis inter defunctos male laceratum repertum 8) exenteratum fuit & vnguentis conditum, per Wittebergam, Vetusque Brandeburgum in Pomeraniam deuectum, Wolgasti depositum, vsque dum XVI. Iulii an. 1633. solenni pompa in Sueciam deueheretur. 9)

§. LIX. Postquam hostis se Lipsiam recepisset, atque inde in Bohemiam, Bernhardus Dux, ad quem summum in exercitum Imperium ab obitu Regis deuolutum erat, Weisenfelsam redit, Saxonicis & Lüneburgicis, qui in itinere erant, victoriam prosecuturus. Saxonicus vero eques, hoste digresso, Torga veniens, Lipsiam irrumpit, cæsis, qui obsistebant, Cæsareis. Inde iunctus Saxonicis copiis Bernhardus Dux, trium legionum reliquias, quæ Chemnicium insidebant, duris sat conditionibus ad deditionem coëgit. Freibergam Cæsarei vltro deseruere. Qui Pleissenburgum Lipsiæ arcem obtinebant, solis gladiis accincti, dimissi sunt. Tandem & Zuickauia occupatur, vt ante anni exitum Cæsareani ex omni ditione Electorali eiicerentur. 10)

§. LX. Post

bornensium militum. Iacinus dum vetera monumenta perscrutamur, hic subnectere, & verbo ad posteritatis memoriam consignare: Ne qui alii vt post victoriam ignaui etiam gloriantur, hanc sibi laudem præcerpant. Nobis cum certa fides ex iis, qui prælio interfuere, tum torques aureus Regi inter opima spolia a Schnebergio detractus, relatusque testis est. Neque aliud nobis propositum, quam partam Paderbornensium nomini gloriam candide veritati asserere. KHEVENHILLER *Tom. XII. p. 191.* In mortem eius varii nummi fuerunt cusi, inter hos vnus cum tali inscriptione:

stans acie pugnans moriens vincensque triumphat.

De nummis vero signo ♀ & ☿ monetarii Weismantelii notis, insignitis atque Erfurti cusis, plenius SAM. REYHER de Nummis ex auro & argento Chymico factis *cap. I.* Chronostichon in mortem ipsius tale:

SaLVator patrIæ MorItVr GVstaVVs ADolphVs.

6) PIASECIVS pag. 436. *nil tamen propterea fuit remissium ex feruore diuicandi, & Bernardo Duce Vimariensi a fini strit, qua nulla erant fossæ, in dextram hostilem alam irruente, dextra quoque Suecica vires resumpsit, fortuitoque currum nitrato puluere onustorum prope molas versatiles incendio turbatis Cæsarianorum ordinibus, tota istorum acies inclinare cœpit, plurimis ex ea in fugam dilabentibus.* CHEMNITZ *pag. 467.* PVFENDORF §. *LXIII.* LOCCENIVS *Hist. Suec. lib. VIII. p. 604.* sic exercitum adloquentem inducit. *Vos chari milites! iam libertatis nostræ propugnator obiit. Mihi mea vita non est vita, nisi mortem eius vlciscar. Animose inuadite hostem. Ciuis quis probare cupit, fe dicisse regem, iam probet, me præcuntem sequatur & masculæ pugnet.*

7) Pergit PIASECIVS: *demum vero Pappenhemius cum suo equitatu ferius a Mersburgo aduenies, non paucis ex fuga reuocatis prælium instaurauerat, quod isto quoque pila tormenti mox percusso, & saucio (in itinere priusquam Lipsiam peruenisset, obiit ex illo vulnere) e pugna elato, ad noctem duravit. Et ita Mars dubius perpetuo inquirendum reliquit, Suecisne cum esserit victoria, qui locum certaminis, (primi Cesariani aciem deseruerant) ac tormenta bellica, impedimentaque hostis obtinuerant, & pauciores (nempe cæsi Succi ter mille, & Cæsariani sex mille, inter quos Ordinum ductores plurimi & pauci euaserunt non sauci) perierunt, sed amiserunt Regem.* HELVICVS *lib. XXI. p. 231.* CHEMNITZ *p. 466.* PVFENDORF §. *LXIV.* Nugatur igitur CARVE *p. 30.* qui ambiguo marte fuisse discessum, adserere non dubitat.

8) PVFENDORF §. *LXIII.* post dimidiam a casu horam, corpus Regis repertum fuisse dicit NANI *de la Republ. de Venise Tom. III. p. 229. Il fut enfin trouvé au milieu des morts, tout couvert de playes, tout brisé de coups de pieds de chevaux, & dépouillé: desorte que mesme il ne luy resta pas vne chemise de tant de conquestes & d' vn si puissant Empire.*

9) CHEMNITZ *p. 468.* PVFENDORF §. *LXV.* CHEMNITZ *p. 155.* PVFENDORF §. *LIX. Circa id tempus Gustaui Regis corpus hactenus Wolgasti depositum, insigni cum pompa nauibus imponitur, in Sueciam deferendum, comitante Regina vidua, ac duobus Senatoribus Gabriele Oxenstierna, & Matthia Sopio hac de causa e Suecia missis. Eam pompam complures Principes sua præsentia honorabant. Electior Brandeburgicus cum Filio, ambo Duces Mecklenburgici, Dux Croye. Tum fœminæ Principes, Brandeburgici vxor & filia, Christiana Palatina virgo, Brunswicenses, Meclenburgicorum, & Croyensis Ducum vxores, duæ Meclenburgicæ, quinque Anhaltinæ virgines. E Senatoribus Regni præter duos iam dictos Hermannus Wrangelius, Achatius Tottius, Ioannes Banerius, Steno Bielkius, præter innumeram multitudinem, non minore planctu ac dolore deductum prosequentes, quam passim ipse per Germaniam plausu exceptus fuerat. Classis Nicopiæ adpulit, ibique Regium corpus asseruatum fuit, quoad omnia exsequiis pro dignitate ducendis pararentur.* KHEVENHILLER *Tom. XII. p. 733.* Qua ratione vero Corpus eius demum XXII. Iunii Holmiæ in templo equestris Ordinis fuerit conditum, addito hoc Epitaphio: *in angustiis intrauit, pietatem amauit, hostes prostrauit, Suecos exaltauit, oppressos liberauit, moriens triumphauit,* narrat CHEMNITZ *p. II. lib. II. p. 462.* PVFENDORF *lib. VI.* §. *LX.* Vitam ipsius, sed ieiune admodum scripsit MATTHAEVS LVNGWITIVS *in Schwedischen Lorberkrantz, Leipzig 1632. 4.* IACOBI vero FABRICII prostant *Iusta Gustauiana, Stettini 1633.* seu Concio funebris Wolgasti XVI. Iulii 1633. habita, cum ipsius curriculo vitæ. Adde PHILIPPI LVDOVICI HEYLMANNI *Leonem Arctoum rediuiuum, Gustauum Adolphum. Francofurti 1703. 4.*

10) CHEMNITZ *pag. 469.* PVFENDORF §. *LXVI.* VOGEL *p. 490.* MOLLER *p. 489.* KHEVENHILLER *Tom. XII. p. 60. sqq. 199.*

11) De

§. LX. Poſt Regis mortem, varii animorum motus apud Hoſtes non ſolum, ſed Proteſtantes etiam & exteros. 11) Saxo equidem in de vniuerſis Proteſtantibus in concilium cogendis agitabat, quod vt interuerteret Oxenſtierna, Sueciæ Cancellarius, cui omnis negotiorum cura fuerat impoſita, Francofurti ad Mœnum cum quibusdam Ordinum quatuor Superiorum Circulorum delegatis conuentu habito, 12) Dresdæ cum Saxoniæ Electore, inde Berolini cum Brandeburgico Electore congreſſus, 13) Saxoniæ Inferioris Ordinum conuentum Luneburgi indictum inhibet, tanquam ad diſſociandos Proteſtantes facientem. 14) Inde XXVIII. Februarii 1633. conuentus Ordinum quatuor Circulorum ſuperiorum Heilbrunnæ indicitur, quem Saxoniæ Electo r, tanquam ipſi ex fœdere Lipſienſi conuocandi ius competeret, per litteras apud Ordinum præcipuos impedire fruſtra conabatur. 15) Nihilominus Ordines, circa initium Martii frequentes conuenerunt, Würtenbergicus Dux, Badenſis Marchio & complures Comites: cæteri Legatos miſere. Proponebatur VIII. Martii ab Oxenſtierna, de Circulis iſtis fœdere inter ſe connectendis, ad reſtituendos oppreſſos Ordines, vindicandasque Imperii leges, ac vt Coronæ Sueciæ ſatisfactio præſtetur, neue in peculiares tractatus ſinguli cum hoſtibus deſcendant; & quæ pœna in eum ſtatuenda, qui a fœdere ſeceſſionem fecerit. Præterea de bello Cæſari & Ligæ indicendo, numero exercitus, ſumma belli, directione diſciplinaque militari agendum. Iſta capita cæteris, qui ad conuentum non acceſſerant, & inprimis Saxoniæ Electori ab Oxenſtierna transmittebantur: quæ plerisque probata, Saxoni haut quicquam erant ad palatum. Ab initio nonnullis, ac præcipue Sueuicis videbatur, de fœdere ad conuentum vniuerſorum Proteſtantium eſſe reiiciendum, vbi etiam de directione rerum ſit conſtituendum, quæ tantiſper Oxenſtiernæ ſit deferenda. Poſt varias conſultationes, tandem XIII. Aprilis ita concludebatur: vt inter Ordines quatuor Circulorum inuicem, & cum Regina Sueciæ fœdus ſit pro aſſerenda libertate Germaniæ, legibusque Imperii, vtque Ordines Proteſtantes reſtituantur, pax circa ſacra & profana ſtabiliatur, ac Coronæ Sueciæ pro meritis ſatisfactio præſtetur. Quæ tamen ſingulis Ordinibus cum Suecis intercedebant pacta, ſalua perſiſtere iubebantur, quantum illis hoc fœdere non ſit derogatum, quæ nec ipſa huic fœderi debeant obeſſe. Inde directio rerum, quæ ad fœdus ſpectant, Oxenſtiernæ defertur, cui Conſilium, quod vocabant Formatum adiungebatur. Cautum quoque, ne cuiquam peculiares cum hoſte tractatus ſuſcipere liceat, niſi de Conſilii conſenſu, qui ſecus fecerit, hoſtis loco ſit. Tum de ſuſtentandis exercitibus, ſtipendiis, adparatu bellico, commeatu diſciplinaque militari conſtitutum. Promittebant quoque Ordines, ſe Suecos in poſſeſſione eorum, quæ armis in Germania occuparint, defenſuros, quoad idonea iisdem, & æqua ſatisfactio obtingat, ſalua tamen Imperii maieſtate. 16) Mittebat ad eundem conuentum Friderici Palatini, qui die 19. Nouembris 1632. Moguntiæ maligno morbo vel mœrore, vel, vt alii volunt, veneno propinato, fuerat defunctus, 17) vidua legatum ſuum, quæ etiam Palatinatus reſtitutionem, quantum a Suecis poſſidebatur, a Guſtauo iam decretam, atque admiſſionem ad hunc Conuentum obtinuit, Saxone licet hoc improbante. 18) Cum Gallicæ legato Feuquierio IX. Aprilis fœdus fuit renouatum ad firmam pacem vsque duraturum. 19) Belgæ pecuniæ ſummam offerebant. 20) Mittebatur ad Heluetios Pappenheimius, qui ipſos ad commune fœdus inuitaret, his tamen denegantibus. 21) Dum iſta Heilbrunnæ aguntur, Daniæ Rex Suecorum potentiæ progreſſum metuens, pacis ſe conciliatroem ferebat, dum Cæſar ipſi Bremenſem, Verdenſem & Butzouienſem Præſulatum promiſiſſet, cum vectigali ad Albim, ſi pacem Germaniæ ex Cæſaris dignitate & emolumento procurare, amotis ſimul Suecis, poſſit. 22)

11) De his prolixe CHEMNITZ *p. II. lib. I. ineunte.* PVFENDORF *lib. V. ineunte.*

12) CHEMNITZ *p. II. lib. I. p. 10.* PVFENDORF *lib. V. §. IX.*

13) CHEMNITZ *p. 13.* PVFENDORF §. *XI. XII.* HELVICVS *lib. XXI. p. 263.*

14) CHEMNITZ *p. 18.* PVFENDORF §. *XIII.*

15) CHEMNITZ *p. 54.* PVFENDORF §. *XVIII.* Omnes, qui in hoc conuentu compartuerint, recenſet KHEVENHILLER *Tom. XII. p. 504.*

16) PIASECIVS *p. 464.* CHEMNITZ *p. 33. 61.* PVFENDORF §. *XXVII. XXIX. XXXIV.* ADLZREITER *p. III. lib. XVIII. n. 2.* Le VASSOR *lib. XXXIII. pag. 499.* Fœdus extat in RECVEIL *Tom. III. pag. 343.* du MONT *Tom. VI. p. I. p. 51.* THEATR. EVROP. *Tom. III. p. 26.* Propoſitionem & Acta Conuentus Heilbrunnenſis exhibet LONDORP *Tom. IV. p. 292.* & KHEVENHILLER *c. l.* LVDOLPH *lib. III. c. II. n. 33.*

17) PIASECIVS *pag. 437.* CHEMNITZ Tomo I. p. 449. *Kœnig Friederich in Behmen, befand bey Vollziehung gedachten Accords ſich zwar noch nit: vermochte aber doch den Abzug, und die Wiedereinraumung ſeiner Feſtung, (Mannheim) welche ſo lange Jahr in der Feinde Gewald geſtanden, nicht zu erleben. Sintemahl Er, nachdem Er, zu Außgang des Herbſtmonats, von Kœnige zu Schweden abgereiſet, und am Rheinſtrom angelanget, den neunzehenden Wintermonats nach einer vierzehntægigen außgeſtandenen Leibsſchwachheit, welche die Schwermuth, ſo er aus des Kœnigs zu Schweden tædlichen Hintritt geſchœpffet, nicht wenig befœrdert, dieſe Welt geſegnet.*

18) CHEMNITZ *pag. 87.* PVFENDORF §. *XXXV.*

19) CHEMNITZ *pag. 73. 88.* PVFENDORF §. *XXXVI.* Le VASSOR *lib. XXXIII. p. 517.* extat iſta renouatio apud LONDORPIVM *Tom. IV. p. 313.* in RECVEIL *Tom. III. p. 344.* du MONT *pag. 48.* Eademque Confœderatio Francofurti ad Mœnum d. XV. Septembris 1633. denuo fuit confirmata *p. 56.* THEATR. EVR. *Tom. III. p. 47.* KHEVENHILLER *p. 519.*

20) CHEMNITZ *pag. 99.* PVFENDORF §. *XXXVIII.*

21) CHEMNITIVS *pag. 140.* PVFENDORF §. *LIII.*

22) CHEM-

possit. 22) Hic etiam Daniæ licet Ordinibus dissentientibus, Vratislauiam ad VIII. Iulii omni um partium legatos inuitat, irrito tamen conatu. 23) Idem per legatum suum Grangium tentabat Galliæ quoque Rex atque Poloniæ, & Hollandi, Palatinus Neoburgicus & Moguntinus atque Colonienſis Electores. 24) Dum inter ea Dresdæ Saxonicus & Brandeburgicus Electores de belli continuatione, Directorio & futura pace inuicem agerent. 25) Vtrisque d. 26. Februarii 1633. cum Ludouico XIII. Gallorum Rege ibidem conueniebat. 26)

§. LXI. Diſtributis poſthæc inter Duces prouinciis, 27) Bernhardus Dux cum maiori copiarum parte, Ianuario menſe 1633. in Franconiam abit, Bambergam, nemine repugnante occupat, & Hochſtadium, inde propius Danubio accedit, 28) & poſtquam XII. Martii ſe Hornio ad Auguſtam iunxiſſet, in Bauariam irrumpit, & Neoburgum ab hoſte vltro deſertum, præſidio munit. 29) Hinc, exorta militum conſpiratione, Bernhardus Dux, qui ad eandem ſedandam plurimum contulerat, a Suecis Ducatum Franconiæ, vna cum Epiſcopatibus Würtzburgenſi & Bambergenſi, tanquam bello parta, a Guſtauo Adolpho iamdum promiſſa, d. X. Iunii 1633. obtinuit. Immiſſio atque traditio facta eſt d. XVIII. & XIX. Iulii 1633. per legatum Suecicum Chriſtophorum Carolum Comitem de Brandenſtein, poſtquam Statibus Prouinciarum Iuramenti Suecis dati gratiam feciſſet. Die XIX. Iulii in Bernhardi clientelam ſe contulerunt Conſiliarii, Prouinciales, & Senatus Herbipoli. Die XXVIII. Februarii 1634. indictus ab eodem, & Chriſtiano Marchione Brandenburgenſi fuit Conuentus Circularis Herbipolim, ibidemque peractus. Recepta igitur Franconia, Bernhardus Dux a. 1633. 30) Aichſtadtum capit, ſed ſpe ſua Ingolſtadtum per proditionem capiendi excidit. 31) Poſtquam autem Feriæ Dux ex Italia cum duodecim peditum, duobus equitum millibus per Tellinam vallem in Germaniam venerat, Altringero ſe iungens, Suecici Duces Hornius, Bernhardus Dux, & Chriſtianus Palatinus, ſociato ad Stockachum XXV. Septembris exercitu, prœlio cum ipſo decertare conſtituunt, qui tamen Danubium verſus iter capiebat. 32) In Sueuiam exinde pergit, vna cum Hornio ſe ad montem Schellenberg munit, vlterius verſus Ratisbonam progreditur, quam d. V. Nouembris capit, 33) & VIII. Nouembris Straubingam. 34) Inde Iſaram tranſiens, in Fridlandum ducit, cum ipſo prœlio certaturus, hoc tamen in Bohemiam recedente, copias ſuas per hyberna diſponit. 35)

§. LXII.

22) CHEMNITZ *pag. 28. 231.* PVFENDORF §. *XXXI. XC.* LONDORP *Tom. IV. p. 291.*

23) CHEMNITZ *p. 142.* PVFENDORF §. *LVI.*

24) CHEMNITZ *p. 76.* ADLZREITER *p. III. lib. XVIII. n. 3.* PVFENDORF §. *XXXIII.*

25) CHEMNITZ *pag. 22.* PVFENDORF §. *XIV. XV.* In hoc conuentu etiam Fœdus cum Gallico Rege fuit concluſum, quod exhibetur in RECVEIL Tom. III. p. 339.

26) Extat apud du MONT *Tom. VI. p. II. pag. 44.*

27) De hac diſtributione PIASECIVS *p. 464. ſumma vero conſiliorum huiusmodi rectio Axelio Oxenſternio Suecie Cancellario fuit commiſſa, & Imperium illius fœderis militare remanſit penes Duces viuente Rege Guſtauo inſtitutos, præcipue penes Bernardum Vinmarienſem, Guſtauum Horn, & Ioannem Bannerum, qui Legiones ſuas (remanſerant etiam Sueticæ omnes ad vſum belli in Germania, præter paucas cohortes funeri caſi Regis eiusque Reginæ vidua conducendæ in Sueciam deſtinatas) mox nouo delectu auxerunt, & diſtributi per totam Germaniam, ſolertiori cura belli illius rationes promouebant.* CHEMNITZ *p. II. lib. I. pag. 35.* PVFENDORF *lib. V. §. XIX.*

28) PIASECIVS *p. 437.* CHEMNITZ *p. 37.* PVFENDORF §. *XX.*

29) CHEMNITZ *pag. 98. 100.* PVFENDORF §. *XXXIX.*

30) CHEMNITZ *p. 100.* PVFENDORF §. *XL.* Inſtrumentum Donationis atque inueſtituræ datum Heidelbergæ d. 10. Iunii 1633. ex Archiuo Gothano primus produxit Celebert. CYPRIANI *Aduerſariis Hiſtoricis de Bernhardo M. p. 1.* huius tenoris: *Demnach der Allerdurchlauchtigſte Herr Guſtauus Adolphus, der Schweden Gothen und Wenden Kœnig, &c. Aus ſœnderbahrer freundt- Vetterlicher und Kœniglicher Affection, wohlbedachten freyen Muth, und eigenen Bewegnüß, zu Vfnehmen des Vhralten Churund fürſtlichen Hauſes der Hertzogen von Sachſen, und Ergœtzlichkeit der langwierigen Preſſuren und erlittenen Schaden, dem Durchlauchtigen Hochgebohrnen Fürſten Fürſten und Herrn, Herrn Bernhardten, Hertzogen &c. Kœniglicher Mieſtat und Dero Cron Schweden beſtellten General, das Hertzogthum Franken, und die beyden Biſchoffthümer Würtzburgck, und Bamberg, zu verehren ſich erkleret, ſolches auch um ſo viel mehr, wegen der Ihrer Kœniglichen Maiſt. hochlœblichſter Gedechtnüß und Dero Cron hernachmahls gutwillig geleiſteten Dienſten, zu Werck gerichtet hetten, wann nicht der unverhoffte eingefallene Todesfall Allerhœchſtgemelten Kœnigl. Mieſtat glorwürdigſter Gedechtnuß erfolget wœre; Als haben die ietzige Kœnigl. Maieſt. &c. ſo wohl die Cron Schweden &c. in Entwegung deſſen, wie auch Vermerckung derer, nach Allerhœchſtgedachten Kœnigl. Mieſt. Hœchſtſeel. Gedechtnuß geſchehenen Hinreiſt, von Ihrer Fürſtlichen Gn. nochmals bis dahero continuirlich geleiſteten, erſprießlichen nützlichen Dienſte, obbenantes Hertzogthum Francken, ſamt beyden Biſchoffthümern, Würtzburgk und Bamberg, ſo iure belli an Ihre Kœnigl. Maieſt. und die Cron Schweden erwachſen, und gefallen, hochgedachter Ihrer Fürſtl. Gn. nachfolgender Geſtalt domiret, und übergeben &c.* Iuſſu atque auctoritate Reginæ ſubſcriptum hoc diploma ab Axelio Oxenſterna.

31) CHEMNITZ *p. 122.* ADLZREITER *p. III. lib. XIX. n. 19.* PVFENDORF §. *XLVII.*

32) PIASECIVS *p. 465.* CHEMNITZ *p. 206.* PVFENDORF §. *LXXX.* KHEVENHILLER *Tomo XII. p. 639.*

33) PIASECIVS *p. 466.* CHEMNITZ *p. 257.* PVFENDORF §. *XCV.* ADLZREITER *p. III. lib. XVIII. n. 38.* KHEVENHILLER *Tom. XII. pag. 611.*

34) CHEMNITZ *pag. 260.* PVFENDORF §. *XCVI.*

35) CHEMNITZ *pag. 261.* PVFENDORF §. *XCVII.*

36) CHEM-

§. LXII. Hornius vero re per Alſatiam bene geſta, Sueuiæ aduerſus Bauaricos auxilio venturus, traiecto Rheno, ex itinere Kentzingam, & Friburgum Brisgouiæ occupauerat. Inde duobus Würtenbergenſium millibus, qui Rotwilam occupauerant, auctus, Danubium verſus properat, & Banerii copiis valde quidem deminutis, ad Geckingam iungitur, Bauaros, qui Memmingam & Campodunum occupauerant, ad hoc oppidum cædit, & deſerta Campoduni obſidione, hoſtem agro Würtenbergico, arcet. 36) Inde ad Auguſtam Bernhardo iungitur. 37) Hoc iterum relicto, & Pappenheimio expugnato, in Palatinatum ſuperiorem tendit, Neumarcum expugnat: Lichtenauium Franconiæ arcem, per Hubaldum tribunum, quem eo ablegauerat, capit; 38) ipſe vero Conſtantiam Septembri menſe fruſtra oppugnat. Hinc in Alſatiam pergit, 39) & ſuperato ad Argentinam Rheno, Colmariæ Rheingrauio iungitur. 40) Hic interea, Iunio menſe, Kirchouiam, Neoburgum ad Rhenum, Rœtelam & vrbes ſylueſtres occupauerat. 41) In Alſatiam vero, Hornio digreſſo, Cæſarenſi Hagenoam V. Ianuarii 1633. occupant, & Neuburgum ad Rhenum. 42) Briſacenſes Badenwileram, Rœtelam & Sauſenbergam, Badenſes arces in poteſtatem redigebant, quibus Rheingrauius Otto Ludouicus ſe opponebat, 43) Cæſareorum etiam manus ad Briſacum & Enſisheimum cædebat. Et licet Philippus Rheingrauius a fine menſis Iunii arctius includeret Briſacum, aduentante exercitu Feria Duce & cum Altringero, Octobri menſe illud reliquit. Chriſtiano Palatino ſe iungens. Sic etiam Otto Ludouicus Rheingrauius, deſerta Tabernarum & Hagenoæ oppugnatione cedebat. 44)

§. LXIII. In Palatinatu inferiori, Ludouicus Schmidbergius, legionis vicarius, Dilsbergam ſubito adſultu, arcem paullo poſt deditione capit. 45) Inde Abel Moda ſubtribunus Heidelbergam V. Maii repentino adſultu occupauerat. Arci a Chriſtiano Palatino Birckenfeldenſi vis admota, quæ XXIV. Maii a præfecto Hardenbergio Barone honeſtis conditionibus deditur, indeque præſidia Bauarica & Hiſpana e Palatinatu Inferiori eiecta. 46) Inde contra Lotharingum quoque hoſtiliter agendum ducitur. 47) Sed Palatinus Lotharingum Kl. Auguſti ad Pfaffenhouiam profligabat. 48)

§. LXIV. In Weſtphalia equidem, Bataui, qui graſſantes in vicinia exercitus haut citra ſuſpicionem adſpectabant, neutralitatem huic Circulo procurare nitebantur: Aſt, dum conuenire inuicem nequirent, Baudiſius non ſolum in Colonienſi tractu agebat, qui etiam Andernaco ab Hiſpanis obſeſſo ſuccurrit, 49) ſed etiam Georgius Luneburgicus, præſulatus Osnabrugenſis oppida, excepta metropoli, in ſuam poteſtatem redigit, Herfordiam, Bilefeldum, Lemgouiam occupat, Gronsfeldium, qui inter Hamelam & Mindam ad Viſurgis ripam conſederat, Suecos tranſitu prohibiturus II. Martii cædit. 50) Wilhelmus etiam, Haſſiæ Landgrauius, occupata Tremonia, Reclingshuſa, Cosfelda, Paderbornam obſidet, & XXIX. Martii expugnat, Lipſtadtum vero fruſtra tentat, 51) quod tamen XVIII. Decembris demum deditione capit. Georgius vero Dux Martio menſe Hamelam obſidet, quam Cæſarei acerrime defendebant. 52) Poſtquam autem Gronsfeldius cum Merodio & Bennighuſio collecto ex præſidiis exercitu in auxilium venientes XXVIII. Iunii ad Oldendorpium eſſent cæſi, tribus millibus centum triginta duobus hoſtibus occiſis, Hamela XII. Iulii honeſtis conditionibus ſe dedit. 53) Et licet Benighuſius collecta e reliquiis cladis Oldendorpianæ manu, in Haſſiam irrumperet, Fritzlariam ac Franckenbergam occuparet & Amœnoburgum, Landgrauio tamen celeriter cum equitatu adproperante, eo non

36) CHEMNITZ *p. 39.* PVFENDORF §. *XXI.* PIASECIVS *p. 465.* KHEVENHILLER *Tom. XII. pag. 624.*

37) CHEMNITZ *pag. 99.* PVFENDORF §. *XXXIX.*

38) PIASECIVS *p. 465.* CHEMNITZ *p. 156. 194.* PVFENDORF §. *LX. LXXV.* KHEVENHILLER *p. 675.*

39) PIASECIVS *p. 465.* CHEMNITZ *p. 195.* ADLZREITER *p. III. lib. XVIII. n. 34.* PVFENDORF §. *LXXVI. LXXVII.* Le VASSOR *lib. XXXIV. pag. 209.* KHEVENHILLER *Tom. XII. pag. 622.*

40) CHEMNITZ *p. 252.* PVFENDORF §. *XCII.*

41) CHEMNITZ *p. 159.* PVFENDORF §. *LXI.*

42) CHEMNITZ *p. 158.* PVFENDORF §. *XXII.*

43) PIASECIVS *p. 465.* CHEMNITZ *p. 125. 251.* PVFENDORF §. *XLVIII.* KHEVENHILLER *p. 644. 656.*

44) CHEMNITZ *pag. 161. 206.* PVFENDORF §. *XCI. XCII.* KHEVENHILLER *p. 640.*

45) CHEMNITZ *pag. 46.* PVFENDORF §. *XXIII.*

46) PIASECIVS *p. 465.* CHEMNITZ *p. 127.* PVFENDORF §. *XLIX.* ADLZREITER *p. III. lib. XVIII. n. 27.* KHEVENHILLER *Tomo XII. pag. 245. 683.*

47) CHEMNITZ *pag. 153.* PVFENDORF §. *LXIII.* KHEVENHILLER *Tom. III. p. 338.*

48) PIASECIVS *p. 465.* CHEMNITZ *p. 203.* PVFENDORF §. *LXXIX.* ADLZREITER *p. III. lib. XVIII. n. 49.* KHEVENHILLER *p. 663.* Miſetum illorum temporum in Palatinatu Statum deſcribit Conſilium ſecretum litteris ad Reginam datis inter RVSDORFII *Conſilia p. 489.*

49) CHEMNITZ *p. 48. 105.* PVFENDORF §. *XXIII.* KHEVENHILLER *Tom. XII. p. 692.*

50) PIASECIVS *p. 437.* CHEMNITZ *pag. 48.* PVFENDORF §. *XXIV.* KHEVENHILLER *p. 699.*

51) PIASECIVS *p. 466.* CHEMNITZ *pag. 53. 109. 170.* PVFENDORF §. *XXV.* KHEVENHILLER *pag. 715.*

52) CHEMNITZ *p. 52. 107. 129.* PVFENDORF §. *XLIII. L.* ADLZREITER *p. III. lib. XVIII. n. 50.* KHEVENHILLER *p. 709.*

53) CHEMNITZ *pag. 164.* PVFENDORF §. *LXIV.* PIASECIVS *p. 465.* qui quinque millia ex Ligiſticis ibi cecidiſſe refert. KHEVENHILLER *pag. 710.*

eo non expectato, in Colonienſem remeat ditionem. 54) Dum interim Cniphuſio II. Septembris Osnabruga deditur. 55) Epiſcopatui Guſtauus, Guſtaui Regis filius nothus fuit præfectus. Nec minus Vslarius, Brunſuicenſis Ducis ſummus Præfectus, Peinam arcem, inde Callenbergam deditione capit. Quo ſucceſſu animatus Brunſuicenſis Dux Hildeſiam denuo circumſidere inſtituit: ſed qui labor in multos menſes fuit extractus. 56)

§. LXV. In Sileſia, poſtquam Sueci, Ianuario menſe, ſe ad Olauiam Saxonibus iunxiſſent, Briega occupatur, Poloni in auxilium Cæſareis aduentantes ad Strelenam profligantur. Inde Grotcouia occupatur. Ob Suecorum vero & Saxonum diſſidia, atque Arnheimii cunctationem, nihil geſtum fuit memoratu dignum. 57) Et licet Fridlando in Sileſiam irrumpenti ad Münſterbergam obuiam irent, iſte tamen prælium, licet copiis ſuperior, declinabat. 58) Mittebatur equidem ad Fœderatos Tertzkius Comes, qui cum Arnheimio colloquium expeteret, qui etiam cum Raſchino Sueco & Borgsdorfio Brandenburgico in caſtra ipſius veniens, vbi de ſex hebdomadum induciis propoſitum, ſed nihil ſuit concluſum. Miſſi denuo ex ſingulis fœderatorum copiis tribuni bini, apud quos magna adſeueratione iactabat; ſe veniſſe, vt cum Suecis & Imperii Principibus æternam pacem concludat, militi ſtipendia exſoluat, vniuerſis ſatisfaciat. Si Cæſar iſta abnuat, ſe cum Euangelicis pacem initurum, & Cæſarem in malam partem acturum, quæ vltima verba ſoli Felſio Suecorum deputato in aurem inſuſurrabat: ſed nihil tunc actum, quam vt induciæ in duas ſeptimanas concluderentur. Poſt hæc Fridlando expetente, ad ipſum accedebat Turrius comes, qui Suecorum copiis in Sileſia præerat, cum quo Fridlandus agebat de inſtaurandis Bohemorum priuilegiis, exulibus reſtituendis, Ieſuitis exturbandis. Præterea cum Suecis ſuper expenſis belli tranſigendum: tandem omnem exercitum contra Turcas educendum. Circumferebantur inſuper certa capita, quæ pro ſe peculiariter ſtipulari volebat Fridlandus; de regno Bohemiæ in ipſum transferendo; pro quo ipſe exulibus erepta bona, Proteſtantium ſacris libertatem, Palatini reſtitutionem pollicebatur: vtque loco Mecklenburgicæ, Saganique & reſiduorum ſtipendiorum, Morauia ſibi aſſignaretur. Tandem omnes ſibi exercitus tradi poſtulabat; quos ipſe Viennæ admoturus eſſet, Cæſari ad hæc omnia ratihabenda adigendo. De quibus omnibus ad Saxonem per Arnheimium, ad Oxenſtiernam per Turrium referebatur. 59) Poſt varios congreſſus, ludibria Fridlandi erumpebant, dum poſtularet, vt ſibi prius Vratislauienſis, Sueidnicenſis & Glogouienſis Ducatus tradatur: aliter ſe tractatus non orſurum, Fridlandus interim aſtutiæ ſuæ fructum ceperat, ſuppletis defectibus, ac præcipue pulueris pyrii, quibus laborauerat, ac pluribus ad ſe copiis euocatis. Recruduſcit igitur bellum in Sileſia. Fridlandus Schweidniciam obſidebat, quam tamen aduentante Fœderatorum exercitu, relinquere iterum ſuit coactus. 60) Denuo de pace agere cœpit Fridlandus, de quo Arnheimius cum Oxenſtierna Kl. Septembris Gelnhuſæ congreſſus, cui tamen omnia videbantur eſſe ſuſpecta. 61) Interim Holckius e Bohemia in Miſniam irrumpebat, inſtinctu, vt credebatur, Daniæ Regis, Arnheimii, & aliorum, qui eo tempore Electorem ad ſeparatam cum Cæſare pacem compelli poſſe iudicauerant. Hic ibidem omni atrocitatis genere graſſatus, Lipſiam progreditur, quæ per biduum ignitomis globis perterrita, ſe dedit, ſeptuaginta vncialium millibus direptionem redimens. Arx tamen ſub Trandorfio præfecto ſtrenue vim intentatam propulſabat. Sed poſt factas in Sileſia nouas induciaſ, per Altenburgum in Bohemiam reuerſurus Holckius, XXX. Auguſti Adorfii apud Vogtlandos extinguitur. 62) Denuo factis induciis cum Fridlando, in Sileſia de pace agebatur, quæ tamen dum Fridlandus fœderatorum ſaltim copias vellet atterere, paullo poſt abrumpebatur. 63) Dum autem Fridlandus Misniam verſus iter caperet, Arnheimius cum pleraque exercitus parte eo redit. Sed Fridlandus repente retro flectens, Suecos ſub Turrio Comite, Suecis longe inferiore, d. XVIII. Octobris ad pontem Steinauienſem cum triginta millium exercitu adgreditur, eosdemque deuincit, captiuos facit, & potiores Exercitui Cæſareo intermiſcet. 64) Inde per Schaſgotſchium Lignitiam, Glogouiam maiorem, Francofurtum recuperat, ita, vt de Pomerania Sueci metuerent. Ipſe in Luſatiam irrumpens, Görlicium, Budiſſinam capit, Electoribus IX. Octobris pacis conditiones offert. 65) Interea Schaſgotſchius Ohlauiam occupat, Arnheimius vero, poſtquam in Marchiam venis-

54) CHEMNITZ *pag. 208.* PVFENDORF §. *LXXXII.*

55) PIASECIVS *pag. 466.* CHEMNITZ. PVFENDORF *c. l.*

56) CHEMNITZ *pag. 211.* PVFENDORF §. *LXXXII.*

57) PIASECIVS *p. 437.* CHEMITZ *p. 54. 111.* PVFENDORF §. *XXVI. XLVI.*

58) PIASECIVS *p. 466.* CHEMNITZ *p. 134.* PVFENDORF §. *LII.*

59) CHEMNITZ *p. 135. 155. 167.* PVFENDORF §. *LIII. LXVI.* Capita pactorum, quæ Fœderatis propoſuit Fridlandus, exhibet CARVE *Itin. c. XVII.* KHEVENHILLER *Tom. XII. p. 578.*

60) CHEMNITZ *pag. 168.* PVFENDORF §. *LXVII.* ADLZREITER *p. III. lib. XVIII. n. 58. 59.*

61) CHEMNITZ *p. 191.* PVFENDORF §. *LXXI.*

62) CHEMNITZ *pag. 211.* PVFENDORF §. *LXXXIII.* ADLZREITER *p. III. lib. XVIII.* §. *LVI.* VOGEL *pag. 506.* KHEVENHILLER *Tomo XII. p. 602.*

63) CHEMNITZ *pag. 213. 214.* PVFENDORF §. *LXXXII. LXXXVI.*

64) PIASECIVS *p. 466.* CHEMNITZ *p. 218. 271.* PVFENDORF §. *LXXXVI. C.*

65) CHEMNITZ *pag. 272.* PVFENDORF §. *C. CI.*

66) CHEM-

veniſſet, hoſtem trans Oderam cogit, ſed Francofurtum VII. Decembris fruſtra obſidet. 66) Licet Vratislauienſes Suecis potius fauerent, quam Cæſareis. 67)

§. LXVI. Inter hæc, Oxenſtierna conuentui Heidelbergæ agendo vacabat, ad quem VIII. Iunii conuerant Ludouicus Philippus, Ioannes, & Chriſtianus Palatini, Bernhardus Saxoniæ, Euerhardus Würtenbergicæ Duces, Fridericus Badenſis Marchio; Comitesque Hoenloici, Hanouicus, & Iſenburgicus, aliique. Vbi de explendis militum poſtulatis, atque exſoluendis inpoſterum ſtipendiis decernebatur; vtque omnium frugum, vinique decimæ militari annonæ attribuerentur; ac Philipsburgum cui Galli inhiabant, & Hagenoa in poteſtatem redigerentur. 68) Extremo Iulii Oxenſtierna Francofurti ad Mœnum conuentum indixerat, vbi ſuper futuræ pacis legibus, & aliis, quæ præſens tempus exigebat, deliberabatur. Confirmabat autem Conuentus ille, decreto XIII. Septembris facto, quidquid Heilbrunnæ actum eſſet, tum decernebat, quæ Oxenſtiernæ & conſilio Fœderatorum circa tractatus pacis ſint obſeruanda: nec quidquam concluderetur, niſi ſub conditione ratihabitionis ab vniuerſis addendæ. Cum Legatis quoque Gallicis, Feuquierio & Grangio, qui Francofurti tunc aderant, varia tractabantur. Offerebant iſti aliquot militum millia, de quo tamen conueniri non poterat, & Philipsburgum tradi ſibi auide inſtabant. 69) Aderat quoque Sigismundus Gœrzius, Brandenburgicus Cancellarius, qui præter alia poſtulabat, vt Pomeraniæ Duce defuncto, Elector in capeſſenda Pomeraniæ poſſeſſione haut impediatur. 70) Fœderatorum nomine legati in Galliam mittebantur Iacobus Lœſlerus Vice-Cancellarius, & Philippus Streiffius, Conſiliarius Bipontinus, quibus in mandatis fuit datum, ſiniſtras Regi ſuſpiciones a Catholicis ſuggeſtas eximere, ſuper auxiliis mittendis & futuris pacis tractatibus agere. 71) Cum Ragotzio quoque, vt Suecis accederet, fruſtra agebatur. 72)

§. LXVII. Inſequenti anno 1634. Oxenſtiernæ negotium Pomeraniæ apud Brandeburgicum, armorum directio apud Saxonem plurimum inuidiæ conciliabant, 73) quare ineunte ſtatim anno, inter Cæſarem & Saxonem denuo de pace agebatur. 74) Interea Oxenſtierna ad Conuentum Halberſtadienſem properabat, quem ſub finem antecedentis anni conuocauerat Fridericus Vlricus Dux Brunſuicenſis. Comparebant ibi Ordines inferioris Saxoniæ ipſi, aut per delegatos, præter Holſatiæ Duces & Lubecam. Sed qui ſimul euocati, Comites VVeſtphalici & Hanſeaticæ vrbes non comparebant. Capita deliberationis IV. Februarii a Friderico Vlrico proponebantur. Et Saxone licet omnia diſſuadente, decernebatur tamen XVIII. Februarii, vt cum quatuor Superioribus Circulis, & Suecia Regno in fœdus coiretur, de cuius modo & conditionibus in conuentu Francofurtenſi ſit agendum. Tum de exercitu quinque millibus ducentis equitibus, ſedecim millibus ſexcentis peditibus conſtante, conſtituebatur, contribuendi rata & adparatus militaris. Suprema directio Oxenſtiernæ deferebatur, cuius ſuaſu ſummi Duces declarabantur Georgius, Lüneburgicus Dux, & Io. Banerius. Sed belli propior cura & inſpectio penes Conſilium ex Deputatis Ordinum conſtans eſſe debebat. Inuitabantur etiam ad Coniunctionem Saxoniæ Elector, VVeſtphalici Ordines, Holſatiæ Duces & Lubecenſes. 75) Rebus Halberſtadti confectis, Oxenſtierna Stendalium ſe ad Brandeburgicum Electorem conferebat, qui quatuor millia peditum, mille ſexcentos equites Banerio ſe adiuncturum, & Francofurtum legatos miſſurum pollicebatur, de Pomerania vero fruſtra inſtabat. 76) Saxo ab Brandeburgico licet & Oxenſtierna inuitatus, accedere denegabat, ſummam rerum directionem ſibi, & Præſulatum Magdeburgenſem Auguſto, filio ſuo ademptum eſſe, queſtus. 77)

§. LXVIII. Cæſareo interim exercitui grauis motus a Fridlandi machinationibus imminere videbatur. Is poſt cladem Suecorum ad Steinauiam, cum totam Pomeraniam inundaturus crederetur, progreſſibus Bernhardi Ducis ſiſtendis, in Superiorem Palatinatum conceſſerat. Sed ingruente hyeme, in Bohemiam regreſſus, ibi ac per vicinas Cæſaris ditiones exercitum in hyberna diſtribuerat; ſimul abruptos in Sileſia pacis tractatus denuo agitabat. Verum, eundem dudum maleuoli ſuſpectum Cæſari reddiderant, eo quod omnia ex libidine ageret, pacis tractatus ſuſciperet, Cæſareos prouincia-

les

66) CHEMNITZ *pag.* 277. PVFENDORF §. *CII. CIII.*

67) CHEMNITZ *pag* 276. PVFENDORF §. *CIII.*

68) CHEMNITZ *p.* 121. 136. PVFENDORF §. *LIV.*

69) CHEMNITZ *p.* 150. 172. PVFENDORF §. *LXIX.* LONDORP *Tom. IV. p.* 339. RECVEIL *Tom. III. p.* 345.

70) CHEMNITZ *p.* 181. 218. PVFENDORF §. *LXXII. LXXXVII.*

71) CHEMNITZ *pag.* 179. PVFENDORF §. *LXX.* LONDORP *Tom. IV. p.* 327.

72) CHEMNITZ *pag.* 186. PVFENDORF §. *LXXIII.*

73) Extat in HISTOR. ARCHIV. *Tom. II. p.* 156. Conſilium Miniſtri cuiusdam Saxonici ſuper hoc Directorio Euangelico.

74) CHEMNITZ *p. II. lib. II. p.* 257. PVFENDORF *lib. VI. §. IV. VI.*

75) CHEMNITZ *pag.* 301. ADLZREITER *p. III. lib. XIX. n. 1. ſqq.* PVFENDORF §. *VII.* Acta huius Conuentus extant apud LONDORPIVM *Tom. IV. pag.* 371. Receſſus d. XVII. Febr. 1634. concluſus apud du MONT *Tom. VI. p.* 1.

76) CHEMNITZ *pag.* 307. PVFENDORF §. *VIII.* KHEVENHILLER *Tom. XII. p.* 1472. *pag.* 58.

77) CHEMNITZ *pag.* 308. PVFENDORF §. *VIII.*

les enormibus exactionibus emungeret. Accedebant flagrantia Hiſpanorum, Bauari & Ieſuitarum odia, qui omnes largitionibus ſuis, ſolo Queſtenbergio excepto, ab ipſo abalienarunt. Ab his permotus Cæſar Fridlandum imperio militari dimouere conſtituit, idque in Ferdinandum, Hungariæ Regem, filium ſuum conferre. Hoc Fridlando primum per amicum ſuum Queſtembergium, inde per facundia atque aſtutia celebrem Capucinum Valerianum fecit intimari. Hic, licet palam iactaret, ſe munere abiturum, per intimos tamen amicorum, Illoam, Tertzkiumque affinem ſuum, inter præfectos militares diſſeminabat, Cæſareos miniſtros ipſos a deſtinatis præmiis velle excludere. Conciliandis quoque gregariorum animis ſpargebatur, Fridlandum ea de cauſſa cum Cæſaris Conſiliariis diſſidere, quod hi intempeſtiua hyeme militem in expeditionem velint extrudere. Ita animatos ductores Fridlandus Pilſenam conuocat, ipſisque cauſſis, ob quas imperio cedere conſtituerit, exponit. Sed, dum iſti, ad quorundam ſuggeſtum peterent, ne ipſos deſereret, fidem ipſorum poſtulat, ſe ipſum nunquam deſerturos. In eum ſenſum ſyngrapha XII. Ianuarii 1634. concipitur, quinquaginta duorum tribunorum ſubſcriptione firmata. Hoc Viennæ comperto, edictum Cæſareum promulgatur, quo omnes duces militesque Fridlandi Imperio ſoluuntur, &, vt tantiſper Gallaſio pareant, iubentur. Dum igitur Fridlandi auctoritas indies magis euaneſceret, ac tribunorum plerique ſubſcriptionis ſuæ fecuri ad Gallaſium ſe conferrent, ad Euangelicos tranſire ſerio conſtituebat Fridlandus: eoque ſe cum Saxonicis arctius coniungere, & per Kintzkium Comitem ad Bernhardum Ducem aditum ſibi ſtruere cœpit: cum Gallis quoque, interprete Arnoldo, & Kintzkio agebat. Hinc, cum amicorum intimis Illoa, Tertzkio, Kintzkio Pilſena Egram ſe conferebat, vt Bernhardo Duci eſſet propior. Hic ſæpius a Wallenſteinio per Franciſcum Albertum Lauenburgicum, quem ad ipſum Ratisbonam miſerat, inuitatus, vt ipſi ſuccurreret, in cautionis vicem Landsbergam & Francofurtum ad Viadrum Suecis ſe redditurum offerens. Sed, dum ipſi atque Oxenſtiernæ Wallenſteinii fides admodum eſſet ſuſpecta, cunctabatur, Fridlando pollicitus, ſi inter ipſum ac Cæſareos aperta hoſtilitas erumpat, ſe certo ipſi ſubuenturum. Inter hæc, Piccolomineo hæc Wallenſteinii conſilia prodente, poſtquam a Cæſare proſcriptus fuiſſet VVallenſteinius, & quidam ex eiusdem ſociis Viennæ in cuſtodiam dati; Præfectus Egræ Ioannes Gordonus, Tertzkii ſubtribunus, a Fridlando e paupere gregario ad illud muneris prouectus, præmii magnitudinem librabat, ſi Fridlandum e medio ſuſtuliſſet. Adſumto igitur in facinoris ſocietatem Waltero Leslæo, vigilum præfecto, & Butlaro Tribuno, Illoam, Tertzkium, Kintzkium, Neumannum cum tribus aliis XV. Februarii ſt. n. 1634. in arcem ad cœnam inuitat, cœna fere peracta, conuento tempore inter nonam & decimam horam ſtationes per arcem, & in foro tacite formantur, & per ſuperiorem portam dimacharum Butlari turma meris Hibernis conſtans, in oppidum, & mox in arcem intromittitur, quæ ipſis ingreſſis, iterum claudebatur. Hi ſtatim ſtrictis gladiis in conuiuium irrumpunt, & fauſta Cæſari ominantes, cum Butlarus, Gordonus, & Leslæus ad vnum latus ſecederent, menſa euerſa, reliquos fruſtra reſiſtentes, aut effugia circumſpectantes trucidant eo minore negotio, quod miniſtri in ſeparatum conclaue ad cibum capiendum ſeducti, ibique eſſent concluſi. Hac cæde patrata, Gordonus excubias arcis, Leslæus ſtationem in foro obſeruabat, Butlarus cum Centurione, & duodecim gregariis ad Fridlandi diuerſorium properat, ac edito clamore in ipſius conclaue perrumpit: vbi Centurio Deuerouxius, Hibernus natione, in nocturno amiculo inuentæ ſe acclinantem, & ipſo ingruente ad feneſtram ruentem haſta transuerberat, vt nullo edito verbo, humi moribundus procumberet. Gallaſius interim & Piccolomineus diligentia ſua effecerunt, vt exercitus in officio contineretur, ac bene compoſitus aduentanti Regi Hungariæ traderetur. 78)

§. LXIX. Poſt varias de futura expeditione conſultationes, inter Bernhardum Ducem potiſſimum III. Ianuarii 1634. Berchingæ in Aichſtadienſi Epiſcopatu habitas, Suecorum copiæ in Palatinatu ſuperiori plerasque vrbes occupant, Bauaros etiam Wiltzburgo ſuccurrentes cædunt. 79) Cæſarei tamen e Bohemia mouentes, Suecos paullo poſt iterum expellunt, Bauari XXII. Martii Straubingam recuperant. 80) Audita vero

78) PIASECIVS *pag.* 468. ADLZREITER *p. III. lib. IX. n.* 11. *ſqq.* CHEMNITZ *p. II. lib. II. p.* 325. *ſqq.* PVFENDORF *lib. VI.* §. *XIII-XIX.* TH. CARVE *Itin. c. XI.* LVDOLPH *lib. XXXIV. c. II. n.* 29. Le VASSOR *lib. XXXV. p.* 385. VITTORIO SIRI *Memorie Recondite Tom. VIII. p.* 32. *ſqq.* LOTICHIVS *rer. German. p. II. lib. IV.* NANI *Hiſt. Veneta lib. IX.* KHEVENHILLER *Tom. XII. p.* 1110. *ſqq. Hiſtorie della Vita d' Alberto Valſtain* di GVALDO Priorato, a IOSVA ARNDIO latine verſa. THOMAS CARVE *Itin. c. XIV.* exhibet ſyngtapha, quibus Pilſenæ ſe obligarunt ſupremi Præfecti & mandatum Cæſaris de ipſius remotione. Separatim extat *Hiſtoire de la Conſpiration de Valſtein par* SARAZIN, quam tamen morte præuentus, non abſoluit. ALBERTI CVRTII S. I. eſt *Aufrichtiger und gründlicher Bericht von der vorgeweſten Friedländiſchen Conſpiration.* Vita VValenſteinii in Compendium redacta *im Bücher-Cabinet p. III. p.* 480. Epitaphium ipſius habet BVRGOLDENSIS *p. I. diſc. I. p.* 127.

79) CHEMNITZ *p.* 332. PVFENDORF *lib. VI.* §. *XII.*

80) CHEMNITZ *pag.* 338. PVFENDORF §. *XXI.*

81) CHEM-

vero Friſiandi cæde, Bernhardus Dux iter accelerabat, ſi forte partem copiarum Friſiando addictarum ſibi adiungere & Pilſenam intercipere poſſet, ſed ob viarum difficultates fuit impeditus. 81) Hornius item Rauensburgo mouens, XV. Martii Biberacum, XXI. Martii Campodunum, XXX. Martii Memmingam capit, Cæſareos ad Wangenam cædit. 82) In Alſatia, Cæſarei quidem Briſaco famem ſentienti ſecundo Rheno annonam inferebant, Colmariæ obſidionem minantes, quos Otto Ludouicus Rheingrauius prœlio ad Warweilam II. Martii vincit, occupato Neuburgo, Kl. Aprilis Friburgum Brisgoiæ capit, 83) cui etiam ineunte hoc anno Philipsburgum ſe dederat. 84) Dum autem vi pacti inter Guſtauum Adolphum atque Electorem Treuirenſem iamdum initi, hoc caſtrum Gallis in ſequeſtrum eſſet tradendum, per legatum Gallicum de Feuquieres illud Francofurti d. 16. Auguſti 1634. fuit concluſum. 85) In Weſtphalia, Cæſarei Suecorum hoſpitia infeſtabant, quibus tamen Haſſorum Dux militaris Melander obuiam ibat. 86)

§. LXX. Inter iſta tempora, Conuentus Francofurti ad Mœnum ſuperiori anno ab Oxenſtierna indictus, inſtituebatur, ad quem pro communi coniunctione omnes Euangelici fuerant inuitati. Ad iſtum quatuor Superiorum Circulorum Ordines mature conuerant; plerique Saxonum tardius adueniebant, Holſatis & Weſtphalis Comitibus plane non comparentibus. Propoſitio die XXVIII. Martii fiebat per Oxenſtiernam, de animis, conſiliis & armis coniungendis, in quas leges pax fieri debeat, Suecorum præmiis, mediis bello continuando ſuppeditandis, quid Daniæ Regi mediationem denuo offerenti, reſpondendum, quomodo Galliæ Regi circa Philipsburgum ſit ſatisfaciendum, de neutralitate Neoburgico concedenda, & quibus conditionibus extranei Principes ac Respublicæ, ſi qui velint, in ſocietatem ſint adſciſcendi. Quæ capita ab Oxenſtierna ſtatim ad Daniæ Regem & Saxoniæ Electorem fuerunt transmiſſa. Serius vero conſultationes procedebant, partim, quod Saxoniæ Ordines nondum aduenilſent, partim etiam, quod eo tempore Bernhardus Dux quosdam Ordinum ex improuiſo hoſpitationibus onerasſet. De Neutralitate cum Neoburgico primum agebatur, eademque ipſi demum concedebatur, Saxonis legatus Ordines ad pacem hortabatur. Daniæ Regi Francofurtum, Erfordia, Spira aut Wormatia proponebatur, quo primo tempore de pace agi poſſet. Inter varias Saxonis querelas, de directorio ſibi, & Magdeburgenſi atque Halberſtadtienſi præſulatu filio ereptis, & diſcrepantes Superiorum Circulorum atque Inferiorum de coniunctione conditiones, belli ſumtibus, ſatisfactione Suecica, qui Pomeraniam potiſſimum ſibi relinqui petebant, Philipsburgo, quod Galli ſibi tradi poſtulabant, nuncius acceptæ ad Nordlingam cladis aduenit. Quo perculſi Ordines, ne nihil egiſſe viderentur, raptim III. Septembr. inſtar aliquod decreti formant ſuper negotiis, quæ hactenus tractata fuerant, velut perfecta iam Saxonicorum Circulorum cum Superioribus coniunctione. Addebantur peculiaria capita de ſumma rerum adminiſtratione, bellique ſumtibus & continuatione. Ea tamen, dum nec ab Oxenſtirna, nec ab omnibus Ordinibus fuiſſent ſubſcripta, fuerunt inania. 87) Ad hunc conuentum ab Angliæ Rege mittebatur Io. Duræus cum literis Io. Dauerantii, Salisburienſis, Thomæ Mortoni, Dundinenſis, & Ioſephi Halli, Exomienſis Epiſcopi, qui proponebat, qua ratione pax perpetua inter Euangelicos ſit firmanda. Aſt, licet diuerſis ſcriptis deſuper fuerit actum, nihil tamen in effectum deductum: 88) Finito Conuentu Francofurtenſi, alius Wormatiæ inſtituebatur, & iam in eo erat, vt Satus ibidem conuenientes infecta re diſcederent. Aſt, mutatis animis demum de mediis conſeruandis exercitum conueniebant, nec æquam pacem eſſe reiiciendam. 89)

§. LXXI. Bellum vero vbique continuabatur. In Saxonia quidem Inferiori Brunſuicenſis Dux obſidioni Hildeſienſi inſiſtebat, maiori pertinacia quam ſucceſſu, 90) quæ tamen vrbs XII. Iulii fuſis, quæ in auxilium venerant copiis, ad deditionem fuit compulſa. 91) In Weſtphalia, Gleenius Ligæ Dux, poſtquam ad Huxteram detrimenti quidpiam a Suecis fuiſſet paſſus, Huxteram nihilominus X. Aprilis deditione capit, Hammum & Lunam occupat, a Suecis ſtatim recuperata. 92) In Sileſia vero Leslæus Lands-

81) CHEMNITZ *p.* 337. PVFENDORF §. *XX.*

82) CHEMNITZ *pag.* 340. PVFENDORF §. *XXII. XXIV.*

83) CHEMNITZ *p.* 345. PVFENDORF §. *XXVI.* ADLZREITER *p. III. lib. XIX. n.* 35.

84) CHEMNITZ *pag.* 351. PVFENDORF §. *XXVII.* Le VASSOR *lib. XXXVII. p.* 339. KHEVENHILLER *Tom. XII. p.* 1304.

85) HISTOIRE DES TRAITTES DE PAIX *Tom. I. p.* 305.

86) CHEMNITZ *pag.* 355. PVFENDORF §. *XXIX.* KHEVENHILLER *Tom. XI. p.* 1294.

87) CHEMNITZ *p.* 364. 410. 456. PVFENDORF §. *XXXIV. XLIX.* Acta huius Conuentus extant apud LONDORPIVM *Tom. IV. pag.* 375.

LVDOLPH *lib. XXXIV. c. II. n.* 41. Le VASSOR *lib. XXVII. p.* 203. KHEVENHILLER *Tom. XII. pag.* 1462.

88) KHEVENHILLER *Tom. XII. pag.* 1464. Prodiit etiam *Hypomnema de negotiatione pacifica à Io. Duræo ſuſcepta.*

89) KHEVENHILLE *Tom. XII. p.* 1474.

90) CHEMNITZ *pag.* 358. PVFENDORF §. *XXX.* KHEVENHILLER *Tom. XII. p.* 1355.

91) PIASECIVS *p.* 470. CHEMNITZ *p.* 487. PVFENDORF §. *LXVII.* KHEVENHILLER *Tom. XII. p.* 1373.

92) PIASECIVS *p.* 470. CHEMNITZ *p.* 356. PVFENDORF §. *LIV. LV.* KHEVENHILLER *Tom. XII. p.* 1351.

93) CHEM-

Landsbergam XXV. Martii deditione capit. 93) Io. Goetzius vero pro Suecis Troppauiam & Oelsam capit, ab oppugnanda Oppelia vero re infecta discedit. 94) Arnheimius Budissa, Görlicia, immo tota Lusatia ab Electore recuperata, 95) prælio ad Lignicium III. Maii victor, quatuor hostium millibus cæsis. 96) Dum interea Banerius XXIII. Maii Francofurtum ad Viadrum, Brandeburgicæ ditionis occuparet, licet Saxones ipsum impedirent, quo minus Glogouiam obsideret, 97) quam Arnheimius postea facili negotio in potestatem suam redigebat. 98) Dum interea Banerius in Bohemiam tendit, Leutmericiam occupat, & Saxoni iunctus, Pragam frustra tentat. 99) Hornius, post captum Biberacum, Campidonum, Memmingam, Vberligam frustra tentat, Buchornum excitatis raptim munimentis, firmat. 100) Rheinfelda quoque & Brisacum eminus obsessa, fame vrgentur. 1)

§. LXXII. Ferdinandus III. nouus Cæsarei exercitus Dux, postquam per Ferdinandum Hispaniarum Infantem, Cardinalem, adducto ex Insubribus, exercitu, fuisset firmatus, Ratisbonam tendit, quam Bernhardus copiis inferior firmo præsidio munitam relinquit; Hinc Ferdinandus primo oppidum Aulæ, post ipsam vrbem acerrime oppugnat, tormentis & igniformis globis infestat, Kehlheimum etiam occupat. 2) Et licet Bernhardus, postquam se ad Augustam Hornio iunxisset, vrbi succurrere tentaret, 3) Landshutam etiam expugnaret, 4) Ratisbona tamen, postquam quindecies mille tormentorum ictibus oppidum pulsatum, duo millia globorum igniuomorum fuerint iniecta, septem adsultus tentati, octo millia Cæsareanorum amissa, XVI. Iulii ad deditionem fuit compulsa. 5) Post hæc, Sueci, relicta Bauaria, Augustam contendunt, si hostis Ingolstadtii Danubium transiret, ad Donawertham eidem se obiecturi. 6) Ast, Ferdinandus, superato Danubio, Donawertham capit, Nordlingam VI. Augusti tota vi adgreditur. Suecis ad Bopfingam castra locantibus. 7) Euocabantur igitur copiæ hinc inde dispersæ, Cratzius quidem, quem Bernhardus ad obsidendum eminus Forcheimium reliquerat, accedebat. Sed sero veniebat Rheingrauius, qui post Rheinfeldam deditione captam, pontem incendio absumptum prius reparauerat, ac opera a se excitata solo æquauerat, quum inde se moueret. Sed & propinqua spe Brisaco potiundi, inuitissimus Rheno digrediebatur, magnum momentum daturus, ni prælium præcipitatum foret, cum paucarum duntaxat horarum itinere Rheingrauius adhuc abesset. 8) Dum autem hostis oppidum indies magis vrgeret, in auxilium aduentabant Sueci, & licet Hornius, vsque dum Rheingrauius aduenisset, prælium dissuaderet, eo quod Cæsarei, milite Hispano ex Italia adueniente fuissent firmati, ideoque numero longe superiores, propius vero ad vrbem esse accedendum, consulebat & castra munimentis defendenda, sit tamen atrox prælium. Metuebatur enim, ne capta Nordlinga, Cæsarei Danubio penitus potirentur, & Protestantes in hisce terris plane intercluderentur. Accedebat inter Bernhardum Ducem æmulatio, & noxia Protestantium rebus obtrectatio. Primo conflictu XXVI. Augusti Sueci fiunt victores. Ast XXVII. Augusti Sueci sex millibus suorum cæsis, quos inter Fridericus, Anspacensis Marchio, & multis captis, inter quos Gustauus Hornius erant, victi, centum triginta signis, tormentis & omnibus amissis impedimentis. 9) Ipse Bernhardus fugiens nihil retinuit præter vestimenta, quæ corpore gestabat

93) CHEMNITZ *pag.* 362. PVFENDORF §. *XXXIV.*

94) CHEMNITZ *pag.* 405. PVFENDORF §. *LVIII.*

95) KHEVENHILLER *Tom. XII. p.* 1255.

96) PIASECIVS p. 470. *copiæ Electoris Saxoniæ vna cum Suecicis Banneri interim in Lusatia & Silesia Budissinum, Gorlitium, Francofurtum ad Odram, Zittauiam, Glogouiam maiorem, Crossenam vi ceperunt, ac alia plura loca in dies occupabant, apud Legnitium mense Maio Cæsarianos cum Duce Colorado collatis signis profligarunt, cæsis ex eis quatuor millibus & sexaginta vexillis captis cum omni apparatu bellico: ac in Boëmia Mielnicio, Linburga, multisque aliis Oppidis occupatis, Pragam arcte obsederunt.* CHEMNITZ *pag.* 407. PVFENDORF *cit. loc.* KHEVENHILLER *Tom. XII. pag.* 1260.

97) CHEMNITZ *pag.* 403. PVFENDORF §. *LVII.* KHEVENHILLER *Tom. XII. p.* 1262.

98) CHEMNITZ *pag.* 490. PVFENDORF §. *LXVIII.*

99) CHEMNITZ *pag.* 494. PVFENDORF §. *LXIX.*

100) CHEMNITZ *pag.* 393. PVFENDORF §. *LII.* KHEVENHILLER *Tom. XII. p.* 4287.

1) CHEMNITZ *pag.* 481. PVFENDORF §. *LXV.* KHEVENHILLER *p.* 1293. 1311.

2) CHEMNITZ *p.* 390. 466. PVFENDORF §. *LI. LXI.* ADLZREITER *p. III. lib. XIX. n.* 46. KHEVENHILLER *Tom. XII. p.* 1183.

3) CHEMNITZ *pag.* 471. PVFENDORF §. *LXII.*

4) CHEMNITZ *p.* 479. ADLZREITER *p. III. lib. XIX. n.* 48. 49. PVFENDORF §. *LXIV.*

5) PIASECIVS *p.* 470. CHEMNITZ *p.* 476. PVFENDORF §. *LXIII.* KHEVENHILLER *pag.* 1191.

6) CHEMNITZ *pag.* 480. PVFENDORF §. *LXIX. LXX.*

7) CHEMNITZ *p.* 521. PVFENDORF §. *LXX.* PIASECIVS *c. l.*

8) CHEMNITZ *pag.* 356. PVFENDORF §. *LXXI.*

9) PIASECIVS p. 471. *Quinta die Septembris ille Dux cum Hornio (habebant sex millia equitum, & 15. millia peditum) venerant in conspectum Cæsarianorum, quorum numerus 40. millibus armatorum constabat, & prælio comminus circa conualem Ottingensem medio milliari a Nordlinga distantem, eos profligarunt magna strage edita, præsertim in Legionibus Italicis, quarum præcipui tribuni Ottauius Aldobrandinus.* CHEMNITZ *p.* 529. qui rationes infelicis prælii tali ratione describit: *Der Kayserl. Schwedische Feld-Marschalck, H. Gustaff Horn, hatte gerne gesehen, dass man bey dem ersten Schluß verblie-*

ſtabat 10) Ferdinandus iſte ſingulari Diplomate ſupremus Militiæ Cæſareæ Dux a Ferdinando Patre fuit conſtitutus. 11)

§. LXXIII. Ea clades Oxenſtiernam maximis difficultatibus opprimebat, qui tamen Senatus Sueciæ litteris firmatus, res Suecorum lapſas pro viribus reſtituere nitebatur. Exterorum etiam, Anglorum, Venetorum & potiſſimum Gallorum auxilia implorantur, & Ludouico XIII. deuinciendo per ſingularem ceſſionem d. XXVI. Auguſti 1634. Philipsburgum traditur. 12) Interim Bernhardus, cui a Suecis, Quatuorque Circulis ſuperioribus per ſingulare Inſtrumentum, quod Oxenſtirna, Electior Palatinus, Dux Würtenbergenſis, Marchio Badenſis, pluresque alii Wormatiæ d. 11. Martii 1635. ſubſcripſerunt, 13) ſumma militiæ præfectura concedebatur, copias ſuas per Mœnum Rhenumque dimittit, Rheingrauius Argentoratum verſus euadit. Inde poſtquam Bernhardus Dux d. 23. Iulii ad Saræpontanum ſe cum Cardinale de la Valette exercitu coniunxiſſet, atque Moguntiam quam Suecorum præſidia tenebant, obſidione liberaſſent, a Galaſio tamen in Lotharingiam recedere cogebatur, quæ miſere adfligebatur. Hinc concluſo cum Gallorum Rege menſe Octobri 1635. fœdere, in cuius articulis arcanis continebatur, quod Alſatiæ Landgrauiatus, vna cum Præfectura Hagenouienſi ipſi ſint cedenda, & in futura Pace idem cum omnibus donationibus a Corona Suecica Ducibus factis, ſint confirmandæ, ita tamen vt Religio Catholica in ſuo Statu relinquantur. 14) In Saxonia inferio-

verblichen ware, den Artzberg gefaſſet, felbigen, ſo wohl auch den Hügel, ſo zur linken Hand liegt, und den gantzen Grund von der Linchen ſeite des Artzberges beſtreichen kan, verretranchiret, und ſich weiter von ſelbigen Hügel hin an das moraſtiſche Bächlein, ſo von Bopffingen auf Nerdlingen flieſſet, die Eger genandt, mit Wercken geſchloſſen hette: Welches in einer Nacht wohl zuthun, und in dergleichen defenſion zubringen gewesen ware; daß man, ungehindert des Feindes, ſich hernach weiters in felbigen poſto beſtſtigen und nach der Stadt einen ſichern Zugang machen kunnen. Bey welchen Vorhaben da man geblieben ware, es, menſchlicher weyſe davon zureden, nicht übel, ſondern weit anders, als geſchehen, ausſchlagen mugen. In erwegung daß, da man auf ſolche Art ware logiret geweſen, man, die Stadt auf neue zu encouragiren, und nach Nohturfft zuverſtärcken, gute Gelegenheit, die Zufuhr aus dem Wirtenbergiſchen und Ulmiſchen gantz ſicher und offen, auch hinter ſich gegen Uberesheim, welches Feld voller Korn geſtanden, eine geraume Zeit zu fouragiren gehabt hette; Hergegen were der Feind, ſo ohne das ſchon groſſen Mangel vor Roß und Mann gelitten, mehr eingeſperret, und dahin verhoffentlich gezwungen worden, daß er von der Belagerung eſſi gemeldter Stadt abſtehen müſſen. Bevorab da der Cardinal Infant (vnie hernach die Spaniſche Generale den Feld-Marſchalck ſelbſt berichtet) über acht oder zehen Tage von der Zeit der Schlacht nicht würde mit dem Königе in Hungarn conjungiret geblieben ſeyn, ſondern ſeinen Weg, ſamt der Spaniſchen Armeé, nach dem Boden-See ins Elſaß, und ferner gegen die Niederlande genommen haben: Wodurch auch vermuhtlich der Kanig in Vngarn ſeinen deſſein, ſo er ſonſt auf Schwaben und Francken gehabt, anderswohin zurichten, bewogen worden ware. Allein das Glück, ſo, durch gattliche verleihung, der Evangeliſchen Partey eine geraume Zeit beygewohnet, hatte bey manchen eine ſo groſſe Sicherheit und Verachtung des Feindes verurſachet, daß ein bedachtſames und vorſichtiges Procedere nur vor eine verlengerung des Kriegs, ja vor zeitheit und zaghafftigkeit ausgedeutet werden wollen. Zu deme, da der Anfang, ſich wohl angelaſſen und man ſich eingebildet gehabt, daß des Feindes gantze Reuterey bey der Action, ſo den Abend vorgangen, gegenwartig geweſen, man dahero geringen wiederſtand in occupirung gemeldten Poſtens zuſinden vermeynet. Aus welchen Vrſachen der Feld-Marſchalck, daß man die zuvoreit anancirte, Trouppen wieder zurückziehen, und beym erſten Deſſein verbleiben ſolte, zu rathen, ſich entzogen: verhoffend, es würde dieſes lezte beſſer, als geſchehen, ablauffen.

ADLZREITER p. III. lib. XIX. p. 53. 54. PVFENDORF §. LXXII. LXXIII. LXXIV. LXXV. LVDOLPH lib. XXXIV. c. II. n. 80. LE VASSOR lib. XXXVII. p. 245. THEATR. EVROP. Tom III. p. 334. WASSENBERG Floro Germ. p. 337. qui varia Cæſarearum adducit Stratagemata. KHEVENHILLER Tom. XII. p. 1218. Guſtaui Hornii relationem de hoc prælio vide in MEMOIRES DV CARD. RICHELIEV Tom. I. p. 429.

10) PVFENDORF §. LXXII. CHRISTOPHORVS von der GRVN, qui ipſius fuerat legatus Caſtrenſis, in Hiſtoria MSta narrat, ſe fugientem in oppido Nerresheim Bernhardi litteras omnes combuſſiſſe, addens: Wurden derowegen nach Ruinirung der Cantzeley die furnehmſt und häſſlichſte Sachen, unter Ihro Fürſtliche Gnaden getreuſte Officierer und Diener ausgetheilet. Da ich dann vnter andern 2. Diamanten zu mir genommen, vorunter der eine ſo groß, als eine groſſe vvelſche Baum-Nuß, und in einen güldenen Keſſelein, darin der Kanig in Schvveden auf einer Seiten, und die Koenigin auf der andern abgemahlet vvar, eingefaßt geweſen. Solches Kleinod, daran unten eine Perlине Eychel von ziemlicher Groeſſe gehangen, und auf 60000. Rthl. aſtimirt vvorden, hat die Koenigin Ihro Fürſtl. Gnaden vor vvenіger Zeit allergnädigſt praſentiret und geſchencket, vvelcher Stein neben den andern Diamant, vvelcher auch auf 12000. Rthl. vvertlı geveſen, habe mit groſſer Gefahr vvunderlicher Weiſe vvieder herüber gebracht, und hochgedacht Ihro Fürſtl. Gnaden zu Franckfurt am Mayn mit deroſelben hoechſten Freuden und Contentement überliefert. De Hornii cum Bernhardo Duce æmulatione, LE VASSOR lib. XXXVII. pag. 238. Le Duc Bernard n'en voulut rien croire. Prévenu que le Maréchal voit avec chagrin le commandement général des trouppes Suedoiſes & confédérées entre les mains d'un Prince Allemand, il ſe plaignit que la pretendue diverſion en Bavière, n'etoit qu'un prétexte qu'Horn recherchoit a fin de s'exempter de ſervir ſous un autre. Quoi qu'il en ſoit des motifs ſecrets du Maréchal, il attaqua ſi vigoureuſement Landshut, que la place fuit bien tot emportée.

11) Extat Diploma apud KHEVENHILLER Tom. XII. p. 1237.

12) CHEMNITZ pag. 534. 539. PVFENDORF §. LXXVI. LXXVII. LXXVIII. LXXX. Extat ſuper hac ceſſione Tractatus in RECVEIL Tom. III. p. 355. apud du MONT Tom. VI. p. I. p. 74.

13) Extat initium Inſtrumenti in CYPRIANI Adueſſariis Hiſtoricis de Bernhardo p. 3.

14) Extat Fœderis Formula MEMOIRES de RICHELIEV Tom. I. p. 550. vbi inter articulos arcanos: Outre ce que deſſus, ſa Maieſté donne & delaiſſe audit Sieur Duc le Landgraviat d'Alſace, y com-

feriori difficilem se præbebat Georgius, Lüneburgi Dux, reliqui etiam per Saxoniam Inferiorem haud obscure argebant, id agi, vt excussa Suecorum directione, Ordines suas sibi res seorsim administrarent. 15) Rebus igitur Fœderatorum tali modo adhibitis, missi ad Gallos legati auxilia vrgebant & argenti summam, 16) tandem Kl. Nouembris in has leges fuit conuentum, vt Fœderati Gallis cedant totam Alsatiam cum Benfelda, ita tamen, vt Gallica præsidia etiam fœderatis fidem iurent, ac locis traditis sua iura sint integra: eisdem permittatur Brisacum, & alia cis Rhenum loca, Constantiam versus, ad quæ occupanda Fœderati auxilium conferant; secuta pace, Rex ea loca restituat, nulla sumtuum petita refusione. Galliæ vero Rex duodecies mille pedites in Germania alat, Regi æque ac Fœderatis fide deuinctos, & ex directoris iudicio in causse communisvsum adhibendos & quibusque centena librarum millia statim exsoluat, inter Fœderatorum exercitum distribuenda. 17) Oxenstierna etiam ad XII. Nouembris Conuentum Wormatiæ indicebat. Sed, dum pauci adessent, apud congregatos Oxenstierna XXII. Nouembris proponebat de reparando exercitu, stipendiis, annona, adparatu bellico, tormentis, de fœdere insuper Gallico, peculiaribus Saxonis tractatibus cum Cæsare, Neoburgici neutralitate & Dani mediatione. Ad continuandum fœdus, qui aderant, Ordinibus sat voluntatis erat, facultatis parum: de pecunia inprimis altum silentium; annonæ nonnihil, & apparatus bellici promittebatur. Fœdus illud cum Gallis, Ludouicus Philippus Palatinatus Electoralis Administrator Bipontinus, Würtenbergicus, Hassus, Badensis, & nonnulli Comites subscribebant, Oxenstierna tamen hoc facere denegabat, conuentus in futurum annum differtur. 18) Nihilominus in Alsatia, Colmaria & Slestadtium cum reliquis Alsatiæ oppidis Gallis traduntur, non expectato Oxenstiernæ consensu. 19) Interim Elisabetha Regina, Friderici Palatini vidua, Franckenthalii tunc agens, post Nördlingensem cladem securam se amplius non videns, ipse etiam Palatinatus Administrator, Ludouicus Philippus, vna cum familia & omni supellectile, ipso quoque Regis Friderici corpore 20) in stanneo conditorio, in Galliam secesserunt, * 21) sep lt)

compris le Baillage de Haguenou, tenu à present par les Armes de sa Maiesté; pour en iouïr sous le titre de Landgrave d' Alsace, avec tous les droits qui ont appartenu cy-devant à la Maison d' Austriche dans ledit Pays; à la charge d' y conserver sans aucun trouble, l' exercice de la Religion Catholique, & les personnes & biens des Ecclesiastiques, dans tous leurs privileges, francises. Et au cas que l' on vienne à faire on Traitté de Paix, sa Maiesté promet de faire tout son possible pour faire conserver audit Sieur Duc la iouïssance dudit pays d' Alsace, & de toutes les donations qui luy ont esté faites par la Couronne de Suede, on luy faira donner vne recompense convenable, & autant qu' il se pourra, à son Contentement..

15) CHEMNITZ *p.* 551. PVFENDORF §. *LXXXVII.*

16) CHEMNITZ *p.* 540. 557. PVFENDORF §. *LXXXIX.*

17) CHEMNITZ *p.* 558. PVFENDORF §. *LXXXIX.* Extant ipsæ fœderis tabulæ apud LONDORPIVM *Tom. IV. p.* 444. RECVEIL *Tom. III. p.* 353. du MONT *Tom. VI. p. I. p.* 79. HISTOIRE DES TRAITTES DE PAIX *p.* 306.

18) CHEMNITZ *p.* 563. 572. PVFENDORF §. *XCI.* Le VASSOR *lib. XXXVII. p.* 351. ADLZREITER *p. III. lib. XX. n.* 16.

19) CHEMNITZ *p.* 574. PVFENDORF §. *XCVII.* Extat Tractatus Cessionis IX. Octobris 1634. in RECVEIL *Tom. III. p.* 359. KHEVENHILLER *Tom. XII. p.* 1335.

20) Indicat hoc nobis IO. IOACH. RVSDORF *Ep. XCI.* ad Franc. Curtium, vbi *p.* 130. ait: *per totam ipse cum coninge & famulis noctem occupabatur in compingendis & includendis, quæ nondum compacta erant fareinis. Facile crediderim nullius rei quæ ipsius propria esset, oblitum fuisse, ita, vt fortasse de eo verum sit, quod de mimimo puluisculo blaterant. Nec tamen conditorii sannei, in quo Regis fratris corpus repositum erat, immemor fuit: sed illud e templo auferri & currui, quem sex iuges equi traherent, imponi; deinde tres cistas, in quibus Regis defuncti vestimenta & linteamina asseruabantur, tum aliam maiorem, in qua tabula & monumenta actorum publicorum & rerum in comitiis inter fœderatos tum Regibus & Principibus tractatarum, excusa fuerunt, deuehi præcepit, cætera quæ ad Cancelleriam & Palatinatum spectabant, remansisse.*

21) RVSDORF *c. l. p.* 134. rationem adfert, cur Regis corpus Franckenthaliæ non fuerit relictum: *de cadauere Regis pauca adhuc dicere necesse est; fateor illud materiem dedisse diuersorum Sermonum & iudiciorum, & velut spectaculum exstitisse regiæ fortunæ, venonata in animis hominum rerum infeliciter gestarum & malorum post acceptam coronam consecutorum memoria. Non solum vulgus, & qui a Palatinis partibus alieni erant, insam inde arripuerunt insultandi fato illius Principis: sed etiam proceres & amici vix sibi temperare poterant, quin nescio quæ præpostera iudicia ferrent, & in verba a moderatione animi exorbitamia prorumperent. Dux sane Vinariensis Bernhardus haud semel erga nos restatus fuit, quantum sibi displiceret, quantumque offenderetur illa deductione. Lue vos, inquiebat, intempestiue agitant, vt illud vobiscum ita circumducatis & spectandum exhibeatis. Satis inquietudinum & molestiarum bonus Princeps habuit in vita; seuia fortuna hue illue iactatus & sine lare obeuare coactus: iam nec in morte, quæ omnibus mortalibus requies est, quietem & stabilem sedem inuenire potest. Verum enim vero Regina Elisabetha grauissimas causas habuit, cur cadauer Mariti Regis Francoualiæ periculo ignominiæ expositum, si hostis vrbe potiretur, relinqui noluerit; sed inde euehi præcepérit. Non solum autem amorem & fidem coniugalem, sed etiam curam & solicitudinem, quam habebat honoris & existimationis tum sua, tum mariti in eo testari, simul etiam se timore, quo continuiter torquebatur, liberare voluit. Prudentissima enim semina semper timere necesse habuit, ne cadauer vbe capta hostipræda sallum contumelia & ignominia afficeretur & vel in locum infamem defoderetur, vel concrematorur sparsa in aërem & aquas fauilla, sicut fieri solet cum peraduellibus & reis læsæ Maiestatis, quorum memoria post mortem condemnatur, & in cadauera pœna exercetur. Illius sœdi criminis cum hostes Regem Fridericum insimularint ac ideo prosiripserint, quæ cautio satis idonea dari potuit, eos si cadauere potirentur illius, quem viuum tanto odio prosecuti sunt, & in potestate sua, vt in eum exemplum statuerent memo-*

ran-

sepulto eodem Sedani 22) Ducatus Bullionensis oppido, Campaniæ finitimo.

§. LXXIV. Cæsarei interea post hanc victoriam, per Sueuiam, terras potissimum Würtenbergicas late grassantur, Dünckelspühlam 23) & in Franconia Mergentheimum, Königshouam, Kitzingam, Ochsenfurtum, ac postea Sueinfurtum, Würtzburgum, Weinsheimium & Weissenburgum capiunt. 24) Diuersa parte Bauari, Gronsfeldio duce, in Palatinatum vertunt, Heidelbergam, Wertano Duce III. Nouembris tentant; adueniantes vero e Wetterauia Bernhardo Duce, obsidionem soluunt, Schorndorfium XXIV. Nouembris capiunt. 25) Et licet Heidelbergensis arx denuo, Diodato tribuno duce, Decembri mense tentaretur, aduentantibus tamen in auxilium Gallis, liberabatur. 26) Dum interea Philippus Mansfeldius in Wetterauiam irrumperet, Braunfelsam & Fridbergensem arcem caperet, Francofurtum eminus obsideret. 27) In Sueuia, Augusta graui licet annonæ penuria pressa, hostium tamen pertinaciam fide sua & Winckelii præfecti vicit. 28) In Saxonia inferiore, Guelferbytum frustra tentabatur, Minda vero a Georgio duce per menses aliquot obsessa XV. Octobris deditur; quam X. Nouembris Stoltenauia sequitur. 29)

§. LXXV. Dum autem a Gustaui morte, ad pacem magis inclinare videretur Io. Georgius I. Saxoniæ Electo, quam etiam Arnheimius & Consiliarii quidam, qui auro Hispanico ferebantur esse corrupti, magis promouere studebant, varii de pace instituebantur conuentus. Sub initium anni 1634. clandestina cum Fridlando erant consilia, quæ per cædem ipsius fuerunt interrupta. Post eam mittebantur ab Hispaniæ Rege per Baronem Paradæsum litteræ, quibus ille operam suam componendo dissidio Cæsarem inter & ipsum offerebat. Paulo post, Henricus Iulius Lauenburgicus Dux a Cæsare ad vtrumque Electorem mittebatur, ambos ad Tractatus pacis secum suscipiendos inuitans. Addebantur a Cæsare ad Saxonem peculiaria promissa de summo Cæsarei exercitus imperio in ipsum conferendo, si suas copias coniungere veller, aut per totam Silesiam pro Saxonicis hospitia, si induciæ placerent. 30) Denique & palam inuitante Cæsare, legatos suos Leutmericiam Bohemiæ mittebat, qui cum Deputatis Cæsareis congrederentur. Ferebatur tamen, illo tractatu de præuiis duntaxat negotiis agi, & vt cognosceretur, quas conditiones ferre aut admittere Catholici velint; viamque adeo Daniæ Regis mediationi, ac communis pacis tractatibus sterni. Idque Regi Daniæ, per litteras XXX. Maii scriptas & Oxenstiernæ per Legatos significat. Frustra ad hunc Conuentum quoque inuitatur Brandeburgicus. 31) Tandem, post cladem Nordlingensem pacis consilia magis feruebant & XXII. Nouembris 1634. Pirnæ, Gallis licet frustra contradicentibus, in certa capita conuenit, 32) quæ, cum XI. Ianuarii Ordinibus suis Prouincialibus expoſuiſſet 33) Elector, XXVIII. Februarii 1635. Laubnæ armistitium inter Cæsarem & Saxonem est secutum. 34) Nihilominus ad bellum se præparat, Brandeburgicum vero Electorem, Ducem Luneburgensem frustra sollicitat. 35) Hinc XXX. Maii 1635. post aliquot capita Pirnensibus tractatibus vel addita vel alterata, 36) Pax Pragæ fuit concluſa his conditionibus;

randum; non idem auſuros Ego quidem optaſſem; illud vel ſepulturæ maiorum dudum illatum, vel citius & alio, quam in Galliam translatum fuiſſet: ſed quia verumque neglectum; cum modeſtia ferendum & excuſandum eſt. Ex his ni fallor, ſatis clare vides, quid de infubito noſtro diſceſſu, ſeu fuga e Palatinatu deque deuectione & transportatione cadaueris Regis Friderici iudicandum ſit.

22) IAC. BALDE equidem S. I. *de Vanitate Mundi poëm. LXXII.* ſic de eo

Vbi minorum gentium
Fridericus ille friget?
Nimem videns in purpura
Tantum ſemel cadentem:
Vnius anni regulus
Hoc nomen inquinauit:
Iam puluis eſt, iam vermis eſt.
Cui vero nota tumba eſt!

Verum in Galliam Corpus Friderici fuisse delatum, docet Rusdorfius, Sedanum indicat IOANNIS *Append. Poſter. ad* PARRI *Hiſtoriam Palatinam p.* 533.

23) CHEMNITZ *p.* 543. PVFENDORF §. *LXXXII.* KHEVENHILLER *Tom. XII. p.* 1241.

24) CHEMNITZ *p.* 581. PVFENDORF §. *CII.* WASSENBERG *p.* 342.

25) CHEMNITZ *p.* 575. PVFENDORF §. *XCVIII.* KHEVENHILLER *p.* 1335.

26) CHEMNITZ *p.* 576. PVFENDORF §. *C.* KHEVENHILLER *p.* 1347.

27) CHEMNITZ *p.* 573. 576. PVFENDORF §. *CI.* KHEVENHILLER *p.* 1340.

28) CHEMNITZ *p.* 578. PVFENDORF §. *CI.*

29) CHEMNITZ *p.* 584. PVFENDORF §. *CIV.* KHEVENHILLER *Tom. XII. p.* 1367.

30) CHEMNITZ *p.* 360. PVFENDORF *lib. VI.* §. *XXXI.* KHEVENHILLER *Tom. XII. p.* 1380.

31) PIASECIVS p. 471. *Elector Saxoniæ ſtatim vt intellexerat de illo conflictu Nordlingenſi, relicta obſidione Pragæ, ex Boëmia abduxit ſuos exercitus, & tractatum pacis, quem habebnus Legati Cæſaris cum ipſis Conſiliariis Lutomericii lentis colloquiis traxerant, (nempe veritus ne tota belli moles cum pœnis læſæ Maieſtatis in ſuum caput reſideret) feruentius promouere curauit.* CHEMNITZ *p.* 494. PVFENDORF *lib. VI.* §. *LIX.*

32) CHEMNITZ *p.* 571. 597. PVFENDORF *lib. VI.* §. *XCV. CVII. lib. VII.* §. *VIII.* KHEVENHILLER *Tom. XII. p.* 1381. LVDOLPH *lib. XXXIV. c. II. n.* 67.

33) CHEMNITZ *p.* 675. PVFENDORF *lib. VII.* §. *XXVI.* KHEVENHILLER *pag.* 1387. 1681.

34) CHEMNITZ *p.* 677. PVFENDORF §. *XXVI.* Extant inducirum tabulæ apud LONDORPIVM *Tom. IV. p.* 456. du MONT *Tom. VI. p. I. p.* 85. KHEVENHILLER *p.* 1673. HELVICVS *lib. XXIII. p.* 248.

35) CHEMNITZ *p.* 679. PVFENDORF §. *XXVII. XXVIII.* KHEVENHILLER *p.* 1677.

36) Quænam capita in pace Pragensi fuerint alterata,

nibus, vt bona ecclesiastica mediata ex vigore Transactionis Passauiensis Possessoribus relinquantur. Bona vero immediata, & mediata post Transactionem Passauiensem a Protestantibus occupata in eo statu, prout ab eis XI. Nouembris 1627. fuerunt possessa, ad quadraginta annos vsque relinquantur, & si a Catholicis ablata, ipsis restituantur; exceptis iis, pro quibus ante istum terminum in Camera Imperiali lis fuerit mota. Interea temporis controuersia vel amicabili compositione, vel via iuris definiatur. Augustus, filius Electoris secundus Magdeburgensem Archiepiscopatum ad dies vitæ obtineat, reseruatis Christiano Guilielmo Brandeburgico duodecim millium Ioachimicorum annuis. Leopoldum Guilielmum maneat Præfulatus Halberstadtiensis. Ordini Equestri immediato & Ciuitatibus Imperii religionis securitas reseruatur, Donawertha in pristinum statum restituatur, quamprimum Bauaro de belli impensis fuerit satisfactum. De exercitio religionis in terris hæreditariis, æquando numero Assessorum Cameræ & Iudicii Aulici vtriusque Religionis, inposterum agendum, Visitationes Ordinarias esse restituendas. Palatino omnis spes restitutionis fuit præclusa, Megapolitanis vero Ducatus restitutio fuit decreta. Restituantur vtrinque ablata, Galliæ etiam & Sueciæ Reges eo adigantur. Generali Amnistia singuli fruantur, exceptis iis, qui in caussa Bohemica & Palatina fuerint comprehensi, vel speciali Recessu indicati. 37) Militia Imperii restituatur, ad eandemque centum viginti menstrua Romana constituantur, Comitia indicantur, omnes vero Ligæ hucusque factæ cessent. 38) Huic autem pacificationi, dum Legis instar vniuersalis haberi

alterata, adiecta, vel omissa, docet HISTORISCH ARCHIV *p. II. p.* 206. PVFENDORF lib. VII. §. XLIII. *Interea plene adornandis, quæ Pirnæ concepiæ erant, pacis legibus, Legati a Saxoniæ Electore & Georgio Landgratio Prægam venerient. Qui postquam ad negotium expediendum cum Commissariis Cæsareis accessissent, deprehendebant, Cæsareos Pirnensi Instrumento multa addidisse, in eodem multa omisisse, aut interposuisse; vt Electorales istud subscribere non ausi, quoadam suorum Dresdam remitterent, expectende Electoris declarationi.*

37) Recessus desuper eodem die fuit formatus apud du MONT *Tom. VI. p. I. p.* 99.

38) PIASECIVS p. 471. *tandemque Prægæ Anno subsequente pacem concluſi non pro sua parte tantum, sed pro tota Germania, idque conditionibus durioribus ordini Fœderatorum, quorum caussæ Religionis nonnisi inducie ad annos quadraginta fuerunt ubi concessæ, & restissa omnis spes restitutionis in gradum pristinum Palatinorum, præsertim quoad, ditiones Electorales ipsumque Electoratum, eius successione hæreditaria ad Ineam Bauaricam Vilhelmianam translata, ac plerique fœderis sociis, quos ipsemet Saxoniæ Elector in Lipsiensi, Anno Christi* 1631. *Conuentu ad arma contra Imperatorem sumenda concitarat, ab illa Amnestia excluſis, Boëmiaque perpetuæ Austriacorum hæreditati addicta; Tum & Electione futura Regis Romanorum stabilita: prorsusque adoleuit sua specie illius pacis Pragensis lex Maxestatis Monarchiæ in Germania, vt singularius attingamus suo loco.* Idem p. 483. *conuenerant itaque primum Lutomericii ac Pirnæ, deinde initio ipsius Anni* 1635, *Prægæ Delegati Cæsarei & Saxonici, ac post multimodas disceptationes, tandem die* 30. *Maii eiusdem Anni conscripserunt conditiones pacis Germaniæ, seu verius quoadam fœdus Imperatoris cum Electore Saxoniæ, qui tali conditione pacificebatur pro reliquis Germaniæ Ordinibus, si eidem fœderi subscriberent.* Sequuntur deinde apud eundem pacis capita. His finitis p. 483. pergit: *ista autem pacificatio Pragensis, magis concitauit incendium in Germania bellicum quam restinxit: exhorruerunt enim omnes ad tantam nouitatem, quod contra morem receptum patrium, sine Comitiis Generalibus, vel aliquo Conuentu Germaniæ Ordinum legitimo, vnus solus Elector Saxoniæ pro omnibus talia præsumpserit, in quibus cumprimis beneficium Passauiensis concordiæ eius interpretatione Dissidentibus in Religione prorsus adimitur, & nonnisi breues annorum quadraginta inducias concedunt: Imperatori stabilitur potestas Monarchica vsurpata in abdicando Friderico Palatino & transferendo eius Electoratu ad Duces Bauariæ, caussa eius non cognita, nec seruata vlla iudicii norma in Constitutionibus Imperialibus ad hoc præscripta: ac in mancipanda libera Bohemiæ contra omne fas in eius suum hæreditarium; plurimi innoxii boni suis spoliati, ab omni restitutionis & Amnestiæ spe excludantur, ac in desperationem adducantur; Dynastis nominis magni externis, qui toties pro componendis bisce Germaniæ motibus, authoritatem suam grauissime interposuerant, opes suas ingentes, vitam vtcsque exercitum immensorum pro conseruanda libertate Germaniæ auita inuitati, suppliciterque (etiam ab ipsomet Electore Saxoniæ) exorati expositerant, bellum indicitur, milites conscribuntur, armantur; tributa pro eorum stipendiis imperantur, hospitia, hyberna assignantur, vt ibi non tam pax dari, quam classicum longe grauioris belli cani videatur. Consuli potest de his Iustus Asterius in suo libro de hac pace, Parisiis typis impresso. Sed tamen pleraque Ciuitates Imperiales huiusmodi pacificationem Pragensem suscepterunt, sussicere sibi ratæ, si eius præsidio a præsenti calamitate seruarentur, nepotibus autem integram relinquerent curam propugnandarum suarum immunitatum, si post quadraginta induciarum annos maiori necessitate vrgebantur.* CHEMNITZ p. 708. PVFENDORF §. *XLIII.* Extant pacis articuli apud LONDORPIVM *Tom. IV. p.* 458. in Corpore Recessuum p. 1019. VOGEL *p.* 522. LVNIGIVM *p. Gen. Cont. II. p.* 102. KHEVENHILLER *Tom. XII. p.* 1690. du MONT *Tom. VI. p. I. p.* 88. HELVICVS *lib. XXXIII. p.* 356. THEATR. EVR. *Tom. IIX. p.* 425. 472. HISTOIRE DES TRAITTES DE PAIX *Tom. II. p.* 143. LE VASSOR *lib. XXXVIII. p.* 547. LVDOLPH *lib. XXXV. c. II. n.* 33. Contra hanc pacem BERNHARDVS COMENIVS scripsit *prodromum exequiarum funeſtæ pacificationis Pragensis* & IVSTVS ASTERIVS siue potius TILEMANNVS STELLA *deplorationem pacis Germaniæ.* Pro eadem facit INNOCENTIVS EHRENFRIED von CREVTZLAG siue PETRVS OSTERMANNVS *im Schwedischen Staatsspiegel, Vindiciæ pacis Pragensis & Gegründete Ablehnung etlicher wider den Pragischen Friedensschluss moutirter* dubiorum. Obseruationes contra hanc Pacem vide in *Historie der Religions-Beschwerden p. I. c. IV.* §. *LXI.* Accurate de eadem iudicat SPANHEIM MEMOIRES DE LOVISE IVLIANE *p.* 328. *Il semblois que dés que ce Traitté, seroit ietté en monde, que l' Empire reprendroit vne nouvelle face, que les armes tomberoyent a chascun des mains, & que le temple de Ianus seroit clos & barré à tout iamais. Ces avantages apparens & desirables pouvoyent surprendre un Prince pacifique eſtans infinuez avec dexterité par ceux qui avoyent beaucoup de part en sa confiance*

beri deberet, adiectus fuit Receſſus ſpecialis, per quem vtraque Luſatia Saxoniæ Electori pleno iure ceditur, & per Cæſaris Commiſſarios XXIV. Aprilis 1636. in ipſum plane transfertur. 39)

§. LXXVI. Inter has negotiationes, ipſi Sueci vna cum Oxenſtierna pacem captabant, 40) Hugone Grotio ad Gallos miſſo, qui Suecorum ibi negotia tractaret. 41) Conuentus igitur Wormatienſis ad diem X. Ianuarii 1635. indicitur, ſed cum pauci adhuc Ordines adeſſent, auctо horum numero VII. Februarii fit ab Oxenſtierna propoſitio, quibus legibus, Bernhardo Duci, Imperium in exercitum deferendum, vnde miles ſuſtentandus, quid circa tractatum Pirnenſem ipſis ſit obſeruandum. Tranſigitur igitur cum Bernhardo ſuper militari Imperio, media vero ſuſtentandi exercitus pauca reperiuntur, ad Saxoniæ Electorem & Daniæ Regem litteræ mittuntur, ipſe quoque Oxenſtierna iter in Saxoniam parat. Decretum fit XX. Martii, quod tamen Oxenſtierna ſubſcribere abnuebat, ne fœdus Gallicum in fraudem Sueciæ probare videretur. 42)

§. LXXVII. Durantibus hisce de pace Conſiliis, Bernhardus Dux Ianuario menſe 1635 in Wetteraiam irrumpit, ſed aduentante Cæſareo milite ipſi ſuperiore, Rhenum verſus redit, dum interim Cæſarei per Wetteraiam late graſſarentur, 43) atque XIV. Ianuarii circa horam quartam matutinam Philipsburgum ſocordius cuſtoditum, per foſſam glacie ſolidatam admotis ſcalis capiunt. 44) Poſtquam vero Bernhardus Dux per legatum ſuum de Ponickau d. 26. Octobris 1635. cum Gallorum Rege Tractatus iniuiſſet de exercitu duodecim millium peditum, ſex millium equitum formando, conſeruandoque, ſubſidiis ipſi a Gallo quatuor Millionum promiſſo, vlterius in Alſatiam pergebat. 45) Henricus Ludouicus vero, Naſſouiæ Comes, pro Fœderatis Braunfelſam, munitiſſimam Wetteraiæ arcem XVIII. Ianuarii intercipit, Cæſarei XXIII. Ianuarii Spiram ad deditionem compellunt. 46) In Sueuia, Auguſta Vindelicorum, & poſtquam Eberhardus Dux Pragenſem Pacem acceptaſſet, ſub certis conditionibus Cæſar iterum fuit conciliatus. 47) Poſtquam extremam famem fuiſſet perpeſſa, XVIII. Martii ad deditionem a Cæſareis fuit compulſa. 48) Würtenbergicas arces mora temporis, & fames paullatim ſub iugum Cæſaris redigebat, excepta Twila, a tempore Nordlingenſis prælii arctius incluſa. Vlma quoque Pragenſem pacem amplectitur. Tandem & Memminga Cæſareis armis vndique præualentibus, ſe ſubmittit. 49) In Franconia vero, Cæſarei arcem Würtzburgenſem, Pappenheimenſem, Coburgenſem capiunt. 50) Chriſtianus Marchio, Cæſareum præſidium in arcem ſuam Blaſiburgum recipit, Noribergа etiam XVII. Iunii pacem Pragenſem amplectitur. Ita fœdus Euangelicum per Superiorem Germaniam penitus fuit extinctum. 51) Landgrauius, Suecis ad finem vsque belli fidelis, a Cæſareis premitur. 52)

In Sa-

conſiance & en ſes graces. Mais on ſe gardoit bien de luy monſtrer le reuers, que par ce Traitté la domination deſpotique de la Maiſon d' Auſtriche ſeroit affermie en l' Empire, l' Allemagne mise dans les fers, les armes arrachées a tous les Proteſtans, & miſes es mains d' un prince heritier preſomtif de la troiſieſme Couronne, vne Maiſon Electoral opprimée, le contre poids du College Electoral lové pluſieurs puiſſans Royaumes irritez, leurs armes attirées, & qu' au bout l' Electeur de Saxe ſeroit le tablier funeſte, au quel ce Traitté ſeroit debattu autrement qu' a Pirne & a Prague. Et p. 331. *La plus part du monde baptiſoit ce Traitté du nom de tablature de la Servitude Allemande, & de la conſpiration faitte contre les ennemis de la Maiſon de Auſtriche, tout y ayant eſté paſſé en ſa faveur, & touts les Princes & Eſtats taillez & mutinez a plaiſir.* Plures ſcriptores recenſet GRYPHIVS *de Script. ſec. XVII. p.* 128. De hac pace:

Praga atrox orbi quæ protulit impia bellum,
quo pacto pacem redderet illa bonam.

39) De hoc GROSSER *Lauſitz. Geſchichte p.* 254. qui etiam integrum Receſſum ſecundarium inſeruit, & LVNIG *p. ſpec. p.* 127. Idem *p. ſpec. ſect. II. p.* 275. du MONT *Tom. VI. p. I. p.* 101. 125. qui etiam d. XII. Iunii 1635. Badæ per litteras patentes hanc pacem omnibus ſignificauit p. 108. Mandatum exhibet Plenipotentiariis Saxonicis deſuper datum. BVRGOLDENSIS *p. I. diſc. I. §. LXX.* THEATR. EVR. *Tom. III. p.* 647. MVLLER *Ann. Sax. ad* 14. *Aprilis* 1636. LVDOLPH *lib. XXXVI. c. II. n.* 55.

40) CHEMNITZ *lib. III. p.* 621. PVFENDORF *lib. VII. §. I. III.*

41) CHEMNITZ *p.* 622. PVFENDORF *§. IV.*

42) CHEMNITZ *p.* 623. PVFENDORF *§. V. VI. VII. VIII.* Extant quædam ſcripta huc facientia apud LONDORPIVM *Tom. IV. p.* 454.

43) CHEMNITZ *p.* 640. PVFENDORF *§. XII. XIII.*

44) PIASECIVS p. 482. *Dolus quoque ipſis* (Cæſareis) *fatis fuit, nam initio eiusdem anni Philippi caſtrum, quod Galli a Suecis per pactionem acceptum male cuſtodiebant, Caſpar Bambergerus Tribunus militum Cæſareus, immiſſis in habitu ruſticano intro quinquaginta ſelectioribus ex ſuis militibus, & ſigno ab eis accepto, nocte intempeſta vallo ſaſſisque ſuperatis intuſit, præfidiarios Gallosque partim trucidari, partim captiuos Heilbronam conduci fecit.* CHEMNITZ *p.* 643. ADLZREITER *p. III. lib. XX. n.* 19. PVFENDORF *§. XIV.*

45) HISTOIRE DES TRAITTES DE PAIX *Tom. I. p.* 511.

46) PIASECIVS *p.* 482. CHEMNITZ *p.* 644. PVFENDORF *§. XV.*

47) Extant conditiones apud KHEVENHILLER *Tom. XII. p.* 1961.

48) PIASECIVS *p.* 482. CHEMNITZ *p.* 653. PVFENDORF *§. XIX.* LVDOLPH *lib. XXXV. c. II. n.* 22. ADLZREITER *p. III. lib. XX. n.* 22. Extremam famem, quam Auguſtani perpeſſi, deſcribit CARVE *Itin. c. XV. p.* 134. KHEVENHILLER *Tom. XII. p.* 1705.

49) CHEMNITZ *p.* 708. PVFENDORF *§. XLII.* PIASECIVS *p.* 486. KHEVENHILLER *Tom. XII. p.* 1716. 1752.

50) PIASECIVS *p.* 482. CHEMNITZ *p.* 663. PVFENDORF *§. XX.* KHEVENHILLER *p.* 1753.

51) PIASECIVS *p.* 486. CHEMNITZ *p.* 707. PVFENDORF *§. XLII.*

52) CHEMNITZ *p.* 665. PVFENDORF *§. XXI.* KHEVENHILLER *p.* 1742.

53) CHEM-

In Saxonia inferiori nutabat Georgius Dux, 53) dum Suecorum ſucceſſus non parum imminueret. Friderico, Daniæ Regis filio Bremenſis Præſulatus, mortuo Io. Adolpho XIX. Februarii fuit conceſſus. 54) Apud Treuiros ſecurius agente præſidio Gallico, Hiſpani XXVII. Martii ſummo mane vrbem irrumpunt, portam petardis aperientes, ac quidquid Gallorum reſiſtebat, concidunt, cæteros, quos fuga non eripuerat, ipſumque Electorem Treuirenſem, Philippum Chriſtophorum a Sötern, eo quod ſub Gallorum protectionem ſe dederat, & Buſſium præfecti filium Viennam captiuos abducunt. 55) Bernhardo vero Duce Galliam verſus ſe recipiente, Cæſarei Wormatiam capiunt & Luteram, Moguntiam tentant. 56)

§. LXXVIII. Poſtquam igitur Saxoniæ Electoꝛ per legatos ſuos, Ioannem de Porta & Io. Paulum Monachum Oxenſtiernæ rationes expoſuiſſet, quæ ipſum ad amplectendam Pragenſem Pacem permouerint, ipſumque ad pacem fuiſſet adhortatus, 57) Oxenſtierna cum Saxoniæ Electore & ante, & poſt pacem Pragenſem, per Brandenſteinium potiſſimum Comitem, varie tractabat, qua ratione per ipſum etiam pax firma cum Cæſare poſſit concludi, Coronæ Sueciæ atque Ordinibus Euangelicis ſatisfieri. 58) Sed, dum irriti eſſent tractatus, Electoꝛ copiis e Sileſia firmatus, exercitum duodecim equitum, quindecim peditum millia explentem, per Halam & terras Anhaltinas propius Suecis admouet, his Magdeburgum verſus recedentibus. 59) Interim, Electoꝛ Ordines vtriusque Saxoniæ ad pacem amplectendam perſuadere conabatur, iactans; modo Sueci ex hoc negotio remoti forent, ſe cæterorum Proteſtantium copiis ſtipatum, lautiores quam Pragæ conditiones a Cæſare obtenturum. Nec ſucceſſu conatus carebat. Nam plerique Ordinum, inprimis Anhaltini, Wilhelmus Dux Saxoniæ, & Saxoniæ Inferioris Ordines, Electoꝛ Brandenburgicus pacem iſtam acceptabant. Erfurtenſes etiam Suecorum præſidium emittebant. 60) Dum interea Cæſarei in Pomeraniam & Haſſiam irrumperent, Dux & Landgrauius nutarent. 61) Et dum in Superiori Germania Cæſarei ad Gallos ex vniuerſa Germania eliminandos incumberent, Francofurtum pacem acceptabat, 62) Conſilium Formatum ibidem congregatum plane diſſoluitur. 63) Qui Argentorati degebant Principes, Comites, & ex equeſtri Ordine omnes pacem reſpiciebant, miſſis ad Hungariæ Regem, quo pro ipſis tranſigeret; quorum aliquibus ſat æquæ, reliquis aſperæ leges fuerunt dictæ, Marchio tamen Badenſis Gallorum promiſſa ſecutus, his ſeſe plane addixerat. Ducis Würtenbergici Legatis, quos Hungariæ Rex ipſe audire dedignabatur, Curtius reſpondebat, eum Principem pace excluſum, & cum Cæſare agendum, vt ex gratia partem regionis ipſi reſtituat. 64) Dilsberga inde & Heidelberga XXVIII. Iulii deficientibus alimentis, deditionem faciunt, Moguntia vero tunc a Gallaſio fruſtra obſidetur, Binga & Saxenhuſa a Cæſareis expugnantur. 65) Saxones vlterius pergentes quasdam vrbes Magdeburgenſis Præſulatus, Suecis eiectis capiunt, 66) ſed peditatus ipſorum ſub Baudiſio ad Dœmitziam, quam expugnare cœperant, ſeptem millibus conſtans, XXII. Octobris a Banerio pleramque partem conciditur. 67) Interea Cæſarei VIII. Octobris Stargardiam expugnant, ad Wollinum vero pellun-

53) CHEMNITZ *pag. 667.* PVFENDORF §. *XXVII.*

54) CHEMNITZ *lib. II. p. 554. lib. III. p. 669.* PVFENDORF *lib. VI.* §. *CIX. CX. CXI. lib. VII.* §. *XXIII.*

55) PIASECIVS p. 482. *ſimili aſtu, licet ex cauſa longe diuerſa, Hiſpani ex præſidiis Lucemburgenſibus collectis tribus millibus militum veteranorum, eisque a Theonuille ſecundis aquis Moſella Trecirum nocte ſub finem menſis Martii huius Anni deductis, Ciuitatis illius nil hoſtile expectantis inde, (nempe a Catholicis & potius ad defenſionem ipſius, ex pacto veteri Ducum Lucemburgenſium obligatis) portas exoſtris ſiue machina pyrobolari Petarda vulgo dicta effregerunt, Ciuitatemque in ſuam poteſtatem redegerunt, cæteris prope ducentis præſidiariis, quos ex Gallis ille Electoꝛ conſcripſerat; quin & ipſummet Electorem captiuum fecerunt, abduxeruntque Bruxellas; demumque ad Imperatorem ad diuturniorem detentionem amandarunt ſub cuſtodia, oneratum ſuſpitionibus quaſi Gallis conſentiret; cum tamen ille Gallicum præſidium accerſierit nonniſi contra vim Suecorum, quam ſub præſidiis Hiſpanicis ſeu Cæſareis (vt euenit aliis Epiſcopis locisque Germania, præſertim Moguntino, & Philippi caſtro) cuitare nequiuiſſet. Ideo non licuit tunc vti prouido conſilio, vt quis ſaluaret ſe in illa tempeſtate ab hoſte externo, niſi ab amicis maiori calamitate obrui voluiſſet.* CHEMNITZ *p. 649.* PVFENDORF §. *XVII.* RHEVENHILLER *Tom. XII. p. 1770.*

56) CHEMNITZ *pag. 706.* PVFENDORF §. *XL. XLI.* ADLZREITER *p. III. lib. XX. n. 26.* CARVE *Itin. pag. 140.* Le VASSOR *lib. XXXVII. p. 378. lib. XLIII. p. 412.*

57) Inſtructio legatorum aliaque Acta extant apud RHEVENHILLER *Tom. XII. p. 1725.*

58) CHEMNITZ *pag. 733. 743.* PVFENDORF §. *LVI. LIX. LXII. LXIII. LXVI.* Extant de hoc varia ſcripta apud LONDORPIVM *Tom. IV. p. 487.*

59) CHEMNITZ *pag. 762.* PVFENDORF §. *LXIV.*

60) CHEMNITZ *pag. 769. 777.* PVFENDORF *lib. VIII.* §. *XLVI. XLVII. XLVIII. L. LXXI. LXXII. LXXIII. LXXIV.* HELVICVS *lib. XXIII. p. 361.* In LVNIGII *Staats-Conſiliis Tom. II. p. 292.* reperitur Conſultatio de hac pace acceptanda.

61) CHEMNITZ *pag. 803.* PVFENDORF §. *LXXX. LXXXI. LXXXII.*

62) PIASECIVS *p. 486.* CHEMNITZ *p. 826.* PVFENDORF §. *LXXXVIII.*

63) CHEMNITZ *pag. 829.* PVFENDORF §. *LXXXIX.*

64) CHEMNITZ *pag. 826.* PVFENDORF §. *LXXXVIII.*

65) CHEMNITZ *p. 830.* PVFENDORF §. *XC.* ADLZREITER *p. III. lib. XX. n. 34.* RHEVENHILLER *p. 1737. 1759.*

66) CHEMNITZ *pag. 849.* PVFENDORF §. *LXVII. XCV.*

67) CHEMNITZ *pag. 853.* PVFENDORF §. *XCVII.*

68) CHEM-

pelluntur. 68) Banerius IX. Decembris Hauelbergam expugnat. 69) In Franconia vnicum Succis superstes oppidum Königshouą III. Decembris Cæsareis deditur. 70) Ad Rheni tractum Franckenthalia, fame coacta, mense Octobri in hostium manus concesserat. Mox Gallasius e Lotharingia, re infecta regressus, & magna exercitus parte per famem ac pestem consumta, in Alsatia Tabernis cum arce Hohenbaara & Dachsteinio oppido potitur, arcem tamen deserit. Hagenoam per octo dies Cæsarei tormentis verberauerant, sed premente fame, & contagio immensum grassante, re infecta discedunt. Moguntia ob annonæ defectum deditur. 71) Et licet mediante Adolpho Friderico, Megapolitano Duce, de pace ageretur, frustanei tamen fuerunt conatus. 72)

§. LXXIX. Postquam autem, contranitente licet Cæsaris legato, XII. Septembris a. 1635. inducie inter Suecos & Polonos Stumsdorfii ad annos XXVI. fuissent conclusæ, 73) cum Gallis etiam in nouæ confœderationis capita Wismariæ XX. Martii 1636. fuit conuentum, 74) Pacis bellique consilia eodem anno agebantur. 75) Ineunte statim anno, Sueci Misniam inuadunt, ibidemque mira crudelitate grassantur. Sed aduentante Saxone electore, versus Albim regrediuntur. 76) Saxo potissimum & Banerius circa Salam & Albim hærebant, 77) vsque dum Saxo Hatzfeldio iunctus, 78) Magdeburgum obsideret; cui Banerius XXX. Iunii frustra cupit succurrere, 79) quæ tamen vrbs III. Iulii ob pulueris pyrii defectum Saxoni fuit dedita, licet præfecti Io. Drakius & Salomon Adami Werbenam statim captiui fuerint adducti ad cassiam dicendam. 80) Hinc Saxo, Cæsareo milite stipatus, Hauelberga, Werbena, Ratenania & Brandeburgo potitur. 81) Vlteriores progressus in Pomeraniam prœlium ad Witstockium XXIV. Septembris 1636. interrupit, vbi Sueci facti fuerunt victores. In loco conflictus, cæsorum Saxonum & Cæsareorum inter quatuor & quinque millia reperta, præter eos, qui in fuga fuerant trucidati, quos inter vndecim equitum centuriæ. Sed maxima clades peditatui Cæsareo incubuerat, qui parum abfuit, ab internecione. 82) Banerius inde, postquam Cæsareos vltra Hassiam propulsasset, Erfurto potitus, in Misniam tendit, 83) Torgauiam a. 1637. occupat, Lipsiam obsidet, quam tamen post grauem obsidionem d. VI. Februarii a. 1637. iterum relinquunt. 84) Interea Wrangelius Gartzio XIII. Septembris expugnato, in Marchiam progreditur & Cüstrino frustra tentato, Francofurto vero expugnato, in Pomeraniam reuertitur. 85)

§. LXXX.

68) CHEMNITZ *pag. 854.* PVFENDORF §. *XCIX. C.*

69) CHEMNITZ *pag. 901.* PVFENDORF §. *CXVI.*

70) CHEMNITZ *pag. 914.* PVFENDORF §. *CXXI.*

71) PIASECIVS *p. 486.* CHEMNITZ *p. 919.* PVFENDORF §. *CXXII.* KHEVENHILLER *p. 1971.*

72) CHEMNITZ *pag. 865.* PVFENDORF §. *XCII.* Extant de hoc varia scripta apud LONDORPIVM *Tom. IV. p. 523.*

73) PIASECIVS *p. 480. sed statim legati diuersorum Principum, præsertim Claudius Memmius de Auo Galla Regis, ac Dnglaius Comes Anglia Regis legatus, tum & Hollandorum Ducisque Prussiæ Oratores intercesserunt, vt arma cohiberentur ad paucos dies, quibus durantibus, maxime conuitentibus Proceribus Polonis efficerent, vt Rex licet magis properaret ad bellum (Cæsaris legatus importune suadebat bellum, quo Sueci a rebus Germanicis reuocarentur) permisserit haberi colloquium de pace. Ad hoc itaque inducias breuibus proclamatis, Delegati ex Comitiis Regni Poloniæ, quorum Princeps fuit Iacobus Zadzik Archi-Cancellarius Regni Poloniæ designatus Episcopus Cracouiensis, & ex parte Successorum Pontus de Garde, Ioannes Vrangel Præfectus militiæ Succicæ, Oxensierna iunior, & Abrahamius Vdenhofius, conuenientes Stumdorfii, post longas ac molestiores de prærogatiuis ac titulis sui cuiusque Regis, tum & de literis fidei ac mandati disceptationes, tandem pacem tractarunt. Et quidem propositum omnibus erat vniuersas inter hæc Regna controuersias sopire, solidamque in perpetuum pacem stabilire. Sed cum Rex Vladislaus cum suis Germanis fratribus, vti Sueci requirebant, titulo Regis Succiæ, & iure hæreditaria successionis in Regno Succiæ sese abdicare (licet hoc circa suam inauguarationem Polonis sygnapha secretiori caueat,) omnino nollet, nonnisi inducia ad annos viginti sex, nempe ad vndecimam mensis Iulii diem, Anno Christi 1661. fuerunt stabilitæ.* Sequuntur inde condelitones. PVFENDORF *lib. VIII.* §. *CXXVII.* Extant isti Tractatus apud LONDORPIVM *Tom. IV. p. 478.* RECVEIL *Tom. III. p. 371.* du MONT *Tom. VI. lib. I. pag. 115.* Le VASSOR *lib. XXXVIII. p. 577.*

74) Iamdum XXVIII. Aprilis 1635. in Compendiensi vrbe Confœderatio inter Christinam & Ludouicum XIII. fuit concluſa, quæ extat in RECVEIL *Tom. III. p. 365.* Sic etiam cum Bernhardo XXVI. Octobris talis fuit erecta *p. 373.* Hæc vero Wismariensis extat *p. 375.* PVFENDORF *lib. VIII.* §. *X. XI. XII. XIII.* apud du MONT *p. 123.*

75) CHEMNITZ *lib. IV. ineunte.* PVFENDORF *lib. VIII. ineunte.*

76) CHEMNITZ *lib. IV. p. 953.* PVFENDORF *lib. VIII.* §. *XXI.* Crudelitates, quas Sueci, Numburgi potissimum exercuerint, describuntur apud LONDORPIVM *Tom. IV. p. 561.*

77) PVFENDORF §. *XXII. XXIII. XXIV.*

78) CHEMNITZ *pag. 992.* PVFENDORF *lib. VIII.* §. *XXV.*

79) CHEMNITZ *p. 1000. 1003.* PVFENDORF §. *XXIX. XXX.* ADLZREITER *p. III. lib. XX. n. 14.* KHEVENHILLER *Tom. XII. p. 1989.*

80) PIASECIVS *p. 487.* PVFENDORF §. *LI.*

81) PVFENDORF §. *LIV.*

82) PIASECIVS §. *LVIII.* ADLZREITER *p. III. lib. XX. n. 29.* THEATR. EVROP. *Tom. III. p. 707.* WASSENBERG *p. 354.* KHEVENHILLER *Tom. XII. p. 1996.*

83) PVFENDORF §. *LXIV.* KHEVENHILLER *Tom. XII. p. 2001.*

84) KHEVENHILLER *Tom. XII. p. 2323.*

85) PVFENDORF §. *LXVI. LXVII.*

§. LXXX. In Weſtphalia, ipſis Kal. Ianuarii 1636. Cæſarei ad Haſelunam cladem perpeſſi, vt plus quam mille hoſtes cæſos in loco conflictus cum quatuor tormentis relinquerent, 86) aduentante tamen e Lotharingia Marchione de Grana cum nouis copiis, Sueci cis Viſurgim cedere coguntur. 87) Sed, poſtquam Leslæus pro Suecorum rebus reſtaurandis, in Weſtphaliam reciperetur, iſte XXVI. Aprilis Mindam in Suecorum redigit poteſtatem. 88) Wilhelmus interim Landgrauius, poſtquam diutius nutaſſet, tandem Suecis ſe iungit, 89) Lamboium, Ducem Cæſareum Hanouiæ obſidionem ſoluere cogit. 90) Ad Moſellam eodem anno, poſtquam Cæſarei per Ioannem de Werth Ehrenbreitſteinum arctius incluſum tenerent, Melander cum copiis Belgicis & Haſſiacis commeatum eo deducere conabantur, qui tamen d. 30. Ianuarii 1637. cum clade repellebantur. 91) Eodem anno Galli, Forcæo Marchione Duce, Coloredum, Ducem Cæſareum, qui poſt receptum e Lotharingia per Baſileenſium præſulatum hybernarat, eodem exhauſto, trans Moſellam in Luxeburgicum agrum abire conſtituerat, inter Rauonam & Baccaratum inuadunt, poſt acrem trium horarum conflictum cædunt, ſexcentis occiſis, totidem & vltra captis, quos inter quadraginta ſex ductores & inter hos ipſe Coloredus Nanceium deducti. 92) In Alſatia, Bernhardus Dux, poſtquam ſe cum Cardinalis de la Valette exercitu iterum coniunxiſſet, Tabernas, poſt acerrimam defenſionem demum, atque acrem Hohenbaaram ad deditionem compellit, quas Galliarum Rex d. XX. Iulii ipſi tradidit, Richelius tamen Regi ſuo iterum vindicauit. 93) In Saxonia inferiori Banerius Vltzenam & Lüneburgum in ſuam redigit poteſtatem. 94) In Haſſia vero Götzius cum Cæſareis late graſſabatur, atque in Weſtphalia Paderbornam, Suſatum, Tremoniam, Wertenſem arcem & Hammum capit, Dorſtenum in caſſum tentat. Et videbantur Haſſi tota mox Weſtphalia expellendi, ni clades ad Wirſtocum Götzii progreſſus ſtitiſſet. 95) Gallaſius quoque, denuntiato Gallis Briſaci VI. Idus Septembris bello, in Burgundiam & Galliam irrumpebat, irrito tamen conatu, niſi quod Dolam Burgundiæ a Gallis, Condæo Duce obſeſſam liberaret. 96) Imminente tamen ipſi Bernhardo Duce, Burgundiam iterum reliquit.

§. LXXXI. Inter hæc, Daniæ Rex inanem pacis tractatum Lubecæ molitur, 97) & pacis mediationem in Suecia vrget. 98) Sueci etiam conuentum qui inſtinctu Vrbani VIII. Papæ a. 1636. Coloniæ erat inſtitutus, abnuebant. 99) Mittebat tamen eo Papa Ginettum Cardinalem, Galli aliique legatos ſuos. Sed licet per triennium duraret, ſucceſſu tamen fuit deſtitutus, dum Cæſar & Friderici Palatini, & Principum Fœderatorum legatos nollet admitti. 100) Cæſar interea Ratisbonam Conuentum Electorum ad V. Septem-

86) CHEMNITZ *lib. IV. pag. 557.* PVFENDORF §. *XXXIII.*

87) CHEMNITZ *p. 958.*

88) CHEMNITZ *pag. 1009.* PVFENDORF §. *XXXVI.*

89) CHEMNITZ *pag. 960.* PVFENDORF §. *XXXVII. XXXVIII.* KHEVENHILLER *Tomo XII. p. 2013.*

90) CHEMNITZ *p. 963. 1017.* PVFENDORF §. *XXXIX. XL.*

91) KHEVENHILLER *Tomo XII. pag. 2139. 2345.*

92) PIASECIVS *pag. 487.* PVFENDORF §. *XLIII.*

93) PIASECIVS *pag. 487.* MEMOIRES de RICHELIEV *Tom. I. p. 654. 657.* In expugnatione vero Tabernarum Bernhardus Dux indicem dextræ manus digitum perdidit, in Cimebiarchio Vinarienſi hodieque ſeruatum, teſte TENTZELIO *Saxonia Numiſmatica lin. Erneſtina pag. 545.* PVFENDORF §. *XLV.* Ex illuſtri & antiqua Ponickauiorum proſapia in militia Suecorum & Bernhardi memorantur Tobias & Fabianus de Ponickau. Iſte quidem a Bernhardo Duce in Galliam miſſus a Gallorum Rege obtinuit, vt ipſi durante bello 4. Milliones librarum Gallicarum promitterentur, de quo CHEMNITZ *p. II. lib. III. pag. 835. & 920.* PVFENDORF *lib. VII.* §. *XCI.* Licet exinde integræ adhuc ſint Saxonicorum aduerſus Gallos prætenſiones. Fabianus vero de Ponickau Mauritii caſtrum prope Halam ſtrenue defendit CHEMNITZ *p. II. lib. IV. pag. 952.*

94) PVFENDORF §. *LIII. LXXII.*

95) PVFENDORF §. *LXX.* ADLZREITER *p. III. lib. XXI. n. 16.* KHEVENHILLER *p. 2018.*

96) PIASECIVS *pag. 488.* PVFENDORF §. *LXXIII.* Extat Manifeſtum apud LONDORPIVM *Tom. IV. pag. 572.* KHEVENHILLER *Tomo XII. p. 2009.*

97) CHEMNITZ *pag. 1027.* PVFENDORF *lib. VIII.* §. *XLVII.*

98) PVFENDORF *lib. VIII.* §. *LXXVIII.*

99) PIASECIVS p. 490. *Iam ante inchoata iſta Comitia* (Ratisbonenſia) *ad multiplices Summi Pontificis Vrbani VIII. perſuaſiones, vt haberetur vniuerſalis cum omnibus Principibus Chriſtianis pacis tractatio Coloniæ haberetur Agrippinæ, ad quam Summus Pontifex miſerat Cardinalem Ginettum, & Imperator deſtinarat Epiſcopum Herbipolenſem Erneſtum Fruberum, & Ferdinandum Curtzium, Hiſpaniæ vero Rex Ducem de Alcala, & Rex Galliæ Maréſchallum de Pieze, Polonia autem Rex Caſparum Dinoff Palatinum Sieradiæ, Iacobum Sobieski Palatinum Belzenſem, adiunctis ipſis Secretario talis Legationis Iacobo Maximiliano Fredro, Succamerario Premislienſi.* Le VASSOR *lib. XXXIX. p. 135.*

100) PIASECIVS p. 511. *omnium autem iſtorum bellorum vnica cauſa, rationes ſtatus Domus Auſtriacæ, ne hoc quidem anno ad aliquod temperamentum reduci potuerunt: Conuentusque ad hoc Coloniæ Agrippinæ indictus, quo minus initiaretur, nunc hac, nunc illa excuſatio obſtitit: maxime ea, quod Imperator nollet admitti ad eam Hollandos; hacque ſublata difficultate cura Legatorum Venetorum, alia emerſit de non dando ibidem loco filiis Friderici Comitis olim Electoris Palatini, ac Principibus Germaniæ Fœderatis, quaſi indignitas eſſet Imperatori, ſi cum ſuis ſubditis, iisque bello demiſſis pacem tractaret. Atque in his aliisque ſimilibus dubiis diſputandis integrum triennium effluxit: demumque ne tentata quidem tractatione concordiæ Coloniæ Legatus Papæ Cardinalis Ginettus cum aliis qui conuenerant, diſceſſit.* PVFENDORF *lib. X.* §. *XC.*

Septembris indicebat; in quo de filio ipsius Ferdinando in Romanorum Regem creando, tum de pacanda Germania proponebatur. Et circa pacem quidem id maxime anquirebatur, quomodo Galli Suecique Germania forent dimouendi, ac num omnes pace Pragensi excluſos eadem recipere fas eſſet. Dum vero Eccleſiaſtici Electores & Bauarus Cæſari eſſent addicti, Palatinus eſſet euerſus, pleraque ad ipſius nutum peragebantur. Decernebatur tractatui cum Suecis inſtituendo in aula Cæſaris locus eſſe dandum, cui nomine Collegii Electoralis Moguntinus ac Brandeburgicus intereſſe debeant, vt tamen cæteris quoque Electoribus ſi velint adeſſe, licitum ſit. Componendis inter Auſtriacos & Gallum controuerſiis, Pontifex ſe mediatorem ferebat. Sed duriſſimus nodus circa Ordines Pragenſi pace excluſos erat, quos duorum Proteſtantium Electorum Legati amneſtia comprehendendos contendebant, nec citra id Imperii tranquillitatem ſperandam. 1) Pro Palatini Electoris reſtitutione Anglici Legati Thomas Taylerus & Thomas Howardus Arundeliæ Comes nitebatur; ſimul ipſe Palatinus literis ad Collegium Electorale non ſolum, ſed etiam publicis ſcriptis ius ſuum tuebatur. 2) Cæterum Ferdinandi III. electio in Regem Romanorum XII. Decembris poſtquam ad ſeruandam Capitulationem iuramento ſe obligaſſet, facili negotio peragebatur, licet Saxo, vsque dum Generalis Amneſtia fuiſſet concluſa, eandem impedire fruſtra conaretur. 3) Licet Carolus Ludouicus Palatinus contra eandem publico ſcripto proteſtaretur. 4) Treuirenſis, qui adhuc Vienæ captiuus detinebatur, nulla in hoc conuentu habita fuit ratio, licet deſuper in Capitulatione fuerit cautum. 5) Ferdinandus etiam conſecratore Moguntino ſtatim XX. Decem-

1) PVFENDORF §. *LXXXIV.* PIASECIVS *p.489.* HELVICVS *lib. XXIV. pag.399.* THEATR. EVR. *Tom. III. p.692.* Acta huius Conuentus extat apud LONDORPIVM *Tom. IV. p.576.* LVDOLPH *lib. XXXVI. c.II. n.56.*

2) Prodiit hac de cauſſa *Manifeſtum, ſeu dedicio Caroli Ludouici ad Sacram Cæſaream Maieſtatem, continens ius ſucceſſionis in Electoratu 1637. f.* quod etiam vernaculo extat ſermone, cuius auctor habetur GOTTFRIED MELLEN, quod etiam extat apud LONDORPIVM *Tom. IV. p.640.* cui Bauarus oppoſuit *Anti-Manifeſtum*, quod etiam extat apud LONDORPIVM *Tom. IV. pag.711.* vna cum Palatini reſponſione *p.737.* Cuius eſt *brevis Manifeſtatio Anti-Manifeſti Bauarici, 1640. 4. & confirmatio manifeſtationis 1642. 4.* Sic etiam IOACHIMVS IOANNES RVSDORFIVS *Enerſionem Electoratus Bauarici, & vindicias* dedit *cauſſæ Palatinæ*, cui tamen reſpondet IO. ADLZREITERVS. Inter RVSDORFII etiam *Conſilia p.387. & 416.* varia Palatini reſtitutionem concernentia reperiuntur *p.422. Acta & Negotia Io. Tayleri & Comitis Arondeliæ ablegatorum R. Angliæ apud Imp. in cauſſa Palatina* Bauaricum autem ſcriptum contra Breuem Manifeſtationem exhibetur apud MEYERVM *Lond. ſuppl. Tom. IV. p.352.* Ad cauſſam Palatini ſpectat etiam *Epiſtola de Iure Electorali Gentis Palatino-Bauaræ 1637. 4. Poni Paleſtini Euaporatio, hoc eſt: enodatio reſponſorum & reſcriptorum in cauſſa Palatina nuper d.norum Londini 1641. 4.* Vid. BIBL. IVRIS *cap. XIV.* §. *XX.* GRYPHIVS *de Script.* Sec. XVII. p. III. KHEVENHILLER *Tom. XII. p. 2095. 2104.*

3) ADLZREITER *p. III. lib. XXI. exeunte.* WASSEBERG *lib. IV. p.388.* Le VASSOR *lib. XLI. p.105.* PVFENDORF §. *LXXXIV.* Actus Electionis deſcribitur apud LONDORPIVM *Tom. IV. p.606.* HELVICVS *lib. XXIV. p.404.* THEATRVM EVROPAEVM *Tom. III. p.733.* CAPITVLATIO extat apud LVNIGIVM *p. Gen. Cont. II. pag.110.* KHEVENHILLER *Tom. XII. p.1779.1880.* qui etiam *p.1903.* exhibet Capitulationem *p.2154.* Saxonicorum legatorum ſcriptum ſuper Amneſtia decernenda, extat *p.2154.* du MONT *Tom. VI. p. I. p.29.*

4) Extat iſta apud KHEVENHILLERVM *Tom. XII. p. 2264.*

5) Ex eodem capite non ſolum, ſed exhibita etiam Caroli Ludouici proteſtatione, IVSTVS ASTERIVS, ſiue potius TILEMANNVS STELLA, in Examine Comitiorum Ratisbonenſium 1637. hanc electionem reiicit tanquam illegitimam, & varia documenta huc facientia adiecit. Rationes colligit PIASECIVS *p.489.* ſcribens: *muſitabant tamen plerique, ac querebantur taciti, quod præter morem antiquum, non in pleno Electorum numero, iuxta præſcriptum Aureæ Bullæ, immo quaſi ſtudioſe excluſo, ac ſub cuſtodis retento, priuiquæ damnato quam indicato Electore Treuirenſi, eligeretur Rex Romanorum, apparebantque exempla vetera, in quibus præſertim Regis Romanorum (in Imperatoris electione ſufficit, quod maior pars Electorum conſentiat) ſpreto quod vnus aliquis Electior abſuiſſet ſeu diſſenſiſſet, Electio facta irrita habebatur) præſertim Conradi III. inaugnratio Anno Chriſti 1139. Conſtantiæ inconſultis omnibus Principibus celebrata, & proteſtata impugnata: & Philippi Sueui, qui Electus Rex Romanorum a ſuis fautoribus, abſentibus & contemptis aliis Electorale ius habentibus abdicatus fuit ea dignitate Anno Chriſti 1198. ab Innocentio III. Papa Rom. Tum & Maximiliani I. ad cuius Electionem Anno Chriſti 1486. inſtitutam, cum Vladislaus Rex Boëmiæ non fuiſſet vocatus, tamdiu oppugnauit, donec placatus cautione Comitiorum Anno Chriſti 1493. Francofurti celebratorum eam ratam habuit. Ac etiam Ferdinandi I. Regis Romanorum, Anno Chriſti 1531. Colonie renuntiati abſente Ioanne Friderico Electore Saxoniæ, qui eum ob hanc cauſſam diutius pro Rege Romanorum agnoſcere noluit, donec anno Chriſti 1534. in Comitiis Spiræ allectus ſpe ſucceſſionis in Ducatu Cliuen. ſibi tunc a Carolo V. Imp. ſtabilitæ, illum renuntiationem Regis Romanorum confirmarat. Hocque præcanendo a principio Comitiorum voluerat Imperator, vt Electior ille Treuirenſis iuſticaretur & exauthoraretur, quo alius ipſi interim ſufficeretur, adeſſoque poſſet Electioni Regis Romanorum in eisdem Comitiis. Verum Electores tam diſſicilem Conſiorium potcſtatem aſſumere recuſabant; præſertim contra Electorem Eccleſiaſticum, cuius perſonam primum apud Summum Pontificem Romanorum accuſari, eiusque mandato capi indicarique decuiſſet. Nec ſatis iuſta ipſius abdicationis Electoratu cauſſa eſſe videbatur ea, quod Hiſpanis non eſſet ſtrictius colligatus, vel quod in illa perturbatione totius Germaniæ ſub aduentu Regis Sueci in præſidio ſuorum locorum potius Gallos habebat, a quibus deſendi poterat, quam Hiſpanos, qui alia quoque loca, præſertim Moguntiam ſeruare non potuerunt, immo ea periculum acceſſerunt. Dubitemque erat cui magis fidendum eſſet in rationibus Imperii, Gallisne qui eius libertatem in priſtinum ſtatum reſtitui vellent, an talibus qui illud in hereditariam ſucceſſionem mancipare contendunt.* Aſſerto tamen reſpondet PETRVS OSTERMANNVS *in legitima Ferdinandi III. coronatione.* SIRI *Memor. recond. Vol. VIII. p.408.* PVFENDORF *lib. IX.* §. *LXV.* LVDOLPH *lib. XXXVI. c.II. n.60.*

6) THEATRI

Decembris fuit coronatus. 6) Nec multo poſt eius quoque vxor Maria Auguſtæ titulos, vnctionemque ſolennem obtinuit, XI. Ianuarii anni ſequentis. 7)

§. LXXXII. Hiſce peractis, Ratisbona Viennam rediit Ferdinandus II. ibique longo ſtomachi prouocatione quotidiani vomitus debilitati vitio conſumptus, die XV. menſis Februarii, ſt. n. 1637. placide animam exhalauit. 8) Prima ipſius vxor Maria Anna, Wilhelmi Bauariæ Ducis filia, cum qua XXIII. Aprilis 1600. nuptias contraxit, 9) quæ VII. Martii anno 1616. fuit defuncta. Alteram Eleonoram, Vincentii, Mantuæ Ducis filiam IV. Februarii 1622. duxit. 10) Ex his liberos ſuſtulit Chriſtinam XXV. Maii 1601. natam, infantem defunctam; Ioannem Carolum Kl. Nouembris 1605. natum XXIV. Decembris 1619. Græcii defunctum, 11) Ferdinandum III. Mariam Annam, Maximiliano I. Bauariæ Duci nuptam, 12) Cæciliam Renatam, & Leopoldum Guilielmum, Epiſcopum Argentoratenſem, Paſſauienſem, Olmucienſem, Magiſtrum Ordinis Teutonici & Supremum Belgii Præfectum. 13)

6) THEATR. EVROP. *Tom. III. pag. 745.* KHEVENHILLER *Tom. XII. p. 1924.*

7) PIASECIVS *pag. 498.* WASSENBERG *lib. IV. p. 398.*

8) PIASECIVS *p. 497.* qui etiam hæc adnotat: *die 15. menſis Februarii (quo Valnſtenium Egræ ante tricennium maſtari fecerat,) placide animam exhalauit.* PVFENDORF *lib. VIII. §. XXXIV.* THEATRVM EVROP. *Tom. III. pag. 758.* ADLZREITER *p. III. lib. XXII. inſunte.* CARVE *p. 191.* Lc VASSOR *lib. XLI. p. 126.* KHEVENHILLER *Tom. XII. pag. 2361.*

9) KHEVENHILLER *Tom. IV. p. 2197.*

10) CARAFA p. 116. *matrimonium interea inter Cæſarem, & Leonoram Principem Mantuanam Oeniponti celebratum eſt, totaque noſtra Aula Oenipontum fuit profecta ſponſalia cohoneſtatura.* PIASECIVS *p. 557.* qui tamen deſponſationem Græcii in Stiria factam fuiſſe dicit. THEATR. EVROP. *Tom. I. p. 619.* BELLVS *lib. VI. p. 615.* MERC. G. B. *Tom. XIV. pag. 108.* KHEVENHILLER *Tom. IX. p. 1227. 1298.*

11) KHEVENHILLER *Tom. IX. p. 807.*

12) Solennitates nuptiarum deſcribit KHEVENHILLER *Tom. XII. p. 1775. 2143.* Contractus Matrimonii Viennæ d. 17. Iulii 1635. extat apud MONT *Tom. VI. p. I. p. 111.*

13) RITTERSHVS. *tab. Geneal.* PFEFFINGER *Vitr. illuſtr. p. 755.* De matrimonio Mariæ Annæ PIASECIVS p. 486. *Viennæ interim quindecima Iulii, deſponſari fecerat Imperator Ferdinandus filiam ſuam natu maiorem Mariam Maximiliano Bauariæ Electori & Duci, ac totum eum menſem in apparandis nuptialibus epulis, ludis, venationibus, ſpectaculis inſumpſit.* De his etiam ADLZREITER *p. III. lib. XX. exeunte.* CARVE *Itin. p. 142. Bauariæ Dux Maximilianus Imperatoris filiam natu grandiorem Neptem ſuam, cum conſenſu Pontificis maximi in conjugem ſibi aſſciuit.*

SECTIO DECIMA
DE
FERDINANDO III.

§. I. *Ferdinandi III. natiuitas, & geſta, antequam fieret Imp.* §. II. *Banerii geſta per Saxoniam, Thuringiam, Pomeraniam. Hermanſteinum a Cæſareis capitur. Hanouia Comiti reſtituitur.* §. III. *Turbæ Haſſiacæ poſt Guilielmi mortem.* §. IV. *Mors Bogislai XIV. D. Pomeraniæ. Pacis Conſilia. Conuentus Colonienſis.* §. V. *Fœdus Suecos inter & Gallos renouatur. Progreſſus Cæſareanorum per Pomeraniam.* §. VI. *Bernhardi Ducis progreſſus ad Rhenum. Prælium ad Rheinfeldam. Prælium ad Witteweiram. Occupatio Briſaci. Tractatus inter Cæſarem & Haſſos. Carolus Ludouicus Palatinus tentat Weſtphaliam.* §. VII. *Conuentus Ordinum Circuli Saxonia Inferioris & Rhenani Superioris. Varia conſilia de pace.* §. VIII. *Progreſſus Suecorum a. 1639. in Miſnia, Bohemia & Pomerania.* §. IX. *Bernhardi D. Mors. Galli Briſaco potiuntur.* §. X. *Conuentus nouus Lünæburgenſis. Fœdus inter Haſſos & Lünæburgicos. Tractatus fecreti.* §. XI. *Progreſſus belli a. 1640. in Miſnia, Caſtra Cæſareanorum ad Salfeldiam. Geſta ad Viſurgim & in Sileſia. Sueci Pomeraniam ſibi plane vindicant.* §. XII. *Comitia Electoralia Noribergenſia.* §. XIII. *Comitia Ratisbonenſia a. 1640. Brema & Hamburgum ad Comitia vocantur.* §. XIV. *Tractatus Goslarienſis. De Pacis præliminaribus Hamburgi conuenit.* §. XV. *Decretum Comitiorum Ratisbonenſium.* §. XVI. *Banerius Comitia Ratisbonæ turbare conatur. Geſta Suecorum in Miſnia & Sileſia. Prælium ad Guelferbytum. Mors Banerii. Conuiuium Hildeſienſe. Saxones Lubſtatum recuperant.* §. XVII. *Geſta Suecorum per Sileſiam a. 1642. Prælium ad Sueidnicium.* §. XVIII. *Kœnigsmarckii & Torſtenſohnii geſta per Miſniam. Prælium ad Lipſiam a. 1642.* §. XIX. *Guebriani & Haſſorum geſta ad Rhenum inferiorem.* §. XX. *Tractatus Stettinenſes. Negotium Cæſaris cum Dano. Cauſſa Palatinæ Viennæ agitur.* §. XXI. *Geſta Torſtenſohnii, Kœnigsmarckii & Guebriani a. 1643.* §. XXII. *Guelferbytum Auguſto Duci reſtituitur. Hildeſienſes controuerſia componitur.* §. XXIII. *Comitia Deputatorum Francofurtenſia. Cæſar Georgium ab Eberſtein in Galliam mittit. Legati Monaſterium & Osnabrugam tendunt ad pacem tractandam. Ludouicus XIII. moritur. B. Sueco-Danicum.* §. XXIV. *Geſta per Holſatiam, Miſniam, Sileſiam & ad Rhenum.* §. XXV. *Ragotzius bellum mouet.* §. XXVI. *Difficultates circa Pacis initia.* §. XXVII. *Prælium ad Ianouiam. Cæſaris metus.* §. XXVIII. *Torſtenſohnius in terras Auſtriacas irrumpit, Ragotzio in Vngaria ſe iungit. Ragotzius paccm cum Cæſare facit.* §. XXIX. *Bauari geſta contra Turennium. Clades Gallorum ad Mergentheimum. Clades Bauarorum ad Allersheimum.* §. XXX. *Kœnigsmarckii geſta in Miſnia. Inducie Saxonica.* §. XXXI. *Initia Pacis Tractatuum & qua ratione Imperii Status fuerint admiſſi.* §. XXXII. *Wrangelii geſta per Thuringiam, Haſſiam, Bauariam.* §. XXXIII. *Electio Ferdinandi IV. in Regem Bohemiæ & Vngariæ.* §. XXXIV. *Inducia Bauarica & Moguntina.* §. XXXV. *Wrangelius Cæſarem ad Egram adgreditur.* §. XXXVI. *Bauarus cum Cæſare Tractatus ſuſcipit. Acta in Haſſia.* §. XXXVII. *Geſta in Bauaria & Sueuia. Kœnigsmarckius Pragam minorem capit.* §. XXXVIII. *Pax Weſtphalica.* §. XXXIX. *Contenta Pacis Osnabrugenſis.* §. XL. *Contenta Pacis Monaſterienſis.* §. XLI. *Pacis Executio.* §. XLII. *Compoſitio controuerſiæ Iuliacenſis.*

Comitia

Comitia Ratisbonæ indicuntur. Conventui quorundam Electorum Pragæ. Ferdinandus IV. eligitur & coronatur Rex Romanorum. §. XLIII. Recessus Imperii Nouissimus. §. XLIV. Augusta coronatur. Succi Bremam tentant. §. XLV. Comitia Deputatorum Imperii Francofurtensia. §. XLVI. Leopoldus coronatur Rex Vngariæ & Bohemiæ. Carolus Mantuanus fit Imperii Vicarius. §. XLVII. Io. Georgii Saxoniæ Electori mors & diuisio terrarum. §. XLVIII. Ferdinandi mors & familiæ.

§. I.

FErdinandus III. lucem hanc Græcii XIII. Iulii 1608. adſpexit. 1) Hic, poſtquam adultus, VII. Decembris 1625. Sempronii in Regem Vngariæ fuit electus, & ſequenti die inauguratus. 2) Anno 1627. die XXV. Nouembris corona regni Bohemici fuit inſignitus. 3) Anno 1634. poſt Wallenſteinii interitum, Exercitui Cæſareo præfectus, occupatione Ratisbonenſi & victoria Nordlingenſi inclaruit. 4) Inde ana. 1636. XII. Decembris in Regem Romanorum fuit electus & XX. Decembris inauguratus, 4) qui miſſo Romam Io. Antonio, Eggenbergio Principe, obedientiam Papæ XVI. Nouembris 1638. promiſit. 6)

§. II. Sub initium ſtatim anni 1637. Banerius, poſtquam Saxones III. Ianuarii ad Eulenburgum fugaſſet, Torgam capit, Lipſiam XIII. Ianuarii obſidet, ſed re infecta diſcedit. 7) Hatzfeldius igitur & Götzius Electori laboranti in ſubſidium, & ſoluta Lipſiæ obſidione, in Thuringiam veniunt, per agrum Erfurtenſem lenam contendunt, quam paucis centuriis inſeſſam, capiunt & diripiunt, nec Muſis parcunt. 8) Dum autem poſt varias velitationes, Banerium ad Torgam includere conarentur, hic in Pomeraniam, Iunio menſe ſe recipit. 9) Cæſarei igitur, Gallaſio duce, Pomeraniam irrumpunt, & Loitium, Wolgaſtum, Demminum, Vſedomiam inſulam occupant. 10) Ad Albim vero Cæſarei Ratenauiam, Hauelbergam, Werbenſe munimentum, Dœmitzam, Lüneburgum & Winſenam capiunt. 11) Ehrenbreitſteinum etiam ad Rheni & Moſellæ confluentem arcem munitiſſimam, Cæſarei, poſt abſumtos equos, aſinos, canes, feles, mures ac glires XVI. Iunii ad deditionem adigunt. 12) Hanouia vero a Suecis hactenus inſeſſa, ſingulari transactione Comiti reſtituitur. 13) Bernhardus Dux, poſtquam ſe cum Domino du Hallier Gallici Exercitus Præfecti coniunxiſſet, Enſisheimum capit, Rhenum traiicit. Et licet Io. Wertanus ipſius caſtra oppugnaret, fruſtra tamen hoc fuit, hunc æque atque Iſolam & Reinacherum repellebat, variisque prœliis commiſſis, regreditur in Lotharingiam. 14)

§. III. Guilielmus V. interea, Haſſiæ Landgrauius cum copiis quibusdam Suecicis in Friſiam penetrabat, ſed, dum Strickhuſii obſidioni inhæreret XXIV. Septembris 1637. graui morbo correptus extinguitur, incertum fato, an alieno ſcelere. 15) Quanquam autem Conſiliarii Caſſellani, audita Principis morte, ſtatim prouinciales & militem in verba Guilielmi VI. filii adigerent, Georgius II. tamen Darmſtadtienſis edictum proſcriptionis a Ferdinando II. conceptum, a Tertio confirmatum, ſed hactenus nondum publicatum, Caſſellas mittit, vna cum litteris, quibus adminiſtrationem prouinciæ ex Cæſaris auctoritate ſibi depoſcebat, in refractarios atroces pœnas denuntians, & cominus oſtentato Cæſareo exercitu. Mox edicto Haſſiæ Ordines Alſfeldam ad conuentum agendum euocat, intercedentibus Caſſellanis, ſuique Principis cauſſam aſſerentibus. Sed & Saxoniæ Elector eosdem litteris hortatur, vt Cæſaris ſe voluntati, pacique Pragenſi adplicent. His monitis vt pondus accederet, Götzius cum exercitu ſuo Haſſiam verſus tendebat. Vnde Caſſellani, hortantibus multis Imperii Principibus & flagitantibus Haſſiæ Ordinibus, Marpurgi cum Darmſtadienſi tractatus ſuſcipiunt. Vbi, quanquam hic circa adfectatam adminiſtra-

1) SIGISM. VON BIRCKEN *lib. VI. p. 1389.* SCHÖNLEBEN *prolegom. p. II. c. X. p. 267.*

2) *Sect. ſuper. §. XXV.*

3) *Sect. ſuper. §. XXXII.*

4) *Sect. ſuper. §. LXXII.*

5) *Sect. ſuper. §. LXXXI.*

6) Extat oratio apud MEYERVM *Lond. ſuppl. Tom. IV. p. 115.*

7) PVFENDORF *lib. IX. §. III. IV.* VOGEL *pag. 536.* ADLZREITER *p. III. lib. XXII. n. 25.* THEATR. EVR. *Tom. III. p. 750.*

8) ADLZREITER p. III. lib. XXII. n. XXVII. *ſoluta Lipſiæ obſidione, Comes Hatzfeldius, ſociatis cum Gœtzio & Darmſtadienſi Landgrauio copiis, per agrum Erfurtenſem, Ienam eum iuſto ſatis exercitu contendit. Quare Stalhanſius, Succus, cui eius regionis cura id temporis erat impoſita, oppidis omnibus, Ienam preter & Weinmaram, expilatis, profugit trans Salam, iugis aliquot de ponte ſolutis. Iena proinde paucis Succorum centuriis inſeſſa, protinus patuit direptioni cæteroque Martis inſolentiæ, quæ nec a Ienenſibus quidem Muſis ſibi temperauit. Conſilium erat, Succos per Sala vadum inſeſſari, ſed tormentis illi e regione diſpoſitis, per dies aliquot tranſitum molientes arcuerunt, donec maiore vi, Torgauiam (quo Bannerius a Lipſienſi obſidione diuerterat) reiecti, ſe recepere.* B. parentem ſæpius narrantem audiui, ſe cum Muſis hic loci tunc vacaret, vitæ periculum a Cæſareo milite ipſi intentatum vix euaſiſſe.

9) PVFENDORF §. *V. X.*

10) PVFENDORF §. *XV. XXIV.* CARVE Itin. *cap. XXIII. XXVII.* ADLZREITER *p. III. lib. XXII. n. 40.*

11) PVFENDORF §. *XXIX. XXX.* THEATR. EVR. *Tom. III. p. 801.*

12) PVFENDORF §. *XXXV.* ADLZREITER *p. III. lib. XXII. n. 4. ſqq.*

13) PVFENDORF §. *XXXVI.* Extat iſta transactio apud LONDORPIVM *Tom. IV. p. 687.*

14) PVFENDORF §. *XXXVIII. XXXIX. XL.* ADLZREITER *p. III. lib. XXII. n. 14. ſqq.* MEMOIRES de RICHELIEV *Tom. II. p. 30.*

15) PVFENDORF *lib. IX. §. XXXI.* qui addit: *ſane Laurellius medicus fatebatur. Melandro autore, aut ſaltem conſcio venenum ipſi propinatum fuiſſe.*

miniſtrationem, damnique refuſionem aliquam multis myriadibus taxatam, nonnihil remiſiſſe videretur: tamen cum oblata ab ipſo iuramenti formula vix tolerari poſſe videretur, tractatus tunc incaſſum cadebat. Mox nouo Cæſaris edicto, Landgrauii teſtamentum & Ordinum iuramentum Principi præſtitum irritum declaratur: ſimul hisce iniungitur, vt Darmſtadtienſem prouinciæ adminiſtratorem adgnoſcant, copias ſuas Cæſareis iungant, loca occupata reſtituant, Pragenſi paci ſe ſubmittant, fœderibus exterorum renuntient. Landgrauia igitur Amalia Comes Hanouienſis, prudentiſſima fœmina, tempori extrahendo, tractatus cum Darmſtadtienſi inſtaurat, dum interim Haſſorum Dux militaris Melander rebus per Friſiam diſpoſitis, in Haſſiam tenderet, iuncto ſibi apud Heruordiam cum Suecis Kingio. Quibus cum par non eſſet Götzius, qui nuper duo militum millia ad Rhenum miſerat, retro cedebat. Vnde iſtis occaſio dabatur munitis Haſſiæ oppidis neceſſarias res inferendi. 16)

§. IV. Eodem anno, cum X. Martii Bogislaus XIV. vltimus Pomeraniæ Dux ſine prole fuiſſet extinctus, hæreditatem eius cernere omnibus modis cupiebat Electoꝛ Brandeburgicus, paſſimque iactato iure ſuo, Suecos velut alienæ rei detentores in inuidiam vocare ſatagebat. Aſt, Sueci iure belli partim nitebantur, partim fœdere cum Bogislao a. 1631. concluſo. 17) Scriptis non ſolum res agebatur & legationibus, ſed etiam Brandenburgicus poſſeſſionem adprehendere tentabat, cui tamen Bielckius, qui prouinciæ a Suecis fuerat præfectus, reſiſtebat. 18) Inter iſta, de pace diuerſimode agebatur. Moguntinus equidem & Brandeburgicus, Electoralis Collegii nomine, Sigismundum Marchionem delegauerant, expediendis, quæ tractatui præparando requiruntur. Hic etiam Kl. Martii Vierradæ Pomeraniæ cum Bielckio congreſſus, id effecerat, vt per ſubdelegatos, Io. Lilliestrœmium a Bielckio & Io. Georgium Bornium & Io. Marenholtzium a Marchione ſubſtitutos, qui ad condictum diem Kl. Iunii in Oderæ fluminis inſula, inter Oderbergam & Suetam congrediebantur, de loco & tempore Tractatuum inuicem acturi. Poſtquam autem Marchio ab Electore ad nuptias Poloniæ Regis legatus eſſet deſtinatus, Tractatus iſti Iulio menſe expirant. 19) Eodem anno, ſecretos Hamburgi cum Saluio tractatus moliebatur Auguſtus, Dux Brunſuicenſis, internuntio VVerdenhagio, clam ſuccinente Cæſaris apud Hamburgenſes Reſidente Mentzelio. 20) Franciſcus etiam Albertus & Henricus Iulius, Lauenburgici Duces, Banerium in caſtris apud Torgam accedentes, ſecreto de pace agebant. 21) Horum vero, vti etiam Daniæ Regis & Adolphi Friderici, Ducis Megapolitani conatus fuerunt irriti. 22) Non maior erat ſucceſſus tractatibus communi paci inſtaurandæ Coloniæ inſtitutis, dum nec Sueci eo venire, nec Galli Ferdinandum III. pro Imp. vellent adgnoſcere, nec Imperator Ordines ad Pacis Tractatus admittere. 23)

§. V. Interea de fœdere Suecorum cum Gallis renouando agebatur, ad bellum iunctis viribus perſequendum, dum paci non fiderent, quod poſt varias diſceptationes, 24) demum Hamburgi XXIV. Februarii ſt. v. 1638. concluditur, de bello aduerſus Cæſarem continuando. 25) Cæſarei vero in Pomerania progredientes XXI. Februarii Gartzium Pomeraniæ, & XII. Martii munimentum ad Warnemundam capiunt. 26) Liceꝛ Banerius Iulio menſe Gartzium, Loitium, Tribſeſium, Damgarttum, demum VII. Septembris VVolgaſtum recuperaret, 27) Gallaſium etiam, dum in iſtum pergeret, cedere cogeret, qui trans Albim per Marchiam, & hac relicta, in Magdeburgicum agrum abit, populatione longe lateque facta, inde in Sileſiam & Bohemiam concedit. 28.

§. VI. Eodem anno, Bernhardus Dux poſtquam cum Gallorum Rege in S. Germaniæ ſine d. XXVII. Octobris 1635. fœdus fuiſſet pactus, quo Dux in fauorem fœderatorum ſe ad octodecim militum millia ſuſtinenda obligauerat, promiſſis ipſi a Gallo per annum quatuor myriadibus, 29) & Alſatiæ Landgrauiatu, prout a Domo Auſtriaca fuerat poſſeſſus, adeoque confœderatio d. XVII. Aprilis 1637. confirmata 30) & d. XVII. Aprilis 1639. noua conuentio fuit facta, 31) denuo Rhenum verſus mouet, Seckingam ſtrictura & Lauf-

17) De hoc fœdere dictum *Sect. ſup. §. XL.*

18) PVFENDORF *§. XLI-XLIX.* THEATR. EVROP. *Tom. III. p.* 788. Extant *Literæ ab obitu Pomeraniæ Ducis, ex aula Sereniſſimi Septemuiri Brandenburgici & ad eam date* 1638. 4. quibus etiam iura Brandenburgica defenduntur.

19) PVFENDORF *§. LIV. LVI. LVII.* Extat de eo *ſuccincta narratio omnium eorum, quæ ab vltimis comitiis Septemuiralibus, & eligendo Romanorum Regi Ratisbonæ habitis in patis cum Corona Sueciæ negotio, vsque ad exitum anni* 1637. *ſunt geſta* 1638. 4.

20) PVFENDORF *§. LVIII.*

21) PVFENDORF *§. LIX.*

22) PVFENDORF *§. LX. LXI. LXII.*

23) PVFENDORF *§. LXIII. LXIV. LXV. LXVI.* Dictum de his Colonienſibus Tractatibus *Sect. ſuper §. LXXXI.*

24) Quæ Gallos inter atque Suecos fuerint diſceptationes, exponit PVFENDORF *lib. IX. §. LVIII-LXXIV. lib. X. §. III-XIII.*

25) Formula fœderis exhibetur apud PVFENDORFIVM *lib. X. §. XIV.* Pactum fœderi adiectum *§. XV.* Idem fœdus exhibet LONDORPIVS *Tom. IV. p.* 689. & in RECVEIL *Tom. IV. p.* 384. Le VASSOR *lib. XLIII. p.* 520.

26) PVFENDORF *lib. X. §. XIX. XX.*

27) PIASECIVS *pag.* 512. PVFENDORF *§. XXII.*

28) PVFENDORF *§. XXVIII.* ADLZREITER *p. III. lib. XXIII. n.* 50.

29) Extat fœdus apud du MONT *Tom. VI. p. I. p.* 118. LAGVILLE *Hiſt. d. Alſace Tom. II. pag.* 132.

30) du MONT *p.* 147.

31) du MONT *p.* 174.

& Lauffenburgum capit, Rheinfeldam obſidet, quam etiam, poſt prœlium ad Rheinfeldam, XXII. Februarii, in quo Cæſareanorum Duces Io. VVertanus, Sauelli cum pleriſque Præfectis militaribus, ſignis & impedimentis fuerunt capti, XIII. Martii honeſtis conditionibus ad deditionem compellit, 32) quam Maio menſe Rötela & Friburgum ſequuntur. 33) Bernhardus etiam, poſtquam XXX. Iulii ſt. v. prœlio ad VVitteweiram Bauaros viciſſet, 34) aliisque victoriis in diuerſis conflictibus inſignis. 35) Briſacum arctius includit, quod acerrime licet a Rheinachero defenſum, poſt varie tentatum a Götzio auxilium, demum fame ſubigente, III. Decembris ad deditionem fuit compulſum. Indeque non ſolum pleramque Alſatiæ partem occupat, ſed etiam in Burgundiam irrumpit, multa loca occupat, ibidemque hybernia conſtituit. 36) Ob has Bernhardi victorias, Moguntini Electoris & Georgii Darmſtadtini opera, Tractatus pacis inter Cæſarem & Haſſos Moguntiæ concluditur, Cæſareis ad omnia fere Haſſorum poſtulata facilibus. Circa ratihabitionem vero Cæſaris negotium hærebat, ideo, quod Landgrauia non ſibi ſolum, ſed & aliis Imperii Ordinibus liberum ſacrorum vſum eſſet ſtipulata. 37) In VVeſtphalia vero Carolus Ludouicus Palatinus Electior dynaſtiam Meppenam, ditionis Monaſterienſis, Cniphuſio quondam a Regina Sueciæ donatam, ab huius hæredibus redemerat, ſedem armis futuram, quæ auxilio Regis Angliæ, & aliorum adparabat, & vbi recentes delectus coirent. Hanc tamen, poſtquam Kl. Maii Cæſarei occupaſſent, Palatinus cum Kingio, Suecorum Duce copias iungit, ſed vtrique VIII. Octobris ad Lemgouiam ab Hatzfeldio cæduntur. 38)

§. VII. Habitus inde Luneburgi VII. Nouembris Conuentus Ordinum Circuli Inferioris Saxoniæ, volente ſane Cæſare, qui hos bello aduerſus Sueces implicare ſatagebat. Sed, cum de neutralitate, de armis pro ſui defenſione agitari audiret, Electores ſubornabat, qui litteris ab hoc inſtituto eosdem dimouerent, velut ea neutralitas & peculiaria fœdera legibus Imperii pacique Pragenſi aduerſarentur. 39) Ordines etiam Circuli Rhenani ſuperioris, facto Kl. Decembris VVormatiæ decreto, de ſua agebant defenſione. 40) Dum interim Palatinus Electior de fœdere cum Suecis ageret, 41) Lauenburgici etiam Duces de pace inter Cæſarem Suecosque ſeorſim concilianda laborarent, 42) Mediante Dano, varii de pace Lubecæ, Hamburgi, aliisque locis inter Ferdinandum Curtium Comitem a parte Cæſaris, Saluium a Suecorum parte, & Auauxium Gallorum, facti fuerunt congreſſus, & de litteris ſalui conductus, loco & tempore conuentus fuit tractatum, licet de formula litterarum ſalui Conductus, nec de loco adhuc conueniret. 43)

§. VIII. Inſequenti anno 1639. Banerius, poſtquam Albim tranſiiſſet, in Miſniam irrumpit, Freibergam menſe Martio adgreditur, quam tamen aduentante cum valida manu in auxilium Bucheimio Comite, iterum deſerit. 44) Poſtquam vero Torſtenſohnio fuiſſet iunctus, IV. Aprilis Cæſareas & Saxonicas copias ad Chemnicium cædit; vt to-

32) PIASECIVS *pag.* 512. CARVE *Itin. cap. XXXIII.* qui etiam Capitulationem exhibet. VVASSENBERG *p.* 427. PVFENDORF §. *XLV. XLVI. XLVII.* THEATR. EVROP. *Tom. III. p.* 911. Litteræ Chriſtinæ Reginæ, quibus Bernhardo Duci gratulatur, reperiuntur in CYPRIANI *Aduerſariis Hiſtoricis p.* 12.

33) PVFENDORF §. *XLVIII.* MEYERI *Lond. ſuppl. Tom. IV. p.* 110. ADLZREITER *part. III. lib. XXIII.*

34) PVFENDORF §. *LII.* THEATR. EVR. *Tom. III. p.* 963. VVASSENBERG *p.* 436. LE VASSOR *lib. XLIII. p.* 621. ADLZREITER *p. III. lib. XXIII. n.* 25. Litteræ Chriſtinæ Reginæ, quibus Duci gratulatur, extant in CYPRIANI *Aduerſariis pag.* 17.

35) Bernhardi victorias tali ratione deſcribit. IO. CHRISTOPHORVS von der GRVN Hiſtoria ipſius MSta ſub finem a. 1638. *Hierbey iſt noch zu gedencken, das Ihro Fürſtl. Gnaden Hertzog Bernhard von Sachſen-Weimar in dieſen Jahr neben Triumfirung der Stadte und Feſtungen Lauffenburg, Sekingen, Rheinfelden, Ratteln, Neuburg, Freyburg, Marckelsheim, Breyſach, Lands-Cron und dem Schloß Burg, 9. Haupt-Schlachten mit dem Feinde gehalten, als nemlich die erſte bey Rheinfelden Sonntags den 16. Febr. die andere Mittwochs den 21. Febr. wieder bey Rheinfelden, das dritte Treffen mit dem Obriſten Corpus bey Benfelden, Donnerſtags den 31. May. Das vierdte Sonntags den 29. Iul. bey dem Dorf Friesenheim. Das Fünffte Montags den 3. Iul. zu Wittenweyer. Das ſechſte Treffen iſt geſchehen Donnerſtags den 6. Sept. auf den Hohlen Graben bey St. Peter. Die ſiebende Schlacht Donnerſtags den 4. Octobris auf dem Ochſenfelde. Das 8. und neundte Treffen 2. mahl in den Lager vor Breyſach, als Sonntags den 14. und Montags den 15. Octobris. Haben dieſemnach Ihro Fürſtl. Gnaden allezeit, auſſerhalb der erſten Schlacht vor Rheinfelden, victoriſirt, und das Feld behalten.*

36) PIASECIVS *pag.* 513. PVFENDORF §. *LVII.* THEATR. EVROP. *Tom. III. p.* 1022. EVRGOLDENSIS *p. I. dſc. I. p.* 131. LE VASSOR *lib. XLIV. p.* 102. MEYER *Lond. ſuppl. Tom. IV. pag.* 128. ADLZREITER *p. III. lib. XXXIII. n.* 35.

37) Iamdum XXIII. Ianuarii 1638. inter Caſſellanos & Darmſtadtienſes conuenerat, quos Tractatus exhibet THEATR. EVROP. *Tom. III. p.* 901. poſtea vero Moguntiæ noui coeperunt, de quibus PVFENDORF §. *XXXIV. XXXV.* THEATR. EVR. *Tom. III. p.* 972.

38) PIASECIVS *pag.* 512. ADLZREITER *p. III. lib. XXIII. n.* 38. PVFENDORF §. *XXXVI. XXXVII. XXXVIII.* VVASSENBERG *p.* 364.

39) PVFENDORF §. *XLIII.* Reſponſio Statuum Circuli ad Electores extat apud LONDORPIVM *Tom. IV. p.* 677. litteræ ad Ordines Circuli Inferioris apud MEYERVM *Lond. ſuppl. pag.* 117. ADLZREITER *p. III. lib. XXIV. n.* 17.

40) Extat illud apud LONDORPIVM *Tom. IV. p.* 691.

41) PVFENDORF §. *LXII.*

42) PVFENDORF §. *LXIII. LXIV.*

43) PVFENDORF §. *LXIII. ſqq.*

44) PVFENDORF *lib. XL §. VI.*

vt totus fere horum exercitus deleretur. Cæforum cadaueribus integrum milliare ſpargebatur, captiuorum mille quingenti erant, quos inter Bucheimius Comes. Capta tormenta ſex, pedeſtria ſigna viginti vnum, equeſtria quadraginta duo. 45) Denuo X. Aprilis Freiberga fruſtra tentatur, Mansfelda tamen & Pirna in Suecorum veniebant poteſtatem. 46) Et licet Dresda in poteſtatem redigenda deliberaret, quam annonæ caritas premebat, ob interceptam Albis ſubuectionem, iſta tamen relicta, in Bohemiam tendit, Pragam XX. Maii fruſtra tentat. 47) Sed, poſtquam Hatzfeldius in auxilium Saxoniæ Electori veniens, Suecica præſidia eiicere conaretur, in Misniam regreditur, 48) verum, poſtquam Pirnæ munimenta deiecisſet, denuo in Bohemiam redit, XIII. Octobris Pragam tentat. 49) Dum ad Pragam Banerius hæreret, Saxo Budiſſinam recuperat. 50) Sueci vero omnem recuperant Pomeraniam, & quod ſolum ſupererat Demminum III. Martii, fame ſubigente, ad deditionem compellunt. 51) Inde XXVII. Iulii Landsbergam expugnant, atque Auguſto menſe, in Sileſiam irrumpunt. 52)

§. IX. Inter hæc, multa erat Gallos inter & Bernhardum Vinarienſem Ducem diſcordia ſuper poſſeſſione Briſaci, quam Galli magno deſiderio adpetebant. Sed id, ne in Gallorum manus traderetur, Grotius ſuaſerat. Ac cupiebat Dux certam ſibi in vſum belli & pacis ſedem parare, ſimul hoc modo apud amicos iuxta & hoſtes pretium ſui accendere; nec obſcure deſtinata ſua pandebat, cuſa moneta, Saxonicis & Briſacenſibus inſignibus notata. Tentabant inde Galli Ducem, vt parem aut maiorem numerum Gallorum cum Germanis in oppidi præſidium admitteret. Ad blanditias inde conuerſi, mittebant, qui Ducem Lutetiam ad ſpectacula & choreas inuitarent. Sed & per matrimonium eum illaqueare conabantur, propoſita Combaleta Eguilloniæ Duce, Richelii cognata, quam velut Saxonico ſanguini imparem adſpernabatur. Miſerat tamen Dux Erlachium in Galliam, qui negotia & morbum excuſabat, quo minus Lutetiam ipſe acceſſerit. Cum iſto Galli ſuper tradendo Briſaco, ſi quid Duci humaniter accideret, clam conueniebant. Vt igitur Ducis deſtinata infringerent Galli, quem & potentem, & vicinum habere nolebant, pecunias ipſi ſubtrahebant, quas e Suecia ſubminiſtrari non poſſe nouerant. Simul ne nouorum delectuum ipſi copia ſoret, conquiſitores militum magna cum vi pecuniæ Baſileam, & Argentoratum mittebantur, qui Gallis militem conducerent. Inter hæc conſilia, ex Burgundia redux Bernhardus, vbi multas vrbes expugnauerat, Neuburgum ad Rhenum peruenerat, poſtera die copias trans Rhenum ducturus, vt Hohenwilam obſidione liberaret, cum ex improuiſo ipſum morbus inuaderet, quo momento ingraueſcente, poſtquam teſtamentum ſecretum condidiſſet, VIII. Iulii 1639. fuit extinctus. 53) Paucis ante mortem horis nigræ maculæ in corpore eruperant; vnde aliqui malignam febrem ſuſpicabantur, ſed veneno necatum a pluribus creditum; idque a Medico Geneuenſi Blandino miſtum putabatur. 54) Varii erant, qui Vinarienſem exercitum ſibi conciliare ſtudebant.

45) PIASECIVS *p.* 512. PVFENDORF §. *VII.* MEYER *Lond. ſuppl. Tom. IV. p.* 166. ADLZREITER *p. III. lib. XXIV. n.* 29.

46) PVFENDORF §. *VIII.*

47) PVFENDORF §. *IX. X. XI.*

48) PVFENDORF §. *XIV.*

49) PVFENDORF §. *XV.*

50) PVFENDORF §. *XVI.*

51) PVFENDORF §. *XVIII.*

52) PVFENDORF §. *XIX. XX.*

53) Hæc Ducis Bernhardi atque Exercitus Vinarienſis fata prolixius exponit PVFENDORF *lib. XI.* §. *XXXVIII. ad LV.* Extat de eo ſcriptum apud LONDORPIVM *Tom. IV. p.* 702. PIASECIVS *p.* 513. Le VASSOR *lib. XLIV. p.* 113. 262. ADLZREITER *p. III. lib. XXIV. n.* 9. 10. In HISTOR. ARCHIV *Tom. II. p.* 115. extant litteræ Io. Georgii Berthran von Heespach d. XI. Iulii 1639. ad Wilhelmum Saxoniæ Ducem de hac morte ac ſtatu hæreditatis ſcriptæ. Tractatus de hoc exercitu cum Gallo concluſus extat in MEYERI *Lond. ſuppl. Tom. IV. p.* 170. RECVEIL *Tom. III. p.* 396. du MONT *Tom. VI. p. I. p.* 185. HISTOIRE DES TRAITTES DE PAIX *Tom. I. p.* 513. Facit huc SAMVELIS GLONERI *Leſſus Vinarienſis* MATTHAEI LVNGWITII *H. Bernhards Kriegsthaten* & GEORGII ENGELSVSSII *Sachſen-Weimariſcher Feldzug.* NVLLERI *Ann. Saxon. p.* 360. vbi ex iudicio Medicorum ſatis adparet, ipſi venenum fuiſſe propinatum LVDOLPH *lib. XXXIX. c. II. n.* 48. LAGVILLE *Hiſt. d' Alſace Tom. II. p.* 148.

54) HVGO GROTIVS *Ep. MCCXIII.* ad Oxenſtirnum. *Grauem inſtum hac fere epiſtola e ſortiſſimi Ducis Bernhardi morte, quem prope vnum Principiis dignum nomine habebat Germania. Neuburgi clariſſimam factis vitam finit* 18. *Iulii, cum vltra quatriduum non egrotaſſet. Febris ardens ambiguas reliquit indicationes, aut peſtilentiæ, quæ illis locis non abeſt, aut veneni, cuius ſuſpicionem vix vitare poſſunt potentum exitus. Eam auget, quod penes Cæſarianos pridem rumor & ſpes fuit, eum non diu victurum. Eſt autem nobis hoc triſtior hic caſus, quod ereptus eſt nobis in ipſo tentamine rerum, quas pridem optabamus. Ponte enim e nauibus ad Nieuburgum perfecto paratus obſidioni eximere Hohentuilam, deinde ea per Germaniam aggredi, quæ a Bannerio partem hoſtium diſtraherent, Bauaricum militem diſſiparent, & ei quid in Germania reſtaret animatum ad ſpem libertatis excitarentur.* MICH. Le VASSOR *lib. XLV. p.* 262. *ſqq. On arrive le* 15. *à Huningue, & les deux Generaux y tombent malades; le Duc d' une fievre violente & maligne; le Comte d' une indiſpoſition de fatigue, dont il avoit eu de facheuſes atteintes dans la Franche-Comté. Bernard ſe fait tranſporter le lendemain a Neubourg, & y meurt le* 18. *de la peſte, ou de poiſon, comme diſent quelques uns, dans la* 36. *année de ſon age. L' Aumonier du Duc ne craignit pas d' avancer tout publiquement dans une oraiſon funebre, que ſon maitre étoit mort dans la penſée d' être veritablement empoiſonné. Mais quelle preuve en avoit-il? Ce ne pouvoit être qu' un ſoupcon fondé ſur la malignité de ſa maladie, & ſur certaines taches livides qui parurent ſur ſon corps un peu avant ſa mort. Signe fort équivoque. Cependant, on crut la Choſe d' autant plus vraiſemblable, qu' un bruit venu, dit-on, de la Cour de Vienne, tout*

bant. Ex teſtamento equidem Wilhelmo ſeniori ex fratribus competebat, 55) qui tamen moram nec̃ebat. Palatinus Electᵒr dum ex Anglia redux, cum magna argenti ſumma, pro conciliandis Exercitus ductoribus in Brisgoiam properaret, per Galliam tranſiens detinebatur. Cæſarei etiam exercitum tentabant. Et licet Bernhardus Dux teſtamento cauiſſet, Imperii auſpiciis exercitum eſſe ſeruandum, prælualebant tamen Gallorum artes, 56) & corruptis ductoribus, per pactum Colmarienſe XXIX. Septembris initum, exercitus iſte ſub Ducis Longueuilli, qui a Gallis ad id fuerat deſtinatus, imperium, loca a Vinarienſi Duce capta, in Gallorum poteſtatem, cauponante Erlachio, rediguntur, nec tamen Alſatia, prout Bernhardus diſpoſuerat, a Gallis poſtmodum per pacem fuit reſtituta. Hæ

étoit deia communément répandu que Bernard ne paſſeroit pas l'année. Si nous en croions l' Hiſtorien de Suede, lors que le Duc ioüiſſoit d' une parfaite ſanté, certaines gens ecrivirent de Vienne dans une ville voiſine du Rhin, pour ſavoir ſ' il étoit encore en vie, ou non. Un Medecin Genevois, qui le ſervoit, fut ſoupçonné de lui avoir donné le morceau, ou le breuuage fatal. Grotius ſemble avoir releué d' abord cette opinion aſſez commune. Mais il changea de ſentiment, aprés qu' il ſe fut plus exactement informé des circonſtances de la maladie & de la mort de Weymar. Quelques uns ont cru que le prétendu empoiſonneur fut ſuborné par Richelieu, a fin de ſe venger du mépris avec lequel Bernard reiecta la propoſition qu' on lui fit d' épouſer la niéce du Cardinal, & d' obtenir plus facilement Breſac aprés la mort du Duc. Il eſt vrai que Richelieu ſe ſeſiſa toujours de lui. M. le Duc de Weymar eſt un excellent Capitaine, fait-on dire au Cardinal dans un écrit qui lui eſt attribué. Mais il eſt tellement attaché à ſes interets, que perſonne du monde ne ſe peut aſſurer de lui. C'eſt pour quoi la Cour de France parut fort conſolée de ſa mort, quand elle crut pouvoir compter que Breſac & les troupes de Weymar lui demeure roient. Mais avant cette aſſurance, la perte d' un ſi grand General pouvoit détraquer tellement les affaires de Louis en Allemagne, qu' il eſt difficile de ſe perſuader que dans une incertitude entiére de ce qui arriveroit aprés la mort de Bernard, Richelieu aït penſé à ſe défaire de lui. On ſeroit donc plus tenté de croire que la Cour de Vienne voulut ſe délivrer d' un ennemi formidable. PVFENDORF *lib. XI. §. XXXIX. Cum improviſo morbus inuadit, momento inualeſcens, ve ſtatim agroſceret, nunquam dum vixerit, pariſe agritudine correptum. Id tamen unice queſtus, ſe nunc in ipſo articulo operæ pretium facicndi lecto affigi. Inter alia Mockelio, de exercitu in obſequio Regiæ continendo monenti, reſpondebat, eum nulli alteri, quam ſacramento Suetico obſtrictum. Morbo ingraueſcente, cum extrema inſtare ſentiret, ritu Chriſtiano expiatus teſtamentum paucis verbis condit, idque in ſuum tempus ſecretum aſſeruari iubet. Mox conſtante ad vltimum ſermone & ratione inter edita pectatis indicia placide exprat. Paucis ante mortem horis nigræ maculæ in corpore eruperant. Vnde aliqui malignam febrem ſuſpicabantur, quæ & dum Pontarlino moueret, in caſtris intra biduum quadraginta homines abſumſerat. Sed veneno necatum a pluribus creditum. Nam nemincm eorum, qui circa vivum aut mortuum verſati fuerant, iſte morbus inſecerat. Et chirurgi, dum corpus aromatibus condit, manus paulatim a cranio perſtricta, ſtatim intumeſcebat, mox & brachium tumore corripiebatur, idemque gangræna accedente vndecimo poſt die extinguebatur, nullo alterius morbi ſigno. Nec ipſe Dux decumbens de veneno dubitauerat; & ſaccerdos funebri ſermone de eo palam proſitebatur; idque a Medico Geneuenſi, cui Blandino vocabulum, miſtum putabatur. Venerant quoque Baſileam literæ remotis è locis ſcriptæ, ſciſcitantes, num Dux mortuus eſſet, cum de morbo ipſius nondum rumor eodem perferri potuiſſet. Sed & apud Cæſareos pridem rumor ac ſpes fuerat, ipſum non diu victoriis ſuis ſuperuicturum.* De Inſidiis etiam vitæ Bernhardi ſtructis, patet ex litteris Caroli de Martin, Tiguri ad Bernhardum d. 6. Iulii 1639. ſcriptis: *Ayant à cocur la conſervation de la perſonne de V. A. I' ai crû être de mon devoir, de lui faire part, d' une lettre écrite de bonne main de Veniſe, par la quelle elle verra le deſſein deteſtable, qu' on continue ſur ſa vie, ſur tout a cette heur, que le Vice-Roy de Sicile, appellé Don de Meloc, eſt arrivé a Milan, declaré par le Roy d' Eſpagne pour General de l' armée, qui ſera emmenée vers le Rhin contre V. A. pour le ſervice de la quelle il' a apporté un million d'or, & fait état de pouvoir commencr d' Italie cinq a ſix mille hommes, pour les ioindre aux tronppes de l' Archiducheſſe de Tirol, & a telles que le General Ghebeen amaſſe en Suabe, qui ſelon ſon calcul ſeront 12. à 15000. hommes, outre la diverſion, que le Duc de Lorraine vaudra faire avec le petits Cantons, pour le ſecours de la Bourgogne.*

Venedig, d. 11. Iunii 1639.

Es verlanget manniglich, wo I. F. G. von Weimar ſeine Armée hinwenden, welche groſſe Verwunderung cauſiren. Gott der Herr wolle dieſen Herrn leiten, vor Traditori gnedig behüten, es wird ihm ſehr nach dem Leben getracht: anzi die Spaniſchen verneinen gewiß, ihn aus dem Wege zu raumen, darauf ſtehet der Zeit in Teutſchland alle dero Hoffnung. Da der Herr Obriſte Gelegenheit, ihnẽ ſes dem Edlen Helden zu wiſſen kan gemacht werden, ſolte es mir lieb ſeyn, um ſich in aller Occorenza darnach wiſſen zu gouvernieren, weil nunmehro das Haupt-Werck der Evangeliſchen im Reich nechſt Gott auf dieſem Herrn ruhet. Quare etiam in Tabula ſepulcrali, quam Erneſtus Pius adgnato ſuo, Duci Bernhardo a. 1660. Gothæ poſuit: Deceſſit in pulcherrimo ætatis flore, cum ad annum vitæ trigeſimum quintum implendum, dies 28. deeſſent, morbo correptus maligno atque venenato d. 8. Iulii An. CIↃ IↃ CXXXIX. Neoburgi ad Rhenum.

55) Sic enim ipſe Bernhardus in diſpoſitione ſua ipſa die emortuali conſcripta: *Vber dasienige, was der Allerhöchſte uns bishero an Landen und andern zeitlichen Guthern gegaennet, unſern letzten Willen zu vernehmen, Alß nemlich was die croberte Lande anlanget, weil uns Gott dieſelbe gannen wollen, und es doch conſiderable Lande und Plætze ſeyn; So wollen wir daß ſolche hey dem Reiche deutſcher Nation erhalten werden. Vnd derowegen vorſchaffen und vermachen Wir dieſelbe hiermit einem Vnſern freundlichen lieben Herrn Brudern, welcher dieſelbe anzunehmen begehren wird, und derſelbe kan und wolle ſich hey Ihrer Mayeſt. und Cron Schweden, aufs beſte als immer müglich inſinuiren, damit Sr. Ldl. bey gedachten Landen umb ſo viel deſto mehr maintenirt werden möge, Solten aber unſerer Herrn Brüder keiner die Lande annehmen wollen, So halten Wir für billich, daß Ihr. Mayeſt. in Franckreich in allwege den Vorgang haben, doch dergeſtalt, daß Ihr. Mayeſt. und unſere Guarniſonen darin gehalten, und wenn es zu einem Vniuerſal-Frieden kommen wird, die Lande dem Reich reſtituiret werden ſollen.*

56) Qua ratione Dominus de Choiſy in Alſatiam fuerit miſſus, ad infringendum Bernhardi Teſtamentum, teſtatur Inſtructio ipſi data d. 2. Auguſti 1639. MEMOIRES de RICHELIEV *Tom. II. p.* 426.

Hæ copiæ, postquam aliæ Gallorum se iunxissent, in Palatinatum descendunt, quibus tamen Bauaricæ se opponunt, Sed, postquam Piccolomineus, Rhenum esset transgressus, & XVII. Iunii ad Diedenhofam Gallos profligasset, 57) Longeuillius retro motus, Neustadtium, mox Alzeam, & Oppenheimum occupat. Verum, ob ducum discordiam & famem increbescentem, misera horum erat facies. Machinis igitur Bingæ relictis, apud id oppidum, & Bopparti ac Baccharaci Rhenum traiiciunt, ac primum in Sylua occidua hyberna capessiunt.

§. X. Inferioris Saxoniæ Ordines nouo sub initium anni Luneburgi instituto conuentu, de neutralitate Circulo concilianda agebant, frustra licet eos Cæsaris nomine, Curtio sollicitante. 58) Multa quoque eo tempore de tertiis formandis partibus spargebantur, in quas præcipue Daniæ Rex inclinabat. 59) Dum autem Cæsar tractatum cum Landgrauia non ratihaberet, 60) ista concluso cum Friderico, Augusto & Georgio Brunsuici & Luneburgi Ducibus fœdere, in bellum propendebat, licet parum promoueret. 61) Dum interea Hamburgi pacis negotiatio circa formulam salui conductus hæreret. 62) Inter Curtium vero & Saluium secreti institiuebantur Tractatus, quos Lauenburgicus promouere nitebatur. Cum Banerio etiam in Bohemia per Oswaldum Medicum tales institiuebantur, licet eiusmodi Tractatus Suecis admodum essent suspecti. 63)

§. XI. Ineunte anno 1640. Cæsarei Februario mense plura loca per Bohemiam recuperant. 64) Dum autem Banerius eodem mense in Misniam tenderet, 65) Cæsarei cum Saxonicis e Vogtlandia mouentes, ad Salfeldam castra metantur, ac Ienæ, alibique destructos a Banerio pontes in Salam reficiunt, dum interim Sueci sub Banerio sua castra VIII. Maii opponerent. Post varias velitationes, tandem fœderati mouent, temerarium rati, hostem intra munita castra adoriri. 66) Interim per Hassiam ad Visurgim in ditiones Lüneburgenses vterque exercitus discedit, Georgio Lüneburgi Duce Suecis fauente. 67) In Silesia Sueci Wolauiam, Cæsarei Hernstadium, Iauram, Strigauiam capiunt, Hirschbergam tentant, cui Stalhantschius subuenit. 68) Brandeburgici vero Francofurtum ad Viadrum XIII. Iulii frustra tentant. 69) In Pomerania, post mortem Georgii Guilielmi Electoris Brandeburgici, qui Regiomonti XXI. Nouembris 1640. fato fuit functus, Sueci nunc apertius summum prouinciæ imperium exercere constituunt, nouo Electore Friderico Guilielmo Pomeranos frustra sollicitante. 70) Ad Rhenum Hispani III. Februarii Alzeam capiunt, circa Brisacum vero recuperandum incassum laborant, quod Galli misso in Alsatiam Oisonuillio cum titulo Generalis Vicarii plane sibi vindicant. 71)

§. XII. Ineunte hoc anno 1540. Comitia Electorum, Cæsaris instinctu Noribergæ celebrabantur. Proponebatur a Moguntino XXIII. Ianuarii, mox & Cæsaris Commissario, de restituenda Imperio pace, aut si per exteros ea obtineri nequeat, belli continuandi mediis. Adierant eum Conuentum aliorum quoque Ordinum Legati, quos inter Lüneburgici. Hi tranquillandæ Germaniæ cumprimis vrgebant, vt consultationes de bello ac pace, non vti hactenus penes paucos, sed vniuersos Ordines forent. Pro se super detento a Cæsareis Guelferbyto, causæque Hildesiensis iniuria querebantur. Hisce super communi tractatu instituendo, succinebant Neoburgici, Mecklenburgici, Francofurtenses atque Vlmenses. Idem suadebant Legati Danici. Electores vero, vt illos a coniunctione cum Suecis auerterent, de Guelferbyto ipsis spem faciunt, oblata mediatione sua in negotio Hildesiensi. Landgrauiam etiam monent, vt Legatos suos mittat, quanquam paullo post, & hæc, & Lüneburgici copias suas Banerio iungerent. Cæterum, Electores cum sentirent, citra aliorum Ordinum operam, super præsentibus negotiis statui non posse, conuentu omnium Ordinum opus esse, decernunt, 72) qui & a Cæsare Ratisbonam indicitur, initio intra duos mentes faciendo. Regis Galliæ nomine aderat tunc Noribergæ Heppius, sed quia legationis suæ idoneam fidem facere non poterat, a Cæsaris Commissario protinus iubebatur vrbe facessere. 73)

§. XIII. Serius coeuntibus Ordinibus, fit tandem III. Septembris per Guilielmum Badensem propositio, de tranquillando Imperii Statu, atque vt, quoad pax obtineatur, super belli subsidiis decerneretur, de instauranda quoque iustitia addebatur, 74) ipso

Cæsare

57) De hac victoria MEYERI *Lond. suppl. Tom. IV. p.* 176.

58) PVFENDORF §. *XXV-XXXII.*

59) PVFENDORF §. *XXXIII.*

60) PVFENDORF §. *XXXIV.* Extat fœdus illud apud LONDORPIVM *p.* 709.

61) PVFENDORF §. *XXXIV. XXXV. XXXVI. XXXVII.*

62) PVFENDORF §. *LXIII. seq.*

63) PVFENDORF §. *LXVI. seq.*

64) PVFENDORF *lib. XII.* §. *III.*

65) PVFENDORF §. *IV.*

66) PVFENDORF §. *IX. X. XI. XII.* ADLZREITER *p. III. lib. XXXV. n.* 31.

67) PVFENDORF §. *XIX-XXVIII.*

68) PVFENDORF §. *XXIX. XXX. XXXI. XXXIV.*

69) PVFENDORF §. *XXXII.*

70) PVFENDORF §. *XXXVII. XXXVIII.*

71) PVFENDORF §. *XXXIX. XL. XLI.*

72) PVFENDORF *lib. XII.* §. *LXXX.* ADLZREITER *p. III. lib. XXV. n.* 3. Extant Acta huius Conuentus apud LONDORPIVM *Tom. IV. p.* 785. Scripta coniunctionem Luneburgicorum cum Suecis concernentia reperiuntur *p.* 829. LVDOLPH *lib. XL. c. III.*

73) Litteræ conuocationis XXVI. Maii 1640. extant apud LONDORPIVM *Tom. IV. p.* 816. THEATR. EVR. *Tom. IV. p.* 265.

74) Litteræ inuitatoriæ extant apud MEYERVM *Lond. suppl. Tom. IV. p.* 264. Propositio reperitur

Cæsare præsente, Statusque singulari sermone exhortante. Neque tamen salutare quid ab his Comitiis erat sperandum, dum Catholici in Collegio Electorali facerent maiora, maxime dum Saxo cum Imp. pacem feciſſet. Ea Principum Collegia Auſtriacus legatus dirigebat. Epiſcopi conſtituebant maiora, hi etiam per penſiones Hiſpanicas erant adlecti, bannum quoque Papale, ſi aliter ſentirent, metuebant. 75) De pace primum agi cœptum, ſed dum mox adpareret, omnem operam inanem fore, abſente parte aduerſa, fœderatos vel ad Comitiorum locum, vel Noribergam eſſe vocandos, quibusdam placebat. Sed Cæſari inconſultum videbatur, vtramque Coronam in vnum locum vocari. Vnde tunc placebat, circa Coloniam pro Gallis, & Lubecam pro Suecis nihil eſſe mutandum. Id non ſatis ex dignitate iudicabatur, Reges ab Electoribus inuitari, ne pacem petere viderentur; ſed vt Pontifex & Veneti apud Gallum, Daniæ Rex apud Suecos ea de re ageret. Super diplomatis ſalui conductus tandem a Cæſare impetratum eſt, vt ex petito Regum formarentur, excluſo vocabulo nondum reconciliatos, quos Cæſar ante admitti nolebat. Licet Cæſar, inſtinctu Hiſpanorum, ad pacem non adeo videretur pronus, ac ſpes eſſet, exteros vi poſſe Germania depelli, coniunctis cum Cæſare omnibus Ordinibus. Quanquam autem aliqui Ordinum non prius ad alterum propoſitionis caput accedendum contenderent, quam ſuper primo plane foret conuentum: vrgebat tamen Cæſar, vt ſuper hybernis, ac ſuppliendo, alendoque exercitu abſolueretur; in quod maior Ordinum pars conſentiebat. Petentibus a Cæſare propoſitum, vt exercitus partim per Franconiam in hybernis collocaretur, idemque ad octoginta bellatorum millia augueretur. Deſignatio ſumtuum intra quinque menſes faciendorum, vltra nonaginta tres auri tonnas adſcendebat. Hoſpitatio militum ab Electoribus & Principibus arbitrio Cæſaris committebatur, incaſſum queritantibus Vrbibus, ſeque iſti oneri eximi flagitantibus. Etſi dum Ratisbonæ deſuper conſultaretur, iam Cæſaris iuſſu legiones in hyberna properarent. Exercitui alendo Auſtriaci & Bauari liberaliter centum quinquaginta menſes Romanos; alii ſexaginta & minus, Ratisbonenſes duodecim tantum adnuebant. Vrbicorum plerisque ſexaginta placuerunt, multis cum obteſtationibus, ne plane ad incitas redigerentur. His deliberationibus de bello annus conſumebatur, etſi Cæſar iam Kl. Nouembris monuiſſet, vt ad primum caput diſcutiendum rediretur; vt tamen de Amneſtia, quæ hactenus maxime agitata fuerat, ſilentio præteriret & ſuper Sueciæ ſatisfactione Ordinum ſententiam expoſceret. 76) Ad iſta Comitia æque conuocabantur Hamburgum & Brema. Iſta quidem ad ſeſſionem & votum, proteſtantibus deſuper Holſatiæ Ducibus, non fuit admiſſa; hæc proteſtante licet Bremenſi Archiepiſcopo, illud obtinuit. 77) Actum quoque in iisdem Comitiis de Præcedentia inter Vinarienſes & Altenburgenſes 78) de transferendo Iudicio Camerali Francofurtum, licet Magiſtratu vrbis hoc deprecante. 79) Diuerſa in iisdem Comitiis ab Euangelicis æque ac Catholicis proponebantur Grauamina. 80) Franconici etiam Comites ad votum Curiatum iterum fuerunt admiſſi. 81)

§. XIV. Dum igitur Comitia iſta in ſequentem annum protraherentur, de pace hinc inde agebatur. De fœdere quidem inter Lüneburgicos & Suecos, iam a. 1640. concluſo, poſt varias difficultates conuenit, 82) licet inſequenti anno 1641. de eiusdem ratihabitione multæ adhuc laborarentur difficultates, 83) vsque dum irritum plane hoc fieret, per Tractatus Goslarienſes XVI. Ianuarii 1642. cum Cæſare concluſos. 84) Cum Cæſare vero

peritur apud LONDORPIVM p. 863. Separatim prodiit *Ausführlicher Bericht, wie es in deme zu Regensburg anno 1640. angeſtellten Reichstag bey der Kayſerlichen Propoſition gehalten worden, Nürnberg* 1640. 4. cum propoſitione & deſignatione omnium Statuum & legatorum; qui præſto fuerunt. LVDOLPH *lib. XL. c. II. n.* 26.

75) PVFENDORF *lib. XII. §. XCV.*

76) PVFENDORF *lib. XII. §. LXXXI. LXXXII.* Integrum Comitiorum Protocollum exhibet LONDORPIVS *Tom. IV. p.* 865. & *Tom. V. p.* 1. *ſqq.* MEIER *Lond. ſuppl. Tom. IV. p.* 271. ADLZREITER *p. III. lib. XXV. n.* 6. HELVICVS *lib. XXVIII. p.* 326. THEATR. EVR. *Tom. IV. p.* 204.

77) Extant litteræ Proteſtationis apud LONDORPIVM *Tom. IV. p.* 850. *ſqq. Tom. V. p.* 2. Bremenſium defenſio apud MEYERVM *Lond. ſuppl. Tom. IV. p.* 783. Contra Hamburgenſes prodiit *Grindliche Remonſtration, daß die Hamburger des Hochlobl. Hauſes Holſtein Erb-Vnterthanen, Kopenhagen* 1642. 4.

78) LONDORP *Tom. V. p.* 100. 113.

79) LONDORP *Tom. V. p.* 152. CORTREIVS *ad P. Relig. p.* 287. PVFENDORF *lib. XIII. §. XCIII.*

80) LONDORP *Tom. V. p.* 321. *Hiſtorie der Religions-Beſchwerden Tom. I. c. IV. §. LXVI.* PVFENDORF *lib. XIII. §. XCIII. De Grauaminibus conſignandis, e quibus ordinum inter ſe diſſidentia pullulauerat, Cæſar ipſe anſam præbuerat & Catholici diſcrte ſpem iſtorum abolendorum feceranſ vnde Euangelicis ſua colligere & digerere cura fuerat. Sed cum in rem præſentem peruiendum eſſet; ac Euangelici ſuper iſtis emendandis ad tractatus cum Catholicis deſcendere cuperent, vi abnuebant. Ita iſthoc negotium dilatum, poſt plane intermiſſum fuit, non parum aimitente Legato Pontificis, qui circa id tempus apud Cæſarem proteſtationem ſuper negotio pacis & grauaminum interpoſuerat.*

81) LONDORP *Tom. V. p.* 555. Decretum Imp. de eo extat apud LVNIGIVM *P. Gen. Cont. II. p.* 672.

82) De hoc late PVFENDORF *lib. XII. §. XLIX. - LXVIII.* Extat Tractatus apud du MONT *Tom. VI. p. I. p.* 192.

83) PVFENDORF *lib. XIII. §. LXIV - LXVIII.*

84) PVFENDORF *lib. XIV. §. LXVII. LXVIII. LXIX.* Extant iſti Tractatus apud LONDORPIVM *Tom. V. p.* 762. LVNIG *p. ſpec. f. IV. p.* 126. du MONT *Tom. VI. p. I. p.* 233.

85) PV-

cro pacem adhuc Lauenburgici, 85) atque Erneſtus Saxoniæ Dux conciliare nitebantur, 86) dum interea Conradus Lutzouius cum nouis mandatis a Cæſare Hamburgum miſſus, quicum Saluio varie tractabat. 87) Brandenburgico vero Electori, vt medius ſit inter partes belligerantes, conceditur. 88) Cum Gallis fœdus Hamburgi XXX. Iunii 1641. renouatur. 89) Poſtquam a Cæſare XX. Auguſti Edictum de Generali Amneſtia fuiſſet publicatum, 90) ſecreti Tractatus inter Conradum Lutzouium & Io. Adler Saluium, atque a Gallorum parte Claudium de Mesmes, Comitem d' Auaux, Hamburgi continuantur, 91) demum circa Pacis Præliminaria XV. Decembris 1641. ibidem inter iſtos conuenit, vt loca vniuerſalis Tractatus ſint Osnabruga & Monaſterium Weſtphaliæ, quibus durantibus Tractatibus, Neutralitas concederetur: vterque congreſſus pro vno habeatur, libero hinc inde commeatu. Salui conductus pro vtroque congreſſu commutenter vtrinque omnes intra duos menſes, a parte Cæſaris pro Sueciæ Plenipotentiariis, Reſidente Gallico, domo Palatina, Brunſuico-Lüneburgenſi, Haſſo Caſſellano, & reliquis Imperii Statibus, Sueciæ fœderatis, a parte Suecorum pro Imperatoris Plenipotentiariis, Deputatis Moguntinis & Brandeburgicis, idque ſecundum formulas conceptas. Dies congreſſus conſtituta eſſe debeat XXV. Martii. Vnus autem eſſe debeat cum Suecis Gallisque Tractatus. 92)

§. XV. Continuabantur interim Ratisbonæ Comitia, vbi, dum Lüneburgici & Haſſici Legati ſuper amneſtia vniuerſali maſcule fuiſſent locuti, tandem ſalui conductus beneficio priuati, Ordinibus non conſultis, Ratisbona exeſſe iubebantur. 93) Fit tandem X. Octobris 1641. decretum, quo generalis Amneſtia omnibus conceditur, cauſſa Bohemica, Magdeburgenſi & Palatina excepta. Reſtitutio bonorum ſecularium eo modo fiat, quo a. 1630. fuerunt circa Suecorum Regis aduentum in Germaniam; eccleſiaſticorum vero ſecundum tempus XII. Nouembris a. 1627. dirigatur. Monaſterium & Osnabruga Tractatibus pacis inſtituendis confirmantur. Pax Religionis & Publica ſarta tecta maneat: bellum continuetur ad pacem vsque vniuerſalem: Decretum etiam de augendo Exercitu Cæſareo, hoſpitationibus, diſciplina militari, centum & viginti menſtruis Romanis. Nemo hoſtibus militet, nec Neutralitas concedatur: Ad promouendam Iuſtitiam Comitia Deputatorum Imperii ad Kl. Maii 1642. Spiram vel Francofurtum eſſe euocanda. Iudicium Rotwilenſe, aliaque Sueuiæ Imperialia vna cum Poſta Imperiali conſeruentur, ita tamen, vt grauaminibus de iisdem medela adferatur. Bulla Brabantina eo declaratur, ne Brabantini ciues extra territorium euocentur, nec proceſſus ab Arreſto inchoetur. 94) Licet in iisdem Comitiis multa fine Legum Imperii ordine fuiſſent peracta. In Electorali Collegio Catholici Cæſari addicti, nec minus Saxo. In Principali Auſtriaci præſidebant, triginta amplius Euangelicorum vota aberant. Tergiuerſantibus anathemata Pontificis, offenſa Cæſaris, ſubtractio 95) penſionis Hiſpanicæ oſtentabantur. Palatina cauſſa Viennam ablegatur, ibidemque IX. Nouembris denuo ſuſcipitur. 96)

§. XVI. Inter hæc pacis conſilia, Banerius ſub initium anni 1641. Ratisbonam verſus iter intendebat, ſpe Comitia iſta turbandi. Et fœuiens tunc gelu facilem Danubii tranſitum pollicebatur. Dum vero Cæſar Ratisbona cedere nollet, edicto Ordines ad pacem conſtantiamque hortabatur, & contractis a Bauaro copiis, vrbs operibus & quatuor millium præſidio firmabatur. Remittens tamen gelu, facultatem Danubium glacie conſtrictum

85) PVFENDORF *lib. XII. §. LXVIII.*

86) PVFENDORF §. *LXIX.* LONDORP *Tomo IV. p. 837.*

87) PVFENDORF §. *LXXIII. LXXX.* Varia ſcripta huc facientia reperiuntur apud MEYERVM *Lond. ſuppl. Tom. IV. p. 304.*

88) PVFENDORF *lib. XIII. §. LXX. LXXI. LXXII. LXXIII.*

89) PVFENDORF §. *LXXIV. LXXVII.* ADLZREITER *p. III. lib. XXI. n. 32.* Extat illud fœdus in RECVEIL *Tom. III. p. 414.* MEYERVM *Lond. ſuppl. Tom. IV. p. 318.*

90) Extat apud LVNIGIVM *p. Gen. Cont. II. pag 189.*

91) PVFENDORF §. *LXXVIII. LXXXIX.*

92) PVFENDORF §. *XC.* qui etiam ipſum Tractatum exhibet, in RECVEIL *Tom. III. p. 435.* apud du MONT *Tom. VI. p. I. p. 231.* LONDORP *Tom. V. p. 760.* MEYERVM *Lond ſuppl. Tom. IV. p. 410.* Coniunctim prodierunt *Acta circa Pacis Præliminaria Amſtelodami 1642. 4.* PFANNERI *Hiſt. P. Weſtphal. lib. I. §. III.* Le VASSOR *lib. XLVIII. p. 117.* Facit huc etiam *Copia Litterarum Amici ad Amicum de Tractatibus pacis, Amſtelodami 1642. 4.* quibus integrum Præliminarium negotium exponitur. THEATR. EVR. *Tom. IV. p. 872.*

93) PVFENDORF *lib. XIII. §. XCV.*

94) Hæc enim per Carolum IV. Ioanni Brabantino a. 1343. conceſſa, huius tenoris, ne quis ſiue Clericus ſit ſiue Laicus, in quibuscunque cauſſis ciuilibus vel Criminalibus, in ſubditos, Vaſallos atque Miniſtros Ducis Brabantini aliquam iurisdictionem, vel iudiciariam poteſtatem, euocando, & proſcribendo exercere præſumat, excepto caſu denegatæ iuſtitiæ. Vid. *cap. VI. §. XIII.*

95) De hac Comitiorum concluſione plenius egit PVFENDORF *lib. XIII. §. XCI. XCVII.* Extat ipſe Receſſus in Corpore *p. 1032.* & apud LVNIGIVM *p. Gen. Cont. II. pag. 333.* MEYERVM *Lond. ſuppl. Tom. IV. p. 337.* De cauſſis in his Comitiis propoſitis ADLZREITER *p. III. lib. XXVI.* PVFENDORF *de reb. Frid. Guil. lib. I. §. XX.* LVDOLPH *lib. XL. & XLI. c. II.* Separatim prodiit *Bericht wie der Reichs-Abſchied zu Regensburg iſt abgelefen und publiciret worden, Nürnberg 1642. 4.* Potiſſimum huc facit Diſcurſus, quem *Archivo Hiſtorico p. V. n. IX.* inſerui, in quo potiſſimum declaratur, qua ratione legatus Cæſaris D. Pirckelmayer in his Comitiis ſe geſſerit.

96) PVFENDORF *lib. XIII. §. XCVI. XCVIII.* ADLZREITER *p. III. lib. XXVI. n. 12.*

97) PV-

ſtrictum transeundi adimebat. 97) Neque Banerius, hoc licet ſucceſſu fruſtratus, ſpem belli, in Bauari Cæſarisque ditiones transferendi, abiecerat. Per Palatinatum igitur ſuperiorem in Bohemiam tendit, ſed inſtante Piccolomineo, vlterius pergit, ad Zuiccauiam Guebriano iungitur. 98) Vtrique ad Salam pergunt, ſed inſtante hoſte, Sueci Halberſtadtium ſe recipiunt, 99) vbi Banerius X. Maii fuit extinctus. Idem fatum paulo ante II. Aprilis ſubierat Georgius, Lüneburgi Dux, poſt circumpoſitum Guelferbyto obſidium. Vtrique non ſine ſuſpicione veneni, quod in conuiuio Hildeſienſi propinatum fuiſſe dicebatur, fuerunt extincti. 100) Auguſtus nihilominus Dux Guelferbyti obſidionem continuabat. Hunc varie quidem Cæſarei tentabant, vt a Suecis ſeiungeretur, verum, dum nihil præualerent, 1) Leopoldus Archi-Dux in Piccolominei caſtra veniens, in auxilium Guelferbyto venit. Fit XIX. Iunii ſt. v. atrox prœlium per quinque horas, donec tandem peditatus Cæſareus, turbatis ordinibus, a Suecis in fugam coniiceretur. Eo prœlio totus fere Bauaricus peditatus fuit deletus. In loco pugnæ tria millia octingenti humo mandabantur, præter eos, qui per fruticeta, & ſparſim ceciderant. Cæſarei ita repulſi, ſtatim intra ſtationem ſuam ad Guelferbytum ſe recipiebant, 2) dum interea Suecico exercitui nouus Dux Torſtenſohnius deſtinatur. 3) Cæſarei vero nouo milite firmati, Oſteruicam, Hornburgenſem arcem, Einbeccam aliaque Saxoniæ Inferioris oppida capiunt, 4) Göttingam fruſtra tentant. Dorſtena Weſtphaliæ arx X. Septembris Hatzfeldio deditur. 5) Auguſtus etiam relictis Suecis, facta ſibi de Guelferbyto reſtituendo ſpe, ſoluta obſidione, in Cæſaris partes tranſit. 6) Saxo interea V. Iunii Zuiccauiam recuperat, 7) Hatzfeldius vero Heldrungam & Masfeldam, Hennebergenſem arcem capit. 8) E Sileſia Stalhantſchius, initio anni, poſtquam capta ibi loca idoneis præſidiis firmaſſet, verſus Luſatiam Inferiorem & Marchiam progrediebatur, cum iam Brandeburgicæ copiæ irruptionem in Pomeraniam agitarent. Quæ audito eius aduentu, raptim intra Berolinum ſe coniiciunt, eius vrbis defenſionem, ope ciuium & prouincialium molientes, quo fine ſuburbia, ac vicina prædia incendunt, Stalhantſchius aquis paſſim gelu conſtrictis vrbem tentare inſtituit. Sed remittente frigore, ac vaſtitate Marchiæ territus, in Luſatiam regreditur, inde in Sileſiam, Lubenam arcem & Heintzendorfam capiens. 9) Saxonici interim vna cum Cæſareis Laubam ſubigunt & XII. Septembris Görlicium a Suecis licet acerrime defenſum, atque ſic Luſatiam a Suecis plane purgant. 10) In Pomerania quoque & Marchia Suecos inter & Brandeburgicos mutuis excurſionibus certabatur. 11) In Alſatia Cæſarei Crucenacum capiunt, Hohentuilam irrito conatu obſident. Gentzenbacum vero & Friburgum a Gallis fruſtra oppugnatur. 12)

§. XVII. Inſequenti anno 1642. dum in Sileſia Suecorum res proſtratæ admodum eſſent, Stalhantſchius, occupata Gubena & Sorauia, Saganum, vna cum Torſtenſohnio, Glogouiam maiorem, aliasque vrbes capit, 13) Sueidniciam obſidet; cui dum Franciſcus Albertus Dux Lauenburgicus ſuccurrere conaretur XXI. Maii profligatur, ipſeque capitur, quare Sueidnicia XXIV. Maii ſe dedit. Hinc Kl. Iunii 14) Olmucium capit Torſtenſohnius; Königsmarckius vero Littam & Neuſtadtium Morauiæ occupat, Lilienhoeckius VI. Iunii Niſſam capit, Oppelam adſultu. 15) Et licet XVI. Iunii Briegam obſideret Torſtenſohnius, aduentante tamen cum exercitu Piccolomineo, obſidionem XV. Iulii ſolue-

97) PVFENDORF *lib. XIII. p. 434.* HIST. DV MARECH. DV GVEBRIANT *lib. V. c. I. II. III.* Le VASSOR *lib. XLVII. p. 397.*

98) PVFENDORF §. *III. X.*

99) PVFENDORF §. *XIII.*

100) PIASECIVS *pag. 520.* Le VASSOR *lib. XLVII. p. 412.* ADLZREITER *p. III. lib. XXVI. n. 7.* PVFENDORF §. *XI. XIV.* vbi addit: *cuius cauſſam in morbum ex laboribus contractum, aut conuiuium Hildeſianum retulere, prout cuique credulitas, aut in partes ſtudium fuit. Sane pro magnitudine odii, quo hoſtis in ipſum flagrabat, nullum flagitium ſupra fidem eſt. Et conſtat eo ipſo tempore ſicarios aliquot in ipſius exercitu pecunia emtos egiſſe; quod iſto ſublato res Suecorum per Germaniam plane collapſuras crederentur.* De ipſo vero Conuiuio Idem lib. XII. §. XXIV. *caterum eo tempore multus de conuiuio Hildeſiano rumor erat, conuiuatori aeque* (Georgio Lüneburgico, qui varios Duces eo inuitauerat) *ac hoſtibus exitioſo, quo veriſque malefica arte medicatum vinum opera cuiusdam Monachi Gallici propinatum fuerat, Catholicis gaudium ſuum male diſſimulantibus. De quo ſcelere etſi nobis parum diſtincte compertum; cuentus tamen rumorem non vanum fuiſſe argunt. Nam Chriſtianus Heſſiæ Landgrauius, & Schaumburgius Comes largius hauſto liquore mox extincti ſunt. Dux Georgius & Banerius, qui præcipue petebantur, parciore potione exitum ad proximum ver diſtulere.*

1) PVFENDORF *lib. XIII.* §. *XXII. XXIII.*

2) PVFENDORF §. *XXIV.* Le VASSOR *lib. XLVIII. p. 105.* ADLZREITER *p. III. lib. XXVI. n. 34.* THEATR. EVR. *Tom. IV. p. 599.*

3) PVFENDORF §. *XXIX. XXX. XLIX.*

4) PVFENDORF §. *XXXIV. L.*

5) PVFENDORF §. *XXXV. XLVIII.*

6) PVFENDORF §. *XLIII. XLIV.*

7) PVFENDORF §. *XXVI.* Extat *kurtzer und Summariſcher Bericht von Belagerung und Eroberung der Stadt Zuickau, 1641. 4.*

8) PVFENDORF §. *LIII.* ADLZREITER *p. III. lib. XXVI. n. 43.*

9) PVFENDORF §. *LVI. de reb. Frid. Guil. lib. I.* §. *VI.*

10) PVFENDORF §. *LVII.*

11) PVFENDORF §. *LIX.*

12) PVFENDORF §. *LXIII.*

13) PVFENDORF *lib. XIV.* §. *X. XIII.*

14) PIASECIVS *pag. 520.* Le VASSOR *lib. I. p. 674.* PVFENDORF §. *XIII. XIV. XV.*

15) PVFENDORF §. *XV.*

ſoluere cogitur. 16) Cæſarei Glogouiam obſidentes, illam ſubueniente Torſtenſohnio, exeunte Auguſto iterum relinquunt. 17)

§. XVIII. Königsmarckius interea XXIX. Iulii 1642. in Misniam mittitur & Thuringiam, qui occupata Northuſa, Duderſtadio & Gleichenſteina arce, ſtipendium Halberſtadtienſi & Magdeburgenſi ditioni imperat. Hinc Numburgum properat, & licet edita fuerit mœnium ruina, in oppidum tamen perrumpere non potuit. 18) Torſtenſohnius autem, cum neque in Bohemiam penetrare, obſiſtente hoſte, nec ad præſidium eundem pertrahere poſſet, poſtquam ad Albim ſe Königsmarckio iunxiſſet, Lipſiam obſidet duabus duntaxat cohortibus inſeſſam, ad quam liberandam Leopoldus Archidux, cum Cæſareis aduentabant. 19) Fit XXIII. Octobris 1642. atrox prœlium ad Breitenfeldam prope Lipſiam, in quo inſignem cladem perpeſſi fuerunt Cæſarei. Cauſam cladis quidam in Hungaros & Croatas referunt, qui manum conſerere abnuentes, ſtatim ſe ſubduxerant, cum ſi pugnam capeſſere voluiſſent, quando ſiniſtrum Suecorum cornu initio vacillabat, magnum momentum ſuis adferre potuiſſent. Maior culpa penes ſiniſtrum Cæſareorum cornu, quod Suecis ingruentibus, nondum rite fuerat diſpoſitum, ac ſemel pulſum, pugnam repetere non audebat. Cæſareorum, qui in loco pugnæ, aut in fuga cædebantur, circiter quinque millia numerabantur, inter quos e primariis ducibus multi. 20) Repetitur igitur Lipſiæ obſidio, eademque XXV. Nouembris ad deditionem fuit compulſa. 21) Hinc vt viam ſibi in Bohemiam muniret Torſtenſohnius, XXVII. Decembris Freibergam obſidet, quam tamen XVII. Februarii 1643. aduentantibus in auxilium Cæſareis, cum multa ſuorum clade relinquere fuit coactus. 22) Königsmarckius vero poſt prœlium a Torſtenſohnio digreſſus, Aſchaniam & Querfurtum occupat. 23)

§. XIX. Cæſarei autem in Bohemia copias ſuas iterum colligunt. 24) Interea Haſſi, quibus ſe Guebrianus cum exercitu Vinarienſi iunxerat, ad Rhenum Inferiorem multa per Colonienſem & Iuliacenſem ditionem oppida occupant, Cæſareis tamen iisdem obuiam euntibus, in Franconiam tendunt, quos Cæſarei ſequuntur. 25) Inſequenti anno 1643. Haſſi a Rheno inferiori reduces, Paderbornam & Tremoniam fruſtra tentant. 26)

§. XX. In pacis vero negotio, Maio menſe 1642. Stettini de induciis Brandeburgicis, 27) miſſa etiam ab his legatione in Sueciam, & de induciis & matrimonio Electoris cum Sueciæ Regina agebatur. 28) Cæſar interea Aurſpergium ad Daniæ Regem mittebat, qui ab eodem duodecim militum millia & ſexcenties mille vnciales mutuo peteret, oblata viciſſim vectigalis Glückſtadtienſis prorogatione, ac Pinnebergici Comitatus & Bremenſis præſulatus confirmatione. Sed circa pacem conueniebat, vt permutando ratificationis inſtrumento, tum ordiendis tractatibus dies decerneretur. 29) Licet Cæſarei tempus extraherent, & ſecretos iterum Tractatus captarent. 30) De Palatina cauſſa Viennæ agebatur: Cæſar demum poſt tædioſas moras XXVI. Aprilis declarabat: ſi Palatini ſcripto, aut per Legatos Cæſari ſe ſubmittant, & omnibus fœderibus præſentibus & futuris contra Cæſarem, Imperium & Domum Auſtriacam renuntient, Cæſarem delicti ab ipſis aut eorundem parente admiſſi, veniam daturum, in Palatinatum Inferiorem eosdem reponendum, pro Germersheimenſi præfectura ſortem, pro qua pignori oppoſita illa ſit, redditurum, quin & ſuperiorem Palatinatum reſtituturum, vbi Rex Angliæ aut Palatini tredecim milliones florenorum vna ſumma exſoluerint diluendo debito, quo Cæſar Bauaro ſit obſtrictus. Dignitas Electoralis ſit penes Maximilianum, eiusque hæredes maſculos, tum penes tres inſuper alios ex linea Wilhelmina, dum demum ea dignitas alternis inter Wilhelminam & Palatinam vicibus geratur. Hac Cæſaris declaratione in Angliam miſſa, Legatus vna cum Palatinis Viennam domum reuerti iubetur. 31)

§. XXI. Inſequenti anno 1643. Torſtenſohnius ex ſtatiuis apud Budiſſinam in Bohemiam mouet Aprili menſe, 32) indeque Iunio menſe in Morauiam, vbi multa loca occupat. 33) In Sileſiam inde pergit, & poſtquam Carnouiam fruſtra obſediſſet, in Holſatiam tendit. 34) Gallaſius interea in Luſatia Lubenam & Zittauiam; in Sileſia Lembergam capit, 35)

16) PVFENDORF §. *XVI. XVII.*

17) PVFENDORF §. *XX.*

18) PVFENDORF *lib. XIV.* §. *XIX. XXIII.* ADLZREITER *p. III. lib. XXVII. n. 12.*

19) PVFENDORF §. *XXIV. XXV.* VOGEL *pag. 584.*

20) PVFENDORF §. *XXVI.* ADLZREITER *p. III. lib. XXVII. n. 22.* In THEATR. EVR. *Tomo IV. p. 900.* reperiuntur litteræ Torſtenſohnii, aliæque Præfecti cuiusdam Cæſarei de hoc prœlio, quas etiam Annalibus ſuis inſeruit VOGELIVS *pag. 586.* Male hoc prœlium ad Torgam factum dicit PLASSIVS *p. 520.*

21) PVFENDORF §. *XXVII.* VOGEL *p. 598.* ADLZREITER *n. 25.*

22) PVFENDORF §. *XXX. lib. XV.* §. *III.* Hanc obſidionem prolixe deſcribit MOLLER *Ann. Freiberg. p. 594. ſqq.*

23) PVFENDORF §. *XXXIII.*

24) PVFENDORF *lib. XIV.* §. *XXXI.*

25) PVFENDORF §. *XXXVII. - XL.*

26) PVFENDORF *lib. XV.* §. *XXVI.*

27) PVFENDORF *lib. XIV.* §. *XLIII. LXVI.*

28) PVFENDORF §. *XLVII. XLIX. de reb. Frid. Guil. lib. I.* §. *XV.*

29) PVFENDORF §. *LX.*

30) PVFENDORF §. *LXI. - LXVI.* Extant variæ de pace litteræ apud LONDORPIVM *Tom. V. p. 773. 812.*

31) PVFENDORF §. *LXXI.* De hac cauſſa varia ſcripta apud LONDORPIVM *Tom. V. p. 784.*

32) PVFENDORF *lib. XV.* §. *V.*

33) PVFENDORF §. *VI. VII.*

34) PVFENDORF §. *XIV. XVII.*

35) PV-

capit, 35) Königsmarckius magna apud Dresdam populatione facta, Halberſtadtium XIII. Iulii intercipit, 36) irrumpente vero in Pomeraniam cum Cæſaris milite, Crocouio, eodem properat, Crocouium apud Belgardum obſidet. 37) In Megapolitano tractu, Dömitza, quam Dani adpetebant, fruſtra obſidetur. 38) Guebrianus interea Gallorum dux, poſtquam Bauaris impedientibus, fruſtra in Würtenbergenſem agrum penetrare anniſus fuiſſet, 39) Rotwilam XIX. Nouembris expugnat, licet id magno nimis Gallos conſtaret. Ipſi Guebriano brachium globo colliinm, quo poſtea abſciſſo extinguebatur. 40) Bauarici autem ipſis obuiam euntes XIV. Nouembris Gallos ad Dutlingam fugant, & vel quatuor millia in Dutlinga Mulheimo & Neidinga capiunt. 41)

§. XXII. Abſoluti hoc anno demum fuerunt dudum agitati Cæſarem inter & Lüneburgicum Tractatus; quibus conuentum, vt Cæſaris præſidia Guelferbyto, Einbecca & aliis in Brunſuicenſi agro locis deducerentur, id quod XIV. Septembris ſt. v. ſuit factum. 42) Hildeſienſis etiam cauſſa in iudicio Camerali & dinerſis Comitiis hucusque fuit agitata. 43) Poſtquam autem per Tractatus Goslarienſes reſtitutio vrbis Hildeſienſis vna cum præfecturis Peina, Steurwald & Marienburgo fuiſſet pacta, reliqua ad amicabilem compoſitionem fuerunt reiecta. Hinc Brunſuici XXVII. Aprilis 1643. per Ferdinandum, Archiepiſcopum Colonienſem & Epiſcopum Hildeſienſem atque Auguſtum & Chriſtianum Ludouicum, Brunſuici & Lüneburgi Duces, omnis controuerſia fuit compoſita, per quam omnia oppida & Præfecturæ Hildeſienſi Epiſcopo reſtituuntur, Lutteræ, Barenbergæ, Coldingæ, Weſterhoſii præfecturis exceptis, quæ Brunſuicenſi domui vna cum prædiis quibusdam & iuribus relinquuntur. 44) Acceſſit eodem die Receſſus ſecundarius, a Ferdinando III. confirmatus, per quem religioni Proteſtantium in ditione Hildeſienſi proſpicitur. 45)

§. XXII. In negotio Pacis XI. Februarii an. 1643. Comitia Deputatorum Imperii Francofurti celebrabantur, in quibus per Cæſaris legatos, Erneſtum Oetingenſem & Georgium Vlricum Wolckenſteinium Comites, ſuper iuſtitia inſtauranda proponebatur, cui obiter additum, quid circa pacem hactenus fuerit actum. 46) Proteſtantibus licet Auſtriacis atque Burgundis, qui bellum potius ſuadebant, de pace agebatur. De reſtituenda quoque iuſtitia tractabatur, ſed in proxima Comitia reiiciebatur. Deputati, qui aderant, Haſſiæ Landgrauiam a Suecorum ſocietate abſtrahere fruſtra conabantur. 47) Mouebatur inde quæſtio: an, & quomodo Collegium Principale pacis futuræ Tractatibus intereſſe debeat. Auſtriaci & Burgundi latius deducebant, vniuerſi Principum Collegii nomine miſſionem eſſe omittendam, futuros enim Tractatus ad controuerſias, ſi quæ Cæſari cum Ordinibus intercedant, non pertinere: ſingulis tamen Ordinibus, quibus terrarum quid ademtum, integrum relinquendum, quibus mandatis ſuos velint inſtruere. Aſt, contra-

35) PVFENDORF §. *XVIII.*
36) PVFENDORF §. *XIX.*
37) PVFENDORF §. *XX. XXI. XXII.*
38) PVFENDORF §. *XXIV.*
39) PVFENDORF §. *XXX.*
40) PVFENDORF §. *XXXII.*
41) PVFENDORF §. *XXXIV.* qui inſimul addit: *octo inſuper legiones equeſtres, ſeptem peditum phalanges ſat conſuſis ordinibus Lauffenburgum euadebant, reliſtis impedimentis; quas amiſſa Rotwila dite Lauffenburgum prouocaſſe non inſecute cauillabatur.* LONDORP *Tom. V. p. 771.*

42) PVFENDORF *lib. XV.* §. *XXV.* qui etiam addit: *tribus horis antequam Guelferbyto Cæſarei exirent, tabellarii duo, a Cæſare vnus alter a Moguntino ad præfectum arcis miſſi aderant; quos cum ſiniſtri quid adferre Dux Auguſtus ſuſpicaretur, aditum ad præfectum non concedebat, quoad egreſſis Cæſareis ſuus miles introiiſſet. Nec fefellerat iſtum ſua coniectura. Nam iubebatur præfectus oppido non excedere, & pariis obtentibus Ducem eludere. Vnde cum præfectus lectis ante portam literis, retro ſe cum ſuis ad portam verteret, iactans, peculiare quid ſibi Cæſaris nomine cum Duce agendum eſſe, reuera vt pontem penſilem occuparet, eo iam ſubducto irritus diſcedebat.* THEATR. EVROP. *Tom. V. pag. 161.* Ipſe vero Auguſtus XIX. Septembris vrbem fuit ingreſſus, de quo extat MARTINI GOSKY *epinicium votiuum ſuper ingreſſum in ſedem auitam Guelferbytanam in ipſius Arbuſto p. 261.* qui etiam Thaleros iſtos, in conſultationis de Guelferbyto euacuando cuſos explicat, qui dum campana fuerint inſigniti, vulgo dicuntur *die Glockenthaler.* Plenius de iisdem ex TENTZELIO agitur *in Hamb. Hiſtor. Remarquen ad a. 1703.* ſub initium.

43) In Camera Imperiali VII. Decembris 1629. ſententia fuit publicata, qua reſtitutio Epiſcopatus cum omnibus fructibus decernitur. THEATR. EVR. *Tom. II. p. 45.* quam Duces per Reniſionis Remedium ſuſpenderunt, eandemque *Gründliche und wahrhaftige Informatio Iuris & facti*, quæ iuſſu Friderici Vlrici Ducis a. 1634. fuit edita, euertere conatur. Hanc poſt Friderici Vlrici mortem, alia *Informatio Iuris & facti a. 1635.* fuit inſecuta, qua demonſtratur, pacem Pragenſem ad negotium hoc Hildeſienſe minime poſſe extendi. Inde prodiit *Faſciculus etlicher in der Hildesheimiſchen Sache abgefaſſeten Schrifften, Lüneburg 1637. f.* quo ſcripto Ducum fundamenta penitius declarantur. Apud LONDORPIVM *Tom. IV. p. 808.* extat Memoriale Legatorum Ducalium ad Collegium Electorale Norbergæ 1640. congregatum, de cauſſa hac definienda. In Comitiis Francofurtenſibus de a. 1641. de eodem negotio fuit actum, LONDORP *Tom. V. p. 185.* & per Tractatus Goslarienſes a. 1642. HISTOIRE DES TRAITTES DE PAIX *Tom. II. p. 279.*

44) Dicitur *der Hildesheimiſche Haupt-Receß.* BVRGOLDENSIS *p. III. diſc. XV. p. 124.* Integrum vero idem ſubiecit FRANC. IRENICI *Collegio Iur. Publici p. I.*

45) Extat iſte Receſſus Religionis in *Anti-Vindiciis Statuum Epiſcopatus Hildeſienſis Euangelicorum pag. 376.*

46) Extat propoſitio Cæſarea apud LONDORPIVM *Tom. V. p. 819.* PVFENDORF *de reb. Frid. Guil. lib. II.* §. *I.*

47) LONDORP *Tom. V. pag. 830.* THEATR. EVROP. *Tom. V. p. 59. 298.*

contrarium Principes contendebant, licet his etiam Electorales contradicerent. 48) Tractatus interea induciarum cum Brandeburgico hærebant. 49) Circa pacem vniuersalem Cæsar ratificationem Vienna miserat, sed in quibusdam emendatam, id quod Suecis maxime displicebat. 50) Licet Cæsar secretam tractationem iterum captaret, ideoque Georgium ab Eberstein Dominicanum in Galliam mittebat. 51) Postquam vero Cæsaris ratificatio demum fuisset recepta, 52) loca Tractatibus destinata iuramento exsoluuntur, præsidia inde ducuntur, 53) dies XI. Iulii ad Tractatus instituendos definitur, legati passim ad loca destinata tendunt. 54) Et licet ex morte Ludouici XIII. Gallorum Regis, quæ V. Maii 1643. accidit, aliqua mutatio metueretur, statim tamen cum Ludouico XIV. successore Sueci fœdus renouarunt. 55) Octobri etiam mense 1643. fœdus inter Suecos Gallos, & Georgium Ragotzium Transyluanum concluditur. 56) Dani vero sub Rudena non solum a Suecis vectigal exigunt, sed etiam Suecorum nauibus in Oresunda manus iniiciunt. Hanc iniuriam vleuri Sueci, per victorias etiam hactenus partas facti elatiores 57) in Holsatiam, Iutlandiam & Scaniam irrumpunt, Danosque adhuc imparatos eo adigunt, 58) vt Gallorum interuentu, 59) per pacem Bromsembroæ XIII. Augusti a. 1645. conclusam, Sueco Iemptelandiam & insulas Codani sinus Gotland & Oeseliam concederent, etiam pignoris loco ad XXVI. annos Halandiam. 60)

§. XXIV. Dum interim Torstensohnius in Holsatia hæreret, Königsmarckius interunte anno 1644. in Misniam veniebat, aduentante tamen e Franconia Hatzfeldio, Cæsareis impar, Hala Eislebiam, inde trans Werram se recipit, & a Landgrauia auxiliis se subleuari postulat. 61) Hoc digresso, Electior Chemnitium, Grimmam, Rochlicium & Leisnicensem arcem occupat, in Lusatia quoque Sonnewaldum recuperat. 62) Cognita vero Suecorum in Daniam irruptione, Cæsareis ducibus placebat, Suecos intra angustias Chersoneſi Cimbricæ, in quas se coniecerant, concludere, ac vel vi vel fame destruere. Gallasius igitur in Holsatiam mouet, Boitzenburgum expugnat, cui Danus se iungit. 63) Torstensohnius vero contractis apud Rensburgum copiis, Gallasio obuiam tendit, qui Albim transit, quem Torstensohnius insequitur. 64) Castra castris Septembri mense prope Bernburgum opponuntur. 65) Inde in Misniam tendit Torstensohnius, Pegauiam occupat. 66) Interim in Silesia Cæsarei Drachenbergam, Schweidniciam, Wolauiam, Oppelam recuperant, Glogouiam vero & in Morauia Olmutium frustra obsident. 67) Crosna & Francofurtum a Suecis Brandeburgicis restituuntur. 68) Per superiorem Germaniam, Bauarici Vberlingam recipiunt. 69) Turennius vero e Burgundia & Lotharingia in Alsatiam veniens, duas eorum legiones inter Donesschingam & Husingam XXIV. Maii cædit, Friburgum versus procedit, a Bauaricis obsessum, cuius liberationem frustra tentat, quod tandem XV. Iulii iisdem deditur. 70) Galli vero per Ludouicum Borbonium ducem Enguianum firmati, XXIV. Iulii partem castrorum Bauaricorum post atrocem quinque horarum pugnam expugnant, sed XXVI. Iulii non sine suorum clade repelluntur. 71) Augusto mense Galli Manheimium & Spiram capiunt, Imperiali Cameræ securitate promissa, & XXIX. Augusti Philipsburgum. Septembri etiam mense, capta Wormatia & Moguntia, Enguianus in Galliam redit. 72)

§. XXV. Ra-

48) PVFENDORF *lib. XV.* §. *LIX. - LXXII.* qui singula huius conuentus capita exponit.

49) PVFENDORF *lib. XVI.* §. *XXXV.*

50) PVFENDORF §. *XXXVI. XXXVIII.*

51) PVFENDORF §. *XLI.* Extant de eo Literæ apud LONDORPIVM *Tom. V. p. 819.*

52) PVFENDORF §. *XLII.*

53) PVFENDORF §. *XLIV. XLV.*

54) PVFENDORF §. *XLIII. LV. sqq.* LONDORP *Tom. V. p. 822.*

55) PVFENDORF §. *XLVII.* Le VASSOR *lib. L. extunte.*

56) PVFENDORF §. *LXXIII. LXXIV.* Extant Acta huius Pacis in RECVEIL *Tom. III. p. 442.*

57) Memoires & Negotiations de Mr. CHANVT ad a. 1645. p. 1. *La Suede enflée par les Victoires & les bonheurs ſuccez, qu' Elle y avoit eus s' imagine que tout Luy etoit permis, & que les moindres ſoupçons, que Luy donnoient ſes voiſins, ſuffiſoient pour les traiter d' ennemis. Sur ce fondement Elle fit entrer vne Armee dans le Danemarc, & comme elle ſurprit ces Provinces, qui n' y ſongeoient pas, Elle y icita l' epouvente & y fit en peu de tems le grands progrez.*

58) PVFENDORF §. *LXXVIII. LXXXVI. LXXXVIII.* Extant de hoc varia ſcripta apud LONDORPIVM *Tom. V. pag. 838.* PIASECIVS *p. 520.* WASSENBERG *p. 556.*

59) Memoires de CHANVT Tom. I. pag. 2. *Le Dannemarck, qui veritablement ſouhaitoit la paix, & qui, eſtoit bien aiſe, de reſpirer apres les guerres qu'il avoit ſouffertes, ecouta volontiers les propoſitions que luy fit la France; & la Suede ſe voyant blâmée de ſon mauvais procedé par ſes Alliez retira ſes trouppes & donna les mains à vn accommodement.*

60) Extat pax ista in RECVEIL *Tom. III. p. 466.* LONDORP *Tom. V. pag. 937.* Hoc bellum Sueco-Danicum tribus libris scripsit BOECLERVS. Describitur etiam *in Hiſtoriſcher Einleitung zum Nordiſchen Krieg p. 66. ſqq.* vbi etiam *pag. 74.* pax Bromsenbroensis reperitur.

61) PVFENDORF *lib. XVI.* §. *II. III.*

62) PVFENDORF §. *VIII.*

63) PIASECIVS *p. 521.* PVFENDORF §. *IV.*

64) PVFENDORF §. *V. VI. VII.*

65) PVFENDORF §. *X. XI.*

66) PVFENDORF *lib. XV.*

67) PVFENDORF §. *XVII. XVIII.*

68) PVFENDORF §. *XIX.*

69) PVFENDORF §. *XXV.*

70) PVFENDORF §. *XXVI.* ADLZREITER *p. III. lib. XXIX. n. 16. 18. 19.*

71) PVFENDORF §. *XXVII. XXVIII.*

72) PVFENDORF §. *XXIX.* ADLZREITER *p. III. lib. XXIX. n. 24.*

73) Exhi-

§. XXV. Ragotzius inter hæc a Suecis, concluſo 1643. cum iisdem Gallisque fœdere, 73) ſtimulatus, cum triginta ſex millibus, maximam partem equitibus, XVIII. Ianuarii 1644. Hungariam verſus progeditur, ac Carolio, Calauiaque occupata, ad vtramque Tibiſci ripam multa loca in poteſtatem redigit. Zatmariam inprimis & Toccayam; Caſſouiam inſuper & Epperias. Cauſæ belli hæ vulgabantur, quod ferre amplius non potuerit libertatem Regni Hungariæ circa ſacra & profana a ſacrificis cumprimis proculcari. 74) Aſt ingruente cum duodecim Germanorum millibus Götzio, recedebat. 75) Pacis igitur negotium, ſequeſtro Polono, feruebat. 76) Licet inſequenti anno Suecis iunctus, maiorem Cæſareis metum intulerit.

§. XXVI. Pacis negotium, licet plures in dies legati Osnabrugam & Monaſterium venirent, hærebat, dum Dani non ſolum diſcederent, 77) ſed in Cæſaris, Hiſpani & Galli procuratorio, multa deſiderarentur: 78) Ordines etiam Imperii a Suecis Gallisque ſæpius inuitati 79) tardarent. Tandem XXI. Nouembris 1644. mutua procuratorii traditio fiebat. 80) Hinc vrgentibus Venetis tanquam Sequeſtris, XXIV. Nouembris vtraque pars Monaſterii ad faciendam propoſitionem progreditur. Cæſarei & Hiſpani Latina lingua, Galli vernacula ſua vtebantur. 81) Osnabrugæ vero ſine mediatore agebatur, & XXVII. Nouembris fiebat propoſitio. 82)

§. XXVII. Dum vero Sueci, vt Cæſarem tanto facilius ad pacem ineundam adigerent, conſilia capiebant, de bello in Cæſaris prouincias hæreditarias transferendo, ineunte anno 1645. Torſtenſohnius in Bohemiam mouebat, cui dum Cæſarei ſe obiicerent, ſit ad Iancouiam XXIV. Februarii ſt. v. atrox pugna, eademque iteratis vicibus, in qua Sueci victores. E Cæſareis cæſorum quatuor millia amplius cenſebantur, inter quos Io. Götzius & tribuni multi. Plures erant captiuorum, inter quos Hatzfeldius. Potiti quoque ſunt Sueci tormentis viginti ſex, triginta quatuor pedeſtribus, quadraginta octo equeſtribus ſignis. 83) Aſt Cæſar tantæ cladis nuntio conſternatus, ſtatim Praga Ratisbonam, inde ſecundo Danubio Viennam properat, dimiſſo ad ſuperiorem Auſtriam tuendam fratre Leopoldo. 84) Torſtenſohnius autem occupata Broda Teutonica & Neuhuſa, vbi magna vis armorum, quæ Vienna ad exercitum Cæſareum ſubmiſſa erat, intercepta, Iglauiam III. Martii capit & XIX. Martii Cremſam. 85)

§. XXVIII. Torſtenſohnius interim Hungariæ ad fines accedere cupiebat, intra Viennam & Presburgum facile viam tranſeundo Danubio reperturus, & tunc ad vtramque ripam bellum Auſtriæ vna cum Ragotzio infuſurus, ſed comperto, quod Ragotzius in Tranſyluaniam abiiſſet, ſecundum Danubium mouens in Auſtriacas terras irrumpit, Corneoburgum & Niclasburgum deditione capit, inde Brinam munitiſſimum Moraviæ oppidum obſidet, 86) quam tamen iterum relinquit. 87) Hinc poſtquam Dluglaſſius quem Torſtenſohnius miſerat, VI. Maii 1645. non procul Suedloa Ragotzianis iunctus fuiſſet, Tyrnam XVII. Maii occupant, circa Presburgi vero obſidionem diſſident, 88) dum interea Cæſarei caſtellum ad pontem Viennenſem a Suecis captum XX. Maii recuperant. 89) Dum autem Torſtenſohnius non ad Ragotzii nutum bellum gereret, ſed ante omnia Suecici exercitus conſeruationem reſpiceret, ipſe XXVI. Iulii 1645. cum Cæſare pacificitur, ita, vt Tockayum, Mongatſchium aliæque arces Ragotzio & deſcendentibus traderentur. 90) Torſtenſohnius igitur in Bohemiam tendebat, quo etiam Cæſareus exercitus ſequebatur. 91) Sed cum Torſtenſohnius morbo ingraueſcente impediretur, exercitum Carolo Guſtauo Wrangelio IV. Decembris relinquit. 92)

§. XXIX.

73) Exhibet fœdus hoc ZVVANTZIG *im Malcontauten Fürſt Ragotzi.*

74) PVFENDORF *lib. XVI. §. XX.* Extant litteræ Ragotzii & Cæſaris apud LONDORPIVM *Tom. V. p. 879.*

75) PVFENDORF *§. XXII.*

76) PVFENDORF *§. XXIII.*

77) PVFENDORF *lib. XVI. §. XXXIII.* qui & *§. XXXIV.* legatos recenſet, qui tunc Monaſterii & Osnabrugæ adfuerint.

78) PVFENDORF *§. XXXVIII. XXXIX. XL. XLIX. L. LIV. LV.*

79) PVFENDORF *§. XXXIII. XXXVII. XLIII. XLVIII. LIII.* PFANNER *lib. II. §. I.* Extant tales litteræ apud LONDORPIVM *Tom. V. pag. 903.*

80) PVFENDORF *§. LVIII.*

81) PVFENDORF *§. LIX.* LONDORP *Tom. V. p. 924.*

82) PVFENDORF *§. LXI.*

83) PIASECIVS *p. 522.* PVFENDORF *§. IV. V. VI. VII.* Extant de hoc prœlio Cæſaris Litteræ apud LONDORPIVM *Tom. V. p. 921.* ADLZREITER *p. III. lib. XXX. n. 6.*

84) PIASECIVS *p. 522. Cæſar aulita hac ſtrage ſuorum, Praga, iſti minus fidens, cum 30. ſolit Comitibus itinere Ratisbonenſi Viennam properauit. Eoque delatus, neceſſaria ad illius Vrbis defenſionem apparari fecit, Imperatricem vxorem cum filiis & Nouercam Imperatricem Leonoram vna cum magno fœminarum nobilium numero Gratzium amandauit, militem quoque ex Croatia & Auſtria ſumma celeritate colligi, & veteranos ex præſidiis Arcium finitimarum eorum loco tyronibus ſubſtitutis, extrahi iuſſit, ac mox exercitum aliqualem, quo hoſtem diſtineret, contraxit.* ADLZREITER *n. 9.* WASSENBERG *p. 612.*

85) PVFENDORF *§. IX.*

86) PVFENDORF *lib. XVII. §. X. XI. XII.*

87) PVFENDORF *§. XXIII.*

88) PVFENDORF *§. XIV.*

89) PVFENDORF *§. XV.*

90) PVFENDORF *§. XXI.* Extant inducia rum Tabulæ apud LONDORPIVM *Tom. V. pag.* 1044. ADLZREITER *p. III. lib. XXX. n.* 12. RECVEIL *Tom. III. p.* 879. BVCHER-CABINET p. III. p. 556. Vid. ZVVANTZIG *Malcontanter Fürſt Ragoczy.*

91) PVFENDORF *§. XXIV.*

92) PVFENDORF *§. XXV.*

§. XXIX. Galli intra, duce Turennio, cis Rhenum Aprili menſe mouent, quibus Bauarici ſe opponunt, atque XXV. Aprilis eosdem ad Mergentheimum magna clade adficiunt, qua maxima pars pedeſtris exercitus fuit deleta, plures ductores, mille quingenti gregarii capti, quinquaginta amplius vexilla, quatuor machinæ, totidem muli nummis onuſti. 93) Bauarici poſt hanc victoriam in Haſſiam eunt, Kirchainam fruſtra oppugnant: 94) Galli autem poſtquam a Königsmarckio & Enguiano Duce fuiſſent firmati, Bauaricis in Sueuia iterum obuiam eunt. Fit XXIV. Iulii ſt. v. 1645. ad Allersheimum Sueuiæ pagum, prælium, in quo Galli victores. E Bauaricis præter plurimos præfectos, ac bis mille gregarios cæſos, capti fuerunt mille trecenti, machinæ ſedecim, ſigna pedeſtria quindecim, equeſtria nouendecim. 95) Dum autem Cæſarei Bauaricis ſubuenirent, Turennius ad Rhenum ſe recipit, quem Bauarici ad munimenta vsque Philipsburgi inſecuti, multa oppida recuperant. 96) Haſſi interea Caſſellani Marpurgenſem ditionem, quam Darmſtadtienſes huc vsque ex Cæſaris decreto tenuerant, ipſa quoque vrbe arceque Marpurgo capto, occupauerant. 97)

§. XXX. Königsmarckius interea ſub finem anni 1644. reliquias Gallaſiani exercitus Magdeburgi obſederat; illis elapſis, Hornburgum arcem ceperat, & munimenta deſtruxerat. Hoc ipſo anno 1645. poſtquam per Bremenſem præſulatum late graſſatus, in Miſniam tendit, ſed poſt cladem Gallorum ad Mergentheimum, implorante Landgrauia, in Haſſiam venit, inde Turennio ſe iungit. 98) Redux poſtea in Miſniam, dum terris Electoralibus grauis eſſet, Saxoniæ Electorem eo adigit, vt XXVII. Auguſti inducias in ſex menſes ſaltim faceret, quibus decretum, vt omnia præſidia Suecica ex oppidis Electoris deducerentur, ſola Lipſia excepta, Suecis menſtrua vndecim vncialium millia ſolueretur. 99) Hinc ſuperato Albi, in Luſatiam tendit, & capta Greifenſteina arce, magnis itineribus per Sileſiam Superiorem properans, Torſtenſohnio iungitur. 100) Nouis tamen XX. Februarii 1646. Eulenburgæ inſtitutis Tractatibus, Induciæ vsque ad pacem vniuerſalem, Cæſare licet contranitente XXXI. Martii propagantur. 1)

§. XXXI. Tandem vero in Conuentu Deputatorum Francofurtenſi, poſt inanes diſceptationes, vrgentibus hoc potiſſimum Gallis Suecisque, Cæſar adnuit, vt Ordines Tractatibus Pacis ad formam Collegii intereſſe poſſent. Idque peculiari propoſitione XXVII. Ianuarii 1645. Deputatis promulgat, hac tamen lege, neu ab Ordinibus ablegati congreſſibus Cæſareorum Legatorum cum extraneis ſe ingerant, ſed tantum conſilio & opera ipſis præſto ſint; longius ne progrediantur, aut tractatus extrahant. Et licet Imp. Conuentum Francofurtenſem durantibus pacis tractatibus vellet continuari, cum quo omnia communicanda: abnuebant tamen Status, potius vniuerſam diſceptationem in locum Tractatuum reiici volentes. Promittebant etiam Cæſarei Legati ſuper Amneſtia ad votum Ordinum, a Cæſare decretum, dum vero illud non compareret, Deputati moræ pertæſi, vnus poſt alterum diſceſſere, ac demum Bauarum XII. Aprilis 1645. abeuntem, omnes fuerunt ſecuti. Ita Conuentus iſte per triennium extractus, tandem eſt ſolutus. 2) Eodem tempore, dum Galli admodum inſtarent & Pontifex, 3) Cæſar non modicam tractatuum remoram amouebat, in libertatem conſtituto Electore Treuirenſi; qui tamen 11. Aprilis ſcripto prius fidem dederat, ſtaturum ſe pace Pragenſi, quam citra exceptionem acceptabat, tum iis, quæ in Electione & Coronatione Cæſarea & ab Electorali Collegio hactenus decreta fuerant: Hermanſteinum inſuper ad finem belli Cæſaris arbitrio relicturum; e contrario, vt Philipsburgum Gallis eripiatur, curaturum. 4) Inter hæc ſenſim aduentabant Ordinum Legati. Religionis Proteſtantium ſocii magnam partem Osnabrugas venerant, Monaſterii vero maior numerus erat legatorum Principum Romanis ſacris addictorum. 5) Poſt varias velitationes, dum Ordinum legati ſenſim aduentarent, Suecorum Propoſitio Kl. Iunii per Mylonium ad Cæſareos defertur, cui Gallica etiam accedebat. 6) Hæc autem Propoſitio cum totius Imperii ſtatum, Ordinumque libertatem ſpectaret, iam ardua quæſtio agitari cœpit, circa modum, quo Ordines ſuper legibus pacis inter ſe conſultare, ac ad tractatus cum Regiis concurrere deberent. Cæſarei & Electorales, Lengrichæ habito congreſſu, decernunt: omnes vtique Ordines cum iure ſuffra-

93) PVFENDORF *lib. XVII. §. XXXI. XXXII.*

94) PVFENDORF *§. XXXIII.*

95) PVFENDORF *§. XXXIV. XXXV. XXXVI.* ENGELSVS *pag.* 235.

96) PVFENDORF *§. XXXVII.* ADLZREITER *p. III. lib. XXX. n.* 33. VVASSENBERG *pag.* 635.

97) PVFENDORF *§. XXXVIII.*

98) PVFENDORF *lib. XVII. §. XXXI.*

99) PVFENDORF *§. XXVII. XXVIII.* Extant iſtæ induciæ apud LONDORPIVM *Tom. V. pag.* 1031.

100) PVFENDORF *§. XXV.*

1) PVFENDORF *lib. XVIII. §. IV.* Extant Tabulæ in RECVEIL *Tom. III. p.* 486.

2) PVFENDORF *lib. XVI. §. LXI. lib. XVII. §. XXXIV. de reb. Frid. Guil. lib. II. §. XV.* PFANNER *lib. II. §. VII.* LVDVVIG *de Iure ſolligandi Ord. Imperii cap. I. §. XXVII. p.* 98. *ſqq.*

3) PVFENDORF *lib. XVI. §. LXI.* PFANNER *lib. II. §. VIII.* Extant de eo litteræ Innocentii X. apud LONDORPIVM *p.* 1030.

4) PVFENDORF *lib. XVII. §. LVI.*

5) PVFENDORF *lib. XVII. §. LII. LXXX.*

6) PVFENDORF *lib. XVII. §. LXV.* qui eandem etiam exhibet. PFANNER *lib. II. §. XII.* VVASSENBERG *p.* 643. HELVICVS *lib. XXXIV. p.* 85. LVDOLPH *lib. XLV. c. II.* AD. ADAMI *Relat. Hiſt. p.* 64.

7) PVFEN-

ſuffragii quouis modo ad Tractatus eſſe admittendos, quantumuis a recepto conſultandi modo ſit diſcedendum. Ordinum legati, conuentu habito, ita decernunt: omnes Ordines, quibus votum & ſeſſio in Comitiis ſit, ad conſultandum cum pleno ſuffragii iure eſſe admittendos. Conſultationes per Tria Collegia; facta hinc inde communicatione, ad concluſionem deducendas. 7) De loco etiam congreſſus adlegatorum deliberabatur, dum Galli eosdem in Monaſterienſi vrbe fieri, Sueci in Osnabrugenſi, alii vel Coloniam vel Lengericham, qui pagus æquali ſpatio a Monaſterio & Osnabruga diſtat, commendarent. Placuit tandem, vt vtroque loco Osnabrugæ & Monaſterii conuentus ſuos celebrarent, hoc tamen modo, vt, quoties Cæſarei legati præſentes eſſent, Principum adlegati in nullo congreſſu compărerent. Quod ſi autem adlegati cum exteris regibus vel ſua vel imperii cauſſa colloqui vellent, id peculiari fiat congreſſione, cui neque Cæſareis liceat intereſſe. In Suecorum igitur ædibus ſeparatis Conclaubus Cæſarei, Euangelici, & ex pontificiis Moguntinus, Treuirenſis, Bauarus, Bambergenſis, Herbipolenſis, Badenſis, Spirenſis atque Osnabrugenſis conuenere. Placuit etiam, vt, quæ agerentur, Cæſarei Catholicis, Sueci Proteſtantibus referrent. 8) Noua oriebatur controuerſia ſuper Magdeburgico, Caſſellano, Durlacenſi, Naſſouio Saræpontano & Argentoratenſi, qui ab Osnabrugenſibus hactenus ad deliberationes fuerant admiſſi, ſed quos Cæſarei, ac Monaſterienſes vtique excludendos contendebant. Omnibus defectio & partium ſtudium obiiciebatur. Magdeburgici inprimis, ne præiudicium fiat bonis Eccleſiaſticis. 9) Et licet Cæſarei iſtos, exhibita ad Suecorum poſtulata reſponſione excluſiſſent, 10) Ii tamen demum poſt multas diſceptationes fuerunt admiſſi, & pro Magdeburgico ſcamnum transuerſum decretum. 11) Electorales etiam legati Excellentiæ titulum adfectabant. 12) Euangelici Grauamina ſua XI. Decembris exhibebant. 13) Catholici idem XXIX. Ianuarii 1646. faciunt. 14)

§. XXXII. Inſequenti anno 1646 primum Wrangelii factum erat Brixienſis arcis, hactenus nulli hoſti tentatæ, expugnatio, quam poſt tridui oppugnationem, IX. Ianuarii deficiente obſeſſis puluere, ad deditionem compulit, inſigni annonæ prouiſu diuitem. 15) Dum vero Cæſarei ac Bauarici ſe coniungerent, Sueci copiis inferiores, e Bohemia diſcedere recipiunt. 16) Porro per Thuringiam, ad Viſurgim progreditur Wrangelius, XXIV. Aprilis Huxteram capit, & V. Maii Paderbornam, inde in Haſſiam Superiorem progreditur, 17) & poſtquam Königsmarckius ipſi iunctus, Weſtphaliam irrumpit, Lemgouiam, aliasque vrbes capit. 18) Sed, poſtquam in Haſſiam reuerſus, Turennius quod primum detrectauerat, demum XXXI. Iulii ad Gieſſam ipſi iungitur. 19) Hinc in ſuperiorem Germaniam tendunt, in Bauariam irrumpunt, Rainam XI. Septembris expugnant, 20) Auguſtam obſident, quam tamen aduentantibus in auxilium Cæſareis XII. Octobris iterum relinquunt. 21) Lauingam recedunt, indeque in Bauariam redeunt, 22) ſed dum Galli longius penetrare nollent, Wrangelius per Sueuiam copias ſuas in hyberna diſtribuit. 23) Dum autem interea Cæſarei loca per Sileſiam & Auſtriam a Suecis occupata recuperare tentarent, Wittenbergius eo miſſus, hoſtibus obſeruandis, qui tamen dum impedire non poſſet, quo minus Cæſarei Auſtriæ oppida recuperarent, in Bohemiam abit & Sileſiam Superiorem. 24)

§. XXXIII. Dum Cæſarei ſua per Auſtriam recuperant, Ferdinandus III. filium ſuum primogenitum Ferdinandum IV. IV. Auguſti in Regem Bohemiæ fecit coronari. 25) Idem inſequenti anno 1647. XVI. Iunii Poſonii in Regem Hungariæ coronatur. 26)

§. XXXIV.

7) PVFENDORF §. *LXIX. LXXX. lib. XVIII.* §. *XLIV. XLVI. XLVIII. Rer. Brandenb. lib. II.* §. *XXVI.* PFANNER *lib. II.* §. *XVIII. ſqq.*

8) PVFENDORF *lib. XX.* §. *LXXXII.*

9) PVFENDORF *lib. XVII.* §. *LXXXI.* VOLMARI *Protocollum p.* 206. 219. 238. 250.

10) PVFENDORF §. *LXXXII.* PFANNER *lib. II.* §. *XXX.*

11) PVFENDORF §. *LXXXVII. XCV. CVI.* PFANNER *lib. II.* §. *XXXI. XLII.* SYNT. IVR. PVBLICI *cap. XVIII.* §. *XX.*

12) PFANNER *lib. II.* §. *XLIII. ſqq. de reb. Frid. Guil. lib. II.* §. *XXV. LXXI.* Hunc titulum etiam a Cæſare, Electoralibus fuiſſe conceſſum, diſcimus ex VOLMARI *Protocollo p.* 152.

13) PVFENDORF §. *CVII - CXIV.* PFANNER *lib. II.* §. *LXIX - LXXII.* LONDORP *Tom. V. pag.* 1045.

14) PVFENDORF *lib. XVIII.* §. *L - LVI.* PFANNER *lib. III.* §. *I. ſqq.*

15) PVFENDORF *lib. XVIII. ineunte.*

16) PVFENDORF §. *I. II.*

17) PVFENDORF §. *VI. VII. VIII.*

18) PVFENDORF §. *XII.*

19) PVFENDORF §. *XIII. XVII.*

20) PVFENDORF §. *XXI.*

21) PVFENDORF §. *XXIII. XXIV. XXV.*

22) PVFENDORF §. *XXVI. XXVII.*

23) PVFENDORF §. *XXVIII. XXIX. XXXII.*

24) PVFENDORF §. *XXXIII - XXXIX.* ADLZREITER *p. III. lib. XXXI. n.* 10. 11. 18.

25) THEATR. EVROP. *Tom. V. pag.* 1138. BRACHELIVS *lib. VI. p.* 102.

26) THEATR. EVROP. *pag.* 1329. BRACHELIVS *p.* 118. PIASECIVS *p.* 524. *Vngari quoque quiuerunt, nonumque Regem Vngariæ Comitius Poloni viuente vno Rege, alterum non eligunt) anno præterito quinto Auguſti Pregæ coronauerunt ad Regnum Rocnic Ferdinandum IV. filium Imperatoris Ferdinandi III. coronari permiſerant die* 5. *Iunii A. C.* 1647. *in Comitiis Poſonii celebratis; in quibus etiam fuit renuntiatus nouus Palatinus Vngariæ poſt Nicolaum Eſterhaſi nuper defunctum, Præfectusque Prouæ Croatiæ, & diſſidentes inter Catholicos ac Religio-*

§. XXXIV. Anno 1647. Wrangelius Lindauiæ obſidionem fruſtra molitur, Galli etiam Vberlingam fruſtra tentant. 27) Dum interea Gallaſius morbo articulari & febri impediretur, immo XV. Aprilis Viennæ fato fungeretur. 28) Melander, qui ab Haſſis dimiſſus, Comitis dignatione nomine Holtzapfel auctus, exercitui Cæſareo præficitur. 29) Dum interea Vlmæ, Ianuario menſe, de induciis inter Suecos, Cæſareos & Bauaros ageretur, quæ demum ineunte Martio Suecos inter, Gallos & Colonienſem, ac Bauarum ad pacem vniuerſalem vsque concluduntur, licet de Cæſareis inducias fruſtra adhuc tractaretur. Tractatibus iſtis hoſpitia Suecis & Bauaro determinabantur: Suecis Memminga & Vberlinga ſecuritatis gratia traduntur; hi vero Bauaro Rainam, Donawertam, Wembdingam & Mundelheimium cum ſubiectis tractibus reſtituunt. 30) Dum Vlmæ Tractatus feruet, Turennius arcem Tubingenſem VII. Martii deditione capit 31) inde in Moguntinam ditionem irrumpens, Aſchaffenburgum & Hoechſtam capit, atque Moguntinum demum adegit, vt XXIX. Aprilis ægre licet, cum ipſo tranſigeret, hybernorum onus quinquaginta millibus florenorum redimeret, Gernsheimo & arce Starckenberg præſidia deduceret, Steinheimum Gallis traderet, iisdem & Hœchſtam relinqueret, & apud Kœnigſteinam & Lohnſteinam liberum tranſitum præſtaret. 32) Relicta igitur Moguntina ditione, durius Darmſtadtienſem habet Turrennius. 33)

§. XXXV. Wrangelius interea Sueinfurtum obſidet & XV. Aprilis deditione capit. 34) Inde euocato ad ſe Wittenbergio, in Bohemiam excurrit, Egram obſidet, eandemque VII. Iulii deditione capit. 35) Amiſſa Egra, Cæſar, qui ſua præſentia militi animum, rebus gerendis pondus addebat, Falckenauiam arcem recuperat. Inde ſuperata Egra flumine, verſus cognomine oppidum procedit, ante quod in monte, cui a patibulo nomen, iuxta Suecos conſidet, flumine tantum interiecto. Wrangelius autem dum XX. Iulii ſummo mane Cæſaris ſtationes opprimere tentat, tres legiones in fugam Sueci coniiciunt, & cum fugientibus ſimul in caſtra vsque ad primariam ſtationem & Cæſaris prætorium irrumpunt, vbi multum damni Cæſareis fuit illatum, ac parum aberat, quin ipſe Cæſar caperetur: ſed dum longius penetrare conantur, repelluntur. 36) Hinc Cæſarei IX. Auguſti Tribelam arcem altero adſultu capiunt, Suecos etiam XII. Auguſti in conflictu ad Tribelam cædunt, 37) Cæſarei vero XXXI. Auguſti ad Tœpelam repelluntur. 38)

§. XXXVI. Dum autem Bauariæ Elector inducias Vlmenſes ratas habere nollet, cum Cæſare iterum tractatio inſtituitur, quo fine Kheuenhüllerus Comes & Mendelius Paſſauii congrediuntur, atque Transactionem inuicem ineunt, qua Bauaro dignitas Electoralis confirmatur, eademque a Cæſare quidem Pilſenæ, ab Electore Monachii VII. Septembris 1647. fuit ſubſcripta. 39) Hinc Bauarus Memminga occupata, XVIII. Septembris ſuas copias Cæſareis iungit. 40) Wrangelius interea per Thuringiam ad Viſurgim tranſit, copias ſuas per Halberſtadtenſem, Mindenſem & Hildeſienſem Præſulatum, agrum etiam Brunſuicenſem in hybernis diſtribuit. 41) Melander vero Marpurgum occupat, reſtituto Caſſellanis ſuperiori Prineipatu, 42) dum Königsmarckius Landgrauiæ in auxilium venit, qui Vechtam capit, Fürſtenauiam & plura loca Darmſtadtienſi eripit, Paderbornam obſidet. 43) Et licet Lamboius in Friſiam irrumperet, Haſſi tamen vna cum Königsmarckio ipſi obuiam eunt. 44)

§. XXXVII.

Religiones diſſidentes introductarum vtrinque querelarum, circumſcriptionibus conquiescrant aequioribus.

27) PVFENDORF *lib. XIX. §. II.*

28) PVFENDORF *§. III. XXXI.*

29) Qua ratione a Landgrauia a. 1640. ob inſolentiam fuerit dimiſſus, tradit PVFENDORF *lib. XII. §. XIV.* qua ratione Cæſaris exercitui præfectus, idem tradit *lib. XIX. §. III.*

30) De induciis iam agi cœptum II. Nouembris 1646. de quo PVFENDORF *lib. XVII. §. XXVIII. LXXVIII.* ADLZREITER *p. III. lib. XXXII. n.* 2. Redintegrabantur Tractatus Ianuario menſe 1647. PVFENDORF *lib. XIX. §. V. VIII. IX. XIII.* vsque dum concluſi *§. XIV.* ratificati a Colonienſi §. *XXVI.* a Suecis §. *XXXIX.* Extant Tabulæ in RECVEIL *Tom. IV. p.* 504. Acta huius Armiſtitii eiam extant apud LONDORPIVM *Tom. VI. p.* 182. THEATR. EVROP. *Tom. VII. pag.* 29.

31) PVFENDORF *lib. XIX. §. XXIII.*

32) PVFENDORF *§. XXVIII.*

33) PVFENDORF *§. XXIX.*

34) PVFENDORF *lib. XIX. §. XXIII. XXIV.*

35) PVFENDORF *§. XXX. XXXII.*

36) PVFENDORF *§. XXXVI.* ADLZREITER *p. III. lib. XXXII. n.* 24.

37) PVFENDORF *§. XLI.*

38) PVFENDORF *§. XLII.*

39) PVFENDORF *lib. XIX. §. XLIII. CLXVIII.* LONDORP *Tom. VI. pag.* 211. ADLZREITER *p. III. lib. XXXII. n.* 27.

40) PVFENDORF *§. XLVII.* PFANNER *lib. IV. §. LXXVII.* ADLZREITER *p. III. lib. XXXII. n.* 31.

41) PVFENDORF *§. XLVII-LII.*

42) PVFENDORF *§. LIII.* Faciunt huc *Acta Marpurgenſia, das iſt, alle dieienigen Schrifften, Handel- und Gegenhandelungen ſo zwiſchen der Fürſtl. Heſſiſchen Caſſeliſchen an einem: und dann der Fürſtl. Heſſiſchen Darmſtadtiſchen Linie andern Theils, wegen der Marpurgiſchen Succeſſion Sachen vor-bey- und nach, am Caſſeliſcher ſeiten in dieſen* 1646. *Iahr vorgangener occupation des Ober-Fürſtenthumbs Heſſen, enſonderheit der Stadt und Schloſſes Marpurg und darinnen forters an Hand genommener Huldigung und anderweitiger Beſtellung des Regiments, bis dahero vorgelaufen und hinc inde gewechſelt.*

43) PVFENDORF *§. LIX. LXII. LXIII.*

44) PVFENDORF *§. LXVI. LXVII. LXVIII.*

45) PV-

§. XXXVII. Anno 1648. Wrangelius trans Mœnum mouens, 11. Martii Winsheimum capit, 45) & postquam Turennio se iunxisset, in Cæsareos tendit, qui inter Neoburgum & Ingolstadtium hærebant, eosdemque trans Danubium reiiciunt. 46) Wrangelius autem in Sueuiam mouet, Kl. Aprilis Dünckelspühlam occupat, 47) qui Kœnigsmarckio iunctus, dum Cæsarei Augustam tenderent, ad Sumershausam vicum VII. Augusti extremum hostium agmen profligat. Ex Cæsareis cæsi æstimabantur, bis mille, amplius. Ipse Dux, Melander saucius Augustam deportatus, eodem die sub vesperam expirauit. 48) Post hanc cladem Cæsarei, deserta Donawertha, in Bauariam se recipiunt. 49) Sueci Isaram transeuntes, in Bauariam irrumpunt, 50) sed conflictu ad Dachauiam XV. Septembris inferiores, in Sueuiam transeunt. 51) Vltimum complementum dabat Kœnigsmarckius, qui ex Superiori Palatinatu in Bohemiam irrumpens, plura loca occupat 52) & Consilium cepit Pragam inuadendi, quod ipsi ab Exercito Odowalskio Cæsareis infenso, fuerat suggestum. In minorem enim Pragæ vrbem, ductore Odowalskio, XV. Iulii inter horam secundam & tertiam matutinam ex improuiso per vallum irrumpit, eademque potitur, Vrbs ista per triduum fuit direpta. Ipsum Gatzophylacium Cæsareum primo impetu effractum, cuius tamen reliquias Reginæ suæ seruauit Königsmarckius. Prædam in ea vrbe partam quidam septem, alii duodecim myriadibus taxabant. Captæ vrbis nuntius postridie, quam Osnabrugæ transactum esset, allatus est; qui si citius aduenisset, pacem retardaturus metuebatur. 53) Dum autem summum Exercitus Imperium Carolo Gustauo Palatino a Suecorum Regina fuisset destinatum, 54) ipse in castra Bohemica initio Septembris veniens, maiorem Pragæ vrbem Veterem & nouam oppugnat, quam tamen ob. dilionem aduentante in auxilium Cæsareo exercitu XXII. Octobris iterum relinquit, 55) pace paullo post publicata. 56)

§. XXXVIII. Inter has belli actiones, pacis Consultationes Osnabrugæ & Monasterii promouebantur. 57) Osnabrugæ quidem cum Suecorum Regina Christina, & Statibus Euangelicis sine mediatione agebatur, Cæsaris partes gerentibus Maximiliano Comite a Trautmansdorf, Io. Maximiliano Comite a Lamberg, Io. a Crane Cæsaris Consiliario. A parte Suecorum aderant Io. Oxenstierna, Suecię Cancellarius, & Io. Adler Salvius Aulæ Cancellarius. 58) Monasterii vero cum Gallorum Rege Ludouico XIV. tractabatur, ibidemque cum Papali Nuntio Fabio Chigio, plerique Statuum Catholicorum Legati aderant. Cæsaris partes ibidem vna cum Trautmansdorfio gerebant Io. Ludouicus, Comes a Nassau, Consiliarius Cæsaris intimus, & Isaacus Volmarus, Ferdinandi Caroli Archi Ducis Consiliarius. A parte Gallorum Regis Henricus Dux de Longueuilla, Claudius de Mesmes, Comes d' Auaux 59) & Dominus Abel Seruien, Regis Gallici Minister, Mediatoris partes gerente Aloysio Contareno, Venetorum Equite & legato. 60) Aderant etiam Hispanorum & Belgarum Legati, de pace inuicem tractaturi. Protestantes Electori Saxoni negotiorum suorum directorium relinquere nolebant. Nam quia Electoris Consilia Cæsari obnoxia habebantur, metus erat, ne Cæsareis inde occasio nasceretur, prout Hispanorum se res darent, negotium id temperandi. Ac si demum transactio sequeretur, Saxonicorum opera nil amplius, quam Pragæ obtentum fuerat, sperabant. Qui & summam suorum consiliorum iam satis ostenderant. Vnde reliquorum nomine

45) PVFENDORF *lib. XX. §. XI.*

46) PVFENDORF §. *XIII. XIV.*

47) PVFENDORF §. *XX.*

48) PVFENDORF §. *XXIII. XXIV.* ADLZREITER *p. III. lib. XXXIII. n.* 6.

49) PVFENDORF §. *XXV.*

50) PVFENDORF §. *XXIX. seqq.*

51) PVFENDORF §. *XLIII.*

52) PVFENDORF §. *XLVII.*

53) PVFENDORF §. *XLVIII. XLIX. L.* ADLZREITER *p. III. lib. XXXIII. n.* 29. Inter IO. CHRISTOPHORI WAGENSEILII Exercitationes varii argumenti extat Exercitatio Tertia, recensens libellum Hebraicum *Milchama Beschalom*, siue *Historiam, de Semi Pragensis Vrbis postremæ expugnatione, quam auspiciis Christinæ, Succiæ Reginæ a.* 1648. *Comes Io. Christophorus Kœnigsmarckius peregit.*

54) PVFENDORF §. *LX.*

55) PVFENDORF §. *LXII. LXIII.*

56) PVFENDORF §. *LXV.* Scriptores, qui speciatim ad hoc bellum faciunt, præter CHEMNITIVM & PVFENDORFIVM, quorum fidem, quod sua ex Archiuis hauserint, potissimum fui secutus, sunt EVERHARDVS WASSENBERGIVS, IO. PETRVS LOTICHIVS *Historia b. Germanici* PHILIPPVS LANDSBERGIVS, PETRVS BAPTISTA BVRGVS, IOSEPHVS RICCIVS, MATTHAEVS LVNGWITIVS *in Laurea Suecica*, RALTH. HENCKELII *Epistola Carceralis de bello Germanico, Holmiæ* 1640. *Kriegs und Friedens zu unserer Zeiten kurtz begriffene Historv von* 1618. *biß* 1650. *Epitome Rerum Germanicarum ab anno* 1618. *ad* 1643. *gestarum*, quæ PETRVM PAPVM, Decanum Constantiensem habet Auctorem. Præterea huc faciunt THEATRVM EVROPAEVM, ADLZREITERVS *Annalibus Boiicis.* SIGISM. FREYBERGERI *Germaniæ Perturbata & Restaurata*, LVDOLPHS *Schawbühne der Welt.* Le VASSOR *Histoire de Louis XIII. Histoire du Mareschal de Guebriant.* IOAN. BAPT. NANI *Historia Veneta.*

57) Plura scripta huc facientia continentur in LONDORPII *Tom. VI.* ADLZREITER *p. III. lib. XXXI.*

58) Memorantur ipsi in Proœmio Instrumenti Osnabrugensis.

59) Memorantur isti in Proœmio Instrumenti Monasteriensis.

60) Adpetebat equidem mediationem Fabius Chisius Papalis nuntius, quem tamen Galli, eo quod Cæsari & Hispanis nimium faueret, reiiciebant. PVFENDORF *lib. XVII. §. LXXXIX.* VOLMAR *Protocollo p.* 120. De Veneto vero legato Proœmium pacis Monasteriensis: *interuentu & opera Illustriss. & Excellentissimi Legati, Senatorisque Venetti, Domini Aloysii Contareni, Equitis, qui Mediatoris*

mine Altenburgicus hac de re acriter querebatur, teſtatus, Saxonico Electori ſe nec poſſe nec velle directorium relinquere, qui tam diſtorta, & pernicioſa conſilia hactenus agitarit, & adhuc agitet. Sed nec vlli Electori, aut Principi directorium iure competere, ſed ab Ordinibus communi ſuffragio aliquem conſtitui moderandis eiusmodi negotiis. 61) Ex reliquorum igitur ſuffragio horum potiſſimum cauſſam promouebat Wolfgangus Conradus a Thumbshirn, Legatus Saxo-Altenburgenſis, Ducis Friderici Guilielmi, cauſſam Euangelicorum, ſuſpiciebat, & proteſtante licet Moguntino, dirigebat, & ſcripta exhibita ad Dictaturam procurabat. Hunc adminiculabantur 62) Henricus Langerbeckius legatus Cellenſis, Iacobus Lampadius legatus Brunſuicenſis Ducis, & Conradus Einſidelius ac Io. Krullius Magdeburgici Adminiſtratoris legati. 63) A parte Catholicorum, pacem circa Religionis ſtatum plurimum promouebat Io. Philippus a Schönborn, Epiſcopus Herbipolitanus. 64) Galli vero, licet ratione Religionis Catholicis magis fauerent, & parum æque ferrent, quod Cæſarei Proteſtantibus nimium concederent, maxime, dum Auauxius vel ex male temperato erga ſacra ſua zelo, vel quod purpuræ Cardinalitiæ inhiaret, frigidam ſubinde ſuffunderet, 65) nihilominus etiam Suecorum atque Proteſtantium cauſſam rationem habere debebant. 66) Varia agebantur modo pacis, bellique conſilia, varii vtroque loco non ſolum inſtituebantur conuentus, ſed etiam particulares quidam Lengeringæ, vico Tecklenburgico, medio inter vtrumque itinere. 67) Poſt varias agitationes, paullatim matureſcebat pax Germaniæ, & quidem Monaſterii primum XX. Ianuarii ſt. v. 1648.

diatoris munere, procul a partium ſtudio totos pene quinque annos impigre perfunctus eſt. Danum etiam Sueci reiiciebant. Electorales quoque inſtinctu Cæſaris fruſtra mediationem captabant, repugnantibus tam Suecis quam Ordinibus reliquis.

61) Verba ſunt PVFENDORFII *lib. XVIII.* §. *CL.*

62) Teſtantur de eo Acta apud LONDORPIVM *Tom. VI. lib. III. c. LXXIX. LXXX.* LVNIG *p. Spec. I. Contin. II. Forſ. p.* 301.

63) THEATR. EVR. *Tom. VI. p.* 282. BVRGOLDENSIS *p. I. diſc. I. p.* 148. PVFENDORF lib. XVIII. §. CXIV. *Sed quia Saxonici interpoſitionem in controuerſia Grauaminum affectare videbantur, id plerisque displicebat, qui eam operam ſemel Suecis delatam retractare nolebant. Vnde hac de re per Altenburgicum & Luneburgicum Suecis ſignificant, vt ſi forte Cæſarei ſequenti tractatione ad Saxonicorum ſententiam pronocent, illis præmeditato occurri poſſet.* PFANNER *lib. III. §. XXXVII. ſqq.* Et PFANNERVS lib. II. §. XVI. *Inter paucos aut potius nullos ſolus Saxo Elector Cæſarum Domui ſidus, Regum conſilia in deterius trahebat, quibus non magis, quam fortunæ raro ſinceræ fidendum monebat; Infeſtus Regibus inuiſusque neque Religionis ſuæ ſociis multum gratus, quibus Euangelicæ rei incommodare videbantur, qui moderatiora ſuadebant. Ipſius etiam Magdeburgii filii Electoris Auguſti Legati, Conr. Einſidelius atque Io. Crullius, ICtus quorum præ cæteris callida conſilia notabantur, pervicaciam illius crebris ſermonibus perſtringebant, qua non ſibi minus quam vicinis Principibus terriſque extremam perniciem acceſſuras oſſet. Nec minus alii Saxonum ipſumque vt incorrigibilem traducebant, negligendos tamen conatus illius contra propria totiusque Euangelici cœtus commoda verſos diſſerentes quod, vt aiebant, non Conſiliarii tantum ſeptemviri cordati atque integri in diuerſa tenderent, ſed & filius dignitatis Electoralis heres improbaret, quæ patri tam impenſe placere omnes mirentur. Etiam Seruientius Galli Orator priuatis colloquiis inhumanitatem eius inſectabatur, qui ſociis Religionis, quos iuuare deberet, peiora intulerit, quamque ab hoſtibus timeantur; immemor nempe eorum, quæ in Catholicos Galli patrabant.*

64) LVDEVIGS Würtzburg. Geſchichtſchreiber p. 948. *Dieſer Herr iſt billig ein Friedens-Stiffter und Liebhaber zu nennen, ſintemahl durch deſſen auſſerſte Mühe und Arbeit Anno* 1650. *(nach lang gehaltenen Tagen und unaufſprechlichen Vnkoſten zu Münſter und Oſnabrück) endlich zu Nürnberg der allgemeine liebe Friede den gantzen Rœm. Reich erſchienen.* LVDOLPH *lib. XLVI. c. II. n.* 73.

65) Pelle in rem PVFENDORF lib. XIX. §. CVIII. *Super Grauaminibus Cæſarei Suecis acriter contentibus, non pauca in Euangelicorum gratiam remiſerunt, Catholicis Ordinibus frementibus, tot præſulatus, aliaque bona ſacra Suecis, Euangelicisque concedi. Nec obſcure minia Cæſarcorum liberalitas perſtringebatur, qui nullo more præter conſenſum eorum, quorum intereſt, integros Principatus condonaſſent, e quibus inſignia ſubſidia bello gerendo collata ſint. Nam abſurde ab Auſtriacis exemplum medici adductum, qui non labra, nares, auresque, & alia vitia membra reſecare ſolent, ac per ſummam iniuriam ſuæ Religionis præſules intra membra putrida referri. Frigidam heic ſuffundebant Galli, ac inprimis Auauxius male temperato in ſacra ſua zelo, an quia purpuræ Cardinalitiæ hoc merito inhiabat; qui dum id negotium diſpeptatur, Osnabrugam profectus, Cæſareos, ne tam multa Euangelicis iudulgerent, Catholicos, vt Cæſareis acriter reſiſterent, vrgebat. Tum Euangelicos variis artibus temere inter alia iactans; ſi Hiſpanica pax proueniret, omnem ipſis ſpem eorum periturum, qua nunc commodatione obtinere poſſint. Simul declarabat, Catholicos ipſi ſuam cauſſam diligenter commendaſſe nec Gallos ob ſacra bellum in Germania geſturos, aut Suecos eo ſine armis, argentoque ſubleuaturos. Nam conſtare ſibi ſeparato ſuo exercitu, & ſubtracto pecuniario ſubſidio, Euangelicos ad aquas circa grauamina conditiones deſcenſuros.*

66) BASNAGE in Annalibus des Prouinces Vnies p. 17. *La France de ſon coté ſe trouvoit fort embaraſſée ſur la matiere; car elle étoit obligée de ſoutenir les Proteſtans qu' elle regardoit comme ſes plus fideles Alliés. Dependant elle craignoit qu' on ne l' accuſât d' avoir abandonné les Revenues de l' Egliſe, & que la Maiſon d' Auſtriche qui tâchoit de la rendre odieus par ſa liaiſon avec les Hérétiques, ne la decriat beaucoup plus, ſi elle apuioit les Prétenſions des Suedois. C'eſt pourquoi elle prit dans cette circonſtance des Caractéres fort diferens. M. de Servien s'eut ordre de repreſenter que la France n' aprouvoit pas que le Patrimoin de l' Egliſe & les Legs pieux des Princes Chretiens fuſſent etes ceux pour leſquels ils avoient été fondés. Mais on lui commanda en même tems de ſe tenir dans des termes généra aux qui d' un côté n' offenſaſſent pas les Suedois, & qui de l' autre la miſſent à couvert des reproches de la Maiſon d' Auſtriche.* Idem patet ex Inſtructione legatis Gallicis data, in MEMOIRES DE LA CÔVR DE FRANCE *Tom. III. p.* 61.

67) Tales indicat VOLMARVS *Protocollo p.* 75. 80. 190. 194. PVFENDORF *de reb. Frid. Guil. lib. II. §. XXVII.*

68) PV-

ſt. v. 1648. pax inter Hiſpanos ac Belgas fuit ſubſcripta, eademque v. Maii ratificata, qua Belgæ pro Republica libera declarantur. 68) Tandem XXII. Iulii Osnabrugæ Tabulæ Pacis Cæſareorum, Suecorum, Procerumque Osnabrugenſium adprobatione fuerunt perfectæ, eædemque præſentibus ſingulorum etiam Statuum Legatis XXVII. Iulii in Succorum ædibus fuerunt prælectæ. Ipſa tamen ſubſcriptio, volentibus id Suecis, & fœderis fidem allegantibus, quantumuis Proceres inſtarent, donec cum Gallis quoque pax confieret, fuit dilata, datæ tamen a Cæſareis, Suecis, & pro Optimatibus a Moguntino redditæque dextræ, idem conuentionis robur fore, atque ſignatis pactis eſſe ſolet. 69) Ibidem cum Seruiento, Gallorum legato, Osnabrugæ, & Ordinibus Imperii Auguſto menſe conuenit, dum autem Monaſterii nondum omnia eſſent compoſita, Inſtrumentum inuolucro ab vtrinque Legatis obſignato, apud Moguntinum Directorium deponebatur. 70) Continuantur igitur adhuc Tractatus Monaſterienſes, dum plerique Legati Osnabrugenſes VI. Septembris eo ſe conferrent. 71) Aſt, de Gallica ſatisfactione, & an Galliæ Rex ratione Aſſatiæ inter Imperii Status ſit recipiendus, plurimum agebatur, 72) vsque dum in certam formulam fuiſſet conſenſum. Dicta igitur die XIV. Octobris Monaſterii hora poſt meridiem prima, Oxenſtierna & Saluius ad Cæſareos, Lambergium, & Cranium quinque rhedis, & quadrantis horæ interuallo poſt Seruientus, & Grullartus Reſidens ad Naſſouium Comitem, & Volmarum ſex rhedis peruehuntur, vbi in quintam vsque horam morati ſunt, & cum Inſtrumentum recte ſe habere deprehenderetur, vtrique ſuum ſubſcriptione ſolenni firmauere. Regiis Legatis ad ædes ſuas regreſſis, Cæſarei, poſt quadrantem horæ eodem ipſos ſecuti ſunt, ac Lambergius, Craniusque Suecicum Inſtrumentum apud Suecos; Naſſouius & Volmarus Gallicum apud Gallum ſubſcripſere. Inde vtraque Inſtrumenta a Secretariis Legationum Ordinibus congregatis, hora nona veſpertina ad ſubſcribendum fuerunt oblata. Ex horum Ordine ad ſubſcribendum delecti erant, ex Electorum Collegio Moguntinus, Bauarus, Saxo, Brandeburgicus. Ex Principum Senatu Bambergius, Herbipolenſis, Altenburgius & Cellenſis, illiſque Ciuitatum nomine, delegatus Argentinus & Ratisbonenſis fuerunt additi. Hi non ſolum, ſed etiam cæteri, qui aderant, relicta illis libertate, manum ac ſigilla ſua ingenti cum gaudio adpoſuerunt. Mox integram per horam maiores machinæ feſtiuis diſploſionibus detonuerunt. Poſtera luce XV. Octobris oppidanis militibus armatis in foro diſpoſitis, præcinentibus tubis, tympanisque, Monaſterii pax a Secretario vrbis in foro, ac omnibus biuiis promulgata eſt, ad ſingulas vices ſingulis cohortibus arma explodentibus. Omnibus peractis, ſeptuaginta maiores machinæ terna vice per vallum reboarunt. Eodem ritu, Osnabrugæ quoque promulgatio fuit facta. 73) Eo ipſo die, Burgundicus Legatus Petrus a Weimbs ſolennem proteſtationem aduerſus pacem Gallicam typis exſcriptam publicabat. Anteriori iam die aduerſus Suecicam pacem Pontificis Legatus Fabius Chiſius proteſtationem interponebat, 74) quam XXVI. Nouembris 1648. inſecuta fuit Declaratio Nullitatum Innocentii X. 75)

§. XXXIX.

68) PVFENDORF *lib. XX. §. CXL.* LONDORPIVS *Tomo VI.* varia ſcripta ad hos Tractatus facientia inſeruit & *p. 331.* integrum Tractatum, qui & in HAPPELII *Hiſt. mod. Europæ p. 37.* & in RECVEIL *Tom. III. p. 516.* reperitur, apud dn MONT *Tom. VI. p. I. p. 429.*

69) PVFENDORF *lib. XX. §. CLXIV. CLXVII.* qui etiam addit: *ceterum quam grata iſthæc pax Cæſareis fuerit, vel inde colligere liet, quod Cranius congreſſu publico iactare non dubitaret; ſe lato quidem animo ad hunc conuentum acceſſiſſe; ſed ſi negotium, prout nunc ſe habeat, concludatur, illeſi conſentientia diſcedere hinc non poſſe.*

70) PVFENDORF §. *CLXVIII. CLXXI. CLXXII. CLXXIX.*

71) PVFENDORF §. *CLXXXIV.*

72) PVFENDORF §. *CLXXXIX. ſeqq.* PFANNER *lib. V. §. CII. ſeq.*

73) PVFENDORF §. *CIX. CX.* PFANNER *lib. V. §. CXXXVII. CXXXVIII.*

74) PVFENDORF §. *CCX.* Extat Proteſtatio Nuntii apud LONDORPIVM *Tom. VI. p. 423.* apud du MONT *Tom. VI. p. I. p. 462.* Proteſtatio Burgundi *p. 425.* apud du MONT *p. 464.* Ad pacis hanc Hiſtoriam præter PVFENDORFIVM & PFANNERVM, qui ſua ex Archiuiis ſumſerunt, quorum fide nitimur, faciunt CHRIST. FORSTNERI *epiſtola de negotio pacis Osnabrugenſis.* ADAMI *Arcana Pacis Weſtphalicæ.* ISAACI VOLMARI *Protocollum Actorum Publicorum Inſtrumenti Pacis Weſtphalicæ. Memoires Politiques pour ſervir à la parfaite intelligence de l' Hiſtoire de la Paix de Rysvick par Mr.* dn MONT; quibus Tomo I. Hiſtoriam Pacis a ſubſcriptione Tractatuum Hamburgenſium vsque ad concluſum pacem breuiter perſequitur. *Memoires & Negotiations ſecretes de la Cour de France touchant la paix de Münſter.* In GOLLERI Monumentis ineditis *Trimeſtri ſexto* reperitur GEORGII HENRICI LVDOLPHI *Opuſculum de Tractatu Pacis Monaſterienſis.* Adde CHRIST. GODOFR. HOFMANNI *Seriem Rerum per Germaniam & in Comitiis a Transactione Paſſauienſi ad a. 1720. geſtarum & IVSTI HENNINGI BOEHMERI Controuerſias ſelectas circa Tractatus Pacis, Halæ 1726.* qua potiſſimum de iis, quæ circa procuratoria mediationem, admiſſionem Statuum ad Tractatus fuerint acta, proponuntur. HISTOIRE DES TRAITTES DE PAIX acceſſit etiam *Hiſtoire des Traittes de Weſtphalie* ſatis abunde deſcripta.

75) Extat illa apud LONDORPIVM *Tom. VI. p. 473.* in RECVEIL *Tom. III. p. 563.* In eadem rationes proteſtationis exprimuntur his verbis: *Graueſſima Religioni Catholicæ diuino cultui, ſedi Apoſtolicæ & Romanæ, ac inferioribus eccleſiis, Ordinique Eccleſiaſtico, ac Iurisdictionibus, auctoritatibus immunitatibus, libertatibus, exemptionibus, priuilegiis, rebus, bonis ac iuribus illorum illatæ fuerunt præiudicia. Etenim pactionibus partim alterius pacis huiusmodi inter alia, bona Eccleſiaſtica alias ab hæreticis occupata, illisque, eorumque Succeſſoribus in perpetuum addicuntur. Hæreticis Auguſtanæ, vt vocant, confeſſionis, ſine liberum hæreſeos exercitium in plerisque locis permittitur, & locorum pro ædificandis, ad hunc effectum templis aſſignatio promittitur, ipſique cum Catholicis ad publica munia & officia, ac ad nonnullos Archiepiſcopatus, Epiſcopatus,*

§. XXXIX. Bina exinde oriuntur Pacis Inſtrumenta; *Osnabrugenſe* cum Suecis, & *Monaſterienſe* cum Gallis confectum, quæ communi nomine Pacis Weſtphalicæ efferri ſolent. Osnabrugenſis Pacis Inſtrumentum XVII. articulis conſtat. 76) Capita, præter Amneſtiam generalem & perpetuam, Cauſſam Palatinam, Pacem & ſecuritatem Religionis, Iura Statuum, Satisfactionem Suecicam, compenſationem Statuum, horumque reſtitutionem concernunt. In cauſſa Palatina, Bauaro Palatini Electoratus vna cum Palatinatu Superiori confirmabatur, in linea Wilhelmina duraturus, hac extincta, domui Palatinæ reſtituendus. Carolus vero Ludouicus in Palatinatum inferiorem reſtituebatur, conſtituto in fauorem ipſius octauo Electoratu & ſumma quadringentorum Imperialium a Cæſare intra quadriennium ſoluendorum. 77) In ſtatu Religionis, Tranſactio Paſſauienſis & inſecuta Pax Religionis confirmantur, 78) eiusdemque, Reformatæ etiam Religioni addicti participes declarantur, 79) ita tamen, vt præter Lutheranam, Catholicam & Reformatam, nulla alia in Imperio toleretur. Circa reſtitutionem bonorum eccleſiaſticorum licet Cæſarei & Catholici terminum anni 1627. vrgerent, Sueci & Euangelici annum 1618. placuit tandem terminus ad Kl. Ianuarii 1624. ita vt omnia in eum ſtatum

aliasque dignitates, & beneficia eccleſiaſtica, precumque primariarum eidem Ferdinando Regi in Imperatorem electo a præfata ſede Apoſtolica conceſſarum participationem, admittantur. Annatæ, Iura Pallii, confirmationes, mexſes Papales, & huiusmodi Iura, ac reſeruationes in bonis Eccleſiaſticis dictæ Confeſſionis Auguſtanæ excludantur, Confirmationes electionum, ſeu poſtulationum præterſorum Archi-Epiſcoporum, Epiſcoporum, aut Prælatorum eiusdem confeſſionis poteſtati ſeculari attribuuntur. Plures Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, Monaſteria, Præpoſituræ, Balliuiæ, Commendæ, Canonicatus, & alia beneficia, & bona Eccleſiaſtica Principibus hæreticis, eorumque hæredibus, etiam ſublata denominatione Eccleſiaſtica, in feudum perpetuum ſub dignitatis ſecularis titulo concedantur. Contra pacem huiusmodi vllumue eius articulum nulla Iura canonica, vel ciuilia, communia vel ſpecialia, Conciliorum Decreta, Religioſorum Ordinum regulas, iuramenta, aut concordata cum Romanis Pontificibus, vllaue alia ſtatuta ſiue Politica, ſiue Eccleſiaſtica, decreta, diſpenſationes, abſolutiones, aut alias exceptiones allegari, audiri, vel admitti debere diſponitur. Numerus ſeptem Electorum Imperii olim Apoſtolica autoritate præfinitus, ſine noſtro & Sedis præfatæ bene placito augetur, & octauus Electoratus in fauorem Ludouici, Caroli Comitis Palatini Rheni hæretici inſtituitur, aliaque multa, quæ pudet referre, orthodoxæ Religioni, Sedique præfatæ Romanæ, & inferioribus Eccleſiis, cæterisque præmiſſis ſummopere præiudicialia & damnoſa decernuntur. Eam vero ſcriptis oppugnatunt IO. HORNBECK, DAVID BLONDELLVS, ſub nomine AMANDI FLAVIANI & BENEDICTVS CARPZOVIVS ſub nomine LVDOVICI DE MONTE SPERATO, & potiſſimum HERMANNVS CONRINGIVS *in Animaduerſionibus in Bullam Innocentii XI.* Adde *Bibliotheeam Iuris cap. XIV. §. XXIX.*

76) Comprehenduntur iſti verſibus hiſce Memorialibus, quos adducit BVRGOLDENSIS *p. I. diſc. II. p.* 149. HAPPEL *p.* 75.

Articulis ſeptem & denis Pax Suecica conſtat:
Primus amicitiæ coniungit fœdere partes:
Preteriti immemores vult leſos eſſe ſecundus:
Priſtina reſtituit ternus ſua iura cuique:
Enumerat quartus ſpeciales reſtituendos:
In ſacris quibus conſtitæ grauamina ſoluit:
Heluetiis ſextus dat libertatis honorem:
Septimus in fœdus Caluinum pacis adoptat:
Iura Politiæ Statibus his quartus adumbrat:
Fori reſtituit vetera commercia nonus:
Bellorum decimus partitur præmia Suecis:
Brandeburgiaco vndecimus Pomerana reſarcit:
Mechlenburgiacis bis ſenus adempta rependit:
Brunſwigum decimi demulcent munera terni:
Dat Confeſſori decimus ſolatia quartus:
Haſſum terquino placant & Clerus & Haſſus:
Arma bis octauus ſiſtit pacemque reducit:
Septimus hanc firmat decimus redditque peracram.

Extat Inſtrumentum apud LONDORPIVM *Tom. VI. p.* 282. apud PVFENDORFIVM *lib. XXI. §. CCX.* in Corpore *p.* 1059. in RECVEIL *Tom. III. p.* 541. apud du MONT *Tom. VI. p. I. p.* 469. HISTOIRE DES TRAITTES DE PAIX *Tom. II. p.* 148. HAPPELII *Hiſtor. mod. Europæ p.* 45. Germ. ſermone, & in LVNIGII *Reichsarchiu p. Gen. p.* 831. cum variis ſcriptis per FRITSCHIVM *in Manuali Iur. publici* & ſæpius ſeparatim vel cum aliis Actis editum. Conquiritur tamen iam ſuo tempore Carolus Ludouicus El. Palatinus in litteris de dato Londini XXI. Decembris 1648. ad Statuum Euangelicorum Legatos, *das die in Druck ſpargirte Inſtrumenta Pacis zimlich incorrect und an etlichen Orten etwas obſcur zu ſeyn befinden, durch deſſen ungleichen Verſtand manche Reſtitution gehemmet werden kænte.* in THEATR. EVROP. *Tom. VI. p.* 607. Commentati fuerunt in hoc Inſtrumentum PHILIPPVS ANDREAS BVRGOLDENSIS, AHASVERVS FRITSCHIVS, VLRICVS OBRECHTVS, GODOFREDVS FERDINANDVS DE BVCKISCH, IACOBVS OTTO, & præcipue HENRICVS HENNIGES.

77) *Art. IV.* Extat etiam apud du MONT Tom. VI. p. I. p. 492. *Guarantia*, nomine Cæſareæ Maieſtatis, *Coronarum Gallie & Suecie, nec non Electorum, Principum & Statuum Imperii, per eorum Plenipotentiarios, Electori Bauariæ Maximiliano data, de procuranda Caroli Ludouici, Comitis Palatini Rheni, eiusdemque Fratrum Renuntiatione, iuxta I. P. ad dignitatem Electoralem, Palatinatum ſuperiorem, & Comitatum Cham. Monaſterii* 1649.

78) *Art. V.* Multum iam ante diſputabatur, qualis Pax Proteſtantibus ſit concedenda. LAVRENTIVS FORERVS equidem S. I. in Comitiis Ratisbonenſibus 1640. exhibuerat *rationes pro amneſtia facienda & argumenta contra eandem*, qua bellum cum Proteſtantium ſuppreſſione ſuadet continuari. In ipſo Conuentu Osnabrugenſi exhibitum fuit *Iudicium Theologicum ſuper quæſtione, an Pax qualem deſiderant Proteſtantes, ſit ſecundum ſe illicita*, cuius auctor vel FABIVS CHIGIVS habetur vel HENRICVS WAGNERECKIVS, cui tamen IO. GEORGIVS DORSCHAEVS ſe oppoſuit; HERMANNVS CONRINGIVS vero ſub IRENARI EVBVLI nomine *conſultationem* ſcripſit *pro pace perpetua Proteſtantibus danda.* GRYPHIVS *de ſcript. ſec. XVII. p.* 131. *Hiſtorie der Religions-Beſchwerden p. I. c. IV. §. XXXVI.*

79) *Art. VII.* de horum receptione multæ controverſiæ, Saxoniæ Electore admodum deſuper proteſtante. De ea controverſia late PFANNERVS *lib. V. §. XXXVII. ſqq.* PVFENDORF *de reb. Frid. Guil. lib. II. §. LXIX.* MVLLER *Staats-Cabinet p. IV. c. III.* Saxonis vero Proteſtatio extat apud LONDORPIVM *Tom. VI. p.* 355.

80) Ne-

ſtatum reducantur, 80) in Palatinatu vero ad ſtatum ante motus Bohemicos, ſiue a. 1618. omnia eſſe reducenda ſtatuitur. 81) Reſeruatum eccleſiaſticum ad Euangelicæ Religionis addictos extenditur, Sileſiorum religionis libertati proſpicitur. 82) Confirmantur inde Iura, Territorii Statuum, & Comitialia, ita, vt Imp. in rebus maioris momenti, nihil ſine Statuum conſenſu Comitiali poſſit decernere. 83) Suecis vero in ſatisfactionem decernuntur Pomerania citerior vna cum inſula Rugia & locis adnexis, Ciuitas portusque Wismarienſis, vna cum monimento Walfiſch & præfectura Poel. Archiepiſcopatus etiam Bremenſis & Epiſcopatus Verdenſis ſeculi iuri addicti, vna cum Capitulo Hamburgenſi cum iure ſeſſionis & Voti in Comitiis. 84) Brandenburgico vero Electori præter Pomeraniam vlteriorem, & Epiſcopatum Caminenſem, in compenſationem Citerioris, adiudicuntur Magdeburgicus Archiepiſcopatus, ex quo tamen quatuor Præfecturæ, Querfurt, Güterbock, Damb & Borck, Saxoniæ Electori vna cum titulo Burggrauii Magdeburgici confirmantur. Halberſtadienſis & Mindenſis Præſulatus, vna cum Comitatu Hohnſteinenſi ſeculi iuri addicti. 85) Megapolitano Duci pro Ciuitate Wismarienſi Suerinenſis & Ratzenburgenſis Epiſcopatus, ſub Principatus iure decernuntur, vna cum Commendis Ordinis D. Iohannis Mirow & Nemorow, 86) Domui Brunſuicenſi, eo quod ceſſerat Coadiutoris iure in Saxoniæ Inferioris Epiſcopatus, alternatiua cum Catholicis in Epiſcopatum Osnabrugenſem additur ſucceſſio, vna cum monaſterio Walckenried ſub ſeculi iure. 87) Domui Haſſo-Caſſellanæ Abbatia Hirſchfeldenſis ſub Principatus iure & Comitatus Schaumburgenſis pleraque pars, vna cum ſexcentorum millium Imperialium ſumma, ex Archiepiſcopatibus Moguntino & Colonienſi, Epiſcopatibus Paderbornenſi & Monaſterienſi, atque Abbatia Fuldenſi ſoluenda. 88) Conuentio Caſſellana, interuentu Ernesti Saxo-Gothani Ducis XIV. Aprilis an. 1647. inita, confirmatur. 89) Heluetorum etiam libertati proſpicitur. 90)

§. XL. Monaſterienſe vero Inſtrumentum cum Gallis concluſum, tredecim conſtat articulis, quibus præter ea, quæ generalem Amneſtiam & iura Statuum tum circa Religionem, tum ſtatum Politicum concernunt, ex Osnabrugenſi in hoc fuerunt tranſumta. Continentur eodem Reſtitutio Electoris Treuirenſis, Palatini, Ducum Würtenbergenſium, Marchionum Badenſium, & Satisfactio potiſſimum Gallica, quibus Metenſis, Tulenſis & Verdunenſis Epiſcopatus pleno iure 91) relinquuntur, Briſacum, Alſatia vtraque, vna cum Suntgouia, Præfecturaque Decem Ciuitatum Imperialium, cum Archi-Ducum Auſtriacorum Ferdinandi Caroli & Sigismundi Francisci conſenſu, 92) ſaluo harum iure, & imperii immediatate, in Galliæ Regem transferuntur. 93) In Philipsburgo ius Præſidii Gallis conceditur, pax Claraſcenſis etiam confirmatur. Contra hanc Pacem per legatum

80) Negotiations de la Paix de Münſter Tom. III. p. 162. *Sur le point de l' Amneſtie les Suedois aiant perſiſté à demander qu' elle ait ſon effet des l' année mil ſix cens dix-huit (quoi qu' ils ſoient comme d' accord avec le Comte de Trautmansdorf, qu' elle commencera à l' année mil ſix cens vingt-quatre & qu' ils ne paſſent cette inſtance que pour montrer de la fermeté à ſoutenir les interets des Etats Proteſtants de l' Empire,) nous avions été obligez d' appuier la demande de nos Alliez pour conſerver l' union avec eux; ce que nous avions fait de ſorte neanmoins que nous avions aſſez donné à entendre aux Mediateurs que ce n' etoit pas avec deſſein d' y tenir ferme. Mais les Imperiaux ont de la pris occaſion de dire que lors qu' ils s' etoient declarez & avoient fait leur offre pour la ſatisfaction de la France, c' etoit avec condition que l' Amniſtie n' auroit ſon commencement que l' année mil ſix cens vingt-ſept la quelle condition n' etant pas effectuée ce qui avoit été accordé par eux pour la ſatisfaction de la France ne ſubſiſtoit plus.*

81) Hoc in ſumma demonſtrat HENNIGES ad h. l. *art. V.* §. *VI.* Vberius vero hoc declaratur *in Pfalziſcher Kirchen-Hiſtorie cap. IX.* §. *XIV. cap. X.* §. *XII. ſqq. Hiſtorie der Religions-Beſchwerdem p. I. c. IV. p. 818.*

82) *Art. V.* §. *XXXVIII. ſqq.*

83) *Art. VIII.* §. *II. Gaudeant.*

84) *Art. X.*

85) *Art. XI.*

86) *Art. XII.*

87) *Art. XIII.*

88) *Art. XV.*

89) Conuentio iſta extat apud LONDORPIVM *pag. 307.* & LVNIGIVM *Forſt. der andern Comitii. p. 899.* du MONT *Tom. VI. p. I. p. 442.* qua portio Marpurgenſis domui Caſſellanæ, Gieſſenſis vero vna cum 60000. millibus Imperialium Darmſtadienſem maneret.

90) *Art. VI.* Vid. SENT. IVRIS PVBLICI *cap. IV.* §. *VII.*

91) Galli primum offerebant, ſe Alſatiam tanquam Imperii feudum eſſe accepturos, quod tamen ne Imperii negotiis immiſcerentur, fuit reiectum, de quo LAGVILLE Hiſt. d' Alſace Tom. II. p. 167. *Cette offre étonna d' abord le Comte de Trautmansdorf; rien en apparence n' etoit plus flatteur pour l' Empereur, que de voir le Roy de France devenir ſon Vaſſal, & ſe reduire, à cet egerel à la condition des plus petits Princes de l' Empire. Mais etant revenu de ſa ſurpriſe regarda la propoſition comme un piége qui embaraſſoit; & il craignit que ſi le Roy poſſedoit des fiefs dans l' Empire, & qu' il eût par conſequent voix & ſéance dans les Dietes, ſa puiſſance n' y contrebalançat l' autorité de l' Empereur, qu' elle n' entrainat dans les deliberations le ſuffrage des Princes & des Etats, contre les prétentions de la maiſon d' Autriche, & qu' en vn mot le Vaſſal ne fût bientôt plus maitre dans l' Empire que de Seigneur dominant.* Adde etiam *p. 173.* vbi rationes pro & contra adducuntur.

92) Extant ideo horum litteræ ceſſionis & renuntiationis, Viennæ d. 24. Nouembris 1648. apud du MONT *Tom. VI. p. I. p. 490.*

93) Extat Inſtrumentum apud LONDORPIVM *Tom. VI. p. 407.* PVFENDORFIVM *lib. XX. p. 876.* in Corpore Receſſuum *pag. 1084.* & in RECVEIL *Tom. III. pag. 528.* apud du MONT *Tom. VI. p. I. pag. 450.* Adde HISTOIRE DES TRAITTES DE PAIX *Tom. I. p. 443.* HAPPEL *p. 76.* & cum variis

tum ſuum, Sannalarium d. XX. Ianuarii 1649. proteſtabatur Carolus II. Gontzaga Dux Mantuæ, ratione Iurium ipſi in Montisferratenſes terras a Duce Sabaudiæ detentas, competentium. 94)

§. XLI. Concluſa nunc pace, ratihabitiones a Cæſareis & Statibus inſequenti anno 1649. vrgebantur, Suecis initio dubitantibus. 95) Fit tandem VII. Februarii a. 1649. Commutatio ratihabitionum Monaſterii, 96) quam etiam Statuum ratihabitiones paſſim ſequebantur. 97) Dum autem Sueci Germaniam nollent relinquere, vsque dum omnia executioni fuiſſent mandata, Conuentus Maio menſe Noribergæ inſtituitur, quo Cæſaris nomine Octauius Piccolomineus, a Suecorum vero parte Carolus Guſtauus Wrangelius, vna cum Statuum legatis quam plurimis accedebat. 98) Poſt varias conſultationes & difficultates, quas Hiſpani potiſſimum de Franckenthalia reſtituenda mouebant 99) & diuerſos Executionis Receſſus particulares in diuerſis Vrbibus confectos, 100) primus Executionis Receſſus XI. Septembris ſt. v. a Cæſareis legatis, Iſaaco Volmaro & Georgio Ludouico Lindenſphürio ſubſcribitur, quo Cæſar Bauarusque præcipuis locis, quæ in Imperio tenebant, cedere obligabantur. 1) Secuta demum fuit Executionis Pacis Conuentio Principalis cum Suecis XVI. Iunii ſt. v. Noribergæ, 2) & cum Gallis XXIII. Iunii 1650. ſubſcripta, 3) qua decernitur, quo modo & ordine reſtitutio ſingulorum locorum ab vtraque parte adhuc detentorum, militumque exauctoratio fieri debeat. Addita deſignatio reſtituendorum & diſtributio quinque Millionum in Circulos facta. Publicato hoc Receſſu, qui *Friedens Executions Haupt-Receß* dicitur, magna non Noribergæ ſolum ſed etiam Viennæ lætitia, dum Cæſar XXII. Iulii edicta per vniuerſum Imperium publicaret, ne quis contra Pacem quidpiam tentaret. 4) Hinc etiam Bremenſes, dum exactioni vectigalis Oldenburgici, quod tamen *Art. IX. §. II.* fuerat confirmatum, ſe acerrime opponerent, XXII. Octobris 1652. in bannum Imperii declarantur, 5) licet præſtita cautione, inſequenti anno iterum abſoluerentur. 6)

§. XLII. Anno 1651. recruduit controuerſia in terris Iuliacenſibus, quas Fridericus Guilielmus Brandenburgicus Electo inuadebat, 7) quæ tamen interueniente Hatzfeldio a Cæſare miſſo, Brandenburgico etiam & Neuburgenſi, IX. Auguſti ſub dio, inter Cæſaris inſulam & Angermontium amice conuenientibus, 8) per Cliuenſes Tractatus XI. Octobris 1651. iterum fuit compoſita, & omne negotium Cæſaris Commiſſariis relictum. 9) A Cæſare vero XXVII. Aprilis Comitia indicuntur ſub finem Octobris Ratisbonæ habenda, 10)

ſcriptis apud LVNIGIVM *p. Gen. p. 914.* cuius tenor his verſibus exprimitur:

Articulus quatuor minor eſt Pax Gallica Sueca,
nonnihil in rebus varians, vt in Ordine rerum
In quatuor primis (niſi quod remouetur Iberа,)
vix eſt diſparitas in re, neque diſcrepat ordo
Quintus ineſt quinto: Gallorum & ſeptimus vni:
In ſexto ſocius Gallus dat pramia Cattis;
Heluetiis quod ſextus ibi dat, ſeptimus iſthic:
Nonus & octauus ſimiles ſunt prorſus vtrisque
At decimus, Gallis loca quæ cedenda, recenſet:
Vndecimo in partes Galli pax Itala tranſit,
Vltimus his illisque & penultimus idem eſt.

94) Extat Proteſtatio apud du MONT *Tomo VI. p. I. p. 493.*

95) PVFENDORF *lib. XXI. §. I.-X. de reb. Frid. Guil. lib. III. §. XXXI.* LONDORP *Tom. VI. p. 453.* Receſſus Suecorum Gallorumque ſuper hac commutatione cum Statibus Imperii confectus extat pag. 455.

96) PVFENDORF §. *XI.* LONDORP *p. 467.*

97) PVFENDORF §. *XLIV.* extat Receſſus apud du MONT *Tom. VI. p. I. p. 497.*

98) PVFENDORF §. *XLV. LI. LIII. LVI.* qui etiam §. *LVII.-LXXXVI.* Acta huius Conuentus exponit. Varia ſcripta circa pacis executionem reperiuntur apud LONDORPIVM *Tom. VI. p. 436. ſqq. 535.*

99) PVFENDORF §. *XXXIII. XLIII. LXIII. LXVII. LXIX. LXXI. XCII. lib. XXII. §. XII. XXII. XXVII.* LONDORP *Tom. V. p. 539. 555. 576. 578.* HAPPEL *pag. 200.*

100) Receſſus de reſtitutione Sultzbacenſi apud LONDORPIVM *Tom. VI. p. 470.* Diinckelſpühlenſis *p. 486. 597.* Kaufbeurenſis *pag. 520.* Biberacenſis *p. 521.* Lindauienſis *p. 525.* Rauensburgenſis *p. 532.*

1) PVFENDORF *lib. XXI. §. LXXXVI.* LONDORP *Tom. VI. p. 549.*

2) PVFENDORF *lib. XXII. §. XXIX.* Extat iſte apud LONDORPIVM *Tom. VI. p. 579.* in RECVEIL *Tom. III. p. 578.* LVNIG *p. Gen. p. 964. ſqq.*

3) PVFENDORF §. *XXX.* LONDORP *p. 594.* du MONT *Tom. VI. p. I. p. 549.*

4) PVFENDORF §. *XXXI.* Quid cum nummo, qui vulgo dicitur *Stecken Reuterpfennig*, in memoriam huius Conuentionis cuſo actum, exponitur in *Hamb. Hiſtor. Remarquen 1702. p. 65.*

5) THEATR. EVROP. *Tom. VII. p. 245. 341.* Extat ſententia banni apud LONDORPIVM *Tomo VI. p. 673.* cum multis aliis ſcriptis & *p. 804. ſqq.*

6) LONDORP *Tom. VII. p. 229.* BVRGOLDENSIS *p. III. diſc. XII.* LIMNAEVS *Tom. V. addit. ad lib. VII. c. VII.* HAPPEL *p. 224.*

7) THEATR. EVROP. *Tom. VII. p. 13.* vbi etiam Brandenburgici Electoris Manifeſtum exhibetur. PVFENDORF *de reb. Frid. Guilielmi* integro libro quarto cauſſam hanc Iuliacenſem declarat.

8) THEATR. EVROP. *Tom. VII. p. 24.*

9) THEATR. EVROP *c. l.* 10. ab ALPEN *Vita Bernh. a Galen lib. I. §. XXIII.* PVFENDORF *lib. IV. §. XXXV. Eius conuentionis ſumma capita hæc erant: ab vtroque acceptari Commiſſionem in Præſulem Monaſterienſem, & Auguſtum Brunſuicenſem Ducem collatam, cui e parte Electoris Auguſtus Anhaltinus Princeps, & Ludouicus Henricus Naſſouius Comes, e Neoburgici parte Paderbornenſis & Osnabrugenſis Præſules ſint adiungendi: queis cognoſcendum, num ea controuerſia ex Inſtrumento pacis, an e pactis, & cautionibus Principum decidenda ſit. Quod a maiori parte decretum fuerit, eo citra pronocationem ſtandum.* Extant Receſſus Tabulæ apud LONDORPIVM *Tom. VI. pag. 632.* RECVEIL *Tomo III. p. 614.* Conuenerat autem iam ante inter eos Duſſeldorpii VIII. Aprilis 1647. in RECVEIL *Tom. III. p. 505.*

10) THEAR.

da, 10) quæ demum Decembri menſe fuerunt inſecuta. Interim dum Pragam III. Iulii a. 1652. Imp. aduentaret, Moguntinus, Treuirenſis, Palatinus, Saxo, Electores ad ipſum inuitati conueniebant, ibidemque Moguntinus XXIX. Octobris ſt. v. & poſtera die Treuirenſis in Conuentu Electorali vnionem Electoralem coram Saxone, Electorum Seniore iuramento firmauit, 11) id quod Brandeburgicus in reditu Dresdæ fecit. 12) Agebatur ibidem de pacis executione & eligendo Rege Romanorum, quæ tamen ab Electoribus ad Comitia Ratisbonenſia fuerunt reiecta. 13) Poſtquam igitur Imp. II. Decembris ſt. v. eo aduentaſſet, 14) non ſtatim capita deliberanda proponebantur, feruente adhuc Brandenburgicos inter & Suecos, ratione finium & vectigalium Pomeraniæ controuerſia. 15) Controuertebatur etiam de Excellentiæ titulo legatis Electorum concedendo, præcedentia inter Bauarum & Palatinum, Saxo-Vinarienſem & Gothanos Duces, aliisque Statuum controuerſiis. 16) Inter hos ſcrupulos, poſtquam Electores de modo & ordine ſedendi & procedendi in Collegio Electorali inuicem transegiſſent, 17) XXI. Maii ſt. v. Ferdinandus IV. in Regem Romanorum eligitur, ibidemque VIII. Iunii ſt. v. ſolenni ritu a Io. Philippo a Schönborn, Electore Moguntino coronatur, 18) proteſtante licet deſuper Colonienſi. 19) Principes plerosque male habebat hæc electio, viuo Imp. facta, certo nondum conſtituto modo, & quod Electores ſibi ſolis ſumerent ius conficiendi Capitulationem. 20) Ferdinandus autem iſte IV. IX. Iulii 1654. morbillis, fatali Auſtriacis morbo fuit defunctus. 21)

§. XLIII. Fit tandem XX. Iunii ſt. v. 1653. Propoſitio Cæſaris, de pace conſeruanda & expediendis adhuc negotiis reliquis. 22) Variæ, ex pace Weſtphalica cum Ciuitatibus Imperii ſuboriebantur ſimultates, quæ ad re & correlationem admitti petebant, quæ tamen ab Electoribus atque Principibus negabatur. 23) Confirmatum quoque fuit Palatino munus Architheſaurarii, quod in locum Archidapiferatus in Bauarum translati, ſuſceperat, de eodemque V. Auguſti 1652. ab Imp. fuerat inueſtitus. 24) Hiſpanis Biſuntina vrbs apud Burgundos, loco Franckenthalii, quod Palatino reſtituebatur, confirmabatur. 25) Sic etiam de admittendis in Principum Collegium nouis Principibus multa erat controuerſia. Admiſſi tandem ſunt XXX. Iunii ſt. v. Eitel Fridericus Hohenzolleranus, Io. Antonius Eggenbergicus & Wenceslaus Lobkouitius, prout iam per R. I. de a. 1641. 26) fuerat decretum. 27) Præter hos, Leopoldus Philippus Carolus Salmenſis, Maximilianus Dietrichſteinius, Octauius Piccolomineus, Io. Weickardus Auerſpergicus, XXVIII. Februarii 1654. fuerunt introducti, ita tamen, ne præiudicium fiat antiquis Principum

10) THEATR. EVR. *Tom. VII. p. 30.* PFANNER *Hiſtor. Comit. lib. I. §. IV.* Extant litteræ intimationis apud LONDORPIVM *Tom. VI. p. 658.* HAPPELIVM *p. 208.*

11) THEATR. EVR. *Tom. VII. p. 289.*

12) PVFENDORF *de reb. Frid. Guil. lib. III. §. LXIV.*

13) THEATR. EVR. *Tom. VII. p. 290.* Promiſſa Electoribus facta, recenſet PFANNER *lib. I. §. IV.*

14) Hoc prolixe deſcribitur in THEATRO EVROPAEO *Tom. VII. p. 291.* PFANNER *lib. I. §. V.* Extat etiam ſpecialis Relatio de hoc introitu, Propoſitione & electione Regis Romanorum 1653. 4.

15) PFANNER *lib. I. §. VII. - XVIII.* PVFENDORF *lib. III. §. XLIX.* Extant *S. Cæſarea Maieſtatis litteræ ad Reginam Sueciæ, ſuper reſtitutione Pomeraniæ vlteriorisque vt & Reginæ reſponſio ad iſtas litteras 1653. 4.* Obtinuerat autem Elector Statibus ſuffragantibus, a Cæſare decretum, vt Suecis neque inueſtitura, neque indultum adnueretur, nec locum inter Ordines capere liceret, antequam Electori Vlteriorem Pomeraniam reddiderint. Eo iam deuenerat, vt Sueci ſimulato cum Ratisbona abitu, de bello minas iactarent. Concluſo tandem Stettini XVII. Ianuarii 1653. Receſſu limitaneo controuerſia omnis poſt compoſita, & VI. Iunii vlteriori Pomeraniæ Brandenburgicis tradita. Faciunt huc quædam ſcripta apud LONDORPIVM *Tom. VI. p. 652.* ipſe Receſſus *Tom. VIII. p. 851.* DIAR. EVR. *Tom. VIII. pag. 513.* PFANNER *lib. II. §. XXXV.* Poſt hunc Receſſum, demum 25. Maii 1654. Exequiæ Bogislao XIV. fuerunt peractæ. IVNCKER *lib. LIV. c. II. n. 55.*

16) De his late PFANNER *lib. I. §. XX. ſqq.* ad finem vsque. Varia ſcripta huc facientia extant apud LONDORPIVM *Tom. VI. lib. V.* THEATR. EVR. *Tom. VII. p. 333.*

17) Extat iſta Transactio apud LONDORPIVM *Tom. V. p. 9.* HAPPEL *pag. 289.*

18) Deſcribitur in THEATRO EVROPAEO *Tom. VII. p. 357.* LONDORP *Tom. VII. pag. 39.* PFANNER *lib. II. §. LXIX. LXX.* HAPPEL *p. 239.* Capitulatio extat apud LONDORPIVM *Tom. VII. p. 10.* in RECVEIL *Tom. III. fin.* PVFENDORF *de reb. Frid. Guil. lib. IV. §. XXXVIII. ſqq.* THVLDENVS *lib. II. p. 72.*

19) Extat iſta Proteſtatio apud LONDORPIVM *Tom. VII. pag. 48. 49.* Reſponſio Moguntini *p. 61.* IVNCKERVS *Schauhühne lib. LIII. c. II. n. 6.*

20) PFANNER *lib. II. §. I. ſqq. §. LX.* Extant varia ſcripta apud LONDORPIVM *Tom. VI. p. 884.* Monita etiam ad Capitulationem *p. 919.*

21) THEATR. EVR. *Tom. VII. p. 574.* WAGNER *Hiſt. Leopoldi lib. I. p. 7.*

22) PFANNER *lib. III. ineunte.* LONDORP *Tom. VII. p. 55.* THEATR. EVR. *p. 361.* HAPPEL *p. 241.* IVNCKER *lib. LIII. c. II. n. 68.*

23) PFANNER *lib. III. §. X. XXVIII. LXVIII. XCIV. lib. IV. §. LXXX. LXXXV. LXXXVI. LXXXVII.* LONDORP *Tom. III. p. 58. 287.*

24) THEATR. EVR. *Tom. VII. pag. 10. 288.* THVLEMARIVS *de Octouir. cap. XV. §. XIII. XIV.* LONDORP *Tom. VII. p. 264.* IVNCKER *lib. LI. cap. II. n. 22.*

25) Imp. iam diploma deſuper an. 1650. conceſſerat, quod extat apud LONDORPIVM *Tom. VI. p. 334.* ſecutus fuit conſenſus Electorum ibid. atque inſtante legato Hiſpanico conſenſus omnium Statuum *Tom. VII. p. 298. 508.*

26) §. *XCVII.*

27) PFANNER *lib. II. §. XXVIII. - XXXIV. lib. III. §. V. XXIX. XXXII.* LONDORP *T. VII. p. 75.*

28) PFAN-

cipum familiis, nec iſti, qui ſine bonis Imperii immediatis fuerint admiſſi, in exemplum adducantur, nec illorum liberi ad ſeſſionem & votum admittantur, niſi bona Principe digna adquiſiuerint. 28) Naſſouiis quoque bina Vota, ratione Hadamar & Siegen, atque Dillenburg & Dietz, fuerunt conceſſa. 29) Prælatis Imperii acceſſit alterum votum Rhenanum, 30) Comitibus quartum adiectum fuit Weſtphalicorum. 31) Decretum etiam fuit de ſuſtentando Iudicio Camerali, augendis Adſeſſorum ſalariis, horum præſentatione, Proceſſu abbreuiando. 32) Proſpectum fuit debitoribus obtatis, ne ad vſuras vltra alterum tantum adigantur, atque vt particularis ſolutio locum habeat. 33) Executio Imperii reſtituitur. Et dum Sueuiæ Status Iudicium Rotwilenſe aboleri poſtularent, non Rotwilenſes ſolum, ſed etiam Comes Sultzenſis Iudicii Præſes, eiusdem conſeruationem petebant. 34) Reliqua vero negotia, quæ ex Pace Weſtphalica adhuc reſtabant expedienda, de Grauaminibus Religionis, de Statibus quibusdam adhuc reſtituendis, electione Regis Romanorum, Capitulatione Perpetua, declaratione Status in Bannum, ad Comitia Deputatorum Imperii proximo Octobri menſe inſtituenda, reiiciuntur. 35) De adiungendis etiam Imperii Deputatis Ordinariis ad paritatem Religionis ſeruandam, fuit deliberatum. 36) Bremenſes proſcriptione ſoluti, proteſtante licet Sueeorum legato, ex decreto Imperiali, in Collegium Vrbium fuerunt admiſſi. 37) Cæſari tamen ſubſidium LX. menſium poſtulanti hoc fuit denegatum. Tandem vero VII. Maii Receſſus publicatur, in quo ſimul vtrumque Pacis Inſtrumentum, vna cum Receſſu Executionis confirmantur, vt Legis Imperii vim fuerint adepta. 38) Statibus horumque legatis hinc diſcedentibus. 39) Publicato hoc Receſſu Ratisbonenſi, Nuntius Papalis Scipio Hei, Archiepiſcopus Piſanus, contra eundem Proteſtationem publicabat, contra omnia ea, quæ in dicto Receſſu in præiudicium Eccleſiæ Romanæ Catholicæ fuerint contenta, repetitis iis, quæ in Proteſtatione Innocentii X. contra Pacem Weſtphalicam contineantur. 40)

§. XLIV. In iisdem Comitiis, Poloni auxilia ab Imperio petebant contra motus Coſacorum, quæ tamen ipſis ob Statum Imperii nimis debilitatum denegabantur. 41) In iisdem Eleonora Auguſta a. 1653. XXV. Iulii ſt. v. 42) a Moguntino fuit coronata, proteſtante tamen itcrum Colonienſi. 43) Moderatrix etiam Gynæcei Auguſti locum obtinuit ſtatim poſt Principum coniuges, præ virginibus e Principum familiis. 44) Durantibus Comitiis, Königsmarckius Bremam adgreditur, munimentum extra vrbem occupat, quod tamen Bremenſes ſtatim recuperant. Poſt varia Imp. dehortatoria, 45) & inducias octo hebdomadum, interuentu Batauorum tandem XXIV. Nouembris ſt. v. 1654. Stadæ conuenit, vt ſaluis vtriusque partis iuribus, Bremenſes Suecorum Reginæ, tanquam Duci Bremenſi homagium præſtarent, Suecis Burg, Bergſtät & Lehe relinquerent. 46)

§. XLV. Inſequenti anno 1655. Comitia Deputatorum Imperii Francofurti ad Mœnum habebantur. Fit propoſitio Cæſaris nomine, per Hugonem Eberhardum Epiſcopum Wormatienſem, Georgium Vlricum Comitem Wolckenſteinium & Io. Cranium Conſiliarium Imperialem, de reſtitutione ex Capite Amneſtiæ & Grauaminum, Securitate Im-

28) PFANNER *lib. III. §. LXVII. LXXI. lib. IV. §. LXXI. LXXII. lib. V. §. XXXVIII. LXXVIII. LXXXIV.* LONDORP *Tom. VII. p. 447. 448. 457. 475. 524. 532. 566. 570. 683.*

29) PFANNER *lib. VI. §. LIII.* LONDORP *Tom. VII. p. 294. 567.*

30) HERDTENS *Grund Veſte p. II. c. IV. p. 91.*

31) LONDORP *Tom. VII. p. 68. 308.* PFANNER *lib. IV. §. XXXIV. lib. VI. §. XXVII.*

32) R. I. §. *VII. ſqq.* PFANNER *lib. VI. §. XXIV.* LONDORP *Tom. VII. p. 122. ſqq. p. 221. 230. 333. 340. 409. 443. 465. 487. 512. 525. 572. 589. 594. 641. 654.*

33) PFANNER *lib. III. §. XCVII.* LONDORP *Tom. VII. p. 167. 700.* Facit huc etiam HENRICI HAHNII Commentarius *ad §. de indaganda.*

34) LONDORP *Tom. VII. p. 199.* PFANNER *lib. VII. §. VIII. IX.*

35) R. I. §. *CXCI.* PFANNER *lib. VI. §. LV. ſqq. lib. VII. §. XXXIV.*

36) Conſultationes de eo ad longum refert PFANNER *lib. IV. §. VI. ſqq. XXXIV. lib. V. §. V. ſqq. §. IX.* LONDORP *Tom. VII. p. 330. 373.*

37) PFANNER *lib. IV. §. LX. ſqq.* HAPPEL *p. 244.* CORTREIVS *§. XVII. XVIII. XIX.* Extat Sueeorum Proteſtatio apud LONDORPIVM *Tomo VII. p. 257. 276. 449.* & Decretum Imperii *p. 278.* Bremenſium vero Memoriale *p. 320. 330. 350. 455. 523. 527. 586. 688.*

38) PFANNER *lib. VII. §. LI.* LONDORP *Tom. VII. p. 688.* THEATR. EVR. *Tom. VII. p. 369.* Vocatur autem iſte Receſſus Imperii Nouiſſimus, quia nullus eundem alius fuit ſecutus. THEATR. EVROP. *Tom. VII. p. 513.* vbi etiam *p. 518.* ipſe Receſſus exhibetur, & in Corpore *p. 1057.* LVDOLPH *lib. LIV. c. II. n. 16.* Commentati in eundem fuerunt VLRICVS OBRECHTVS & PAVLVS GAMBIVS *Francofurti 1695. 4.*

39) PFANNER *lib. VII. §. LV.* HAPPEL *pag. 267.*

40) Extat Proteſtatio apud LONDORPIVM *Tom. VII. lib. VI. c. DCXXIV. p. 717.* LVNIGIVM *p. Gen. p. 639.*

41) PFANNER *lib. II. §. LII. lib. III. §. LVI-LX.* LONDORP *Tom. VII. p. 59. 80.*

42) PFANNER *lib. III. §. LXXV.*

43) PFANNER *lib. III. §. LXXII. LXXIII.* HAPPEL *p. 242.* IVNCKER *lib. LIII. c. II. n. 71.*

44) PFANNER *lib. III. §. LXXIV.* LONDORP *Tom. VII. p. 78.*

45) CORTREIVS *de Statu Circ. Brem. §. XXVIII. XXIX.*

46) PFANNER *lib. VII. §. XLIX.* THEATR. EVROP. *Tom. VII. p. 629.* LONDORP *Tom. VII. p. 713. 918. 927.* & *Tom. IX. pag. 385.* Compoſitio *p. 963. 970. 978.* RECVEIL *Tom. III. p. 668.* HAPPEL *p. 207.* CORTREIVS *§. XXXI.* Sic etiam hoc negotium plenius deſcribit PVFENDORF *Hiſtor. Caroli Guſtavi lib. I. §. XV. ſqq.*

47) THEATR.

te Imperii, & quæ ex pace Weſtphalica adhuc erant reliqua. 47) Durauit iſte Conuentus etiam poſt mortem Cæſaris in ſex annos. Et licet poſt Ferdinandi mortem, Conuentus eousque fuiſſet dilatus, quo Principes Electores de Cæſare nominando conuenerant: 48) Hoc facto tamen, a Moguntino ad deputationem Francofurti continuandam iterum inuitantur. Miſſi etiam ad hunc Conuentum fuerunt Suecorum legati de Cæſareis iniuriis queſti. 49) Verum, poſtquam Comitia, quæ adhuc durant, a. 1662. fuiſſent cœpta, Conuentus iſte ſine fructu diſſoluebatur, negotiis ad ipſa Comitia reiectis.

§. XLVI. Eodem anno 1655. de ſucceſſore denuo ſibi deſtinando ſollicitus Ferdinandus, Leopoldo filio ſuo XVI. Ianuarii ſt. v. homagium ab Auſtriacis præſtare iubet, 50) atque indictis Vngariæ Comitiis, poſtquam VI. Iunii ſt. v. Eleonora Auguſta in Hungariæ Reginam fuiſſet coronata, 51) eundem XVII. Iunii ſt. v. Poſonii Regem Hungariæ per Archiepiſcopum Strigonienſem fecit coronari 52) quam Kl. Septembris inſecuta eſt Pragæ coronatio Auguſtæ. 53) IV. Septembris ſt. v. coronatio Leopoldi in Regem Bohemiæ, per Harrachium Archiepiſcopum fuit facta. 54) Anno 1657. menſe Martio Carolum Mantuæ Ducem ob defertas Gallorum partes, & ſuſceptum in ſe Cæſarei Exercitus in Italia Imperium conſtituit Generalem Vicarium Imperii, licet proteſtante deſuper Duce Sabaudiæ. 55)

§. XLVII. Annno 1656. VIII. Octobris ſt. v. obiit Io. Georgius I. Saxoniæ Elector, 56) facta inter filios diſpoſitione, 57) vt Electorales terras cum Misniæ maiori parte & Luſatia ſuperiori maximus natu Io. Georgius II. in dignitate Electorali Succeſſor, vna cum iuribus ſublimibus Imperii & Circuli, in reliquas terras, obtineret: Auguſtus Adminiſtrator Magdeburgicus, Thuringicas ditiones vna cum ſede Weiſenfelſa; dynaſtiam Querfurtenſem, & præfecturas aliquot Burggrauiatus Magdeburgici per pacem Weſtphalicam Electori conceſſas. Tertius Chriſtianus Merſeburgenſem Epiſcopatum, vna cum Luſatia inferiore & præfecturis Delitz, Zorbig & Bitterfeld in Misniæ confiniis. Quartus, Mauritius Epiſcopatum Numburgenſem cum Vogtlandiæ & Hennebergici Principatus partibus, Schenckiorum dynaſtia Tautenburg & quatuor præfecturis Auguſto Electori pro ſumtibus Gothani belli, in ſecuritatem pignoris loco traditis Arnshaug, Weida, Ziegenrück & Sachſenburg. 58) Ex qua diuiſione quatuor iſtæ lineæ domus Albertinæ Saxonicæ fuerunt ſuborte, Electoralis, Weiſenfelſenſis, Merſeburgenſis & Citicenſis.

§. XLVIII. Tandem vero Ferdinandus III. Imp. concluſo cum Polonis XX. Martii 1657. fœdere, quo ipſis auxilia promittit contra Suecos, 59) morbus ipſum inuadit, quo XXIII. Martii ſt. v. 1657. Viennæ fuit extinctus. 60) Prima ipſius vxor erat Maria Anna, Philippi III. Hiſpaniarum Regis filia, quam XXI. Februarii 1631. duxit, iure ſucceſſionis Hiſpanicæ in ipſam eiusdemque poſteros deuoluto. 61) Hac XXIII. Maii 1646. defun-

47) THEATR. EVR. *Tom. VII. p. 709.* Varia Acta apud LONDORPIVM *Tom. VII. pag. 1071.* vbi etiam omnes, qui præſto fuerunt legati, recenſentur *Tom. VIII. p. 1. ſqq.* HAPPEL *pag. 369.* IVNCKER *lib. IV. cap. II. n. 29.* THEATR. EVR. *Tomo VII. p. 707.* vbi etiam Schema Seſſionis.

48) LONDORP *Tom. VIII. p. 181.* Proponebatur equidem de hoc conuentu vel prorogando vel finiendo 12. Iunii 1657. a Mogentino, Principes tamen eundem continuari volebant DIAR. EVR. *Tom. I. p. 317.* Ibidem *p. 431.* exhibetur Moguntini ſcriptum de hac continuatione ad Electores Francofurti 16. Septembris ſt. v. 1657. THEATR. EVR. *Tom. VIII. p. 57.*

49) PVFENDORF *de reb. Caroli Guſtavi lib. IV. §. IV.* LONDORP *lib. VIII. p. 322.* THVLDENVS *lib. VII. p. 76.* LVDEWIG *de Iure adlegandi p. 124.* Ipſi etiam Deputati mediationem ſuam Suecos inter & Polonos offerebant LONDORP *Tomo VIII. p. 28. 29.*

50) THEATR. EVR. *Tom. VII. p. 714.* HAPPEL *Hiſt. mod. Eur. p. 310.* RINCK *Leben Leopoldi pag. 367.*

51) THEATR. EVR. *Tom. VII. p. 720.*

52) THEATR. EVR. *Tom. VII. p. 721.* HAPPEL *p. 313.* THVLDENVS *Hiſt. Eur. lib. IV. p. 68.* RINCK *p. 372.* IVNCKER *lib. IV. c. 3. n. 41.*

53) THEATR. EVR. *Tom. VII. p. 860.* HAPPEL *p. 349.*

54) THEATR. EVR. *p. 870.* HAPPEL *p. 349.* RINCK *p. 375.* WAGNER *lib. I. p. 8.*

55) THEATR. EVR. *p. 1041.*

56) THEATR. EVR. *Tom. VII. p. 1024. ſqq.*

57) Exiat Teſtamentum illud de dato Dresdæ 20. Iulii a. 1652. apud LVNIGIVM *p. ſpec. I. IV. pag. 169.* Acceſſit eodem anno confirmatio Ferdinandi III.

58) Vocabantur olim *die aſſecuirten Aemter*, quæ tamen per pactum ſpeciale 9. Auguſti 1660. Mauritio, Citicenſi Duci fuerunt ceſſæ, prout illud exhibet LVNIG *p. ſpec. Cont. II. p. 519.*

59) KOCHOWSKY *Ann. Polon. p. II. lib. III. f. 215.* PVFENDORF *Vita Car. Guſt. lib. IV. f. 288.* DIAR. EVR. *Tom. I. p. 30.* IVNCKER *lib. LVII. c. II. n. 13.* THEATR. EVROP. *Tom. VII. p. 1030.* HAPPEL *p. 383.*

60) THEATR. EVROP. *pag. 1031. Tom. VIII. p. 1.* DIAR. EVR. *Tom. I. p. 54.* RINCK *pag. 384.* HAPPEL *p. 384.* IVNCKER *c. I. n. 17.* WAGNER *lib. I. pag. 8.*

61) THEATR. EVROP. *Tom. II. p. 291.* In Pactis dotalibus enim ſic conuentum: *& quia Sereniſſima Regina Francie Domna Anna Hiſpaniarum Infans virtute pactorum dotalium renuntiationisque facte cum conſenſu & permiſſione Sereniſſimi & Chriſtianiſſimi Principis Ludouici XIII. Francie Regis ipſius marili ita excluſa eſt & manet ab omni iure ſucceſſionis, vt omnes illius liberi ex illa naſcituri tam marci quam fœmine omneque deſcendentes tam primo, quam ſecundo, tertio & quartogenitus, atque adeo in infinitum cuiuscunque gradus fuerint, perpetuis temporibus futuris, ſub quolibet titulo aut cauſa non poſſint nec debeant ſuccedere in vllo regno, ſtatu, prouincia, Dominio vel loco Sereniſſimi Regis Catholici ipſiusque heredum & ſucceſſorum legitimorum tam intra regna Hiſpanie quam extra illam in reliquis prouinciis & omnibus regnis, ſiue preſentibus, ſiue iis, quæ venturis temporibus ipſe Sereniſ-*

 ſimus

defuncta, duxit 62) II. Iulii 1648. Mariam Leopoldinam, Leopoldi V. Archi-Ducis lineæ Tyrolenſis filiam, quæ 63) XIX. Auguſti 1649. fuit denata. Tertia Coniux Eleonora, Caroli II. Ducis Mantuani filia, quam XX. Aprilis ſt. v. 1651. duxit, 64) quæ VI. Decembris 1686. fuit denata. Ex his natus ipſi Ferdinandus IV, VIII. Septembris 1633. qui iam Rex Hungariæ, Bohemiæ & Romanorum, a. 1654. extinctus. Maria Anna, nata XXII. Decembris 1634. Philippo IV. Regi Hiſpaniarum nupta. Philippus Auguſtinus, natus XV. Iulii 1637. denatus XXIX. Iunii 1639. Maximilianus Thomas, n. XX. Decembris 1638. obiit VI. Iulii 1639. Leopoldus Imp. Maria, ex vtero an. 1646. ſecta, & paulo poſt extincta. Carolus Ioſephus, Epiſcopus Paſſauienſis, & Olomucienſis, nec non Magnus Magiſter Ordinis Teutonici, ad Polonicæ Coronam deſtinatus, 65) n. VII. Auguſti a. 1649. defunctus XXVII. Ianuarii 1664. Tereſia Maria Ioſepha n. XXVI. Martii 1652. obiit XII. Maii 1653. Eleonora Maria n. XXI. Maii 1653. nupta priori matrimonio Michaëli, Regi Poloniæ XVII. Februarii 1670. dein Carolo V. Duci Lotharingiæ V. Februarii 1678. defuncta VII. Decembris 1697. Maria Anna Ioſepha, n. XX. Decembris 1650. nupta XXV. Octobris 1678. Io. Wilhelmo, Electori Palatino, mortua VII. Aprilis 1689. & Ferdinandus Aloyſius Ioſephus n. II. Februarii 1657. obiit XVI. Iunii 1688. 66)

ſimus Rex Catholicus, ipſiusque ſucceſſores tenuerint, poſſederint quæque ad eos pertinuerint; ideo dicta Sereniſſima Infans Domina Maria ſibi reſeruat ius ſuum competens vna & iunctim cum ire, quod ipſi accreuit per commemoratam renunciationem factam ab ipſius ſorore Regina Franciæ approbante iſtud, illudque confirmante per pactum expreſſum (quod robur & vigorem legis inteme rata & inuiolabilis & ſtabilis obtinere debet,) ipſo Sereniſſimo Rege Catholico pro ſe & omnibus ſuis haeredibus & ſucceſſoribus. CASS. THVCELLI *Acta publica Tom. I. pag. 462.* KHEVENHILLER *Tom. XI. p. 15. 550. 914.* Qua ratione fuerit conſummatum *p. 1485.*

62) LVDOLPH *lib. XLVI. c. II. n. 13.*

63) THEATR. EVROP. *Tom. VI. pag. 480. 882. 1029.*

64) THEATR. EVROP. *Tom. VII. pag. 842.* IVNCKER *lib. LI. c. II. n. 24.*

65) PVFENDORF de reb. Caroli Guſtaui lib. IV. §. XXXVII. *enimuero cum iam Moſcus in Liuoniam irruiſſet, Ioannem Caſimirum, ac Reipublicæ nomine ſenatores, ac præcipuorum Palatinatuum in Maiore & Minore Polonia Nobiles ſolemni Legatione Cæſari Coronam Polonicam obtuliſſe; quam quidem publice in ſpeciem Cæſar recuſarit, priuatim vero, præſentibus tantum in conclaui ſuo Rege Hungariæ, Archiduce Leopoldo Wilhelmo, Principe Auerſpergio, & Legato Hiſpanico vna cum Legatis Polonicis eandem pro filio ſuo minore natu Carolo Ioſepho acceptaſſe, certis ſuper eo negotio pactis initis.*

66) THEATR. EVROP. *pag. 1032.* PFEFFINGER *Vitr. illuſtr. Tom. I. p. 761.* HAPPEL *pag. 384.* DIAR. EVROP. *Tom. VIII. p. 55.*

SECTIO VNDECIMA
DE
LEOPOLDO.

§. I. *Leopoldi natiuitas, parentes & mores.* §. II. *Controuerſia de Vicariatu.* §. III. *Controuerſia de iure coronandi Imp.* §. IV. *Leopoldi electio disſidiosa.* §. V. *Comitia Deputatorum Imperii continuantur. Grauamina Sueorum & Gallorum contra Cæſarem. der Rheiniſchen Fürſten Allantz.* §. VI. *Bellum in Polonia, Holſatia & Pomerania cum Sueeis. Pax Oliuenſis, Pyrenæa, Rotſchildenſis & Haſmenſis.* §. VII. *Controuerſiæ Monaſterienſis.* §. VIII. *Motus Tranſylvanici.* §. IX. *Initia B. Hungarici: Turcæ Neuheuſelium occupant & Seriuwar.* §. X. *Clades Turcarum ad S. Gotthardi Fanum. Pax cum Turcis.* §. XI. *Iuitium Comitiorum a. 1663.* §. XII. *Leopoldus terras Tyrolenſes adquirit.* §. *Controuerſia de ſucceſſione in Ducatu Cellenſi.* §. XIV. *Controuerſia Erfurtenſium cum Electore Moguntino.* §. XV. *Controuerſia de Wilifangiatu.* §. XVI. *Controuerſia Bremenſis.* §. XVII. *Magdeburgum El. Brandenburgico homagium præſtat. Controuerſia de ſucceſſione Iuliacenſi inter Brandenburgicos & Neoburgicos plene componitur.* §. XVIII. *Controuerſia de ſucceſſione Oldenburgenſi.* §. XIX. *Leopoldus vnicus haeres domus Auſtriacæ matrimonium init cum Margaretha Thereſia. Conſpiratio Vngarica a. 1670.* §. XX. *Controuerſia Borckeloenſis, Huxarienſis, Brunſuicenſis.* §. XXI. *Controuerſiæ inter Electorem & Vrbem Colonienſem.* §. XXII. *Galli ex iure denolutionis in Belgium prætendunt, & Germaniam. Pax Aquisgranenſis. Galli bellum mouent contra Belgas Fœderatos. Fœdus Gallorum cum Sueeis.* §. XXIII. *Galli Lotharingiam occupant.* §. XXIV. *Controuerſia de ſucceſſione Altenburgenſi.* §. XXV. *Fœdus Bilefeldiæ & Coloniæ ad Spream pro Belgii defenſione. Gallia Rex quatuor Belgii Fœderati prouincias occupat.* §. XXVI. *Cæſareus & Brandenburgicus miles Rhenum tranſeunt pro Belgii defenſione, Montecuculius a Lobcouitio impeditur. Tractatus Voſſemenſis inter Gallos & Brandenburgicos.* §. XXVII. *Belgarum Fœdus cum Leopoldo & Hiſpanis. Cæſareani ad Rhenum Inferiorem perguut. Galli Traiectum ad Moſam occupant.* §. XXVIII. *Tractatus Colonenſis. Captiuitas Guilielmi Fürſtenbergii. Pax Belgarum cum Anglis, Colonienſi & Monaſterienſi.* §. XXIX. *B. ab Imperio contra Gallos decernitur. Prælium ad Seneffam. Soubiſus an in culpa?* §. XXX. *Prælium ad Sinsheimium, Holtzheimium & Enſisheimium. Electior Brandenburgicus cum exercitu ad Rhenum agit. Bournonilli fides ſuſpecta. Cæſarei Burgundum inuadunt.* §. XXXI. *Sueci prouincias Brandenburgicas inuadunt. Prælium ad Ratcnauiam & Fehrbellinum.* §. XXXII. *Rex Daniæ Ducem Holſatiæ ad pactionem Rendsburgenſem adigit. Wismariam occupat.* §. XXXIII. *Monaſterienſes & Lüneburgenſes Bremenſem Ducatum occupant,* §. XXXIIII. *Galli Leodium, Huium, Dinantum, Limburgum, Dachſteinium occupant. Turennius cadit. Prælium ad Augnſtam Treuirorum, quæ capitur.* §. XXXV. *Nouiomagum ad Pacis Tractatus, Anglo ſequeſtro, placet.* §. XXXVI. *Leodii Neutralitas. Galli in terras Iuliacenſes irrumpunt. Galli Ariam & Bouchanium capiunt. Traiectum ab Auriaco fruſtra obſidetur. Philipsburgum capitur.* §. XXXVII. *Sueci Vſedomiam occupant, a Brandenburgicis recuperatum, Wolgaſtum fruſtra tentant. Brandenburgicus Anclamum, Lückenitiam, Demminum, Damnimum occupat. Dani prælio nauali victores, in Scaniam irrumpunt.* §. XXXVIII. *Galli Dachsburgum capiunt, Valentianas,*

was, S. Audomari sinum, Cameracum: Belgas ad Mont-Cassellum cadunt. Foederati Carloregium frustra obsident. §. XXXIX. Dux Lotharingiæ in Galliam perrumpere conatur. Io. Georgii Isenacensis Ducis gesta ad Rhenum. Galli Friburgum & S. Gisleni sinum occupant. §. XL. Dani Christianopolim & Malmogiam Scaniæ frustra obsident, ad Landscronam vincuntur, ast, mari victores Rugiam insulam occupant. §. XLI. Conventus Foederatorum Bremensis. Brandenburgicus Stetinum capit. §. XLII. Galli Gandavum capiunt. Conventus Colonienſis. Obsidio Montium. §. XLIII. Danorum consilia frustranea. Sueci Rugiam insulam iterum occupant, a Brandenburgico recuperatur. Stralsunda & Gryphiswalda occupatur: Suecorum irruptio in Borussiam. §. XLIV. Galli sylvestres vrbes tentant: munimentum Kehl occupant. §. XLV. Præliminaria Pacis Noviomagenſis. §. XLVI. Pax Belgica & Hispanica concluditur. §. XLVII. Pax Germanica concluditur. §. XLVIII. Lüneburgenſes, Monasterienſes, Brandenburgicus Electior & Daniæ Rex cum Suecis Gallisque pacisumtur. Brandenburgicus Electior ab Imperio petit satisfactionem. §. XLIX. Hamburgum Daniæ Rex frustra tentat. Magdeburgici Ducatus possessionem adprehendit Brandenburgicus Electior. §. L. Iudicium Gallorum recuperatorium. Galli Argentoratum inhiant. §. LI. Argentoratum Galli occupant. §. LII. Fœdus cum Suecis. Congressus Francofurtenſis. §. LIII. Galli erectis quatuor fortalitiis ad Rhenum, Luxemburgum capiunt. §. LIV. Initia motuum Vngaricæ. §. LV. Tercia in Vngariam movent. Fœdus Imp. cum Polonia Rege, Bauaria & Saxonia Electiore, atque diuersis Imperii Statibus. §. LVI. Vienna obsidio & liberatio. Cæsarei Barcanum, Strigonium, Nouigradum occupant. §. LVII. Galli Delphinum, Regem Romanorum eligi volunt. Consilia contra eosdem. Armistitium vicennale. §. LVIII. Progressus belli Vngarici a. 1684. 1685. 1686. Buda occupatur. Prælium ad Strigonium & Mohatzium. §. LIX. Comitia Vngariæ Posonienſia. Iosephus Rex Vngariæ coronatur. §. LX. Progressus Cæsarearum in Vngaria a. 1688. Belgradum occupatur. Victoria Ludouici Badenſis in Bosnia. §. LXI. Controuersia de successione in Electoratu Palatino. §. LXII. Turbæ Hamburgenſes. §. LXIII. Controuersia Daniæ Regis cum Duce Gottorpiensi. Tractatus Altonauiensis, 1689. §. LXIV. Fœdus Cæsaris cum Brandeburgico. Fœdus Augustanum. §. LXV. Controuersia de successione in Electoratu Colonienſi. §. LXVI. Galli Palatinatum inuadunt, ad Rhenum nimium seuiunt. Fœdus Belgarum cum Imp. in quo articulus secretus de successione Hispanica. Moguntia recuperatur. Galli Palatinatum relinquunt. §. LXVII. Brandenburgicus Electior vrbes Colonienſes recuperat. §. LXVIII. Turcæ pacem petunt, a Ludouico Badenſi ad Nissam & Widdinum profligantur, Belgradum recuperant. Gesta a. 1689. & 1690. Effectum per Croyacum seruatur. §. LXIX. Iosephus in Regem Romanorum eligitur. §. LXX. Camera Wetzlariam transfertur. §. LXXI. Controuersia de Successione Saxo-Lauenburgica. §. LXXII. Controuersia de Successione Saxo-Ienensi. §. LXXIII. Cæsar contra Gallos Federa pangit. Gesta Bauariæ & Saxoniæ Electiorum ad Rhenum. Friderieus Carolus Würtenbergensis Ducatus Administrator capitur. Rheinfelsa a Gallis frustra obsidetur. §. LXXIV. Controuersia de nouo Electiorato. §. LXXV. Controuersia de Archiuexillisferatu Imperii. §. LXXVI. Progressus belli ad Rhenum vsque ad finem belli. §. LXXVII. Controuersia de munitionibus Razzeburgenſibus. §. LXXVIII. Controuersia de successione in Episcopatu Leodiensi. §. LXXIX. Controuersia de successione Veldentina. §. LXXX. Bellum in Belgio gestum vsque ad finem. Prælium ad Floriacum, Landam, Steinkerckam. §. LXXXI. B. Sabaudicum. §. LXXXII. B. in Catalonia. §. LXXXIII. B. Maritimum. §. LXXXIV. Gallorum de pace molimina, & Pacis Præliminaria. §. LXXXV. Pacis Ryswicenſis Tractatus. Angli, Belgæ, Hispani pacem cum Gallis subsignant. Iura Adlegatorum Imperii. §. LXXXVI. Pax demum a Germanicis Legatis subsignatur. Protestatio contra clausulam quarti articuli. §. LXXXVII. Contenta Pacis Ryswicensis cum Germanis conclusa. §. LXXXVIII. Protestationes contra hanc pacem. Controuersiæ super clausula quarti Articuli. §. LXXXIX. Compositio controuersiæ Palatinæ cum Ducissa Aurelianensi. §. XC. Varia controuersiæ de præsidio Philipsburgi, restitutione Brisaci & præsidio Rheinfelsæ. Munimentum Kehl Ludouico Badenſi conceditur. §. XCI. Progressus B. Turcici. Prælium ad Salanckemen. §. XCII. Prælium ad Zenthaim. Pax Carolouicenſis. §. XCIII. Controuersiæ de successione Megapolitana. §. XCIV. Controuersia de Successione Saxo-Coburgenſi. §. XCV. Controuersia de nono Electoratu redintegratur. §. XCVI. Controuersia Holsatica. Pax Trauenthalenſis. §. XCVII. El. Brandenburgicus sit Rex Borussiæ. Controuersia de successione in Episcopatu Lubecenſi. §. XCVIII. Publicatio Calendarii emendati. §. XCIX. Declaratio Successoris in Regno Hispaniæ. Mors & Testamentum Caroli II. §. C. Galli Testamentum acceptant. Andegauenſis Hispaniæ Rex declaratur. §. CI. Andegauenſis iter in Hispaniam. Iura Gallicana in successionem Hispaniicam euersa. §. CII. Iura Austriaca in successionem Hispaniicam. §. CIII. Helueti Catholici & Lusitani una cum Colonienſi & Bauaro Electiore Philippum Regem adgnoscunt. Anglorum & Belgarum erga Gallos postulata. §. CIV. Papa & Italia Principes, qua ratione se hoc in negotio gesserint. §. CV. Cæsarei in Italiam irrumpunt. Prælium ad Carpium & Clarium, Seditio Neapolitana. §. CVI. Mantua a Cæsareis includitur. Expeditio in Cremonam. Clades trium legionum ad Casale maiut. Prælium ad Luzzaram. Germanorum excursio versus Mediolanum. §. CVII. Belgæ Colonienſes & Geldriæ vrbes occupant. Nouiomagum a Gallis frustra tentatur. §. CVIII. Associatio quinque Circulorum. §. CIX. Negotium cum Antonio Vlrico, Duce Guelferbytano. §. CX. Galliæ Rex hostis Imperii declaratur. Landauium occupatur. Bauarus Vlmam occupat & Suenie vrbes. Prælium ad Fridlingam. Nanceium Galli occupant. §. CXI. Expeditio maritima versus Gades & Vigos. §. CXII. Controuersia Leopoldi cum Papa. §. CXIII. B. Italicum a. 1703. Cæsarei Sabaudiæ Duci accedunt. §. CXIV. Bonna, Limburgum, Huium, Geldria a Federatis occupantur, Prælium ad Echeram. §. CXV. Cæsarei in Bauariam & Palatinatum Superiorem irrumpunt. Galli se Bauaro iungunt. §. CXVI. Bauari irruptio in terras Tyrolenſes. §. CXVII. Gesta ad Danubium. prælium ad Munderkingam. Clades Styrumii ad Hechstadtium. Brisacum. Landauium & Augusta a Gallis occupantur. Prælium ad Spierbach. §. CXVIII. Rex Lusitaniæ Federatis accedit. Carolus III. Rex Hispaniæ declaratur, qui Lisabonæ appellit. §. CXIX. B. Lusitanicum. Gibraltar a Federatis occupatur, a Gallis frustra tentatur. Proelium nauale ad Malagam. §. CXX. Proelium ad Schellenberg & Hochstadtienſe. §. CXXI. Bauari & Gallitrans Rhenum reiiciuntur, Vlma, Landauium, Augusta Trucvorum, Trarbacum capiuntur. Brisacum stratagemate tentatur. Tractatus Ilbesheimenſes. §. CXXII. gesta in Belgio, a. 1704. §. CXXIII. Galli Vercellas, Iuream, Vrsram, Villa Franeam occupant. §. CXXIV. Vngarici motus sub Ragotzio. §. CXXV. Iustitium Camerale. §. CXXVI. Principes a Leopoldo facti. §. CXXVII. Mors & Familia Leopoldi.

§. I.

LEopoldus natus Viennæ XXX. Maii ſt. v. 1640. patre Ferdinando III. tunc in Comitiis Ratisbonenſibus præſente, matre Maria Anna, Philippi Hiſpaniarum Regis filia, 1) nec tamen prout vulgo fertur, ex vtero fuit cæſus, 2) eodemque die baptizatus, nomen obtinuit Leopoldus, Ignatius, Ioſephus, Balthaſar, Franciſcus, Felicianus. 3) Poſtquam ſeptimum ætatis annum fuerit adeptus, morum ipſius præfectus Io. Ferdinandus Porcia Comes, qui Venetam legationem multis annis egregie obierat, & charus erat Ferdinando Cæſari, præceptore dato Müllero, & poſt hunc Nidhardo, vtrisque S. I. Patribus. 4) Poſtquam in Theologicis, Politicis & litterarum Studiis eſſet enutritus, ſacro ordini deſtinabatur, Ferdinando IV. Romanorum Rege conſtituto, 5) & licet in certa quæpiam pietatis exercitia Ieſuitis conſueta ſe adſtrictum voluerit, nunquam tamen Ieſuitarum Ordini nomen dedit. 6) Princeps erat corpore non adeo magno, 7) clemens, religioſus, 8) litterarum 9) Muſices etiam amantiſſimus, peritiſſimusque, 10) artibus mechanicis deditus, 11) nimium fidens religionis Catholicæ Patribus, & Miniſtris, qui clementia ipſius ſæpius abutebantur, anſamque dabant perverſo ſtatui Camerali, & diverſis motibus, præſertim Vngaricis. 12)

§. II.

Mortuo Ferdinando IV. Auſtriæ non ſolum Regens, ſed etiam Vngariæ, Bohe-

1) THEATR. EVR. *Tom. IV. pag.* 287. LVDOLPH *lib. XL. c. II. n.* 23. FRANC. WAGNER Hiſt. Leopold. lib. I. p. 4. *Suſcepit Ferdinandus III. Imperator e prima Coniuge Maria, Philippi III. Hiſpaniarum Regis Filia, Liberos omnino quinque; quos inter Maſculi Ferdinandus IV. & quem deſcribendum ſuſcepimus, Leopoldus Ignatius. Natus hic eſt Viennæ, Germanicarum orbium Principe, die Iunii nona, D. D. Primo ac Feliciano, auſpicatis ſane nominibus ſacra; anno Seculi Sexti decimi quadrageſimo, Auſtriæ rebus, ſi quisquam alius, infelici.* RINCK p. 24.

2) VVAGNER p. 4. *Auguſta Mater, multo e ſecundinis ſanguine diffluxit, nullo quod Medicis mirum, vitæ diſcrimine. Id in omen inepti vertêre: eum equidem Tyrannum fore, quale Monſtrum ex Auſtria domo nondum enatum eſt, ſed cuius Imperio, ſanguinariis bellis, multi mortales perituri eſſent. Forſan inde etiam enata opinio longe inſulſiſſima, ſed eadem vulgatiſſima, & doctis etiam credita, & publico numiſmate excuſa a quopiam: e Matris vtero ceſum Leopoldum; nimirum quæ ſex ab hoc partu, annorum vitam produxit. Illud certius: in Infantis recens editi vertice coronam extitiſſe, qualem Vngari, complicatum in modo, medio capite geſtant. Medici humidum corpuſculum, multaque pituita obnoxium; vt qui fortuita omnia pro oſtentis habeat, fatalem ſeu Vngaris, ſeu Vngariæ fore Principem arguebant. Et certe nemo inde a Ferdinando Primo, plenius aut Iure ampliore obtinuit Regionem. Accidit, vt Turcicus Legatus ante ſuum Vienna diſceſſum vegias proles, Cæſaris indultu ſalutaret. Ferdinando ac Marianæ (poſtmodum Caroli II. Matre) paucis colloquutus, hæſit in Leopoldi Infantis obtutu, firmus ac defixus; rogatus ſubitæ conſternationis cauſam repoſuit; eſſe in Infantis oculis, ac fronte neſcio quid, quod verbis exponere non poſſet, ſed eum ſibi videri, qui olim Muſulmannorum rebus atrocia damna daturus ſit. Ee voces multam tum quidem admirationem Aulæ, ſermonemque præbuere; neglecta poſtmodum, velut a Barbaro, ſed a teſte locupletiſſimo eoque præſenti P. Müllero exceptas, ſuoque in Commentarios relatas reperi.* RINCK etiam p. 13. illorum refutat errorem, qui partum Cæſaream fuiſſe dicant.

3) RINCK *p.* 34.

4) RINCKIVS *pag.* 42. tradit, quod ab ipſo Ferdinando III. ſecundum ſcriptum Ferdinandi II. quod *Princeps in Compendio* inſcribitur, fuerit informatus, quod ſcriptum etiam ibidem exhibetur. Ad hunc Nithardum dixiſſe fertur Leopoldus: *facias ex me Carolum V. & ego faciam te Pontificem.*

5) RINCK *p.* 81.

6) VVAGNER *p.* 7.

7) Staturam ipſius deſcribit RINCK *p.* 314.

8) Teſtatur de eo RINCKIVS *p.* 157. Pietatem ipſius commendat FERDINANDVS VRIEMANN S. I. ſcripto poſt mortem Leopoldi edito *Morgenſtern bey der Sonne.* FRANC. VVAGNER lib. I. p. 5. *Erat autem ea pueri docilitat, & natiua ad omne religionis ſtudium, incitatio; vt frænanda pietatis temeritudo, precandi ſpatia contrahenda viderentur. Dimidium horæ, quod huic exercitationi ſimierat Portia, integram proferri ipſe impetrauit. Vnicus ei, & ſuauiſſimus ludus arulas ſtruere, Sacra facientium ritus imitari, Diuûm icones ſtudio exornare, vt ſæpe diceret Imperator: Filium ſuapte vias inire, quibus eum ducere conſtituiſſet, & olim ſancti, numeriſque omnibus abſoluti Præſulis exemplar fore.* De religionis ſtudio potiſſimum teſtantur tres columnæ, quas vouit & immenſis ſumtibus Viennæ erigi fecit. Primam in memoriam immaculatæ conceptionis Mariæ a. 1667. dicauit, RINCK *p.* 617. Alteram Trinitati, tempore peſtis Viennenſis vouit, cuius fundamenta 30. Iulii 1687. fuerunt iacta, RINCK *p.* 977. quæ a. 1693. fuit conſummata, RINCK *p.* 1185. De hac ſingulare extat ſcriptum, ſub titulo: *das dem Dreyeinigen Gott andechtig vertrauend, angenehm, danckbahre Oeſterreich, Wien* 1682. 4. Tertiam Ioſepho a. 1702. vouit, dum ad Landauii obſidionem properaret Ioſephus, Rex Romanorum, quæ demum mortuo ipſo a. 1706. fuit erecta, RINCK *p.* 1507.

9) De ipſius cultura latini ſermonis teſtantur variæ litteræ, quas adducit RINCKIVS *p.* 85.

10) RINCK *p.* 122.

11) RINCK *p.* 115. 124. VVAGNER c. l. *In perdiſcendis diſciplinis eadem fuit ingenii felicitas; at memoriæ vis prope modum admiranda, cuius rei exempla ad callem operis haud pauca afferam. Cum ad depingendos, puerili manu, litterarum apices, aggrederetur, pauculis horis perficiebat, quod vix multis diebus alter. Latinam ſic condidicit, non vt prompte modo, ſed vel cum eruditis, venuſte loqueretur. Poetica ac Oratoria non leuiter tinctus Hiſtoriam omnem, Regiam nempe Diſciplinam, brui tempore percurrit. Dialectica, ac Philoſophiæ curriculum emenſus, prompte ac ſubtiliter de quouis argumento ad admirationem diſputabat. Legum doctrina, Mathematicis Diſciplinis, ciuili imprimis, ac militari Architectonica mire capiebatur.*

12) RINCK *pag.* 139. 147. 164. 179. Extat BAPTISTAE NANI Senatoris Veneti ſcriptum *de aula Leopoldi.* Faciunt huc etiam *Memoires de la Cour de Vienne, à Cologne* 1705. 12. quæ etiam Germanice prodierunt, ſub titulo: *Relation von dem Kayſerlichem Hoffe zu Wien.*

13) Vide

Bohemiæque Rex declarabatur. 13) Poſt Ferdinandi III. vero mortem a. 1657. controuerſia oriebatur de Imperii Vicariatu, quem & Ferdinandus Maria, Bauariæ, & Carolus Ludouicus, Palatinus Electores adfectabant. 14) Repetebat Bauarus, iura domui Bauaricæ in Electoratum iam ab antiquo fuiſſe, per translationem Electoratus facta firmiora, & potiſſimum, quod Vicariatus iura Electoratui atque Archidapiferatui connexa, cum eodem fuiſſent translata, ipſique Bauari de eodem inueſtiti. Opponebat Palatinus, Vicariatum non Electoratui nexum, ſed Comitiuæ Palatinatus, quæ nunquam fuerit in Bauaros translata, in quam, dum ipſe per Inſtrumentum Pacis fuerit reſtitutus, integrum eſſe ius Vicariatus, & Bauari inueſtituram per dictum Inſtrumentum abolitam, eundemque Vicariatum in Ferdinandi Mariæ inueſtitura omiſſum. 15) Controuerſia hæc multo feruore agebatur, vtroque etiam, quantum poſſet, Vicariatus iura exercente, multæ quoque turbæ in Collegio Electorali exinde fuerunt excitatæ: 16) nihil tamen iſto tempore deciſum, niſi quod Saxoniæ Elector atque Imperialis Camera Bauari Vicariatum adgnoſcerent. 17)

§. III. Durante hoc Vicariatu, controuerſia inter Moguntinum & Colonienſem agebatur, ob coronationem Ferdinandi IV. Res primum ſcriptis diſceptabatur. Moguntino ad Exempla anteriora factæ coronationis; 18) Colonienſi ad A. B. prouocante. 19) & fere ad arma fuiſſet deuentum, vsque dum XXV. Iunii 1657. omnis controuerſia transactione fuiſſet compoſita, vt quilibet in ſua diœceſi, extra vtramque autem alternis 20) vicibus coronationem peragerent, quod etiam Capitulatione Leopoldina, Ioſephina & Carolina fuit confirmatum. 21)

§. IV. Dum igitur ob gliſcens Polonos inter Suecosque bellum, cui etiam Leopoldus, ob miſſa Polonis auxilia miſcebatur, Comitia Electoralia differrerentur, inſtante tandem Saxone, 22) iſta a Moguntino ad IV. Auguſti 1657. Francofurtum fuerunt indicta, ad quæ legati Papæ & Regum exterorum mittebantur. Aderant Io. Philippus a Schönborn, Moguntinus, Carolus Caſpar a Leyen, Treuirenſis, Maximilianus Henricus, e domo Bauarica, Colonienſis, Io. Georgius II. Saxoniæ Elector, & Carolus Ludouicus Palatinus, vnà cum Bauari legato, Egone Fürſtenbergio, & Brandenburgici Mauritio Naſſouio, 23) ipſo demum Leopoldo IX. Martii 1658. vrbem Francofurtenſem ſolenniter ingrediente. 24) Adfuit a Pontifice Ioſephus Sanfelicius, Coſantiæ Archiepiſcopus, Coloniæ iam pluribus annis, Nuncii officio functus. Galliæ Regis Oratores fuere Grammontius, Regni Mareſchallus, & Hugo Lionnæus, Marchio Freſnii vterque dotibus egregiis, præſertim, quibus hominum animi capi ſolent. E contrario, præter Leopoldum Guilielmum, Archi-Ducem, Fontanus Marchio, Hiſpanus Orator, qui fide in Leopoldum nemini Germanorum ſecundus, optimis conſiliis, quaſi Regis ſui, vt agebatur rem gerebat, & miſſo ad Electores Iſaaco Volmaro, Comite Oettingano, Imperialis Conſilii

13) Vide Sect. *ſuper* §. *XLVI.* In hanc extat *Familiæ D. Auguſtini Excalceatæ Helicon Boemo Hercynius, Pragæ* 1656. 4.

14) Extant vtriusque edicta Vicariatus apud LONDORPIVM *Tom. VIII. p.* 30. THEATR. EVROP. *Tom. VIII. pag.* 3. du MONT *Tom. VI. p. I. pag.* 160. 175.

15) Vtriusque partis ſcripta reperiuntur apud LONDORPIVM *Tom. VIII. p.* 45. 122. 146. 153. 251. 263. Iura Palatini defenderunt IO. FREINSHEIMIVS, ſub nomine GRATIANI PHILOECI, HERMANNVS CONRINGIVS & EZECHIEL SPANHEMIVS. Vid. *Bibl. Iuris cap. XIV.* §. *XXI.* Vtrorumque argumenta in compendio exhibet BVRGOLDENSIS *diſc. ad Inſtrum. P. p. I. diſc. XXVI.* PFEFFINGER ad Vitriarium *lib. I. tit. IX.* §. 5. *p.* 269. TOLNER *Hiſt. Palatina c. IV.* SCHILTER *Inſtit. Iur. Publ. lib. I. Tit. XVIII.* COCCEIVS *cap. XVI.* §. 3. THEATR. EVROP. *Tom. VIII. p.* 10. *ſqq.* LVDEVV. *ad A. B. Tom. I. p.* 811.

16) Eo deuenit, vt, dum Bauaricus legatus Oexelius, ſcripto coram Collegio Electorali publice prælecto, iniurius eſſet in Fridericum Palatinum & inter alia verbis vteretur *der Verwürckung der Churwürde*, Carolus Ludouicus nimium exagitatus, attramentarium ipſi obiiceret, ægre hoc ferente Collegio Electorali. LONDORP *Tom. VIII. p.* 333. Compoſitio inter vtrosque *p.* 368. IVNCKER *lib. XVIII. c. II. n.* 19. THEATR. EVR. *Tom. VIII. p.* 432. RINCK *p.* 439.

17) LONDORP *Tom. VIII. p.* 251. licet Palatinus idem peteret *p.* 255. Leopoldus etiam datis 14. Ianuarii 1659. ſuper Vicariatu a Bauaro geſto, ſingularibus litteris fuit teſtatus. IVNCKER *lib. LIX. c. II. n.* 11. THEATR. EVR. *Tom. VIII. pag.* 378.

18) Sic Otto M. ab Hildeberto, Henricus II. a Williſito, Conradus Salicus ab Aribone, Rudolphus Sueuus a Sigfrido, Maximilianus II. a Daniele Brendelio, Matthias a Io. Suicardo, Ferdinandus IV. a Io. Philippo a Schonborn, ſingulis Archiepiſcopis Moguntinis fuerat coronatus.

19) Tit. IV. n. 4. *Colonienſi Archiepiſcopo competit dignitas, nec non officium Romanorum Regi primum diadema Regium imponendi.*

20) Extat hæc Transactio apud LONDORPIVM *Tom. VIII. p.* 121. in THEATR. EVR. *Tom. VIII. p.* 521. DIARIO EVROPAEO *Tom. I. pag.* 948. apud THVLEMARIVM *cap. XXV. n.* 30. RINCK *p.* 424. HAPPEL *p.* 445. du MONT *Tom. VI. p. I. p.* 182. Plura de hac controuerſia prodierunt ſcripta, BOINEBVRGIO Barone & CONRINGIO iura Moguntini propugnante, dum alii, atque inter hos, PETRVS a STREITHAGEN defenſionem iuris Colonienſis ſuſciperet. Vid. *Bibl. Iuris cap. XIV. p.* 604.

21) LEOPOLDI *art. XXXVII.* IOSEPHI *art. XXXVI.* CAROLI VI. *art. III.*

22) Extat de eo Saxonis ſcriptum apud LONDORPIVM *Tom. VIII. p.* 203. THEATR. EVROP. *Tom. VIII. p.* 102. Brandenburgicus vero Electoris electionem differri volebat PVFENDORF *de reb. Frid. Guil. lib. VII.* §. *XXI.*

23) THEATR. EVR. *Tom. VIII. pag.* 44. *ſqq.* DIAR. EVROP. *Tomo I.* RINCK *p.* 388. WAGNER *lib. I. p.* 40.

24) THEATR. EVR. *Tom. VIII. p.* 350. DIAR. EVR. *Tom. I. p.* 630. HAPPEL *p.* 425. Electorum

filii Præſide, & Mayenbergio Auguſtino, cauſſam ipſius plurimum promouebat. 25) Gallis primum fauere videbantur Eccleſiaſtici Electores vna cum Bauaro, Ludouico XIV. Imperialem dignitatem adfectante, dum Saxo & Brandenburgicus Leopoldo fauerent. Et dum periculi plena videretur Ludouici electio, Bauarum Galli commendabant, ipſi decies centena millia quotannis per Mareſchallum de Gramont ſubſidia promittentes, vsque dum ex terris Auſtriacis factus fuiſſet ditior. Immo, Electores Eccleſiaſtici a Ferdinandi obitu, Carlichii (quod Treuiri caſtellum eſt,) conuenerant, atque Bauarum Imperio eſſe admouendum, decreuerant. 26) Leopoldo etiam contradicebant Sabaudus & Suecus. Galli, dum artes ipſorum minime procederent, ipſo potiſſimum Bauaro abnuente, Leopoldum Guilielmum Archiducem, Ferdinandi II. filium proponebant, cui etiam Moguntinus fauebat, idque eorum votis a ſe tribui, adfirmans, qui neque iuuenem neque hæreditarium, nec immodice Hiſpanis obnoxium Principem efflagitent. Obſeptum nunc ſeu hoſtibus, ſeu quod omni hoſtilitate deterius, inſidis amicis Imperium, viro opus habere, qui ipſe conſilium capere, & exequi valeat. Quamtumuis ornatiſſimam Leopoldi iuuentutem, quia tamen magnam partem ex Aulicorum libidine pendere deberet, ſpretum iri & non minus, ac in interregno turbas daturum. Spondebat inſuper Moguntinus, interceſſione ſua apud Pontificem ſe impetraturum, vt Epiſcopatuum, quas teneret, vectigalia, in ſumptus, pompamque Imperatorium ſuſtinendam diuertere Archi-Duci liceret. 27) Dum autem Moguntinus adhuc tergiuerſaretur, & de Philippo Guilielmo, Neoburgico eligendo cogitaret, Treuirenſis, Saxo & Brandenburgicus feceſſum minabantur Noribergam vel Ratisbonam, ibidemque Leopoldum eſſe electuros, quibus Moguntinus ſe cum reliquis, Francofurti Neoburgicum eſſe oppoſituros declarabant, vt electio diſſidioſa metueretur. Deferueſcente tamen impetu, tandem in partes Leopoldi vna cum Saxone & Brandenburgico, Palatinus etiam & Moguntinus accedebant, ipſiusque electio decernebatur. 28) Licet Galli non ſolum Capitulationis capita duris conditionibus, & commiſſoria, quæ dicitur clauſula, vellent augeri, quæ tamen fuerunt mitigatæ, 29) Potiſſimum etiam negotium faceſſebat art. XIII. Capitulationis Cæſareæ, in qua continebatur: *Et ne patria nouis turbis inuoluatur, nullo ſe pacto in præſentia per Italiam, ac Circulum Burgundicum bello ingerat, neque Imperatorie, neque Auſtriacæ domus nomine, ſuppetias vllas, copiarum, aut nummorum aduerſus Franciam, eiusque per Italiam ac Burgundicum circulum fœderatos ſubmittat.* 30) Oblata Leopoldo legum formula, magna erat exſpectatio; tantine emperus Imperium. An qua incerto rumore ferebatur, re potius infecta diſceſſurus eſſet, velut qui mutilæ conciſæque adeo dignitatis cupidine non admodum tangeretur. Et licet, qua erat animi magnitudine, ægre vt cognatum Regem his pactis deſtitueret, a ſe impetraret, Archi-Dux tamen admittenda ſine exceptione omnia; vt & Portia, Curtius, Auerſpergicus, Lobkouicius, Schwarzenbergius, Noſtizius, Starenbergius in id conſilium adhibiti conſenſu ſtatuere. 31) Principes Imperii Deputati contra Capitulationem proteſtabantur, diuerſa monita exhibentes, quæ inſeri poſtulabant. 32) Accedebat Mantuani proteſtatio contra articulum IV, quo Clarafcenſis pax confirmatur, dum Montisferratenſem Marchionatum Sabaudo relinqui nollet. 33) His tamen non obſtantibus, confecto Capitulationis negotio, Leopoldus VIII. Iulii ſt. v. 1658. more ſolenni in Imp. eligitur 34) atque XXI. Iulii ſt. v. ibidem ab Archie-

rum qui ſenſus fuerint, vberius expoſuit VVAGNER *lib. I. p.* 26.

25) VVAGNER *p.* 26. hæc vberius exponit.

26) VVAGNER *p.* 31. Propoſitio Mareſchalli de Gramont Bauaro facta extat in FELLERI *Monum. Tom. I. p.* 19.

27) RINCK *p.* 386. Qua ratione Colonienſis, inſtigantibus potiſſimum fratribus Fürſtenbergiis, Auſtriacis fuerit contrarius, docet PVFENDORF *de reb. Frid. Guil. lib. VII. §. XXVII.* Idem de Gallorum artibus agit in vita Caroli Guſtaui *lib. IV. f.* 229. & *lib. V. §. XLVI.* IVNCKER *lib. LVII. c. II. n.* 392. qua ratione Succi Auſtriacos a corona Imperiali excludere tentauerint, addit PVFENDORF: *quo ſine Ioannes Chriſtianus Boinceburgius & Wilhelmus Fürſtenbergius ab Electoribus Eccleſiaſticis Monachium miſſi, & Regis Galliæ nomine eodem profectus Antonius Grammondus fruſtra fuere, diſſidentia Bauari erga Moguntinum, etſi Boineburgius ſanctæ aſſueuerat, huncce ſerio id egiſſe, vt dignationem Cæſaream ab Auſtriacis in Bauarum transferret, nec hunc abhorruiſſe, ni mater cum Maximiliano Curtio & Haslangio manibus pedibusque obſtitiſſet.* VVAGNER *lib. I. p.* 32.

28) Hæc conſilia latius exponit PVFENDORF *§. XLVI. LVIII.* VVAGNER *lib. I. p.* 29.

29) RINCK *pag.* 400. THEATR. EVR. *Tom. VIII. p.* 491.

30) VVAGNER *lib. I. p.* 45.

31) VVAGNER *lib. I. p.* 42. 47.

32) RINCK *p.* 415. Extat Proteſtatio Francofurti d. 8. Auguſti 1658. apud LONDORPIVM *Tom. VIII. p.* 383. Monita 27. Aprilis 1657. exhibita reperiuntur apud LONDORPIVM *Tom. VIII. p.* 257. qui etiam *p.* 349. Capitulationem exhibet & HAPPELIVS *pag.* 432. THEATR. EVR. *Tom. VIII. p.* 473. RECVEIL *Tom. III. pag.* 736. du MONT *Tom. VI. p. II. p.* 226.

33) RINCK *p.* 415. Extat proteſtatio apud LONDORPIVM *Tom. VIII. pag.* 367. THEATR. EVR. *Tom. VIII. p.* 490. apud du MONT *Tom. VI. p. I. p.* 234. Acta Sabaudica in PASTORII *Laurea Acti. Publ. p.* 124.

34) Denuntiatio Francofurtenſis Magiſtratus ante electionem, reperitur apud LONDORPIVM *Tom. VIII. p.* 333. 341. Ipſe electionis actus deſcribitur in THEATR. EVROP. *Tom. VII. p.* 346. 525. THVLDENVS *lib. IX. p.* 270. DIAR. EVR. *Tom. I. p.* 871. apud HAPPELIVM *p.* 430. Prodierunt etiam hac in cauſſa varia ſcripta: *Epiſtola Equitis Romani Francofurtum miſſa*, cui ſubiicitur *Reſponſum equitis Germani.* IO. FRISCHMANNVS vero Regis Gallorum Reſidens apud Argentoratenſes

chiepiſopo Colonienſi, conſentiente tamen Moguntino, coronatur. 35)

§. V. Durantibus iſtis Comitiis Electoralibus, Deputationis Conuentus, circa ipſam electionem Moguntiam transferebatur. Et licet Imp. eum Moguntiam vel Ratisbonam transferri vellet, Octobris tamen menſe 1658. Conuentus Francofurti, 36) inſtante Moguntino, qui noui Conuentus indictionem a Cæſare factam, iuribus Archi Cancellariatus putans eſſe contrariam, redintegrabatur. 37) Mittebant eo legatos ſuos Galliæ Rex & Rex Carolus Guſtauus Matthiam Biärenclauium, qui diuerſis exhibitis litteris, de Ferdinando III. & domo Auſtriaca conquererentur, 38) quod non ſolum pacem Polonos inter & Suecos varie tentatam impediuerit, ſed etiam Polonis auxilia ſubmiſerit, eoque ipſo contra pacem Osnabrugenſem egerit. 39) Hic tantum proficiebat, vt dum Status metuerent, ne Leopoldus Hiſpanis etiam auxilia contra Gallos ſubmitteret, ipſique nouo bello implicarentur, Moguntiæ de fœdere defenſiuo ageretur, de quo iamdum durantibus Comitiis Electoralibus fuerat actum, idemque Francofurti 4. Auguſti 1658. inter Moguntinum, Treuirenſem, Colonienſem Archiepiſcopos, Chriſtophorum Bernhardum Monaſterienſem Epiſcopum, Philippum Guilielmum Palatinum Neuburgenſem, Sueciæ Regem, vt Ducem Bremenſem, Auguſtum, Chriſtianum Ludouicum & Georgium Guilielmum Duces Brunſuicenſes, Guilielmum Haſſiæ Landgrauium, dictum *der Rheiniſchen Fürſten Allianz* concluderetur, de pace conſeruanda & ſibi mutuo aſſiſtendo, 40) cui 15. Auguſti 1658. Galliæ rex accedebat. Horum ſtipendiis ad decem militum millia ſub ſignis erant futuri, deſignato copiarum Duce, Carolo Salmenſi. Fœderis capita hæc erant: *Curare, ne quid in Monaſterienſem pacem quis, quam molietur, quamuis iniuriam a ſociis depellere; militum quorumquorum tranſitum, moleſtias, exactiones inhibere, copiæ communi conſilio, ubi vſus ſit, adhibere; Triennio hæc pacta tenerent; & vltra prorogarentur, ſi Belgicas turbas interim ſopiri non contingeret.* 41) Hi vero Fœderati commune conſilium belli Hildeshemi conſtituebant, quod vocabatur *der Allianz-Rath*, quod dirigente Moguntino, X. Ianuarii 1659. initium cepit, & coram eodem negotio fœderis communia fuerunt pertractata. 42) Male hæc habebant. Sanfelicium, nuntium Papalem, qui pernicioſi rem eſſe exempli aiſerebat, Catholicos miſcere conſilia cum Lutheranis. Treuirenſis & Monaſterienſis adeo vera adgnoſcebant hæc dicta, vt protinus, quæ iam dedeſes ſtylo lapidario & ſatyrico emiſit a. 1657. *Collegium Electorale, Collegium reliquorum Imperii deputatorum, Moguntini Labores Electores, & Labores Electorum*, cui tamen BOECLERVS oppoſuit *Cenſuram in Collegium Electorale amicam.* Reſpondet equidem FRISCHMANNVS per *Cenſuram Cenſuræ*, ſed huic *repetita altera amica in Collegium cenſura & Reſponſio in Cenſuram Cenſuræ* obiicitur, de quibus GRYPHIVS *de Script. Sec. XVII. p. 140.* RINCK *p. 422.* PASTORIVS *Floro Germ. Tom. I. pag. 647.* & *in Lauru Actorum Publicorum Europæ p. 255.* quo etiam alia Acta durante Interregno continentur. WAGNER *lib. I. p. 46.*

35) DIAR. EVR. *Tom. I. p. 984.* THEATR. EVR. *Tom. VIII. pag. 525.* LONDORP *Tom. VIII. pag. 361.* Extant hæc Acta coronationis etiam in BECMANNI *Synt. dign. illuſtr. p. I. p. 589.* HAPPEL *p. 444.* RINCK *p. 423.* WAGNER *lib. I. p. 46.*

36) HAPPEL *p. 452.* Legati Deputatorum qui huic Conuentui interfuerunt, recenſentur ſub initium DIARII EVROPAEI. THEATR. EVR. *Tom. VIII. p.* 540. 550.

37) Extant de eo variæ litteræ apud LONDORPIVM *Tom. VIII. p.* 416. 470. 512. 518. 519. 520. 521. 532. 553. 562. 577. 607. 638. 670. IVNCKER *lib. XX. c. II. n.* 16. THEATR. EVR. *Tom. VIII. p.* 552. 1027.

38) Extant quinque Suecorum nomine a Biärenclauio exhibita Memorialia apud LONDORPIVM *Tom. VIII. p.* 174. 175. 233. 253. Primum quidem d. XXII. Septembris 1657. Quintum V. Maii 1658. PVFENDORF *de rebus Caroli Guſtaui lib. IV. §. XLIII.* THEATR. EVR. *Tom. VIII. p.* 61. 374. 415. De Gallorum Grauaminibus *p.* 76. Hæc ſcripta etiam coniunctim extant in I. A. PASTORII *Lauru Actorum Publicorum Europæ.* Facit huc *Reſponſio ad Literas Veteris Amici, qua Auſtriacis attributæ latitles & Criminationes in Succos iactæ breuiter expenduntur, Elentheropoli* 1658. 4.

39) In Quinto Memoriali apud LONDORPIVM *Tom. VIII. p.* 284. recenſentur grauamina contra domum Auſtriacam, quæ talia ſunt: *contra Ferdinandum III. 1. Diſturbauit Tractatum pacis, qui Anno* 1651. & 1652. *Lubecæ inter Sueciam & Poloniam erat inſtitutus, prout ex Protocollo Polonicorum Commiſſariorum Warſauiæ inter Metricæ ſeu Archiui Acta inuento, hic ad oculum monſtratum eſt, & id deſiderantibus adhuc monſtrari poteſt. 2. Concitauit Czarem Moſchorum aliosque vicinos Principes contra Sueciam, eoque ipſo Sueciam infinitis damnis affecit, 3. Amicos & Socios S. R. Mat. Sueciæ a ſocietate Succica abalienare conatus eſt. 4. Pacis Traſtatus inter Sueciam & Poloniam, cum alibi per Polonicam, tum anno* 1656. *vergente ad exitum autumno ad Gedanum per Liſolam impediuit. 5. Fœdus contra Sueciam cum Rege Poloniæ iniuit. Bellum tandem præſens in Polonia contra Sueciam decreuit, & filio ſuo, Sereniſſimo Regi Hungariæ arma illa, quibus nunc Poloniæ quietem impediuit, & Germaniæ ipſi, cumprimis vero Sueciæ prouinciis ibidem ſitis, exitium interminatur, quaſi propria ſua manu porrexit.* Reſpondetur tamen *breui Informatione & demonſtratione* apud LONDORPIVM *Tom. VIII. p.* 185. Gallis etiam reſpondetur *breui diſcuſſione querelarum.* THEATR. EVR. *Tom. VIII. p.* 78.

40) Extat fœdus integrum apud LONDORPIVM *Tom. VIII. p.* 417. HAPPELIVM *p.* 452. DIAR. EVR. *Tom. I. p.* 1010. THEATR. EVR *Tom. VIII. p.* 560. du MONT *Tom. VI. p. II. p.* 235. RINCK *p.* 441. PASTORIVM *Flor. Germ. Tom. I. p.* 674. WAGNER *lib. I. p.* 47.

41) Fœdus cum Gallo extat apud IO. ab ALPEN *vita Chriſtoph. Bernh. a Galen lib. IV. §. XIV.* LONDORP *Tom. VIII. p.* 422. THEATR. EVR. *Tom. VIII. p.* 569. RECVEIL *Tom. III. p.* 749. du MONT *Tom. VI. p. II. p.* 239. Aliud d. 25. Iunii 1659. fuit initum. Super conſtitutione Ducis militaris, quod extat *p.* 253.

42) Acta huius conſilii proponuntur in THEATR. EVR. *Tom. VIII. p.* 1101.

43) WAG-

dederant nomina, vellent expungi. Neoburgicus quoque receſſurus erat, ſi integrum fuiſſet. 43) Hoc fœdus tamen Francofurti XXXI. Auguſti 1660. ad alterum 44) triennium: & XXV. Ianuarii 1663. in tertium fuit prorogatum. 45) Huic fœderi etiam Fridericus Guilielmus Brandenburgicus Coloniæ ad Spream d. 27. Aprilis 1664. accedebat. 46) Illud Herbipoli XXVIII. Februarii 1667. cum Moguntino denuo fuit prorogatum. 47)

§. VI. Miſerat interea Leopoldus a. 1657. Hatzfeldium cum ſedecim militum millibus ex fœdere cum Io. Caſimiro Rege Viennæ d. 27. Maii 1657. inito, in Poloniam, 48) qui ſtatim Ragotzium, Tranſyluaniæ Principem ad ignobiles pacis conditiones adigebat. 49) Idem Cracouiam capit, & Poſenam. 50) Concluſo etiam cum Danis & Electore Brandenburgico fœdere, 51) quem Poloni per pacta Vehlauienſia XIX. Septembris 1657. ſupremi iuris Ducem declarauerant, 52) anno 1658. Thorunium occupatur 53) & Montecuculi Comes Suecos Holſatia pellebat, 54) indeque inſequenti anno 1659. in Pomeraniam irrumpens, Tribſeam, Loitiam, Damgartum, Demminum, Caminum, Wollinum occupabat. Souchius etiam Gryphswaldam & Stettinum a XIX. Septembris vsque IV. Nouembris fruſtra obſidebat. 55) Tandem vero per pacem Oliuenſem III. Maii a. 1660. arbitris Anglorum, Belgarumque legatis, & Lumbrano Galliæ Regis Oratore, concluſam, omnia loca per Holſatiam, Pomeraniam & Megapolenſem Ducatum reſtituuntur, Mariæburgum & Elbingam, quæ e Boruſſia Suecis ſupererant, Poloni recipient, at Sueciæ Regni Liuoniæque titulus plane abdicent, 56) dum per pacem Pyrenæam concordia Gallos inter atque Hiſpanos VII. Nouembris 1659. 57) per pacem Rotſchildenſem XXVI. Februarii 1658. 58) & inſecutam XXVII. Maii 1660. Hafnienſem 59) vero, Danos inter atque Suecos fuiſſet firmata. Per Rotſchildenſem etiam pacem Holſati Duces ſupremi iuris in Ducatu Slesuicenſi fuerunt facti, id quod fundamentum fuit controuerſiarum Danos inter atque Holſatos ſubſecuturarum. 60)

§. VII. Eodem tempore, Chriſtophorus Bernhardus a Galen, a. 1650. in Epiſcopum Monaſterienſem fuit electus, deſuper licet proteſtante Bernhardo Mallincrotio, Decano. 61) Dum autem Monaſterium Hanſeatica Ciuitas Mallincrotio faueret, nec Galeni præſidium admittere, 62) potius pro Ciuitate Immediata Imperii, volebat declarari. 63) Conuenerat equidem inter vrbem & Epiſcopum in arce Schöneſtitana d. XXV. Februarii a. 1655. de certo militum numero in præſidium admittendo, vsque ad proximum Comitium. 64)

43) WAGNER *c. l.*

44) DIAR. EVR. *Tom. V. p.* 231. du MONT *Tom. VI. p. II. p.* 330.

45) IO. ab ALPEN *lib. V. §. XIV.* du MONT *p.* 449. 453.

46) Extat apud du MONT *Tom. VI. p. III. p.* 7.

47) RECVEIL *Tom. IV. p.* 196.

48) Extat de eo relatio Leopoldi ad Principem quendam Imperii in DIARIO EVROPAEO *Tom. I. p.* 95. qua ſimul cauſſæ exponuntur, & in PASTORII *Turciſchen Floro Tom. I. p.* 253. THEATR. EVR. *Tom. VIII. p.* 108. Accedebat, quod Poloni Carolum Ioſephum, Magiſtrum Ordinis Teutonici Regem deſignaſſent, PVFENDORF *de rebus Caroli Guſtaui lib. IV. §. XXXVII.* De Cæſaris fœdere cum Polonis, PVFENDORF *de reb. Frid. Guil. lib. VI. §. LXIII.* Fœdus extat in RECVEIL *Tom. III. p.* 707. du MONT *Tom. VI. p. I. p.* 179. De hoc bello prolixius WAGNER *lib. I. p.* 8.

49) RINCK *p.* 445. HAPPEL *p.* 391. THEATR. EVR. *Tom. VIII. p.* 125. WAGNER *p.* 18.

50) HAPPEL *p.* 393. RINCK *p.* 446. THEATR. EVR. *Tom. VIII. p.* 128. PVFENDORF *de reb. Caroli Guſtaui lib. IV. §. XL.* WAGNER *p.* 19.

51) RINCK *p.* 447. Extant capita fœderis in DIAR. EVR. *Tom. I. p.* 483. Ipſa pacta apud PVFENDORF *lib. VII. §. XVII.* WAGNER *lib. I. p.* 52.

52) PVFENDORF *de reb. Frid. Guil. lib. VI. §. LXXVIII.* THEATR. EVROP. *Tom. VIII. p.* 150. 608. DIAR. EVR. *Tom. III. p.* 183. HAPPEL *p.* 459. RECVEIL *Tom. III. p.* 714. WAGNER *c. l.*

53) THEATR. EVROP. *Tom. VIII. pag.* 674. RINCK *p.* 454.

54) RINCK *p.* 455. Hoc bellum etiam prolixius deſcribitur *in der Einleitung zum Nordiſchen Krieg p.* 98. *ſqq.* WAGNER *p.* 55.

55) Conſilia ſuper hac expeditione deſcribuntur in THEATR. EVR. *Tom. VIII. p.* 1143. vbi etiam Cæſaris irruptio legitimatur, PVFENDORF *de reb. Frid. Guilielmi lib. VI I I. §. XVII. de reb. Car. Guſt. lib. VI. §. LXVII.* HAPPEL *p.* 499. RINCK *p.* 404. Extat de eo Memoriale Sueciæ Ablegati in Conuentu Francofurtenſi exhibitum apud LONDORPIVM *Tom. VIII. p.* 611. cum aliis ſcriptis WAGNER *p.* 60.

56) Extant Acta Pacificationis Sueco-Polonicæ apud LONDORPIVM *Tom. VIII. p.* 651. *ſqq.* PVFENDORF *lib. VIII. §. LXXV. de rebus Caroli Guſtaui lib. VII.* DIARIVM EVROPAEVM *Tom. IV. p.* 292. RECVEIL *Tom. III. p.* 805. du MONT *Tomo VI. p. II. p.* 303. HAPPEL *p.* 546. RINCK *p.* 488. WAGNER *p.* 70.

57) DIAR. EVR. *Tom. III. app. p.* 1. RECVEIL *Tom. III. p.* 773. LONDORP *Tom. VIII. pag.* 639. HAPPEL *p.* 514. Separatim extat *Hiſtoire de Paix concluë ſur la Frontiere de France & d' Eſpagne entre les deux Couronnes l' an* 1659. *à Cologne* 1667. 12.

58) LONDORP *Tom. VIII. p.* 624. THEATR. EVR. *Tom. VIII. p.* 746. HAPPEL *p.* 470. RECVEIL *Tom. III. p.* 724. Hæc autem pax Toſtrupi fuit concluſa, Rotſchildiæ adaptata, PVFENDORF *de reb. Car. Guſtau. lib. IV. §. XI. XII.*

59) LONDORP *Tom. VIII. p.* 677. HAPPEL *p.* 559. Scripta inter Suecos & Danos poſt pacem Rotſchildenſem extant in THEATRO EVROPAEO *Tom. VIII. p.* 1188. RECVEIL *Tom. III. p.* 814.

60) Specialis Transactio de eo fuit inita II. Maii 1658. THEATR. EVROP. *Tom. VIII. p.* 773.

61) IO. ab ALPEN *vita Chriſtoph. Bernh. a Galen lib. I. §. VII. XI.*

62) ALPEN *lib. III. per totum.* HAPPEL *p.* 385. THEATR. EVR. *Tom. VIII. p.* 88. In App. DIARII EVROPAEI *Tom. VI. p.* 32. *Ausführung über die Frage ob die Stadt Münſter Bundtus machen kanne.*

63) ALPEN *lib. III. §. XXIII.*

64) ALPEN

tium. 64) Conuenerant etiam Coloniæ Principum legati, qui controuerſiis Monaſterienſibus Cæſaris auctoritate præfecti, ſed re infecta fuit diſceſſum. 65) Agebatur inde cauſa in Cæſaris aula, & publicabatur IX. Decembris 1656. decretum, vt Monaſterienſes ius præſidii vna cum adnexa cuſtodia clauium & portarum firmioribus argumentis probent. 66) Poſtquam igitur compoſitio varie fuiſſet tentata, Vrbs durante interregno, XX. Auguſti a. 1657. a Galenio ſubſidiis Electorum Eccleſiaſticorum & Neoburgici firmato, cœpit obſideri & machinis inſeſtari. 67) Dehortantibus tamen Vicariis, 68) & Belgis obſeſſæ vrbi in auxilium aduentantibus, 69) Epiſcopus in caſtris *zum Geiß* XXI. Octobris 1657. cum Monaſterienſibus paciſcitur, vt Ciuitas ex vrbano milite trecentos contineat, ſuoque ſumptu alat, quibus Princeps quingentos adiungat; verique vna cum Præfecto, quem Epiſcopus miſerit, & Principi, & Ordinibus & Ciuitati ſacramento obligentur, ſalua alias pactione Schonſtitiana & decreto Cæſaris. 70) Dum autem Vrbani præſidiarios Epiſcopi ad ea adigere vellent, quæ cum ipſius & militiæ deſpectu coniuncta, copias ſuas iterum educebat. 71) Varie interim Monaſterienſes Hanſeaticas ciuitates & Batauos de auxilio ferendo ſollicitabant, ab iisdemque vrbis præſidium petebant. 72) Leopoldus interea per decretum XII. Decembris 1658. Monaſterienſibus mandat, vt iuris definitioni ſe ſubiiciant, & ab omni prorſus ad alios recurſu ſe contineant. 73) Sequitur tandem IX. Iulii 1659. decretum Cæſaris, quo Monaſterienſes Epiſcopi præſidium recipere iubentur, cui dum Ciuitas haut pareret, Executoriales ad Epiſcopum ſubnectuntur. 74) Dum vero Ciuitas Batauorum auxilia fruſtra imploraret, Epiſcopus Cæſaris & Gallorum milite firmatus, infra vrbem XXII. Iulii caſtra metatur, eandemque poſt velitationes aliquot circumſidet. 75) Tandem vero XXVI. Martii 1661. vrbs Epiſcopi arbitrio ſe ſubmittit, quadraginta quinque Imperialium millia exſoluit. Epiſcopus igitur vt cohiberet Ciuitatem, arcem imponit. 76)

§. VIII. Interim Leopoldus Comitia Regni Bohemici XXVII. Iulii 1657. Pragæ inſtituerat. 77) Idem in Vngaria Poſonii menſe Auguſto 1659. factum, regni ſecuritati proſpecturus. 78) Turcæ enim Georgio Ragotzio, qui a Suecis fuerat concitatus, ſed deſertus, ab Hatzfeldio vero fugatus, ob bellum Polonicum inſenſi, Tranſyluaniæ Ordinibus mandant, vt ipſo deiecto, nouum Principem ſibi eligant; qui ea lege Franciſcum Redeium, vicarium Principem conſtituunt, dum Ragotzius apud Turcas expietur. 79) Verum, dum Ragotzius Principatum repeteret, Turcæ a. 1658. in Tranſyluaniam irrumpentes, Ienoam, Karanſebam atque alia munimenta, occupant, Achatium Barcſchai, inuitis Ordinibus principem imponunt, 80) quem dum Ragotzius oppugnat, a Turcis ad Clauſenburgum XXII. Maii a. 1659. prœlio victus, e vulneribus Waradini moritur, 81) quod propugnaculum XVII. Auguſti ſt. v. anno 1660. a Turcis expugnatur, fruſtra in auxilium properante Souchio, Duce Cæſareo. 82) Eodem anno 1660. licet Barcſchaius in Principatum reſtitueretur, Tranſyluanorum pars nouum Principem Io. Keminium eligunt, cui etiam in Comitiis Regenæ habitis, Principatum Barcſchai cedit; reſeruato ſibi annuo reditu. 83) Dum autem Keminius Turcis ſe parem haud videres, facto cum Cæſare fœdere, pleraque munimenta ſua, Giulam potiſſimum & Claudiopolim Cæſareo præſidio munit. 84) Mittebatur etiam eo Montecuculius, qui licet ipſi paucus eſſet miles, & morbis

64) ALPEN *lib. III. §. VII.* Extat Tractatus apud AITZEMA *Saken van Staet en Oorlogh IV. D. pag. 69.*

65) ALPEM *lib. III. §. III. §. XVIII. XX.*

66) ALPEN *lib. III. §. XXIV.* LONDORP *Tom. VII. p. 1195.* DIAR. EVR. *Tom. I. p. 391.* AITZEMA *p. 70.*

67) ALPEN *lib. III. §. XXXIII.* THEATR. EVR. *Tom. VIII. p. 92.*

68) Extant Vicariorum litteræ ad Epiſcopum apud ALPEN *lib. II. §. XXXV.* LONDORP *Tomo VIII. p. 165.* Epiſcopi excuſatoriæ *p. 278.* AITZEMA *pag. 75.*

69) ALPEN *lib. III. §. XLIV.* Quid cum Belgis actum, per ſcripta exponit ALPEN *lib. III. p. 58. ſqq. 196.*

70) ALPEN *lib. III. §. XLV.* RINCK *p. 481.* LONDORP *Tom. VIII. p. 302.* THEATR. EVROP. *Tom. VIII. p. 99.* DIAR. EVR. *Tom. I. p. 478.* IVNCKER *lib. LVII. c. II. n. 45. 46.* RECVEIL *Tom. III. p. 720.* du MONT *Tom. VI. p. II. p. 197.*

71) ALPEN *lib. IV. §. XV.*

72) ALPEN *lib. IV. §. XXI.*

73) LONDORP *Tom. VIII. p. 481.* THEATR. EVR. *Tom. IX. p. 19.* ALPEN *lib. IV. c. XVI.*

74) LONDORP *Tom. VIII. p. 579.* ALPEN *lib. IV. §. XXII.* HAPPEL *p. 589.*

75) ALPEN *lib. IV. §. XLIX.* Quid Monaſterienſium legati & Hanſeaticarum Ciuitatum Reſidens Aitzema deſuper cum Belgis egerit, prolixe recenſentur in THEATR. EVR. *Tom. IX. p. 245.*

76) ALPEN *lib. IV. §. LXXI. ſqq.* RINCK *p. 483.* HAPPEL *pag. 681.* LONDORP *Tom. VIII. p. 753.* THEATR. EVR. *Tom. IV. p. 308.* AITZEMA *p. 814.* du MONT *Tom. VI. p. II. p. 353.*

77) RINCK *pag. 451.* THEATR. EVR. *Tom. VIII. p. 110.*

78) Extat Cæſarea Propoſitio apud LONDORPIVM *Tom. VIII. pag. 607.* IVNCKER *lib. LIX. c. III. n. 23.* MEYERI *p. II. Ortel. rediu. pag. 178.* DIAR. EVR. *Tom. IV. p. 378.*

79) MEYER *pag. 174.* THEATR. EVR. *Tom. VIII. p. 1003.* WAGNER *lib. II. inscript.*

80) MEYER *p. 177.* THEATR. EVR. *p. 1008.*

81) MEYER *p. 179.* THEATR. EVR. *T. VIII. p. 1127.* HAPPEL *p. 579.* RINCK *p. 470.*

82) MEYER *p. 186.* THEATR. EVR. *Tom. IX. p. 39.* RINCK *p. 471.* Extat de hoc Conſilium Vngarorum apud LONDORPIVM *Tom. VIII. p. 694.* WAGNER *lib. II. p. 88.*

83) MEYER *p. 188. 190.* DIAR. EVR. *Tom. VI. p. 141.* LONDORP *Tom. VIII. pag. 735.* THEATR. EVR. *Tom. III. p. 1118. Tom. IX. p. 47. 326.*

84) MEYER *p. 194.*

morbis fractus, nihilominus Tranſyluaniam ingreditur, ſed parum fructuoſi peregit, in Vngariam fuit reuerſus. 85) Barcſchai vero, dum Tranſyluaniam Turcis tradere conaretur, capitur & capite plectitur. 86) Reiecto vero Keminio, Michaelem Abaffium Turci a. 1651. ſubſtituunt, qui de Keminio victor, hoc in prœlio tumultuario occiſo, 87) dum interea Nicolaus Serini, qui nouum munimentum, Serinwar dictum, 88) Caniſiæ oppoſuerat, ipſam hanc vrbem fruſtra tentaret. 89) Turcæ etiam an. 1662. Claudiopolim oppugnant, ſed fortiter defenſum, re infecta diſcedunt. 90) Mittebantur equidem a Cæſare legati ad aulam Ottomanicam, qui inducias peterent prorogari, omnia ob metum Gallorum largiter promittentes, quos vana ſpe Turcæ illudebant, vsque dum ad bellum omnia fuiſſent parata. 91)

§. IX. Leopoldus interim Imp. iam Maio menſe 1662. Comitia inſtituerat Poſonii, quibus tamen fructuoſi nihil peractum, dum Euangelici Status negarent, vlla de re conſulturos prius, quam erepta ab a. 1659. templa ad vnum omnia reſtituerentur. 92) Vngari etiam in vniuerſum militem Germanum inuiſum habebant, Iulio tamen menſe ſuit decretum, vt Germanus miles, nouem millibus exceptis, ex regno educeretur. 93) Ab Imperii Statibus auxilia petebat Imp. 94) id quod inſtitutis Ratisbonæ Comitiis, renouabatur. Aſt, poſtquam Turcæ iam ſatis eſſent inſtructi, Cæſaris legato Peretzio indicant, niſi relicta a Cæſareis Tranſyluania, deſtructo munimento Serinwar, & damnis hactenus illatis, immenſa pecuniæ ſumma reparatis, pacem haut eſſe ſperandam. 95) Hinc Vezirius cum ſexaginta millibus in Vngariam irrumpit, dum apud Cæſareos omnia eſſent imperata, Viennæ quoque metuerentur. Cæſareæ copiæ vniuerſum duodecim equitum, vndecim peditum legionibus, tribus deſultariorum, Croatorum vna conſtabant; ſed pleraque Tranſyluanica expeditione, cædibus clandeſtinis, morbis, magnopere diminutæ, ſeminudæ, armis, equis, Præfectis, tormentis deſtitutæ. 96) Poſtquam Turcæ Forgatſchium Comitem XXVIII. Iulii 1663. ſt. v. ad Barckanum profligaſſent, 97) Neuheuſelium infeſtant, & quindecim licet ſuorum millibus amiſſis, VI. Septembris deditione capiunt, culpa in Forgatſchium, Gubernatorem, reiecta, hoc tamen ob præſidiariorum exortam ſeditionem ſe excuſante. 98) Dum in hac obſidione hærerent, ſuperato Wago, in Moraiam irrumpunt, vt auxilia Vngaris ſubmittenda impedirent, omnia deuaſtantes, multis Chriſtianorum millibus in captiuitatem deductis, omnem Germaniam multo terrore implent. 99) Occupato Neuheuſelio, Turcæ Neutram, Nouigradum, Leuentzam & Freyſtadtium occupant, a Souchio inſequenti anno recuperata, 100) Serinwarium vero fruſtra tentant. 1) Dum interea Petrus Serinius Turcas in Bosnia, Nicolaus Serinius iſtos ad Comorrham cæderet. 2) Inſequenti anno 1664. poſtquam Leopoldus ab Imperii Statibus non ſolum inſignem Exercitum ſecundum triplum Matriculæ cuiuslibet Status, cum adparatu neceſſario impetraſſet, duce Leopoldo Badenſi, & Locum tenente Georgio Friderico, Comite Waldeccenſi, ſed etiam a fœderatis Rhenanis duce Wolfgango Iulio, Hohenloico Comite, Chriſtophoro Bernhardo Monaſterii Epiſcopo & Friderico Durlacenſi Marchione, Directoribus conſtitutis Exercituum, armorumque Imperii, Galli auxilia non contemnenda ſubmitterent, 3) ab Alexandro VII. etiam Papa multa pecunia a diuerſis Italiæ Principibus militaribus ſubſidiis fuiſſet firmatus, 4) Serinius, occupata Babocza & aliquot

85) WAGNER *lib. II. p. 94.*

86) MEYER *p. 195.* THEATR. EVR. *Tom. IX. pag. 329.*

87) MEYER *p. 202. 210.* THEATR. EVR. *Tomo I X. p. 333. 594.* RINCK *pag. 478. 487.* WAGNER *p. 96. 103.*

88) MEYER *p. 197.* qui etiam hoc munimentum late deſcribit & *p. 201.* RINCK *p. 479.*

89) RINCK *p. 477.*

90) WAGNER *lib. II. p. 104.*

91) MEYER *p. 215.* RINCK *p. 484.* LONDORP *Tom. VIII. p. 927.* THEATR. EVR. *Tom. IX. p. 588.* WAGNER *p. 107.*

92) Hæc Comitia prolixe deſcribit MEYER *p. II. p. 218.* Propoſitio Cæſarea apud LONDORPIVM *Tom. VIII. p. 834.* Statuum vero ſcripta *p. 840.* THEATR. EVR. *Tom. IX. p. 573.*

93) MEYER *p. 240.* Extant articuli Poſonienſes in fine Tomi IX. DIARII EVROPAEI.

94) MEYER *p. 252.* LONDORP *Tom. VIII. p. 744.* THEATR. EVROP. *Tom. IX. p. 296.*

95) MEYER *p. 252.* WAGNER *p. 108.*

96) MEYER *p. 265.* WAGNER *p. 121.*

97) MEYER *p. 263.* RINCK *p. 492.* THEATR. EVROP. *Tom. IX. p. 948.* HAFFEL *pag. 710.* WAGNER *p. 126.*

98) MEYER *pag. 266.* RINCK *pag. 494. 497.* Licet WAGNERVS *p. 133.* Forgatſchium excuſet, ſcribens: *Eadem adhuc die Forgacſius Deum hominumque fidem inclamans: non turpi timore, non perfidia, ſed vna militum ſeditioſorum amentia huc adductum ſe conteſtatur, Candidum vexillum, deditionis inſigne ſuſtulit.*

99) MEYER *pag. 273. 286.* RINCK *pag. 495.* THEATR. EVR. *Tom. IX. p. 960.* WAGNER *p. 128.*

100) MEYER *p. 285. 290.* RINCK *p. 498.*

1) MEYER *p. 309.* WAGNER *p. 135.*

2) MEYER *p. 296.* RINCK *p. 498.* THEATR. EVR. *Tom. IX. p. 964.*

3) WAGNER lib. II. p. 141. *fuitque ea Ludouici XIV. magnanimia pietas, vt peditum quatuor, equitum duo millia Colignio Duce, ex Italia in Vngariam Regiis ſtipendiis militaturos transferret. His ſi plus ipſe Nobilitatis magno numero adiunxit. Fuitque in Nobiliſſima gente, tanta animorum, ad inſtauranda maiorum decora, inuitatio; vt edicto Rex ardorem temperare, & intra certum numerum pios volones conſtringere cogeretur.*

4) RINCK *p. 503.* THEATR. EVR. *Tom. IX. p. 862.* Concluſum Imperiale III. Decembris deſuper conſectum extat apud LONDORPIVM *Tom. IX. p. 1.* Plura ſcripta huc facientia *p. 234. 300.* Receſſus Circuli Franconici de milite in Vngariam mittendo 31. Martii 1664. confectus, extat in DIAR. EVR. *Tom. XI. p. 1.* WAGNER *p. 137.*

3) MEYER

quot vrbibus, pontem Esseckiensem XXII. Ianuarii ſt. v. delet, 5) dum interea Hohenloicus Quinque eccleſias, vrbem caperet, ab arcis vero & Sigethi obſidione recedere fuiſſet coactus, 6) dum Abaſſius Clauſenburgum proditione capit. 7) Souchius autem Vngariæ ſuperiori præfectus, profligatis Turcis, Neutra & Leuentza captis, ad dictam vrbem Turcas XIX. Iulii cædit, vt octo millibus ſuorum [illegible]um magna præda amiſſis, cædere fuiſſent coacti. 8) Inde Barckanum occupat, 9) Serinius vero cum Hohenloico Caniſiæ obſidionem, a Cæſareis deſtitutus, ob annonæ & pecuniæ defectum, relinquit. 10) Turcæ Seriuwarium obſident, cui ſuccurrere tentabat Serinius, ſed contradicente Montecuculi Comite, vsque ad totius Exercitus aduentum, caſtrum XXX. Iunii a Turcis adſultu capitur & ſolo æquatur. 11)

§. X. In Vngaria vero inferiori Turcæ Arrhabonem traiicere tentant. Hoc præueſturi Chriſtiani, verſus S. Gotthardi Monaſterium caſtra mouent, eademque metantur caſtris Turcarum aduerſa. Dum vtrinque ad ripam conſidetur, bellicis tormentis in caſtra vtriusque fulminatur, licet Chriſtiani pulueris pyrii defectu laborarent. Kalendis tandem Auguſti ſt. n. 1664. Ianizarorum ſex millia, quibus alios atque alios Vezirius ſubmittebat, Arrhabonem inundant, perruptoque omne horrendis clamoribus mediam Chriſtianorum aciem ex copiis Circularibus & plerumque tyronibus conſtatam obruunt; ſed quæ primum vix impetum ſuſtinet, vniuerſo pene equitatu proſtrato. Nec aberat procul, quin prima hæc clades, exercitus reliqui excidium ſecum traxiſſet. Diuerſas namque legiones a Badenſi Marchione ſubſidio miſſas, turbat hoſtis, cædit, fugat. Donec per Montecuculum & Hohenloicum tractoque in prœlium Gallorum Duce Colignio, acies reparatur, intra ſemihoram ſic mutata, vt in fugam & amnem reiecti Turcæ, ſupra octo millia cæſi aſſerantur, inſignis præda capta, isque terror incuſſus ſit hoſti, vt iſta nocte ſua caſtra trans amnem deſeruerit. Chriſtiani nec inſecuti fugientem, nec victoriam proſecuti ſunt, dum ob nimios imbres, dum quod cum multarum rerum, potiſſimum pulueris pyrii inopia, panis maxime inedia conflictarentur. 12) Turcæ hac clade accepta, pacem poſcunt, quæ X. Auguſti in caſtris Turciciis prope pagum Viſuar ad XX. annos fuit concluſa, his conditionibus, vt Tranſyluania vtriusque partis miles educeretur, eademque prouincia Principi ſuo Abaſſio penitus reſtitueretur, qui tamen Turcis ſexcenta Thalerorum millia pro belli impenſis ſolueret. Comitatus Zattmarienſis & Zabotſchienſis Cæſari relinquantur, Waradinum vero & Neuheuſelium Turcis, libero tamen iure Imp. conceſſo munimentum ad Wagam extruendi, 13) quod etiam altero anno factum, Leopoldi caſtro extructo. Præmaturam quidem hanc plerique pacem dicebant, poſt tantam Turcarum cladem, ipſi etiam Vngari ægre ferebant. Aſt, dum iuuene Imp. aula Imperialis oblectationibus locum daret, Miniſtri ad pacem potius vergerent, adparatus belli neceſſarius deficeret, & dum Vngaros inter & Germanos plane non conueniret, de ſupprimendis Vngaris conſilia eſſent, pax promouebatur, 14) miles Imperii dimittebatur. 15)

5) MEYER *p.298.* Quid de auxiliis ad bellum Turcicum cum Belgis Fœderatis egerit Cæſaris legatus, Sintzendorfius, teſtatur ALPEN *lib. V. §. XXVIII.* Renuebant iſti, ne Turca illos commerciis prohiberet, & ſolis ita Britannis via ſterneretur. Conſilia Monaſterienſis Epiſcopi de hoc bello idem exponit *§. XXXI.* RINCK *p.506.*

6) MEYER *p.300.309.* RINCK *p.507.* THEATR. EVR. *Tom. IX. p. 1147.* ALPEN *lib. V. §. XLVIII.* WAGNER *p. 143.*

7) MEYER *p.306.* RINCK *p.507.*

8) MEYER *p.311.* RINCK *p.508.* DIAR. EVR. *Tom. XI. pag.456.* LONDORP *Tom. IX. pag. 269.* THEATR. EVR. *Tom. IX. p. 1158. 1163.* MEM. d' ARTAGNAN *Tom. III. p.369.* WAGNER p.150. *Magna in fugientes ab Vngaris præcipue ſtrages illata; multi e ſyluarum latebris, quibus ſalutem quæſierant, ad necem protracti. Janitſcharorum quingentorum cohors, inter arbuſta deliteſcens, ab Holſatiæ Duce, internecione deleta; eorundem Præfectus a Metternichio Barone tribuno, propria manu confoſſus; ſauciatus: Budenſis Vezirius, octo millia promiſcuæ multitudinis cæſa. Et edixerat Suſa, ne captum quemquam ſeruarent. Plurior ſaltem erat victoria, ſi enotati a Natalitio Vngari tempore aſſiſſent. Relicta ab hoſtibus trina caſtra Turcarum, Valachorum, Moldauorum, inque iis præda omnis generis maxima. Fuerunt e Gregariis, qui decem florenum millia aſſerrent. Signa centum capta, currus mille, annona reſerti, iumentaque inſtructi.*

9) MEYER *p.314.* RINCK *p.513.*

10) MEYER *p.312.* RINCK *p.514.* THEATR. EVR. *Tom. IX. p.1166.* WAGNER *p.145.*

11) MEYER *pag. 325. 331.* RINCK *pag. 517.* THEATR. EVR. *p.1185.* WAGNER *p.154.*

12) IO. ab ALPEN *lib. V. §. XLIX.* MEYER *pag.335.* RINCK *pag. 521.* DIAR. EVR. *Tom. XII. p.407.* LONDORP *Tom. IX. pag. 272.* VVAGNER *p.159.* qui *pag.166.* numerum cæſorum ſic definit. *Sedecim omnino millia Turcarum cæſa, Montecuculus tradit; iis forte acceſſitis, quos tentatus ſæpius fluminis ſuperandi conatus, variis dimicationibus, quos que Sporckius abſumpſit.*

13) IO. ab ALPEN *§. LI.* MEYER *pag.337.* RINCK *p.528.* LONDORP *Tom. IX. p.308.* THEATRVM EVROP. *Tom. IX. p. 1142. 1246.* Vid. SIGISM. von BIRCKEN *Donauſtrand p.172.* DIAR. EVR. *Tom. XI. p. 458.* VVAGNER *p.170.* HISTOIRE DV TRAITTES DE PAIX *Tom. II. p.382.*

14) MEYER *p.359.* qui etiam rationes exhibet in Comitiis Imperii exhibitas, quas late recenſet VVAGNERVS *p.171.* ALPEN *§. LII.* RINCK *p.532.* THEATR. EVR. *Tom. IX. pag.950.1122.* LONDORP *Tom. IX. p.309.* RICAVLT *Hiſt. des Turcs Tom. III. p. 113.* RECVEIL *Tom. III. p.87. Vernünfftige Betrachtung alles deſſen, was vor Eintritt des Jahres 1664. bis auf den halben Auguſti vorgangen 1664. 4. die herannahende Türcken-Gefahr, 1663. 4.* Prodiit tamen *Memoria belli Hungarico-Turcici inter Leopoldum & Mahometem, ab auctore* IO. HENRICO ANDLERO, *Argentoratenſi Marſiliæ 1665.* quo Cæſar & ipſius Miniſtri traducuntur, qui liber Viennæ 2. Maii 1668. flammis fuit addictus. DIAR. EVR. *Tom. XIX. p.323.*

tur. 15) Hæc tamen pax Vngaris anſam dedit motuum, Duce Weſſelino an. 1665. cæptorum, de quibus infra, vbi de bello Vngarico ſermo erit, dicendum. 16)

§. XI. Dum autem Imp. Conuentum Deputationis, prout varie tentauerat, diſſoluere non poſſet, & auxilia ab Imperio petereter contra Turcas, Comitia Imperii vniuerſalia ad Kl. Octobris 1662. Ratisbonæ indicebat, 17) conſtituto Principali Commiſſario, Guidobaldo Archiepiſcopo Salisburgenſi. 18) Fit tandem XIII. Ianuarii ſt. v. 1663. propoſitio Cæſarea de bello Turcico, pace in Imperio ſeruanda, & reſtituendis, quæ adhuc ex Pace Weſtphalica ſuperſint. 19) Et licet Imp. ſubſidia pecuniaria ad bellum Turcicum poſtularet, decreti tamen poſt multas altercationes L. menſes in pecunia vel milite præſtandi, indeque copiæ auxiliares, quæ ſex millibus quingentis conſtabant, Hohenloio Duce, in Vngariam fuerunt miſſæ. Actum poſtmodum de Capitulatione perpetua, negotiis belli pacisque, & varia facta fuerunt decreta, Comitiis in hunc vsque diem durantibus. 20)

§. XII. Eodem anno 1665. d. 24. Iunii Franciſcus Sigismundus Tyrolenſis lineæ vltimus moriebatur, lectiſſimus adoleſcens, Prouincialibus, vel inde charior, quod adito mox Regimine, Muſicorum, Venatorum, Epheborum, Comicorum, Stipatorum, atque Italorum gregibus ærarium leuârat, quibus Carolus Ferdinandus, frater ipſius, ſumma magnificentia aulam inſtruxerat, Sulzbacenſem Principem, Mariam Hedwigam, egregia forma virginem, ſibi per Königseggium, Comitem deſponderat, qui propediem eam adducturus, expectabatur. Dum aula apparatibus Nuptiarum feruet, venatum cum nobilium caterua profectus, cum æſtu ac ſudore diffluxeret, frigidæ poculo e viua ſcaturigine auidius hauſto, peſteque illico, per omnes artus diffuſa, exanimis concidit, atque inter ſuorum manus domum reportatas, altero poſt die extinctus eſt. Eius mœrorem Leopoldi liberalitas admodum temperauit. Archi-Ducis Auſtriacæ titulos, quod vehementer cupiebat, vſurpare permiſſa, cum annua duodecim florenorum millium penſione, poſtmodum Franciſco Saxo-Lauenburgico Duci opulenta cum dote collocata eſt. In Tyrolenſi vero Prouincia Leopoldus ſucceſſit. 21)

§. XIII. Anno 1665. controuerſia oriebatur circa ſucceſſionem in Cellenſi Ducatu. Poſtquam enim Chriſtianus Ludouicus, Cellenſis Dux XI. Martii 1665. absque prole maſcula obiiſſet, frater natu minor Ioannes Fridericus Cellenſem partem ſibi vindicatum ibat, eius poſſeſſione adprehenſa, cum e contrario Georgius Guilielmus, qui hucusque Hanoueræ federat, maior natu frater, eandem iure optionis 22) e paterno teſtamento ſibi competere adſereret. Et licet Sueci Gallique ſequeſtros ſe offerrent, Catholici etiam, Io. Friderici, qui ipſorum religioni ſe addixerat, partes ſtrenue tuerentur, interpoſitione tamen Friderici Guilielmi, Electoris Brandenburgici, primum Brunſuici, dein etiam Hildeſiæ Tractatus fuerunt ſuſcepti, & vltimo hoc loco VI. Septembris omnis controuerſia fuit compoſita, vt Georgius Guilielmus Cellenſem Ducatum cum Comitatibus Hoya & Diepholta, Ioannes Fridericus Callenbergicam & Grubenhagenſem ditionem ſortiretur: ſequeſtribus mirantibus, qua ratione maior fratrum eo pacto non parum lædi ſe paſſus foret. 23)

§. XIV. Eo-

15) LONDORP *Tom. IX. p. 28.*

16) §. *LIII.*

17) Extant litteræ inuitatoriæ de dato Viennæ 8. Febr. 1662. apud LONDORP *Tom. VIII. p. 811.* RINCK *p. 486.* THEATR. EVR. *Tom. IX. p. 535.*

18) LONDORP *p. 840.* THEATR. EVROP. *Tom. IX. p. 1111.*

19) LONDORP *p. 965.* THEATR. EVR. *Tomo IX. p. 856.*

20) LONDORP *p. 976.* THEATR. EVR. *Tomo IX. p. 861.* Diarium horum Comitiorum anni 1663. & 1664. reperitur in MVLLERI *Staats-Cabinet p. IV. & V.* Aliud vero longe prolixius reperitur in Eiusdem *Iuriſtiſch-Politiſchen Electis Tomo I. p. 215. Tom. II. p. 351.* Prodiit etiam duabus partibus *Wohlgemeinter Diſcurs, was bey allgemeinen jetzigen Reichs-Tage zu Regenſpurg beſchloſſen und zu deliberiren vorkommen mögte 1664.* 4. VVAGNER *pag. 121.*

21) VVAGNER *lib. III. pag. 200.* DIAR. EVROP. *Tom. XII. p. 84.* RINCK *p. 558.* LAMBECIVS *Comment. de Bibl. Cæſar. lib. II. c. VIII. p. 804.*

22) Georgius enim Dux Brunſuici & Lüneburgi a. 1641. Teſtamento cauerat, vt extincto ſine liberis fratre ipſius Friderico, qui Cellenſem Ducatum tenebat, duo ſemper remanerent Ducatus, Cellenſis & Hannouerianus. Ad iſtum ſpectaret Ducatus Grubenhagenſis, cum Comitatu Inferiori Hoyenſi & Comitatu Diepholtz. Ad Calenbergenſem vero ſiue Hannouerianum, ſpectaret Ducatus Göttingenſis vna cum terris Homburgenſi, Eberſteinenſi & Schaumburgica, Comitatu etiam Superiori Hoienſi. In binas hafce partes ſeniores bini, Chriſtianus Ludouicus & Georgius Guilielmus ſuccederent, optione ſeniori relicta: vni autem ex iisdem extincto, tertius ſuccederet Io. Fridericus, optio tamen eſſet penes ſupremanentem. Ad hanc igitur Georgius Guilielmus prouocabat, qui etiam defendendo Iuri ſuo in Comitiis exhibebat *Bericht Hertzog Georg Wilhelms zu Braunſchweig competirenden Iurit Optionis:* quæ extat apud LONDORPIVM *Tom. IX. p. 392.* cui Io. Fridericus oppoſuit *Gegründeten Gegenbericht, Zelle 1665.* 4. in quo demonſtrare voluit, ius Optionis hoc in caſu locum non habere. Teſtamentum vero hoc Georgii de ſeparandis in perpetuum duobus iſtis Ducatibus, per Teſtamentum Erneſti Auguſti primi Electoris, & factam vtriusque vnionem perpetuam fuit abolitum. Adde LVNIGII *Gerechtſame p. II. p. 154.*

23) Hanc controuerſiam plenius exponit PVFENDORF *de reb. Frid. Guilielmi lib. IX. §. LXXIX. LXXX.* Extat Receſſus compoſitionis apud LVNIGIVM *p. ſpec. ſ. IV. pag. 140.* du MONT *Tom. VI. p. II. p. 44.*

24) Iura

§. XIV. Eodem tempore gliſcebant magis controuerſiæ inter Moguntinum & Erfurtenſes. Dum enim Moguntini ex conceſſo iure eccleſiaſtico ipſum vrbis dominium ſibi aſſerere ſenſim conarentur, 24) Erfurtenſes belli tricennalis tempore, Suecorum potiſſimum ope, libertatem ſuam vindicare, & in pace Weſtphalica pro libera Imperii Ciuitate declarari cupiebant, proteſtantibus deſuper & Moguntino, & Saxonibus. 25) Inualuit magis controuerſia, dum concluſa pace Weſtphalica, Io. Philippus Electo̅r, e gente Schönbornia, precibus eccleſiaſticis, prout ante bellum tricennale factum, includi poſtularet, & dum Erfurtenſes id pro arbitrio olim quandoque factum regererent, reſtitutionis commiſſionem a Cæſare impetrabat Moguntinus, negotio demandato Melchiori Ottoni Bambergenſium antiſtiti, & Eberhardo Würtenbergico, qui per ſubdelegatos ſuos expeditis! iis, quæ ex pace Weſtphalica erant reſtituenda, etiam Receſſui Compoſitionis inter Senatum & Ciuitatem certam pecum publicarum formulam addebant, quam tamen Senatus abnuebat. 26) Nouis ſiquidem electione Tribunorum, Quæſtorum & Senatus ſubortis diſſenſionibus, petente Moguntino, a. 1654. noui a Cæſare eo mittuntur Commiſſarii, qui electionis negotium componunt, pro Moguntino preces denuo vrgent atque imperant. 27) Anno 1655. Volmarus Limprechtus, antea Quæſtor plebeius, Quatuoruir eligitur, cui per plebis gratiam Tribunitia poteſtas, per annum alias duratura, ad a. 1659. fuerat continuata. Venerat eodem anno mutationi magiſtratus dies, & dum legis eſſet, vt regimen anno quinto a defuncta dignitate iterum redeat, ordo eundem Limprechtum tangebat, quod tamen ob continuatos huc vsque ipſi honores æmuli negabant, quod fraudi ſibi eſſe non poſſe, ipſe profitebatur. Reſtituti igitur Senatores, quos priſtina Cæſaris Commiſſio antiquauerat, Limprechto ad Cæſaris mandata & iuſſa Electoris prouocante. Cœptum quidem a. 1660. Moguntiæ de poſtulatis agi, & Swalbaci transactio completa eſt, quam tamen Ciues non acceptabant. 28) Miſſus igitur a Cæſare Schmidburgius Baro, qui Limprechtum reſtituit, precum formulam proponit, quæ paucis mutatis, obſtetricante Limprechto, recipitur, licet Senatores nonnulli & Ciues contradicerent, Miniſterium etiam renuerent, & Saxonum Duces Erfurtenſes a. 1661. dehortarentur, omni odio in Limprechtum redundante, qui tamen Cæſaris protectionis litteris munitur. 29) Nihilominus XXIV. Februarii 1661. a iudicio aulico de precibus pro Moguntino eccleſiaſticis decernitur, quod demum II. Martii 1662. a Moguntino Erfurtenſibus transmittitur, dum Senatus Hallenhorſtium & Kniphouium antea Senatu motos, reſtitui iubet, contradicente populo. 30) Dum vero Cæſar & Moguntinus inſtarent, a Senatu & Ciuibus Fœdus ſub titulo *Einigkeits-Receß* XXVI. Nouembris an. 1662. finit concluſum, his legibus, vt integra ſint Electori iura, Saxoniæ Ducibus protectio, ſed & vrbi libertas eſſet: communi igitur ope laborandum, vt concordia inter Senatum & Ciues ſtabiliretur. Hunc tamen Receſſum Limprechtus domi ſe continens, ſubſcribere detrectabat. Concluſum etiam in Senatu, ne quid inconſultis Saxonibus ſtatueretur. 31) Miſſi igitur a Cæſare Schmidburgius Baro & Goppoldus Conſiliarii aulici Erfurtum, qui facta XXIII. Decembris propoſitione, decretum paritorium inſinuant, obſequium exigunt, Hallenhorſtium & Kniphouium reſtitui iubent, preces vrgent, noua formula compoſita, Receſſum vnionis pro inualido declarant, hoc addentes, tamen nec preces, nec reſtitutionem Conſularium vrbi præiudicio fore. 32) Dum vero Senatus cunctaretur, publicata ſententia, in pœnam quinquaginta marcarum auri puri condemnantur. 33) Hortabantur Saxones, facta Cæſaris & Moguntini declaratione de non præiudicando, vt parerent, aſt in deſperationem acti, plures Limprechtum in Curiam vocant, & non obſtante Cæſaris protectione, in carcerem coniiciunt, cuius dimiſſionem Commiſſarii vrgent,

24) Iura Moguntini in vrbem, & in quantum ſe ſubiecerint, exponit auctor *der Nachricht von der Stadt Erfurt lib. I. cap. VIII.* Prodierunt in hac controuerſia varia ſcripta, atque inter hæc a parte ciuitatis *kürtzlich, doch gantzlich Verzeichnüs aller und ieder Rechte und Gerechtigkeiten, welcher und keiner mehr vor alten Zeiten die Ertzbiſchoffe zu Maynтz ſich angemaſſet haben. Erfurt 1589. f.* cui acceſſerunt varia Erfurtenſium priuilegia atque Concordata cum Moguntinis, Saxoniæ Ducibus, & Glichenſibus Comitibus. *Abdruck Kayſerl. Mandats Ertz-Biſchoff Albrechten a. 1521. wieder die Stadt Erfurt ertheilet, ſambt denen Klagen und Forderunge auch articulis bey dem Cammergericht eingegeben und den 22. Septembris a. 1588. publiciren Vrtheil*, cum multis adiunctis. Adde LVNIGII *Gerechtſame p. I. p. 252.*

25) GVDENVS *Hiſt. Erfurt. lib. IV. pag. 276.* PVFENDORF *Comm. Rer. Suec. lib. XVIII. §. XC.* In LONDORPII *Tom. VI. p. 67. 79. 344.* exhibentur varia Scripta, hac in cauſſa exhibita.

26) THEATR. EVR. *Tom. IX. pag. 22.* GVDENVS *lib. IV. p. 281.* Extat Receſſus apud LONDORPIVM *Tom. VI. p. 614.*

27) THEATR. EVROP. *pag. 23.* GVDENVS *p. 289.* Apud LONDORPIVM *Tom. VI. p. 553. 555. 609.* reperiuntur varia ſcripta hanc magiſtratus electionem concernentia.

28) GVDENVS *lib. IV. p. 298. 303.*

29) THEATR. EVROP. *Tom. IX. p. 317.* GVDENVS *p. 296. multæ vtrimque propoſitæ, tandem Electo̅r hanc exegit: precamur Deum nobis dilectum pro Eminentiſſimo Electore Moguntino, tanquam Domino noſtro Clementiſſimo, & eius Archiepiſcopatu.* Et panllo poſt: *datis de his promiſſis, ſolo verbo tanquam placito vtriusque partis omiſſo: preces iſtas recitare miniſterio Senatus imperat.* Qua ratione vero Ciues & Miniſterium abnuerint, idem tradit *lib. IV. p. 298.*

30) THEATR. EVR. *Tom. IX. p. 548.* vbi etiam ſcriptum *der Vormünder* exhibetur, quo cauſſas exponunt, cur preces propoſito modo acceptare non poſſent. GVDENVS *lib. IV. p. 303.*

31) THEATR. EVR. *p. 555.* vbi etiam Receſſus exhibetur. GVDENVS *lib. IV. p. 309.*

32) THEATR. EVR. *p. 558.* GVDENVS *p. 311.*

33) THEATR. EVR, *p. 887.* GVDENVS *p. 319.*

vrgent, qui tamen vt furori plebis ſe ſubducerent, Mülhuſium tendunt. 34) Nouum Cæſaris de dato XVIII. Iulii ſt. v. 1663. publicatur mandatum, vt intra octiduum Limprechtum dimittant, nouum ſenatum introducant, imperata faciant, ſub pœna proſcriptionis. Aſt, Erfurtenſes coram Notariis ſupplicationis remedium arripiunt. Cæſaris vero Commiſſarii XVII. Septembris ſententiam banni declaratoriam per Notarios inſinuant, qui XXIV. Septembris Kniphoſium & Hallenhorſtium reſtituunt, plebe tamen adhuc reluctante. 35) Mittitur igitur VIII. Octobris præco Cæſareus, habitu fœciali vna cum Notario & quinque rubicinibus, qui ſententiam banni publicaret, quos tamen Ciues ante portam iuuadunt, ex equis deiiciunt, verberant, vulnerant, mandatorum copias adimunt, ad ſclopetariorum inde domum ducunt, & licet non deeſſent, qui mortem minitarentur, poſt bidui tamen detentionem X. Octobris dimittunt. 36) Dum igitur executio, proteſtantibus licet circuli Saxoniæ Superioris Statibus, 37) Moguntino a Cæſare eſſet demandata, Electoris collecto milite, agrum Erfurtenſem infeſtat. Vrbici erumpunt, in vrbem currum cum pendentibus ex eo ciuibus, facinus Moguntinorum, vehunt; qui dum in foro ſiſtitur, incitatam iam plebem vlterius commouebat. In turmas ſeditioſi coëunt, Optimates quærunt, ſpoliant captiuos, e curia Limprechtum & Hallenhorſtium educunt, illos tanquam omnis mali incentores arguunt, proſternunt, conculcant, ſudibus cædunt, vt fere exanimes eſſent. Interim aliæ duæ turmæ ad Io. Danielis Gudeni Sigilliferi Electoralis domum properant, illam ſpoliant, Kniphoſius domo educitur & globo per caput traiecto interiit, Gudenio in turrim templi Mariani euadente. Limprechtus quæſtionibus ſubiicitur, & tanquam proditionis, peculatus & ambitus reus, capitis damnatus, eodem plectitur, caput clauo ferreo in ipſa Curia fuſſixum, truncus in foro ſepultus eſt. 38) Saxoniæ autem Duces habito cum Electore Torgauiæ conuentu, ſactoque decreto de ſubueniendo Erfurtenſibus, idem per Mauritium Erfurtenſibus indicant. Hi etiam cauſſam ſuam publicis ſcriptis defendunt. 39) Idem faciunt etiam Erfurtenſes. 40) Aſt, Moguntinus, poſtquam cum Saxoniæ Electore in certas iam leges conuenisſet, 41) atque a Gallorum rege per Reiſſenbergium legatum ſuum auxilia impetraſſet, collecto quindecim millium exercitu, Sommerfeldio duce, VII. Septembris 1664. vrbem obſidione cingit, 42) cui Pradellus Marchio cum Gallorum octo millibus ex Vngaria reductis, inuitis Imperii Statibus 43) accedebat, ſero licet pœnitentiam agente, Suecorum 44) & Imperii auxilia implorante, 45) atque per introductas pro Moguntino preces, obſidionem auertere conante Ciuitate. 46) Dum obſidio violentius continuaretur, factis induciis, conuentus in Pilterſleben ſuit habitus, vbi demum in deditionis leges v. Octobris conuenit, promiſſa Ciuitati religionis & quadam

34) THEATR. EVR. *p.888.* GVDENVS *p.321.* Electoris & Friderici Wilhelmi Saxonis litteræ extant apud LONDORPIVM *Tom. VIII. p.953.*

35) THEATR. EVR. *p. 891.* GVDENVS *p.323.*

36) Extat in THEATR. EVROP. *p. 891.* ipſa præconis relatio & in DIARIO EVROP. *Tom. X. p.929.* HAPPEL *pag. 660.* Apud LONDORPIVM *Tom. VIII. p.936.* varia Acta hanc banni declarationem concernentia. GVDENVS *p. 325.* WAGNER lib. III. p. 194. *Offenſus iniuria Cæſar miſſo fœciali proſcriptionis litteras panasque rebellibus denuntiat. Conſternata tali fulmine plebs fanatica, primo contuitis impetere fœcialem, alii Monachum, alii ſacrificiali habitu Sacerdotem, magum, & impoſtorem dicere; vti qui incedentem ſolenni habitu fœcialem nunquam viderant. Denique equo detractum, luto proſutum, ſpoliatumque diſcerpturi erant, niſi Conſules in cuſtodiam, e furentium dentibus ſubripuiſſent. Poſt, vbi ſceleris magnitudo, ſæliique pœnitentia ſubiit, obteſtantur fœciales, vt miſere Ciuitatis miſertus iniuria condonata pro ſe Cæſarem placaret. Ille poſtquam large addixiſſet omnia, nouaque iam procella tumeret, certæ neci matura ſe fuga ſubduxit.*

37) THEATR. EVR. *p. 899.* Extat proteſtatio apud LONDORPIVM *Tom. VIII. p.935.*

38) THEATR. EVR. *p. 900.* GVDENVS *p.330.* LONDORP *Tom. VIII. p.962.* Extat *ſummariſcher Bericht, wie der zu Erfurt geweſene Ober-Vierherr M. Volcmar Limprecht verſchuldet, das er am 20. Nou. 1663. mit dem Schwerdt öffentlich hingerichtet worden 1664.* 4. Corpus vero ipſius poſtea iuſſu Electoris eſſoſſum & 27. Nouembris ſt. v. 1664. ſolennes ipſi in templo Mercatorum factæ fuerunt exequiæ, prout ex NICOLAI STENGERI ſermone funebri typis edito, patet. THEATR. EVR. *p.1125.*

39) THEATR. EVROP. *Tom. IX. p. 899.* In Appendice DIARII EVROPAEI *Tom. I. p. I.* & LONDORPII *Tom. IX. p.38.* reperiuntur ſcripta hac in cauſſa publicata. *Juſtitia protectionis Saxonicæ in Ciuitate Erfurtenſi*, quæ auctorem adgnoſcit VIVM LVDOVICVM a SECKENDORF, cui Moguntini, obſtetricante Boineburgio, reſpondent per *aſſertionem Iuris Moguntini.* Repoſuerunt Saxones *repetitam & neceſſariam defenſionem iuſtæ Protectionis Saxonicæ in Ciuitate Erfurtenſi* Moguntini *Aſſertionem iuris Moguntini in Erfurdiam vindicatam.* De his ſcriptis probe iudicat GRYPHIVS *pag. 144.* In Msto poſſideo SECKENDORFII *des Chur- und Fürſtl. Hauſes Sachſen wohlgegründete Deduction ſeines in- und an der Stadt Erfurt, bevorab zu Erhaltung dero Freyheit, Eſtats, und Weſens habenden Rechtens und Intereſſe.*

40) Extat in THEATRO EVROPAEO *p.967.* Deductio innocentiæ Erfurtenſium contra relationem Cæſaris Commiſſariorum. In *Tomo IX.* LONDORPII *p. 5.* & *Tomo XI.* DIARII EVROPAEI *App.* extat *Gründliche Deduction der Stadt Erfurt das Sie in puncto des von Chur Maynz geſuchten Kirchen-Gebets und ſonſt keine Widerſetzlichkeit verübet*, cum diuerſis adiunctis & pluribus aliis ſcriptis.

41) GVDENVS *p. 396.* qua ratione etiam Saxoniæ Electior Erfurtenſes fuerit adhortatus, vt Moguntino parerent, teſtatur ſcriptum apud LONDORPIVM *Tom. IX. p.230.* THEATR. EVR. *p.1120.1123.*

42) GVDENVS *p.340.*

43) Concluſum Comitiale deſuper factum extat apud LONDORPIVM *Tom. IX. p.219.*

44) Litteræ Erfurtenſium ad Suecize Regem cum reſponſoriis extant apud LONDORPIVM *Tomo IX. p. 221.*

45) THEATR. EVROP. *p. 1109.*

46) THEATR. EVROP. *pag. 1121.* GVDENVS *pag. 338.*

47) THEATR.

quadam Regininis libertate. Homagium igitur Electori accedenti præstitum, arcis domandæ Ciuitati Arx S. Petri fuit constructa. 47) Gallorum vero Regi, ob præstita auxilia, monumentum sepulcrale Childerici, quod a Cæsare impetrauerat Moguntinus, fuit donatum. 48) Protestabantur equidem Saxoniæ Duces, ob Protectionis iura sibi in Ciuitatem Erfurtensem competentia, sed mediante Saxoniæ Electore, qui Moguntino fauebat, omnis controuersia per Recessum Lipsiensem XX. Decembris 1665. fuit composita, quo Erfurtum cum omni territorio Moguntino fuit relictum, reseruantes sibi Saxones ius conducendi, certos pagos, & pro emolumentis Protectionis certam pecuniæ summam; Moguntino etiam prætensionibus suis in quosdam pagos & feuda renuntiante, & quasdam præfecturas ab Episcopis & Abbatibus domui Saxonicæ oppignoratas se euicturum esse promittente. 49)

§. XV. Eodem anno 1664. oriebatur inter Palatinum & Vicinos de Wildfangiatus iure controuersia. 50) Concluſa enim pace Westphalica, peregrini multi in locis Rheno vicinis per bellum Germanicum desolatis, sedem figebant, quos sibi tanquam Wildfangios vindicabat Elector Palatinus. Licet autem hoc ius in territorio Palatino minime denegaretur, vicini tamen, vtpote Moguntinus, Treuirensis, Colonienſis, Spirensis & Argentoratensis Antistites, Carolus Dux Lotharingiæ, Rheingrauii Comites vna cum nobilitate Imperii immediata in suis territoriis hoc Palatino concedere nolebant. Exinde ardua enata fuit controuersia, quæ primum scriptis vltro citroque emissis, fuit ventilata, 51) post concluso inter eosdem contra Palatinum fœdere, in bellum fere funestum erupisset. 52) Moguntino enim cum copiis Lotharingicis XII. Maii 1665. Landenburgum occupante, desuper conqueritur Palatinus. 53) Consticuitur a Cæsare Guilielmus, Badensis Marchio Commissarius, 54) quo mediante, XV. Septembris st. v. legati omnium partium Spiram conueniunt de compositione acturi. 55) Ast, dum rustici Palatini in Schwabenheim quosdam præfectos militares Treuirenses atque Lotharingos insolentius se gerentes captiuos abduxissent, ad arma concurritur, 56) post varias vexationes, de pace Oppenheimi agitur, ibidemque XXI. Octobris 1665. Recessus Præliminaris concluditur, de continuandis Spiræ sub Cæsaris & Brandenburgici Electoris mediatione, Tractatibus, qui si intra bimestre spatium non finiantur, omnis controuersia compromisso relinquenda. 57) Dum autem Spiræ conuenire non possent, potius fœderati terris Palatinis exactionibus suis graues essent, ad Galliæ & Sueciæ Reges prouocabat Elector Palatinus, & consentientibus reliquis, 58) vtrorumque subdelegati Heilbrunnam mittuntur, qui firmato iudicio, vtriusque partis causas scripto propositas examinant, & per laudum compromissoriale VII. Febr. st. v. 1667. omnem controuersiam definiunt, hoc modo, vt Palatinus inposterum huc ius exerceat, vna cum iure conducendi, in omnibus territoriis, in quibus olim illi hoc competierit, sed in aduentitios saltim, non in illos etiam, qui ex vno oppido vel pago in alium migrent, nec Wildfangiatus iura in præiudicium iuris territorii vlterius extendat. 59)

§. XVI.

47) THEATR. EVROP. *p. 1123.* GVDENVS *p. 340. seqq.* LONDORP *Tom. IX. p. 233.* 10. ab ALPEN *lib. V. §. LI.* RECVEIL *Tom. IV. p. 701.* du MONT *Tom. VI. p. II. p. 29.* Hanc causam etiam plenius describit *Auctor der Nachrichte von der Stadt Erfurt lib. I. c. XIII.* RINCK *pag. 541.* HARPEL *pag. 693.* WAGNER lib. III. p. 195. hac de re licet non in omnibus satis accurate, sic scribit: *Pone vindicta, & Moguntini exercitus adfuit, qui a proscriptis Cæsaris iussu pœnam repoſceret. Sedecim millia numerabantur, paucis ad amplissimum pomœrium cingendum, sed in imparatos sat multi. Ex his Gallorum erant octo millia Bradello Duce, ceteri fere militari habitu rustici. Breuis expeditio fuit. Post leuem oppugnationem dedere se, leges quæ a victore accipere coactis ciuibus. Religiones integræ permissæ; libertas & arx, (Cyriaci Burgum vocant) erepta, prosidiuque Gallico occupata sunt. Displicuit Cæsari, & magnum partem Principibus, quod in cor incmis Germaniæ, extera auxilia induxisset Moguntinus. Misera Ciuitas Saxoniæ Electorem maxime incusabat, qui vnus opis promissæ spem fefellisset, vti ante publico commentario sue Domus in eam vrbem prærogatiuas vulgarat. Sed ferum id scilicet, vanumque.*

48) Vide supra *Per. III. §. XXVIII.*

49) Hic Recessus perfidia Ministri cuiusdam promotus fuisse dicitur, MVLLERI *Ann. Sax. p.* 466. RINCK *p.* 543. Capita huius Recessus reperiuntur in THEATR. EVR. *p.* 1497. HAPPEL *pag.* 737. Ipse Recessus apud du MONT *Tom. VI. p. III. p.* 134. HISTOIRE DE TRAITTES DE PAIX *Tom. II. p.* 444. Quid vero de hac renuntiatione iudicet SCHVRTZFLEISCHIVS, patet ex Epistola CLXXXVI. dum ait: *Et quidem A. 1651 Dominus Saxonica renunciatum iuri parrochiæ hereditarii in Erfurtum; sed non iuri ex capite territorii, a domo Vuarienſi prætenſo. Illud enim ex alia causa ortum, & propterea ea cessio non intelligitur ratione eiusdem.* Intelligit autem ius Territorii clausi, quod in Thuringiæ Landgrauiatu obtinet.

50) VVildfangiatus, in quo consistat, exponitur a Thulemario *de Obſtouir. cap. XVIII. §. XLK* & in SYNT. IVR. PVBL. *cap. XVII. §. XXV.*

51) Scripta ista Tomo XII. DIARII EVROPÆI adiiciuntur sub titulo *Moguntino-Palatina Acta Publica.* Continuantur eadem *Tom. XIII. XIV.* Talia etiam reperiuntur apud LONDORPIVM *Tom. IX. p.* 337. THEATR. EVROP. *Tom. IX. p.* 1129. WAGNER *lib. III. p.* 201.

52) THEATR. EVROP. *Tom. IX. p.* 1127.

53) THEATR. EVROP. *p.* 1488. LONDORP *Tom. IX. p.* 350. 372.

54) THEATR. EVROP. *p.* 1489. LONDORP *Tom. IX. p.* 446.

55) THEATR. EVROP. *p.* 1491.

56) THEATR. EVROP. *pag.* 1492. HAPPEL *pag.* 732.

57) THEATR. EVROP. *p.* 1492. Extat Recessus Oppenheimensis apud LONDORPIVM *Tom. IX. p.* 376. PVFENDORF *lib. IX. §. LXXXX.* du MONT *Tom. VI. p. III. p.* 153.

58) LONDORP *Tom. IX. p.* 423. 595. DIAR. EVR. *Tom. XV. p.* 312.

59) Extat hoc Laudum Compromissoriale Heilbrunnense

§. XVI. Anno 1666. quoque continuata fuit controuerſia Bremenſis. Poſtquam enim Brema Ciuitas, a Ferdinando III. Imp. Suecis & Gallis ad Tractatus Pacis vniuerſalis fuiſſet euocata, 60) contra eiusdem libertatem Sueci agere præſumſerunt, dum Bremenſis Archiepiſcopatus in ſatisfactionem coronæ Sueciæ fuiſſet adſignatus. 61) Aſt, accepto ab Imp. diplomate, Kl. Iunii a. 1646. pro Ciuitate libera declaratur, 62) eiusdem libertati per Pacem Osnabrugenſem proſpicitur, 63) atque ad Comitia anni 1653. Suecis licet contradicentibus, admittitur. 64) Poſtulabant igitur Sueci a. 1663. a Ciuitate, vt Imperii immediatati renuntiaret, quod eum negaretur, Sueci vrbem terra marique infeſtant, non obſtante Cæſaris inhibitione, ſub pœna fractæ pacis publicæ facta. Interuentu tamen Batauorum res XXIV. Nouembris 1654. componitur, & caput immediatatis ad alios Tractatus reiicitur, ſaluo vtriusque partis iure. 65) Ad Comitia hodierna Brema etiam a. 1662. vocabatur, 66) indeque hæc cauſſa, in Comitiis & multis ſcriptis ab vtraque parte agebatur. 67) Anno 1666. menſe Februario Sueci poſtulabant, vt Ciuitas fidem Cæſari dictam plane eieraret, Immediatati renuntiaret, in arcem atque vrbem Suecorum præſidia admitteret, 68) quod eum denegaret, non obſtantibus Cæſaris dehortatoriis, 69) a Carolo Guſtauo Wrangelio Duce obſidetur. 70) Mittitur a Cæſare Sintzendorfius ad Regni Senatores, Rege impubere, qui ea re pacem violatam videri, doceret; & Brunſuicenſem, Saxonesque Principes, ad opem ferendam incitaret, vbi quos ſuſpecta vicinia magis tangeret. Et iam vndique arma parabantur, & Bremenſium alacritas diutinam obſidionem factam ſperabatur. Inde Sueci, qui impetu capiendam vrbem præſumpſerant, rem iudicio committunt. E Catholicis Moguntinum, Bauarum, ex Proteſtantibus Brandeburgicum & Saxonem; Auguſtam, item Coloniam, Francofurtum & Noribergam Cæſar iudices nominat. Eorum Legatis adnitentibus, poſt varios, eosdemque difficiles Tractatus in caſtris Suecicis, in pago Habenhauſen d. 15. Nouembris 1666. in has fere conditiones concordia reſtituta: Eadem, qua hactenus Commerciorum, Priuilegiorum, Religionis libertate vterentur Bremenſes, eius, quod

brunnenſe apud LONDORPIVM *Tom. IX. p.* 486. THVLEMARIVM *cap. XVIII.* in RECVEIL *Tom. IV. p.* 187. WAGNER *lib. III. p.* 202.

60) AD. CORTREII *Obſ. de Statu Ciu. Brem.* §. *I. II. III.* LYNIGII *Gerechtſame p. II. p.* 93.

61) CORTREIVS §. *VI.*

62) Extat diploma apud LONDORPIVM *Tom. VI. p.* 430. CORTREIVS §. *XV.* Licet iam antea Fridericus, Daniæ Princeps, Archiepiſcopus Bremenſis defuper fuiſſet proteſtatus, de quo varia ſcripta apud LONDORPIVM *Tom. IV. p.* 850. *Tom. V. p.* 1. 28.

63) *Art. X.* §. *VIII. Ciuitati vero Bremenſi, eiusque territorio & ſubditis præſens ſuus ſtatus, libertas, iura & priuilegia in Eccleſiaſticis & politicis ſine impeditione relinquuntur. Si quæ autem ipſis eis ſiue impeditione relinquuntur. Si quæ autem ipſis eis ſiue impeditione relinquantur. Si quæ autem ipſis eis ſiue impeditione relinquantur. Si quæ autem ipſis eis ſiue impeditione relinquant

quod Imperio Bremenſis Ducatus deberet, quartam decimam partem ipſi penderent: Liberæ ciuitatis titulo ad Sueciæ Regem, ac Regios Præfectos; vti finitis iſtis Comitiis Seſſione in Imperii comitiis, vsque ad ſeculi XVII. exitum ſaluo tamen iure, ſaluaque poſſeſſione abſtineat, ſub initium vero ſeculi XVIII. illa vti liberum fore, interim omnes ceſſent hoſtiles actiones, & controuerſiæ amicabili compoſitione vel via Iuris terminarentur. 71) Dum vero Comitia iſta adhuc durent, ſeſſionem & Votum Ciuitas ſemper retinuit.

§. XVII. Eodem anno 1666. Fridericus Guilielmus, Brandenburgicus Elector, Magdeburgum vrbem, homagium Auguſto Adminiſtratori, cui ad dies vitæ Præſulatus erat relictus, denegantem, atque Ottonis M. priuilegia obtendentem, ab obſequium redigit, eoque adigit, vt, poſtquam XXVIII. Maii in Monaſterio Bergenſi conueniſſet, poſtera die præſidium Brandenburgicum admitteret, quod in Electoris iuxta ac Adminiſtratoris verba iuraret, atque homagium præſtaret, quod equidem Capitulum vna cum Principibus recipere cupiebant, his tamen recuſantibus. 72) Eodem anno, per Receſſum Cliuiæ VI. Septembris ſubſcriptum, omnis controuerſia de ſucceſſione Iuliacenſi, inter Electorem Brandenburgicum & Philippum Guilielmum, Palatinum Neoburgicum in perpetuum fuit compoſita, ita, vt Brandenburgico Cliuenſis Ducatus vna cum Comitatu Marcano & Rauensberg; Palatino Iuliacenſis Ducatus & Bergenſis relinqueretur: Rauenſteinenſis ſucceſſio per Compromiſſum definiretur: iura Imperii atque Circuli vtrique parti eſſent communia. 73)

§. XVIII. Eodem tempore, poſtquam XIX. Iunii 1667. Antonius Güntherus Oldenburgicam ſtirpem directam terminaret, grauis de ſucceſſione in Comitatum Oldenburg & Delmenhorſt ſuborta fuit controuerſia. Adpetebat eundem Fridericus III. Danorum Rex, Chriſtianus Albertus Dux Gottorpienſis, & Ioachimus Erneſtus, Dux Holſato-Plœnenſis. 74) Iſti equidem ad ſimultaneam inueſtituram prouocabant, quam ſibi ab antiquo reſeruauerint, 75) & expectatiuam, quam Maximilianus II. Friderico II. Regi, & Adolpho Holſatiæ Duci a. 1570 conceſſiſſet, 76) atque pactum Rendsburgi a. 1649. cum vltimo defuncto Comite Antonio Günthero initum, eiusdemque Teſtamentum, dum vtraque ſucceſſio ipſis fuiſſet adſignata. Dux vero Plœnenſis ad ſanguinis proximitatem prouocabat, dum gradu reliquis eſſet propior, 77) cui iuri nec per pacta contraria, nec per teſtamentum adſerri poſſit præiudicium. Expectatiuam etiam ab Imp. Ferdinando III. a. 1642. 78) & Leopoldo a. 1664. in ipſum fuiſſe extenſam. 79) Primi tamen poſſeſſionem adprehendebant Rex Daniæ & Dux Gottorpienſis per Antonium Comitem Altenburgicum, filium Antonii Güntheri legitimatum, cui per pactum Rendsburgenſe vicaria poteſtas in Comitatibus fuerat adſignata. Plœnenſis vero cauſſam ad Cæſarem deferebat, qui miſſo a. 1668. Hamburgum legato, adhibitis etiam Ducum Lüneburgenſium & Landgrauii Haſſo-Caſſellani legatis, cauſſam iſtam examinari facit, & compoſitionem fruſtra tentabat: Daniæ equidem Rex a. 1671. de parte Comitatus dimidia, quam ipſe occupauerat, cum Plœnenſi Duce tranſigebat, eandemque ceſſis ipſi aliis præfecturis & iuribus retinuit. Gottorpienſis vero, dum litem coram iudicio aulico proſequeretur, per ſententiam a. 1676. latam, ad reſtituendam alteram Comitatus partem cum fructibus perceptis & percipiendis adigebatur, quæ etiam eodem adhuc anno executioni fuit mandata, ipſeque Dux in ditionum iſtarum poſſeſſionem immiſſus, qui tamen ad Communionis incommoda vitanda, eandem etiam partem, accepta pecuniæ ſumma, & quibusdam in Holſatiæ & Sleſuicenſi Ducatu locis, ac iuribus Daniæ Regi ceſſit. 80) Multa quoque de Ieuerana dynaſtia fuit controuerſia, in qua ex Teſtamento Anto-

71) CORTREIVS §. *LXXXVI-LXXXVII.* LONDORF *Tom. IX. p.* 459. PVFENDORF *de reb. Frid. Guil. lib. IX. §. LXXXII.* HAPPEL *p.* 774. RECVEIL *Tom. IV. p.* 181.

72) PVFENDORF *de reb. Frid. Guil. lib. I. §. LXXXIII.* RINCK *p.* 612. DIAR. EVROP. *Tom. XV. p.* 303. 407.

73) Extat Receſſus apud LONDORPIVM *Tom. IX. p.* 465. DIAR. EVR. *Tom. XIV. app. p. III. p.* 1. in RECVEIL *Tom. IV. p.* 167.

74) IMHOF *Not. Procerum lib. IX. §. X.* RINCK *p.* 614.

75) Sic Chriſtianus I. Daniæ Rex in ceſſione Mauritio & Gerhardo Comitibus. 1458. facta, ſibi reſeruat *die treue Hand.* LVNIG *p. ſpec. Continuationis ſecundæ Contin. II. p.* 9.

76) Extant hæ litteræ Expectatiuæ apud LVNIGIVM *c. l. p.* 39.

77) Schema ſucceſſionis tale:



78) Extat apud LVNIGIVM *p.* 79.

79) LVNIG *p.* 171.

80) Varia hac in controuerſia ſcripta prodierunt, quæ potiſſimum in DIARIO EVROPAEO reperiun-

Antonii Güntheri succedebat Iohannes Princeps Anhaltinus, ex sorore ipsius Magdalena prognatus. Aſt XX. Septembris 1683. Daniæ Rex hanc dynaſtiam occupabat, iura a Galliæ Rege ſibi ceſſa prætexens, qui Dominii directi iura, tanquam Burgundiæ Dux in dictam dynaſtiam prætendebat, Cæſaris autem & Saxonis atque Brandenburgici Electorum interventu, Hafniæ XVI. Iulii 1689. conuenit, vt Princeps Anhaltinus omnibus prædiis & allodiis, quæ in Comitatu Oldenburgico poſſideret, cederet, centum Ioachimicorum millia Daniæ Regi ſolueret, atque dictam dynaſtiam libere poſſideret. 81)

§. XIX. Circa eadem tempora, cum poſt mortem Sigismundi Franciſci, Auſtriæ ArchiDucis, qui vltimus erat lineæ Tirolenſis, 82) Leopoldus vnicus factus fuiſſet hæres domus Auſtriacæ, de matrimonio cogitabat, quod concluſum XXV. Aprilis 1666. Madriti, per legatum, cum Margaretha Thereſia, Philippi IV. filia ſecundogenita, Viennæ XXV. Nouembris ſt. v. magna cum ſolennitate ludorum ſpectaculorumque adparatu fuit conſummatum. 83) Annus erat 1668. cum Vngari contra Cæſarem grauem excitarent conſpirationem. Anſam dederat Franciſcus Nadaſti, Supremus Vngariæ Iudex, qui ob denegatam Palatini dignitatem, quod munus Regibus inuiſum, Imp. plane antiquare ſtatuerat, ipſi infenſus, 84) & Petrus Serini Comes, Bannus Croatiæ, quibus poſtea Eraſmus Comes a Tettenbach, Stiriæ Præfectus, Franciſcus Frangipani aliique accedebant. Accedebat religionis Euangelicæ ſuppreſſio, & quod Vngarorum munimenta præſidiis Germanicis fuiſſent firmata. Proceres igitur quidam Vngariæ, facta Zemblini ſocietate, deputatos ad Cæſarem mittunt, de Germano milite abducendo. Et licet parum abnueret Imp. Emmericus tamen ex Franciſcanis patribus, ipſum contra Vngaros, tanquam perfidos concitabat. 85) His irritati Vngari, multos Germanorum occidunt, Proteſtantes etiam in arce S. Iuan de religionis & regni libertate militeque Germano eiiciendo, fœdus inuicem concludunt. 86) Varie Cæſar veneno tentatur, aliaque nefaria conſilia contra ipſum agitantur, 87) tandem vniuerſa conſpiratio mira Dei prouidentia a. 1670. per vnum ex famulis Tettenbachii, quem furti inſimulatum in publicos careeres abripi iuſſerat, detegitur, Tettenbachius XXII. Martii Græcii fit captiuus. 88) Proteſtantes interea Caſſouiæ conuentum agunt, & facta inter tredecim Comitatus ſocietate, copias colligunt, quibus Ragotzium præficiunt, qui Tockaium & Mongatzium fruſtra tentat. 89) Exhibebant etiam Vngari Grauamina ſua Imp. petentes eccleſiarum reſtitutionem, & Germani militis abductionem, dum interea Cæſar Serinium, Nadaſtium & Frangipanium in captiuitatem duci iuberet. 90) Prætendebant equidem Vngari, ipſorum iuris eſſe, vt Comites iſti ipſis traderentur diiudicandi, quod Cæſar tamen abnuebat, & conſtituto iudicio delegato, adhibito conſilio Iureconſultorum, Cameræ Spirenſis, Lipſienſis, Tübingenſis atque Ingolſtadtienſis, Academiarum, reos iſtos criminis vel per ipſorum litteras, vel confeſſionem conuictos, ad mortem condemnauit, quæ ſententia in Serinio, Nadaſtio, Frangipanio XXX. Aprilis ſt. n. Viennæ executioni fuit mandata, 91) in Tettenbachio vero Græcii XXI. Nouembris. 92) Et licet Imp. Poſonium Comitia indiceret, Vngari tamen, niſi omnia per amneſtiam generalem plane fuiſſent abolita, comparere nolebant. His motus Imp. Exercitum triginta millium ad Vngariam domandam mittebat. 93) Turbas equidem adhuc mouebat Franciſcus Ragotzius, matris tamen, quæ Serinii vidua, interuentu, Cæſari ſe ſubiiciebat, & militem Cæſareum in præſidia ſua recipiebat. 94)

§. XX.

periuntur. Sic in appendice *Tomi XVII. XVIII. Tom. XX. p.* 3. *Tom. XXII. Tomo XXIII. pag.* 68. *Tom. XXVII. p.* 1. *Tom. XXVIII. p.* 65. reperiuntur ACTA HOLSATO-PLOENENSIA. IMHOF *cit. loc.*

81) In Appendice DIARII EVROPAEI *p. XLIII.* reperitur ſcriptum, cui titulus: *Bericht von demienigen, was zwiſchen denen Oldenburgiſchen Lehensfolgern, eines, und denen Allodial-Erben des letzten Grafens andern Theils vorgehe.* Plenius vero hanc controuerſiam declarat, ipſumque Receſſum exhibet BECMANN *Hiſtoria Anhaltina lib. III. c. III.* §. *XI.* THEATR. EVROP. *Tom. XII. pag.* 580.

82) *Supra* §. *XII.*

83) In DIARII EVROPAEI *XIV. Tomo* ſub finem appendicis deſcribitur introitus ſolennis Viennam. In Tomo XV. prima Appendicis parte omnes feſtiuitates prolixe deſcribuntur. RINCK *pag.* 567. VVAGNER *lib. III. p.* 202. qui addit: *a peractis nuptiis, per annum fere integrum, edita ſint eius magnificentiæ & ſumptuum ſpectacula, vt diu Europa nihil ſimile ſpectarit. Præcipuæ admirationi, ac voluptati fuere, equi, compoſitis ad Muſices modulos greſſibus, veluti ratione ſaltitantes: nunc in gyrum, alias in lineam flecti, vario ordine, ac figura, nunc conſiſtere, nunc deduci, biennali labore condocefacti. Rei miraculum, hodieque ſuperſtitum vocibus celebratur. Extant de iis ludis libri complures conſcripti, mihi teſtiſſe ſatis fuerit, ad alia properanti. In eam rem Prouinciæ decies centena millia contulêre, longe amplius ex æratio depromptum eſt.*

84) VVAGNER *lib. III. p.* 206.

85) RINCK *pag.* 623. BVCHER-CABINET *p. III. p.* 560.

86) RINCK *p.* 631. 646.

87) De his vberius VVAGNER *p.* 107.

88) RINCK *p.* 644. VVAGNER *p.* 232. 241.

89) RINCK *p.* 646. VVAGNER *p.* 239.

90) RINCK *p.* 654. VVAGNER *p.* 254.

91) DIAR. EVROP. *Tom. XXII. p.* 289. *Tom. XXIII. p.* 650. THEATR. EVR. *Tom. X. p. II. p.* 260. MEM. de CHAVAGNAC *pag.* 276. RINCK *pag.* 661.

92) DIAR. EVR. *Tom. XXIV. p.* 9. RINCK *p.* 663. qui etiam *p.* 667. tradit, qua ratione Galli eosdem excuſent, quod nihil contra Iura regni egerint, potius Cæſarei Miniſtri ipſorum bonis inhiauerint. THEATR. EVR. *Tom. X. p. II. p.* 403.

93) RINCK *p.* 669.

94) BVCHER CABINET *p. III. p.* 562.

95) Con-

§. XX. Interea, dum hæc in aula Cæsaris peragerentur, controuersia de castro & oppido Borckloh Geldriæ, IX. Aprilis 1666. componebatur. Adpetebat enim Christophorus Bernhardus, Monasterienſis Epiſcopus hanc dynaſtiam, extincto a. 1553. Iodoco Brunckhorſtio, ſuæ gentis vltimo, iure dominii directi Præfulatui apertam. 95) Dum autem Belgæ hanc dynaſtiam a. 1616. occupaſſent, repetebat illam dictus Epiſcopus, Belgii prouincias inuadebat, multas Tranſiſalanæ vrbes, atque inter has, ipſam Borckeloam occupabat, 96) quæ tamen per dictam pacem, interuentu potiſſimum Friderici Guilielmi Brandenburgici, qui concluſo cum Belgis fœdere, pacem vrgebat, Belgis ſingula reſtituuntur. 97) Huxaria Weſtphaliæ Ciuitas, protectione primum Ducum Brunſuico Lüneburgenſium contra Monaſterienſem Præſulem vſa, ipſius poteſtati ſe a. 1674. ſubmittit. 98) Brunſuicum vrbem XVIII. Maii ſt. v. 1671. facto cum reliquis Ducibus Lüneburgenſibus fœdere, infeſtabat Rudolphus Auguſtus, Dux Brunſuico-Lüneburgenſis, quæ, dum puluere pyrio atque adparatu militari eſſet deſtituta, XII. Iunii ad deditionem atque homagium fuit compulſa. 99)

§. XXI. Anno 1670. controuerſia feruebat inter vrbem & Electorem Colonienſem, Maximilianum Henricum. 100) Cauſſa erat, quod Magiſtratus Colonienſis quosdam milites delinquentes fuſtibus cædi feciſſet, cum tamen ipſis Criminalis Iurisdictio haut competeret: quod ipſi ex militari iure Statuum Imperii defendebant. Potiſſimum erat, quod Vrbs iſta libertati ſuæ metuens, ingenio Architecti a Batauis ſumti, muniretur, Pamphiledius admitteretur Batauorum Chiliarcha, qui & ære Batauo legionem iſtic conſcribebat. Improbabat hoc Elector, tanquam Iuris Electoralis & territorii violationem: exprobrabat Ciuitati Monaſterienſis Epiſcopus, tanquam Director Circuli Weſtphalici; nec enim Vrbi opus eſſe externa armorum ſocietate, quæ virium ſatis a Circuli Weſtphalici Proceribus poſſit expectare. Aſt neutrum audiunt Colonienſes; quin potius indies augetur miles Batauus, feſtinantur munimenta, armatur rota Archidiœceſis. Vt controuerſiam extinguat Imp. deſcendit primum Marchio de Grana; dein Moguntinus, Treuirenſis, Brandenburgicus Electores Commiſſarii nominantur. Nec eo contenti Principes Circuli Weſtphalici Directores, menſe Iunio Comitia Circuli Bileſeldiam indicuntur. Feruebat exinde negotiatio Colonienſis. Armantur iuxta ac animantur e Gallia Elector, vrbi inhians, a Batauis Ciuitas. Interuentu tandem Chriſtophori Bernhardi Epiſcopi Monaſterienſis II. Ianuarii 1672. tranſigitur, vt externus miles ex Vrbe emittatur, in cuius locum Circularis miles ſuccedat. Pergat vrbs in cœptis munitionibus, facta tamen obligatione, quod ſi locus aut fundus, in quo munitio extrui cœpta, territorii eſſe Electoralis iudicetur, omnia in priſtinum reſtituantur. Reliquæ controuerſiæ coram dicaſterio Imperii expediantur. 1)

§. XXII. Ludouicus inter hæc, Gallorum Rex, Belgio æque atque Germaniæ inhiabat. 2) Mortuo enim a. 1665. Hiſpaniarum Rege, Philippo IV. Belgium inuadebat, Belgi-

95) Controuerſiæ rationem prolixius exponit 10. ab ALPEN *lib. I. §. XXXII. ſqq.* In appendice vero tertia Tomi XVI. DIARII EVROPAEI p. 15. reperitur Deductio, qua Ducatus Geldriæ Ius territorii in dictam dynaſtiam demonſtratur.

96) ALPEN *lib. V. n. LXXV.*

97) ALPEN *lib. V. §. XCVII.* Scripta hac in parte reperiuntur apud LONDORPIVM *Tom. VIII. p.* 920. *Tom. IX. p.* 324. 416. Ipſe Receſſus vero extat *p.* 481. & in RECVEIL *Tom. IV. p.* 156. PVFENDORF *de reb. Frid. Guil. lib. X. §. XIV. XV. XVI. XVII.* THEATR. EVR. *Tom. X. p.* 338.

98) RINCK *p.* 672. Extant ſcripta in hac controuerſia apud LONDORPIVM *Tom. IX. p.* 737. 768. *in App. Tom. XXII.* DIARII EVROPAEI. ALPEN *lib. VI. §. XLV. lib. VIII. §. LX.*

99) Quid in controuerſia Brunſuicenſi olim factum, expoſui *Sect. VII. §. XXVIII. Sect. VIII. §. VI.* Occupatio vrbis vna cum deditionis articulis deſcribitur apud RINCKIVM *p.* 673. LONDORP *Tom. IX. p.* 769. DIAR. EVR. *Tom. XXIII. app. p. I.* THEATR. EVROP. *Tom. X. p. II. p.* 407. du MONT *Nouueau Recueil de Traités de Paix, Tom. I. p.* 195. ALPEN *lib. VI. §. LIII.*

100) Multæ iam olim inter Electores & vrbem Colonienſem controuerſiæ. Facta enim poſt mortem Theodorici Archiepiſcopi a. 1463. Vnio Prouincialis, a Capitulo & Statibus Colonienſibus, quo iura Electorum definiuntur atque limitantur, dicta *Erblandes Vereinigung*, quam poſtea omnes Electores, potiſſimum Adolphus a. 1550. Io. Gebhardus a. 1552. Erneſtus a. 1593. Ferdinandus a. 1614. Maximilianus Henricus a. 1650. iuramento confirmauerant, prout ſingula hæc ſcripta apud LVNIGIVM reperiuntur *p. ſpec. p.* 435. *ſqq.* Sub medium huius ſeculi, ratione iurisdictionis, controuerſiæ oriebantur inter Maximilianum Henricum & Colonienſes, Gallis potiſſimum fufflaminantibus, qui vrbi inhiabant. Publicabatur ab Electore Manifeſtum, cui vrbs opponebat *einen Gegenbericht.* Ab Electore vero publicabatur *Apologia des Ertzſtiffts Coelln, wieder Bürgemeiſter und Rhat deſſen Hauptſtadt Coelln auf das Churfürſtliche Manifeſt abgangenen vermeinten Gegenberichts, Bonn* 1658. *f.* quæ ſatis prolixa eſt, multis adiectis documentis. Huic a parte Ciuitatis VI. Iulii 1659. oppoſita eſt Proteſtatio, qua demonſtratur, dictam Apologiam contrariari Colonienſium Priuilegiis & Vnioni Prouinciali, quam exhibet GASTELIVS *de Statu Publico Europæ. c. XXXII. p.* 919.

1) Quid in hac controuerſia actum & publicatum, exponitur apud IO. ALPEN *vitæ Chriſt. Bernhardi lib. VII. incunte*, qui etiam §. *IV.* Receſſum exhibet. PVFENDORF *de reb. Friderici Guilielmi lib. XI. §. XX.* exponit conſilia Electoris & Gallorum hac in cauſſa. DIAR. EVR. *Tom. XXVII. p.* 435. Extat Receſſus apud GASTELIVM *c. l.* in RECVEIL *Tom. IV. p.* 289.

2) Tam temerarii Galli erant, vt in ipſum Imperium Regis prætenſiones extenderent, prout teſtatur ſcriptum: *des iuſtes pretenſions du Roy ſur l' Empire par le Sr.* AVBERY *à Paris* 1667. 12. Huic HENRICVS KIPPINGIVS notas adiecit ſcripto oppoſitas. Sic etiam ipſi oppoſita fuerunt *Axiomata Politica Gallicana* & NICOLAI MARTINI *Libertas Aquile triumphantis.*

Belgicas prouincias ex iure deuolutionis petens. 3) Dum igitur Rege adhuc minorenne, miſer Belgii eſſet ſtatus, & belli adparatus, dum Hiſpanis non niſi duodecim peditum eſſent millia, equitum quaterna, eademque e Nobilium famulis conflata, nec in iisdem caſtris; & ſtipendiorum defectu, crebris inter ſe ſeditionibus & cum Prouincialibus colliſi. Aerarii vltima egeſtas; fundis plerisque, & vectigalibus, praua Gubernatorum adminiſtratione oppignoratis. Deſtituebantur Hiſpani a vicinis, dum Carolus II. M. Britanniæ Rex ab ipſis eſſet alienus, Bataui inter ſe eſſent diuiſi, varii Germaniæ Principes auro Gallico corrupti. 4) Galli vero lectiſſimis copiis inſtructi a. 1667. Belgium inuadunt, Tornacum, Duacum, Caroloregium, Inſulas, Aldenardam, Athum, Tornacum, Cortracum, Furnas, Armentarias occupant. Sæuiente hyeme Burgundiæ Comitatum, decem ac quatuor dierum interuallo, vno victoriarum curſu, Condæo Duce percurrunt potius, quam ſubigunt. Locorum Præfectis plerisque iamdudum auro expugnatis. Hyeme inter paciſcendum fruſtra exacta, 5) poſtquam pro conſeruando Belgio d. 23. Ianuarii 1668. inter Anglos, Belgasque, atque Weſtmonaſterii fœdus tripartitum *die triple Aliance* inter Anglos, Suecos, Belgasque d. 25. Aprilis 1668. de eodem fuiſſet concluſum. 6) Ad Iunii initium fiunt induciæ; per quas deliberarent Hiſpani: occupatas vrbes, an earum loco, rem æqui pretii, Lucemburgum, Cameracum, Ariam, Audomari Fanum perdere mallet. 7) Aquisgrani demum d. II. Maii 1668. ſemeſtri bello indecora pacificatione finis fuit impoſitus, memoratæ vrbes iuratis pactis in Galliæ ius adſcriptæ; Burgundia tamen reddita, quam nec Heluetos in Galli poteſtate paſſuros, falſo tum credebatur. 8) Huius Aquisgranenſis pacis Guarantiam etiam dicti Fœderati Hagæ Comitum d. 7. Maii 1669. ſingulari fœdere ſuſceperunt. 9) Nec vero tuta Gallorum fides. Hi enim Belgis Fœderatis infenſi, quod de Belgio Hiſpanico conferuando ſolliciti, 10) eosdemque ſcriptis quibusdam iniuriosis irritauerant, ad bellum contra eosdem ſe præparabant, 11) concluſo etiam cum Anglis, Suecis, 12) Colonienſi 13)

3) Viſtatum hoc erat in Brabantiæ Ducatu, vt diſſoluto matrimonio, bona ſuperſtitis Parentis ad eiusdem thori liberos deuoluantur, excluſis his, qui ex ſecundo matrimonio fuerint geniti, idque vocabatur *Ius deuolutionis*, de quo ſingulari Tractatu egit PETRVS STOCKMANNVS, qui cum declaratione vtriusque partis extat *in appendice Tomi XVI.* DIARII EVROPAEI, & pars ſecunda *in appendice Tomi XVII.* Dum igitur Galliæ Regis vxor Maria Thereſia ex priori coniugio Philippi IV. cum Iſabella Henrici IV. Regis filia fuiſſet nata, ex eodem capite ſucceſſionem petebat in prouincias. Pro iure Gallico, ANDREAS AVBERIVS edidit *Traité des droits de la Reine tres chretienne ſur diuers Eſtats de la Monarchie d' Eſpagne, à Paris* 1667. 12. quod ſcriptum etiam latino ſermone extat in *appendice* DIARII EVROPAEI *Tomi XV.* & germanice *in appendice Tomi XVI.* Contra hunc prodiit *Dialogue ſur les droits de la Reyne Tres-Chreſtienne, atque Deduction, ex qua clariſſimis argumentis probatur contra Gallos, non eſſe ius deuolutionis in Ducatu Brabantiæ*, quæ extat *in appendice Tom. XV.* DIARII EVROPAEI. Ad vtraque ſcripta tamen reſpondetur per *Remarques pour ſervir de Reponſe a deux Ecrits imprimez à Bruxelles* 1667. 12. Contra has iniquas Gallorum Prætenſiones, facit etiam *Bouclier d' Eſtat & de Juſtice, contre le deſſein manifeſtement découuert de la Monarchie Vniuerſelle, ſous le vain pretexte des pretenſions de la Reyne de France*, 1667. in dicta appendice. In *Appendice* vero *Tomi XVIII. La Verité defendue des Soſiſmes de la France.* Omnium curas ſuperat PETRI GONTZALES de SALCEDO *Examen de la Verité où Reſponſe aux Traitez publiez en faueur des Droits de la Reyne Tres-Chreſtienne, ſur diuers Eſtats de la Monarchie d' Eſpagne, a Bruxelles* 1673. *f.* ex Hiſpanico in Gallicum ſermonem translatum, cui tamen reſpondet GEORG ABVSSON *dans la Defenſe du droit de Marie Thereſe d' Autriche, Reine de France, à la ſucceſſion des couronnes d' Eſpagne* 1674. 12. Obiiciebatur etiam Gallis Mariæ Thereſiæ renuntiatio, quam eo tempore iam inualidam reddere conabantur, de quo varia ſcripta *in appendice Tom. XV.* DIARII EVROPAEI. Extat ibidem p. 219. ROBERTI de GRAVEL, legati Gallici *Memoriale in Comitiis exhibitum*, vna cum IO. IACOBI SPEIDELII, Legati Burgundici ſubſtituti Memoriali, quo demonſtratur, Status Imperii teneri ſuccurrere Belgii prouinciis. Extant etiam hæc Memorialia & alia ſcripta apud LONDORPIVM *Tom. IX. p.* 524. 551. *in appendice* DIARII EVROPAEI *Tom. XVI. p.* 6. *ſeq.* PVFENDORF *de reb. Frid. Guil. lib. X.* §. *XXVIII.* WAGNER *lib. III. pag.* 210.

4) Hæc ſingula vberius exponit VVAGNER *lib. III. p.* 211.

5) THEATR. EVR. *Tom. X. p.* 681. 688. VVAGNER *p.* 210.

6) HISTOIRE DES TRAITEZ DE PAIX *Tom. I. pag.* 24.

7) VVAGNER *lib. III. p.* 21.

8) Extat pax Aquisgranenſis in THEATR. EVR. *Tom. X. p.* 762. *Appendice* DIARII EVROPAEI *Tom. XVII.* VVAGNER *p.* 217. Faciunt ad hanc hiſtoriam, Lettres de Mr. le Chevalier TEMPLE, *à la Haye* 1700. 8. *& du Comte d' ARLINGTON au Chevalier Temple, à Utrecht* 1701. 8. RECVEIL *Tom. IV. p.* 258. Promouerat eandem Tractatus, Gallos inter, Anglos atque Belgas in fano S. Germani 15. Aprilis 1668. pro communi orbis Chriſtiani quiete concluſus *pag.* 257. VVAGNER *pag.* 219.

9) HISTOIRE DES TRAITEZ DE PAIX *T. I. pag.* 25.

10) LONDORP *Tom. IX. p.* 653. in RECVEIL *Tom. IV. p.* 239. DIAR. EVR. *Tom. XIX. p.* 229. THEATR. EVR. *Tom. X. p.* 844. HISTOIRE DE TRAITES DE PAIX *Tom. I. p.* 24.

11) PVFENDORF *lib. XI. §. I. & IV. V.*

12) Concluſum iam antea fuerat fœdus Gallos inter atque Suecos, Fontisbellaqui 22. Sept. 1661. RECVEIL *Tom. IV. p.* 17. Holmiæ 3. Ianuarii 1663. RECVEIL *Tom. IV. p.* 70. Poſtea vero 6. Maii ſt. v. 1668. Holmiæ de fœdere conuenit inter Cæſarem & Carolum XI. Suecorum Regem pro tuenda pace VVeſtphalica, quod reperitur in *appendice* DIARII EVROPAEI *Tom. XVIII. p.* 97. Verum, cum Suecorum in aula Cæſarea legatus Eſaias Pufendorf efficere non poſſet, vt fœdus hoc firmaretur, prout PVFENDORF tradit *p.* 779. 14. Aprilis 1672. fœdus

ſi 13) & Monaſterienſi fœdere magis ſe firmabant.

§. XXIII. Nec Belgio ſolum inhiabat Gallorum Rex, ſed Germaniæ etiam prouinciis, atque inter has Lotharingiam adpetebat. Dum enim improlis eſſet Carolus IV. Dux Lotharingiæ, primo Vaudemontium ex impare matrimonio filium, ſcribere volebat hæredem. Verum, dum hæc minus procederent, inuiſum ipſi reddebant Galli, Nicolai Franciſci, qui frater ipſius erat, filium Carolum V. eundemque perſuadebant, vt accepta magna pecuniæ ſumma, & ſeptingentis librarum millibus annuis, terras ſuas Regi per Tractatus Pariſiis XI. Februarii 1662. concluſos, cederet, hoc ſimul adiecto, vt Duces Lotharingiæ inter Principes ſanguinis recepti, ſucceſſionis poſt familiam Borboniam eſſent capaces. 14) Carolus V. igitur, qui ex ſanguinis iure ſuccedere debebat, ne ceſſioni adquieſcere videretur, in Germaniam abiit, vt Cæſaris niteretur patrocinio. Et licet Ducem poſtea factæ ceſſionis pœniteret, ideoque Marſalii deditionem inſequenti anno detrectaret, iſta tamen vrbs Auguſto menſe an. 1663. armis ad deditionem fuit compulſa. 15) Dum autem Lotharingius Dux ob cauſſim Wildſangiatus copias aleret, in triplex fœdus admitti cuperet, variisque fœderibus necteretur, hoc contra pacta fieri Galli adlegabant, miſſoque ex improuiſo milite a. 1668. Nanceium, Spinale, Chatteam, immo totam regionem breui tempore occupabant, & parum abfuiſſet, quin ipſum Ducem intercepiſſent, qui pernicibus equis fuga ſalutem quærere fuit coactus, Coloniæ inde commoratus. Et licet Cæſar miſſo Pariſios Windiſchgrætzio Comite, Ducis reſtitutionem vrgeret, Galli tamen Comitis petita varie eludebant. 16)

§. XXIV. Mortuo XIV. Aprilis 1672. Friderico Guilielmo, Saxoniæ Duce, lineæ Altenburgenſis vltimo, controuerſia oriebatur de ſucceſſione in terras Altenburgenſes, & Coburgenſes. Duces enim Saxoniæ Fratres, lineæ Vinarienſis, hæreditatem ſecundum lineas cerni volebant, quam Erneſtus Pius, Gothanus, eo quod reliquis gradu eſſet proximior, ſolus petebat. Bernhardus Ienæ ſedem habens, Altenburgi vrbis atque præfecturæ poſſeſſionem ipſe adprehendebat, reliquæ præfecturæ vel a Vinarienſibus vel Gothanis occupabantur. Tandem vero mediante Io. Georgio II. Saxoniæ Electore, Altenburgi VI. Maii 1672. inter vtrosque conuenit, vt quarta hæreditatis pars Vinarienſibus, reliquæ terræ Erneſto Gothano ſoli obuenirent. Aſſignantur igitur Vinarienſibus Dornburgum cum arce & præfectura, Alſtedtum vna cum caſtro & præfectura, Rosla cum vrbe, Sulcza, ſalinis exceptis, quæ Gothanis relictæ, Bürgelia, vrbs arx & præfectura, præfectura Heusdorſenſis, quarta pars reditvum iuris conductus Erfurtenſis, ius ſupremum in dynaſtiam Rembdenſem & oppidum Apoldenſe, quorum dominio vtili gaudet Academia Ienenſis, præfectura Hardisleben cum prædio Schwabsdorf, dimidia pars præfecturæ Krainbergenſis. Votum Iſenacenſe, quod ad dimidiam partem, antea penes Gothanum fuerat, & quarta pars iurium circa Academiam & Collegia Ienenſia, quæ ideo inter vtramque lineam pari iure ſunt diuiſa. 17)

§. XXV. Dum

fœdus cum Gallo concludit, quo inter articulos ſecretos Art. IV. continetur: *cum itaque Imperator, aut quilibet alius in Imperio Electior aut Princeps copias auxiliares aduerſus Chriſt. Regem eiusque ſocios Foederatis Ordinibus mittere, aut dictam Ser. Mtem Chriſt. eiusue in Imperio ſocios aggredi decreuerit, tum Ser. Succiæ Rex, cum tempeſtiue a Rege Chriſt. requiſitus, & præmonitus fuerit, nimirum tres ante menſes, promittit, ſc. exercitum X. millium peditum, equitum vero ſex millibus conſtantem, ac omni apparatu bellico inſtructum in Ducatum Bremenſem, aut Pomeraniam eſſe miſſurum. Qui autem exercitus Imperatorem, aliosque ipſi cumunctos Imperii Principes, qui auxilia Foederati Belgii Ordinibus ſubminiſtrare, Regique Chriſt. eiusque ſociis damnum creare inſtituiſſent, vi aperta aggrederetur, omnique via, ne vlle copiæ auxiliares Foederatis Ordinibus ſubſidio ex Imperio contra Galliæ Regem mittantur, quoad poterit, armis impediret; nec prius ab armis deſiſtet Ser. Succiæ Rex, quam Imperator, aut alii ſupradicti Principes ab incepto deſiterint.* PVFENDORF *lib. XI. §. XXXV.* LONDORP *Tom. IX. p.* 804. RECVEIL *Tom. IV. p.* 296.

13) Fœdus cum Colonienſi 16. Februarii 1669. concluſum, extat in RECVEIL *Tom. IV. pag. 264.* De fœdere Colonienſi & Monaſterienſi ALPEN *lib. VIII. §. IX. XII.* Fœdus cum Anglis apud LONDORPIVM *Tom. IX. p. 808.* Denuntiatio belli Monaſterienſis Belgis facta *p. 811.*

14) THEATR. EVR. *Tom. IX. p. 788.* vbi etiam ipſi Tractatus exhibentur. Extant iſti etiam in RECVEIL *Tom. IV. p. 32.* DIAR. EVR. *Tom. VIII. pag. 84.* HISTOIRE DES TRAITTES DE PAIX *Tom. I. p. 405.*

15) THEATR. EVR. *Tom. IX. p. 1054.* DIAR. EVROP. *Tom. VIII. p. 102.*

16) De hoc plenius agunt LES MEMOIRES de Marquis de BEAVVAV, *pour ſervir à l' hiſtoire de Charles IV. Duc de Lorraine & de Bar.* THEATR. EVR. *Tom. X. p. II. p. 346.* RINCK *p. 655.* Conqueſtus deſuper Dux in Comitiis, ad quæ tamen reſpondet Gallorum legatus. LONDORP *Tomo IX. pag. 756.* DIAR. EVR. *App. Tom. XII.* Gallorum ius in Lotharingiam euertit BOECLERVS *Excerptis ſuis ex Actis Senatus in Parnaſſo.* Carolus V. poſtea in Cæſaris partes magis adlectus, ducta Eleonora Maria, Cæſaris ſorore, Michaelis, Poloniæ Regis vidua, cui Cæſar Tirolenſis Comitatus Reditus ceſſit, ipſeque Cæſareo Exercitui pleno iure fuit præfectus. VVAGNER *lib. VI. p. 440.*

17) MVLLER *Ann. Saxon. p. 498.* EYRING Vita *Erneſti Pii c. XXVII.* Tractatibus interfuerunt nomine Erneſti, filius ipſius Primogenitus Fridericus a Vinarienſibus adfuerunt Io. Georgius & Bernhardus, mandato etiam Io. Erneſti, fratris natu Senioris inſtructi. Receſſus Altenburgenſis extat apud GASTELIVM *de Statu Publico Europæ cap. XIX. p. 589.* & LVNIGIVM *p. ſpec. f. IV. p. 201.*

§. XXV. Dum igitur Belgii conſeruatio Germaniæ intereſſet, varia de eadem erant conſilia. Bilefeldiæ equidem dum de Gallorum inoliminibus variæ eſſent ſuſpiciones, inter Directores Circuli Weſtphalici, Electorem Brandenburgicum, Neoburgicum & Monaſterienſem VII. Aprilis 1671. fœdus defenſiuum ſubſcribebatur, quo ipſo Gallorum in Belgium irruptionem auertere cogitabant, 18) nihilominus Brandenburgicus, reliquique Principes ſuper Neutralitate ſollicitabantur. 19) Dum autem Galli magis ſe ad bellum præpararent, Belgæ Fœderati XXVI. Aprilis 1672. Coloniæ ad Spream nouum fœdus cum Electore Brandeburgico pangunt, quo ſeſe Elector ad XX. militum millia in Belgarum auxilium obligat, 20) ad quod Cæſar ſtatim inuitabatur. 21) Hic, licet ab initio tergiuerſaretur, ob fœdus Kl. Nouembris 1671. cum Gallo concluſum, 22) tamen XIII. Iulii ſt. v. fœdus defenſiuum pro firmanda pace Weſtphalica, Pyrenæa & Aquisgranenſi, atque congregandis ab vtraque parte XXV. militum millibus, fuit ſubſignatum. 23) Interea Galli, ipſo Rege præſente, Belgii fœderati prouincias a. 1672. ſubito inuadunt, & dum munimenta male eſſent firmata, prouiſaque, idoneis etiam Præfectis deſtituerentur, Vltraiectinam, Tranſiſalanamque prouinciam, magnamque Geldriæ ac Batauiæ partem primo impetu capiunt, Cliuenſem etiam Ducatum, cuius potiores vrbes Belgæ, ex pacto præſidiis firmauerant. 24) Perutilis Gallis erat cum Colonienſi Electore & Monaſterienſi Epiſcopo contracta ſocietas, qui non ſolum Batauorum terras inuadebant, ſed etiam Gallorum copias in terras ſuas recipiebant. 25)

§. XXVI. His Gallorum ſucceſſibus, dum ad incitas fere redacta fuiſſet Belgarum fœderatorum Reſpublica, Brandenburgicus Elector, poſtquam cauſſas expeditionis ſuæ publicis ſcriptis expoſuiſſet, 26) Cæſareo militi ſub duce Montecuculio Halberſtadti iunctus, per Weſtphaliam Belgis ſubuenire tentabat, ſed Montecuculio ſuadente, vel tergiuerſante potius, ob fœdus Cæſaris cum Ludouico, vt ſuperato Rheno ac Moſella, ac intercepta annonæ ſubuectione, Galli inopia atterantur, 27) de Rheni tranſitu cum Moguntino, Treuirenſi atque Palatino (dum Gallo fauerent atque bello implicari nollent,) fruſtra agebatur. 28) Dum autem omnia apud Nierſteinum infra Moguntiam Palatinæ ditionis, ad Rheni tranſitum eſſent parata, occurrente cum exercitu Turennio, qui cum Condæo ſe iunxerat, in Weſtphaliam ſe vertunt, vbi Monaſterienſis, qui in Comitatum Marcarum irruperat, Lunam, Vnnam, Rhedam aliaque oppida parum munita occupauerat, 29)

Schema ſucceſſionis tale eſt:

Io. Fridericus
Elector

lin. Altenburgenſis Io. Guilielmus		*linea Vinarienſis*
Fridericus Guilielmus		Iohannes
| *lin. Vingrienſis*		*lin. Gothana*
Frider. Guilielmus II.	Wilhelmus	Erneſtus
|	|	
Frider. Guilielmus III. † 1672.	Io. Erneſtus.	Io. Georgius. Bernhardus.

18) PVFENDORF *de reb. Frid. Guil. lib. XI. §. XX.* antea iamdum Brunſuici 22. Auguſti 1667. inter Colonienſes & Brandeburgicos Electores, Duces Brunſuico-Lüneburgenſes & domum Haſſo-Caſſellanam fœdus defenſiuum fuerat confectum, quod reperitur in RECVEIL *Tom. IV. p. 226.*

19) PVFENDORF *lib. I. §. XXI.* Concluſum etiam iam ante a. 1664. fuerat fœdus cum Brandenburgico, RECVEIL *Tom. IV. p. 92.*

20) PVFENDORF *lib. XI. §. XLVIII.* RECVEIL *Tom. IV. p. 303.* LONDORP *Tom. IX. p. 817.* Concluſum iam ante fuerat Cliuiæ 16. Febr. 1666. fœdus defenſiuum inter Belgas Fœderatos & Electorem, quo etiam ius præſidii in Cliuenſibus munimentis ipſis relinquitur. RECVEIL *Tom. IV. p. 133.*

21) PVFENDORF *lib. XI. §. XLIX. L.*

22) RECVEIL *Tom. IV. p. 256.* quo ſe obligauerat Cæſar, ſi Belgii Fœderatis contra Gallorum Regem in auxilio haut futurum. LONDORP *Tomo IX. p. 820.*

23) PVFENDORF *§. LI.* RECVEIL *Tom. IV. p. 308.* THEATR. EVR. *Tom. XI. p. 32.* VVAGNER *lib. IV. p. 282.* qui etiam ſub initium libri quarti vberius exponit, quæ animi tunc ſenſus fuerint Regum Europæ & Germaniæ Principum. Quid ſuper his fœderibus ſenſerint Galli, LONDORPIVS *Tom. IX. p. 825.* vna cum variis ſcriptis huc facientibus, exponit, ALPEN *lib. VIII. §. II.*

24) Hunc Belgii ſtatum breuiter deſcribit PVFENDORF §. LIV. *Belgarum Reſpublica interim in periculoſiſſimum ſtatum præter omnium opinionem prolapſa erat, intra vnius menſis ſpatium tribus prouinciis a Gallo & fœderatis Colonienſi ac Monaſterienſi occupatis, Geldria, Tranſiſalania, & Vltraiecto, vna cum oppidis, quas Belgæ in Colonienſi præſidiatu, & Cliuia infederant. Et omnes quidem vrbes languida, aut nulla defenſione oppoſita malignis legibus dedita; niſi quod ſolum Neomagum nonnihil vigoris oſtendit, ac demum Groninga acerrime in ſui defenſionem conixa, Monaſterienſis oppugnationem cum gloria ſuſtinuit, ac obſidium re infecta ſoluere coëgit. Quin iam in ipſa Hollandiæ interiora penetrabatur, ac tantum non in conſeſtu Amſteledamum erat, ni perruptis aggeribus ſuperfuſæ terris aqua Gallorum impetum ſiſtiſſent.* De his progreſſibus:

Vna dies Lotharos; Burgundos hebdomas vna
Vna domat Batauos Luna, quid annus erit?

THEATR. EVROP. *Tom. XI. p. 270. ſqq.* ALPEN *lib. VII. §. XXIV. ſqq.* PETRI VALCKENIERS *verwirrtes Europa, der Verunruhigte Hollendiſche Lawe.* In Tomo XXVIII. DIARII EVROPAEI varia ſcripta reperiuntur, quæ huc faciunt. In Tomo XXVII. DIARII EVROPAEI reperitur *der Erſchutterte Lawe*, quo geſta belli Belgici ab anno 1671. ad 1673. continentur. *Memoires de ce, que s' eſt paſſé dans la Chreſtienté depuis le commencement de la Guerre l' an 1672. iusques à la Paix conclue en 1679. par le Chevalier* TEMPLE, *à Amſterdam 1708. 8.*

25) VVAGNER *lib. IV. p. 283.*

26) PVFENDORF *lib. XI. §. LXIX.* 10. ab ALPEN *lib. VIII. §. XXIV.* LONDORP *Tom. IX. p. 890. Tom. X. p. 1. ſqq.*

27) PVFENDORF *lib. XI. §. LXI.*

28) PVFENDORF *§. LXII. LXIII. LXIV.* Pontis Argentoratenſis Rhenani quoque pars ideo a Gallis comburebatur, ne iſthac Germani tranſirent, de quo LONDORP *Tom. X. p. 42.* VVAGNER *lib. IV. p. 299.*

29) PVFEN-

rat, 29) repellitur, alias hac expeditione nihil memoratu dignum fuit geſtum, Montecuculio Lobcouitii mandatis impedito, ne quid vel minimum aleæ habens, tentaret. 30) Et licet Bornouuillius, qui Montecuculio ab exercitu diſcedente ſucceſſerat, ineunte anno 1673. 31) de ſumma rerum prœlio certare conſtituiſſet, Brandenburgicus etiam Elector, in loco Marcani Comitatus, *der Birckenbaum* dicto, idem tentaret, Turennio tamen ſe ſubducente, nihil actum. 32) Concludebatur equidem XII. Septembris 1672. fœdus inter Cæſarem, Danum, Brandenburgicum, Cellenſem, Guelferbytanum, Caſſellenſem, quod tamen ad defenſionem ſaltim ditionum Fœderatarum ſpectabat. 33) Dum autem Brandenburgicus exercitus in Marchiam, Cæſareus in Bohemiam reuerteretur, terræ Brandenburgici Weſtphalicæ Turennii & Monaſterienſis inuaſioni erant expoſitæ, quod Electorem, inſtante Monaſterienſi & Neoburgico, permouit, vt XVI. Iunii 1673. in caſtris Turennii Voſſemenſibus prope Louanium, pacem cum Gallo ſubſcriberet, his conditionibus, vt miles Gallicus e Cliuia aliisque Electoris ditionibus abduceretur, eædemque, Weſalia & Reſa exceptis, quæ ad finem vsque belli Regi relinquuntur poſſidenda, Electori reſtituantur, nec Regiis tranſitus concedatur ſine Electoris conſenſu, hoc tamen adiecto, ne quid contra Imperium fiat. Per articulos ſeparatos promiſſa fuerunt Electori octingenta librarum Gallicarum millia, Anglorum etiam Rege ad Gallorum inſtantiam hanc pacem ſubſignante. 34) Tametſi Rex Galliæ has pacis conditiones non antea quam in caſtris ad Moſæ Traiectum adprobaret.

§. XXVII. Inter hæc, poſtquam Hagæ Comitum XXX. Auguſti 1673. fœdus arctius cum Leopoldo Imp. & Hiſpaniarum Rege Carolo II. Belgæ Fœderati pacti fuiſſent, 35) Cæſar, luſtrato Egræ exercitu, cauſſas ſuſceptæ in Gallos expeditionis, in Comitiis Ratisbonenſibus exponit, licet & Bauarus & Brandenburgicus diſſuaderent. 36) Hinc e Bohemia in Germaniam, Rhenum verſus, duce Montecuculio mouent Cæſareani, quibus obuiam iturus Turennius, cum exercitu ſuo æque in Germaniam penetrat, Aſchaffenburgum ad Mœnum & Fridburgum Wetteraniæ occupat. Tum ad Rhenum Decem Alſatiæ Ciuitates Imperiales, 37) ad Moſellam Treuiri intercipiuntur. Cæſareani Turennio oppoſiti, haut procul a Mœno aliquamdiu conſiſtunt, neutra parte vim magnam machinante, & licet prope Ochſenfurtum Franconiæ ventum ad manus fuiſſet, plurimum etiam damni a Cæſareanorum machinis Galli caperent, permoueri tamen non poterat Montecuculius, vt vniuerſis viribus congrederetur, dum litteris a Lobkoüitio miſſis, pugnare vetaretur. Fremente paſſim milite, in manibus infringi palmam, vſus tenebris, pugnantiumque tumultu Turennius, in colles ac Werthemium euaſit, Montecuculius vero ſuos feliciter ad Rhenum ducebat, 38) in Vbiis Araufionenſi ſe iungens. Hinc Bonnam XIII. Nouembris, aliaque Archiepiſcopatus loca intercipiunt; tum in his, ac Weſtphalia, Iuliacenſi, Montium Ducatu, ad Eiffelam & Wetterauiam hyberna eligunt Cæſareani. Bataui vero in Vbiis graues, domum regrediuntur. 39) Hoc Cæſareanorum aduentu Galli poſtquam XXX. Iulii 1673. Traiectum ad Moſam deditione ceciſſent, 40) licet operoſa ipſis fuerit oppugnatio, quotidie arctiores, permultas Belgii Fœderati vrbes relinquunt, non niſi Traiecto & Grauio, ſibi ſeruatis. 41)

§. XXVIII. Inter hæc belli conſilia, de pace quoque agebatur. Non enim Belgæ ſolum in Regis Gallorum caſtra legatos iam an. 1672. miſerant, quibus duræ admodum conditiones proponebantur: 42) nihilominus pleræque Hollandiæ vrbes, ac quatuor prouinciæ, Geldria, Hollandia, Vltraiectum & Tranſiſalania conſentiebant, vt legatis facultas concludendi mitteretur, ea lege, vt ſeptem prouinciis libertas & iura priſtina ſalua perſi-

29) PVFENDORF §. *LXVII.* 10. ab ALPEN *lib. VIII.* §. *VIII. XIV.* THEATR. EVROP. *Tomo XI. p. 602.*

30) PVFENDORF §. *LXXXII.*

31) PVFENDORF §. *LXXXII.* 10. ab ALPEN *lib. VIII.* §. *XIV.*

32) PVFENDORF *c. l.* ALPEN §. *XVI.*

33) PVFENDORF §. *LXXI.* LONDORP *Tomo IX. p. 822.* Du MONT *Memoires Tom. II. p. 751.*

34) PVFENDORF *lib. XI.* §. *XCV.* ALPEN §. *XXI. XXII.* RECVEIL *Tom. IV. p. 319.* De hoc pacis negotio SAMSON *Hiſt. de Guillaume III. Tom. III. p. 67. ſqq.* Qua ratione Brandeburgicus Elector deſuper ſe excuſauerit, exponit WAGNER *lib. II. p. 305.*

35) 10. ab ALPEN *lib. VIII. p. 365.* THEATR. EVR. *Tom. XI. p. 514.* VALCKENIER §. *LXXXVIII.* LONDORP *Tom. X. p. 91.* RECVEIL *Tom. IV. p. 321.* ACTES & MEM. *Tom. III. p. 573. 580.* SAMSON *Hiſt. de Guillaume III. Tom. III. p. 179.* Promittebat Imp. Belgis ſe in auxilium triginta hominum millia eſſe miſſurum, acceptis per menſes quadraginta quinque Ioachimicorum millibus.

36) 10. ab ALPEN *lib. VIII.* §. *XXX. XXXI.* PVFENDORF *lib. XII.* §. *XI.* LONDORP *Tom. X. p. 74.* DIAR. EVR. *Tom. XXVII. pag. 505.* RINCK *p. 689.* VALCKENIER *Verwiert Europa* §. *LXXXI.* WAGNER *p. 368.*

37) De harum querelis ad Comitia delatis LAGVILLE *Hiſt. d' Alſace Tom. II. p. 219. ſqq.*

38) THEATR. EVR. *Tom. XI. p. 375.* DIAR. EVR. *Tom. XXVII. pag. 504.* VALCKENIER §. *LXXXI.* 10. ab ALPEN *lib. VIII.* §. *XXXIII.* RINCK *p. 694.* WAGNER *lib. IV. p. 313. 319. 321.*

39) 10. ab ALPEN *lib. VIII.* §. *XXXIX.* WAGNER *p. 322.* SAMSON *Hiſt. de Guillaume III. Tom. III. p. 2.*

40) Extat *Iournal Fidele de tout ce qui s' eſt paſſé au Siege de Maſtricht, à Amſterdam 1674.* 8. SAMSON *Hiſt. de Guillaume III. Tom. III. pag. 85.* qui auctor eſt, Gallos in hac obſidione amiſiſſe nouem hominum millia.

41) 10. ab ALPEN *lib. VIII.* §. *XL.*

42) Extant illæ ap. PVFENDORFIVM *Lib. XI.* §. *LV.* & in RECVEIL *Tom. IV. p. 309.* ALPEN *lib. VII.* §. *XLVII.*

43) PVFEN-

perſiſterent, quidquid extra eas dem, in Flandria potiſſimum & Brabantia poſſiderent. Gallis cederetur, quibus Amſtelodamum fortiſſime contradicebat, vt & Zelandia, Friſia & Groninga. Conuerſis tamen Belgarum rebus, hæc negotiatio abrumpebatur. 43) Poſtquam Cæſarei Belgis accederent, Sueciæ legati in omnium partium aulis, & in Germania, Moguntinus, Bauarus, Brandenburgicus Electores, de armiſtitio laborabant, ſed fruſtra. 44) Interuentu tandem Caroli XI. Suecorum Regis, de pace agi cœptum. In ipſo limine, ſtudioſius ambages quæri, quam pacem, oſtendit ſterilis de loco, & diuturna controuerſia. Galliæ Rex, & Angliæ Dunkerckam optabant. In eos carceres nemo fœderatorum, ſolo Gallicæ fidei præſidio compingi lubens volebat. Ergo octo vrbes ad delectum Regibus nominant; Hamburgum, Francofurtum, Brunſuicum, Dortmundam, Coloniam, Aquisgranum, Osnabrugam, Antwerpiam. Colonia primum placuerat, iamque pars Legatorum eo aduenerat cum Dominatrice Lutetia aliæ Leges afferuntur: Colloquium Aquisgranum edicitur, eo obtentu; quod Granæ Cæſarea legio intutam faceret Coloniam. Forſaſſe, quia felix Aquisgranum ſibi nupera pace experti, loci omen ſequebantur. Euicit tamen Præſul, & Magiſtratus Colonienſis, vt ſuæ vrbi id honoris obtingeret. Granæ legio vrbi fidem Sacramento iurauit. Adſuere e Gallia Legati, Chaunius Dux, Armoricæ Prætor, cum Courtino & Barillonico, nulla nota inſignitus. Ab Anglica Ienckinus, & Williamſonius; ab ſingulis Batauorum Prouinciis, ſinguli; cum Fagelio Penſionario, Beuerningio & Harreno; Monaſterienſis denique, aliorumque Principum Oratores. Perfecto Cæſarem inter & Hiſpanos fœdere, Inſulanus Baro, & Königſeggius ab Cæſare, & Emanuel Lyra, Hiſpanus acceſſere. Petrus Sparrhius, & Eduardus Ehrenſteinius, Conciliatorum perſonam, Sueciæ nomine geſsêre. Tractatus initio Iunii anni LXXIII. cœpti, ad Februarium anni ſequentis, ſpe ſucceſſuque vario & ad belli fortuita attemperato tenuêre. Prima Conciliatorum cura fuit: Inducias obtrudere partibus, cum ad tutiorem vtrinque Nunciorum commeatum; tum vt tranquillioribus, neque per mutuas clades irritatis animis, ſuſciperetur Pacificatio. Conſilium ambabus vlnis amplexi Gallus, & Anglus; Batani conſtanter reſpuêre. Poſt multas altercationes, & varias ab arbitris propoſitas pacificationis formulas, integra Pacificatio partim ob immodica Gallorum poſtulata, partim ob Lotharingi & Fürſtenbergii cauſam fuit abrupta. Lotharingi, fœderati Ducis cauſam, Cæſar, Batauique ſuam fecerant. Negabant Galli, Ducis Legatum pro Legato ſe habituros; aut ad Conuentum omnino admiſſuros. 45) Guilielmus vero Egon Fürſtenbergius Gallis nimium fauens, peculiarem transactionem inter Cæſarem & Colonienſem impediebat, & in hoc congreſſu legatus Colonienſis haberi volebat. Hunc IV. Februarii 1674. inclinato in veſperam die, a Comitiſſa Marcana, cuius conuerſatione delectabatur, regrediens, in loco minus frequente, quadraginta milites e legione Marchionis Granæ immiſſi inuadunt, ac cæſis aut ſauciatis comitibus, extra portam abreptum, traiecto Rheno, Tuitium, inde Siburgum, ac demum Bonnam abducunt. Conquerebantur Galli ac Colonienſis, Sueci etiam tanquam ſequeſtres, Viennæ & Ratisbonæ de violato gentium iure, quibus tamen a Cæſare reſponſum: ſibi non conſtare, Fürſtenbergium legati dignatione fuiſſe præditum, potius ipſi tanquam Imperii & domus Auſtriacæ vaſallo haut licuiſſe nefaria facinora & conſilia contra Cæſarem & Imperium agitare, legionis quoque Gallicæ, nulla auocatorii edicti cura, tribunum agere. Iuſte igitur ipſum in cuſtodiam fuiſſe datum, ne ei amplius liceat, exitiabilem conſiliorum telam in perniciem Cæſaris ac Germaniæ pertexere. Licet Sueci regererent, eum ab omnibus aliis pro legato habitum, conſiliarium intimum Electoris Colonienſis, fidelitatis iuramentum Cæſari nunquam præſtitiſſe, bonorum expectationi in fratrum ſuorum gratiam renuntiaſſe; durantibus tractatibus tribuni functionem non geſſiſſe, nec ab executione proceſſum fuiſſe incoandum; ideoque eius reſtitutionem fruſtra petebant. 46) Accedebat, quod carruca cum vaſculis aliquot, vti venditabatur, adſti vini plenis, Nouefium deſtinata, in porta ab excubiis attineretur, atque ad ædes Kilmanſeci, militiæ præfecti duceretur. Recluſa mox vaſcula præter nitratum puluerem, imperiales prodebant quadragies mille, deſignatum Nouefiano, vicinisque Gallorum præſidiis ſtipendium. Quod cum fruſtra repeterent Gallorum legati, abitum palam & vindictam comminantur. 47) Dum hæc fierent, pax inter Anglos & Belgas IX. Februarii ſt. v. 1674. Weſtmonaſterii per Fresnium Marchionem paucas intra horas, concluſa fuit, dum Parlamentum amplius ferre nollet, bellum

43) PVFENDORF *c. l.*

44) IO. ab ALPEN *lib. VIII.* §. *XXXIV.* LONDORP *Tom. X. p. 56.*

45) Hæc verbis WAGNERI ſcribo *lib. IV. p. 327.* PVFENDORF *lib. XII. ineunte.* Extant de hoc varia ſcripta apud LONDORPIVM *Tom. X. p. 53. ſqq.* RINCK *p. 697.* Galli equidem & Sueci conuentum Aquisgranum transferri volebant, eo quod Colonia legionem Imperialem ſub Marchione de Grana recepiſſet SAMSON *Hiſt. de Guillaume III. Tom. III. p. 79.*

46) PVFENDORF *lib. XII.* §. *IX.* 10. ab ALPEN *lib. VIII.* §. *XLIV.* LAGVILLE *Hiſt. d' Alſace Tom. II. p. 931.* Varia ſcripta de hoc negotio extant apud LONDORPIVM *Tom. X. pag. 131.* vbi etiam *p. 139.* inſerta eſt *Guilielmi Principis Fürſtenbergii detentio, ad Cæſaris authoritatem, ad Tranquillitatem Imperii, ad pacis promotionem, iuſta, perutilis, neceſſaria*, quæ antea an. 1674. ſeparatim prodierat, DIAR. EVROP. *Tom. XXIX. app. pag. 1.* THEATR. EVR. *Tom. XI. p. 564.* RINCK *p. 702.* WAGNER *p. 330.*

47) ALPEN *lib. VIII.* §. *XLIV.* Extat Memoriale Gallicorum legatorum ſub diſceſſum relictum

bellum tam exitiale contra peculiares Angliæ rationes, & publicas Europæ contiuuari. 48) Depactum eſt ad Bredanæ pacificationis formulam. Batauis octingenties mille Imperiales imperati, quos per certa interualla perſoluerent. 49) Sequebatur Coloniæ II. Aprilis 1674. pax cum Monaſterienſi 50) & II. Maii 1674. pax cum Colonienſi Antiſtite, reſtitutis vtrinque ablatis. 51) Poſt ſolutos iſtos Tractatus, Hagæ Comitum equidem per Suecorum Legatum Eduardum Ehrenſtein denuo de pace agebatur, 52) ſic etiam Viennæ per Suecorum legatum, Benedictum Ochſenſtierna, 53) ſed omnia fuerunt fruſtranea.

§. XXIX. Finita igitur Colonienſi tractatione, de bello Gallis ab Imperio decernendo agebatur, quod Grauelius Gallorum legatus fruſtra impedire conatur, 54) qui tamen a Cæſare Ratisbona & Imperio XXIX. Aprilis exire iuſſus. 55) Dum autem Gallorum non ſolum præſidium Philipsburgenſe ſubditos Palatinos, obtentu fœderis Cæſarem inter & Palatinum initi, licet ad finem perductum haut fuerit, 56) varie infeſtaret, præfecturam etiam Germersheimenſem deſuper fruſtra conquerente Palatino, vrbemque Spiram occuparet, 57) auxilia non ſolum a Circulo Franconico, Sueuico & Rhenano, 58) ſed etiam bellum ab Imperio contra Gallum 59) decernitur, contranitente licet Gallo Suecoque. Vniuerſis Imperii copiis Fridericus Durlaci Marchio; Legati nomine, Erneſtus Haſſus, Equitatui Maximilianus Bauarus, Peditatui Würtenbergi Dux præficitur. 60) Coloniæ ad Spream XXI. Iunii 1674. fœdus inter Cæſarem, Hiſpanum, Brandenburgicum ac Belgas concluditur, de bello contra Gallos continuando. 61) Idem Cellis XX. Iunii a. 1674. factum cum Georgio Guilielmo & Rudolpho Auguſto Bruſuico-Lüneburgenſibus Ducibus 62) & Hagæ Comitum X. Iulii 1674. cum Chriſtiano V. Danorum Rege 63) Monaſterienſi Præſule multa armatorum millia Cæſari ſuppetias mittente. 64) Matureſcente igitur æſtate, Galli tripartito agebant. Rex initio ſtatim Burgundiam ingreſſus, atque Heluetis otioſe ſpectantibus, expugnatisque paucas intra ſeptimanas arcibus, oppidisque omnibus, toti mox Comitatui, antequam vllus in campo eſſet fœderatorum miles dominabatur. 65) Alios Condæus in Belgio, Turennius in Germania exercitus ducebat. Turennio Palatinatum diuaſtante, Fridericus Guilielmus Electior Brandenburgicus, qui exercitum viginti millium ducebat, Cellenſis ac Guelferbytanus Duces, duodecim armatorum

ctum, in quo diſceſſus ſui cauſſas exponunt apud LONDORPIVM *Tom. X. p. 161.* In DIARIO EVROPAEO *Tom. XXIX.* reperiuntur varia ſcripta huc facientia. VVAGNER *p. 333.*

45) VVAGNER lib. IV. p. 333. *Angliæ Regem peculiaret morbi premebant. Plebs Gallicano nomini, ab omni euo infeſta, in belli ſumptus, ne aſſem conferebat; quia belli ſuaſores, Arlingtonum, Lauerdalium, Bukingamium, perduellionis arceſſebat. Grauis in ipſorum caput coibat procella, ni populatis tempeſtatis minas Parlamenti auxilio, ac feſtinata pace diſcuterent. Et offenderat Regem, fruſtrata per Gallorum perfidiam, ſuperioris anni expeditio; magno Anglicana gentis dedecore, cui de natali gloria haud parum detractum. Batani precibus, modeſtia, obſequio delinire Regem, Hiſpaniæ Reginam, hortatu, minis, officiis incitare dubitantem.*

49) PVFENDORF *lib. XII. §. X.* LONDORP *Tom. X. p. 149.* RECVEIL *Tom. IV. p. 330.* 10. ab ALPEN *lib. VIII. §. XLII.* ACTES & MEM. *Tomo I. p. 606.*

50) ALPEN *lib. VIII. §. XLVIII.* RECVEIL *Tom. IV. p. 332.* LONDORP *Tom. X. p. 160.* VVAGNER lib. IV. p. 334. *porro amiſſa, ac per irritam oppugnationem, retentata Couerda; Rabenhauptius cum exercitu imminens Weſtphalia; inde minas intentani Sporkius, inuito pacem, ac fœdus Gallicum excuſsere. Batauis reddita omnia, neque præter bellandi voluptatem, lucrum e bello aliud retulit.*

51) ALPEN *lib. VIII. §. LIV.* RECVEIL *Tomo IV. p. 334.* LONDORP *Tom. X. pag. 169.* VVAGNER lib. IV. p. 334. *Colonienſis, ne vnice a Fürſtenbergii conſiliis pependiſſe videretur, diutius reſtitit. Bonnam a Cæſareis, Rhensbergam, ac Meurſam, a Batauis, liberumque in Tranſiſulania, Catholicorum ſacrorum cultum repetebat. Poſt in hac conditiones conuentum eſt. Ternas, quas ſub ſignis habebat, legiones fœderatis permitteret; tres e Conſiliariis, aula, locoque moueat; iis ſurrogatis, qui Cæſari placuerint; Bonnæ præſidiarii fidem ipſi iurarent; viciſſim a Batauis Rhenobergam reciperet. Pax iſthæc, in cunis prope, ab Argentoratenſi præfocata eſt. Præſulis legiones, aduerſus pacta Gallis tradi-*

derat. Harebatque negotium, ni terras alias foederatorum vſibus ſuo ſe ſine conſcripturum recepiſſet. HISTOIRE DES TRAITTES DE PAIX *Tomo. I. pag. 371.*

52) Acta hæc exhibet LONDORP *Tom. X. p. 187.*

53) Acta exhibet LONDORPIVS *Tomo X. pag. 222.*

54) PVFENDORF *lib. XII. §. XI.*

55) Extat decretum Imperiale apud LONDORPIVM *Tom. X. pag. 274.* PVFENDORF *lib. XII. §. XXX.* Sic etiam Agens Gallicus Perſode Francofurto abire iuſſus, prout ſcripta reperiuntur in DIAR. EVR. *Prodr. p. II.*

56) VVAGNER lib. IV. p. 325. *Reuera actum Viennæ de ſocietate, Cæſarque Philippoburgum, ſuis ſumptibus recuperandum, ac Hagenoæ Præfecturam, fiduciario iure Palatino conferendam pollicitus fuerat. Ea Conſultatio (neque enim ad exitum perducta eſt) quum mox ad Gallos affluxit. Nihil enim tum Viennæ arcanum; & perinde fere dicebat Montecuculus: Lutetiam, an ad ipſum perſcriberentur litteræ.*

57) PVFENDORF *lib. XII. §. XXX.* LONDORP *Tom. X. p. 151. 154. 263.*

58) Extat de eo Receſſus Circuli Franconici, Windsheimi 6. Martii 1674. concluſus apud LONDORPIVM *Tom. X. p. 152.* De Conuentu Circuli Sueuici Vlmenſi, 18. Iulii 1674. & Turennii ad eum litteris, apud LONDORPIVM *Tom. X. pag. 173. 186.* Receſſus Circuli Rhenani Superioris Francofurti 22. Iunii concluſus *p. 174.*

59) ALPEN *lib. VIII. §. LVII.*

60) VVAGNER *lib. V. ineunte.*

61) ACTES & MEM. *Tom. I. p. 655.* PVFENDORF *lib. XII. §. XXXV.* RECVEIL *Tom. IV. p. 339.* VVAGNER *lib. V. p. 346.*

62) RECVEIL *Tom. IV. pag. 336.* ACTES & MEM. *Tom. I. p. 640.*

63) RECVEIL *Tom. IV. pag. 341.* ACTES & MEM. *Tom. I. p. 680.*

64) ALPEN *lib. VIII. §. LVII.* ACTES & MEM. *Tom. I. p. 729.*

65) WAGNER *lib. V. p. 346.*

rum millia duce Chauetio, cum Bourneuillio Cæsareanorum Duce se iungunt, & Turennio obuiam tendunt. Alius Exercitus Condæo in Belgio opponebatur ex Cæsareanis, Hispanis & Batauis. Præerat Cæsareanis Comes Souchius, Hispanis Dux de Villa Hermosa, Batauis Auriacus Princeps, qui & primatum obtendebat, disserente tamen hoc Souchio, qui etiam corruptæ expeditionis reus agebatur, vt cui nullum consilium displiceret magis quam quum reliquis, Batauorum Hispanorumque Ducibus maxime placeret. 66) Dum fruſtra Condæum obseruant, suis se munimentis continentem, Aldenardæ obsidionem decernunt. Eo castra sub Augustum mouentibus, Condæus a tergo est, & ad Seneffam Brabantiæ pagum Kl. Augusti st. v. acerrime pugnatur, plurimis vtrinque sauciis ac desideratis, cadentibus etiam Ducibus plerisque vtraque parte, vti solet in re dubia, victoriam sibi adscisceute. 67) Inde Aldenardæ obsidio a fœderatis fuit cœpta. Dum autem supplementis ab Humierio auctus Condæus, ad liberandam Aldenardam contenderet, hac præliandi occasione vltro oblata lætissimi Duces, quantis opus erat ad operum custodiam relictis, educunt exercitum, disponunt aciem, pugnam in alteram diem, alacerrimo militi indicunt. Vnus præter exspectationem Souchius consilio non interceſſit modo, sed silenti nocte, nemine commonito, aliam a fœderatis viam ingressus est, relictis etiam, festinandi studio, tormentis aliquot, ægre a Batauo milite Gandauum remissis. Inopinati discessus causſam per internuntium significat: quem ad pugnam delegissent, locum, iniquum sibi videri. Consecutus Souchium Arauſionensis, vno ab Aldenarda milliari, hostem in acie, diem integrum præstolatur. Profunda admodum fossa exercitum vtrumque diuidebat, quam cum neutra pars sine periculo superatura, nec volente Souchio dimicatum iri videretur, Gandauum denique, denſas inter pluuias retrocessum est. Licet Souchius desuper adinodum male audiret. Grauiter inde Viennæ accusatus, Sporckio tradere exercitum, & in suis, quos in Morauia tenebat, fundis exulare iussus, Cæsaris gratiam, Turcico iam bello deperditam nunquam deinceps recuperaturus. 68) Inde Grauiam mouet Auriacus, a Rabenhauptio ab Idibus Iulii fruſtra oppugnatam, quam Kl. Nouembris deditione capit. 69)

§. XXX. Dum interim Turennius crudeliter in Palatinatu ageret, ad certamen singulare ipsum Electior Palatinus prouocabat. 70) Postquam vero Cæsarei eidem obniam irent, sit VI. Iunii st. v. 1674. ad Sinsheimum, sub Carolo Lotharingiæ Duce prælium, qui tamen ancipiti licet victoria, metuens, ne a tergo circumfunderetur, receptui signum dedit. 71) Inde, dum Turennius versus exercitum Cæsareum prope Ladenburgum properaret, iste copiis longe inferior, Francofurtum recedit, Dunewaldo Tribuno extremum agmen egregie defendente. 72) Postquam autem Bournouillius, Cæsareanorum præfectus, per Lüneburgicas aliasque copias plurimum fuisset firmatus, Turennium fruſtra adgredi tentabat, qui se inter Weissenburgum & Lauterburgum nimium firmauerat. 73) Sed, dum Fœderati Argentoratum versus pergerent, & Turennius eosdem sequeretur, sit XXIV. Septembris st. v. ad Holtzheimum & Ensisheimum atrox prœlium, in quo nox inter-

66) WAGNER *lib. V. p. 360.*

67) WAGNER p. 361. *fuit hæc pugna, si vnquam alia, multiplex, varia, cruenta; Gallis primum secunda; anceps deinde; ad extremum exitiosa. Pars vtraque victoriam, supplicationibus, publicis gaudiis, celebrauit. Condæus, fortis, prouidusque Dux, & qui occasione vti nosset, laudem, ab omnibus abstulit. Nec Arauſionensis minus laudatus, qui e locis, pugnandique genere, impeditissimis saltum, & tantum non victorem exercitum eduxerit. Gallorum haud paulo plures cæsos, scriptoribus omnibus ese extra dissentientibus conuenit. Numerum quidam ad sex millia augent. E fœderatis interfecti ter mille, totidem capti, præter impedimenta plerague, aut hosti relicta, aut ne eidem obuenirent, combusta.*

68) Verba sunt WAGNERI *p. 363.*

69) ALPEN *lib. VIII. §. LXII.* THEATR. EVROP. *p. 710.* RINCK *p. 710.* Apud PVFENDORFIVM *lib. XII. §. LI.* omnis culpa belli non ex voto gesti, in Souchium reiicitur. Id quod etiam LES MEMOIRES DE CHAVAGNAC produnt *p. 371. sqq.* quem tamen ideo excusare conatur BAYLE *Dictionnaire voce Souchet.* Gratia igitur Cæsaris Souchius excidit, quod factum etiam Lobcouitius Princeps fuit expertus, de quo PVFENDORF c. l. *credebatur Furstenbergio, subinde per occultas notas scripsisse, & quia Cæsari spes prolis masculæ tunc non erat, de Imperio in Gallum aut Batauum transferendo agitasse. Sane tanta tunc Viennæ erat secretorum proditio, vt Montecuculus superiore anno Cæsari scriberet: satius fore, vt cursores non ad se, sed recta Lutetiam tendant.* RINCK *p. 714.* De eiusdem Lobcouitii casu extat in appendice Tomi XXX. DIARII EVROPAEI *p. 250. Relation aus dem Parnasso des Traiani Boccalini an den Aidum Gallionem.*

70) PVFENDORF *lib. XXI. §. XXX.* RINCK *p. 506.* WAGNER lib. X. p. 352. *nullum auaritiæ, aut crudelitatis genus prætermissum non tributa modo impatientissime exacta; sed incendiis fadata pulcherrima, fertilissimaque Germaniæ regio. Tacet minutim aggerere fastitiæ exempla, hodie non vt olim, infrequentia; cum Christianorum bella, ab Turcarum, barbarorumque latrociniis, multum discriminis habeant. Adeo fœda populatio fuit, vt doloris impotens Palatinus missa tabella, ad singulare certamen euocaret Turennium, cuius credo, tristique ingenio potius quam regiis mandatis suæ regionis calamitatem tribuebat. Turenius responso, irritati Principis dolorem vecunque delinxit.*

71) THEATR. EVR. *Tom. XI. p. 580.* RINCK *p. 707.* Relatio de hoc prœlio extat in DIAR. EVR. *Tom. XXIX. p. tot. 232. Mart. Schauplatz des Rheinstroms c. XLIV.* Hanc pugnam accurate describit WAGNER *lib. V. p. 350.* locum sic describens: *Est Sinzheimum, vile, & ante hanc pugnam ignobile oppidulum, æquo fere interuallo, Heidelberga, Heilbronna, Spira distans; in campo non admodum patente, vrebrisque collibus interstincto situm.*

72) RINCK *p. 707.*

73) RINCK *p. 708.*

74) ALPEN

interueniens dubiam fecit victoriam. 74) Licet non desint, qui culpam in Bournouillium reiiciant, tanquam dum Lüneburgici certarent, otiose inspectantem. 75) Paucos post dies cum exercitu viginti fere millium numerum explente, accessit Fridericus Guilielmus, Brandenburgicus Electos, 76) Claudebatur, ipso licet contradicente, 77) Philippoburgum, traiecto, Octobris duodecima, Rhenog, ad Bleshemium ingens exercitus, atque, si vna anima regeretur, magna effecturus, conuenit, Turennius aduersus tantam tempestatem, se ad Lotharingiæ montes subducit, castris prope inuictis inclusus, verum ob multiplicium capitum discordiam, nihil fuit effectum. Hinc reiecto trans Rhenum Turennio, laboranti defectu annonæ Brisaco imminebant. Huic cum sollicite Turennius subuenire niteretur, ventum fere ad manus fuisset, dum Fœderati copiis longe essent superiores. Verum, Bournouillius omnes non solum rei bene gerendæ occasiones eludebat, sed etiam misso in hostium castra tubicine, Fœderatorum conatus patebant, vt Turennius castris motis, in Lotharingiam abiret, fœderatorum cæteruis insequentibus, ac multos captiuos intercipientibus. Tunc igitur copiis licet superiores, re infecta, in hyberna cesserunt Fœderati. 78) Interim rogante legato Hispanico, Electos sex militum millia de suo exercitu sub Augusto Holsatiæ Duce in Burgundiam mittere instituebat, cui Cæsareorum manus erat adiungenda; vbi multa nobilium & agrestium millia in armis erant, qui nostros magno cum desiderio expectabant, & Gallos, quacunque poterant, trucidabant. Sed, cum Electorales iam Bedfortum venissent, Cæsarei nusquam comparebant. Turennius vero decem e Belgio millibus, præter alias suppetias auctus, e latibulis rigida licet hyeme coortus, in securos ac desides irruit. Occupatis in Lotharingia, Spinalio, ac Ramirimonte, Bedfortum vndeuigesima Decembris appellit. Electos, hoc intellecto, Holsatiæ Ducem protinus Bedforto retro vertere iubet, & dum comperisset, Turennium Mulhusium Alsatiæ tendere, ipsi se opponit. Acre certamen ibidem committitur. Galli primum strenue repressi, sed nouis identidem fessos excipientibus, haud parum clades illata Cæsareis. Interfecti præter alios, equites ducenti; vexilla duodecim, bina tympana amissa. Monasterienses præcipue culpa, qui ob negata stipendia, in seditionem proni, media pugna socios, per summum flagitium destituerant. Grauior iactura fuit Portiana legione, vna cum impedimentis, in castello quodam intercepta. Ruffacum etiam & qui inerant quadringentos præsidiarios in deditionem accepit Turennius. 79) Dum igitur Kaisersbergam Turennius tenderet, Fœderatos inter & Gallos per tres amplius horas acri ad Colmariam certamine fuit concursum, donec ingruens nox pugnantes dirimeret, Gallorum tamen duo millia occubuere. 80) Dum autem Turennius magna virium parte auctus, Alsatiæ sese iterum infunderet, nec fœderatis progredienti amplius erat facultas; nec in Alsatia subsistere, annonæ pabulique inopia patiebatur, itaque in hyberna cis Rhenum concedere fuerunt coacti, quæ Cæsarei per Brisgouiam, Lotharingi per Herciniæ vallem, per Stœuiam Lüneburgici, Brandenburgici per Franconiam capiebant, 81) Alsatia Turennio cedit.

§. XXXI. Gallus interea, vt Brandenburgicum Electorem ab Exercitu Imperiali abstraheret, Carolum XI. Suecorum Regem Gardiana factione inductum, aliis licet contradicentibus, in ipsum concitabat. 82) Hic igitur, concluso licet Coloniæ ad Spream Kl. Decem-

74) ALPEN *lib. VIII. p. 63.* RINCK *cit. loc.* THEATR. EVR. *Tom. XI. p. 580.* In DIAR. *Tomo XXX. p. 229.* reperitur Relatio de hoc prœlio *Tom. XXXI. p. 272. Tom. XXXII. pag. 228.* WAGNER *p. 354.*

75) PVFENDORF *lib. XII. §. XLVI.*

76) PVFENDORF *cit. loc.*

77) WAGNERVS *lib. V. p. 356.* parum æque de hoc Electore iudicat: *Reuera non is erat, qui alienis commodis, audua oppugnatione atterêt suum militem, in quo authoritatem, plerique silas omnes repositas haberet. Eadem causa neque in Belgium, vti fœdere conuenerat, duxit, asperam militiam detrectans, e qua integrum referre militem nequaquam liceret.*

78) De hoc late PVFENDORF *lib. XII. §. XLVII.* WAGNER lib. V. p. 358. *Nec enim iam in campo miles, nec Alsatiæ hyberna retineri poterant. Si vel ad famam se obmuniremt Turemani, aut Argentoratensem pontem præsidio occuparent; in medio deprehensi in vltimo angustias nostri conicicbantur. Vnde enim in regione vini, quam tritici fertiliore, & hostibus magnam partem infesta, panis peteretur? quam tormentis; impedimentis, agris Sleswadii in naues impositis, grandi præsidio Argentoratum iniecto, Rhenum denique remeiuntur; ingenti eum dedecore, relictis in hostium manibus, ter mille captiuis, haud paucioribus per varia prælia, absumptis.* Sic etiam omnem culpam in Bournouillium de fide suspectum reiicit auctor libri *L' Empereur & L' Empire trahy* & germ. *durch wen der Kayser und das Reich verrathen.* Auctor libri dicitur Comes de S. PAVL, de quo & ipsius fatis ratione dicti libri agitur in MEM. de la GVERRE *Tom. I. p. 316.* Sic etiam WAGNER p. 358. *Infausta expeditionis inuidiam, in Borrouillium præcipue contorsit Brandenburgius Elector, voce, scriptisque, prædicatorem, proditorem appellans, qui omnibus in rebus aduersatus, saluberrimo Dæssingii consilio sperato, multa inconsulte Ducibus frinole suspecpit, quoties castra mouerentur, aut villa incendio; aut alias sublatis igne signum hostibus dederit, Turckenism præter belli leges non occuparit; pridie quam Blesheimio moueretur; subicinem ad Turenium, spretis permutandorum captiuorum allegárit, ansamque dederit in Lotharingiam se fugandi. Certe Dünewaldus quoque, ac Caprara imperium hominis exosi, tali Duce se deceps militaturos pernegarant.* Idem tamen dicit, quod Viennæ fuerit absolutus.

79) WAGNER *lib. V. p. 357.*

80) PVFENDORF *lib. XII. §. XLIX.* WAGNER *lib. V. p. 358.*

81) PVFENDORF *lib. XIII. §. I. II.* WAGNER *p. 308.*

82) PVFENDORF *lib. XII. §. LIII. LIV.* Legi meretur Votum in Senato Regio Holmensi 18. Sept.

Decembris 1673. cum Electore fœdere, de pace Weſtphalica ſeruanda, 83) cui etiam fœdus cum Ferdinando Maria, Bauariæ Electore Monachii IX. Martii 1675. innitebatur, 84) Exercitum in Pomeraniam mittit, qui dehortante licet Cæſare & Belgis, 85) vniuerſæ Marchiæ, Wrangelio Duce, Decembri menſe 1674. ſe infundit, 86) Brandenburgicum apud Imperii Ordines increpans. 87) Sueci ſub initium præ ſe ferebant, Regi non eſſe in animo, Electoris prouinciam hoſtiliter habere, quamdiu nil violenti opponatur, ſaltim pacem velle promouere, & exercitum conſeruare, qui exiguam Pomeraniam plane exhauſerit, quæ tamen facile emendari queant, ſi Electorem cum exercitu ſe a fœderatis ſeiungat. 88) Cauſæ etiam inuaſionis ſcriptis edebat, violatam ab Electore per Alſaticam expeditionem Pacem Weſtphalicam æque ac Voſſamenſem, quarum ſe vindicem præſtitemque Carolus fecerit; ſuccurrendum præterea Galliæ tot hoſtibus obrutæ, qua ſuccumbente, conclamatum eſſe de Proteſtantium ſacris, occupaturos veterem dominatum Auſtriacos, conſtaret. Singulis tamen a Brandenburgicis abunde ſuit reſponſum. 89) Elector vero ſumtis per Franconiam hybernis, de fœdere cum Belgis, contra Suecos agebat, quod, Amſtelodamenſibus primum ob commerciorum difficultatem impedientibus, Electore Hagam properante, VII. Maii conſummatum ſuit, atque V. Iunii 1675. a Belgis Suecis bellum ſuit indictum. 90) Inuitabantur etiam Cæſarei, Dani ac Lüneburgenſes Duces, reliquique Imperii Ordines, qui tamen adhuc cunctabantur. 91) Electorem autem Maio menſe copiis ex hybernis Franconicis eductis, Magdeburgum verſus properat, quo XI. Iunii delatus, omnes vrbis portas clauſas tenuit, ne de ſuo inſtituto poſſet innotescere. Inde hora nona veſpertina omnes equites & dimachos cum decem machinis trilibres globos eiaculantibus pontem Albis tranſire iubet, quos mille ſelecti pedites ſequebantur, centum quadraginta ſex curribus impoſiti, quorum quilibet cymbam quoque vehebat. 92) Hoc adparatu, Hauela cymbis ſuperata, Suecos admodum ſecuros, & Duce ſuo Wrangelio deſtitutos, XV. Iunii Ratenauiæ primo diluculo adgreditur, eosdem profligat, vrbem occupat. Intercepta Ratenauia, peditatum Magdeburgo euocabat, Suecorum exercitum oppreſſurus, dum Wrangelius cum valida manu ac multis præfectis Hauelbergæ ageret, ab exercitu ad Brandenburgum metante interclusus. Cum itaque hoſtis perſpiceret, ſe citra pugnam trans Hauelam euadere non poſſe, horæ ſpatio ab iſto oppido apud vicum Hackelbergam legiones cum machinis diſponunt. Licet autem Electo peditatu adhuc eſſet deſtitutus, ſuos tamen in hoſtem ducit, quem poſt ancipitem pugnam in fugam coniicit, mille quingentis horum amiſſis, reliqui Fehrbellini noctu raptim reparatum pontem tranſeunt, quem ſtatim poſt ſe flamma conſumunt. Reparato ponte Electo cum equitatu inſequebatur: ſed Sueci per Ruppinum, & Witſtockium ita propere ſe ſubduxerunt, vt non amplius eos adſequi daretur. 93) Hac Electoris victoria reliqui excitati, fœderi ſenſim accedebant, Ordines Imperii, facto XV. Auguſti decreto, Suecum Imperii hoſtem declarant. 94) Hinc in Pomeraniam irrumpit Electo III. Octobris Wollinum expu-

an. 1671. exhibitum, de fœdere cum Gallis, quod PVFENDORFII Tractatui de fœderibus inter Sueciam & Galliam adiectum eſt.

83) Quid circa hoc fœdus actum, vna cum ipſo fœdere exponit PVFENDORF *lib. XII. §. XIII.* ALPEN *lib. VIII. §. LXVIII.* DIAR. EVROP. *Tomo XXX. App. p. 172.* ibidem varia ſcripta huc facientia.

84) ALPEN *lib. VIII. §. LXV.* RECVEIL *Tom. IV. p. 352.*

85) LONDORP *Tom. X. p. 236.*

86) PVFENDORF *§. LXV.* Vrangelium tamen, teſte VVAGNERO *lib. V. p. 368. manibus pedibusque captum (vt iocabantur quidam) podagra Stettini retinebat.* Extat de eo *Motus animorum circa motum armorum Suecicorum in Germaniam a. 1675. 4. Eines Schwediſchen Reichsgenoſſen von dem gegenwärtigen Zuſtand ſeines Vaterlandes Vrtheil 1675. 4. Teutſchlandes Intereſſe bey ietzigen Coniuncturen 1675. 4. Proiect der eraffneten Schwediſchen Rathſtube 1675. 4. Eraffnete Frantzöſiſche geheime Raths-Stube 1675. 4.*

87) ALPEN *lib. VIII. §. LXVIII. LXIX.* LONDORP *Tom. X. p. 240.* Qua ratione etiam Sueci Brandenburgicos in Conuentu Statuum Circuli Saxoniæ inferioris increpauerint, patet ex ſcripto exhibito ap. LONDORPIVM *Tom. X. p. 289.* Prodiit de eo *Wahrhafftiger und Auffuhrlicher Bericht, alles deſſen was ſich zeithero zwiſchen der Crone Schweden und Chur Brandenburg zugetragen, beſtehend aus einer Summariſchen Information, Gegen Information und unterſchiedlichen Beylagen 1675. 4.* Varia ſcripta quoque huc facientia reperiuntur in DIARIO EVROPAEO *Tom. XXXI. XXXII.* appendice, alia recenſet GRYPHIVS *de Script. Sec. XVII. p. 150.*

88) PVFENDORF *lib. XII. §. LXV.* VVAGNER *lib. V. p. 367.*

89) VVAGNER *c. l.*

90) PVFENDORF *lib. XIII. §. IX. X.* ALPEN *lib. VIII. §. LXX.* VVAGNER pag. 368. *perſuaſum fuerat Gallis, Brandeburgum vel ad ſolam Vrangelii, ac Suecicarum copiarum famam, e Franconia Statuiſſe, ad recipiendas pacis leges affore. Reſtitit tamen ille ſex ipſos, ab Suecica irruptione, menſes; diſponenda defenſioni, nectendis fœderibus, Francofurti intentas.* Inde vberius enarrat, qua ratione fœdera fuerint pacta.

91) PVFENDORF *lib. XIII. §. XI. XV. XVI. XVIII.*

92) PVFENDORF *lib. XIII. §. XXXVII.*

93) PVFENDORF *lib. XIII. §. XXXIV. XXXV. XXXVI.* Varii in hos prœlium cuſi fuerunt nummi, inter quos Ioachimicus eſt, cum inſcriptione *ob ſubditos ſeruatos. R. Inſtum Suecorum Exercitum Marchiam Pomeraniamque, dum ipſe aliis oppreſſis adeſt, vaſtantem prope Fehrbellinum die 18. Iunii Ao. 1675. nactus ſolo cum equitatu ſuo, imo vero ſola Dei ope fretus, cedit, fundit, ſeptimeſtres praedones ſeptem diebus terris ſuis eiecit.* VVAGNER *p. 398.*

94) PVFENDORF *lib. XIII. §. XXXIX.* Decretum Imperii 8. Iulii a. 1675. publicatum, LONDORP *Tom. X. p. 360.* VVAGNER *p. 370.*

95) PV-

expugnat & V. Nouembris Wolgaſtum cum Vſedomia inſula. 95)

§. XXXII. Facto Ordinum Imperii decreto, Monaſterienſis Epiſcopus, 96) & Daniæ Rex 97) accedunt. Danus autem, antequam fœdus adhuc ſignaret, Chriſtianum Albertum, Gottorpienſem Ducem in ordinem prius redigere cogitabat, ne Suecis accedens, prouinciis Danicis damnum inferret. Licet autem paullo ante per pactum Glückſtadtienſe XII. Octobris 1667. erectum, vnionem & communionem Ducatus Holſatici, pactum etiam cum Capitulo Lubecenſi VI. Iulii 1647. de Epiſcopatu Lubecenſi per ſex ſucceſſiones in familia Gottorpienſi conſeruando, 98) confirmaſſet, eum tamen nunc ad ſe Rensburgum amica ſpe inuitatum, cum omnibus conſiliariis in cuſtodiam dabat: inde proponebat, quo ſibi longius progreſſuro tergum tutum ſit, vt Gottorpienſem arcem, caſtellum Stapelholmenſe, ac Tönningam tradat; quidquid eſſet militum ſibi tranſcribat, Danicis copiis hoſpitia, & alimenta præbeat; denique concedat, vt Rex Oldenburgi & Delmenhorſti defenſioni proſpiciat, aut pactum antea Hafniæ concluſum adprobet, acceptis pro actione ſua in eos Comitatus centum quinquaginta vncialium millibus. Et licet Dux initio iſta reſpueret, ſed dum intra caſſes ſe teneri conſideraret, tandem litteris manu propria ſcriptis, omnia in Regis placitum confert, Tönningam tradi iubet, in qua inuſitata armorum, adparatusque bellici vis fuit reperta, ac nonaginta amplius machinæ æneæ, manifeſto indicio, a Duce altiora fuiſſe agitata. Omnes quoque Ducis milites ſacramento Regis addicti. Ipſe Dux ſupremo Imperio in Slesuicenſem ditionem, & omnibus per pacem Rotſchildenſem pactis renuntiat, redhibito diplomate, quod antea eo nomine a Friderico III. acceperat. 99) Tandem igitur Dani mari hoſtiliter agere cœperunt, ac exercitus Holſatia Mecklenburgiam verſus mouebat, ſed lento admodum itinere. Congreſſus tamen Rex III. Septembris Gadebuſchi cum Electore, omnia ſinceræ amicitiæ edit ſpecimina. 100) Hinc Damgardiam aliaque loca occupat, & ipſam tandem, vnut obſtinatam pertinacemque Wismariam, ob ſerius aduentantem Suecorum claſſem XIV. Decembris deditione ſubigit. Obtulerat Elector Regi Daniæ Rugiam inſulam, quam hic poſt captam Wismariam, inuadere parabat. Sed ſuadebat Greifenfeldius Hafniam potius redeundum, quod Sueci Selandiæ minitentur: qui & malebat a Rege in Scania rem geri, quo ipſe ſemper eius lateri poſſet hærere. 1)

§. XXXIII. Sic etiam Monaſterienſis Præſul Septembri menſe copias ſuas Duce Barone Wedelio, per Comitatum Lippienſem Viſurgim verſus ducit, Wildeshuſam intercipit, redditque & oppidum & præfecturam Diœceſi ſuæ, a qua poſt pacem Weſtphalicam triginta prope annos fuerat auulſa. Inde per Vechtenſem Satrapiam & Comitatum Hoianum ad Viſurgim digreſſus, & Brandenburgicis iunctus, arcem Tedinghuſam capit. 2) Cogitur hic paucos dies ſubſiſtere, quod ſublatis vndique pontonibus, & aduerſo amnis ripam obſeruantibus Suecis, Viſurgim transmittendi creſceret difficultas, dum Hornius apud Bremenſes Suecorum ductor, cum agmine trium millium vniuerſam late oram inſideret, & Brema Ciuitas, quem Suecis ante, nunc Monaſterienſibus, tranſitum pernegabat, id demum a Bremenſibus extorquent, vt rei tormentariæ tranſitum per vrbem concedant; nauigia vero a ſubornato Monaſterienſi milite clam ſolui permittant, & aduerſo flumine ad Wiham pagum trahi, ad quem tranſitur. 3) Superato nunc amne, mox Languela & Burgum Verda, Rotenburgum, Ottersberga capiuntur. 4) Licet autem Io. Friderico Hannouerano Neutralitas fuiſſet conceſſa, 5) Georgius Guilielmus tamen & Rudolphus Auguſtus, Duces Brunſuico-Lüneburgenſes, copias ſuas a Moſella & Rheno omnes Luneburgum ocyus traducunt & facto cum Monaſterienſi IV. Octobris 1675. fœdere, 6) vnitis viribus, Buxtehudam, oppidum munitiſſimum obſident, atque immiſſi ignis ope, opinione citius ad deditionem cogunt. Inde Bremaſurda capta, in hyberna cædunt. 7) Spreta tam hyemis aſperitate, Caroloſtadium obſeſſum, quod ob annonæ defectum VII. Idus

95) PVFENDORF *lib. XIII. §. LV. LVI.* WAGNER *p. 399.*

96) PVFENDORF *lib. XIII. §. XXI.* ALPEN *lib. IX. §. I.*

97) ALPEN *lib. IX. §. I.* Fœdus hoc extat apud PVFENDORFIVM *lib. XIV. §. XXXIX. XL.*

98) Extat pactum illud apud du MONT *Tomo I. p. 149.*

99) PVFENDORF *lib. XIII. §. XLII.* Extat *kurtzer, doch wahrhafftiger Bericht, was zu Rendsburg zwiſchen Kayſerl. Mai. zu Dennemarcken &c. und zu Sleswig Hollſtein &c. mit regierenden Hochfürſtl. Durchl. reſpective dero beygehabten Miniſtris vom 22. Iunii biß den 15. Iulii dieſes 1675ſten Jahrs paſſirt. Im Jahr 1675.* 4. quod ſcriptum poſtea fuit continuatum. Extat Transactio Rendsburgenſis in RECVEIL *Tom. IV. p. 356.* apud LONDORPIVM *Tom. XII. p. 323.*

100) PVFENDORF *lib. XIII. §. XLV.*

1) PVFENDORF *lib. XIII. §. LVI.* ALPEN *lib. IX. p. 466.*

2) PVFENDORF *lib. XIII. §. XLIX.* ALPEN *lib. IX. §. III.*

3) PVFENDORF. ALPEN *c. l.*

4) ALPEN *§. IV.*

5) Quæ cum Io. Friderico acta, exponit PVFENDORF *lib. XIII. §. XVIII. XIX. XX. XLVI. XLVII.* ALPEN *lib. IX. §. II.* Tractatus Eiusdem Neutralitatis cum Gallorum Rege Linsburgi 18. Octobris 1675. concluſus, extat in RECVEIL *Tomo IV. p. 366.* cum Fœderatis Hannoueræ an. 1675. apud LONDORPIVM *Tom. X. p. 336.*

6) ALPEN *lib. IX. §. V. Monaſterienſis Rotenburgi, Lunaburgici Walsrodæ ſubſiſtebant, & fecit Miniſtrorum vtro citroque commeantium ſolertia, vt breui Principes conuenirent.* Sequitur ipſe Tractatus.

7) ALPEN *lib. IX. §. VI.* WAGNER *p. 400.*

Idus Ianuarii 1676. se dedit. 8) Sequitur Castellum Zwingerianum, & Stada primum laxius, post arctius obsessa, pridie Idus Augusti ad deditionem compulsa. 9) Occupata igitur omni Bremensi atque Verdensi ditione, mediante Cæsare, in Conuentu Bremensi diuisio placuit. Christophorus Bernhardus, post Wildeshusam elegit, tenuitque totum Verdensem Episcopatum, & in Ducatu Bremensi Burgum, Bremæfurdam, Ottersbergam, Tedinghusam, aliosque plures, & eo pertinentes districtus: pars reliqua tripartito Cellensi, Hannouerano & Guelferbytano Ducibus cessit, instrumento partitionis Cloppenburgi, vbi Monasterienses confœderat X. Augusti; Horneburgi vero vbi Lüneburgici Duces erant, XII. Augusti confecto, signatoque 10) arctiori postea fœdere Stadenæ XIX. Augusti an. 1676. inter se concluso. 11)

§. XXXIV. Dum hæc ad Viadrum & Visurgim agerentur, Galli ad Mosam exeunte Martio 1675. arcem Leodiensem interceperant, Gubernatore loci præsidium mille & quingentorum sub noctem haud inuito excipiente. Rex mense Maio e Galliis profectus, exercitui Belgico Condæum præficiebat, Crecquium vero & Humierium priuatorum agminum Duces creat. Huium, Dinantum, ac denique Limburgum expugnat, Auriaco & Duce de Villa-Hermosa serius auxilia parantibus. Posthabitis Fœderatorum viribus, haud procul Louanio & Bruxellis castra locat, non sine vtriusque Ciuitatis trepidatione. Sub Iulium, relicto apud Belgas Condæo, ipse in Galliam reuertitur. 12) Ad Rhenum Galli Dachsteinium proditione capiunt, atque Cæsareos ex Alsatia pellunt, id quod Argentoratenses ad acceptandam neutralitatem coëgit. 13) In Alsatia autem agebant Montecuculius, Badensis, Sporckius, Cæsareanorum Duces, Turennio infesti, quem haud semel in castris adgredi tentabant. Dum igitur XVII. Iulii st. v. prope Argentoratum ad Saspacum pugna denuo instruitur, & Turennius cum Cæsarea castra speculatum iret, glande campestri machina traiectus cadit, magno Gallorum mœrore. Dum Lorgius cum Gallorum exercitu se recipit, instante Montecuculio, Galli multis suorum amissis, trans Rhenum pelluntur. 14) Argentoratum posthæc paret Cæsareis, Montecuculius Hagenoam & Tabernas tentat, sed vtrasque deserit. 15) Brunsuico-Lüneburgenses Duces, Georgius Guilielmus & Ernestus Augustus, firmato iterum cum Cæsare, Belgis ac Hispanis fœdere, 16) nunc Lotharingicis, nunc Auriaco & Hispanis sociandi, vt iunctum se Gallorum viribus obiectarent. A Mosa igitur versus Mosellam mouent, & postquam Monasterienses & Lotharingicis copiis fuissent iuncti, quibus Marchio de Grana e vicinis præsidiis Cæsareanos, Vaudemontius Hispanos adducebat, ineunte Augusto, Treuiros obsident, Crecquius obsidionem soluturus, ad Saram amnem exercitum colligit, & infra Theonis villam castra ponit. Confœderati, relicto ad insistendum obsidioni æquo copiarum numero, in Crecquium nihil istiusmodi opinantem, improuiso mouent, & occupato feliciter transitu ad Saram, ad pontem Consæ exercitum hostilem Kl. Augusti st. v. adoriuntur, cædunt, fugant: insigni clade Gallis illata. Cæsi, captique feruntur ter mille. Quidquid impedimentorum & apparatus bellici erat, in potestatem victorum deuenit. Pauculis ni Ordinum Ductores euasere. Ipse Crecquius cum equitibus septem ægerrime dilapsus, vicinioris tandem syluæ beneficio effugiens, Treuiros intrauit, cuius obsidio illico resumitur. Tandem vero oppugnationibus fracta ciuitas, frustra Crecquio præsidiarios diutius animante, Nonis Septembribus dedita est. Tam militiæ Præfecti, quam gregarii solo cum gladio exire permissi, Crecquius factus fuit captiuus. 17)

§. XXXV. Inter

8) ALPEN *lib. IX. §. X.*

9) ALPEN *lib. IX. §. XII.* THEATR. EVROP. *Tom. XI. p. 836. 980.*

10) ALPEN *lib. IX. §. XIII.* qui etiam dicit: *quamquam enim ex pacto anni præcedentis triens debebatur Monasterienſi, præplacuit tamen terras nunc quadrifariam distribui, & quadrantem vnum, ceu socio, assignari Catholico Duci Hannouerano.* Consilia circa hanc diuisionem exponit PVFENDORF *lib. XIV. c. XXVI. XXIX. XXX. XXXI.*

11) Extat illud apud ALPEN *lib. IX. p. 475.* WAGNER *p. 402.*

12) ALPEN *lib. VIII. §. LXXI.*

13) RINCK *p. 724.* WAGNER *p. 379.*

14) ALPEN *cit. loc.* PVFENDORF *lib. XIII. §. XXXVIII. Martial. Schauplatz c. XLVI.* DIARI. EVR. *Tom. XXXI. p. 155. 168. Tom. XXXII. p. 527.* THEATR. EVROP. *Tom. XI. pag. 775.* MEM. de CHAVAGNAC *p. 419.* du BVISSON *de la Vie du Vicomte de Turenne pag. 387. Hiſt. de Prince Conde lib. V. p. 557.* WAGNER p. 386. *Speculatum pro more progreſſus, dum San-Hilario, locum ad extruendum ſuggeſtum commonſtrat; tormenti glande in pectus impacta equo deiectus; nullo edito verbo, in veſtigio animam egit. Eadem glande San-Hilario brachium auctitur. Fortuitam pilam alii fuiſſe voluntſ alii monitum a Badenſi machinatorem, vt in eum, qui candido equo vehebatur, ictu collinearet.* Inde Turennii laudes prædicat LAGVILLE *Hiſt. d' Alſace Tom. II. p. 243.* De Turennii morte.

TVrennVs perIIt ter MenI gLanDIne ICtVs.

15) WAGNER *p. 389. 390.*

16) Extat fœdus Hagæ Comitum 26. Ianuarii a. 1675. conclusum in RECVEIL *Tom. IV. p. 348.*

17) ALPEN *lib. VIII. §. LXXII.* PVFENDORF *lib. XIII. §. XXXVIII.* RINCK *pag. 728.* THEATR. EVR. *Tom. XI. p. 792.* DIAR. EVROP. *Tom. XXXII. p. 595.* Vocatur *die Schlacht an der Contzer Brücke.* WAGNER *p. 391.* qui etiam *p. 393.* addit: *Ab Crequio duplicitur peccatum aiunt: Primum, quod Saram tranſeunti hoſti ſe non oppoſuerat. Alterum, quod nullo opere pretio, e ſuperioris loci opportunitate in locum minus æquum detrahi ſe ſiniſſet.*

§. XXXV. Inter iſtos armorum ſucceſſus nondum liquida pacis ſpes alluceſcebat. Poſt ſeparatam cum Belgis pacem, Angliæ Rex Carolus II. ſequeſtrem ſe partibus obtulerat; cui officio Veneti quoque paratos ſe oſtendebant; quos vna cum Anglo admitti Cæſar vehementer cupiebat. Sed Belgæ publico expedire iudicabant, vt Veneti, miſſo eo officio, omnia integra retinerent, quod bellum breui in Italiam transferendum videretur. Gallus Suecos retinere volebat, contranitente tamen Electore Brandenburgico. Hiſpani pontificem in partem officii admitti volebant, Belgis tamen improbantibus. Petrum etiam Luſitaniæ Principem & Clementem X. Papam Fœderati reiiciebant. Et licet Angliæ Parlamentum ſe pronum erogandis pecuniis oſtenderet, ſi Rex Gallo bellum vellet indicere, & poſtularet, vt Rex Anglos Gallo militantes reuocaret, Rex tamen Gallico fauore imbutus, Parlamentum, ne longius tenderet, diſſoluebat, ipſe nihilominus ſequeſter probabatur. Super loco Tractatus Neomagum placebat, dum Galli ob factum Colonienſe omnes Germaniæ vrbes abnuerent, potius clandeſtina cum multis Hollandiæ ciuitatibus, ac hominibus ſibi addictis commercia alerent, Belgis in fraudem fœderatorum ad peculiarem pacem permouendis. 18) Conceſſa igitur vrbi & agro vicino fuit Neutralitas. 19)

§. XXXVI. Ineunte anno 1676. arx Leodienſis & plura alia Caſtella in ea diœceſi a Gallis euertuntur, oblato Leodienſibus neutrarum partium beneficio, ipſe Rex Condatum obſidet, & inſpectante hoſtili exercitu, ſub finem Aprilis expugnat. Paullo poſt, dum ipſe hoſti intendit, ductu fratris, Bochanium pariter ſubigit. 20) Dum etiam Neoburgicus arctiori fœdere Imp. fuiſſet innexus, 21) Galli Iuliacenſes terras ingreſſi, Sittardum oppidum occupant, ſed euerſis mœnibus iterum deſerunt, imperatis tamen Iuliacenſibus, Ciiuenſibus & Geldricis terris tributis ingentibus, Rege autem ſub Iulium e Belgio in Galliam redeunte, Princeps Auriacus Traiectum a Moſam obſidere cœperat; quam Caluus, notæ virtutis miles, acerrime defendebat. Accurrit tandem Regis iuſſu, Schombergius Comes, qui XXVIII. Auguſti 1676. plurium iam hebdomadum obſidionem ſoluit: Auriaco cum exercitu & impedimentis ſecunda Moſa deſcendente. Galli interea, ductu Humierii, Arium Arteſiæ interea obſident & occupant. 22) Fortunatior fuit confœderatorum ſors in Germania. Nam Philippiburgum ab exordio menſis Maii a Cæſareanis arctiſſime obſeſſum, & acerrime oppugnatum, Gallis aliquoties fruſtra liberationem tentantibus, XXX. Auguſti ſt. v. Cæſari & Imperio ſe ſubmiſerat. Galli e contrario Brisgoiam populantur, Mompelgardium intercipiunt. 23) Georgius Guilielmus, Cellenſis Dux etiam coniunctos iterum Exercitus in confinia Lotharingiæ traducebat. Sed potiore auctumno itineribus conſumpto, & mœnibus Saræpontanis fruſtra tentatis, menſe Nouembri apud Wetterauos & Weſterwaldios in hyberna ſunt diſpoſiti. 24)

§. XXXVII. In Pomerania vero initio anni 1676. Sueci Wolgaſtum hyberna tempeſtate, Mardefeldio Duce, recuperare inſtituerant. Is primo in Vſedomum inſulam traiiciens, ibique caſtellum ad oſtium Swinæ fluminis ſitum, Brandenburgico milite inſeſſum, poſt nouem dierum oppugnationem, deditione capit. Inde ad obſidendum Wolgaſtum magna machinarum vi vſus, & dum acri frigore omnes circum aquæ firma glacie conſtitiſſent, vt explicatis cohortibus, ad arcem accedi poſſet, datur V. Ianuarii hora poſt meridiem prima, magno impetu adſultus, centum amplius ſcalis vallo admotis, ſed cuius adſcenſum difficillimum glacies reddebat, qua id totum ſuperfuſis aquis erat obductum. Strenue reſiſtebat Hallardus tribunus, vt Sueci quadringentis amplius defideratis, recedere fuiſſent coacti. Et licet Mardefeldius denuo fortunam tentare vellet, impeditus tamen fuit a Bogislao Suerino, ex vlteriore Pomerania per glaciem Vſedomum inuadente, & Wolgaſtum recenti milite, aliisque neceſſariis inſtruente. 25) Iunio menſe ipſe Electo in Pomeraniam expeditionem ſuſcipiebat, & dum Sueciæ copiæ omiſſo Wolgaſto, in Electorem verturtur, Suerinus in Vſedomum inſulam erumpens, caſtellum ad Swinæ oſtium iterum expugnat, quod Peenemunda ſequebatur. Inde contracto toto exercitu, quem a Cæſare ſubmiſſæ auxiliares copiæ augebant, Electo Anclamo obſidium circumponit, idemque XIX. Auguſti deditione capit. 26) Hoc expugnato, Electo partem exercitus ſui ſub Auguſto, Holſatiæ Duce, ad obſidendum Demminum mittit, cui Cæſareæ, Lüneburgicæ & Mo-

18) De his pacis conſultationibus PVFENDORF *lib. XIII. §. LXII. LXIII. lib. XVI. §. XXXVIII. XXXIX.* ACTES & MEM. *Tom. I. p. 151. 547.* ALPEN *lib. IX. §. XXXIII.* ACTES & MEMOIRES DE LA PAIX DE NIMEGVE *Tomo I. p. 1. 25.* vbi per Gallos etiam Breda fuerat propoſita *p. 2.* Ibidem *p. 25.* exhibentur ſcripta, quæſitam liberationem Guilielmi Fürſtenbergii concernentia, de quo etiam PVFENDORF *lib. XIII. §. LXIV.* LONDORP *Tom. X. p. 343. 369. 500.* ALPEN *lib. IX. §. XX.* WAGNER *lib. V. pag. 403. lib. VI. p. 427.*

19) ACTES & MEM. *Tom. I. p. 476.*

20) ALPEN *lib. IX. §. XI.* WAGNER *p. 420.*

21) Extat hoc fœdus Hagæ Comitum 26. Martii 1676. concluſum in RECVEIL *Tom. IV. p. 272.*

22) ALPEN *lib. IX. §. XVI.*

23) ALPEN *c. l.* THEATR. EVR. *Tom. XI. pag. 987.* In appendice DIARII EVROPAEI *Tomo XXXIII.* repetitur *Relatio des Verlaufs bey Eroberung der Philipsburger Rheinſchantz.* MEM. de Comte de CHAVAGNAC *pag. 441.* RINCK *p. 739.* WAGNER *lib. VI. p. 412. 418.*

24) ALPEN *lib. IX. §. XV.* RINCK *p. 738. 739. Martiak. Schauplatz c. XLVII. XLVIII. XLIX.*

25) PVFENDORF *lib. XIV. §. XLV.* WAGNER *lib. VI. pag. 421.*

26) PVFENDORF *lib. XIV. §. XLVI. XLVII.* WAGNER *p. 422.*

27) PVFEN-

& Monasterienſes copiæ auxiliares ſe adiungebant. Ipſe cum reliquis Viadrum verſus progreditur, ac Löckenitium arcem ad deditionem cogit, Dammum ab hoſte deſertum iterum munit, Demmino etiam ob annonæ penuriam XXX. Septembris ſe dedente. Stettinum quidem Electoris, inuadere ardebat, quod tamen ingruente hyeme intermittebat. 27) Rex Daniæ eodem anno, ductu Archithalasſi Comitis Trompii, Suecis inſigni naumachia deuictis, Helſingburgo oppido & arce trans ſinum Codanum, Landscrona, Carolino portu, aliisque locis ad mare Balthicum feliciter expugnatis, Gothlandiam inſulam & integram fere Scaniam armis ſuis ſubiugarat, ſed binis præliis ad Londinum & Malmogiam deuictus, pleraque relinquere iterum cogitur. 28)

§. XXXVIII. Anni 1677. primordia Gallorum immanitas funeſtauit. In Alſatia namque Dachsburgum proditione capiunt, hoc, & in Mompelgardenſi Ducatu loca paſſim munitiora funditus euertunt. Exeunte menſe Februario, magna Rex Ducum ac militum corona cinctus, e Gallia in Belgium diſcedit, Valenſianas obſidet, & firmato vix obſidionis exordio, expugnat. Dum enim propugnaculum, quod opus cornutum vocant, Galli adoriuntur, eoque præſidiarios eiiciunt, oppugnantes defenſoribus immixti, ſine ordine fugientes, in ipſa Ciuitatis interiora perſequuntur, eodemque impetu XVII. Martii valla occupant, tormentisque ocyus in vrbem conuerſis, deditionem extorquent, ad arbitrium victoris. Rex ipſe propior conſeſtim aduolans, ab incolarum cæde militem continet, XVIII. Martii a ciuibus fidelitatis excipit ſacramentum. Inde præmiſſo Cameracum Lüxenburgio, Frater Regis, Dux Aurelianenſis S. Audemari fanum obſidione cingit. Ipſe luſtrato XXII. Martii, Cameraci ſitu, diſtributoque circum vrbem exercitu, ſtationem prætorium ad Scaldim figit. Incredibili feruore obſidio cœpta eſt, adeo, vt Ciues deſperata defenſione, Nonis Aprilis vrbem regiæ poteſtati trادiderint, Gubernatore cum præſidiariis in arcem recedente. Hanc, dum pari feſtinatione Rex premit, nunciatur, Auriacus cum exercitu Batauo properare, vt S. Audomari fanum periculo eximat. Dux igitur Aurelianenſis deſignato ad obſidium æquo militum numero, cum reliquis ipſe, relictis tantisper caſtris, Auriaco obuiam procedit. Ad Mont-Caſſelium Principi occurrit, iamque non paucis etiam Legionibus fortior, quas Cameraco Rex ocyus ſubmiſerat, Batauorum caſtra adgreſſus, commiſſo XI. Aprilis prœlio, inſignem ab iis victoriam reportauit. Hinc XVII. Aprilis arx Cameracenſis Regi, & quatriduo poſt S. Audomari Fanum fratri Duci eſt dedita. 29) Ob felices hoſce Gallorum progreſſus, Hiſpani ſuperbias Monaſterienſis ſollicitant, & concluſo Bruxellis XXII. Aprilis 1677. fœdere, a Præſule nouem millia impetrant. Hi poſtquam Hiſpanis, Luneburgicis & Belgicis copiis ſub Principe Arauſionenſi eſſent iuncti, Caroloregium obſident, ſed, cum Luxenburgius, Fœderatos commeatu intercludere conaretur, obſidionem ſoluunt. 30)

§. XXXIX. In Germania, Carolus Lotharingiæ Dux, cum Exercitu Cæſareano a Moſella ad Confœderatos in Belgium feſtinabat. Vt primum vero litteris Auriaci, coniunctionem excuſantis, fit certior, deſerto nunc Caroloregio ſocios receſſiſſe; vtut Saræpontanam vrbem, aliaque ad Saram fluuium loca interceperat, & ipſum cumprimis Maſſonium, ratus ex eo felicius per Lotharingiam, Campaniam infeſtare: Io. Georgium Ducem Saxo-Iſenacenſem volens aditum ferro in Burgundiam quærere. Aſt impatiens animi, fruſtratusque ob annonæ defectum rerum magnarum ſpe, Germaniam repetiit, 31) iunxitque ſe exercitui ex Imperii milite collecto, quem Io. Georgius Saxo-Iſenacenſis Dux ducebat. Is ad Rhenum obſeruatis aliquamdiu Gallorum conatibus, occupato licet Hunningenſi munimento, & conſerta non ſemel cum hoſte manu, decreuerat Bedforto, conſueta in Burgundiam ianua, ſubire, ſed in Rheni inſula a Gallis incluſus, liberatus tamen ſub ipſa Argentinæ mœnia retrocedere fuit coactus. 32) Iuncti vero exercitus, poſt datas aliquoties, acceptasque clades, & ipſi paullatim hybernatum abiere. 33) Aſt, hybernantibus in Germania Cæſaris, in Belgio Confœderatorum exercitibus, Crecquius transmiſſo ad Briſacum Rheno V. Nouembris Friburgum Brisgouiæ, & Humierius paucorum etiam dierum interuallo, S. Gisleni Fanum in Hannonia expugnant, Confœderatis vtrobique ſerius auxilia parantibus. 34)

§. XL. In Scania, Sueci anno præcedenti ſuperiores, poſt occupatum portum Carolinum & Helſingburgum, an. 1677. Chriſtianopolim obſidebant. Danorum vero Rex Monaſterienſium auxiliis fortior, in Suecos mouet, qui relictis obſidioni Chriſtianopolitanæ aliquot duntaxat millibus, haud procul Landscrona, loco admodum tuto, caſtra muniuerant, a paludibus quoque, fluuiis ac montibus vndique contecta. At Suecis prœlium detrectantibus, obſidione Rex Chriſtianopolim liberat: & Iuellius Daniæ Archithalaſſus naues aliquot Suecorum capit. Hinc XIX. Iunii Malmogii obſidionem cœpit, eadem-

27) PVFENDORF §. *XLVIII.*

28) ALPEN *lib. IX.* §. *XVI.* VVAGNER *lib. VI. p. 423.*

29) ALPEN *lib. IX.* §. *XXIV.* PVFENDORF *lib. XV.* §. *XIX.* RINCK *p. 753. Martial. Schauplatz p. 113.* EVR. MERCVRIVS *ad a. 1677. p. 13.* VVAGNER *p. 437*

30) ALPEN *lib. IX.* §. *XXV.* VVAGNER *p. 438.*

31) VVAGNER *lib. VI. p. 430.*

32) VVAGNER *p. 434.*

33) ALPEN *lib. IX.* §. *XXVIII.* MARTIAL. SCHAVPLATZ *cap. LII.* EVR. MERCVRIVS *ad a. 1677. p. 160.*

34) ALPEN *lib. IX.* §. *XXXVI.* RINCK *p. 750.* MARTIAL. SCHAVPLATZ *c. LVII.*

35) ALPEN

eademque feliciter procedit, adeo, vt mœnia iam Dani possiderent. Aſt, dum pons, cuius beneficio superata nunc fossa vallum conscenderant, irruentium mole frangitur; obsessi resumptis animis, armisque oppugnantes eos, qui iam transierant, nouo cum impetu adoriuntur, plerisque aut cæsis aut captis. Ea Rex aduersitate commotus, & quoniam non classis sola; sed liberandæ etiam Vrbi hostilis exercitus aduentare nunciabatur, obsidionem soluit. Deserto Malmogio, dum contra Suecos pergeret rex, sit XXIV. Iulii 1677. ad Landscronam acre prœlium, in quo Sueci victores, ob loci non solum opportunitatem, quam præoccupauerant, sed etiam cæso sub prælii exordium Walthero, Danici Equitatus Ductore, ob Danorum ignauiam, neutro Ducum, quos Rex designauerat in Imperio, ante agmen succedente. Sed cladem terra acceptam, per idem tempus mari meliorem Danus reddidit. Iuellius namque Danicæ classis Præfectus, accessu Trompii, marinisque auxiliis Batauorum auctior, classem Suecicam adortus, pugna nauali triumphârat; nauibus facile viginti partim captis, partim incensis, demersisque. Post hanc victoriam, ad Rugiam Insulam adpellentes Dani, commisso prœlio, post deuictum, eiecſumque Königsmarckium, Transmarini Suecorum Exercitus Ducem, breui interuallo totam Insulam suæ potestati subiiciunt. 35)

§. XLI. In Saxonia inferiori, Ianuario mense 1677. Conuentus Bremæ instituebatur, vt de fœderatorum satisfactione ageretur, qui tamen sine fructu soluebatur. Elector vero Brandenburgicus, licet a Fœderatis auxiliis destitueretur, magno animo obsidium Stettini, exeunte Iunio suscipit. Maximo conatu per semestre spatium fuit laboratum, vrbe nimium lacerata, plebe ad defensionem pro concione confirmata, vsque dum XVI. Decembris honestis adhuc dederetur conditionibus. 36)

§. XLII. Februario mense 1678. inter Fœderatos Hagæ Comitum fuit decretum, æstiua expeditione trisariam Gallos adoriri. Cæsareani ad Rhenum; Monasterienses, Lotharingi, ac Luneburgici ad Mosellam, Bataui cum Hispanis in Belgio hosti occurrant. Præter hos, Brandenburgensis ac Neoburgicus miles exercitum componat ad Mosam, quo Traiectensium depopulationes arceantur. At vero Ludouicus Rex, ante Calendas Martias castra, non vna, quaquauersum mouens, Hagense consilium facile interturbauit. Simulata versus Mosellam profectione, aliquamdiu & Luxenburgo, & Argentinæ timebatur. Sed Humierio, qui paratus apud Belgas ſtabat, cum equitibus decem mille præire iusso, Rex ipse cum Regina ac Gynæceo Metas vsque progressus, mutatis de via, testinatisque itineribus in Belgium flexit; & Gandauum, Flandriæ metropolim, sub initium Martii, inexpectata obsidione clausit; tantoque mox ardore oppugnare cœpit, vt nona mensis istius die, Vrbs & triduo post, Arx, deditionem pactæ, se Regis Imperio submiserint. Inde paucorum dierum interuallo, Ipras conuersus, sub diem Martii vigesimum sextum eam quoque Ciuitatem subiugauit. Vix mouentis famam cognouerat Auriacus, quin relicta exemplo Comitis Haga, in Brabantiam euolaret; sed necdum Mechliniam ingresso, cinctum iam Gandauum nunciatur. Et quanquam accito ocyus milite, compositoque ex Hispanis, Brandenburgicis, Batauis ac Luneburgicis exercitu, Vrbi liberandæ sollicitus intenderet, quod tamen cum viribus longe superior Rex esset, non potuit armorum Franciæ in Belgio Dominatum, impar præpedire. Istorum nuncio progressuum consternati Britones, illico militem in Belgium transmittunt, exceptum Ostendæ, ac Brugis, aliaspe per Vrbes Flandriæ distributum. 37) Ansam hæc inopinata Gallorum expeditio conuentui Coloniæ Agrippinæ instituto dabat, vbi de nouo corpore armatorum triginta millium creando, hostique ad Mosam cumprimis obiiciendo, consultabatur. Et licet Brandenburgicus, Monasterienſis ac Neoburgicus de octodecim millibus facile conuenirent, 38) Bataui tamen, oblata a Gallis Traiecti, aliorumque locorum restitutione, in pacem facile consentiebant. 39) Inter hæc pacis consilia, Montes Hannoniæ sic circumsidebat Luxenburgicus Dux, nihil vt annonæ potuerit importari, & nisi suprema iam rerum cum omnium egestate luctandi, præpropere Fœderati succurrerent, deditio in horas timeretur. Auriacus igitur collectis vndique copiis, iustum iam exercitum pridie Idus Augusti in hostem ducit. Eminus quidem motum Auriaci prospectat Luxemburgicus; sed quod ipse de pace iam certior, parem Neomago crederet nuncium Fœderatos accepisse, nihil hostile suspi-

35) ALPEN *lib. IX. §. XXVII.* PVFENDORF *lib. XV. §. XVII.* EVR. MERCVRIVS *ad a. 1677. p. 14. 231.* Hoc bellum Dano-Suecicum plenius describitur in *Hiſtor. Einleitung zum Nord. Krieg p. 164.* VVAGNER *p. 439.*

36) PVFENDORF *lib. XV. §. XVIII.* ALPEN *lib. IX. §. XXXVII.* EVR. MERCVRIVS *ad a. 1677. pag. 238.* Vide *Beſchreibung der Stadt und Veſtung Alten Stettin & anderer Pommeriſcher Kriegs. Poſſeſſion von Belagerung und Eroberung Stettin, Leipzig 1678.* VV AGNER *lib. VI. pag. 439. Brandenburgius hac æſtate vires operique omnes ad Stettini oppugnationem, non laboris magis, quam quæſtus & gloriæ plenam conuertit. Sex ipſis menſibus in mediam hyemem extracta eſt, diutius trahenda, niſi profligata ab Danis claſſis Suecica, ſpem ſuppetiarum vna profligaſſet, Cives inuitati adeo fidem non mutauere, vt adeundis periculis faciendo operi, fida ad extremum, fortique opera cum Suecis ipſis certare viderentur. Contra prædam tam nobilem omni impendio, ac contentione dignam, reputabat Electior; nec vnquam in vita, ſpectaculo latiore eſt vſus, ac dum candida deditionis ſigna, e Stettini muris volitare conſpiceret.*

37) ALPEN *lib. IX. §. XLII.* PVFENDORF *lib. XVI. §. XI.* VVAGNER *p. 447.*

38) ALPEN *lib. IX. §. XLVI.*

39) ALPEN *lib. IX. §. XLVIII.*

ſuſpicatur. At vero, dum impreſſionem faciunt Fœderatorum turmæ, vtrinque concurſum eſt, & prior Gallorum ſtatio tandem occupata, euerſaque. Progreſſum nox diremit. Poſtero mane Luxenburgico ſignificat Auriacus ſub noctem aduolaſſe nuncium, qui pacem compoſitam, ſignatamque confirmarit: nec idcirco mutata ſic rerum facie, ſibi nunc relinqui dubium, quin liceat Fœderatis Montes ingredi & inferre commeatum. Quod etſi Rege inconſulto, adhuc dum negabat Luxemburgicus, quia tamen poſtridie nota e Galliis iuſſa perferuntur, non ſolum periculo ſubtracti Montes, ſed & omnis miles Gallicus e Belgio Hiſpano abductus, immo, nec multo poſt, ſublatis, quæ finem aliquantiſper retardabant, obſtaculis, inter vtrumque Regem pax conciliata eſt, perfectaque. 40)

§. XLIII. Varia hoc anno de gerendo bello, Danorum erant conſilia. Nam & Gothoburgum opprimere animus erat, ac incurſione in Weſtrogothiam facta, omnem late regionem incendiis vaſtare: tum & octo militum millia, dum Suecicus exercitus in Scania hæreret, non procul Holmia in terram exponere, eamque vrbem prius direptam inflammare. Sed quæ deſtinata, quod non ſatis digeſta eſſent, in irritum cadebant. Nec minus Bahuſii obſidionem Sueci liberabant. 41) In Pomerania vero Königsmarckius Comes, Stralſundenſium hortatu, ex militibus ciuibusque agmen componit, equitum ac peditum circiter quinquies mille, iisque ſub Idus Ianuarias in Rugiam Inſulam ex voto tradactis expoſitisque, Danos, tametſi numero ſuperiores, inuadit. Qui, dum initio fortiter adgreſſores excipiunt, Danorum ductor pila traiectus, occumbit. Cumque Succeſſori in Imperio, haud omnium par eſſet militum obſequium, turbatis ſenſim Ordinibus, fugam capeſſunt, ab inſequente Königsmarckio, cæſis vix ſupra ducentis, cæteri, qui nauigiorum beneficio non euaſere, capti omnes. 42) Elector vero octio Penæ egreſſus XIII. Septembris, in Wittouia pedem figens, inſulam recuperat, Königsmarckio Stralſundam ſe recipiente. Hinc Stralſunda tentatur, cui Elector, committente Cæſare, ſtatum Immediatarum Imperii Ciuitatum offert. Sed, cum nihil proficeretur, & vergente in hyemem anno, iuſta obſidio vrbi operibus & milite munitiſſimæ, circumponi non poſſet, compendio vti placuit. Ita prope ſub munitionibus vrbis tribus locis ſuggeſtus extructi; in Denholmia, ante Franconicam portam, & inter hanc atque Tribſeenſem portam, quorum duo ita propinqui vallo erant, vt milites vtrinque e Stationibus ſeſe exaudire poſſent. Omnibus ita paratis, Elector X. Octobris hora decima veſpertina ex octoginta maioribus machinis, viginti duobus mortariis & L. machinis lato ore, quas Haubicios vocant, moderante Ernesto Weilero, fulminari iuſſit; vnde poſt ſemihoram media vrbe ignis oriri conſpectus, qui ſucceſſu temporis & continuis globorum iactibus ita augebatur, vt oriente luce, dimidia prope vrbis pars flammis inuoluta conſpiceretur. Poſt ſextam horam matutinam, e mœnibus ac turribus tria vexilla albo colore cernebantur; ſed, dum obſeſſi non niſi tempus quærerent igni reſtinguendo, verberatio inſtaurabatur, vsque dum, vrbs ad deditionem fuerit compulſa, honeſtis conditionis legibus XV. Octobris conceſſis. 43) Grypswalda iisdem actibus VI. Nouembris ad deditionem fuit coacta, quæ ſola adhuc Suecis in Germania ſupererat. 44) Sueci equidem exeunte hoc anno, Hornio Duce, e Liuonia in Boruſſiam irrumpunt, ſed aduentante ſuis in auxilium Electore, Ianuario menſe 1679. pedites ſuos trahis imponens, retrocedunt, dum hoſtes fugientes non ſine ipſorum clade inſequitur Elector. 45)

§. XLIV. Ad ſuperiorem vero Rhenum, Galli ſylueſtres vrbes, Rheinfeldam præcipue, indeque in Sueuiam irrumpere tentabant, ab Heluetis impediti. Muuimentum tamen Kehl, vna cum aliis Rheno adiacentibus Crecquius occupabat, & arce Lichtenberg, Offenburgo etiam inſidiabatur, ipſa Argentina trepidante, dum interea Cæſarei ſub Duce Carolo Lotharingo, inedia pene conſumerentur. His igitur & diuerſis velitationibus, in quibus virtute potiſſimum Ludouici Badenſis, Germani ſuperiores, annus agebatur. 46)

§. XLV. Inter has belli actiones. Pacis Tractatus promouebantur. Poſtquam enim Nouiomagum iisdem iam a. 1675. fuiſſet deſtinatum, 47) plures ſub initium ſcrupuli oriebantur de ſalui conductus litteris, 48) de cæremoniis Legatorum Electoralium, dum easdem peterent, quæ Osnabrugæ fuerant obſeruatæ. 49) Principum etiam legati pari ratione haberi vellent cum Electoralibus: 50) Circa Diploma Lotharingi difficultas mouebatur, quod Galliæ Rex ipſum non Ducem Lotharingiæ & fratrem, ſed tantum Principem

40) ALPEN *lib. X. §. XVII.* PVFENDORF *lib. XVI. §. LXX.* RINCK *p. 763.*

41) PVFENDORF *lib. XVI. §. LVIII.*

42) ALPEN *lib. IX. §. XL.*

43) PVFENDORF *lib. XVI. §. LXI. LXII.* qui etiam p. 1235. addit: *ita tanti momenti vrbs, hucusque inuicta opinione nobilis, poſt ſedecim non amplius horarum iaculationem, haut notabili Electoris iactura ad deditionem compulſa eſt, poſtquam ignis dimidiam eius partem abſumſiſſet vna cum annona & molendinis, ac ni deditio properata fuiſſet, reliqua etiam parte peritura.* RINCK *pag. 763.* WAGNER *lib. VI. p. 447.*

44) PVFENDORF *lib. XVI. §. LXIII.*

45) PVFENDORF *lib. XVI. §. LXVIII. LXIX. lib. XVII. incunte.*

46) RINCK *p. 756.* ALPEN *lib. X. §. XIV.* WAGNER *lib. VI. p. 443.*

47) Vide *ſupra §. XXXV.*

48) ACTES & MEM. *Tom. I. p. 76. ſqq.*

49) PVFENDORF *lib. XIV. §. LVII.* WAGNER *lib. VI. p. 425.*

50) PVFENDORF *§. LVIII.*

51) PV-

pem Lotharingiæ & cognatum nominaret. 51) Nondum tamen ſopitis hiſce ſcrupulis, Leolinus Ienckinus, legatus Anglicus Maio menſe 1676. primus Neomagum ſe contulit, quem protinus Hieronymus Beuerningius ſequebatur, & IV. Iunii Colbertus Croiſſius ac Memmius Auauxius, Gallorum legati, Anglis poſtea accedebat Guilielmus Templius, Gallis Godefridus Marchio d' Eſtrades. 52) Subſequebantur Somnicius & Blaspielius, legati Brandenburgici. 53) Succedebant demum legati Cæſarei, Iohannes Epiſcopus Gurcenſis, Franciſcus Vdalricus Comes Kinskius, & Henricus Stratmannus, legati Hiſpanici, aliorumque, quorum intererat. 54) Dum Principum Germaniæ legati ſenſim aduentarent, ſcrupulus mouebatur, an ipſis Ius legatos primi Ordinis mittendi, atque Titulus Excellentiæ, cum priore loco in domo aliena, eædemque Cæremoniæ ac Electoralibus competant, id quod remoras dabat Pacis Tractatibus non paucas: dum autem Principes pacis negotium, niſi his conceſſis, ingredi nollent, adnuebant reliqui. 55) Interim Ratisbonæ Bauarus & Saxo delegatos nomine vniuerſorum Ordinum Neomagum mittendos, contendebant. Sed Moguntinus, Treuirenſis, Colonienſis & Brandenburgicus contradicebant, pacis negotium ſecundum Inſtrumentum Pacis Weſtphalicæ ſuſcipi volentes. Nec Cæſareis id placebat, nec Collegio Electorali. Plures igitur peruicere, ea miſſione ſuperſedendum, ac Ratisbonæ ſuper negotio pacis deliberandum, id quod decreto Imperii XXXI. Martii 1677. fuit confirmatum. Cæſare viciſſim pollicente, omnia bona fide communicarum iri, nec citra Ordinum conſenſum, circa primarium negotium quid definiendum. 56)

§. XLVI. His circa Præliminaria abſolutis, Fœderati XX. & XXI. Februarii 1678 ſuas propoſitiones exhibebant, quibus Galli Suecique ſuas ſubmittebant, de quibus inuicem agebatur. 57) Interea M. Britanniæ Rex, Carolus II. qui Gallorum hucusque partibus fauerat, Gallis maiora potentiæ incrementa quærentibus, cauſſæ communi, concluſo XXX. Decembris 1677. cum Belgis fœdere ad pacem promouendam, accedere videbatur, 58) ad bellum tamen contra Gallos, licet Parlamento haut abnuente, permoueri ſe non patiebatur, rem non ſerio agens, dum a Gallorum Rege poſſideretur, 59) Cæſar a pace primum erat alienus, Belgæ tamen, dum Galli omnia occupata illis reſtituere promitterent, & Hiſpani ob pecuniæ inopiam & malam prouinciarum adminiſtrationem in pacem magis ferebantur. Dum igitur in Belgio omnia ſecus cederent, Belgæ III. Maii inducias cum Gallis proponebant, 60) quæ licet non acceptæ, ipſi tamen inſtantibus Amſtelodamenſibus, 61) ad pacem properabant. Iam Gallus de Hollandorum voluntatibus, deque Angliæ colluſione certus, facultatem ſibi tempusque oblatum exiſtimabat, quo magnæ Europæ parti, ceu victæ leges imponeret. Die quinto decimo Aprilis ergo pacis leges ſingulis dictat, quibus addiderant diſerte legati Gallici, illas aut præciſe reiiciendas, aut nullo medio ad vnguem explendas: conſultari aliud, aut in deliberationem vocari non licere. Tricenus non amplius dies ab quinta decima Aprilis concedi, intra quod ſpatium, qui reſpondere diſtulisſent, bellum, omniaque belli mala habituros. Poſtremum hoc tanto intolerabilius accidebat, quod per deſcripti temporis anguſtias ne peruenire quidem Madritum nuncii; Vienna, Haſſnia, Berolino, ægre redire poſſent, ad conſilium vero de tantis rebus capiendum paucitæ ſcilicet horæ ſupererant. 62) Nihilominus proteſtantibus deſuper & Fœderatis, potiſſimum Electore Brandenburgico, pax cum Belgis X. Auguſti a. 1678. ſignabatur, 63) quos Hiſpani ſtatim ſequebantur, pace

51) PVFENDORF §. *LX.*

52) PVFENDORF §. *LXVI.* FABRI *Staats-Canzelley Tom. I. p. 620.*

53) PVFENDORF §. *LXVIII. LXXI.*

54) ALPEN *lib. IX.* §. *XXXIV.*

55) PVFENDORF *lib. XV.* §. *XXXIV.* ACTES & MEMOIRES *Tom. I. pag. 311.* LETTRES d' ESTRADES *Tom. I. p. 14.* Duranibus pacis Tractatibus, Principum Iura defendit CAESARINVS FVRSTENERIVS, ſiue dotius GODEFRIDVS GVILIELMVS LEIBNITIVS *de Iure Suprematus ac Legationis Principum Germaniæ.* Quid vero Cæſarei de hoc ſcripto ſtatuerint, docet PVFENDORF *lib. XIV.* §. *LVIII.* Faciunt huc etiam varia ſcripta in THVCELII *Electis Iuris Publici c. VII.*

56) PVFENDORF *lib. XIV.* §. *LXIII. lib. XV.* §. *XXXVII.* LVDEVVIG *de Iure adlegandi Ordinum Imperii p. 187.*

57) PVFENDORF *lib. XV.* §. *XLIII. ſqq.* ACTES & MEM. *Tom. II. ſub initium.* VVAGNER *pag. 439.*

58) PVFENDORF *lib. XVI.* §. *I. II.* ALPEN *lib. IX.* §. *XLI.* LONDORP *Tom. X. pag. 458. 476.* VVAGNER *p. 463.*

59) PVFENDORF *lib. XVI.* §. *X. XII. XVII. XXI. XXII. XL.* De hoc negotio ACTES & MEM. *Tom. II. p. 270.* vbi *p. 280.* Memoriale Parlamenti exhibetur, quo ſe ad præſtanda ſexcenta librarum Sterlingorum millia obligat, ſi foederatis accedat. Nouus tamen foederis Tractatus inter Anglos Belgasque 26. Iulii a. 1678. fuit concluſus. ACTES & MEM. *Tom. II. p. 547.* RECVEIL *T. IV. p. 378. 383.* PVFENDORF *lib. XVI.* §. *XLI.* WAGNER *lib. VI. pag. 454.* qui arcana Regis M. Britanniæ conſilia prodit.

60) PVFENDORF *lib. XVI.* §. *XIX. XX.*

61) PVFENDORF *lib. XVI.* §. *XXXIV.* ALPEN *lib. X.* §. *XLVIII.*

62) De his vberius WAGNER *lib. VI. p. 468. ſqq.*

63) PVFENDORF §. *XLVI. XLVII. XLVIII.* ACTES & MEMOIRES *Tom. II. p. 590.* RECVEIL *Tom. IV. p. 384.* RINCK *p. 764.* Quæ foederatorum fuerint conſilia Pacis, vberius exponit WAGNER *lib. VI. p. 462.*

pace cum Gallis XIX. Septembris an. 1678. concluſa. 64) Pax vero Suecos inter & Belgas XI. Octobris anno 1679. fuit ſecuta. 65)

§. XLVII. Concluſa cum Belgis & Hiſpanis pace, Cæſar ad pacem magis inclinabat. Et licet Brandenburgicus cum Fœderatis Cæſari auxilia offerret, 66) gliſcebat tamen Viennæ metus, quod præmatura Gallorum expeditio metueretur, ac ne fœderati eiuſdem locorum Suecis ereptorum ſibi vellent ſtipulari. 67) Quo plus autem timoris Cæſarei oſtendebant, eo magis aduerſæ partis ferocia gliſcebat. Proponebant igitur Galli, ſe optare, vt ante diem V. Ianuarii ſt. v. pax ſit perfecta, ne conditiones deinceps intendantur. Nec facultatem Dano atque Brandenburgico præbere volebant, vt ſuos quoque Tractatus coniunctim cum Cæſare poſſent perſequi. Ienckinus nomine Gallorum, Dano denuntiabat; ni pax inter Daniam, & Sueciam ante finem menſis Ianuarii ſit concluſa, Gallum non amplius conditionibus eſſe ſtaturum, quas alias cum Daniæ Rege fuerat conuenturus. Sed & Cæſareis Galli ſignificabant; Belgarum intercеſſione terminum acceptandæ pacis ſe a die V. Ianuarii ad extremum eius menſis diem prorogaſſe, intra quem ni Cæſarei pacem occupent, ſe præter Friburgum, etiam demolitionem Philipsburgi exacturos. Sed ſi totum menſem Februarii elabi patiantur, totam inſuper Brisgouiam reparandis expenſis poſtulaturos. 68) Tandem vero ob motus Vngaricos & quod Brandenburgici Electoris incrementa potentiæ ad mare Balthicum metuerent, d. V. Februarii a. 1679. ipſis Gallis mirantibus, quod Cæſarei in omnia Gallorum poſtulata conſenſerint, pax inter Cæſarem & Gallos fuit ſignata, XXXVI. articulis comprehenſa, qua firmatur pax Monaſterienſis, ita tamen, vt Galli præſidii iure in Philipsburgum, Cæſarei Friburgo cum tribus ad illud pertinentibus pagis cedant. Reſtitutio quoque Lotharingiæ Ducis in Ducatum ſuum decernitur, ita tamen, vt Nanceium Coronæ Gallicæ vnitum maneat, vna cum Territorio diuidiæ Leucæ Lotharingicæ, & præfectura Longwicenſi, cuius loco Tullum vrbem cum omni dominio Galli cedebant. Reſtituuntur Franciſcus Egon & Wilhelmus Egoni fratres, Principes Fürſtenbergii. Bullionenſis controuerſia inter Ducem Bullionenſem & Epiſcopum Leodienſem amicabili via componatur; & nulla contra hanc pacem ab Imperio exhibita proteſtatio recipiatur. 69) Eodem die cum Suecis quoque ſignata pax fuit, qua Osnabrugenſis confirmatur, Cæſarque promittit, vt pax inter Suecos & contra ipſum conſœderatos reliquos promoueatur, & Gottorpienſi Duci iura ſua ſarta tecta conſeruentur. 70) Communicabant inde Cæſarei Ordinibus pacem, addita excuſatione, ob iniquitatem temporum, inconſultis Ordinibus eam fuiſſe abſoluendam, ac Cæſarem eo facto Capitulationi, iuribusque Ordinum pace Weſtphalica firmatis præiudicium adferre nolle, nec id in exemplum trahendum. Qua modeſtia quosdam Ordinum ei auſo indignantium demulcere ſtudebant. Etſi plerique pro ea pace Cæſari gratias agerent, ac modum agendi Neomagi adhibitum probarent 71) per decretum etiam Comitiale XIII. Martii anno 1679. pacis Inſtrumentum confirmarent. 72) Licet contra iſtam pacem Dani, Brandenburgici & Lüneburgici admodum proteſtarentur. 73) Inſecutus fuit XVII. Iulii a. 1679.

64) Inducіæ primum cum Hiſpanis 19. Auguſti 1678. ſignabantur. ACTES & MEM. *Tom. II. p. 672.* Ipſa pax *p. 694.* RECVEIL *Tom. IV. p. 397.* RINCK *c. l.* WAGNER *p. 475.*

65) ACTES & MEM. *Tom. IV. pag. 651.* RECVEIL *Tom. IV. p. 452.*

66) PVFENDORF *lib. XVII. §. X.*

67) PVFENDORF *lib. XVII. §. XI.*

68) PVFENDORF *lib. XVII. §. XV.*

69) Extat pacis Inſtrumentum apud PVFENDORFIVM *lib. XVII. §. XXIV.* qui etiam *§. XXIII.* ordinem & modum pacem ſubſignandi deſcribit. In ACTES & MEMOIRES *Tom. III. pag. 405.* ubi etiam *pag. 439.* Relatio, qua ratione Tractatus iſte fuerit ſubſignatus, extat in RECVEIL *Tom. IV. p. 405.* Addit PVFENDORFIVS iudicium de hac pace: *Galli poſt diſcedant; cum Belgis ſe artificioſam pacem ſcciſſe, cum Hiſpanis artificioſam & vtilem; cum Cæſare artificioſam, vtilem, & valde gloriоſam: vltro inſultantes, quos illuſerant.* Immo, nec in Aula Cæſarea iudicia ſatis æqua de hac pace, de quo PVFENDORFIVS lib. XVII. §. XXXV. *Iudicia quoque aulæ ſuper hac pace in diuerſum abibant. Ipſe Cæſar ob eandem ſingulari dolore perfuſus fuerat: ac omnibus, qui de iſta ipſi gratulabantur, ſilentio, aut aſpero obtutu reſpondebat. Idem in conſilio dicebat, nunquam ſe tanto terrore perculſum, quam cum Comitem Roſenbergium conſpiceret; qui Neomagi moratus fuerat, vt Pacis inſtrumentum adferret. Hunc Kœnigseckius biſce verbis exceperat, dolere ſe, ipſum hoc facto orbi innoteſcere, quod Cæſari tam turpem pacem adferat. Plerique in legatos inuehebantur, qui ipſer tractatui quinquies mota mandata petierint, nunquam tamen ea expectarint, ſed ſemper ſuo arbitrio rem dexiderint, antequam mandata adferri poſſent. Quod & nunc contigerit. Vnde Vicunæ credi non potuiſſe eos concluſuros; quod non ſolum interdictum ipſis fuerit, eſſt tunc literæ nondum Neomagum allatæ forent, ſed & antehac mandata non habuerint ad eiusmodi leges admittendas.* ALPEN *lib. X. §. LV.* LVNIG *p. Gen. p. 1020.* THEATR. EVROP. *Tom. XI.* DIAR. EVROP. *Tomo XXXVIII.* WAGNER *p. 485.*

70) PVFENDORF *lib. XVII. §. XXVIII.* ACTES & MEMOIRES *Tom. III. p. 441.* RECVEIL *Tom. IV. p. 412.* RINCK *pag. 775.* LVNIG *p. Gen. p. 1034.* cum variis ſcripta.

71) PVFENDORF *lib. XVII. §. XXVI. XXXIX.*

72) Extat Decretum in RECVEIL *Tom. IV. p. 410.* ACTES & MEMOIRES *Tom. III. pag. 490.* Vid. *Diſcurs von der Reichs-Deputation p. 10.* LONDORP *Tom. X. p. 660.*

73) PVFENDORF *lib. XVII. §. XXVI. XXVII. XLI.* ACTES & MEMOIRES *Tom. III. p. 465.* Acta ratificationis extant *p. 519.* Ad pacis Noviomagenſis hiſtoriam facit *Hiſtoire des Negotiations de la paix de Nimegue, par le Sr. de S. DISDIER, à Paris 1680. 12. Actes & Memoires des negotiations de la Paix de Nimegue, à la Haye 1679. 12. Lettres du Marechal d'ESTRAIES à la Haye 1710. 12.* Commentati in eandem fuerunt AHASVERVS FRITSCHIVS & ADAMVS CORTREIVS. Facit huc etiam CYRIACI LENTVLI *meditatio Politica de pace Neomagenſi, & VERIMVNDI DEVTSCHMANNI Iudicium de hac pace, 1681.*

74) ACTES

a. 1679. Tractatus Executionis. 74)

§. XLVIII. Licet autem Brandenburgicus Elector pacis ratihabitionem impedire conaretur, 75) fruſtra tamen hoc fuit, dum Bauari & Saxones ad pacem promouendam fœdus inter ſe pangerent. 76) Primi ex Fœderatis cum Gallis Suecisque paciſcuntur Lüneburgenſes Duces, qui facta XXVI. Februarii ſt. v. 1679. Cellis pace, Ducatus Bremenſis reſtitutionem promittunt, præfecturam Dowern & Tedinghauſen vna cum trecentis vncialium millibus ſibi ſtipulantes. 77) Sequitur Ferdinandus, Monaſterienſis Epiſcopus, qui Chriſtophoro Bernhardo 1678. defuncto ſucceſſerat, concluſa XXIX. Martii 1679. pace, qua ipſi a Suecis centum Thalerorum millia, & vsque dum iſta ſoluantur, hypothecæ loco præfectura Wildshauſen relinquitur. 78) Paulo ante, dum Galli Cliuenſes terras inuaderent, illud proficiebant, vt XXI. Martii cum Brandenburgico Electore inducias concluderentur, a Kl. Aprilis ad Kl. Maii interim omnes motus hoſtiles atque exactiones ceſſarent, 79) quæ Xantis ad quindecim adhuc dies fuerunt prorogatæ, tradita interim Gallis Veſalia & Lippſtadtio. 80) Denuo Martio menſe Meinderſius in Gallium mittebatur, 81) & licet Stettino inhæreret, quod Sueci antea promiſerant, Suecis tamen Gallisque nunc hoc denegantibus, tandem neceſſitati erat parendum, atque pax XIX. Iunii 1679. in fano S. Germani fuit concluſa, per quam loca in Pomerania occupata Suecis reſtituuntur, niſi quod vrbes & terræ trans Viadrum Electori Brandenburgico cum omnibus iuribus atque adnexis relinquantur, Dammo excepto & Golnouia, iſta tamen pignoris loco, vsque dum quinquaginta thalerorum millia fuerint ſolura, retineantur. Sueci diuiſioni vectigalium in portu Colbergenſi & oris Pomeraniæ trans Viadrum renuntiant, Galli Electori trecenta millia vncialium ſoluant. 82) Et licet de pace adhuc dubitaret Daniæ Rex, iſta tamen cum Gallorum Rege Fontisbellaqui II. Septembris a. 1679. & mediante Io. Georgio II. Saxoniæ Electore, cum Suecis Lundini XXVI. Septembris fuit ſignata, qua loca vtrinque ablata reſtituuntur, pax Rotſchildenſis & Hafnienſis confirmatur. 83)

§. XLIX. Vix tanti belli flamma vtcunque conſederat, cum in Saxonia nouum incendium videbatur ſurrecturum, tentato per Regem Daniæ Hamburgo, dum viginti militum millia in Holſatia haberet parata, ad Gallorum impetum, ſi forte ingruerent, ſiſtendum. Interuentu autem Brandenburgicorum & Lüneburgicorum legatorum, Pinnebergæ Kl. Nouembris 1679. negotium componitur, his conditionibus, vt controuerſiæ ſuper homagio, quod Rex vrgebat, ad futuram deciſionem iudicialem, aut amicam compoſitionem reiiciatur, temporaria conuentione interpoſita, qua vtriusque partis iura reſeruabantur. Hamburgenſes quoque per delegatos, Regi Pinnebergæ ſubmiſſionem aliquam, absque tamen ſolennitate teſtaturi erant, cuius formula tunc adornabatur. In ſatisfactionis vicem Ciuitas Regi CL. vncialium millia iam obtulerat. 84) Mortuo a. 1680. Auguſto, Magdeburgici Ducatus Adminiſtratore, plenam eiusdem Ducatus, per Weſtphalicam Pacem ſeculo addicti poſſeſſionem, nemine contradicente adprehendebat Brandenburgicus Legatus. Godofredus etiam a Iena proximum locum a Bauaro in Comitiis in ſcamno ſeculari capeſſerat, nemine præter Palatinum contradicente, qui ipſum in ſcamno transuerſo conſidere malebat: nec minus Directorium Proteſtantium in Senatu Principum ab iſto tempore exercuit. 85)

§. L. Inter hæc Nouiomagenſis pax funeſtos fructus proferre cœperat. Quippe Gallus concepta libidine, tractum Germaniæ transrhenanum abſorbendi, ſupremum ſibi dominium in vtramque Alſatiam, nec minus in vaſallos trium Lotharingiæ Præſulatuum compe-

74) ACTES & MEM. *Tom. III. pag. 553.* RECUEIL *Tom. IV. p. 437.* PUFENDORF *lib. XVII. §. LI.* LUNIG *p. Gen. p. 1054.*

75) PUFENDORF *lib. XVII. §. XXXIII. ſqq.* WAGNER *p. 485.*

76) PUFENDORF *§. XXXVII.* Saxo enim Iuliacenſibus terris inhiabat. PUFENDORF *§. LXXVI.*

77) Extat in ACTES & MEMOIRES *Tomo III. p. 567.* & in RECUEIL *Tom. IV. pag. 416.* LONDORP *Tom. X. p. 661.* WAGNER *p. 486.*

78) 10. ab ALPEN *lib. X. §. LVI.* PUFENDORF *lib. XVII. §. LV.* ACTES & MEM. *Tom. IV. p. 379.* RECUEIL *Tom. IV. p. 424.*

79) PUFENDORF *lib. XVII. §. LIV.* RECUEIL *Tom. IV. p. 429.*

80) PUFENDORF *lib. XVII. §. LX.* ACTES & MEMOIRES *Tom. IV. p. 468.* RECUEIL *Tomo IV. p. 432.*

81) Miſſus iam ante fuerat XII. Decembris 1678. in Galliam, nunc denuo mittitur. PUFENDORF *lib. XVII. §. LXVI. LXXII.*

82) PUFENDORF *lib. XVII. §. LXXVIII. LXXIX. LXXX.* RECUEIL *Tom. IV. p. 483.* ACTES & MEMOIRES *tom. IV. p. 490.* Cæſari etiam & Hiſpani Pomeraniæ reſtitutionem tacite promouebant, quod ipſi nollent Regem Vandalorum habere. PUFENDORF *lib. XVIII. §. I.* Ab Electore Brandenburgico poſtmodum ſatisfactio ab Impio petebatur, eo quod ob auxilia Imperio præſtita, tot damna fuerit expertus. Petebat autem Tremoniam, Muhlhuſam, Northuſam, Ciuitates Imperii, cum Ioachimicorum myriade, Expectatiua in feudum aliquod Imperii inſigne, prout Acta docent apud LONDORPIUM *Tom. XIII. cap. XXVI. XXXVI. XXXVII. XXXVIII. XXXIX.* Ineunte a. 1716. denuo hanc ſatisfactionem petiit Fridericus Guilielmus Rex Boruſſiæ, prout ELECTA IVR. PUBL. *Tom. IX. p. 5. p. 70.* docent.

83) Acta huius Pacis extant inter reliqua Acta *Tom. IV. p. 551.* RECUEIL *Tom. IV. pag. 432. 440.* PUFENDORF *lib. XVII. §. LXXXVIII. LXXXIX. XC. Hiſt. Einleitung zum Nord. Krieg p. 153.*

84) PUFENDORF *lib. XVII. ineunte.* Extant Tractatus Pinnebergenſes in RECUEIL *Tom. IV. p. 462.* LUNIG *II. Cont. II. Forſ. p. 214.*

85) PUFENDORF *lib. XVIII. §. XII.*

competere fingebat. 86) Poſt pacem enim Weſtphalicam, Galli iura in decem Ciuitates Alſatiæ Imperiales ſenſim conabantur extendere. 87) Conſtitutis an. 1658. Enſisheimi Conſilio Regis Supremo, eædem iurisdictioni criminali æque ac Ciuili per edictum Regium ſubiiciuntur. Dum autem Ciuitatum iſtarum Immunitati & Iuribus per Capitulationem Leopoldinam fuiſſet perſpectum, 88) X. Martii 1665. de Gallorum attentatis Ciuitates iſtæ apud Imperium fuerunt conqueſtæ, a quo Arbitrium proponitur, Rege conſentiente, atque Electorem Moguntinum & Colonienſem, Regem Sueciæ, tanquam Palatinum Bipontinum, & Landgrauium Haſſo-Caſſellanum denominante, quibus ab Imperio Saxoniæ Elector, Epiſcopus Eichſtatenſis & Conſtantienſis & Ciuitas Imperii Ratisbonenſis adduntur. Conſtitutio Arbitrii XIII. Septembris 1667. ſollenni actu publicatur, ſcripto coram Arbitris agebatur, atque declarabatur, præfecturam iſtam non in iſtis decem Ciuitatibus, ſed partim in Pagis XL. & vltra ad eandem pertinentibus, Præfecturialibus dictis, partim in quibusdam certo modo a Præfectura dependentibus Iuribus ab iisdem Ciuitatibus præſtandis, conſiſtere. Dum autem Galli, Turennio Duce, Auguſto menſe 1673. Decem iſtas Ciuitates occuparent, Arbitrium illud diſſoluebatur. In Proiecto quidem Pacis Cæſareo-Gallicæ deciſio controuerſiarum Alſaticarum per Arbitros finiri intendebatur, per ipſam Pacem tamen non niſi generatim Pax Monaſterienſis confirmatur. 89) Coram iisdem quoque Imperii ſubdelegatis, cauſſa feudorum trium iſtorum Præſulatuum pertractatur. 90) *Aſt a. 1680. Metenſis, Tullenſis ac Virodunenſis Præſules apud Gallum querelam deferebant, Vaſallos ſuorum Præſulatuum fere intra ſeculum feudorum ſuorum renouationes haut quæſiuiſſe; quo ipſo eadem in commiſſum deciſſe. Conſtituto igitur Metis iudicio, protinus deſignati, qui ſuper iis cauſſis cognoſcerent. Nec minus Briſaci conſtituebantur, inquiſituri in ea, quæ ad Alſatiam vtramque & præfecturam Hagenouienſem, aliaque loca Regi tradita pertinerent, ac ab aliis nullo idonco titulo poſſideri arguebantur. In quos nec auditos, neque conuictos ſententiæ pronuntiabantur: ſi qui defenſionem per Procuratores tentabant, inſolenter reiecti. Velandæ violentiæ vocabulum reunionum fingebatur, atque ex Lege Salica fundamenta petebantur, cuius hæc ſit ſententia; quidquid vnquam in ius dominiumque Franciæ, quouis pacto acereuerit, id inſolubili vinculo Coronæ ita agglutinari, vt nullo æuo auelli, contra ab quouis velut alienæ rei poſſeſſore vindicari poſſit. 91) Hac ratione Palatino præfectura Germersheim cum multis aliis locis, velut ab Alſatia dependentia, adimebantur, Lauterburgum Epiſcopo Spirenſi; Sueco Ducatus Bipontinus; Palatinis Comitatus Veldentinus, Homburgenſis & Bitſch; Naſſouiis Saarpontum. Sic etiam integer Hunnorum tractus vna cum multis ditionibus Comitum Hanouicorum & Leiningenſium petebantur. Nec minus Mumpelgardo Dux eiiciebatur, cum Mumpelgardenſe oppidum, cum arce, feudum Burgundiæ eſſe dicebatur, quædam vero præfecturæ ad ſupremum Alſatiæ Dominium ſpectent. Mittebat Cæſar Henricum Franciſcum Manſfeldium Comitem in Galliam, quo & Palatinus Eckium Baronem ablegauerat, ſed reſpondebatur: Regem non aliud Tribunal adgnoſcere poſſe, quam

86) PVFENDORF lib. XVIII. §. XIII. qui etiam, quid hac in cauſſa circa Tractatus pacis VVeſtphalicæ fuerit actum, altius repetit. Argumenta equidem circa feuda Metenſia Galli ſumebant ex Pace Monaſterienſi §. *LXX.* quod *ſupremum Dominium, Iura Superioritatis, aliaque omnia in Epiſcopatus Metenſem, Thullenſem, & Virodunenſem, Vrbesque cognominis eorumque Epiſcoporum diſtrictus, & nominatim Moyenuicum, eo modo, quo hactenus ad Romanum ſpectabant Imperium, impoſterum ad Coronam Galliæ ſpectare, eique incorporari debeant in perpetuum & irreuocabiliter, reſeruato tamen iure Metropolitano ad Archiepiſcopatum Treuirenſem pertinente.* Et licet Imperii Ordines hæc ad ea, quæ in ſeculari ipſorum territorii diſtrictu continentur, reſtringi vellent, nihil tamen obtinebant. Ex antiquo etiam Lotharingici atque Auſtraſiæ regni iure argumenta ſumebantur, quæ tamen refelluntur in FRANCOPOLIAE *Wahrem Bericht von dem alten Kœnigreich Lotharingen und Auſtraſien* 1682. 4. & 1708. 8. RINCK *pag.* 780. Varia POLYDORI VVAHREMVNDI, POLYDORI VERIMVNDI ſcripta circa iudicium hoc Gallorum recuperatorium recenſet GRYPHIVS *de Script. Sec. XVII. p.* 152.

87) Proſpectum enim harum libertati per Pacem Monaſterienſem §. LXXXVII. *Teneatur Rex Chriſtianiſſimus non ſolum Epiſcopos Argentinenſem & Baſilienſem, cum Ciuitate Argentinenſi, ſed etiam reliquos per vtramque Alſatiam Romano Imperio immediate ſubiectos Ordines, Abbates Murbacenſem & Ludrenſem, Abbatiſſam Andlauienſem, Monaſterium in Valle S. Gregorii Benedictini Ordinis, Palatinos de Lutzelſtein, Comites & Barones de Hanau Fleckenſtein, Oberſtein, totiusque Inferioris Alſatiæ Nobilitatem, Item prædictas decem Ciuitates Imperiales, quæ Præfecturam Hagenoenſem agnoſcunt, in ea libertate & poſſeſſione Immediatis erga Imperium Romanum, qua hactenus gauiſa ſunt, relinquere: Ita vt nullam vlterius in eos Regiam ſuperioritatem prætendere poſſit, ſed iis iuribus contentus maneat, quæcunque ad Domum Auſtriacam ſpectabant, & per hunc Pacificationis Tractatum, Coronæ Galliæ ceduntur.* Addi quidem volebant Ordines Comites de Leiningen, Rixingen, VVeſterburg, Dachsburg, tam alios, qui in iſto tractu poſſeſſionem vel quaſi immediatatis erga R. Imperium habeant, ſed nihil obtinebant, prout PVFENDORF nos docet *cit. loc.* VVAGNER *lib. VII. pag.* 505.

88) *Art. VIII.*

89) Hæc ſingula per rationes & argumenta illuſtrantur, ſub titulo: *Nullitas iniquitasque Reunionis Alſaticæ* 1708. 4. Circa Tractatus Pacis VVeſtphalicæ iam exhibebatur *Summariſche iedoch gründliche Ausführung der Heil. Rœm. Reichs Landuogthey Hagenau*, 1647. 4. qua demonſtratur, decem iſtas Ciuitates Imperiali Præfecto nunquam fuiſſe ſubiectos.

90) De hoc varia ſcripta apud LONDORPIVM *Tom. X. p.* 695. *Tom. XI. p.* 12. Acta Ratisbonenſia *Tom. XI. p.* 44. 279. *ſeq.*

91) VVAGNER *lib. VII. p.* 503.

92) PV-

quam quod Brisaci erectum sit, cui de ipsius patrimonio iudicandi facultas competat. Interpositionem Cæsaris aut Imperii admitti non posse; præscriptionem etiam longissimi temporis locum non habere in rebus summi Imperii iura spectantibus. 92) Et licet Palatinus copias Circulares sibi auxilio mitti peteret, plerique tamen Status in Comitiis Ratisbonensibus censebant, Gallum dissociaris Ordinum animis, non esse irritandum, potius litteræ hac de causa ad ipsum & Magnæ 93) Britanniæ Regem decernuntur. Ab Argentoratensibus etiam Galliæ Rex postulabat, vt vinculo, quo Imperio teneantur, sese exsoluant, ac ipsius protectioni se submittant. Cæsarei equidem ministri per semestre amplius spatium cum ea Ciuitate egerant, vt Cæsareas copias præsidio reciperet, quod tamen ob Gallorum minas abnuebat. 94) Interim Mansfeldius Parisiis instabat, vt vel omnia post pacem innouata restituantur, vel saltim grassationes Cameræ Metensis ac Brisacensis sistantur. Sed paruo cum fructu. Hoc saltim Rex per Verium Ratisbonæ offerebat, se congressu delegatorum instituto, querimonias & reliquas prætensiones compositurum: qui tamen Spiræ, Wormatiæ, aut Francofurti ad Mœnum, non autem Argentorati sit habendus. Id quod ab Ordinibus auide arreptum, modo vt Gallus interim reunionibus superfederet. 95) Et quidem tempestiuum hoc Gallis esse videbatur, dum Cæsar ex consilio Emerici, Episcopi Viennensis, Alberti Sinzendorfii, Aerarii Præfecto, & Abelæi, ex intempestiua parsimonia, veteranos missione domaret. 96)

§. LI. Ast Gallus, cum destinata sua in Argentoratensem vrbem iam executioni esset daturus, per Croissium Mansfeldio vltro denuntiabat; sibi propositum, Argentoratenses in verba sua adigere. Imparata igitur vrbe & præsidio admodum paruo, quingentorum militum munita, accedente quorundam proditione, XVII. Septembris, 1681. vesperi per tenebras Galli modica manu ad castellum Rheno adsitum, vbi vectigal exigi solet, accedunt. E quibus, cum sequenti mane causa accessus quærueretur, hi responsebant: Cæsareas copias sex millium in itinere esse, ad isthæc Rheni clausura occupanda. Ex interceptis quoque a se Cæsaris literis adparere hunc omni studio circa prorogandam cum Turca pacem satagere. Quo obtento, bellum in Galliam iam esse decretum: igitur ista destinata sibi fuisse præuertenda. Cæterum vrbi nil noxæ inferendum, ac eam potius aduersus omnem molestiam tegendam. 97) Sed & Monclasius Gunzero Secretario ex vrbe euocato denuntiabat; Regis voluntatem esse, vt vrbs se dedat; ac se missum ad ea iussa executioni mandanda, ni vltro pareatur. Postera die Luuoisius Ilkircham veniebat, ad quem delegati ex vrbe accedebant, causam inuasionis cognituri. Is solita cum ferocia proponebat, cum tota Alsatia Regi pace Westphalica & Nouiomagensi attributa sit, solum iam Argentoratum superesse, cuius nunc deditio facienda. Igitur adhuc ea vespera hora quinta liquido responderent, num Regis se arbitrio citra exceptionem dedere velint. Demum magno labore obtentum, vt responsum ad subsequentis diei horam septimam matutinam differretur. Addebatur, si vel vnum telum emittatur, a ciuitate exsoluendum, quantum XXXV. millia militum, & res tormentaria, duran-

92) PVFENDORF *lib. XVIII.* §. *XIV.* MARTIAL. SCHAVFLATZ *p. II. c. VIII. IX. X.*

93) PVFENDORF §. *XVI. XVII.* VVAGNER *pag.* 517.

94) PVFENDORF §. *XIV. XXII.*

95) PVFENDORF §. *XXII.*

96) VVAGNER *lib. VII. p.* 516.

97) De hoc plurimum adhuc dubitatur, an circa Vrbis deditionem aliqua intercesserit proditio. PVFENDORFIVS de eo *p.* 1404. haut absone: *Erat iam conuentio de tradenda vrbe per paucos quosdam a magistratu Lutetiæ adornata, Gunzero ciuitatis Secretario singularem operam nauante; in quam proditionem dispondam a Gallo trecentæ uncialium millia impensa fuerant. Ne ciues se opponere auderent, Rex minabatur; dies centenis uncialium millibus a ciuitate luendos: ac XL. millia bellatorum in procinctu stare iis in ordinem redigendis. Ac proditores iam ante disposuerant, ne qua in vrbe facultas foret. Non nisi quingenti milites præsidio ibi erant, reliquis ante sex septimanas exautoratis. Armamentum ciuium vix tria millia in vrbe restabant, reliquis ad mercatum Francofurtensem, & alio digressis.* Sic etiam VVAGNERVS *lib. III. p.* 520. *erat proditio tota venustissime disposita; Fürstenbergio Episcopo, Dietrichio Prætore, Gunzero vobis Syndico, in exitium patriæ, omni cura diligentiaque intentis. Louisius totius molitionis author idem ac Minister præpuus; aula tota, quo ignoraret, ignara, in Alsatiam elam profectus duas legiones Friburgo Brisacum, veluti in Delphinatum profecturas euocat. Alias per Alsatiam, Lotharingiam, Burgundiam, velut ad reficiendas munitiones late sparsas, ad quinque ac triginta millia cogit. Farinam Parisiis, cistis pragrandibus, quis instrumenta bellica vehi dicebant, procurat Decima septima Septembris die. Monclasius Koblentsem, Rhenanam, Vectigalem, ita dictas munitiones, ex improuiso occupat; aditus omnes arctissime occludit. Biduo post, Louisius cum re tormentaria, atque exercitu toto euocatis Ilkirchæm Magistratibus, deditionem præcise imperat. Adesse se, vt Cæsarcorum euocata ab ciuibus sex millia præueriteret; vrbem, quam e Monasterienſi ac Neomagensi pace, suam Rex censeret, in fidem reciperet; nullum relinqui consulendi locum; ni pareant, rebellium ciuium instar tractandos; si vel pilam vnam tormento excutiant, tantum aris fore repetendum, quanti ante vrbis iusta oppugnatio æstimaretur: celeri obsequio habituros, quas vellent, honestissimas conditiones; velle autem Regem, vt vigesima Septembris qua ipsa die Cæsalis præsidium Francicum receptura sit, deditio fieret. In extrema rerum omnium desperatione, nocte ad consulendum vnica concessa, Gunzerus, ac Diterichius palam insenata ad plebem: adesse diem vltimam libertatis; cedendum necessitati; amentes, qui de defensione, cogitarent; vnicum superesse ad deliberandum: naturæ deditione redimere vrbis priuilegia, an funditus euersa vellent.* LAQVILLE *Hist. d' Alsace Tom. II. p.* 265: dicit: *Tous conuinrent vnanimement qu' il falloit se soumettre; & on ne vit qu' vn seul tailleur periz homme de soixante & dix ans, qui fut d' aduis de se defen-*

durante obſidione conſtiterit. Ita deditio XX. Septembris Anno 1681. fiebat, ac Rex vrbi, quas petebat conditiones concedebat, niſi quod iſte cathedralem ædem, velut a maioribus ſuis extructam, ſimul portas, & armamentarium ſibi depoſceret. In hoc repertæ machinæ, & armorum adparatus ſeptem millionibus taxabatur. Ipſe Rex vrbem ingreſſus, ædem cathedralem Romano ritu imbui curabat. 98)

§. LII. Licet autem hoc factum Galliæ Regis Legati tum apud Cæſarem, tum Ratisbonæ excuſare conarentur, quod bellum in Alſatiam, irruptionem in Galliam metuiſſet, Argentinum ipſi cum Alſatia per P. W. fuiſſe ceſſam, Ciues volentes ſe ſubdidiſſe, Cæſar tamen Gallis iratior, licet multis difficultatibus obſeſſus, bellum tamen parabat, dum Brandenburgicus Elector, Gallo fœderat, Cæſaris conſilia oppugnaret. 99) Ad ſiſtendas igitur has Gallorum aſſociationes facere videbatur coniunctio inter Suecos & Belgas, ad tuendam pacem Weſtphalicam & Nouiomagenſem inita, dum Suecus odio erga Gallum flagraret, ob bellum infeliciter geſtum, & Ducatum Bipontinum ipſi eretum. Accedebat Holmiæ XII. Octobris 1682. fœdus inter Leopoldum & Carolum XI. pro tuenda eadem pace concluſum. 100) Gallus interea Tractatui ſe ſuper interpretatione pacis offerebat, qui Spiræ, Wormatiæ, aut Francofurti ſit ſuſcipiendus, interim omnia in ſtatu præſenti manſura. Iſta propoſitio a Cæſare & Imperio acceptata, ac in Francofurtum fuit conſenſum. Huic conuentui obeundo a Cæſare deſtinatus Wolfgangus Andreas Roſenbergius Comes & Stratemannus. E Collegio Electorali Moguntinus & Saxo; e Principibus Auſtriacus, Bambergenſis, Bauarus, Lauterenſis, Vinarienſis, & Brunſuicenſis; e ciuitatibus Ratisbona & Colonia. Galliæ Rex San Romanum & Harlæum Legatos miſere. Verum, circa conuentum adornandum, multæ difficultates mouebantur, Cæſarei enim legati ſoli cum Gallis tractare cupiebant. Galli Antonium Schottum legatum Saxonicum, Colmariæ natum admitti nolebant. Cæſarei Electoralibus, neque priorem in ſuis ædibus locum, nec Excellentiæ titulum; Nec tunc Principum legati Electoralibus concedere volebant, vt peculiarem conſtituerent Senatum, ſed vt in eadem cum Principum Oratoribus Curia ſederent. Et cum Galli XXVI. Decembris 1681. primum ſcriptum exhiberent, San-Germani XV. Decembris lingua Gallica datum, de idiomate quoque controuerſia erat, dum Galli proprio ſermone vterentur, contradicentibus Germanis. Tandem vero Galli Argentoratum, aliaque Loca ſine ratione occupata reddere nolebant, hac declaratione, ſe iis quæ iam occuparant, contentos eſſe velle, nec amplius quid petituros, Friburgum etiam, detractis munitionibus Cæſari reddituros, ſi hic Philipsburgum itidem munitionibus exutum Spirenſi Præſuli reſtituat. Fructu igitur hic Conuentus fuit deſtitutus, negotio Ratisbonam remiſſo, Gallis omnem culpam in Germanos reiicientibus. 101)

§. LIII. Interim Galli varia ad Rhenum fortalitia extruunt, arcem Argentoratenſi vrbi imponunt; Fortalitium Ludouici erigunt. 1) Anno 1682. Gallus tripartito exercitu Belgium inuadebat, Luxemburgum quidem tentabat, ſed vt bello præcaueret, ſtatim iterum deſiſtebat. Inſequenti an. 1683. nouus fit Gallorum impetus, dum ex pace Nouiomagenſi plures Belgii vrbes tanquam ceſſarum appendices, prætenderet: Humierius equidem Cortracenſem Ciuitatem obſidet atque capit, & poſt eam Dixmudam, dum interea Crecquius exeunte anno Luxenburgum obſideret, quod demum nullo auxilio adueniente, Kl. Iunii 1684. in Gallorum cedit poteſtatem. 2)

§. LIV. Durante hoc bello Gallico, dum Vngaris graues eſſent Cæſarei, varii oriebantur motus, idque ob ſacrorum libertatem ereptam, templa Proteſtantibus adempta, ſacerdotes & ſcholarum magiſtros eiectos, partim etiam ad triremes damnatos, officium

ſe defendre iusqu'à la mort. Licet Argentoratenſes defendantur in ſcripto, cui titulus: *Vnpartheyſche Defenſion d.s Heil. Reichs-Stadt Straßburg, ſamt einer aufrichtlichen Relation, wie es mit Occupirung dieſer Stadt hergangen* 1697. 4. Extant de hoc negotio varia ſcripta apud LONDORPIVM *Tom. VI. pag.* 16. 142. RINCK *pag.* 805. MARTIAL. SCHAVPLATZ *p. II. c. XI. XV.* THEATR. EVR. *Tom. XII. p.* 274.

98) PVFENDORF *lib. XVIII.* §. *XXI.* qui addit: *Epiſcopo Fürſtenbergio inter alloquium hæc quoque verba adhibente: ſe iam cum Simeone libenter in pace ad ſuperos deſceſſurum, poſtquam oculi ſui tam ſalutare opus viderint.* Sermonem integrum exhibet LONDORP. *Tom. XI. p.* 131. qui etiam *p.* 332. ſcriptum Argentoratenſium exhibet de fortalitiis ſuis a Gallis occupatis. Articuli Pacis reperiuntur inter Adiuncta Nullitatis Reunionis Alſaticæ *p.* 108. & in RECVEL *Tom. IV. p.* 473. Adde HISTOIRE DE TRAITTES DE PAIX *Tom. I. pag.* 538.

99) PVFENDORF *lib. XVIII.* §. *XXIII.* VVAGNER *lib. VII. p.* 523.

100) Extat Fœdus apud LONDORPIVM *Tom. XI. p.* 133. & RECVEIL *Tom. IV. p.* 479.

101) De hoc Conuentu egerunt MVLTZIVS *p. II. c. VIII. p.* 386. *ſqq.* PVFENDORF *lib. XVIII.* §. *XXXIII. XLV. LI.* Quid circa hunc conuentum in Comitiis decretum, exponit LONDORP *Tom. XI. p.* 307. *ſqq.* 475. *ſqq.* Acta huius conuentus extant apud LONDORPIVM *Tom. XI. pag.* 353. *ſqq.* & in alio libro, cui titulus: *Wahrhafter Teutſcher Friedens-Rath, welcher in der Conferentz zu Francfurt vorgeſucht und publiciret worden* 1682. 4. & in alio: *Apollo conſulter in dem Parnaſſo über die Conferentz-Tractaten zu Francfurt* 1683. 4. LVDEVVIG *de Iure adlegandi p.* 138. *ſqq.* VVAGNER lib. VII. p. 527. ait: *Temporis pars maxima ceremoniarum rituumque ſuſtidius contrita. Quæ cauſa erat conuentum, ad eam, vt ne accederetur quidem, ab aduerſa parte eſt effectum.*

1) RINCK *pag.* 814. MART. SCHAVPLATZ *pag.* 201.

2) MARTIAL. SCHAVPLATZ *p.* 179. 182.

3) Im-

ficium Palatini abolitum, plures cum essent, qui libertatem ferro esse defendendam censerent. 3) Initium motuum factum iamdum fuit a. 1665. Duce potissimum Wesselino Comite, tunc Vngariæ Palatino, cuius instinctu primum oblatæ Ordinum nomine quærelæ, quod neque consciis, minus probantibus Vngaris, cum Turca pax esset transacta. Sine Regni assensu, tantum negotium confici non debuisse; siquidem legibus, in quas Rex iurasset, standum videretur. Preces adiiciebant, vt ipsis Germani militis intolerabili petulantia liberatis, Regni custodia permitteretur, strenuitate, nec side se Germanis quidquam esse concessuros. His per Lobkouicium fuit responsum, eadem quæ inita sint Pacis capita Posoniensibus in Comitiis, ad ipsos fuisse relata, adprobataque: seuerissimis edictis coëcitum iri militarem licentiam: rebus vero nondum plane compositis, immaturum fore, nunc de dimittendis copiis agi. Interim, dum inter Franciscum Ragotzium & Catharinam, vnicam Nicolai Zerinii filiam, amplarum item facultatum hæredem in aquis Trenschinienſibus nuptiæ magna celebritate peragerentur, eodemque Wesselinus, Zerinius etiam & Ragotzius eiusdemque Mater conuenissent, omnia Consilia de vindicanda Vngariæ libertate fuerunt agitata. 4) Accedebat a. 1674. Windmilii, nobilis Vngari e familia Nadasti conspiratio, & Turcarum concitatio. 5) Dum etiam Proteſtantes templa sua restituere iuberentur, & templum Gymnasiumque Posoniense ipsis armata manu adimeretur, & Iesuitis concederetur, fit Posonii & Cassouiæ tumultus, plures condemnantur, Proteſtantium sacerdotes expelluntur. Religionis odio agitati miseri, carceres, triremes, necem, infanda perferunt. Erumpit multis partibus rebellio, quæ tamen suppliciis coercetur, 6) Defuncto Wesselino, a. 1678. Dux eligitur, Emericus Töckelius, qui collecto milite vrbes Vngariæ montanas, Schemnitium, Cremnitium, Neosolium occupabat, insigni aureorum summa ibidem potitus. 7) Et licet Tyrnauiæ, aliisque in locis, de pace quandoque ageretur, ob nimias tamen Cæfareorum in Vngaros inuectiuas, omnia erant fruſtranea 8) Anno 1678. vlterius progressus Töckelius, multas vrbes occupabat, Lesleum Comitem profligabat. 9) Et licet eodem anno Edenburgi de pace iterum per Schwartzenbergium tractaretur, neque hoc tamen proualuit. 10) Anno 1680. in Moraiam irrumpere tentabat Töckelius, quem tamen Stahrenbergius Comes, qui contra ipsum missus fuerat, impediebat. 11) Post varios Tirnauiæ atque Leutschii institutos Conuentus, 12) Edenburgi Comitia a Cæsare a. 1681. indicta incoabantur. Aderat Cæsaris nomine Schwartzenbergius Princeps, licet & Maio mense, ipse Imp. eo veniret, ad Vngarorum petita Paulum Esterhasium Palatinum constituerat, Proteſtantibus templorum restitutionem promitteret, aliisque postulatis satisfaceret. 13) Tertia etiam Cæsaris Coniux Eleonora Magdalena, Vngariæ Regina IX. Decembris coronatur, 14) atque sic ista Comitia XXI. Decembris feliciter finiuntur. 15) Töckelius autem ducta XIV. Iunii 1682. in matrimonium Francisci Ragotzii vidua, a Cæsare ipsi denegata, Mongatschium aliasque Ragotziorum arces munitas occupabat, 16) Vngariæ Princeps a Budensi Vezirio creatur. 17)

§. LV. Turcæ interea ad bellum se præparabant non solum, sed etiam Vngariam varie infestabant. Et licet Imp. Albertum Capraram legatum, Constantinopolim pro induciis prorogandis mitteret; ob iniqua tamen Turcarum postulata, nihil proficiebatur, dum Vngariæ statum in illum, qui anno 1663. fuerit, restitui, tributum quinquaginta millium Ioachimicorum annuorum, Leopoldinæ vrbis, & Græcii demolitionem, terras intra Tibiscum & Wagam fluuios sitas vna cum ciuitatibus montanis, & quidquid trans Tibiscum situm, inter quæ Zatmaria, Calloa, Cassouia & Tockaium, sibi tradi, bona Töckelio ablata reddi vrgerent, 18) hoc interea in certas conditiones cum Turcis conueniente, vt, solutis quadraginta millibus annuis, Turca Vngariæ protectionem suscipe-

3) Imputabatur enim Proteſtantibus, quasi ipsi conspirationis contra Cæsarem fuissent socii, cum tamen isthus capita Religioni Catholicæ addicti. Cleri imputationibus hæc tribuit Saxoniæ Elector, in litteris ad Imp. *durch des Cleri ungleiche und übelgegründete Vorstellungen.* THEATR. EVR. *Tom. XII. pag.* 656. DIARII EVROPAEI *Tomo XXVII.* accessit REINMVNDI RIMANDI *Peterburger Kirchen- und Schul-Verlust.* RINCK *p.* 685.

4) Has Vngaricorum motuum causas vna cum Vngarorum indole ample exponit VVAGNER *lib. III. incunte & lib. IV. p.* 335. *sqq.* vbi etiam sic scribit: *eorum origo, progressusque tumultuum e publici iudicii tabulis e vulgatis publica fide chartis tanto curatius recensenda veniunt, quanto inuidiosius tradita ab exteris, velut Viennensis aulæ imprudentia; præposterum Religionis aduersæ odium Collonitii tyrannis; eius satellitum Iesuitarum insania, miseris denique patientiam omnem rupisset.*

5) VVAGNER *lib. IV. p.* 335. *sqq.*

6) VVAGNER *lib. IV. p.* 338. *sqq.*

7) RINCK *p.* 767.

8) RINCK *p.* 733. 755. 767.

9) RINCK *p.* 769.

10) RINCK *p.* 770. VVAGNER *p.* 565.

11) RINCK *p.* 787. SIGISM. VON BIRCKEN *Donaustrand p.* 196.

12) RINCK *p.* 791.

13) RINCK *p.* 758. Extant Acta horum Comitiorum apud LONDORPIVM *Tom. XI. pag.* 150. *sqq.*

14) Extat series Coronationis Augustæ apud LONDORPIVM *Tom. XI. p.* 227. RINCK *p.* 802.

15) Extant Articuli in his Comitiis confirmati apud LONDORPIVM *Tom. XI. p.* 233.

16) BVCHER-CABINET *p. III. p.* 564. VVAGNER *lib. VIII. p.* 562. 571.

17) VVAGNER *p.* 371.

18) RINCK *p.* 811. PVFENDORF *lib. XVIII. §. LIX. LXII.*

fuſciperet. 19) Dum igitur Turcæ ab vna parte, Töckelius ab altera inſtaret, Zatmariam, Fillekum, Caſſouiam, Eperies, Zendram, Tockaium occuparet, 20) Imp. de fœderibus follicitus, cum Bauariæ Electore Ferdinando Maria XXVI. Ianuarii 1683. 21) & Polonorum Rege Ioanne Sobieskio XXVIII. Aprilis 1683. offenſionis fœdus atque defenſionis paciſcitur, 22) a Saxonicis etiam, Lüneburgenſibus atque aliis Imperii ſtatibus auxilia impetrat. 23) Turcæ autem magno collecto milite IV. Februarii 1683. Scythorum Inſulam infeſtant, hanc vna cum tractu ad Rabam poſtulantes, quam cum Cæſar cedere abnueret, iam ſolenniter a Turca bellum decernebatur. 24) Carolus Lotharingiæ Dux Neuheuſelium oppugnat, quod tamen aduentante cum exercitu magno Vezierio, relinquere iterum fuit coactus. 25)

§. LVI. His ſucceſſibus elati Turcæ, Auſtriam verſus tendunt. Huius mali ea cauſſa videbatur, quod Turcica potentia nimis contemtim haberetur, vt etiam aliquot legiones in Bohemia & Sueuia relictæ forent, cum fœderatis ſe aduerſus Gallos iuncturæ. Nec deerant, qui non minimam confuſionis cauſſam in diſſidium Lotharingiæ Ducis & Hermanni, Marchionis Badenſis, qui collegio militari præſidebat, referrent. In receptu quoque a Waga flumine, a quinque millibus Tartarorum ingens damnum illatum erat, interceptis Cæſarei Exercitus impedimentis. Tartaris igitur repente ad vicina Viennæ prorumpentibus, tanta conſternatio in vrbe exorta eſt, vt ipſe Cæſar, ea raptim deſerta, inter multa itineris incommoda, 26) Lincium, inde Paſſauium ſe conferret, terrore vsque adeo diffuſo, vt multi quoque Ratisbonæ iam fugam circumſpicerent. Suaſerat legatus Hiſpanicus, vt Cæſar Viennæ maneret, ac pacem a Turca toto Hungariæ Regno ceſſo, redimeret. Sed quod conſilium merito reiectum eſt. 27) Accedebat magnus Vezirius, qui Viennam cum exercitu ducentorum & ſeptuaginta millium XIV. Iulii magna vi obſidere cœpit. Fortuna fuit Germaniæ, quod hoſtes ad vrbem tenderites, non impediuere, ne peditatus Cæſaris ſub Carolo Lotharingo in altera ripa, præueniret, pedemque figeret. Pridie quam hoſtis aduenirent, Leslæus duodecim peditum millia ab altero Danubii latere introduxit. His ſi mille ducentos ſtatos præſidiarios, Septena alia millia ex Academicis ciuibus, aulicis, mercatoribus, variis hominum ordinibus accerſens; vicenis millibus conſtabat præſidium. 28) Et licet Turcæ ignitis globulis, foſſionibus & adſultibus vrbem nimium angerent, fortiter tamen eandem defendebat Ernestus Rüdigerus, Stahrenbergius Comes. Durante obſidione, Poſonium Vngari capiunt, a Lotharingo receptum, & Turcæ ab altero Danubii littore arcentur. 29) Accedebant autem laboranti vrbi in auxilium Ioannes, Rex Poloniæ; Maximilianus Emanuel Bauariæ & Io. Georgius III. Saxoniæ Electores, quisque cum inſtructo exercitu, opportuno tempore, cum vrbs vltra octo dies defendi amplius non poſſet. Hi vna cum Cæſareo, quem Lotharingus ducebat, & miſſo a circulis Imperii, cui Waldeccenſis Princeps præfectus erat, 11. Septembris ſt. v. tam auſpicato hoſtes, poſtquam montem Cæſium Calenberg dictum, haut ſine difficultate ſuperaſſent, adgrediuntur, vt Turcæ nimio metu perculſi, 30) relictis caſtris, & immenſo adparatu fuga præcipiti ſe ſubducerent, vel ſeptuaginta illorum millibus cæſis, 31) Chriſtiani etiam, Poloni potiſſimum, qui primi in caſtra irruperant, ingenti fuerunt præda potiti. 32) Dum Fœderatorum

19) RINCK *pag.* 812. Extant hæc capita in RECVEIL *Tom. IV. p.* 482. VVAGNER *p.* 575.

20) RINCK *p.* 817.

21) RINCK *p.* 817. Extat fœdus apud LONDORPIVM *Tom. XI. p.* 537. THEATR. EVROP. *Tom. XII. p.* 507. DIAR. EVROP. *Tom. XLV. p.* 301. *App.*

22) Poloniæ Rex iamdum Iulio menſe 1680. Imp. ad fœdus contra Turcas inuitaueratur, hoc illud tunc abnuente RINCK *p.* 783. Extat Fœdus illud apud LONDORPIVM *Tom. XI. p.* 543. DIAR. EVROP. *Tom. XLV. p.* 25. *&* 26. *Append.* THEATR. EVROP. *Tom. XII. p.* 525. LVNIG *Sylloge Negot. Publ. Tom. I. p.* 829. in RECVEIL *Tom. IV. p.* 481. quo inter alia Imp. Diploma electionis ſe redditurum promittit, de quo ſupra dictum §. *VI.* RINCK *p.* 818. VVAGNER *p.* 577.

23) RINCK *pag.* 817. Extat Conſilium de hoc bello inter LVNIGII *Scripta illuſtria p.* 91.

24) PVFENDORF *lib. XVIII. §. XCIV.*

25) RINCK *pag.* 823. Hæc belli initia deſcribuntur im LEBEN EVGENII *pag.* 13. *ſqq.* VVAGNER *p.* 582.

26) Hæc enarrat VVAGNER *lib. VIII. p.* 588.

27) PVFENDORF *lib. I. §. XCVI.*

28) VVAGNER *p.* 590.

29) VVAGNER *p.* 599.

30) VVAGNER p. 612. *Acies omnis latiſſime expanſa, in decliui fere conſiſtere debuit. Vt adeo ſinguli diſtincte diſcerni poſſent, maioremque quam pro armatorum numero, ſpeciem præberent. Turcarum oculos animosque ita metus coecauerat, vt mundum omnem Chriſtianum in hunc montem confluxiſſe crederent; Vezirius perditum ſe, ac hominem infeliciſſimum mulieb riter conclamaret, ſuisque timoribus ſuos affaret.*

31) De hoc VVAGNER lib. XVIII. pag. 618. *porro, vt nec id prætermittamus, e Vezirii tabulario compertum eſt: ab quarta decima Iulii ad Septembris ſeptimum duodequinquaginta millia, quingentos interiiſſe, Baſſarum Principes tres, Ianiſſarorum Tribunos (Ciorbagos vocant) omnino quindecim. Quets ſi adnumeres, qui poſtea cecidere, ſeptuaginta millibus oppugnationem omnem ſteriſſe conficias. Ex obſeſſis, ſeptem millia ferrum; morbus haud paulo plures ſuſtulit.*

32) PVFENDORF *lib. XVIII. §. XCVI.* de Ioanne Rege: *qui ea expeditione magnam gloriam affecutus eſt non ſolum ſtrenua in hoſtem pugna, qua primus in Turcarum caſtra irrupit, eoque maxima præda quatuor millionibus taxata potitus eſt; ſed etiam quia per occultos nuntios cum Tartarorum Hano conſenſerat, vt is triduo ante quam Chriſtianorum exercitus Turcis ad Viennam ingrueret, cum popularibus ſuis ſe ſubduceret, ſic vt nemo Tartarorum pugnæ ad Viennam intereſſet.* Litteræ Poloniæ Regis

rum exercitus per aliquot dies quieti indulsisset, hostes persequitur, iisdemque cæsis X. Octobris Barcanum occupat, sequitur XXVII. Octobris Strigonium, & II. Novembris Nouigradum, vna cum Vacio & arcibus permultis. 33) Kara Mustapha Vezirius infausti consilii pœnas Belgradi morte sua luit, eius opes duodecim millionibus æstimatæ in fiscum sunt redactæ. 34)

§. LVII. Consuetis inter hæc artibus agebant Galli, Romanam etiam coronam pro Delphino suo adfectabant, eidemque Bohemiæ Regnum Austriacis detractum, adsignabant. 35) Hæc dum Cæsari ignota non essent, Neoburgici etiam & plures alii bellum in Gallos suaderent, Laxenburgi, XVIII. Iunii 1682. fatagente Georgio Friderico Waldeccæ Principe, cum Superiorum Germaniæ Circulorum Ordinibus fœdus pangitur, 36) Accessere Lüneburgici, Hassо-Cassellanus Landgrauius, Saxo, & Bauarus Electores. Expeditionis ordo in hunc modum est designatus. Hanoueranus e suis, Saxonicisque copiis viginti millium exercitum, ad inferum Rhenum, qua in Belgium influit, haberet. Ad superum, præter Bauaros, ac Suecos vicena Cæsareorum millia; ad Rheni medium Hassus, suo ac Vinariensi cum milite consisteret; nisi vt res ferret, alterutri coniungendus videretur. Reliqua de Ducibus bellico ac annonario apparatu, stipendiis statiuis explicatius in fœdere digesta. Iamque & Hispani dederant nomen; & Batauos exemplo incitatum iri, certa se spes dabat. Cæsar Electores, vere tertio ac octogesimi anni Ratisbonam consilii causa euocat, Bauarus, & Saxo assuturos se recipiunt; excusant cœteri vanis sub prætextibus. 37) Brandenburgicus Elector, Gallis fœderatus, per legatum suum, Fridericum de Iena, Gallorum potentiam nimium esse rebat. 38) Hunc etiam Galli impediebant, ne Viennæ liberandæ auxilia submitteret, 39) cum Turcis colludebant, iisdemque Viennæ obsidium suaserant, ipsi quoque ad Germaniæ fines cum sexaginta militum millibus præsto erant, desperatis Germaniæ rebus, ipsorum auxilia imploratum iri, rati. 40) Dum interim in Comitiis Ratisbonensibus Galli de retinendo per pacem perpetuam Argentorato, laborarent, hoc autem minus placeret, inducias tandem longiores proponebant, quas plurimum promouebat Elector Brandenburgicus, in easdemque plerique Statuum inclinabant. 41) Concluso etiam inter circulum Franconicum & Bauaricum XXVIII. Martii 1683. defensionis fœdere. 42) Postquam igitur Batauí & Hispani cum Gallo inducias fecissent, Luxenburgo Gallis relicto, Imp. licet ægre consentiente, concluditur Ratisbonæ XV. Augusti 1684. armistitium vicennale, quo durante, Argentoratum cum omni territorio & fortalitiis adiacentibus, Gallis relinquitur, vna cum omnibus terris, quas ante Kl. Augusti 1681. occupauerant, reliquis restituendis. 43)

§. LVIII. Dum hæc in Imperio agerentur, de bello contra Turcas promouendo sollicitus Imp. VI. Nouembris 1683. nouum cum Polonis fœdus contra eosdem concludit,

Regis ad Reginam de hac liberatione extant apud LONDORPIVM *Tom. XI. p.* 562. *Tom. XII. p.* 64. LEBEN EVGENII *p.* 29. *sqq.* THEATR. EVROP. *Tom. XII. p.* 530. DIARIVM *der Wienerischen Belagerung*, quod etiam apud VVAGNERVM *lib. VIII. p.* 591. *sqq.* reperitur. *La Vie de Charles V. Duc de Lorraine p.* 273. IO. VALENT. MERBIZ *de liberatione Viennæ ab obsidione Turcica* apud LVNIGIVM *Syll. negot. publ. Tom. I. pag.* 1282. BIRCKENS *Donaustrand p.* 200. MENCKENII *vita Leopoldi p.* 272. RINCKS *Leben Leopoldi p.* 836. DAN. SVTTINGERI *gloriosa Viennæ liberatio, Dresdæ* 1688. *f.* qui liberationem, cui ipse interfuit, plenius describit. Diarium obsidionis exhibuit IO. PETRVS à VOLCKERN *in Vienna à Turcis obsessa, a Christianis liberata, Bruxellis* 1684. 12. Sic etiam NICOLAI ISTHVANFII Historiæ Hungaricæ, editioni Colonensi 1685. accessit *Vienna Austriæ Bauare oppugnata, gloriose a Christianis defensa.*

33) RINCK *p.* 861. LEBEN EVGENII *p.* 81. VVAGNER *p.* 623. *sqq.*

34) VVAGNER *lib. VIII. exeunte.*

35) PVFENDORF *lib. XVIII.* §. *LIX.* RINCK *p.* 792.

36) PVFENDORF *lib. XVIII.* §. *LVIII.* VVAGNER *p.* 537. Extat Fœdus ipsum apud LONDORPIVM *Tom. XI. p.* 430.

37) WAGNER *p.* 537.

38) PVFENDORF *lib. XVIII.* §. *LVIII.* VVAGNER *lib. VII. p.* 529. 538.

39) PVFENDORF *lib. XVIII.* §. *XCVI.*

40) PVFENDORF *c. l.* hic addit: *cum tamen Gallicas fraudes animaduertere debuissent, queis collusiones Galli cum Turca vsque adeo ignota non erant, vt Tekelii Secretarius Viennæ detexerit, inter Gallum, Turcam, atque Tekelium conuenisse, vt hi duo omnes Cæsareas prouincias ipsa cum Vienna haberent; excepto Regno Bohemiæ cum Moravia, & Silesia quod Romanorum Regi quam dignitatem Gallus Delphino destinarat, referuandum sit. Vtteriusque nec Turcam, nec Gallum arma Germaniæ illaturum.* Idem p. 1477. *In castris Turcarum inter Vezieri scripta repertæ quoque fuerunt literæ Gallici Regis ad Vezierum, quibus huic obsidium Viennæ suadebat, ac ratiocum demonstrabat, qua breui ea vrbe potiri posset, promittens, se breui eidem LX. M. aureorum missurum.* Et paullo post: *caterum nuntio liberatæ Viennæ in Gallicum allato Christus quidem dixerat: bonum esse, a Turca tanti momenti vrbem haut captam. Sed veterat adeo ingratus ipse nuntius in Gallia fuerat, vt ministri de eo Regi non nisi obliqua via insinuare audirent. Qui & per triduum in publicum non prodiit, febrilem accessus causam, vel fitte, vel quia eum votis contraria animum iuxta ac corpus alterauerant.*

41) PVFENDORF *lib. XVIII.* §. *CIII.* Quid de eo in diuersis Circulorum Conuentibus fuerit actum, patet ex LONDORPII *Tomo XII.*

42) Extat illud apud LONDORPIVM *Tom. XI. p.* 545.

43) PVFENDORF §. *CXXX. sqq. vbi* §. *CXXXIV.* ipsas induciarum tabulas inseruit. RECVEIL *Tom. IV. p.* 490. LVNIG *p. Gen. p.* 1063. DIAR. EVROP. *Tom. XII. p.* 630. RINCK *p.* 868. MART. SCHAVPLATZ *pag.* 183. VVAGNER *lib. VII. exeunte.* LVNIG *Syll. negot. publ. Tom. I. p.* 863. Commentatus in has tabulas fuit AHASVERVS FRITSCHIVS.

cludit. 44) cui postea Venetorum Respublica XI. Septembris 1684. accedebat. 45) Innocentius XI. etiam Papa non copias solum, sed etiam magnam pecuniæ summam Imp. mittebat, nec minus aliam ex monasteriis ipsi adsignabat. 46) Hinc Vngariam ingreditur miles Cæsareus, Duce Carolo Lotharingo, cui adsistebant Ludouicus Badensis Marchio, Ludouicus Palatinus Neoburgicus & Maximilianus Stahrenbergius: Hi XIX. Iunii 1684. Vicegradum capiunt, & profligatis XXVII. Iunii Turcis, Vaciam, Lesleo etiam XXIV. Iulii Vertonizam arcem occupante. 47) Hinc profligatis ad S. Andreæ pagum X. Iulii Turcis, Buda obsidetur, quam tamen Cæsarei vel viginti quinque suorum amissis, excunte Octobre relinquere fuerunt coacti. Caussæ obsidionis solutæ tribuuntur, præter pertinacem Turcarum defensionem, & munimenta fortissima, importunum admodum tempus, defectus annonæ atque fossorum, & inuidia erga Lotharingum concepta, ne partis semper victoriis nimium crescret. 48) Neuheusselium tamen arctius includitur, XXVII. Iunii 1685. obsidetur, atque XIX. Augusti adsultu capitur. 49) Cum artea XIV. Augusti Lotharingus insignem de Turcis victoriam ad Strigonium, quod obsidebant, fuisset adeptus, cæsis vel septem millibus illorum, castrisque occupatis, paucis suorum amissis, 50) inde Nouigradum capit 51) dum interea Turcæ Vicegradum recuperarent; 52) Lesleus quidem Effeckum Croatiæ tentabat, sed, non nisi pontis parte conflagrata, infecta re discedit. 53) Schultzius vero Eperium proditione capit. 54) Caprara XV. Octobris Cassouiam; dum interea Erlauiæ Turcarum Præfectus Tökelium captiuum Adrianopolim mitteret, qui tamen ineunte anno 1686. iterum liberatur. 55) Concluso cum El. Brandenburgico fœdere, 56) nouisque Bauari, Saxonis atque Brandenburgici Electoris copiis firmatus Imp. Buda VIII. Iunii denuo obsidetur. Hancacerrime licet a Turcis defensam, post tentata sæpius auxilia, Carolus Lotharingus II. Septembris adsultu capit, cum antea XXIII. Augusti arx adsultu etiam a Bauaris fuisset capta. 57) Segedinum post cæsos Turcorum auxiliares XXIII. Octobris sequitur & Quinque ecclesiæ. 58) Anno 1687. equidem Turcæ pacem petebant, quæ tamen, dum Cæsarei omnium locorum, quæ Turcæ adhuc in Vngaria possiderent, restitutionem, damnorum in Cæsaris prouinciis illatorum compensationem, & Tökelii traditionem peterent, irrita fuit. 59) Et licet Tökelio conspirante, pleraque superioris Vngariæ loca, vna cum Buda, per proditores Turcis essent tradenda, detecta tamen conspiratione, conscii meritis suppliciis fuerunt adfecti. 60) Lotharingus autem a Bauaro, Ludouico Badensi atque Eugenio Principe adiutus, ad Drauum accedebat, dum Effeckum tentare vellet, a Turcis, qui ibidem se firmauerant, fuit impeditus, vt Drauum iterum transire necessum haberet. Fit igitur II. Augusti 1687. ad Mohactzium atrox prœlium, in quo exercitus Cæsareus insignem de Turcis adeptus fuit victoriam; vt vel decem suorum millibus, & vltra amissis, castra cum largissimo adparatu relinquere cogerentur. Fructus tantæ victoriæ fuit, vt omnis Sclauonia in Cæsaris redigeretur potestatem: 61) Erla etiam per aliquot menses inclusa, ad deditionem fuit compulsa, 62) atque Abaffius Transyluaniæ Princeps in id fuit adactus, vt facta pactione, Cæsaris militem in hyberna reciperet, eidemque de necessariis prouideret. 63) Cum etiam anno 1686. Imp. consensu Comitiali L. menses secundum Matriculæ ratam, ab Imperii Statibus fuissent decreti, nunc XXII. Septembris 1687. denuo C. menses 64) adsignantur.

§. LIX. Inter hos Cæsaris felices progressus, Imp. IV. Iulii 1687. Paulum Esterhasium, Vngariæ Palatinum vna cum Magnatibus Viennam euocat, iisdemque de Iosepho filio suo primogenito in Regem Vngariæ promouendo, atque abolendo edicto Andreæ

44) Extat illud apud LONDORPIVM *Tom. XI. p.* 567. in RECVEIL *Tom. IV. p.* 481. RINCK *pag.* 865.

45) Extat Fœdus in RECVEIL *Tom. IV. pag.* 500. RINCK *p.* 865. VVAGNER *lib. IX. incunte.*

46) RINCK *p.* 867. Vocatur ideo Liga sancta. THEATR. EVROP. *Tom. XII. p.* 665.

47) RINCK *p.* 871. LEBEN EVGENII *p. I. pag.* 87.

48) BIRCKEN *p.* 236. RINCK *p.* 874. LEBEN EVGENII *p.* 92. VVAGNER *lib. X. p.* 647.

49) BIRCKEN *p.* 269. RINCK *p.* 879. 894. LEBEN EVGENII *p.* 112. THEATR. EVR. *Tom. XII. p.* 797. *La Vie de Charles de Lorraine p.* 322. VVAGNER *p.* 654. 663.

50) BIRCKEN *pag.* 264. RINCK *pag.* 891. THEATR. EVR. *Tom. VII. pag.* 823. LEBEN EVGENII *p.* 115. THEATR. EVR. *Tom. XII. p.* 818. LONDORP *Tom. XII. p.* 486. VVAGNER *p.* 659.

51) VVAGNER *p.* 665.

52) RINCK *p.* 896 VVAGNER *p.* 657.

53) RINCK *p.* 897. VVAGNER *p.* 670.

54) RINCK *p.* 900. VVAGNER *p.* 668.

55) RINCK *p.* 902. 912. VVAGNER *p.* 678.

56) VVAGNER *pag.* 679. Fœdus extat apud LONDORPIVM *Tom. XII. p.* 253.

57) PVFENDORF *lib. XIX.* §. *XXVI.* THEATR. EVROP. *Tom. XII. p.* 1012. *La Vie de Charles p.* 340. RINCK *p.* 914. BIRCKEN *pag.* 285. LONDORP *Tom. XII. p.* 542. LEBEN EVGENII *p.* 138. VVAGNER *pag.* 686. hanc obsidionem late describit.

58) BIRCKEN *p.* 310. RINCK *p.* 932. LEBEN EVGENII *p.* 178. VVAGNER *p.* 728.

59) RINCK *p.* 949. VVAGNER *p.* 723.

60) RINCK *p.* 949. LEBEN EVGENII *pag.* 187.

61) BIRCKEN *p.* 315. RINCK *p.* 954. LEBEN EVGENII *p.* 203. THEATR. EVROP. *Tom. XIII. p.* 20.

62) BIRCKEN *p.* 326. RINCK *pag.* 669. LEBEN EVGENII *p.* 231.

63) BIRCKEN *p.* 325. RINCK *p.* 965. LEBEN EVGENII *p.* 225.

64) Extant Acta apud LONDORPIVM *Tom. XIII. c. X.*

65) Edi-

dreæ II. a. 1222. dato 65) proponit, quod cum ab iisdem adprobaretur, Comitia Posonii instituebantur, facta a Cæsare XXXI. Octobris 1687. eadem propositione. Habita igitur deliberatione, fit decretum, quo successio hæreditaria masculis Leopoldi descendentibus definitur, secundum Ius Primogenituræ, atque his deficientibus, ad Carolum II. Regem Hispaniæ successio extenditur: nulla vero ex vtraque linea prole mascula existente, tunc ad Ordines redeat liberum ius electionis: Licet non deessent, inter eosdemque Tökelius cum adsecis, qui decretum hoc impedirent, vel eidem contradicerent. Hoc concluso, Iosephus IX. Decembris 1687. præstito prius iuramento, de seruandis regni legibus iuribusque ab Archiepiscopo Strigoniensi coronatur. 66) In iisdem Comitiis religionis libertas confirmatur, ius præsidii in Vngariæ munimentis Imp. decernitur, & facultas conceditur adprehendendi contra ipsum delinquentes. 67)

§. LX. Nec minori felicitate annus 1688. apud Cæsareos agebatur. Ineunte equidem anno, IV. Ianuarii st. v. Mongatschium arx Tökelii montana munitissima in Vngariæ & Transyluaniæ confiniis sita, per triennium latiori obsidione cincta, postquam extremum famis fuisset perpessa, ad deditionem XVII. Ianuarii per Tökelii coniugem factam, suit compulsa. In eadem reperta suit rerum omnium copia, gatza inprimis Tökelii, Principatus etiam insignia, cum quibus de prouincia ista fuerat inuestitus. 68) Hinc Walachiæ Princeps, & Transyluaniæ Status singulari diplomate IX. Maii 1688. Cæsaris se protectioni submittunt. 69) Alba Regalis VII Maii post diuturnam sub Caraffa obsidionem latiorem, fame ad deditionem suit compulsa. 70) Stephansburgum, Lippa vi ad deditionem adiguntur. 71) Bauariæ Elector Maximilianus Emanuel, qui suos ipse adducebat, & nunc ob morbum Lotharingi, exercitui præerat, XXI. Augusti Taurinum seu Belgradum obsidebat, & muro licet longa concussione labefactato, superato, noua tamen fossa, noua reperiebantur munimenta, quæ VII. Septembris iutra binarum horarum spatium transcendebantur, totaque vrbs capiebatur. Hac vrbe occupata, Cæsarea arma vltra Vngariam, per Seruiam & Bulgariam protendebantur. 72) Ludouicus interea Badensis ad ea, quæ Turcæ adhuc per Bosniam & Slauoniam possidebant, recuperanda missus, postquam Vernam transiisset, Turcas in auxilium Belgrado tendentes, licet copiis longe inferior, ad Termandum Bosniæ XXIV. Augusti st. v. adoritur, & insigni potitur victoria, quinque Turcarum millibus cæsis, duobus millibus cum triginta duobus vexillis militaribus captis. 73).

§. LXI. In Germania vero, varii inter hæc motus. Anno 1685. siquidem oriebatur controuersia de successione in Electoratum & terras Palatinas, vltimo Electore Carolo, Simmerensis lineæ, XVI. Maii a. 1685. sine hæredibus defuncto, Electoratus adfectabant Philippus Guilielmus Neoburgicus, & Leopoldus Ludouicus Palatinus Veldentinus, iste iuxta lineam propior, per Recessum etiam XXII. Maii 1685. cum Carolo Electore Halæ Sueuorum initum, iamdum successor declaratus, 74) hic gradu erat proximior. 75) Vtrique scriptis agebant, sed prævalebat Neoburgicus, Imp. & Collegio Electorali

65) Edictum hoc inter alia Andreæ II. a STEPHANO WERBENZIO Tripartito Operi Iuris Hungarici inserta *Tom. II. p. 42. art. XXXI.* reperitur his verbis: *quod si vero nos, vel aliquis successorum nostrorum aliquo vnquam tempore, huic dispositioni nostræ contraire voluerit, liberam habeant harum authoritate, sine nota alicuius infidelitatis tam Episcopi, quam alii Iobagiones, ac Nobiles Regni vniuersi & singuli, præsentes & futuri, posterique resistendi & contradicentii nobis, & nostris successoribus in perpetuum facultatem.*

66) Acta huc facientia, vna cum Articulis decretis reperiuntur in LONDORPII *Tom. XIII. p. 255.* BIRCKEN *p. 328.* RINCK *p. 970.* RINCKS *Leben Iosephs p. I. p. 153.* Acta coronationis describuntur in THEATR. EVROP. *Tom. XIII. pag. 105.* RINCK *Leben Iosephs p. I. p. 153.* BVCHER-CABINET *p. III. p. 672.* Licet hæc decreta frustra infringere conetur Auctor *de la Vie du Prince Ragotzi p. 14.* dicens, præsentes in his Comitiis vel metu vel auro fuisse corruptos.

67) BVCHER-CABINET *p. III. p. 569.*

68) BIRCKEN *pag. 328.* RINCK *pag. 979.* THEATR. EVR. *Tom. XII. p. 833. 837.* LEBEN EVGENII *p. 239.* BVCHER-CABINET *p. III. p. 565.*

69) RINCK *c. l.* Extat diploma in RECVEIL *Tom. IV. p. 533.* EVR. HISTORICVS *Tom. I. p. 94.* THEATR. EVR. *Tom. XIII. p. 259. La Vie du Duc de Lorraine. p. 389.*

70) BIRCKEN *p. 331.* RINCK *p. 980.* LEBEN EVGENII *p. 246.* EVR. HIST. *Tom. I. p. 44. 52. 76.*

71) RINCK *p. 981.* LEBEN EVGENII *p. 251.* EVROP. HISTORICVS *Tomo I. pag. 99.*

72) BIRCKEN *p. 335.* RINCK *p. 982.* LEBEN EVGENII *pag. 265.* EVR. HISTORICVS *Tomo I. p. 159. 230.*

73) BIRCKEN *p. 341.* RINCK *p. 994.* LEBEN EVGENII *p. 290.* EVROP. HIST. *Tom. I. pag. 605.*

74) Extat iste Recessus Halensis in MARTIALSCHAVPLATZ *p. 189.* in quo etiam libertati Religionis Lutheranæ & Reformatæ prospicitur. *Pfeffingische Kirchen-Historie cap. XI. §. IX. sqq.* LVNIG *Reichs-Archiv P. Spec. pag. 754.* THVCELIVS *Allit. Publicis Tom. I. p. 116.*

75) PVFENDORF *lib. XIX. §. XIII. XIV.*

Schema successionis tale erat:

lin. Simmerensis Stephanus *lin. Bipontina*

Fridericus — Ludouicus Niger

Ioannes I. — *lin. Neuburg.* Alexander — *lin. Veldenz.*

Ioannes II. — Ludouicus — Rupertus

Fridericus III. — Wolfgangus — Georgius Iohannes

Ludouicus VI. — Philippus Ludouicus — Georg Gustau

Fridericus IV. — Wolfgangus Guilielmus — Leopoldus Ludouicus

Fridericus V. — Philippus Guilielmus

Carolus Ludouicus

Carolus

ctorali ipsum pro legitimo Electore, secundum successionem lineales adgnaticam A. B. definitam, adgnoscentibus. 76) Elisabetha vero Carolotta, defuncti Electoris soror vnica Philippo Aurelianensi Duci nupta, connubialibus pactis omni iuri successionis in omnia bona feudalia paterna, ac materna, in Germania sita renuntiarat, ac tantum ius in feuda extra Imperium & allodialia sibi reseruarat. Accedebat Testamentum Caroli Ludouici de die IV. Aprilis 1670. quo Ducissa Aurelianensis Carolo fratri, si sine liberis fuerit extinctus, in bona allodialia vniuersa substituitur. 77) Ast, nunc ista ab intestato petebat, non solum omnia mobilia, sub quibus machinas quoque bellicas comprehendi volebat, sed & oppignorationes Imperii, feuda oblata & emta, quæ Electores Palatini adquisiuerant, ac nominetenus Oppenheimum, Ducatum Lauterensem & Simmerensem, ac partem Comitatus Spanheimensis; quæ ditiones penes Palatinos sint, partim iure vxorio, tanquam recens adquisita; adducto inter alia exemplo Iuliacensis successionis. Ac mox Verius, Gallorum legatus, contra possessionem earum ditionum a nouo Electore adprehensam protestabatur. Mittebatur quoque Heidelbergam Morellius Abbas, qui pacta familiæ, litteras inuestiturarum & alia documenta autographa inspicere cupiebat. Id quod nouus Electior abnuebat. Obiiciebatur constitutio Stephani, a quo omnes, qui nunc sunt Palatini, sanguinem trahunt, anno 1444. condita, per quam omnes filiæ ab hæreditate ditionum excludantur; quæ & vim legis in familia Palatina semper habuerit & fuerit obseruata. Obiiciebatur Priuilegium Maximiliani I. de an. 1495. quo omnia bona oppignorata pro feudalibus declarantur, & Caroli testamentum, quod Electori Brandenburgico custodiendum fuerat traditum, executione eidem, atque Hannouerano, & Cassellensi commissa. Prouocabant Galli ad Pontificis arbitrium, quod, dum in præiudicium Imperii vergere videbatur, Cæsar abnuebat, Palatinus ad Imperium & Leges Imperii prouocabat. Et licet Electior cum Ducilla Aurelianensi super allodialibus mobilibus de certa summa conuenerit, eandemque soluerit, terris tamen, quas pro allodialibus haberi volebant Galli, adhuc inhiabant. 78)

§. LXII. Eodem anno 1685. exoriebantur turbæ Hamburgenses, quibus ansam dabat Meurerus consul, valida in Senatu factione, ac Cellensi aulæ innixus. Ei consuli in ordinem redigendo, simul reparando ærario, factio inter ciues inualuerat, vehementi imperu agens. Meurerus, cui plures adhuc fauebant, ex aula Cæsarea rescripta obtinuerat, quorum executio Georgio Guilielmo, Cellensi Duci deferebatur. Cui cum Ciuitas parere nollet, s mercibus Hamburgensium per prouinciam suam transeuntibus manum iniicit, occupata quoque vna & altera insula in Albi, per quam nauigatio eius fluminis impediri poterat. 79) Instabat quidem Brandenburgicus Electior, vt omnia in pristinum restituantur, sed dum Cellensis Dux postularet, vt Hieronymus Snitgerus & Conradus Iastramus debita pœna adficiantur, sumtus in Commissionem facti restituantur, ac aliqua honoris indicia sibi exhibeantur, hoc autem Ciuitas abnueret, nihil fuit effectum. 80) Ast, dum quidam ex Luneburgicis præfectis militaribus Snitgerum extra vrbem curru vectum in Luneburgicam ditionem rapere tentant, deprehensi, nouem numero capite plexi, plebis animum in immensum efferauerant. 81) Inter hos motus, Dano animus erat, Hamburgum a. 1686. subita inuasione opprimendi, aut si id non succedat, globos ignitos in eandem iacere; quo fine & Danici præfecti militares magno numero in vrbem conflucbant, singulari cum Iastramo & Snitgero familiaritate contracta. Circa idem tempus, vna quoque porta cum transuersa trabe totam per noctem patuerat, plusquam dimidia

76) Extant de eo scripta apud LONDORPIVM *Tom. XII. p. 215. sqq. 232. 235. 482.* Caussam Neoburgici, ideoque successionem lineales defendit singulari dissertatione IO. WOLGANG. TEXTOR, cui respondet IO. SCHILTERVS, Veldentini caussam defendens *ad II. F. L. de natura successionis Feudalis*, quæ accellit ipsius Codici Iuris Feudalis Alemannici. Inde variis scriptis inter se egerunt, quæ adnexa sunt SCHILTERI Tractatui *de Paragio*. A parte Veldentini etiam prodiit *Erleuterung des Pfaltz Veldenzischen Successions-Rechtens, zu der Lentz erledigten Pfaltzischen Chur- und angehörigen Landen, Strasburg 1688. 4.* EVROP. HEROLD *p. I. p. 292.* Pluribus de hac controuersia egit KVLPISIVS *Commont. ad Montzambano cap. II. §. V.* PFEFFINGER *ad Vitriarium lib. I. Tit. XIV. §. XIII.* FABER *Tom. IV. p. 318.*

77) Extat Testamentum illud in du MONT Nouueau Recueil de Traitez de Paix *Tom. I. p. 191. en premier lieu, que tous nos bijoux, peintures, statues, chevaux, armes, armuret, bibliothéque & tous nos autres meubles, qui nous sont venus de succession, ou que nous auons acquis de quelqu' autre maniere que ce soit, de quelque essence qu'ils soient, & de quelque nom qu'ils puissent etre appellez, à l' exception de ceux dont nous auons deia disposé, ou dont nous nous reservons la liberté de disposer ci-après, soient declarez à notre tres cher fils, et heritier Electoral, & posseder à titre successif par ses heritiers: & où ils viendroient à manquer, à notre tres chere fille Elisabeth Charlotte, laquelle & ses heritiers les auront & possederont à toujours, excepté la Bibliotheque & les armes & armures qui demeureront à la Maison Electorale.*

78) Extat Recessus inter Deputatos Electorales Palatinos & Deputatum Aurelianensem Heidelbergæ an. 1687. initus, apud LONDORPIVM *Tomo XIII. c. XXII.* PVFENDORF *lib. XIX. §. XV.* Vtriusque partis Fundamenta reperiuntur in *Primitiis Actorum Compromissi Francofurtensis 1700. 4.* editis, quæ etiam Memoriis de pace Ryswicensi accesserunt. In his documenta, ad quæ prouocatur, reperiuntur. RINCK *p. 905.* qui etiam auctor est, Gallos Comites Lövvensteinenses ad formandum prætensionem concitasse, qui ex Friderici Victoriosi matrimonio ad Morganaticam fuerant orti.

79) PVFENDORF *lib. XIX. §. XXI.*

80) PVFENDORF *§. XXII.*

81) PVFENDORF *§. XXIII.*

92) PV-

dia præſidii parte, inſcio Gubernatore, per triginta viros contra Luneburgicas copias, extra vrbem emiſſa. Dum vero Chriſtianus V. Daniæ Rex exercitum XVII. M. ſpecie exercendorum contraheret, ac legiones paullatim Hamburgum verſus moueret, Brandenburgicus Elector & Lüneburgici copias ſuas pro vrbis defenſione mittebat. Aſt, dato in cuſtodiam Snitgero ac Iaſtramo, tota conſpirationis ſcena detecta fuit, ex qua vrbs ad diem XXV. Auguſti Dano tradenda fuerat, cum non niſi pridie eius diei Cellenſes copiæ in hanc peruenieſſent. 82) Exercitum equidem vrbi admouebat Daniæ Rex, munimentum, quod a ſtella nomen habet, adgrediebatur, idemque adſultu capere tentabat, repulſus tamen fuit, non ſine ſuorum clade. Interuentu igitur Electoris Brandenburgici, totum negotium VIII. Octobris 1686. componitur, hoc modo, vt Rex omni indignatione depoſita, Hamburgenſium naues, merces ac nomina relaxet, Pinnebergenſi interim pacto ſtaretur. 83) Snitgerus autem & Iaſtramus merita pœna adficiuntur. 84)

§. LXIII. Succedebant motus Danici aduerſus Ducem Gottorpienſem. Hic enim pace Gallica fuerat reſtitutus, & pax Rotſchildenſis confirmata. Aſt eo tempore, Danus, fœdere Gallico ſubnixus, Ducem denuo ad Rendsburgenſis pacti conditionem redigere inſtituit. Eo fine Rex non ſolum dimidiam contributionis partem in Slesuicenſi Ducatu a communibus Prælatis, & Equeſtri Ordine conferri ſolitæ, Duci ſubtractum ſibi vindicabat; ſed & idem tributi genus a peculiaribus Ducis oppidis, atque præfecturis exigebat: ſub hoc colore, quod hoc tributum ad communis patriæ defenſionem ſit inſtitutum, & Regi ſoli onus alendæ militiæ incumbat: nec concedere volebat Rex, vt Tönninga a Duce inſtauraretur, aut alius locus operibus firmaretur. Suecos etiam atque Lüneburgenſes Duces, qui Gottorpienſis cauſſam ſuſcipiebant, Danus reiiciebat, eo quod cauſa ſit domeſtica, cui exteri male immiſceantur. 85) Et licet quidem Cæſar per Commiſſarios cauſſam componere tentaret, hanc tamen Daniæ Rex ideo reiiciebat, quod iſta Ducatum Slesuicenſem concerneret, qui extra territorium ſit Imperii. 86) Quin potius, cum Dux ad Regis nutum omnibus nexibus cum extraneis renuntiare nollet, ipſum Slesuicenſi Ducatu exuebat, & per Holſatiam Ducalem contributiones extorquebat. 87) Placuerunt tandem ſequeſtri, Cæſar, Electores Brandenburgicus & Saxonicus, quorum delegati Altonæ conuenientes, indefeſſa opera eo rem deduxerunt, vt XVI. Maii 1689. inuicem conuenirent, vt Dux in Ducatum Slesuicenſem reſtitueretur cum pleno iure iuxta pacem Rotſchildenſem & Fontisbellaquenſem, Vnionis iura ſecundum pacta familiæ reſtituerentur, & de contributionum rata adhuc ſuperſint controverſiæ, dum Daniæ Rex duas tertias petteret, Dux vero dimidium, ſecundum mores antiquos ſaltim concederet, ad arbitrium Imp. & Regis Anglorum reiicerentur. 88)

§. LXIV. Dum autem Galli Cæſari per Vngariam progreſſus inuiderent, & parum tuta illorum fides eſſet, Cæſar VIII. Aprilis 1686. cum Brandenburgico Electore fœdus pangit, de mutuis auxiliis contra quoscunque & transmittendis octo militum millibus. 89) Dum etiam Galli pergerent munimenta Germaniæ vicina opponere, Montem Regium ad Moſellam, Hüningam & Landauium ad Rhenum, Saarlouis ad Saaram, & varia contra inducias patrarent, quorum longum Catalogum Palatinus Ratisbonæ exhibebat; ac Proteſtantium in Saarwerdenſi & Saarbrucenſi Comitatu quærelæ audirentur, 90) viſum fuit Imp. aduerſus Gallos circa ſucceſſionem potiſſimum Palatinam molientes, arctiori fœdere ſe innectere. Inuitabat igitur potentiores Germaniæ Status Imp. Auguſtam Vindelicorum, vt de Germaniæ ſecuritate deliberaretur, & fœdus pangeretur. Concluſum etiam ibidem fuit IX. Iulii 1686. fœdus, conciliante Ludouico Guſtauo, Comite Hohenloico, inter Cæſarem, qui ad Germaniæ defenſionem XVI. millia, Hiſpanum, ratione Circuli Burgun-

82) PVFENDORF §. *XXXVI.*

83) PVFENDORF §. *XLII.*

84) RINCK *p. 949.* Apud LONDORPIVM *Tom. XII. p. 535.* reperiuntur varia ſcripta, præſertim etiam Deductio Hamburgenſium in hac cauſſa *p. 568.* Dum etiam Rex homagium ab vrbe peteret, prodiit *in Iure & facto Wohlgegründete Remonſtration, was es mit der von Kœnigl. Maieſt. zu Dennemarck prætendirten Huldigung in der Stadt Hamburg für eine Bewandnüs habe, 1686. 4.* cui Regii oppoſuerunt *Summariſche Wiederlegung.* De his motibus ſeparatim extat *Wahrhaftig abbildender Aufruhr und Empœrungs-Spiegel, Friedberg 1687. 4. Der Hamburger Grosmüthigkeit nebſt deren erœfneten Augen, 1686. 4. Kurtzes Geſpræch zwiſchen einem reiſenden Hamburger und einem andern Paſſagier nahmens Aletophilo 1687. Documenta ad Ciuitatis Hamburgenſis immedietatem pertinentia 1686. 4. Theatrum lanienæ Hamburgenſis 1686.* IACOBI HENRICI PAVLI *Clypeus veritatis contra Hamburgenſes, Glückſtadii 1686.* HENRICI POHLMANNI *Apologia Tom. XIII. cap. XVII. XXXV.* FABER *Tomo IV. p. 236.*

85) PVFENDORF *lib. XIX. §. LXII.*

86) PVFENDORF §. *LXIV. LXVIII.*

87) PVFENDORF §. *LXVI.*

88) PVFENDORF §. *LXIX. LXXXVII.* Prodierunt in hac cauſſa *des Hochfürſtl. Hauſes Slesswig Holſtein Gottorp in denen Erbhuldigungs, Vnions, Defenſions, auch andern Receſſen, Lehenbriefen, Friedens Inſtrumenten und Vertrægen gegründete Gerechtſame 1683. 4.* Huic opponitur *Nachricht von ihrer Kœnigl. Maj. zu Dennemarck wieder den Hertzog zu Slesswig annoch habenden rechtmæſſigen Beſchwerden, 1683. 4.* In LONDORPII *Tom. XII. p. 267. ſqq.* & *Tom. XIII. cap. XXIX.* plura ſcripta reperiuntur; RINCK *p. 1051.* EVE. HISTORICVS *Tom. I. p. 57. 349. Einleitung zur Hiſtorie des Nord. Krieges p. 197.*

89) PVFENDORF *lib. XIX. §. XXV.* VVAGNER *p. 679.* RECVEIL *Tom. IV. p. 525.*

90) PVFENDORF §. *XXIX. XXXI.* de munimentis ad Trarbacum; PVFENDORF *lib. IX. §. LVI.* LONDORP *Tom. XIII. c. XXXIII.*

91) PV-

ſuſpicetur. At vero, dum impreſſionem faciunt Fœderatorum turmæ, vtrinque concurſum eſt, & prior Gallorum ſtatio tandem occupata, euerſaque. Progreſſum nox diremit. Poſtero mane Luxenburgico ſignificat Auriacus ſub noctem aduolaſſe nuncium, qui pacem compoſitam, ſignatamque confirmarit: nec idcirco mutata ſic rerum facie, ſibi nunc relinqui dubium, quin liceat Fœderatis Montes ingredi & inſerre commeatum. Quod etſi Rege inconſulto, adhuc dum negabat Luxemburgicus, quia tamen poſtridie nouæ e Galliis iuſſa perferuntur, non ſolum periculo ſubtracti Montes, ſed & omnis miles Gallicus e Belgio Hiſpano abductus, immo, nec multo poſt, ſublatis, quæ finem aliquantiſper retardabant, obſtaculis, inter vtrumque Regem pax concilista eſt, perfectaque. 40)

§. XLIII. Varia hoc anno de gerendo bello, Danorum erant conſilia. Nam & Gothoburgum opprimere animus erat, ac incurſione in Weſtrogothiam facta, omnem late regionem incendiis vaſtare: tum & octo militum millia, dum Suecicus exercitus in Scania hæreret, non procul Holmia in terram exponere, eamque vrbem prius direptam inflammare. Sed quæ deſtinata, quod non ſatis digeſta eſſent, in irritum cadebant. Nec minus Bahuſii obſidionem Sueci liberabant. 41) In Pomerania vero Königsmarckius Comes, Stralſundenſium hortatu, ex militibus ciuibusque agmen compoſuit, equitum ac peditum circiter quinquies mille, iisque ſub Idus Ianuarias in Rugiam Inſulam ex voto traductis expoſitisque, Danos, tametſi numero ſuperiores, inuadit. Qui, dum initio fortiter adgreſſores excipiunt, Danorum ductor pila traiectus, occumbit. Cumque Succeſſori in Imperio, haud omnium par eſſet militum obſequium, turbatis ſenſim Ordinibus, fugam capeſſunt, ab inſequente Königsmarckio, cæſis vix ſupra ducentis, cæteri, qui nauigiorum beneficio non euaſere, capti omnes. 42) Electior vero oſtio Penæ egreſſus XIII. Septembris, in Wittouia pedem figens, inſulam recuperat. Königsmarckio Stralſundam ſe recipiente. Hinc Stralſunda tentatur, cui Elector, committente Cæſare, ſtatum Immediatarum Imperii Ciuitatum offert. Sed, cum nihil proficeretur, & vergente in hyemem anno, iuſta obſidio vrbi operibus & milite munitiſſimæ, circumponi non poſſet, compendio vti placuit. Ita prope ſub munitionibus vrbis tribus locis ſuggeſtus extructi; in Denholmia, ante Franconicam portam, & inter hanc atque Tribſeenſem portam, quorum duo ita propinqui vallo erant, vt milites vtrinque e Stationibus ſeſe exaudire poſſent. Omnibus ita paratis, Elector X. Octobris hora decima veſpertina ex octoginta maioribus machinis, viginti duobus mortariis & L. machinis lato ore, quas Haubicios vocant, moderante Erneſto Weilero, fulminari iuſſit; vnde poſt ſemihoram media vrbe ignis oriri conſpectus, qui ſucceſſu temporis & continuis globorum iactibus ita augebatur, vt oriente luce, dimidia prope vrbis pars flammis inuoluta conſpiceretur. Poſt ſextam horam matutinam, e mœnibus ac turribus tria vexilla albo colore cernebantur; ſed, dum obſeſſi non niſi tempus quærerent igni reſtinguendo, verberatio inſtaurabatur, vsque dum, vrbs ad deditionem fuerit compulſa, honeſtis conditionis legibus XV. Octobris conceſſis. 43) Grypswalda iisdem actibus VI. Nouembris ad deditionem fuit coacta, quæ ſola adhuc Suecis in Germania ſupererat. 44) Sueci equidem exeunte hoc anno, Hornio Duce, e Liuonia in Boruſſiam irrumpunt, ſed aduentante ſuis in auxilium Electore, Ianuario menſe 1679. pedites ſuos trahis imponens, retrocedunt, dum hoſtes fugientes non ſine ipſorum clade inſequitur Elector. 45)

§. XLIV. Ad ſuperiorem vero Rhenum, Galli ſylueſtres vrbes, Rheinfeldam præcipue, indeque in Sueuiam irrumpere tentabant, ab Heluetis impediti. Muniimentum tamen Kehl, vna cum aliis Rheno adiacentibus Crecquius occupabat, & arce Lichtenberg, Offenburgo etiam inſidiabatur, ipſa Argentina trepidante, dum interea Cæſarei ſub Duce Carolo Lotharingo, inedia pene conſumerentur. His igitur & diuerſis velitationibus, in quibus virtute potiſſimum Ludouici Badenſis, Germani ſuperiores, annus agebatur. 46)

§. XLV. Inter has belli actiones. Pacis Tractatus promouebantur. Poſtquam enim Nouiomagum iisdem iam a. 1675. fuiſſet deſtinatum, 47) plures ſub initium ſcrupuli oriebantur de ſalui conductus litteris, 48) de cæremoniis Legatorum Electoralium, dum easdem peterent, quæ Osnabrugæ fuerant obſeruatæ. 49) Principum etiam legati pari ratione haberi vellent cum Electoralibus: 50) Circa Diploma Lotharingi difficultas mouebatur, quod Galliæ Rex ipſum non Ducem Lotharingiæ & fratrem, ſed tantum Principem

40) ALPEN *lib. X. §. XVII.* PVFENDORF *lib. XVI. §. LXX.* RINCK *p. 763.*

41) PVFENDORF *lib. XVI. §. LVIII.*

42) ALPEN *lib. IX. §. XL.*

43) PVFENDORF *lib. XVI. §. LXI. LXII.* qui etiam p. 1235. addit: *ita tanti momenti vrbs, hucusque inuicta opinione nobilis, poſt ſedecim non amplius horarum iacultationem, haut notabili Electoris iactura ad deditionem compulſa eſt, poſtquam ignis dimidiam eius partem abſumpſiſſet vna cum annona & molendinis, ac mi deditio properata fuiſſet, reliqua etiam parte peritura.* RINCK *pag. 763.* WAGNER *lib. VI. p. 447.*

44) PVFENDORF *lib. XVI. §. LXIII.*

45) PVFENDORF *lib. XVI. §. LXVIII. LXIX. lib. XVII. incunte.*

46) RINCK *p. 756.* ALPEN *lib. X. §. XIV.* WAGNER *lib. VI. p. 443.*

47) Vide *ſupra §. XXXV.*

48) ACTES & MEM. *Tom. I. p. 76. ſqq.*

49) PVFENDORF *lib. XIV. §. LVII.* WAGNER *lib. VI. p. 425.*

50) PVFENDORF *§. LVIII.*

51) PV-

pem Lotharingiæ & cognatum nominaret. 51) Nondum tamen ſopitis hiſce ſcrupulis, Leolinus Ienckinus, legatus Anglicus Maio menſe 1676. primus Neomagum ſe contulit, quem protinus Hieronymus Beuerningius ſequebatur, & IV. Iunii Colbertus Croiſſius ac Memmius Auauxius, Gallorum legati, Anglis poſtea accedebat Guilielmus Templius, Gallis Godefridus Marchio d' Eſtrades. 52) Subſequebantur Somnicius & Blaspielius, legati Brandenburgici. 53) Succedebant demum legati Cæſarei, Iohannes Epiſcopus Gurcenſis, Franciſcus Vdalricus Comes Kinskius, & Henricus Stratmannus, legati Hiſpanici, aliorumque, quorum intererat. 54) Dum Principum Germaniæ legati ſenſim aduentarent, ſcrupulus mouebatur, an ipſis Ius legatos primi Ordinis mittendi, atque Titulus Excellentiæ, cum priore loco in domo aliena, eædemque Cæremoniæ ac Electoralibus competant, id quod remoras dabat Pacis Tractatibus non paucas: dum autem Principes pacis negotium, niſi his condeſſis, ingredi nollent, adnuebant reliqui. 55) Interim Ratisbonæ Bauarus & Saxo delegatos nomine vniuerſorum Ordinum Neomagum mittendos, contendebant. Sed Moguntinus, Treuirenſis, Colonienſis & Brandenburgicus contradicebant, pacis negotium ſecundum Inſtrumentum Pacis Weſtphalicæ ſuſcipi volentes. Nec Cæſareis id placebat, nec Collegio Electorali. Plures igitur peruicere, ea miſſione ſuperſedendum, ac Ratisbonæ ſuper negotio pacis deliberandum, id quod decreto Imperii XXXI. Martii 1677. fuit confirmatum. Cæſare viciſſim pollicente, omnia bona fide communicarum iri, nec citra Ordinum conſenſum, circa primarium negotium quid definiendum. 56)

§. XLVI. His circa Præliminaria abſolutis, Fœderati XX. & XXI. Februarii 1678 ſuas propoſitiones exhibebant, quibus Galli Suecique ſuas ſubmittebant, de quibus inuicem agebatur. 57) Interea M. Britanniæ Rex, Carolus II. qui Gallorum hucusque partibus fauerat, Gallis maiora potentiæ incrementa quærentibus, cauſſæ communi, concluſo XXX. Decembris 1677. cum Belgis fœdere ad pacem promouendam, accedere videbatur, 58) ad bellum tamen contra Gallos, licet Parlamento haut abnuente, permoueri ſe non patiebatur, rem non ſerio agens, dum a Gallorum Rege poſſideretur, 59) Cæſar a pace primum erat alienus, Belgæ tamen, dum Galli omnia occupata illis reſtituere promitterent, & Hiſpani ob pecuniæ inopiam & malam prouinciarum adminiſtrationem in pacem magis ferebantur. Dum igitur in Belgio omnia ſecus cederent, Belgæ III. Maii inducias cum Gallis proponebant, 60) quæ licet non acceptæ, ipſi tamen inſtantibus Amſtelodamenſibus, 61) ad pacem properabant. Iam Gallus de Hollandorum voluntatibus, deque Angliæ colluſione certus, facultatem ſibi tempusque oblatum exiſtimabat, quo magnæ Europæ parti, ceu victæ leges imponeret. Die quinto decimo Aprilis ergo pacis leges ſingulis dictat, quibus addiderant diferte legati Gallici, illas aut præciſe reiiciendas, aut nullo medio ad vnguem explendas: conſultari aliud, aut in deliberationem vocari non licere. Tricenus non amplius dies ab quinta decima Aprilis concedi, intra quod ſpatium, qui reſpondere diſtuliſſent, bellum, omniaque belli mala habituros. Poſtremum hoc tanto intolerabilius accidebat, quod per deſcripti temporis angustias ne peruenire quidem Madritum nunci; Vienna, Hafnia, Berolino, ægre redire poſſent, ad conſilium vero de tantis rebus capiendum paucuſæ ſcilicet horæ ſuppererant. 62) Nihilominus proteſtantibus deſuper & Fœderatis, potiſſimum Electore Brandenburgico, pax cum Belgis X. Auguſti a. 1678. ſignabatur, 63) quos Hiſpani ſtatim ſequebantur, pace

51) PVFENDORF §. *LX.*

52) PVFENDORF §. *LXVI.* FABRI *Staats-Canzelley Tom. I. p. 620.*

53) PVFENDORF §. *LXVIII. LXXI.*

54) ALPEN *lib. IX.* §. *XXXIV.*

55) PVFENDORF *lib. XV.* §. *XXXIV.* ACTES & MEMOIRES *Tom. I. pag. 311.* LETTRES d' ESTRADES *Tom. I. p. 14.* Durantibus pacis Tractatibus, Principum Iura defendit CAESARINVS FVRSTENERIVS, ſiue dotius GODEFRIDVS GVILIELMVS LEIBNITIVS *de Iure Suprematus ac Legationis Principum Germaniæ.* Quid vero Cæſarei de hoc ſcripto ſtatuerint, docet PVFENDORF *lib. XIV.* §. *LVIII.* Faciunt huc etiam varia ſcripta in THVCELII *Electis Iuris Publici c. VII.*

56) PVFENDORF *lib. XIV.* §. *LXIII. lib. XV.* §. *XXXVII.* LVDEWIG *de Iure adlegandi Ordinum Imperii p. 187.*

57) PVFENDORF *lib. XV.* §. *XLIII. ſqq.* ACTES & MEM. *Tom. II. ſub initium.* WAGNER *pag. 439.*

58) PVFENDORF *lib. XVI.* §. *I. II.* ALPEN *lib. IX.* §. *XLI.* LONDORP *Tom. X. pag. 458. 476.* WAGNER *p. 463.*

59) PVFENDORF *lib. XVI.* §. *X. XII. XVII. XXI. XXII. XL.* De hoc negotio ACTES & MEM. *Tom. II. p. 271.* vbi *p. 280.* Memoriale Parlamenti exhibetur, quo ſe ad præſtanda ſexcenta libraruni Sterlingorum millia obligat, ſi foederatis accedat. Nouus tamen foederis Tractatus inter Anglos Belgasque 26. Iulii a. 1678. fuit concluſus. ACTES & MEM. *Tom. II. p. 547.* RECVEIL *T. IV. p. 379-383.* PVFENDORF *lib. XVI.* §. *XLI.* WAGNER *lib. VI. pag. 454.* qui arcana Regis M. Britanniæ conſilia prodit.

60) PVFENDORF *lib. XVI.* §. *XIX. XX.*

61) PVFENDORF *lib. XVI.* §. *XXXIV.* ALPEN *lib. X.* §. *XLVIII.*

62) De his vberius WAGNER *lib. VI. p. 468. ſqq.*

63) PVFENDORF §. *XLVI. XLVII. XLVIII.* ACTES & MEMOIRES *Tom. II. p. 590.* RECVEIL *Tom. IV. p. 384.* RINCK *p. 764.* Quæ foederatorum fuerint conſilia Pacis, vberius exponit WAGNER *lib. VI. p. 462.*

pace cum Gallis XIX. Septembris an. 1678. concluſa. 64) Pax vero Suecos inter & Belgas XI. Octobris anno 1679. fuit ſecuta. 65)

§. XLVII. Concluſa cum Belgis & Hiſpanis pace, Cæſar ad pacem magis inclinabat. Et licet Brandenburgicus cum Fœderatis Cæſari auxilia offerret, 66) gliſcebat tamen Viennæ metus, quod præmatura Gallorum expeditio metueretur, ac ne fœderati euictionem locorum Suecis ereptorum ſibi vellent ſtipulari. 67) Quo plus autem timoris Cæſarei oſtendebant, eo magis aduerſæ partis ferocia gliſcebat. Proponebant igitur Galli, ſe optare, vt ante diem V. Ianuarii ſt. v. pax ſit perfecta, ne conditiones deinceps intendantur. Nec facultatem Dano atque Brandenburgico præbere volebant, vt ſuos quoque Tractatus coniunctim cum Cæſare poſſent perſequi. Ienckinus nomine Gallorum, Dano denuntiabat; ni pax inter Daniam, & Sueciam ante finem menſis Ianuarii ſit concluſa, Gallum non amplius conditionibus eſſe ſtaturum, quas alias cum Daniæ Rege fuerat conuenturus. Sed & Cæſareis Galli ſignificabant; Belgarum interceſſione terminum acceptandæ pacis ſe a die V. Ianuarii ad extremum eius menſis diem prorogaſſe, intra quem ni Cæſarei pacem occupent, ſe præter Friburgum, etiam demolitionem Philipsburgi exacturos. Sed ſi totum menſem Februarii elabi patiantur, totam inſuper Brisgouiam reparandis expenſis poſtulaturos. 68) Tandem vero ob motus Vngaricos & quod Brandenburgici Electoris incrementa potentiæ ad mare Balthicum metuerent, d. V. Februarii a. 1679. ipſis Gallis mirantibus, quod Cæſarei in omnia Gallorum poſtulata conſenſerint, pax inter Cæſarem & Gallos fuit ſignata, XXXVI. articulis comprehenſa, qua firmatur pax Monaſterienſis, ita tamen, vt Galli præſidii iure in Philipsburgum, Cæſarei Friburgo cum tribus ad illud pertinentibus pagis cedant. Reſtitutio quoque Lotharingiæ Ducis in Ducatum ſuum decernitur, ita tamen, vt Nanceium Coronæ Gallicæ vnitum maneat. vna cum Territorio diuidiæ Leucæ Lotharingicæ, & præfectura Longwicenſi, cuius loco Tullum vrbem cum omni dominio Galli cedebant. Reſtituuntur Francicus Egon & Wilhelmus Egon fratres, Principes Fürſtenbergii. Bullionenſis controuerſia inter Ducem Bullionenſem & Epiſcopum Leodienſem amicabili via componatur; & nulla contra hanc pacem ab Imperio exhibita proteſtatio recipiatur. 69) Eodem die cum Suecis quoque ſignata pax fuit, qua Osnabrugenſis confirmatur, Cæſarque promittit, vt pax inter Suecos & contra ipſum confœderatos reliquos promoueatur, & Gottorpienſi Duci iura ſua ſarta tecta conſeruentur. 70) Communicabant inde Cæſarei Ordinibus pacem, addita excuſatione, ob iniquitatem temporum, inconſultis Ordinibus eam fuiſſe abſoluendam, ac Cæſarem eo facto Capitulationi, iuribusque Ordinum pace Weſtphalica firmatis præiudicium adferre nolle, nec id in exemplum trahendum. Qua modeſtia quosdam Ordinum ei auſo indignantium demulcere ſtudebant. Etſi plerique pro ea pace Cæſari gratias agerent, ac modum agendi Neomagi adhibitum probarent 71) per decretum etiam Comitiale XIII. Martii anno 1679. pacis Inſtrumentum confirmarent. 72) Licet contra iſtam pacem Dani, Brandenburgici & Lüneburgici admodum proteſtarentur. 73) Inſecutus fuit XVII. Iulii a. 1679.

64) Inducię primum cum Hiſpanis 19. Auguſti 1678. ſignabantur. ACTES & MEM. *Tom. II. p. 672.* Ipſa pax *p. 894.* RECVEIL *Tom. IV. p. 397.* RINCK *c. l.* WAGNER *p. 475.*

65) ACTES & MEM. *Tom. IV. pag. 651.* RECVEIL *Tom. IV. p. 452.*

66) PVFENDORF *lib. XVII. §. X.*

67) PVFENDORF *lib. XVII. §. XI.*

68) PVFENDORF *lib. XVII. §. XV.*

69) Extat pacis Inſtrumentum apud PVFENDORFIVM *lib. XVII. §. XXIV.* qui etiam *§. XXIII.* ordinem & modum pacem ſubſignandi deſcribit. In ACTES & MEMOIRES *Tom. III. pag. 405.* vbi etiam *pag. 439.* Relatio, qua ratione Tractatus iſte fuerit ſubſignatus, extat in RECVEIL *Tom. IV. p. 405.* Addit PVFENDORFIVS iudicium de hac pace: *Galli poſt ſtudebant; cum Belgis ſe artificioſam pacem ſciiſſe, cum Hiſpanis artificioſam & vtilem; cum Cæſare artificioſam, vtilem, & valde glorioſam: vltro inſultantes, quos illuſerant.* Immo, nec in Aula Cæſarea iudicia ſatis æqua de hac pace, de quo PVFENDORFIVS lib. XVII. §. XXXV. *Iudicia quoque aulæ ſuper hac pace in diuerſum abibant. Ipſe Cæſar ob eandem ſingulari dolore perfuſus fuerat: ac omnibus, qui de iſta ipſi gratulabantur, ſilentio, aut aſpero obtutu reſpondebat. Idem in conſilio dicebat, nunquam ſe tanto terrore perculſum, quam cum Comitem Rosenbergium conſpiceret; qui Neomagi moratus fuerat, vt Pacis inſtrumentum adferret. Hunc Kœnigseckius hiſce verbis exceperat, dolere ſe, ipſum hoc facto orbi innoteſcere, quod Cæſari tam turpem pacem adferat. Plerique in legatos inuehebantur, qui ipſos tractatus quinquies nouos mandata petierint, nunquam tamen ea expoſtarint, ſed ſemper ſuo arbitrio rem dexterint, antequam mandata adferri poſſent. Quod & nunc contigerit. Vnde Viennæ credi non potuiſſe eos concluſuros; quod non ſolum interdictum ipſis fuerit, etſi tunc literæ nondum Neomagum allatæ forent, ſed & antehac mandata non habuerint ad eiusmodi leges admittendas.* ALPEN *lib. X. §. LV.* LVNIG *p. Gen. p. 1020.* THEATR. EVROP. *Tom. XI.* DIAR. EVROP. *Tomo XXXVIII.* WAGNER *p. 485.*

70) PVFENDORF *lib. XVII. §. XXVIII.* ACTES & MEMOIRES *Tom. III. p. 441.* RECVEIL *Tom. IV. p. 412.* RINCK *pag. 775.* LVNIG *p. Gen. p. 1034.* cum variis ſcripta.

71) PVFENDORF *lib. XVII. §. XXVI. XXXIX.*

72) Extat Decretum in RECVEIL *Tom. IV. p. 410.* ACTES & MEMOIRES *Tom. III. pag. 490.* Vid. *Diſcurs von der Reichs-Deputation p. 10.* LONDORP *Tom. X. p. 660.*

73) PVFENDORF *lib. XVII. §. XXVI. XXVII. XLI.* ACTES & MEMOIRES *Tom. III. p. 466 ſeqq.* Acta ratificationis extant *p. 589.* Ad pacis Neomagenſis hiſtorian facit *Hiſtoire des Negotiations de la paix de Nimegue, par le Sr. de S.* DISDIER, *à Paris 1680. 12. Actes & Memoires des negotiations de la Paix de Nimegue, à la Haye 1679. 12. Lettres de Marechal d'* ESTRAIES *à la Haye 1710. 12.* Commentati in eandem fuerunt AHASVERVS FRITSCHIVS & ADAMVS CORTREIVS. Facit huc etiam CYRIACI LENTVLI *meditatio Politica de pace Neomagenſi, &* VERIMVNDI DEVTSCHMANNI *Iudicium de hac pace, 1681.*

74) ACTES

a. 1679. Tractatus Executionis. 74)

§. XLVIII. Licet autem Brandenburgicus Elector pacis ratihabitionem impedire conaretur, 75) fruſtra tamen hoc fuit, dum Bauari & Saxones ad pacem promouendam fœdus inter ſe pangerent. 76) Primi ex Fœderatis cum Gallis Suecisque pacifcuntur Lüneburgenſes Duces, qui facta XXVI. Februarii ſt. v. 1679. Cellis pace, Ducatus Bremenſis reſtitutionem promittunt, præfecturam Dowern & Tedinghauſen vna cum trecentis vncialium millibus ſibi ſtipulantes. 77) Sequitur Ferdinandus, Monaſterienſis Epiſcopus, qui Chriſtophoro Bernhardo 1678. defuncto ſucceſſerat, concluſa XXIX. Martii 1679. pace, qua ipſi a Suecis centum Thalerorum millia, & vsque dum iſta ſoluantur, hypothecæ loco præfectura Wildshauſen relinquitur. 78) Paulo ante, dum Galli Cliuenſes terras inuaderent, illud proficiebant, vt XXI. Martii cum Brandenburgico Electore induciæ concluderentur, a Kl. Aprilis ad Kl. Maii interim omnes motus hoſtiles atque exactiones ceſſarent, 79) quæ Xantis ad quindecim adhuc dies fuerunt prorogatæ, tradita interim Gallis Veſalia & Lippſtadtio. 80) Denuo Martio menſe Meinderſius in Galliam mittebatur, 81) & licet Stettino inhæreret, quod Sueci antea promiſerant, Suecis tamen Gallisque nunc hoc denegantibus, tandem neceſſitati erat parendum, atque pax XIX. Iunii 1679. in fano S. Germani fuit concluſa, per quam loca in Pomerania occupata Suecis reſtituuntur, niſi quod vrbes & terræ trans Viadrum Electori Brandenburgico cum omnibus iuribus atque adnexis relinquantur, Dammo excepto & Golnouia, iſta tamen pignoris loco, vsque dum quinquaginta thalerorum millia fuerint ſoluta, retineantur. Sueci diuiſioni vectigalium in portu Colbergenſi & oris Pomeraniæ trans Viadrum renuntiant, Galli Electori trecenta millia vncialium ſoluant. 82) Et licet de pace adhuc dubitaret Daniæ Rex, iſta tamen cum Gallorum Rege Fontisbellaqui II. Septembris a. 1679. & mediante Io. Georgio II. Saxoniæ Electore, cum Suecis Lundini XXVI. Septembris fuit ſignata, qua loca vtrinque ablata reſtituuntur, pax Roſchildenſis & Hafnienſis confirmatur. 83)

§. XLIX. Vix tanti belli flamma vtcunque conſederat, cum in Saxonia nouum incendium videbatur ſurrecturum, tentato per Regem Daniæ Hamburgo, dum viginti militum millia in Holſatia haberet parata, ad Gallorum impetum, ſi forte ingruerent, ſiſtendum. Interuentu autem Brandenburgicorum & Lüneburgicorum legatorum, Pinnebergæ Kl. Nouembris 1679. negotium componitur, his conditionibus, vt controuerſia ſuper homagio, quod Rex vrgebat, ad futuram deciſionem iudicialem, aut amicam compoſitionem reiiciatur, temporaria conuentione interpoſita, qua vtriusque partis iura reſeruabantur. Hamburgenſes quoque per delegatos, Regi Pinnebergæ ſubmiſſionem aliquam, absque tamen ſolennitate teſtaturi erant, cuius formula tunc adornabatur. In ſatisfactionis vicem Ciuitas Regi CL. vncialium millia iam obtulerat. 84) Mortuo a. 1680. Auguſto, Magdeburgici Ducatus Adminiſtratore, plenam eiusdem Ducatus, per Weſtphalicam Pacem ſeculo addicti poſſeſſionem, nemine contradicente adprehendebat Brandenburgicus Legatus. Godofredus etiam a Iena proximum locum a Bauaro in Comitiis in ſcamno ſeculari capeſſerat, nemine præter Palatinum contradicente, qui ipſum in ſcamno transuerſo conſidere malebat: nec minus Directorium Proteſtantium in Senatu Principum ab iſto tempore exercuit. 85)

§. L. Inter hæc Nouiomagenſis pax funeſtos fructus proferre cœperat. Quippe Gallus concepta libidine, tractum Germaniæ transrhenanum abſorbendi, ſupremum ſibi dominium in vtramque Alſatiam, nec minus in vaſallos trium Lotharingiæ Præſulatuum compe-

74) ACTES & MEM. *Tom. III. pag. 553.* RECUEIL *Tom. IV. p. 437.* PUFENDORF *lib. XVII.* §. *LI.* LUNIG *p. Gen. p. 1054.*

75) PUFENDORF *lib. XVII.* §. *XXXIII. ſqq.* WAGNER *p. 485.*

76) PUFENDORF §. *XXXVII.* Saxo enim Iuliacenſibus terris inhiabat. PUFENDORF §. *LXXVI.*

77) Extat in ACTES & MEMOIRES *Tomo III. p. 567.* & in RECUEIL *Tom. IV. pag. 416.* LONDORP *Tom. X. p. 861.* WAGNER *p. 486.*

78) Io. ab ALPEN *lib. X.* §. *LVI.* PUFENDORF *lib. XVII.* §. *LV.* ACTES & MEM. *Tom. IV. p. 379.* RECUEIL *Tom. IV. p. 424.*

79) PUFENDORF *lib. XVII.* §. *LIV.* RECUEIL *Tom. IV. p. 429.*

80) PUFENDORF *lib. XXII.* §. *LX.* ACTES & MEMOIRES *Tom. IV. p. 468.* RECUEIL *Tomo IV. p. 432.*

81) Miſſus iam ante fuerat XII. Decembris 1678. in Galliam, nunc denuo mittitur. PUFENDORF *lib. XVII.* §. *LXVI. LXXII.*

82) PUFENDORF *lib. XVII.* §. *LXXVIII. LXXIX. LXXX.* RECUEIL *Tom. IV. p. 483.* ACTES & MEMOIRES *Tom. IV. p. 490.* Cæſarei etiam & Hiſpani Pomeraniæ reſtitutionem tacite promouebant, quod ipſi nolleit Regem Vandalorum habere. PUFENDORF *lib. XVIII.* §. *I.* Ab Electore Brandenburgico poſtmodum ſatisfactio ab Imp. petebatur, eo quod ob auxilia Imperio præſtita, tot damna fuerit expertus. Petebat autem Tremoniam, Muhlhuſam, Northuſam, Ciuitates Imperii, cum Ioachimicorum myriade, Expectarius in feudum aliquod Imperii inſigne, prout Acta docent apud LONDORPIVM *Tom. XIII. cap. XXVI. XXXVI. XXXVIII. XXXIX.* Incunte a. 1716. denuo hanc ſatisfactionem petiit Fridericus Guilielmus Rex Boruſſiæ, prout ELECTA IVR. PUBL. *Tom. IX. p. 5. p. 70.* docent.

83) Acta huius Pacis extant inter reliqua Acta *Tom. IV. p. 551.* RECUEIL *Tom. IV. pag. 432. 440.* PUFENDORF *lib. XVII.* §. *LXXXVIII. LXXXIX. XC. Hiſt. Einleitung zum Nord. Krieg p. 183.*

84) PUFENDORF *lib. XVII. inevnte.* Extant Tractatus Pinnebergenſes in RECUEIL *Tom. IV. p. 462.* LUNIG *II. Cont. II. Forſt. p. 214.*

85) PUFENDORF *lib. XVIII.* §. *XII.*

competere fingebat. 86) Poſt pacem enim Weſtphalicam, Galli iura in decem Ciuitates Alſatiæ Imperiales ſenſim conabantur extendere. 87) Conſtitutis an. 1658. Enſisheimi Conſilio Regis Supremo, eædem iurisdictioni criminali æque ac Ciuili per edictum Regium ſubiiciuntur. Dum autem Ciuitatum iſtarum Immunitati & Iuribus per Capitulationem Leopoldinam fuiſſet perſpectum, 88) X. Martii 1665. de Gallorum attentatis Ciuitates iſtæ apud Imperium fuerunt conqueſtæ, a quo Arbitrium proponitur, Rege conſentiente, atque Electorem Moguntinum & Colonienſem, Regem Sueciæ, tanquam Palatinum Bipontinum, & Landgrauium Haſſo-Caſſellanum denominante, quibus ab Imperio Saxoniæ Elector, Epiſcopus Eichſtatenſis & Conſtantienſis & Ciuitas Imperii Ratisbonenſis adduntur. Conſtitutio Arbitrii XIII. Septembris 1667. ſollenni actu publicatur, ſcripto coram Arbitris agebatur, atque declarabatur, præfecturam iſtam non in iſtis decem Ciuitatibus, ſed partim in Pagis XL. & vltra ad eandem pertinentibus, Præfectorialibus dictis, partim in quibusdam certo modo a Præfectura dependentibus Iuribus ab iisdem Ciuitatibus præſtandis, conſiſtere. Dum autem Galli, Turennio Duce, Auguſto menſe 1673. Decem iſtas Ciuitates occuparent, Arbitrium illud diſſoluebatur. In Proiecto quidem Pacis Cæſareo-Gallicæ deciſio controuerſiarum Alſaticarum per Arbitros finiri intendebatur, per ipſam Pacem tamen non niſi generatim Pax Monaſterienſis confirmatur. 89) Coram iisdem quoque Imperii ſubdelegatis, cauſſa feudorum trium iſtorum Præfulatuum pertractatur. 90) Aſt a. 1680. Metenſis, Tullenſis ac Virodunenſis Præſules apud Gallum querelam deferebant, Vaſallos ſuorum Præfulatuum fere intra ſeculum feudorum ſuorum renouationes haut quæſiuiſſe; quo ipſo eadem in commiſſum cecidiſſe. Conſtituto igitur Metis iudicio, protinus deſignati, qui ſuper iis cauſſis cognoſcerent. Nec minus Briſaci conſtituebantur, inquiſituri in ea, quæ ad Alſatiam vtramque & præfecturam Hagenouienſem, aliaque loca Regi tradita pertinerent, ac ab aliis nullo idoneo titulo poſſideri arguebantur. In quos nec auditos, neque conuictos ſententiæ pronuntiabantur: ſi qui defenſionem per Procuratores tentabant, inſolenter reiecti. Velandæ violentiæ vocabulum reunionum fingebatur, atque ex Lege Salica fundamenta petebantur, cuius hæc ſit ſententia; quidquid vnquam in ius dominiumque Franciæ, quouis pacto acereuerit, id inſolubili vinculo Coronæ ita agglutinari, vt nullo æuo auelli, contra ab quouis velut alienæ rei poſſeſſore vindicari poſſit. 91) Hac ratione Palatino præfectura Germersheim cum multis aliis locis, velut ab Alſatia dependentia, adimebantur, Lauterburgum Epiſcopo Spirenſi; Sueco Ducatus Bipontinus; Palatinis Comitatus Veldentinus, Homburgenſis & Bitſch; Naſſouiis Saræpontum. Sic etiam integer Hunnorum tractus vna cum multis ditionibus Comitum Hanouicorum & Leiningenſium petebantur. Nec minus Mumpelgardo Dux eiiciebatur, cum Mumpelgardenſe oppidum, cum arce, feudum Burgundiæ eſſe dicebatur, quædam vero præfecturæ ad ſupremum Alſatiæ Dominium ſpectent. Mittebat Cæſar Henricum Franciſcum Manſfeldium Comitem in Galliam, quo & Palatinus Ecksium Baronem ablegauerat, ſed reſpondebatur: Regem non aliud Tribunal adgnoſcere poſſe, quam

36) PVFENDORF lib. XVIII. §. XIII. qui etiam, quid hac in cauſſa circa Tractatus pacis Weſtphalicæ fuerit actum, altius repetit. Argumenta equidem circa feuda Metenſia Galli ſubmebant ex Pace Monaſterienſi §. *LXX.* quod *ſupremum Dominium, Iura Superioritatis, aliaque omnia in Epiſcopatus Metenſem, Thullenſem, & Virodunenſem, Vrbesque cognominis eorumque Epiſcopatuum diſtrictus, & nominatim Moyenuicum, eo modo, quo hactenus ad Romanum ſpectabant Imperium, impoſterum ad Coronam Galliæ ſpectare, eique incorporari debeant in perpetuum & irreuocabiliter, reſeruato tamen iure Metropolitano ad Archiepiſcopatum Treuirenſem pertinente.* Et licet Imperii Ordines hæc ad ea, quæ in ſeculari ipſorum territorii diſtrictu continentur, reſtringi vellent, nihil tamen obtinebant. Ex antiquo etiam Lotharingici atque Auſtraſiæ regni iure argumenta ſumebantur, quæ tamen refelluntur in FRANCOPOLITAE *Wahren Bericht von dem alten Kuenigreich Lotharingen und Auſtraſien* 1682. 4. & 1708. 8. RINCK *pag.* 780. Varia POLYDORI VVAHREMVNDI, POLYDORI VERIMVNDI ſcripta circa iudicium hoc Gallorum recuperatorium recenſet GRYPHIVS *de Script. Sec. XVII. p.* 152.

37) Proſpectum enim harum libertati per Pacem Monaſterienſem §. LXXXVII. *Temeatur Rex Chriſtianiſſimus non ſolum Epiſcopos Argentinenſem & Baſilienſem, cum Ciuitate Argentinenſi, ſed etiam reliquos per vtramque Alſatiam Romano Imperio immediate ſubiectos Ordines, Abbates Murbacenſem & Ludcrenſem, Abbatiſſam Andlauienſem, Monaſterium in Valle S. Gregorii Benedictini Ordinis, Palatinos de Lutzelſtein, Comites & Barones de Hanaw Fleckenſtein, Oberſtein, totiusque Inferioris Alſatiæ Nobilitatem, Item prædictas decem Ciuitates Imperiales, quæ Præfecturam Hagenoenſem agnoſcunt, in ea libertate & poſſeſſione Immediatatis erga Imperium Romanum, qua hactenus gauiſæ ſunt, relinquere: Ita vt nullam vlterius in eos Regiam ſuperioritatem prætendere poſſit, ſed iis iuribus contentus maneat, quæcunque ad Domum Auſtriacam ſpectabant, & per hunc Pacificationis Tractatum, Coronæ Gallie cedantur.* Addi quidem volebant Ordines Comites de Leiningen, Rixingen, VVeſterburg, Dachsburg, tum alios, qui in iſto tractu poſſeſſionem vel quaſi immediatatis erga R. Imperium habeant, ſed nihil obtinebant, prout PVFENDORF nos docet *cit. loc.* VVAGNER *lib. VII. pag.* 505.

88) *Art. VIII.*

89) Hæc ſingula per rationes & argumenta illuſtrantur, ſub titulo: *Nullitas iniquitasque Reunionis Alſaticæ* 1708. 4. Circa Tractatus Pacis VVeſtphalicæ iam exhibebatur *Summariſche jedoch gründliche Ausführung des Heil. Rœm. Reichs Landtuogthey Hagenau*, 1647. 4. qua demonſtratur, decem iſtas Ciuitates Imperiali Præfecto nunquam fuiſſe ſubiectos.

90) De hoc varia ſcripta apud LONDORPIVM *Tom. X. p.* 695. *Tom. XI. p.* 12. Acta Ratisbonenſia *Tom. XI. p.* 44. 279. *ſeq.*

91) VVAGNER *lib. VII. p.* 503.

92) PV-

quam quod Brisaci erectum sit, cui de ipsius patrimonio iudicandi facultas competat. Interpositionem Cæsaris aut Imperii admitti non posse; præscriptionem etiam longissimi temporis locum non habere in rebus summi Imperii iura spectantibus. 92) Et licet Palatinus copias Circulares sibi auxilio mitti peteret, plerique tamen Status in Comitiis Ratisbonensibus censebant, Gallum dissociatis Ordinum animis, non esse irritandum, potius litteræ hac de causa ad ipsum & Magnæ 93) Britanniæ Regem decernuntur. Ab Argentoratensibus etiam Galliæ Rex postulabat, vt vinculo, quo Imperio teneantur, sese exsoluant, ac ipsius protectioni se submittant. Cæsarei equidem ministri per semestre amplius spatium cum ea Ciuitate egerant, vt Cæsareas copias præsidio reciperet, quod tamen ob Gallorum minas abnuebat. 94) Interim Mansseldius Parisiis instabat, vt vel omnia post pacem innouata restituantur, vel saltim grassationes Cameræ Metensis ac Brisacensis sistantur. Sed paruo cum fructu. Hoc saltim Rex per Verium Ratisbonæ offerebat, se congressu delegatorum instituto, querimonias & reliquas prætensiones compositurum: qui tamen Spiræ, Wormatiæ, aut Francofurti ad Mœnum, non autem Argentorati sit habendus. Id quod ab Ordinibus auide arreptum, modo vt Gallus interim reunionibus suspenderet. 95) Et quidem tempestiuum hoc Gallis esse videbatur, dum Cæsar ex consilio Emerici, Episcopi Viennensis, Alberti Sinzendorfii, Aerarii Præfecto, & Abelæi, ex intempestiua parsimonia, veteranos missione domaret. 96)

§. LI. Ast Gallus, cum destinata sua in Argentoratensem vrbem iam executioni esset daturus, per Croisium Mansseldio vltro denuntiabat; sibi propositum, Argentoratenses in verba sua adigere. Imparata igitur vrbe & præsidio admodum paruo, quingentorum militum munita, accedente quorundam proditione, XVII. Septembris, 1681. vesperi per tenebras Galli modica manu ad castellum Rheno adsitum, vbi vectigal exigi solet, accedunt. E quibus, cum sequenti mane causa accessus quæreretur, hi respondebant: Cæsareas copias sex millium in itinere esse, ad isthæc Rheni claustra occupanda. Ex interceptis quoque a se Cæsaris literis adparere hunc omni studio circa prorogandam cum Turca pacem satagere. Quo obtento, bellum in Galliam iam esse decretum: igitur ista destinata sibi fuisse præuertenda. Cæterum vrbi nil noxæ inferendum, ac eam potius aduersus omnem molestiam tegendam. 97) Sed & Monclasius Gunzero Secretario ex vrbe euocato denuntiabat; Regis voluntatem esse, vt vrbs se dedat; ac se missum ad ea iussa executioni mandanda, ni vltro pareatur. Postera die Luuoisius Ilkircham veniebat, ad quem delegati ex vrbe accedebant, causam intuisionis cognituri. Ita solita cum ferocia proponebat, cum tota Alsatia Regi pace Westphalica & Nouiomagensi attributa sit, solum iam Argentoratum superesse, cuius nunc deditio facienda. Igitur adhuc ea vespera hora quinta liquido responderent, num Regis se arbitrio citra exceptionem dedere velint. Demum magno labore obtentum, vt responsum ad subsequentis diei horam septimam matutinam differretur. Addebatur, si vel vnum telum emittatur, a ciuitate exsoluendum, quantum XXXV. millia militum, & res tormentaria, duran-

92) PVFENDORF *lib. XVIII.* §. *XIV.* MARTIAL. SCHAVPLATZ *p. II. c. VIII. IX. X.*

93) PVFENDORF §. *XVI. XVII.* VVAGNER *pag.* 517.

94) PVFENDORF §. *XIV. XXII.*

95) PVFENDORF §. *XXII.*

96) VVAGNER *lib. VII. p.* 516.

97) De hoc plurimum adhuc dubitatur, an circa Vrbis deditionem aliqua intercesserit proditio. PVFENDORFIVS de eo *p.* 1404. haut absone: *Erat iam conuentio de tradenda vrbe per paucos quosdam a magistratu Lutetia adornata, Gunzero ciuitatis Secretario singularem operam nauante; in quam proditionem dispondam a Gallo trecenta vncialium millia impensa fuerant. Ne ciues se opponere auderent, Rex minabatur; dies censenis vncialium millibus a ciuitate luendos: ac XL. millia bellatorum in procinctu stare iis in ordinem redigendis. Ac proditores iam ante disposuerant, ne qua in vrbe facultas foret. Non nisi quingenti milites præsidio ibi erant, reliquis ante sex septimanas exauctoratis. Armaturam ciuium vix tria millia in vrbe reseabant, reliquis ad mercatum Francofurtense, & alio digressis.* Sic etiam VVAGNERVS *lib. III. p.* 520. *erat proditio tota venustissime disposita; Fürstenbergio Episcopo, Dietrichio Prætore, Gunzero vobis Syndico, in exitium patriæ, omni cura diligentiaque intentis. Louisius totius molitionis author idem ac Minister præcipuus; aula tota, quo dissensisse, ignara, in Alsatiam clam profectus duas legiones Eriburgo Brisacum, velati in Delphinatum profecturas euocat. Alias per Alsatiam, Lotharingiam, Burgundiam, velut ad reficiendas munitiones late sparsas, ad quinque ac triginta millia cogit. Farinam Parisiis, ciftis præprandibus, quis instrumenta bellica vehi dicebant, procurat Decima septima Septembris die. Monclasius Keblensem, Rhenanam, Vectigalem, ita dictas munitiones, ex improuiso occupare; aditus omnes arctissime occludit. Biduo post, Louisius cum re tormentaria, atque exercitu toto euocatis Ilkircham Magistratibus, deditionem præcipe imperat. Adesse se, vt Cæsarrorum euocata ab ciuibus sex millia præuerteret; vrbem, quam e Monasterienſi ac Neomagensi pace, suam Rex censeret, in fidem reciperet; nullum relinqui confulendi locum: ni pareant, rebellium ciuium instar tractandos; si vel pilum vnam tormento excutiant, tantum aris fore repetendum, quanti tantæ vrbis iusta oppugnatio æstimaretur: celeri obsequio habituros, quas vellent, honestissimas conditiones; velle autem Regem, vt vigesima Septembris qua ipsa die Cæsalis præsidium Francicum receptura sit, deditio fieret. In extrema rerum omnium desperatione, nocte ad consulendum vnica concessa, Gunzerus, ac Diterichius palam infenatu ad plebem: adesse diem vltimam libertatis; cedendum necessitati; amentes, qui de defensione, cogitarent; vnicum superesse ad deliberandum: naturæ deditione redimere vrbis priuilegia, an funditus euersa vellent.* LAQVILLE *Hist. d' Alsace Tom. II. p.* 265. dicit: *Tous conclurent vnanimement qu' il falloit se soumettre; & on ne vit qu' vn seul tailleur petit homme de soixante & dix ans, qui fut d' aduis de se defen-*

ficium Palatini abolitum, plures cum eſſent, qui libertatem ferro eſſe defendendam cenſerent. 3) Initium motuum factum iamdum fuit a. 1665. Duce potiſſimum Weſſelino Comite, tunc Vngariæ Palatino, cuius inſtinctu primum oblatæ Ordinum nomine quærelæ, quod neque conſciis, minus probantibus Vngaris, cum Turca pax eſſet transacta. Sine Regni aſſenſu, tantum negotium confici non debuiſſe; ſiquidem legibus, in quas Rex iuraſſet, ſtandum videretur. Preces adiiciebant, vt ipſis Germani militis intolerabili petulantia liberatis, Regni cuſtodia permitteretur, ſtrenuitate, nec fide ſe Germanis quidquam eſſe conceſſuros. His per Lobkouicium fuit reſponſum, eadem quæ inita ſint Pacis capita Poſonienſibus in Comitiis, ad ipſos fuiſſe relata, adprobataque: ſeueriſſimis edictis coëcitum iri militarem licentiam: rebus vero nondum plane compoſitis, immaturum fore, nunc de dimittendis copiis agi. Interim, dum inter Franciſcum Ragotzium & Catharinam, vnicam Nicolai Zerinii filiam, amplarum item facultatum hæredem in aquis Trenſchinienſibus nuptiæ magna celebritate peragerentur, eodemque Veſſelinus, Zerinius etiam & Ragotzius eiusdemque Mater conueniſſet, omnia Conſilia de vindicanda Vngariæ libertate fuerunt agitata. 4) Accedebat a. 1674. Windmilii, nobilis Vngari e familia Nadaſti conſpiratio, & Turcarum concitatio. 5) Dum etiam Proteſtantes templa ſua reſtituere iuberentur, & templum Gymnaſiumque Poſonienſe ipſis armata manu adimeretur, & Ieſuitis concederetur, ſit Poſonii & Caſſouiæ tumultus, plures condemnantur, Proteſtantium ſacerdotes expelluntur. Religionis odio agitati miſeri, carceres, triremes, necem, infanda perferunt. Erumpit multis partibus rebellio, quæ tamen ſupplicijs coercetur, 6) Defuncto Weſſelino, a. 1678. Dux eligitur, Emericus Töckelius, qui collecto milite vrbes Vngariæ montanas, Schemnitium, Cremnitium, Neoſolium occupabat, inſigni aureorum ſumma ibidem potitus. 7) Et licet Tyrnauiæ, aliisque in locis, de pace quandoque ageretur, ob nimias tamen Cæſareorum in Vngaros inuectiuas, omnia erant fruſtranea 8) Anno 1678. vlterius progreſſus Töckelius, multas vrbes occupabat, Lesleum Comitem profligabat. 9) Et licet eodem anno Edenburgi de pace iterum per Schwartzenbergium tractaretur, neque hoc tamen proualuit. 10) Anno 1680. in Morauiam irrumpere tentabat Töckelius, quem tamen Stahrenbergius Comes, qui contra ipſum miſſus fuerat, impediebat. 11) Poſt varios Tirnauiæ atque Leutſchii inſtitutos Conuentus, 12) Edenburgi Comitia a Cæſare a. 1681. indicta incoabantur. Aderat Cæſaris nomine Schwartzenbergius Princeps, licet & Maio menſe, ipſe Imp. eo veniret, ad Vngarorum petita Paulum Eſterhaſium Palatinum conſtituereat, Proteſtantibus templorum reſtitutionem promitteret, aliisque poſtulatis ſatisfaceret. 13) Tertia etiam Cæſaris Coniux Eleonora Magdalena, Vngariæ Regina IX. Decembris coronatur, 14) atque ſic iſta Comitia XXI. Decembris feliciter finiuntur. 15) Töckelius autem ducta XIV. Iunii 1682. in matrimonium Franciſci Ragotzii vidua, a Cæſare ipſi denegata, Mongatſchium aliasque Ragotziorum arces munitas occupabat, 16) Vngariæ Princeps a Budenſi Vezirio creatur. 17)

§. LV. Turcæ interea ad bellum ſe præparabant non ſolum, ſed etiam Vngariam varie infeſtabant. Et licet Imp. Albertum Capraram legatum, Conſtantinopolim pro induciis prorogandis mitteret: ob iniqua tamen Turcarum poſtulata, nihil proficiebatur, dum Vngariæ ſtatum in illum, qui anno 1663. fuerit, reſtitui, tributum quinquaginta millium Ioachimicorum annuorum, Leopoldinæ vrbis, & Græcii demolitionem, terras intra Tibiſcum & Wagam fluuios ſitas vna cum ciuitatibus montanis, & quidquid trans Tibiscum ſitum, inter quæ Zatmaria, Calloa, Caſſouia & Tockaium, ſibi tradi, bona Töckelio ablata reddi vrgerent, 18) hoc interea in certas conditiones cum Turcis conueniente, vt, ſolutis quadraginta millibus annuis, Turca Vngariæ proteſtionem ſuſcipe-

3) Imputabatur enim Proteſtantibus, quaſi ipſi conſpirationis contra Cæſarem fuiſſent ſocii, cum tamen iſtius capita Religioni Catholicæ addicti. Cleri imputationibus hæc tribuit Saxoniæ Elector, in litteris ad Imp. *durch des Cleri ungleiche und übelgegründete Vorſtellungen.* THEATR. EVR. *Tom. XII. pag.* 656. DIARII EVROPAEI *Tomo XXVII.* acceſſit REINMVNDI RIMANDI *Petersburger Kirchen- und Schul-Verluſt.* RINCK *p.* 685.

4) Has Vngaricorum motuum cauſas vna cum Vngarorum indole ample exponit VVAGNER *lib. III. incunte* & *lib. IV. p.* 335. *ſqq.* vbi etiam ſic ſcribit: *eorum origo, progreſſusque tumultuum e publici iudicii tabulis e pulgatis publica fide chartis? tanto curatius recenſenda veniunt, quanto inuidioſius tradita ab exteris, velut Viennenſis aulæ imprudentia; præpoſterum Religionis oduerſæ odium Collonitſii tyrannis; eius ſatellitum Ieſuitarum inſania, miſeris denique patientiam omnem rupiſſet.*

5) VVAGNER *lib. IV. p.* 335. *ſqq.*

6) VVAGNER *lib. IV. p.* 338. *ſqq.*

7) RINCK *p.* 767.

8) RINCK *p.* 733. 755. 767.

9) RINCK *p.* 769.

10) RINCK *p.* 770. VVAGNER *p.* 565.

11) RINCK *p.* 787. SIGISM. VON BIRCKEN *Donaufrand p.* 196.

12) RINCK *p.* 791.

13) RINCK *p.* 798. Extant Acta horum Comitiorum apud LONDORPIVM *Tom. XI. pag.* 150. *ſqq.*

14) Extat ſeries Cotonationis Auguſtæ apud LONDORPIVM *Tom. XI. p.* 227. RINCK *p.* 802.

15) Extant Articuli in his Comitiis confirmati apud LONDORPIVM *Tom. XI. p.* 233.

16) EVCHER-CABINET *p. III. p.* 564. VVAGNER *lib. VIII. p.* 562. 571.

17) VVAGNER *p.* 371.

18) RINCK *p.* 811. PVFENDORF *lib. XVIII. §. LIX. LXII.*

sufciperet. 19) Dum igitur Turcæ ab vna parte, Töckelius ab altera instaret, Zatmarian, Fillekum, Cassouiam, Eperies, Zendram, Tockaium occuparet, 20) Imp. de fœderibus sollicitus, cum Bauariæ Electore Ferdinando Maria XXVI. Ianuarii 1683. 21) & Polonorum Rege Ioanne Sobieskio XXVIII. Aprilis 1683. offensionis fœdus atque defensionis pacifcitur, 22) a Saxonicis etiam, Lüneburgensibus atque aliis Imperii Statibus auxilia impetrat. 23) Turcæ autem magno collecto milite IV. Februarii 1683. Scythorum Insulam infestant, hanc vna cum tractu ad Rabam postulantes, quam cum Cæsar cedere abnueret, iam solenniter a Turca bellum decernebatur. 24) Carolus Lotharingiæ Dux Neuheuselium oppugnat, quod tamen aduentante cum exercitu magno Vezierio, relinquere iterum fuit coactus. 25)

§. LVI. His succesibus elati Turcæ, Austriam versus tendunt. Huius mali ea causa videbatur, quod Turcica potentia nimis contemtim haberetur, vt etiam aliquot legiones in Bohemia & Sueuia relictæ forent, cum fœderatis se aduersus Gallos iunctureæ. Nec deerant, qui non minimam confusionis causam in dissidium Lotharingiæ Ducis & Hermanni, Marchionis Badensis, qui collegio militari præsidebat, referrent. In receptu quoque a Waga flumine, a quinque millibus Tartarorum ingens damnum illatum erat, interceptis Cæsarei Exercitus impedimentis. Tartaris igitur repente ad vicina Viennæ prorumpentibus, tanta consternatio in vrbe exorta est, vt ipse Cæsar, ea raptim deserta, inter multa itineris incommoda, 26) Lincium, inde Passauium se conferret, terrore vsque adeo diffuso, vt multi quoque Ratisbonæ iam fugam circumspicerent. Suaserat legatus Hispanicus, vt Cæsar Viennæ maneret, ac pacem a Turca toto Hungariæ Regno cesso, redimeret. Sed quod consilium merito reiectum est. 27) Accedebat magnus Vezirius, qui Viennam cum exercitu ducentorum & septuaginta millium XIV. Iulii magna vi obsidere cœpit. Fortuna fuit Germaniæ, quod hostes ad vrbem tendentes, non impediuere, ne peditatus Cæsaris sub Carolo Lotharingo in altera ripa, præueniret, pedemque figeret. Pridie quam hostis adueniret, Leskæus duodecim peditum millia ab altero Danubii latere introduxit. His si mille ducentos statos præsidiarios, Septena alia millia ex Academicis ciuibus, aulicis, mercatoribus, variis hominum ordinibus accersens; vicenis millibus constabat præsidium. 28) Et licet Turcæ ignitis globulis, sossionibus & adsultibus vrbem nimium angerent, fortiter tamen eandem defendebat Ernestus Rüdigerus, Stahrenbergius Comes. Durante obsidione, Posonium Vngari capiunt, a Lotharingo receptum, & Turcæ ab altero Danubii littore arcentur. 29) Accedebant autem laboranti vrbi in auxilium Ioannes, Rex Poloniæ; Maximilianus Emanuel Bauariæ & Io. Georgius III. Saxoniæ Electores, quisque cum instructo exercitu, opportuno tempore, cum vrbs vltra octo dies defendi amplius non posset. Hi vna cum Cæsareo, quem Lotharingus ducebat, & misso a circulis Imperii, cui Waldeccensis Princeps præfectus erat, 11. Septembris st. v. tam auspicato hostes, postquam montem Cæsium Calenberg dictum, haut sine difficultate superassent, adgrediuntur, vt Turcæ nimio metu perculsi, 30) relictis castris, & immenso adparatu fuga præcipiti se subducerent, vel septuaginta illorum millibus cæsis, 31) Christiani etiam, Poloni potissimum, qui primi in castra irruperant, ingenti fuerunt præda potiti. 32) Dum Fœderatorum

19) RINCK *pag.* 812. Extant hæc capita in RECVEIL *Tom. IV. p.* 482. VVAGNER *p.* 575.

20) RINCK *p.* 817.

21) RINCK *p.* 817. Extat fœdus apud LONDORPIVM *Tom. XI. p.* 537. THEATR. EVROP. *Tom. XII. p.* 507. DIAR. EVROP. *Tom. XLV. p.* 301. *App.*

22) Poloniæ Rex iamdum Iulio mense 1680. Imp. ad fœdus contra Turcas inuitauerat, hoc illud tunc abnuente RINCK *p.* 783. Extat Fœdus illud apud LONDORPIVM *Tom. XI. p.* 543. DIAR. EVROP. *Tom. XLV. p.* 25. *&* 26. *Append.* THEATR. EVROP. *Tom. XII. p.* 525. LVNIG *Syllogе Negot. Publ. Tom. I. p.* 829. in RECVEIL *Tom. IV. p.* 481. quo inter alia Imp. Diploma electionis se redditurum promittit, de quo supra dictum §. *VI.* RINCK *p.* 818. VVAGNER *p.* 577.

23) RINCK *pag.* 817. Extat Consilium de hoc bello inter LVNIGII *Scripta illustria p.* 91.

24) PVFENDORF *lib. XVIII.* §. *XCIV.*

25) RINCK *pag.* 823. Hæc belli initia describuntur im LEBEN EVGENII *pag.* 13. *seq.* VVAGNER *p.* 583.

26) Hæc enarrat VVAGNER *lib. VIII. p.* 588.

27) PVFENDORF *lib. I.* §. *XCVI.*

28) VVAGNER *p.* 590.

29) VVAGNER *p.* 599.

30) VVAGNER p. 612. *Acies omnis latissime expansa, in decliui fere consistere debuit. Vt adeo singuli distincte discerni possent, maioremque quam pro armatorum numero, speciem præberent. Turcarum oculos animosque ita metus coecauerat, vt mundum omnem Christianum in hunc montem confluxisse crederent; Vezirius perditum se, ac hominem infelicissimum muliebriter conclamaret, suisque timoribus suos afflaret.*

31) De hoc VVAGNER lib. XVIII. pag. 618. *porro, vt nec id prætermittamus, e Vezirii tabulario compertum est: ab quarta decima Iulii ad Septembris septimum duodequinquaginta millia, quingentos interisse, Bassarum Principes tres, Ianisarorum Tribunos (Ciorbagos vocant) omnino quindecim. Quos si adnumeres, qui postea cecidere, septuaginta millibus oppugnationem omnem stetisse conficias. Ex obsessis, septem millia ferrum; morbus haud paulo plures sustulit.*

32) PVFENDORF *lib. XVIII.* §. *XCVI.* de Ioanne Rege: *qui ea expeditione magnam gloriam affectus est non solum strenua in hostem pugna, qua primus in Turcarum castra irrupit, eoque maxima præda quatuor millionibus taxata potitus est; sed etiam quia per occultos nuntios cum Tartarorum Hano conuenerat, vt is triduo ante quam Christianorum exercitus Turcis ad Viennam ingrueret, cum popularibus suis se subduceret, sic vt nemo Tartarorum pugnæ ad Viennam interesset.* Litteræ Polonicæ Regis

forum exercitus per aliquot dies quieti indulsiſſet, hoſtes perſequitur, iisdemque cæſis X. Octobris Barcanum occupat, ſequitur XXVII. Octobris Strigonium, & II. Novembris Nouigradum, vna cum Vacio & areibus permultis. 33) Kara Muſtapha Vezierius inſauſti conſilii pœnas Belgradi morte ſua luit, eius opes duodecim millionibus æſtimatæ in fiſcum ſunt redactæ. 34)

§. LVII. Conſuetis inter hæc aribus agebant Galli, Romanam etiam coronam pro Delphino ſuo adſectabant, eidemque Bohemiæ Regnum Auſtriacis detractum, aſſignabant. 35) Hæc dum Cæſari ignota non eſſent, Neoburgici etiam & plures alii bellum in Gallos ſuaderent, Laxenburgi, XVIII. Iunii 1682. ſatagente Georgio Friderico Waldeccæ Principe, cum Superiorum Germaniæ Circulorum Ordinibus fœdus pangitur, 36) Acceſſere Lüneburgici, Haſſo-Caſſellanus Landgrauius, Saxo, & Bauarus Electores. Expeditionis ordo in hunc modum eſt deſignatus. Hanoueranus e ſuis, Saxonicisque copiis viginti millium exercitum, ad inferum Rhenum, qua in Belgium inſuit, haberet. Ad ſuperum, præter Bauaros, ac Suecos vicena Cæſareorum millia; ad Rheni medium Haſſus, ſuo ac Vinarienſi cum milite conſiſteret; niſi vt res ferret, alterutri coniungendus videretur. Reliqua de Ducibus bellico ac annonario apparatu, ſtipendiis ſtatiuis explicatius in fœdere digeſta. Iamque & Hiſpani dederant nomen; & Batauos exemplo incitatum iri, certa ſe ſpes dabat. Cæſar Electores, vere tertio ac octogeſimi anni Ratisbonam conſilii cauſa euocat, Bauarus, & Saxo aſſuturos ſe recipiunt; excuſant cœteri vanis ſub prætextibus. 37) Brandenburgicus Elector, Gallis fœderatus, per legatum ſuum, Fridericum de Iena, Gallorum potentiam nimium efferebat. 38) Hunc etiam Galli impediebant, ne Viennæ liberandæ auxilia ſubmitteret, 39) cum Turcis colludebant, iisdemque Viennæ obſidium ſuaſerant, ipſi quoque ad Germaniæ fines cum ſexaginta militum millibus præſto erant, deſperatis Germaniæ rebus, ipſorum auxilia imploratum iri, rati. 40) Dum interim in Comitiis Ratisbonenſibus Galli de retinendo per pacem perpetuam Argentorato, laborarent, hoc autem minus placeret, inducias tandem longiores proponebant, quas plurimum promouebat Elector Brandenburgicus, in easdemque plerique Statuum inclinabant. 41) Concluſo etiam inter circulum Franconicum & Bauaricum XXVIII. Martii 1683. defenſionis fœdere. 42) Poſtquam igitur Batani & Hiſpani cum dictis inducias feciſſent, Luxenburgo Gallis relicto, Imp. licet ægre conſentiente, concluditur Ratisbonæ XV. Auguſti 1684. armiſtitium vicennale, quo durante, Argentoratum cum omni territorio & ſortalitiis adiacentibus, Gallis relinquitur, vna cum omnibus terris, quas ante Kl. Auguſti 1681. occupauerant, reliquis reſtituendis. 43)

§. LVIII. Dum hæc in Imperio agerentur, de bello contra Turcas promouendo ſollicitus Imp. VI. Nouembris 1683. nouum cum Polonis fœdus contra eosdem concludit,

Regis ad Reginam de hac liberatione extant apud LONDORPIVM *Tom. XI. p.* 562. *Tom. XII. p.* 64. LEBEN EVGENII *p.* 29. *ſqq.* THEATR. EVROP. *Tom. XII. p.* 530. DIARIVM *der Wieneriſchen Belagerung*, quod etiam apud VVAGNERVM *lib. VIII. p.* 591. *ſqq.* reperitur. *La Vie de Charles V. Duc de Lorraine p.* 273. IO. VALENT. MERDIZ *de liberatione Viennæ ab obſidione Turcica* apud LVNIGIVM *Syll. negot. publ. Tom. I. pag.* 1282. BIRCKENS *Donauſtrand p.* 200. MENCKENII *vita Leopoldi p.* 272. RINCKS *Leben Leopoldi p.* 836. DAN. SVTTINGERI *gloriosa Viennæ liberatio, Dresdæ* 1688. *f.* qui liberationem, cui ipſe interfuit, plenius deſcribit. Diarium obſidionis exhibuit IO. PETRVS A VOLCKERN *in Victoria a Turcis obſeſſa, a Chriſtianis liberata, Bruxellis* 1684. 12. Sic etiam NICOLAI ISTHVANFII Hiſtoriæ Hungaricæ, editioni Colonienſi 1685. acceſſit *Vienna Auſtriæ barbare oppugnata, gloriose a Chriſtianis defenſa.*

33) RINCK *p.* 861. LEBEN EVGENII *p.* 81. VVAGNER *p.* 623. *ſqq.*

34) VVAGNER *lib. VIII. extremo.*

35) PVFENDORF *lib. XVIII.* §. *LIX.* RINCK *p.* 792.

36) PVFENDORF *lib. XVIII.* §. *LVIII.* VVAGNER *p.* 537. Extat Fœdus ipſum apud LONDORPIVM *Tom. XI. p.* 430.

37) WAGNER *p.* 537.

38) PVFENDORF *lib. XVIII.* §. *LVIII.* VVAGNER *lib. VII. p.* 529. 538.

39) PVFENDORF *lib. XVIII.* §. *XCVI.*

40) PVFENDORF *c. l.* hic addit: *cum tamen Gallicas fraudes animaduertere debuiſſent, queis colluſiones Galli cum Turca vsque adeo ignota non eraut, vt Tekelii Secretarius Viennæ detexerit, inter Gallum, Turcam, atque Tekelium conuenisſe, vt hi duo omnes Cæſareas prouincias ipſa cum Vienna haberent; excepto Regno Bohemiæ cum Moravia, & Sileſia quod Romanorum Regi quam dignitatem Gallus Delphino deſtinarat, reſeruandum ſit. Vlteriusque Turcam, nec Gallum arma Germaniæ illaturum.* Idem p. 1477. *In caſtris Turcarum inter Vezieri ſcripta reperta quoque fuerunt literæ Galli ad Regis ad Vezierum, quibus huic obſidium Viennæ ſuadebat, ac rationem demonſtrabat, qua breui ea vrbe potiri poſſit, promittens, ſe breui eidem LX. M. aureorum miſſurum.* Et paullo poſt: *cæterum nuntio liberatæ Viennæ in Gallium allato Croiſſius quidem dicebat: bonum eſſe, a Turca tanti momenti vrbem haud captam. Sed reuera adeo ingratus iſte nuntius in Gallia fuerat, vt miniſtri de eo Regi non nisi obliqua via inſinuare auderent. Qui & per triduum in publicum non prodiit, febriles acceſſus caſsatus, vel ſicte, vel quia tam variis contraria animum iuxta ac corpus alterauerunt.*

41) PVFENDORF, *lib. XVIII.* §. *CIII.* Quid de eo in diuerſis Circulorum Conuentibus fuerit actum, patet ex LONDORPII *Tomo XII.*

42) Extat illud apud LONDORPIVM *Tom. XI. p.* 545.

43) PVFENDORF §. *CXXX. ſqq. vbi* §. *CXXXIV.* ipſas inducias tabulas inſeruit. RECVEIL *Tom. IV. p.* 490. LVNIG *p. Geu. p.* 1063. DIARI EVROP. *Tom. XII. p.* 630. RINCK *p.* 868. MARTZSCHAVPLATZ *pag.* 183. VVAGNER *lib. VII. extente.* LVNIG *Syll. negot. publ. Tom. I. p.* 863. Commentatus in has tabulas fuit AHASVERVS FRITSCHIVS.

cludit, 44) cui postea Venetorum Respublica XI. Septembris 1684. accedebat. 45) Innocentius XI. etiam Papa non copias solum, sed etiam magnam pecuniæ summam Imp. mittebat, nec minus aliam ex monasteriis ipsi adsignabat. 46) Hinc Vngariam ingrediuntur miles Cæsareus, Duce Carolo Lotharingo, cui adsistebant Ludouicus Badensis Marchio, Ludouicus Palatinus Neoburgicus & Maximilianus Stahrenbergius: Hi XIX. Iunii 1684. Vicegradum capiunt, & profligatis XXVII. Iunii Turcis, Vaciam, Lesleo etiam XXIV. Iulii Vertonizam arcem occupante. 47) Hinc profligatis ad S. Andreæ pagum X. Iulii Turcis, Buda obsidetur, quam tamen Cæsarei vel viginti quinque fuorum amissis, exeunte Octobre relinquere fuerunt coacti. Cauſſæ obsidionis solutæ tribuuntur, præter pertinacem Turcarum defensionem, & munimenta fortissima, importunum admodum tempus, defectus annonæ atque fossorum, & inuidia ergà Lotharingum concepta, ne partis semper victoriis nimium crescret. 48) Neuheusselium tamen arctius includitur, XXVII. Iunii 1685. obsidetur, atque XIX. Augusti adsultu capitur. 49) Cum antea XIV. Augusti Lotharingus insignem de Turcis victoriam ad Strigonium, quod obsidebant, fuisset adeptus, cæsis vel septem millibus illorum, castrisque occupatis, paucis suorum amissis, 50) inde Nouigradum capit 51) dum interea Turcæ Vicegradum recuperarent; 52) Lesleus quidem Effeckum Croatiæ tentabat, sed, non nisi pontis parte conflagrata, infecta re discedit. 53) Schultzius vero Eperium proditione capit. 54) Caprara XV. Octobris Cassouiam; dum interea Erlauiæ Turcarum Præfectus Tökelium captiuum Adrianopolim mitteret, qui tamen ineunte anno 1686. iterum liberatur. 55) Concluso cum El. Brandenburgico fœdere, 56) nouisque Bauari, Saxonis atque Brandenburgici Electoris copiis firmatus Imp. Buda VIII. Iunii denuo obsidetur. Hanc acerrime licet a Turcis defensam, post tentata sæpius auxilia, Carolus Lotharingus II. Septembris adsultu capit, cum antea XXIII. Augusti arx adsultu etiam a Bauaris fuisset capta. 57) Segedinum post cæsos Turcorum auxiliares XXIII. Octobris sequitur & Quinque ecclesiæ. 58) Anno 1687. equidem Turcæ pacem petebant, quæ tamen, dum Cæsarei omnium locorum, quæ Turcæ adhuc in Vngaria possiderent, restitutionem, damnorum in Cæsaris prouinciis illatorum compensationem, & Tökelii traditionem peterent, irrita fuit. 59) Et licet Tökelio conspirante, pleraque superioris Vngariæ loca, vna cum Buda, per proditores Turcis essent tradenda, detecta tamen conspiratione, consilii meritis suppliciis fuerunt adfecti. 60) Lotharingus autem a Bauaro, Ludouico Badensi atque Eugenio Principe adiutus, ad Drauum accedebat, dum Effeckum tentare vellet, a Turcis, qui ibidem se firmauerant, fuit impeditus, vt Drauum iterum transire necessum haberet. Fit igitur II. Augusti 1687. ad Mohaczium atrox prœlium, in quo exercitus Cæsareus insignem de Turcis adeptus fuit victoriam; vt vel decem fuorum millibus, & vltra amissis, castra cum largissimo adparatu relinquere cogerentur. Fructus tantæ victoriæ fuit, vt omnis Sclauonia in Cæsaris redigeretur potestatem: 61) Erla etiam per aliquot menses inclusa, ad deditionem fuit compulsa, 62) atque Abassius Transsyluaniæ Princeps in id fuit adactus, vt facta pactione, Cæsaris militem in hyberna reciperet, eidemque de necessariis prouideret. 63) Cum etiam anno 1686. Imp. consensu Comitiali L. menses secundum Matriculæ ratam, ab Imperii Statibus fuissent decreti, nunc XXII. Septembris 1687. denuo C. menses 64) adsignantur.

§. LIX. Inter hos Cæsaris felices progressus, Imp. IV. Iulii 1687. Paulum Esterhasium, Vngariæ Palatinum vna cum Magnatibus Viennam euocat, iisdemque de Iosepho filio suo primogenito in Regem Vngariæ promouendo, atque abolendo edicto Andreæ

44) Extat illud apud LONDORPIVM *Tom. XI. p.* 567. in RECVEIL *Tom. IV. p.* 481. RINCK *pag.* 865.

45) Extat Fœdus in RECVEIL *Tom. IV. pag.* 500. RINCK *p.* 865. VVAGNER *lib. IX. incunte.*

46) RINCK *p.* 867. Vocatur ideo Liga sancta. THEATR. EVROP. *Tom. XII. p.* 665.

47) RINCK *p.* 871. LEBEN EVGENII *p. I. pag.* 87.

48) BIRCKEN *p.* 236. RINCK *p.* 874. LEBEN EVGENII *p.* 92. VVAGNER *lib. X. p.* 647.

49) BIRCKEN *p.* 269. RINCK *p.* 879. 894. LEBEN EVGENII *p.* 112. THEATR. EVR. *Tom. XII. p.* 797. *La Vie de Charles de Lorraine p.* 322. VVAGNER *p.* 654. 663.

50) BIRCKEN *pag.* 264. RINCK *pag.* 891. THEATR. EVR. *Tom. VII. pag.* 823. LEBEN EVGENII *p.* 115. THEATR. EVR. *Tom. XII. p.* 818. LONDORP *Tom. XII. p.* 486. VVAGNER *p.* 659.

51) VVAGNER *p.* 665.

52) RINCK *p.* 896 VVAGNER *p.* 657.

53) RINCK *p.* 897. VVAGNER *p.* 670.

54) RINCK *p.* 900. VVAGNER *p.* 668.

55) RINCK *p.* 902. 912. VVAGNER *p.* 678.

56) VVAGNER *pag.* 679. Fœdus extat apud LONDORPIVM *Tom. XII. p.* 253.

57) PVFENDORF *lib. XIX.* §. *XXVI.* THEATR. EVROP. *Tom. XII. p.* 1012. *La Vie de Charles p.* 340. RINCK *p.* 914. BIRCKEN *pag.* 285. LONDORP *Tom. XII. p.* 542. LEBEN EVGENII *p.* 138. VVAGNER *pag.* 686. hanc obsidionem late describit.

58) BIRCKEN *p.* 310. RINCK *p.* 932. LEBEN EVGENII *p.* 178. VVAGNER *p.* 728.

59) RINCK *p.* 949. VVAGNER *p.* 723.

60) RINCK *p.* 949. LEBEN EVGENII *pag.* 187.

61) BIRCKEN *p.* 315. RINCK *p.* 954. LEBEN EVGENII *p.* 203. THEATR. EVROP. *Tom. XIII. p.* 20.

62) BIRCKEN *p.* 326. RINCK *pag.* 669. LEBEN EVGENII *p.* 231.

63) BIRCKEN *p.* 325. RINCK *p.* 965. LEBEN EVGENII *p.* 225.

64) Extant Acta apud LONDORPIVM *Tom. XIII. 1. X.*

65) Edi-

dreæ II. a. 1222. dato 65) proponit, quod cum ab iisdem adprobaretur, Comitia Posonii instituebantur, facta a Cæsare XXXI. Octobris 1687. eadem propositione. Habita igitur deliberatione, fit decretum, quo succeſſio hæreditaria maſculis Leopoldi deſcendentibus definitur, ſecundum Ius Primogenituræ, atque his deficientibus, ad Carolum II. Regem Hiſpaniæ ſucceſſio extenditur: nulla vero ex vtraque linea prole maſcula exiſtente, tunc ad Ordines redeat liberum ius electionis: Licet non deeſſent, inter eosdemque Tökelius cum adſeclis, qui decretum hoc impedirent, vel eidem contradicerent. Hoc concluſo, Ioſephus IX. Decembris 1687. præſtito prius iuramento, de ſeruandis regni legibus iuribusque ab Archiepiſcopo Strigonienſi coronatur. 66) In iisdem Comitiis religionis libertas confirmatur, ius præſidii in Vngariæ munimentis Imp. decernitur, & facultas conceditur adprehendendi contra ipſum delinquentes. 67)

§. LX. Nec minori felicitate annus 1688. apud Cæſareos agebatur. Ineunte equidem anno, IV. Ianuarii ſt. v. Mongatſchium arx Tockelii montana munitiſſima in Vngariæ & Tranſyluaniæ confiniis ſita, per triennium latiori obſidione cincta, poſtquam extremum famis fuiſſet perpeſſa, ad deditionem XVII. Ianuarii per Tökelii coniugem factam, fuit compulſa. In eadem reperta fuit rerum omnium copia, gatza inprimis Tökelii, Principatus etiam inſignia, cum quibus de prouincia ita fuerat inueſtitus. 68) Hinc Walachiæ Princeps, & Tranſyluaniæ Status ſingulari diplomate IX. Maii 1688. Cæſaris ſe protectioni ſubmittunt. 69) Alba Regalis VII Maii poſt diuturnam ſub Caraffa obſidionem latiorem, fame ad deditionem fuit compulſa. 70) Stephansburgum, Lippa vi ad deditionem adiguntur. 71) Bauariæ Elector Maximilianus Emanuel, qui ſuos ipſe adducebat, & nunc ob morbum Lotharingi, exercitui præerat, XXI. Auguſti Taurinum ſeu Belgradum obſidebat, & muro licet longa concuſſione labefactato, ſuperato, noua tamen foſſa, noua reperiebantur munimenta, quæ VI. Septembris iutra binarum horarum ſpatium tranſcendebantur, totaque vrbs capiebatur. Hac vrbe occupata, Cæſarea arma vltra Vngariam, per Seruiam & Bulgariam protendebantur. 72) Ludouicus interea Badenſis ad ea, quæ Turcæ adhuc per Bosniam & Slauoniam poſſidebant, recuperanda miſſus, poſtquam Vernam tranſiiſſet, Turcas in auxilium Belgrado tendentes, licet copiis longe inferior, ad Termandum Bosniæ XXIV. Auguſti ſt. v. adoritur, & inſigni potitur victoria, quinque Turcarum millibus cæſis, duobus millibus cum triginta duobus vexillis militaribus captis. 73)

§. LXI. In Germania vero, varii inter hæc motus. Anno 1685. ſiquidem oriebatur controuerſia de ſucceſſione in Electoratum & terras Palatinas, vltimo Electore Carolo, Simmerenſis lineæ, XVI. Maii a. 1685. ſine hæredibus defuncto, Electoratum adfectabant Philippus Guilielmus Neoburgicus, & Leopoldus Ludouicus Palatinus Veldentius, iſte iuxta lineam propior, per Receſſum etiam XXII. Maii 1685. cum Carolo Electore Halæ Sueuorum initum, iamdum ſucceſſor declaratus, 74) hic gradu erat proximior. 75) Vtrique ſcriptis agebant, ſed prælaebat Neoburgicus, Imp. & Collegio Electorali

65) Edictum hoc inter alia Andreæ II. a STEPHANO WERBENZIO Tripartito Operi Iuris Hungarici inſerta *Tom. II. p. 42. art. XXXI.* reperitur his verbis: *quod ſi vero nos, vel aliquis ſucceſſorum noſtrorum aliquo vnquam tempore, huic diſpoſitioni noſtræ contraire voluerit, liberam habeant harum authoritate, ſine nota alicuius infidelitatis tam Epiſcopi, quam alii Iobagiones, ac Nobiles Regni vniuerſi & ſinguli, præſentes & futuri, poſteriique reſiſtendi & contradicendi nobis, & noſtris ſucceſſoribus in perpetuum facultatem.*

66) Acta huc facientia, vna cum Articulis decretis reperiuntur in LONDORPII *Tom. XIII. p. 255.* BIRCKEN *p. 328.* RINCK *p. 970.* RINCKS *Leben Ioſephi p. I. p. 153.* Acta coronationis deſcribuntur in THEATR. EVROP. *Tom. XIII. pag. 105.* RINCK *Leben Ioſephi p. I. p. 153.* BVCHER-CABINET *p. III. p. 672.* Licet hæc decreta fruſtra infringere conetur Auctor *de la Vie du Prince Ragozzi p. 14.* dicens, præſentes in his Comitiis vel metu vel auro fuiſſe corruptos.

67) BVCHER-CABINET *p. III. p. 569.*

68) BIRCKEN *pag. 328.* RINCK *pag. 979.* THEATR. EVR. *Tom. XII. p. 833. 837.* LEBEN EVGENII *p. 239.* BVCHER-CABINET *p. III. p. 561.*

69) RINCK *c. l.* Extat diploma in RECVEIL *Tom. IV. p. 533.* EVR. HISTORICVS *Tom. I. p. 94.* THEATR. EVR. *Tom. XIII. p. 259. La Vie du Duc de Lorraine. p. 389.*

70) BIRCKEN *p. 331.* RINCK *p. 980.* LEBEN EVGENII *p. 246.* EVR. HIST. *Tom. I. p. 44. 52. 76.*

71) RINCK *p. 981.* LEBEN EVGENII *p. 251.* EVROP. HISTORICVS *Tomo I. pag. 99.*

72) BIRCKEN *p. 335.* RINCK *p. 982.* LEBEN EVGENII *pag. 265.* EVR. HISTORICVS *Tomo I. p. 159. 230.*

73) BIRCKEN *p. 341.* RINCK *p. 994.* LEBEN EVGENII *p. 290.* EVROP. HIST. *Tom. I. pag. 605.*

74) Extat iſte Receſſus Halenſis in MARTIAL. SCHAVPLATZ *p. 139.* in quo etiam libertati Religionis Lutheranæ & Reformatæ proſpicitur. *Pfeffelzii ſche Kirchen-Hiſtorie cap. XI. §. IX. ſqq.* EVNIG *Reichs-Archiv p. Spec. pag. 734.* THVCELIVS *Adit Publicis Tom. I. p. 116.*

75) PVFENDORF *lib. XIX. §. XIII. XIV.*

Schema ſucceſſionis tale erat:

lin. Simmerenſis Stephanus *lin. Bipontina*

Fridericus — Ludouicus Niger

Ioannes I. — *lin. Neuburg.* Alexander — *lin. Veldenz.*

Ioannes II. — Ludouicus — Rupertus

Fridericus III. — Wolfgangus — Georgius Iohannes

Ludouicus VI. — Philippus Ludouicus — Georg Guſtau

Fridericus IV. — Wolfgangus Guilielmus — Leopoldus Ludouicus

Fridericus V. — Philippus Guilielmus

Carolus Ludouicus

Carolus

ctorali ipſum pro legitimo Electore, ſecundum ſucceſſionem lineales adgnaticam A. B. definitam, adgnoſcentibus. 76) Eliſabetha vero Carolotta, defuncti Electoris ſoror vnica Philippo Aurelianenſi Duci nupta, connubialibus pactis omni iuri ſucceſſionis in omnia bona feudalia paterna, ac materna, in Germania ſita renuntiarat, ac tantum ius in feuda extra Imperium & allodialia ſibi reſeruarat. Accedebat Teſtamentum Caroli Ludouici de die IV. Aprilis 1670. quo Duciſſa Aurelianenſis Carolo fratri, ſi ſine liberis fuerit extinctus, in bona allodialia vniuerſa ſubſtituitur. 77) Aſt, nunc iſta ab inteſtato petebat, non ſolum omnia mobilia, ſub quibus machinas quoque bellicas comprehendi volebat, ſed & oppignorationes Imperii, feuda oblata & emta, quæ Electores Palatini adquiſiuerant, ac nominetenus Oppenheimum, Ducatum Lauterenſem & Simmerenſem, ac partem Comitatus Spanheimenſis; quæ ditiones penes Palatinos ſint, partim iure vxorio, tanquam recens adquiſita; adducto inter alia exemplo Iuliacenſis ſucceſſionis. Ac mox Verius, Gallorum legatus, contra poſſeſſionem earum ditionum a nouo Electore adprehenſam proteſtabatur. Mittebatur quoque Heidelbergam Morellius Abbas, qui pacta familiæ, litteras inueſtiturarum & alia documenta autographa inſpicere cupiebat. Id quod nouus Elector abnuebat. Obiiciebatur conſtitutio Stephani, a quo omnes, qui nunc ſunt Palatini, ſanguinem trahunt, anno 1444. condita, per quam omnes filiæ ab hæreditate ditionum excludantur; quæ & vim legis in familia Palatina ſemper habuerit & fuerit obſeruata. Obiiciebatur Priuilegium Maximiliani I. de an. 1495. quo omnia bona oppignorata pro feudalibus declarantur, & Caroli teſtamentum, quod Electori Brandenburgico cuſtodiendum fuerat traditum, executione eidem, atque Hannouerano, & Caſſellenſi commiſſa. Prouocabant Galli ad Pontificis arbitrium, quod, dum in præiudicium Imperii vergere videbatur, Cæſar abnuebat, Palatinus ad Imperium & Leges Imperii prouocabat. Et licet Elector cum Ducilla Aurelianenſi ſuper allodialibus mobilibus de certa ſumma conuenerit, eandemque ſoluerit, terris tamen, quas pro allodialibus haberi volebant Galli, adhuc inhiabant. 78)

§. LXII. Eodem anno 1685. exoricbantur turbæ Hamburgenſes, quibus anſam dabat Meurerus conſul, valida in Senatu factione, ac Cellenſi aulæ innixus. Ei conſuli in ordinem redigendo, ſimul reparando ærario, factio inter ciues inualuerat, vehementi impetu agens. Meurerus, cui plures adhuc faebant, ex aula Cæſarea reſcripta obtinuerat, quorum executio Georgio Guilielmo, Cellenſi Duci deferebatur. Cui cum Ciuitas parere nollet, s mercibus Hamburgenſium per prouinciam ſuam transeuntibus manum iniicit, occupata quoque vna & altera inſula in Albi, per quam nauigatio eius flumiuis impediri poterat. 79) Inſtabat quidem Brandenburgicus Elector, vt omnia in priſtinum reſtituantur, ſed dum Cellenſis Dux poſtularet, vt Hieronymus Snitgerus & Conradus Iaſtramus debita pœna adficiantur, ſumtus in Commiſſionem facti reſtituantur, ac aliqua honoris indicia ſibi exhibeantur, hoc autem Ciuitas abnueret, nihil fuit effectum. 80) Aſt, dum quidam ex Luneburgicis præfectis militaribus Snitgerum extra vrbem curru vectum in Luneburgicam ditionem rapere tentant, deprehenſi, nouem numero capite plexi, plebis animum in immenſum efferauerant. 81) Inter hos motus, Dano animus erat, Hamburgum a. 1686. ſubita inuaſione opprimendi, aut ſi id non ſuccedat, globos igniuomos in eandem iacere; quo ſine & Danici præfecti militares magno numero in vrbem confluebant, ſingulari cum Iaſtramo & Snitgero familiaritate contracta. Circa idem tempus, vna quoque porta cum transuerſa trabe totam per noctem patuerat, plusquam dimidia

76) Extant de eo ſcripta apud LONDORPIVM *Tom. XII. p. 215. ſqq. 232. 235. 452.* Cauſſam Neoburgici, ideoque ſucceſſionem linealem defenditſingulari diſſertatione IO. WOLGANG. TEXTOR, cui reſpondet IO. SCHILTERVS, Veldenini cauſam defendens *ad II. F. L. de naturâ ſucceſſionis Feudalis*, quæ acceſſit ipſius Codici Iuris Feudalis Alemannici. Inde variis ſcriptis inter ſe egerunt, quæ adnexa ſunt SCHILTERI Tractatui *de Paragio*. A parte Veldentini etiam prodiit *Erlæuterung des Pfaltz Veldenzeriſchen Succeſſions-Rechtens, zu der letzt erledigten Pfaltziſchen Chur- und angehœrigen Landen, Straßburg 1688. 4.* EVROP. HEROLD *p. I. p. 292.* Pluribus de hac controuerſia egit KVLPIS *Comment. ad Montzambano cap. II. §. V.* PFEFFINGER *ad Vitriarium lib. I. Tit. XIV. §. XIII.* FABER *Tom. IV. p. 318.*

77) Extat Teſtamentum illud in du MONT Nouueau Recueil de Traitez de Paix *Tom. I. p. 191. en premier lieu, que tous nos biioux, peintures, ſtatues, chevaux, armes, armures, bibliotheque & tous nos autres meubles, qui nous ſont venus de ſucceſſion, ou que nous auons aquis de quelqu' autre maniere que ce ſoit, de quelque eſpece qu'ils ſoient, & de quelque nom qu'ils puiſſent etre appellez, à l'exception de ceux dont nous auons deia diſpoſé, ou dont nous nous reſervons la liberté de diſpoſer ci-aprés, ſoient deliurez à notre tres cher fils, et heritier Electoral, & poſſedez à titre ſucceſſif par ſes heritiers: & où ils viendroient à manquer, à notre tres chere fille Eliſabeth Charlotte, laquelle & ſes heritiers les auront & poſſederont à toûiours, excepte la Bibliotheque & les armes & armures qui demeureront à la Maiſon Electorale.*

78) Extat Receſſus inter Deputatos Electorales Palatinos & Deputatum Aurelianenſem Heidelbergæ an. 1687. initus, apud LONDORPIVM *Tomo XIII. c. XXII.* ENFENDORF *lib. XIX. §. XV.* Vtriusque partis Fundamenta reperiuntur in *Primitiis Actorum Compromiſſi Francofurtenſis 1700. 4.* editis, quæ etiam Memoriis de pace Ryswicenſi acceſſerunt. In his documenta, ad quæ prouocatur, reperiuntur. RINCK *p. 905.* qui etiam auctor eſt, Gallos Comites Louvenſteinenſes ad formandum prætenſionem concitaſſe, qui ex Friderici Victoriosi matrimonio ad Morganaticam fuerant orti.

79) PVFENDORF *lib. XIX. §. XXI.*

80) PVFENDORF *§. XXII.*

81) PVFENDORF *§. XXIII.*

92) PV-

dia præſidii parte, inſcio Gubernatore, per triginta viros contra Luneburgicas copias, extra vrbem emiſſa. Dum vero Chriſtianus V. Daniæ Rex exercitum XVII. M. ſpecie exercendorum contraheret, ac legiones pauſſatim Hamburgum verſus moueret, Brandenburgicus Elector & Lüneburgici copias ſuas pro vrbis defenſione mittebat. Aſt, dato in cuſtodiam Snitgero ac Iaſtramo, tota conſpirationis ſcena detecta fuit, ex qua vrbs ad diem XXV. Auguſti Dano tradenda fuerat, cum non niſi pridie eius diei Cellenſes copiæ in hanc peruenirent. 82) Exercitum equidem vrbi admouebat Daniæ Rex, munimentum, quod a ſtella nomen habet, adgrediebatur, idemque adſultu capere tentabat, repulſus tamen fuit, non ſine ſuorum clade. Interuentu igitur Electoris Brandenburgici, totum negotium VIII. Octobris 1686. componitur, hoc modo, vt Rex omni indignatione depoſita, Hamburgenſium naues, merces ac nomina relaxet, Pinnebergenſi interim pacto ſtaretur. 83) Snitgerus autem & Iaſtramus merita pœna adficiuntur. 84)

§. LXIII. Succedebant motus Danici aduerſus Ducem Gottorpienſem. Hic enim pace Gallica fuerat reſtitutus, & pax Rotſchildenſis confirmata. Aſt eo tempore, Danus, fœdere Gallico ſubnixus, Ducem denuo ad Rendsburgenſis pacti conditionem redigere inſtituit. Eo fine Rex non ſolum dimidiam contributionis partem in Slesuicenſi Ducatu a communibus Prælatis, & Equeſtri Ordine conferri ſolitæ, Duci ſubtractum ſibi vindicabat; ſed & idem tributi genus a peculiaribus Ducis oppidis, atque præfecturis exigebat: ſub hoc colore, quod hoc tributum ad communis patriæ defenſionem ſit inſtitutum, & Regi ſoli onus alendæ militiæ incumbat: nec concedere volebat Rex, vt Tönninga a Duce inſtauraretur, aut alius locus operibus firmaretur. Succos etiam atque Lüneburgenſes Duces, qui Gottorpienſis cauſſam ſuſcipiebant, Danus reiiciebat, eo quod cauſa ſit domeſtica, cui exteri male immiſceantur. 85) Et licet quidem Cæſar per Commiſſarios cauſſam componere tentaret, hanc tamen Daniæ Rex ideo reiiciebat, quod iſta Ducatum Slesuicenſem concerneret, qui extra territorium ſit Imperii. 86) Quin potius, cum Dux ad Regis nutum omnibus nexibus cum extraneis renuntiare nollet, ipſum Slesuicenſi Ducatu exuebat, & per Holſatiam Ducalem contributiones extorquebat. 87) Placuerunt tandem ſequeſtri, Cæſar, Electores Brandenburgicus & Saxonicus, quorum delegati Altonæ conuenientes, indefeſſa opera eo rem deduxerunt, vt XVI. Maii 1689. inuicem conuenirent, vt Dux in Ducatum Slesuicenſem reſtitueretur cum pleno iure iuxta pacem Rotſchildenſem & Fontisbellaquenſem, Vnionis iura ſecundum pacta familiæ reſtituerentur, & de contributionum rata adhuc ſuperſint controuerſiæ, dum Daniæ Rex duas tertias peteret, Dux vero dimidium, ſecundum mores antiquos ſaltim concederet, ad arbitrium Imp. & Regis Anglorum reiicerentur. 88)

§. LXIV. Dum autem Galli Cæſari per Vngariam progreſſus inuiderent, & parum tuta illorum fides eſſet, Cæſar VIII. Aprilis 1686. cum Brandenburgico Electore fœdus pangit, de mutuis auxiliis contra quoscunque & transmittendis octo militum millibus. 89) Dum etiam Galli pergerent munimenta Germaniæ vicina opponere, Montem Regium ad Moſellam, Hüningam & Landauium ad Rhenum, Saarlouis ad Saaram, & varia contra inducias patrarent, quorum longum Catalogum Palatinus Ratisbonæ exhibebat; ac Proteſtantium in Saarwerdenſi & Saarbrucenſi Comitatu quærelæ audirentur, 90) viſum fuit Imp. aduerſus Gallos circa ſucceſſionem potiſſimum Palatinam molientes, arctiori fœdere ſe innectere. Inuitabat igitur potentiores Germaniæ Status Imp. Auguſtam Vindelicorum, vt de Germaniæ ſecuritate deliberaretur, & fœdus pangeretur. Concluſum etiam ibidem fuit IX. Iulii 1686. fœdus, conciliante Ludouico Guſtauo, Comite Hohenloico, inter Cæſarem, qui ad Germaniæ defenſionem XVI. millia, Hiſpanum, ratione Circuli Burgun-

82) PVFENDORF §. *XXXVI.*

83) PVFENDORF §. *XLII.*

84) RINCK *p. 949.* Apud LONDORPIVM *Tom. XII. p. 535.* reperiuntur varia ſcripta, præſertim etiam Deductio Hamburgenſium in hac cauſſa *p. 568.* Dum etiam Rex homagium ab vrbe peteret, prodiit *in lure & facto Wohlgegründete Remonſtration, was es mit der von Kœnigl. Maieſt. zu Dennemarck prætendirten Huldigung in der Stadt Hamburg für eine Bewandnüs habe, 1686. 4.* cui Regii oppoſuerunt *Summariſche Wiederlegung.* De his motibus ſeparatim extat *Wahrhaftig abbildender Aufruhr- und Empœrungs-Spiegel, Friedberg 1687. 4. Der Hamburger Grosmuthigkeit nebſt deren erneueten Augen, 1686. 4. Kurtzes Geſpræch zwiſchen einem reiſenden Hamburger und einem andern Paſſagier nahmens Aletophilo 1687. Documenta ad Ciuitatis Hamburgenſis immeritatem pertinentia 1686. 4. Theatrum lamentæ Hamburgenſis 1686.* IACOBI HENRICI PAVLI *Clypeus veritatis contra Hamburgenſes. Glückſtadii 1686.* HENRICI POHLMANNI *Apologia Tom. XIII. cap. XVII. XXXV.* FABER *Tomo IV. p. 236.*

85) PVFENDORF *lib. XIX. §. LXII.*

86) PVFENDORF §. *LXIX. LXVIII.*

87) PVFENDORF §. *LXVI.*

88) PVFENDORF §. *LXIX. LXXXVII.* Prodierunt in hac cauſſa *des Hochfurſtl. Hauſes Slesw ig Holſtein Gottorp In denen Erbheitungs, Vnions, Defenſions, auch andern Receſſen, Lehenbriefen, Friedens Inſtrumenten und Vertrægen gegründete Gerechtſame 1683. 4.* Huic opponitur *Nachricht von ihrer Kœnigl. Mai. zu Dennemarck wieder den Hertzog zu Sleswig annoch habenden rechtmæſſigen Beſchwerden, 1683. 4.* In LONDORPII *Tom. XII. p. 267. ſqq.* & *Tom. XIII. cap. XXIX.* plura ſcripta reperiuntur, RINCK *p. 1051.* EVR. HISTORICVS *Tom. I. p. 537. 549. Einleitung zur Hiſtorie des Nord. Krieges p. 197.*

89) PVFENDORF *lib. XIX. §. XXV.* VVAGNER *p. 679.* RECVEIL *Tom. IV. p. 525.*

90) PVFENDORF §. *XXIX. XXXI.* de munimentis ad Trarbacum, PVFENDORF *lib. IX. §. LVI.* LONDORP *Tom. XIII. c. XXXIII.*

91) PV-

Burgundici, qui VI. M. Suecum, ob Germanicas prouincias, ſumma non expreſſa, Bauarum, qui VIII. M. pro Circulo II. M. Franconicum Circulum, qui IV. M. Domum Ducalem Saxonicam quæ II. M. & Superiorem Rhenanum qui IV. M. promittebat. Copiarum Duces decernuntur Maximilianus Emanuel Bauariæ Elector, Georgius Fridericus, Waldeccіæ Princeps, Chriſtianus Erneſtus, Marchio Baruthinus & Ioannes Carolus Tungius. De adparatu etiam, machinis & ærario militari diſponebatur. 91) Gallo licet contra hoc fœdus queritante. 92)

§. LXV. Anno 1687. Ianuario menſe, per nuntium Papalem, Viennæ poſtulabant Galli, vt induciæ vicennales in æternam pacem commuteantur, loca occupata ipſis pleno iure relinquantur, nec Grauamina vlterius exhibeantur, id quidem ante finem menſis Martii fiat, quod alias ſibi neceſſum ſit, alia conſilia capeſſere. Accedebat cauſſa Colonienſis. 93) Galliæ enim Rex apud Maximilianum Henricum, Colonienſem Archiepiſcopum tantum promouerat, vt Wilhelmum Fürſtenbergium ſibi Coadiutorem vellet ſurrogari, & hunc in finem electionem, velut ex improuiſo Capitulo indixerat, cui & Wilhelmum expreſſe commendabat, quod adgnatum Clementem Bauarum tenera ætas inhabilem redderet. Plerique Canonici Fürſtenbergio erant cognati, aut clientes ipſius, aut per dona & promiſſa emti. 94) Huius tamen electioni, Cæſar, Bauarus, Palatinus & Brandenburgicus acriter ſe opponebant. Arauſionenſis pecuniam offerebat, ſi electio poſſet impediri. Ipſe Papa tecte contra nitebatur. Nihilominus VII. Ianuarii a. 1688. Fürſtenbergius octodecim ſuffragiis, quod ſex abſentes eſſent, Coadiutor dicebatur, inuito Cæſare, ac vniuerſa Germania. Contra eam electionem proteſtabantur Franciſcus Ludouicus Epiſcopus Vratislauienſis, Marchio Badenſis, & Königseckius Comes, ac ad Nuntium Apoſtolicum prouocabant. 95) Poſtquam autem Maximilianus Henricus Elector III. Iunii 1688. fuiſſet defunctus, 96) nouæ electioni dies XIX. Iulii fuit conſtitutus. Bini erant Candidati, quorum habenda ratio. Ioſephus Clemens, Bauariæ Princeps, & Wilhelmus Egon Fürſtenbergius. Vtrique inter poſtulandos ſaltim erant referendi, eò quod Bauarus eſſet Epiſcopus Ratisbonenſis & Friſingenſis: Fürſtenbergius Epiſcopus Argentoratenſis. Diſpenſauerat tamen Innocentius XI. Papa per diploma XIX. Iunii 1688. de Bauaro, non ratione ætatis ſolum, ob annum decimum ſeptimum ad Epiſcopatum, ſecundum Canones nondum maturo, ſed etiam quod non obſtantibus, quibus præerat Epiſcopatibus, eligi, & tanquam eligendus conſiderari poſſit. 97) Die electioni dicta, viginti quatuor aderant Canonici; Bauarus per nouem vota eligebatur, Fürſtenbergius autem per tredecim vota poſtulabatur. Vtraque factio electionem vel poſtulationem ſuam Papæ, Imp. & Imperio ſignificabat. Verum, dum Papa electionem Fürſtenbergii in Coadiutorem nunquam confirmaſſet, Fürſtenbergius tanquam poſtulandus, ſecundum Innocentii III. decretum non vota duplo maiora fuiſſet adeptus, 98) Bauarus ipſi tanquam eligendus præferebatur, ab Imp. & Papa confirmabatur, in Collegium Electorale recipiebatur. 99)

§. LXVI. Prætextu igitur cauſſæ Palatinæ & Colonienſis, prout publicis ſcriptis proponebant, 100) Galli Argentorato transeuntes, vicinas ditiones, Badenſem inprimis ac Wür-

91) PVFENDORF §. *XXXI.* Extat fœdus in RECVEIL *Tom. IV. p. 521.* LONDORP *Tom. XII. p. 522. 533. ſqq.* THEATR. EVR. *Tom. XII. p. 979.* prodierunt a Gallorum parte *Conſiderations ſur la Ligue d' Augsbourg*, de quo ſcripto iudicant LETTRES HISTORIQVES *Mart 1692. p. 287.*

92) PVFENDORF §. *XXXII.*

93) PVFENDORF *lib. XIX.* §. *XLV. LII.* Extant ſcripta apud LONDORPIVM *Tom. XIII. c. VIII.*

94) PVFENDORF *lib. XIX.* §. *LIX.* qui addit: *equidem Grauellus abhegatus Gallicus negabat, a Rege ſuo vel teruncium eo nomine cuipiam donatum. Reuera tamen is Canonicis caueratur, ſi quid eam ob cauſſam damni patiantur, a Rege ſextuplum ipſis penſatum iri.*

95) PVFENDORF §. *LIX. LX.*

96) Mortem Electoris & iugentem theſaurum quem reliquit, deſcribit EVROP. HISTORICVS *Tom. I. p. 123.* Teſtamentum reperitur in MART. SCHAVPLATZ *p. 203.*

97) Patet enim ex *c. III. diſt. LIV.* & Titulo Decretalium *de Poſtulatione Prælatorum*, præſertim *c. vlt.* Epiſcopum alius Eccleſiæ alteri per electionem præfici non poſſe, ob coniugium ſpirituale, quod cum priore Eccleſia creditur contraxiſſe. Extat decretum eligibilitatis apud LONDORPIVM *Tomo XIII. p. 601.*

98) Hoc enim requirit *c. Scriptum eſt, de electione & electi poteſtate, vt ſi hic concurrat cum poſſulando, vota duplo maiora habere debeat, ſi præualere velit.*

99) Extant de hoc negotio varia ſcripta apud LVNIGIVM *Syllogen Negotiorum Publicorum ad a. 1688. p. 973. ſqq.* ex quo hauſit PFEFFINGER Vitriario illuſtrato *lib. I. Tit. XIV. §. V.* Plenius vero vtriusque partis ſcripta exhibentur in LONDORPII *Tomo XIII. c. XLVI.* Pro cauſſa Bauari prodiit *Innocentius III. Papa Romanus Cardinali Fürſtenbergio propter Archiepiſcopatum Colonienſem, cui auide inhiat, valde aduerſus, Coloniæ 1688. 4.* Proteſtatio contra electionem Ioſephi Clementis extat in RECVEIL *Tom. IV. p. 549.* Electionem deſcribit EVR. HISTORICVS *Tom. I. p. 128. 209.* THEATR. EVR. *Tom. XIII. pag. 307.* MARTIAL. SCHAVPLATZ *pag. 206. 251.* Varia alia ſcripta recenſentur apud GRYPHIVM *p. 153.*

100) Extat Manifeſtum Galliæ Regis, de dato Verſailles 24. Septembris 1688. in RECVEIL *Tomo IV. p. 542.* quo binæ iſtæ cauſſæ, tanquam prætenſæ proponuntur: hoc tamen adiecto, quod ſi Fürſtenbergius in Colonienſi Electoratu confirmetur, Duci Aurelianenſi argento ſatisfiat, ſe publicam quietem reſtituturum, Friburgum, poſtquam munimenta fuiſſent deſtructa, Imp. redditurum: nec tamen vltra menſem Ianuarii 1689. ſe obligati velle. Adiicitur Cæſaris reſponſio *p. 545.* MART. SCHAVPLATZ

ac Würtenbergenſem inuadentes, ferro, flammisque fœuientes, in Palatinatum procedunt, Offenburgo, Neoſtadio, Lutera Cæſarea, Altzeia, Spira, Wormatia, Heilbrunna, Treuiris, Oppenheimo, aliisque locis occupatis, Philipsburgum etiam male prouiſum, poſt trium hebdomadum obſidionem, Kalend. Nouembris anno 1688. deditione capiunt, ipſo Delphino in caſtris præſente, 1) Moguntiam quoque, Anshelmo Franciſco Moguntino Electore ipſis fauente, occupant, nouo præſidio & munimentis firmant. 2) Heidelberga XXV. Octobris ipſis deditur, 3) quam X. Octobris Manheimium, & paulo poſt Franckenthalia ſequebatur. 4) Confluentiam tamen Galli fruſtra tentabant, ſed inde recedentes, Circulo Sueuico & Franconico graues erant, ferro, flammis & exactionibus nimium fœuientes. 5) Solum Schorndorfium Würtenbergenſis ditionis oppidum Gallos eludebat, licet iterata vice illud Ianuario menſe 1689. tentarent. Stutgardiam tamen poſtquam reſtitiſſet, Galli occupant & deuaſtant, licet aduentantibus Germanorum copiis, iterum relinquerent. 6) Cæſar autem concluſo Viennæ XII. Maii an. 1689. cum Belgis fœdere, 7) cui poſtea Angliæ Rex Guilielmus III. & Carolus II. Hiſpaniæ Rex acceſſit, Galloque hoſte Imperii declarato, magnum collegit exercitum, Carolo Lotharingo Duce, cui accedebat Saxonicus, Haſſo-Caſſellanus miles, cum reliquis Imperii copiis, vt exercitus ſexaginta millium conficeretur. Moguntia, prout in conuentu Francofurtenſi concluſum, XXII. Iulii 1689. obſidebatur, præſidio decem millium ſub Marchione d' Vxelles munita, eademque poſt acerrimam defenſionem, varias veſtationes & adſultus, cum pridie exteriora vrbis munimenta ingenti tum obſidentium tum obſeſſorum ſanguine fuiſſent expugnata, XI. Septembris ſt. n. ad deditionis leges fuit compulſa. 8) Dum igitur Cæſarei vlterius inſtarent, Galli Heidelbergæ arce diruta, vrbe direpta, ponte ad Nicrum, multisque ædificiis deſtructis, hanc iterum deſerunt; Spiram & Wormatiam fere ſolo æquant, & reliquis vrbibus circa Rhenum, mœnia euertunt, eadem one contra datam fidem, flammis delent, vaſtato incenſoque omni regionis tractu, qui ab Argentorato vltra Moguntiam extenditur nullo fere crudelitatis genere omiſſo, quin & in templa & ſepulchra impii, arboribus quoque & vinetis ſuccisis, flammis potiſſimum Melaco fœuiente. 9)

§. LXVII. Poſtquam etiam Galli, obſtetricante Fürſtenbergio, Colonienſes vrbes præſidiis firmaſſent, ad liberandum Rheni tranſitum nouus Brandenburgicus Elector Fridericus III. qui Friderico Guilielmo patri XXV. Aprilis 1688. defuncto, ſucceſſerat, 10) cum ſuis, Monaſterienſibus & Weſtphalicis copiis, poſtquam Galli in conflictu ad Nuſſiam fuiſſent deuicti, & Lintium occupaſſet, 11) Rheinbergam etiam VI. Maii ſt. v. 12) & Cæſaris Inſulam poſt breuem obſidionem XVI. Iunii recuperat, 13) hinc Bonnam ignio-

PLATZ *p. 212.* EVR. HISTORICVS *Tom. I. p. 190. 226. 252. 261. 287. 295.* RINCK *pag. 991.* THEATR. EVR. *Tom. XIII. p. 677.*

1) LAGVILLE *Hiſt. d' Alſace Tom. II. p. 284.*

2) EVROP. HISTORICVS *Tom. I. pag. 287.* licet Elector de eo ſe apud Cæſarem excuſare conaretur. MARTIAL. SCHAVPLATZ *p. 253.*

3) EVR. HISTORICVS *Tom. I. p. 298.* MART. SCHAVPLATZ *p. 257.*

4) EVR. HISTORICVS *Tom. I. pag. 243. 349.* MARTIAL. SCHAVPLATZ *p. 261.*

5) EVR. HISTORICVS *Tom. I. p. 351.* MART. SCHAVPLATZ *p. 264.*

6) EVR. HISTORICVS *Tom. I. p. 356. 404.*

7) RINCK *Leben Joſiphi p. I. p. 224.* ACTES & MEMOIRES *de la Paix de Ryswic Tom. I. ſub initium.* RINCK *p. 1002.* qui etiam ipſum fœdus exhibet, & RECVEIL *Tom. IV. p. 596.* Acceſſit fœderi hic Articulus ſecretus: *poſtquam ex parte Galliæ in variis locis & Aulis palam diuulgatum eſt, quod non obſtante renuntiatione ſolemniſſima, Succeſſionem in Monarchiam Hiſpanicam, caſu quo Rex Catholicus ſine prole legitima e vitis deceſſeret, pro Delphino indefinenter pretendat vi & armis aſſerendum, nec obſcure etiam collimet, vt prædictus Delphinus in Regem Romanorum euehatur: Domini Status Generales Fœderati Belgii mature conſiderantes quantam Status publici colliſionem & quantum præiudicium publicæ rei & tranquillitati tam vnæ quam alteræ prætenſio afferre poſſit, promittunt hiſce ſeparatis Articulis, non minus ac ſi Fœderi principali verbotenus inſerti eſſent, valituris; Primo caſu quo modernus Hiſpaniarum Rex e vita deceſſeret, non relictis legitimis defendentibus, (quem caſum Deus clementer auertere velit) ſe Cæſaream Maieſtatem eiusue heredes ad Succeſſionem eiusdem Domini legitime competentem in Monarchiam Hiſpanicam, & eius Regna, Prouincias, Ditionet & iura earundem adipiſcendam & aſſerendam, quin etiam poſſeſſionem contra Gallos eiusque adhærentes, qui ſe huic ſucceſſioni directe vel indirecte opponere vellent, omnibus viribus adiuturos & in contrarium attentantium vim vi repulſuros. Deinde etiam apud Dominos Principes Electores Imperii Electoratos ſuos omnia ſtudia & officia collaturos, vt quanto citius Sereniſſimus Hungariæ Rex Joſephus, Sacr. Cæſ. Maieſtat. Primogenitus in Regem Romanorum eligatur: & ſi ex parte Galliæ hoc Electio minis aut Armis impediretur, ſe pro eadem tuenda & auertenda omnibus pariter viribus Sacr. Cæſar. Mai. opem laturos.* MARTIAL. SCHAVPLATZ *pag. 244.* Varia ſcripta ad hoc bellum facientia recenſentur apud GRYPHIVM *p. 154.* LVNIG *Tom. II. Negot. Publ. pag. 336.*

8) RINCK *pag. 1009.* MART. SCHAVPLATZ *p. 314.* EVR. HISTORICVS *Tom. I. p. 539. 561. 578.* THEATR. EVROP. *Tom. XIII. p. 723.*

9) RINCK *p. 1014.* Crudelitates Gallorum hinc inde exercitæ deſcribuntur in EVROPAEISCHEN Hiſtorico *Tom. I. p. 406. ſqq. 477. 490. 528. 537. 569. 628. 688. 771. 783. 980.* THEATR. EVR. *Tom. XIII. p. 771.* MARTIAL. SCHAVPLATZ *p. 277. 290.*

10) PVFENDORF *lib. XIX. §. C.* EVROP. HISTORICVS *Tom. I. p. 73. & p. 103.* vbi reperitur Declaratio belli contra Gallos.

11) EVROP. HISTORICVS *Tom. I. pag. 473.* MARTIAL. SCHAVPLATZ *p. 282.*

12) EVR. HISTORICVS *Tom. I. p. 527.*

13) RINCK *p. 1009.* EVR. HISTORICVS *Tomo I. p. 528.* MARTIAL. SCHAVPLATZ *p. 299.*

uomis globis vexat, præſidio interim Gallico, vrbe nondum circumſeſſa, extra vrbem hærente, iſta tamen vrbs, aduentante demum Lotharingo, poſt aliquot hebdomadum obſidionem XII. Octobris ad deditionem ſuit compulſa, dum interea Bouſierius Cochemum occuparet, mille ſexcentis Brandenburgicorum vel captis vel occiſis. 14)

§. LXVIII. Turcæ vero, ob acceptas clades, belli pertæſi, Effendium & Alexandrum Maurum Cordatum a. 1689. Viennam ablegant, de pace acturos. Sed, dum quædam oppida a Cæſareis occupata repeterent, vna cum tributo annuo, ratione Principatus Tranſyluaniæ, Imp. omnem Vngariam, Tartarorum ſuppreſſionem, 6. Myriades (*millionen*) pro belli expenſis, & duas myriades annuas poſtulante, hi Tractatus effectu deſtituebantur. 15) Lotharingus equidem pacem ſuadebat, vt contra Gallos bellum eo felicius promoueretur, cui tamen Ludouicus Badenſis contrariabatur. 16) Turcas ad belli continuationem Galli concitabant, iisdemque tormenta, ductores, artifices ſubmittebant. Ineunte hoc anno V. Ianuarii ſt. v. Sigethum ſe dedebat, 17) Töckelio interea Nouigradum Seruiæ occupante. 18) Ludouicus Badenſis autem, qui Exercitui Cæſareo præerat, poſtquam Turcas XXIX. Auguſti ad Reſſauam flumen, prope Niſſam Seruiæ fudiſſet, vlterius progreditur, & dum victoriam perſequitur, Turcis denuo ad Morauam fuſis, eosdem, dum ſe ad Niſſam firmaſſent, XIV. Septembris ſt. v. in caſtris ſuis probe munitis adoritur, profligat, Niſſam occupat, atque inſigni præda potitur. Denuo eosdem ad Widdinum profligat, eademque arce & Scopia, cæſis iterum Turcis, potitur. 19) Et licet Ludouicus Badenſis maiora adhuc auxilia peteret, quo ad Hæmum montem vsque progrederetur, Cæſar tamen bello Gallico impediebatur. 20) Ineunte anno 1690. Tartari Seruiam inuadentes, Cæſareos Kl. Ianuarii ad Kazianeck cædunt, ipſo Hannouerano Principe Carolo Philippo in eodem conflictu occiſo. 21) Caniſa vero, poſtquam per biennium fuiſſet incluſa, III. Aprilis fame ad deditionem ſuit compulſa. 22) Dum autem Ludouicus Badenſis Viennæ adhuc hæreret, Turcæ interea Niſſam & Widinum, Semendriam etiam recuperant, Töckelius, cæſo Heuslero, Tranſyluania potitur, 23) quem tamen Ludouicus Badenſis paullo poſt inde fugat. 24) Kal. Octobris Turcæ Belgradum obſident, munimentis a priori obſidione nondum reparatis, idemque poſt octidui obſidionem VIII. Octobris vi expugnant, dum globus igniuomus in turrim puluere pyrio refertam decidens, ignem ederet, & magnam murorum ruinam cauſſaretur. Quo improuiſo impetu obſeſſi territi, fugam circumſpicientes, nauibus ſe cum Croyiaco, aliisque Ducibus primariis ſubducere conantur, vix tamen trecenti incolumes euaſerunt. 25) Capto Taurino, Turcæ, ſuperato Danubio, Waradino maiori ſuppetias ferunt, Eſſeckum oppugnant, quod, quo minus expugnarent, Dux Croyiacus tubarum & tympanorum ſtrepitu ſecus Draum excitato, aduentantis exercitus ſpeciem ſimulante, impediebat, dum caſtris motis, Turcæ inde diſcederent. Tum fortius Eſſeckum & Peterwaradinum muniuntur, & fluuiali claſſe, inuento nouo, ripenſis ora defenſatur. 26)

§. LXIX. Hæc dum in Vngaria agerentur, Imp. ab Anſelmo Franciſco, Electore Moguntino impetrauerat, vt Collegium Electorale ad XIX. Septembris 1689. Auguſtam Vindelicorum conuocaret. Poſtquam tardius Electores adueniſſent, poſt varias deliberationes, amicas conuerſationes fit demum XI. Decembris ſt. v. Propoſitio ab ipſo Cæſare de Imperii ſecuritate, eligendoque Rege Romanorum, Ioſephum filium primogenitum ad hoc commendans. Aderant, præter Moguntinum, Electores Io. Hugo, Treuirenſis, Ioſephus Clemens, Colonienſis, 27) Philippus Guilielmus, Palatinus, Maximilianus Emanuel, Bauarus, Saxonis Io. Georgii III. legatus, Nicolaus Baro de Gersdorf, Friderici III. Brandenburgici vero, Sylueſter Iacobus de Danckelmann. Hi inuicem de materiis propoſitis & Capitulatione deliberantes, demum XIV. Ianuarii ſt. v. Ioſephum in Regem Romanorum eligunt, plurimum hoc promouentibus Anglis Belgisque, dum interim Eleonora

14) RINCK *p. 1012.* EVR. HISTORICVS *Tomo I. p. 565. 589. 640.* THEATR. EVROP. *Tom. XIII. p. 747.* MARTIAL. SCHAVPLATZ *p. 311.*

15) RINCK *p. 1013.* Extat conſilium de eo, an bellum ſit continuandum, an pax facienda apud LVNIGIVM *Scriptis illuſtr. p. 94.*

16) BVCHER-CABINET *Tom. XXI. p. 49.*

17) BIRCKEN *p. 341.* RINCK *p. 1022.*

18) BIRCKEN *p. 340. 345.*

19) BIRCKEN *p. 341. ſqq.* RINCK *p. 1023. ſqq.*

20) RINCK *p. 1091.* BVCHER-CABINET *Tomo XXI. p. 27.*

21) RINCK *p. 1093.* BIRCKEN *p. 356.* EVR. HISTORICVS *Tom. I. p. 767.*

22) BIRCKEN *p. 356.* RINCK *p. 1095.* EVR. HISTORICVS *Tom. I. p. 808.*

23) BIRCKEN *p. 361.* RINCK *p. 1099.* EVR. HISTORICVS *Tom. I. p. 916.*

24) RINCK *pag. 1100.* BVCHER-CABINET *Tom. XXI. p. 51.*

25) BIRCKEN *p. 363.* RINCK *pag. 1103.* EVR. HISTORICVS *Tom. I. p. 915. 929.* LETTRES HIST. Sept. 93. p. 287. *Les Turcs l' aiſegerent de nouueau le premier d' Octobre de l' an 1690. & la prirent le huitiéme de même mois par aſſaut, les vns diſent par la faute du Comte d' Aſpremont qui y commandoit & s' eſt neanmoins euſſiſté depuis, & les autres par malheur tombée dans la magazin des poudres y mis le feu, fit ſauter vne partie de la Ville & des fortifications, & tua vn bon nombre des Soldats de la garniſon.*

26) BIRCKEN *p. 365.* RINCK *p. 1111.*

27) De hoc B. de LYNCKER Obſ. ad A. B. p. 29. *zu Augſpurg als zu der ietzigen Kayſerl. Maj. (Iosephi,) Wahl die Churfürſten nach S. Ulrich ritten, hatte der damalige Churfürſt zu Cölln, Ioſeph Clemens das Vnglück, daß er, durch Aufraumen des Pferds herunter ſiele, daß Peruque und Hut auf der Erden lag, er aber ſonſt ohne Schaden bliebe.*

28) Actum

nora Magdalena IX. Ianuarii in Auguſtam: ipſe vero Ioſephus XVI. Ianuarii ſolenni ritu in Regem Romanorum coronaretur. 28) Renouato etiam fœdere Auguſtano, de bello contra Turcas, Gallosque acriter promouendo ibidem fuit actum.

§. LXX. Dum etiam fœuientibus Gallis, Spira a. 1689. in cineres fuiſſet redacta, perſonæ Camerales vna cum Actis Cameralibus, quantum quidem transferre poterant, Francofurtum ſecedebant. Deliberabatur igitur in Comitiis de nouo loco iudicio Camerali deſtinando. Et licet Francofurtum, Suinfurtum, Hanouia, Erfurtum, pluresque vrbes proponerentur, iſtis tamen receptionem deprecantibus, placuit tandem Wetzlaria, vbi prima ſeſſio d. XXXI. Ianuarii 1691. fuit habita. 29) Et licet de eodem iudicio in alium locum transferendo a. 1698. ageretur, deſuper conqueſtus fuit Magiſtratus Wetzlarienſis, ex hac quidem ratione, quod non ſolum hoc reſpectu Reformatis, atque Catholicis liberum Religionis Exercitum fuerit conceſſum, ſed etiam plures impenſæ factæ, vt eodem in loco adhuc ſubſiſtant. 30) Licet etiam finito bello, Spirenſes eandem reſtitutionem petierint. 31)

§. LXXI. Anno 1690. controuerſia oriebatur de ſucceſſione Saxo-Lauenburgica, dum iſta domus in Iulio Franciſco XIX. Septembris 1689. extincto, finem haberet. Plures erant, qui in Ducatum prætenderent. Io. Georgius III. equidem Electo, per Salomonem Zapfium XXVI. Septembris poſſeſſionem adprehendebat. Nitebatur iſte litteris expectatiuæ a Maximiliano I. in Comitiis Conſtantienſibus a. 1507. Friderico Sapienti Electori, eiusdemque fratri, Iohanni, conceſſis atque a. 1687. a Leopoldo Imp. confirmatis. Accedebat pactum ſucceſſorium, quod cum Duce vltimo defuncto an. 1671. fuerat erectum, ab eodemque Imp. Leopoldo confirmatum. 32) Dum vero dicta Expectatiua a Maximiliano I. Friderico Sapienti & Ioanni Conſtanti conceſſa, ex cuius progenie hodierni Duces Saxoniæ lineæ Erneſtinæ ſuborti, hi potius exinde iura ſua repetebant, quæ tanquam lineæ propria, vna cum Electoratu minime fuiſſent translata. 33) Anhaltina vero domus ad ius ſanguinis prouocabat, dum communem haberet ſtipitem cum Lauenburgenſibus, ipſis etiam fuerit conceſſa, atque in litteris inueſtituræ ſæpius confirmata, 34) maxime, dum Viennæ XV. Martii 1678. cum Duce vltimo defuncto anteriora ſucceſſionis pacta denuo fuiſſent confirmata. 35) Georgius autem Guilielmus, Cellenſis Dux, non ſolum XXX. Septembris Ratzeburgum armata manu occupabat, ſed etiam Saxonica inſignia hinc inde adpenſa deiiciebat, idque primum ſequeſtri inſtar, dum ipſe Circulo Saxoniæ Inferioris eſſet Præfectus. Inde, dum ab Henrico Leone ſanguinem duceret, cuius iſtæ olim fuerant terræ, in easdem prætendebat, ad pacta etiam cum Volratho, Iulio Henrico & Franciſco Iulio inita prouocabat. Mecklenburgica domus pacto nitebatur ſucceſſorio a. 1431. inter Bernhardum Lauenburgenſem & Henricum atque Iohannem Megapolitanos confecto. Defuncti Ducis vero filiæ, Anna Maria Franciſca, Philippo Guilielmo Palatino Neoburgico nupta, & Franciſca Sibylla Auguſta, Ludouici Badenſis coniux terram Hadeln tanquam allodium prætendebant. Ex eodem iure Eleonora Charlotta Holſatica, Franciſci Henrici Saxo-Lauenburgenſis filia, eandem terram petebat. In Comitiis equidem cauſſa agebatur, ſingulis iura ſua ſcriptis defendentibus. Poſtquam vero Auguſtus, Poloniæ Rex prætenſioni ſuæ, acceptis a Cellenſi Duce ſexcentis Ioachimicorum millibus renuntiaſſet, Saxonica domus cauſſam ſuam in aula Cæſarea adhuc agit. Sueci interea circuli Saxonici Inferioris nomine, terram Hadeln in ſequeſtrum ſuſceperunt, accedente etiam

28) Actum hunc electionis atque coronationis C. L. THVCELIVS in *Auguſti Corona Auguſtiſſima Auguſtæ Coronata* deſcribit *Auguſtæ 1690. f.* & SIGISMVNDVS SCHMIDT *im Eraffneten Teutſchen Audientz-Saal, Francfurt 1697. 4.* BVCHER A CABINET *p. IV. p. 687.* RINCK *p. 1059.* EVROP. HISTORICVS *Tom. I. p. 709. ſqq.* THEATR. EVROP. *Tom. XIII. p. 1122.* RINCK *Leben Ioſephi p. I. p. 224.* ZCHACKWITZ *p. 7.* In Capitulationis Procemio, nouo Exemplo mentio fit Legati Bohemici. Qua ratione etiam Principes contra hanc Capitulationem, eo quod cum ipſis non fuerit communicata, proteſtati fuerint, docet MVLDENERVS *Capit. Har. p. 209.* & in Præfatione.

29) CASSANDER THVCELIVS *Electi Iuris Publ. cap. IX.* THEATR. EVROP. *Tom. XIV. pag. 492.*

30) FABRI STAATS-CANTZELLEY *Tomo IV. p. 621.*

31) FABRI STAATS-CANTZELLEY *Tomo XVI. cap. III.* SYNT. IVR. PVBL. *cap. XXIV. §. LXVI.*

32) Extant apud LVNIGIVM *p. ſpec. f. III. pag. 223.* & apud LEVIN von AMBEER *pag. 40.*

33) Extant fundamenta lineæ Albertinæ apud LEVINVM von AMBEER *p. 89.*

34) Habent tamen in hoc Anhaltini 10. SCHILTERVM ſibi contradicentem in diſſertatione *de Inueſtitura Principum Imperii ſimultanea*, quæ ipſius Codici Iuris Feudalis Alemannici acceſſit. Anhaltini etiam d. 11. Februarii 1728. nouo in Comitiis exhibito ſcripto, cauſſam ſuam iterum defenderunt, quod extat *Reichs-Fama Tom. III. p. 245.* FABRVM *Tom. LII. c. XV.*

35) Extat illud ap. LVNIGIVM *p. ſpec. Cont. II. f. IV. Cont. II. p. 356.* Separatim pro Cauſſa Anhaltina prodierunt *Iuſtitia cauſſæ Anhaltinæ in ſucceſſione Lauenburgica 1695. f.* Et *Gründliche Vorſtellung, daß die Lauenburgiſche Succeſſion dem Hauſe Anhalt zuſtehe, nebſt Daniel Mithofens Anhaltiſcher Genealogie 1694. f. Anderweitige Handlung in der Sachſen-Lauenburgiſchen Succeſſions-Sache des Hauſes Anhalt.* Iura quoque Anhaltina & quid in hac cauſſa actum, defendit BECMANN *Hiſt. Anhaltina p. V. lib. I. cap. VIII. IX.* LVNIGS *Gerechtſame p. II. pag. 384.*

etiam milite Cæſareo, vsque dum per occupationem nuperam Ducatus Bremenſis a. 1715. n d e fuiſſent deiecti. 36)

§. LXXII. Sic etiam extincto IV. Nouembris 1690. variolorum morbo Io. Guilielmo, Principe Iuuentutis Ienenſi, controuerſia oriebatur de ſucceſſione. Ius cernendæ hæreditatis habebant Guilielmus Erneſtus Vinarienſis, & Io. Georgius Iſenacenſis, vtrique pari conſanguinitatis iure defuncto attingentes: aſt ſcrupulum dabat pactum XXVI. Februarii 1683. inter Io. Erneſtum Saxo-Vinarienſem & Io. Georgium Saxo-Iſenacenſem Ducem, horum patres initum, quo decretum, vt dicto Principe, paciſcentibus adhuc viuis, defuncto, hæreditas ex æquo diuideretur. Quod ſi vero caſus exiſtat, vno ex iisdem defuncto, ſuperſtiti duæ hæreditatis tertiæ cedant, alterius paciſcentis defuncti filiis vna ſaltim. Quod ſi autem Princeps iſte Ienenſis vtrisque iamdum defunctis, mortuus fuerit, Vinarienſibus tertia ſaltim pars, binæ Iſenacenſibus obueniant. Vtrisque paciſcentibus defunctis, inter illorum filios, Guilielmum Erneſtum, & Io. Erneſtum Vinarienſes: Io. Georgium & Io. Wilhelmum Iſenacenſes VII. Iulii 1685. dictus Receſſus confirmatur. Mortuo igitur dicto Principe Ienenſi, Vinarienſes poſſeſſionem ſtatim adprehendunt, contradicente licet Io. Georgio Iſenacenſi, qui tuas tertias ex pacto petebat. Agebatur de hac controuerſia in congreſſu Erfurtenſi XXVII. Decembris inſtituto, & licet IV. Ianuarii 1691. ibidem a Deputatis certus Tractatus vsque ad ratihabitionem Ducum formaretur, iſtum tamen Iſenacenſes non adprobabant. Tandem XII. Iulii 1691. conuenit, vt ex Ienenſi hæreditate Vinarienſibus Dornburgum cum arce & præfectura, Bürgelia vrbs & præfectura, præfecturæ Capellendorfenſis & Heusdorfenſis, Magdala & Gebſtedt, vrbs Butteſtadt, Döbritſchen, Wiegendorff, dominium ſuprémum Apoldanum, cum iuribus quibusdam obuenirent. Iſenacenſibus vero relinquuntur vrbs cum arce & præfectura Ienenſi, Alſtedtum cum arce & præfectura, tractus Zilpach cum foreſto, dominium ſuprémum Rembdanum cum quibusdam prædiis Cameralibus. Binis Vinarienſis lineæ votis Comitialibus inter vtramque domum diuiſis. 37)

§. LXXIII. Imp. interea poſt Belgicum, etiam cum Carolo II. Hiſpanorum, Guilielmo III. Magnæ Britanniæ Rege, & Victore Amadæo Sabaudiæ Duce concluſo fœdere, bellum contra Gallos ſtrenue promouebat, formato Hagæ Comitum Fœderatorum conuentu. Quinque igitur belli Theatra aperiuntur: in Germania, Belgio, Catalonia, Italia atque maritimum. In Germania 38) equidem mortuo XVIII. Aprilis 1690. Carolo, Lotharingiæ Duce, ſupremum Exercitus Imperialis curam ſuſcipiebat Maximilianus Emanuel Bauariæ Elector, aduentante etiam cum copiis ſuis Io. Georgio III. Saxoniæ Electore. 39) Accedebant copiæ Lüneburgenſes ac Haſſiacæ, quibus Exercitus Imperialis plurimum augebatur. Conuenerat equidem inter Duces militares, vt Bauariæ Elector cum exercitus parte in Burgundiæ Comitatum irrumperet, dum interea Rheni limites defenderet Saxoniæ Elector. Sed, dum cæſis Fœderatis ad Floriacum Brabantiæ, illis in ſubſidium venire neceſſum haberent, Delphino 40) cum magno exercitu in Germaniam properanti vix reſiſtere audebant, Marchione 41) d' Vxelles Brisgouiam deuaſtante. Inſequenti anno 1691. Saxoniæ Elector præter ſuas, etiam Franconicis atque Sueuicis copiis ſtipatus, ad Sandhouam Rhenum equidem transibat, Gallis vero retrocedentibus, nihil memoria dignum agebatur, Galljs interea omnia cis Rhenum, atque inter hæc Pfortzhemum diripientibus. Tandem morbis in exercitu inualeſcentibus; cis Rhenum regredi coguntur Imperiales, ipſo Electore II. Septembris 1691. Tubingæ, quo æger delatus fuerat, moriente. Et licet Galli Moguntiam proditione capere auderent, hac tamen detecta, irritus fuit conatus. 42) Anno 1692. exercitum ducebat Chriſtianus Erneſtus Brandenburgicus Marchio, cui Carolus Haſſiæ Laudgrauius accedebat. Poſtquam iſti orope Manhemium Rhenum transgreſſi, Gallos copiis inferiores adoriri cogitabant, qui tamen probe

36) Quid in hac cauſſa actum, vna cum ſingulorum Prætenſionibus, plenius declarat LEVINVS VON AMBEER, ſiue potius IMMANVEL WEBER *im Sachſen Lauenburgiſchen Streitigen Landes Anfall Hamburg 1690. 4.* THEATR. EVR. *Tom. XIII. p. 821.* BVCHER-CABINET *Tom. XXI. pag. 41.* LVNIGS *Gerechtſame p. II. p. 172. 183.* LONDORP *Tom. XIII. c. II. III.* ELECTA IVR. PVBL. *Tomo IX. p. 388.*

37) Fuerat iam antea controuerſia de tutela Principis, inter Vinarienſem & Iſenacenſem, de qua ſcriptis agebatur: a parte Iſenacenſis quidem prodibat *Grundmæſſiger Vnterricht und Vorſtellung das Herrn Hertzog Iohann Georgens zu Sachſen-Eiſenach Hoch Fürſtl. Durchl. die Mit-Vormundſchafft über den Vnmündigen Printzen und Lande gebühre, Eiſenach 1687. f.* In hoc ſcripto etiam inter adiuncta Lit. K. & L. dicti Receſſus Prouiſionales occurrunt. De hac controuerſia agit MVLLER *Ann. Sax. p. 596. 597. 598.* Ipſe Receſſus hæreditarius extat in LVNIGII *p. ſpec. Cont. II. p. 650.* Prodiit etiam huius controuerſiæ occaſione IO. PHILIPPI RINGLERI *de pactis illuſtrium ſucceſſoriis, Commentatio Iuridica.* LONDORP *Tom. XVII. c. IV.*

38) In RECVEIL *Tom. IV. p. 583.* extat declaratio belli a Ludouico XIV. Belgis 16. Nouembris 1688. facta. Eadem 15. Aprilis 1689. Hiſpanis facta *p. 593.* Tractatus vero inter Carolum II. & Victorem Amadeum *p. 607.* inter Leopoldum & eundem p. 608. Fœdus hoc, quod *die groſſe Allianz* vocari ſolet, apud du MONT *Tom. I. p. 274. ſqq.*

39) RINCK *p. 1084.* EVROP. HISTORICVS *Tom. I. p. 833.*

40) RINCK *p. 1086.*

41) RINCK *c. l.*

42) RINCK *p. 1115.* EVR. HISTORICVS *Tomo I. p. 1037. 1047. 1067.*

43) RINCK

prope Spiram caſtra admodum firmauerant. 43) Poſtquam autem Caſſellanus ad oppugnationem caſtri Ebernburgenſis abiiſſet, Galli ad fortalitium Ludouici Rhenum transeuntes, Fridericum Carolum Würtenbergici Ducatus Adminiſtratorem contra ipſos cum quatuor militum millibus miſſum profligant, ipſumque Ducem, copiis ipſius vel cæſis vel captis, captiuum Pariſios ducunt. 44) Exeunte equidem anno Rheinfelſam arcem Tallardo Duce Galli oppugnabant, ſed, dum Rheni tranſitum Fœderatis atque acceſſum ad ſubiacens oppidum S. Goari non impedirent, obſeſſi nouis inſuper copiis & belli neceſſariis firmati, acriter reſiſtebant, vt aduentantibus in auxilium Haſſis, cedere tandem Galli ſuiſſent coacti. 45)

§. LXXIV. Anno 1692. nonus Electoratus Collegio Electorali accedebat. Agebatur de eodem iam Auguſtæ 1690. dum Erneſtus Auguſtus hanc dignitatem ſcripto peteret, negotium plurimum promouente Guilielmo III. Magnæ Britanniæ Rege. Imp. enim de eodem, Collegio Electorali propoſuerat, nihil tamen tunc fuit concluſum. 46) Aſt, initis XII. Martii 1692. Viennæ cum Imp. pactis, Electoratus iſte his conditionibus confirmabatur, atque Erneſtus Auguſtus inueſtiebatur, combinatis Cellenſis & Hannouerianæ ditionis terris, ſecundum ius Primogenituræ ſucceſſio in Electoratum ad deſcendentes ſaltim Erneſti Auguſti, primi adquirentis deuolueretur. E contrario nouus Electior Imp. ad bellum Turcicum per biennium ſex militum millia, & hoc finito, vsque ad finem belli duo millia, totidem etiam ad bellum Gallicum promittit, vna cum quingentis Ioachimicorum millibus, & voto ſemper in electione Imp. vel Regis Romanorum domui Auſtriacæ concedendo, adiecto officio Archiuexilliferi Imperii. 47) His pactis, Imp. ſingulis Electoribus hoc XXVII. Maii 1692. ſignificat. 48) Moguntinus, Bauarus, Saxo & Brandenburgicus Electoratum quidem adprobabant, non æque modum, dum conceſſio Electoratus a ſolo Imp. facta. Contradicebant plane Treuirenſis, Colonienſis & Palatinus Elector, qui ſolius Cæſaris hoc minime eſſe proponebant, contrariari nouum hunc Electoratum A. B. & quod ipſi tanquam Catholici potiſſimum vrgebant, augeri numerum Proteſtantium. In Principum Collegio plures erant, qui nouo Electoratui ſe opponerent, inter quos præcipue Epiſcopus Herbipolitanus, Monaſterienſis, Hildesheimenſis, Dux Saxo Gothanus, Guelferbytanus, Marchio Badenſis, Landgrauius Haſſo-Caſſellanus, Rex Daniæ tanquam Dux Holſatiæ, & Megapolitanus, qui nouum hunc Electoratum A. B. & potiſſimum Paci Weſtphalicæ dicerent eſſe contrarium, eundem anſam dare oligarchiæ Electorum, ſi potentiores ex Principum Collegio in Electorale transferantur. Potiſſimum Antonius Vlricus Guelferbytanus ſe opponebat, hac ratione iura Maioratus in domo Brunſuico-Lüneburgenſi hucusque vſitata, euerti, ſibi potius tanquam Familiæ Seniori hunc Electoratum deberi, inmo lineam Guelferbytanam a ſucceſſione plane eſſe excluſam. Exinde factum, vt dicti Principes Ratisbonæ XVI. Ianuarii 1693. contra hunc nouum Electoratum Vnionem inirent, quæ Francofurti ad Mœnum 1695. fuit confirmata. Hac ipſa Electoratum plane euertere conabantur, ipſi etiam contradicentes dicti *die wieder die neuńdte Chur correſpondirende Fürſten.* 49) Nec deerant motus in ipſa domo Hannouerana, Maximiliano Principe ſecundo-genito contra Teſtamentum paternum, quo combinato Ducatu Cellenſi & Hannouerano Ius Primogenituræ introducebatur, idemque ab Ordinibus Prouincialibus iuramento confirmabatur, proteſtante. 50)

§. LXXV. Neque tamen de ſolo Electoratu erat controuerſia, ſed etiam de Officio Electoratui adnexo. Inueſtitus enim nouus Elector infimul de officio Archiuexilliferi Imperii, ita, vt in ſolenni Curia Imp. vexillum Imperii maius, *des Reichs Ertzfahne* præferret. Huic officio non adeo contradicebat Saxoniæ Elector, qui hoc tanquam Imperii Archi-Mareſchallus ſibi vindicabat, eo quod Nouus Elector declararet, ſe officio Saxonico, quod bellicum ſit, nullum adlaturum eſſe præiudicium, ſed aulicum ſaltim officium petere, quod non niſi in ſolenni Curia præſtandum, dum Saxo Imp. gladium præferret. 51) Proteſtabatur tamen de eodem Dux Würtenbergenſis, qui munus hoc Archiexilliferi Imperii, ratione caſtri Gröningenſis ſibi vindicabat, cui quidem opponebatur, Vexillum Gröningenſe non eſſe maius Imperii, ſed vel vexillum Sueuicum Prouinciale, vel

43) RINCK *p.1137.* EVR. HISTORICVS *Tomo II. p.1269.* LETTRES HIST. *Dec.92. p. 668.*

44) RINCK *p. 1138.*

45) THEATR. EVROP. *Tom. XIV. pag. 503.* RINCK *p. 1139.* EVROP. HISTORICVS *Tom. II. p.1295.* LETTRES HIST. *Ianu. 93. p.112.*

46) RINCK *p. 1148.*

47) Extat illud im EVR. HEROLD *p. I. p.313.* & in LVNIGII *Teutſchen Reichs-Archiu p.ſpec. ſect. I. p.167.* ZSCHACKWITZ *p. 185.* RINCK *p. 1152.* Ceremoniæ inueſtituræ deſcribuntur in LETTRES HIST. *Ianv 93. p.108. Fevr.93. p.127.180.*

48) RINCK *p. 1158.*

49) Rationes contra Electoratum late exponit EVR. HEROLD *p. I. p.315.* CASTANDER THVCELIVS *Electis Iur. Publici cap. II. III.* FABRI STAATS-CANTZELLEY *Tom. V. c. VI. pag. 239.* THEATR. EVR. *Tom. XIV. p.313.* ZSCHACKWITZ *p.185.* LETTRES HISTOR. *Nou 92. p.548.* Guelferbytani Proteſtatio extat apud LVNIGIVM *Reichs-Archiu p. ſpec. ſ. IV. p.162.* Vnio vero Francofurtenſis de a. 1695. *ſ. I. p.361.* Facit huc etiam *Entretien d' Imperial & d' Eugene ſur l' affaire du Neuvienne Electorat, 1695. 8.* Inter ADAMI CORREII Opera Tomo IV. reperiuntur *obſervata Hiſtorico-Politica de Nono Electoratu.*

50) LETTRES HISTOR. *Ianv. 1692. pag.103. Fevr. p. 227. Août p. 211. May 93. p. 513. Iuill. 93. p.70.* FABER *Tom. V. p.205. 641. Tom. VI. p.260.*

51) EVR. HEROLD *p. I. p.253.*

vel vexillum in motibus subitaneis geri solitum, *des Reichs Sturmfahne*, cui vexillum Imperiale a Summo Officiali in coronatione Imp. gerendum, nullum adferat præiudicium. 52) Mansit tamen hoc officium in suspenso, vsque dum Palatinus in locum pristinum & munus Archidapiferatus fuisset restitutus, tunc enim & Archithesaurarii Officium Electori Brunsuico Lüneburgensi cessit, ad quod communi concluso Comitiali XIII. Ianuarii 1710. fuit constitutus, 53) idque vna cum ipso Electoratu nupera Capitulatione Carolina 54) confirmatum. Restituto tamen in pristinum Bauaro, hoc Archithesaurii munus Palatino iterum obuenit, licet Brunsuicensis Electior hoc titulo adhuc vtatur, protestante desuper Palatino.

§. LXXVI. Sequentibus annis, in Belgio maiori feruore bellum gerebatur quam in Germania. Anno 1693. dum Ludouicus Badensis ad Heilbrunnam consideret, Galli Heidelbergam XIII. Maii st. v. vel proditione vel insigni negligentia Heidersdorfii, qui præerat, ideoque meritis pœnis adficiebatur, 55) subito capiunt, in ipsa hac vrbe & vniuerso Palatinatu nimium fœuientes, nec sepulchris parcentes, indeque Darmstadtienses & Würtenbergenses terras diripiunt, Francofurtum terrent. 56) Anno 1694. Ludouicus Badensis maiores longe Gallorum copias sub Lorgio Marefchiallo, accedente etiam Delphino ipsum inuadentes, magna fortitudine detinebat, ne perrumperent. 57) Postea Ludouicus Rhenum transiens, Alsatiæ grauis erat. 58) Nec felicior annus erat 1695. dum Ludouicus Princeps Hassiacis copiis in Belgio, & Saxonicis in Vngaria agentibus, esset destitutus. Anno 1696. concluso inter sex Circulos Superiores, Rhenanos vtrosque, Franconicum, Westphalicum, Sueuicum & Bauaricum Francofurti fœdere, exercitum fexaginta millium colligebant, 59) & Ludouicus Badensis Rhenum ad Moguntiam transiens, Gallorum castra tormentis conquassabat. 60) Vltimum belli in Germania erat occupatio arcis Ebernburg XXVII. Septembris 1697. facta. 61)

§. LXXVII. Durante hoc bello, noui per Saxoniam inferiorem motus. Dum enim Georgius Guilielmus Dux Cellensis ad defendendas terras Lauenburgenses noua Ratzeburgo munimenta præduceret, in præiudicium hoc sibi fore ratus Christianus V. Daniæ Rex, Ratzeburgum munimentis nondum satis perfectis, adoriebatur, & vi armata oppugnabat. Interuentu tamen Imp. Regum Angliæ, Sueciæ, Belgarum & Electoris Brandenburgici, Hamburgi XXIX. Septembris an. 1693. negotium componitur, vt noua Ratzeburgi munimenta solo iterum æquarentur. 62)

§. LXXVIII. Mortuo Kl. Februarii 1694. Io. Ludouico Barone d' Eltern, Episcopo Leodiensi, bini erant Candidati, qui Episcopatum adpetebant, Iosephus Clemens Coloniæ Elector, & Ludouicus Antonius, Magnus Ordinis Teutonici Magister, ex domo Palatina. Quadraginta fex aderant Canonici, quorum facta XX. Aprilis electione, viginti quatuor votum dabant Colonienſi, qui ab Innocentio XI. Papa breue eligibilitatis fuerat adeptus, reliqui viginti duo, quorum præcipuus erat Decanus de Mean fauebant Magistro Ordinis Teutonici. Isti proclamari faciebant Colonienſem, campanis pulsatis, sonantibus tormentis, Belgarum legato ipsi desuper gratulante. Reliqui viginti duo vero contra hanc electionem non solum protestabantur, sed etiam in domum Decani

52) Scripta de ea contraria extant in CASSANDRI THVCELII *Electius Iuris Publici cap. IV.* & in *Wechselschriften vom Reichs-Banner, Hamouer 1695. 4.* Hannouerana Leibnitium; Würtenbergenſia Kulpiſium adgnoſcunt auctorem. IO. MICH. WEINRICH *de vexillis & vexillifris.* RINCK *p. 1160.* De hac controuerſia & vexillorum Imperii differentiis videri poteſt SYNT. IVR. PVBL. *cap. XXIII. S. VIII. ſqq.*

53) FABRI STAATS-CANTZELLEY *Tomo XV. cap. XII.*

54) *Artic. III.*

55) RINCK *p. 1170.* EVROP. HISTORICVS *Tom. II. pag. 1539.* LETTRES HISTOR. *Iuin. 93. p. 631.* & *Iuill. p. 73.* vbi etiam executio contra Heidersdorfium exponitur.

56) EVROP. HISTORICVS *Tom. II. p. 1373.* BVCHER-CABINET *Tom. XXII. p. 205.* THEATR. EVROP. *Tom. XIV. p. 448.*

57) RINCK *pag. 1191.* BVCHER-CABINET *p. XXII. p. 213.* LETTRES HISTOR. *Iuill. 93. p. 77.*

58) RINCK *pag. 1192.* LETTRES HISTOR. *Août. 93. pag. 150. pag. 164. Oct. 94. pag. 415.* & *pag. 417.* Litteræ ex castris Germanorum desuper ſcriptæ inferuntur, in quibus: *nous avons changé de camp plusieurs fois; le Prince de Bade a quitté l' Armée, pour s' aller promener, & l' on ne ſauroit qu'en dire. On voyoit cependant des preparatifs mais on n' en concevoit pas bonne opinion, parce que tantôt on y remarquoit beaucoup d' empreſſement, & tantôt on n' en parloit plus; outre que nous ſavions que le Prince de Bade avoit fait diverſes fois des inſtances infructueuſes, & que ſes bonnes intentions trouvoient ſouvent des achopements.*

59) De hoc Francofurtensi congressu FABER *Staats-Canzelley Tom. II. p. 505.* vbi etiam Litteræ ad Belgii Ordines, in quibus: *& concluſum iam eſt inter hos Circulos, arctius quoddam fœdus in tempora belli aque ac Pacis pro Defenſione mutua perpetuandum, cuius virtute Electiores, Principes ac Status in eo comprehenſi, ad inſtruendum Exercitum ſexaginta millium militum bene exercitatorum, quo proxima aſſiate, tuendæ patriæ vterentur, ſeſe inuicem obligarunt.*

60) RINCK *pag. 1225.* BVCHER-CABINET *p. 217.* LETTRES HIST. *Oct. 96. p. 449. Avr. 97. pag. 399.*

61) EVROP. HISTORICVS *Tom. II. p. 1378.* BVCHER-CABINET *p. XXII. pag. 219.* LETTRES HISTOR. *Oct. 97. p. 468.*

62) RINCK *p. 1185.* Extat ipsa Compositio in RECVEIL *Tom. IV, p. 631.* LVNIG *p. ſpec. f. IV. p. 163.* LETTRES HISTOR. *Sept. 93. p. 318.* Capitulatio *Nou. 93. p. 511.* FABER *Tom. V. pag. 436.* MONATHL. STAATS SPIEGEL *Iulius 1700. p. 26.*

cani abeuntes XXI. Aprilis vnanimi ore Magistrum Ordinis Teutonici Episcopum eligunt, & dum Cathedrali Ecclesia prohiberentur, campanas plurium Ecclesiarum aliarum pulsari faciebant, ipsi etiam plures ex præfectis desuper gratulabantur. Caussa ad Comitia atque ad Papam deferebatur. 63) Et licet mortuo IV. Maii Magno Magistro, Canonici ipsi deuoti, nouam electionem fieri vellent, Ludouicum Neoburgicum Episcopum Vratislauiensem designantes: contradicebant tamen reliqui, eo quod Colonienſis electio iamdum legitime fuisset facta. 64) Protestabatur Galliæ Rex contra modum procedendi in hac electione per Cardinalem de Bouillon binis vicibus IX. & XX. Aprilis 65) quod ab Electione fuerit reiectus. Instituta super hoc negotio Cardinalium Congregatione, Colonienſis non ab Imperio solum, sed a Papa etiam in hoc Episcopatu fuit confirmatus. 66)

§. LXXIX. Mortuo Argentorati XXIX. Septembris 1694. Leopoldo Ludouico Comite Palatino, lineæ Veldentinæ vltimo, controuersia oriebatur de successione. Prætendebat eandem Christianus, Comes Palatinus lineæ Birckenfeldenſis cum fratre Io. Carolo, & Christianus Augustus Sultzbacenſis, tanquam proximi agnati, pari agnationis gradu; 67) Carolus Suecorum Rex, tanquam Palatinus Bipontinus, eo quod linea Veldentina cum Bipontina communi stipite gauderet, & Comitatus Lützelsteinenſis commune semper fuerit lineæ Bipontinæ apanagium: maxime vero, quod testamento vltimo defuncti hæres fuerit scriptus vniuersalis. Palatinus Elector ius Primogenituræ adlegabat, quod ipse caput sit familiæ, atque Comitatus iste Fideicommisso subiaceat. Christianus primum Birckenfeldenſis Comitatus Lützelsteinenſis possessionem adprehendebat, atque ab Episcopo Argentoratenſi Francisco Egone Fürstenbergio inuestituram petebat, qui tamen feudum hoc tanquam apertum, in Curia feudali, nec citatis nec auditis agnatis, declarabat, & Gallorum ope eiusdem possessionem adprehendebat. Contradicebat etiam Birckenfeldenſi Regimen Bipontinum, & contra eiusdem possessionem protestabatur. Christianus autem in Camera Brisacenſi contra Episcopum agebat, decernebatur Processus, partes citabantur, & per sententiam XXIV. Septembris 1695. Christiano Birckenfeldenſi possessio Comitatus Lützelsteinenſis decernebatur, idemque in possessionem mittebatur. Palatinus vero Elector Lützelsteinenſem arcem vna cum Comitatu militari manu occupabat, exinde a Gallis deiectus. Per pacem Ryswicenſem restituebatur iste Comitatus, saluis tamen prætendentium iuribus. 68) Ast XXVII. Decembris 1697. Palatinus Elector Comitatus eiusdem possessionem denuo adprehendebat, 69) protestante desuper & Birckenfeldenſi & Suecorum Rege, qui etiam de Palatino, tanquam pacis publicæ turbatore & spoliatore conquerebatur, cum ipse iam antea possessionem adprehenderit. Palatini etiam armata manu ipsius ditiones pertransiissent. In Colmariensi tamen Tribunali per sententiam XXV. Februarii 1699. hic Comitatus Palatino Birckenfeldenſi fuit adsignatus, desuper protestante in Comitiis Germanicis Electore Palatino. 70) Dum interim Lützelsteinenſis arx cum Comitatu a Birckenfeldenſi, Veldentina vero ab Electore Palatino possideatur, controuersia ista nondum plane composita coram Iudicio Aulico aduc ventilatur. 71)

§. LXXX. Alterum belli Theatrum a. 1690. in Belgio aperiebatur. Declarato enim

63) LETTRES HIST. *Fevr.* 94. *p.* 153. *Aur.* 94. *p.* 418.

64) Controuersia hæc plenius exponitur in LETTRES HISTOR. Mai 94. pag. 524. pag. 583. *Iuin* p. 585.

65) LETTRES HIST. May p. 544. Iuin pag. 586.

66) Extat decretum Congregationis, Romæ XVIII. Septembris 1694. in LETTRES HISTOR. Oct. 94. p. 429.

67) LETTRES HIST. *Iunv.* 95. *p.* 66. *Mars* 97. *p.* 266. Schema agnationis tale est:

lin. Bipontina — *Alexander* — *lin. Veldentina*

Ludouicus — Rupertus

VVolfgangus — Georgius Iohannes

Neuburg	*Bipont.*	*Birckenfeld*	
Philippus Ludouicus	Iohannes	Carolus	Georgius Gustauus
Sultzbac.			
VVolfgangus Guilielmus	Augustus	Io. Casimirus	Christianus I.

Leopoldus Ludouicus † 1694.

Phil. Guilielmus — Christianus — Carolus XI. *Rex Suecia* — Gustauus Adolphus

Augustus — Iohan. Christianus II. nes

Io. Guilielmus *Elect. Palatinus*

Carolus XI. *Rex Suecia*

Gustauus Samuel *Palatinus in Zweybruck*

68) Art X. *quantum ad Principatum Veldenziæ & quæ sub nomine dicti Principatus aut Lauterecenſis defunctus Princeps Leopoldus Ludouicus Comes Palatinus Rheni possederat, restituetur iuxta §. quartum & indicem a Legatione Gallica exhibitum, saluis cuiuscunque prætendentium tam in possessorio quam petitorio iuribus.*

69) LETTR. HIST. *Fevr.* 98. *p.* 187.

70) Acta hæc extant in FABRI *Staats-Canzelley Tom. V. c. VIII.*

71) Singula vberius exponuntur in *Formula Successionis Palatinæ Sect. III. §. XI. seq.* Quid nouiter in eadem fuerit actum, exponit FABER *Tom. XLVI. & XLV. Tom. XLVII. c. XI.*

72) In

enim contra Gallos bello, 72) Luxenburgicus Gallicum exercitum ducebat, & traiecto in Namurcenſi prouincia Sabi fluuio, repulſis, qui tranſitum ipſi prohiberent, acie cum Hiſpanis Belgisque ſub Georgio Friderico Waldeccię Principe prope Floriacum Brabantię, exeunte Iunio, conſligit, eosdemque poſt acerrimam victoriam deuincit, ſex illorum millibus cæſis, multis captis, ipſis etiam caſtris, Waldeccio Exercitus reliquias Bruxellas ducente. 73) Inſequenti anno 1691. Ianuario menſe, Guilielmus III. Magnæ Britanniæ Rex, ex Anglia Hagam Comitum ſe conferebat, vt bellum contra Gallos promoueret. Aſt, dum tempus adhuc conſultationibus Fœderati tererent, XXII. Martii Montes Hannoniæ ipſe obſidebat Gallorum Rex, exercitu ſexaginta ſex hominum ſtipatus. 74) Guilielmus equidem copias ex hybernis educebat, vrbi ſubuenturus, dum autem Galli indies magis adhuc fuiſſent firmati, accedente etiam clerici cuiusdam proditione, vrbs, VI. Aprilis 1691. ad deditionem fuit compulſa, inſpectante Fœderatorum exercitu. 75) Inde exeunte Maio, Leodium per triduum ignitis globis tentatur, ſed aduentante in auxilium Fœderatorum exercitu, iterum relinquitur. 76) Luxenburgicus etiam Dux IX. Septembris ſt. v. 1691. Fœderatorum exercitum, ad Leuſam Brabantiæ inuadebat, his tamen victoribus. 77) Poſtquam exeunte hoc anno, Bauariæ Electior Belgii Hiſpanici Pro-Rex conſtitutus fuiſſet, 78) Maio menſe 1692. ipſe præſens Gallorum Rex Namurcum obſidet, atque vrbem ineunte Iunio, poſt trium hebdomadum ſpatium, arcem XXVIII. Iunii capit. 79) Fœderatorum exercitu inſpectante, & ſuppetias ferre ob Gallorum potentiam nimiam haut auſo. Poſt hæc III. Auguſti Guilielmus Rex vna cum Bauaro, Luxenburgicum Ducem ad Stenkerckam Hannoniæ adoriebatur. Sed Gallos per proditorem Bauarum monitos, paratos inueniebat. Et licet primo impetu Gallorum Ordines perrupiſſent Fœderati, iniquo tamen loco conſtituti erant, vt equites ſuos accerſere minime poſſent: hoc ipſo Galli incitati, victores repellunt, campum recipiunt, vt Fœderati ſe ſenſim ſubducere cogerentur. Iſtis tamen cruenta fuit victoria, vt plures ſuorum deſiderarent, quam fœderati. 80) Bouſſlerius poſthæc VIII. Octobris ſt. v. Caroloregium & Huium ignitis globulis fruſtra tentabat. 81) Exeunte hoc anno Galli Furnas & Dixmudam parum reſiſtentes, capiunt. 82) Anno 1693. dum Fœderati magno collecto exercitu Gallis ſe opponerent, hi, vt ipſorum vires diſtraherent, Huium inuadebant, & variorum locorum, Leodii inprimis, obſidionem ſimulabant, vt Guilielmus illis ſeruandis copias ſubmitteret. His igitur debilitatus, Luxenburgicus Dux eundem XXIX. Iulii ſt. n. ad Tirlemontium, Brabantiæ oppidum, ſiue Landam inopine adgreditur, & licet Galli, occupatis Fœderatorum tormentis, prœlii aream retinerent, multos tamen præfectos & fortiores milites e ſuis deſideranbant. 83) Poſt hanc victoriam, Ludouicus Rex Fœderatis pacem offerebat, quam tamen iſti ob iniquas conditiones reiiciebant. Inde Caroloregium Namurcenſis Comitatus, a Villaregio Mareſchallo ab Idibus Septembris obſeſſum atque igne nimium anguſtatum, poſt quam ſatis iam fuiſſet dirutum, XI. Octobris Gallis deditur, 84) Fœderati vero Huium & Dixmudam occupant. Anno 1695. dum Namurcum obſiderent Fœderati, Villaregius Dixmudam, præfectorum, Ellenbergeri potiſſimum, negligentia capit, qui ideo meritis pœnis

72) In RECVEIL *Tom. IV. p.* 593. reperitur Gallorum declaratio belli contra Hiſpanos, de dato 15. Aprilis 1689. Declaratio vero Hiſpanica Bruxellis III. Maii 1689. in EVROPAEISCHEN HISTORICO *Tom. I. p.* 524.

73) EVR. HISTORICVS *Tom. I. pag.* 884. MEM. de LA GVERRE DE FLANDRE Tom. I. p. 98. *il y eut ſix mille hommes tuez de Ennemis, ſept mille priſonniers, & parmi ces derniers on compoſoit neuf cens Officiers. Cette victoire fut fort diſputée & ſi elle fut glorieuſe a la France, elle luy coutà bien cher. L' Infanterie Hollandoiſe fit des prodiges de valeur, de ſorte, que ſi elle auoit été ſoutenuë par la Cavalerie, le Duc de Luxembourg couroit risque de perdre la Bataille non obſtant ſa grande ſuperiorité.*

74) EVR. HISTORICVS *Tom. I. pag.* 995. MEM. DE LA GVERRE *Tom. I. p.* 108. qui etiam addit: *tandis que l' Artillerie ioüoit ſur cette Place, & que les Soldats montoient la tranchée, les Généraux tenoient le Bal dans leurs Tentes avec les Dames de la Cour, qui avoient ſuivi l' Armée.*

75) EVR. HISTORICVS *Tom. I. pag.* 1005. THEATR. EVR. *Tom. XIV. p.* 51.

76) EVR. HISTORICVS *Tom. I. pag.* 1013.

77) EVR. HISTORICVS *Tom. I. pag.* 1068. inter *Chevres* & *Blichy*, Gallis extremum agmen *die Arriere Garde* inuadentibus. MEM. DE LA GVERRE *Tom. I. p.* 109.

78) EVR. HISTORICVS *Tom. I. pag.* 1154. RINCK *p.* 1130. LETTRES HISTOR. *Ianv.* 1692. *pag.* 87.

79) EVR. HISTORICVS *Tom. II. pag.* 1197. MEM. DE LA GVERRE *Tom. I. p.* 125. THEATR. EVROP. *Tom. XIV. p.* 268. LETTRES HISTOR. *Iuin.* 1692. *p.* 629. 681. *Iuill. p.* 684.

80) EVR. HISTORICVS *Tom. II. pag.* 1231. MEM. DE LA GVERRE Tom. I. p. 134. proditorem vocant Millevois, Muſicum Bauaricum, ſed addunt: *Cependant, on n' a point fait façon de publier dans le monde, que Son Alteſſe Electorale avoit la connoiſſance de tout ce que faiſoit Millevoys: & dans la ſuite on a attribué tous les mauvais ſuccez que le Roi d' Angleterre avoit eu dans ſes entrepriſes, aux intelligences ſecrétes que ce Prince entretenoit avec la Cour de France.* LETTR. HISTOR. *Août.* 1692. *p.* 225. *Sept. p.* 301. 348.

81) EVR. HISTORICVS *Tom. II. pag.* 1280. 1293. LETTRES HIST. *Nov.* 92. *p.* 586.

82) EVR. HISTORICVS *Tom. II. p.* 1293.

83) THEATR. EVROP. *Tom. XIV. pag.* 464. LETTRES HISTOR. *Août* 93. *p.* 210. EVR. HISTORICVS *Tom. II. pag.* 1385. MEM. DE LA GVERRE *Tom. I. p.* 137.

84) THEATR. EVR. *Tom. XIV. p.* 171. EVROP. HISTORICVS *Tom. II. p.* 1417. MEM. DE LA GVERRE *Tom. I. p.* 154. LETTR. HIST. *Oct. 93. p.* 451. Capitulatio *p.* 542.

85) LET-


image
not
available

fruſtra vexant, 99) & poſtquam Catinatus Mareſchallus nouis viribus firmatus, ipſis obuiam iuiſſet, ſit ad Marſagliam ſiue Orbaſanum, territorii Sauiliani in Pedemontio, inſtante Duce, contradicentibus licet Hiſpanorum præfectis, IV. Octobris atrox prœlium, in quo victores Galli, cruenta tamen victoria, Principe Eugenio licet, qui aciei medium ducebat, fortiter reſiſtente. 100) Galli igitur, loca quædam Taurino vicina incendunt, Cunei obſidionem fruſtra moliuntur. Anno 1695. Kl. Iulii ſt. v. poſt viginti ſex dierum obſidionem, Caſalium Montiſferratenſis Marchionatus munitiſſimum oppidum Fœderatis dediture, his legibus, prout iam ante cum Duce conuenerat, vt arx non ſolum, ſed etiam munimenta ſolo æquentur, Ciuitas muro ſaltim cincta, Mantuano Duci Domino ſuo anteriori reſtituatur. 1) Tandem vero, renouato licet cum Leopoldo & Belgis Fœderatis XXXI. Septembris 1695. fœdere, 2) conciliante potiſſimum Innocentio XII. Papa, Sabaudiæ Dux Lauretti cum Gallorum legatis pacem concludebat arcanam. Poſtquam enim partim ob ſecretos Belgarum Tractatus, Bruxellis & Gandaui inſtitutos, ſuſpicionem caperet; partim etiam Guilielmus III. M. Britanniæ Rex in Pinarolii reſtitutionem conſentire nollet, meliores pacis conditiones a Gallis, quam procurantibus Fœderatis, ſperabat, quam litteris ſuis ad Aurelianenſem ſcriptis, Duciſſa plurimum promouebat. 3) Et licet ineunte anno 1696. omnia ad bellum pararentur, ipſe Dux nil tamen aliud quærebat, quam qua ratione Germanorum militem præfidiarium, ex munimentis ſuis eliceret. Hoc tanquam ad ſingularem expeditionem facto, in caſtris ſuis XII. Iunii inducias facit publicari, 4) demum XXIX. Auguſti Auguſtæ Taurinorum pax, de qua iam pridem conuenerat, fuit ſignata, his conditionibus, vt Duci omnia loca oblata, Pinarolium etiam, ſed deſtructis munimentis, reſtituantur, Maria Adelheid, Ducis Primogenita, Burgundiæ Duci collocaretur, conceſſis ipſi quatuor myriadibus librarum Gallicarum. Male equidem hæc pax habebat Fœderatos, qui deſuper proteſtabantur, ſed, dum elapſis induciis vsque ad XV. Septembris conceſſis, ipſe Dux, cum Gallorum exercitu Valentiam Mediolanenſis Ducatus vrbem obſideret, 5) promouebat hoc Italiæ Neutralitatem, quam plurimum Galli adpetebant, Vigeuani VII. Octobris 1696. concluſam. Fœderatorum copiæ acceptis ingentibus pecuniæ ſummis, quas Italiæ Principes præſtabant, Italiam relinquunt. 6)

§. LXXXII. Quartum belli Theatrum Catalonia monſtrabat, in quam Iulio menſe 1691. Galli irrumpentes, Vrgellam poſt octidui obſidionem capiunt, 7) Rhoda vero, detecta proditione, excluduntur. 8) Claſſe ad Hiſpaniæ littora adducta, Barcinonem & Alicantum igniuomis globis miſere vaſtant. Anno 1692. Rhoda obſidetur, atque IX. Iunii ſt. n. deditione capitur. 9) Anno 1694. XXVI. Maii Noaillius Gallorum Dux Hiſpanos ad fluuium Ter prope Palamum internecione cædit, Palamum vrbem, Gerundam & Oſtalricum capit. 10) Barcellona etiam, acriter licet eam defendente Georgio Darmſtadtienſi Principe, a Gallis VIII. Auguſti 1697. capitur, profligato a Gallis Velasquio Prouinciæ Prorege, qui in auxilium vrbi venerat: ſed pace paullo poſt publicata, reſtituitur. 11)

§. LXXXIII. Sic mari etiam certabatur. Sub belli equidem initium ſæpius victores

HISTOR. *Sept.* 1692. *p.* 280. Aſt, *p.* 405. aliæ rationes exponuntur expeditionis male ſuccedentis (1.) quod claſſis Hiſpanica ſtato tempore ad Prouinciæ oras haut adpulerit, (2.) copiæ Hiſpanicæ Sabaudiæ Duci debitum haut præſtiterint obſequium (3.) morbus Sabaudiæ Ducis (4.) eximia cura Mareſchalli de Catinat.

99) LEBEN EVGENII *p.* 412. EVR. HISTORICVS *p.* 1380. RINCK *p.* 1175. LETTR. HIST. *Août* 63. *p.* 238.

100) THEATR. EVROP. *Tom. XIV. pag.* 477. LEBEN EVGENII *p.* 437. EVROP. HISTORICVS *Tom. II. p.* 1419. RINCK *p.* 1175. LETTR. HIST. *Nov.* 93. *p.* 554. & *p.* 555. *La perte des Alliez, apres la retraite de toutes les Nations tant en Cauallerie, Infanterie, que Dragons, a cinq mille cinq cens hommes morts, bleſſez où priſonniers.* Et paullo poſt: *Celle des François de leur aveu & ſelon le rapport de divers Deſerteurs & des Officiers Priſonniers, qu'ils ont renvoyez, eſt d' environ ſix à ſept mille hommes hors de combat Dec.* 93. *p.* 599.

1) THEATR. EVR. *Tom. XIV. p.* 779. EVR. HISTORICVS *Tom. II. p.* 1579. 1630. 1631. 1645. LEBEN EVGENII *p.* 464. RINCK *p.* 1221. LETTRES HISTOR. *Août* 95. *p.* 122. vbi etiam locus iſte exacte deſcribitur. *Sept.* 255.

2) Extat illud in RECVEIL *Tom. IV. p.* 646.

3) MEMOIRES HISTORIQVES *f.* 17. EVR. HISTORICVS *Tom. II. p.* 1759. LETTR. HISTOR. *Iuill.* 96. *p.* 17. *Aout pag.* 124. LEBEN EVGENII *p.* 488. RINCK *p.* 1232.

4) Scripta circa hanc pacem extant in ACTES & MEMOIRES *Tom. I. pag.* 167. In RECVEIL *Tom. IV. p.* 651. FABRI STAATS-CANTZELLEY *Tom. III. p.* 806. EVR. HISTORICVS *pag.* 1777. ACTES & MEMOIRES *Tom. I. p.* 196. THEATR. EVR. *Tom. XV. p.* 24. de hac pace etiam LETTR. HIST. *Sept.* 96. *p.* 239. *Oct. p.* 388.

5) EVR. HISTORICVS *Tom. II. pag.* 1773. RINCK *p.* 1235. LEBEN EVGENII *p.* 498. LETTR. HIST. *Oct.* 96. *p.* 478. *Nou. p.* 472.

6) EVR. HISTORICVS *Tom. II. pag.* 1780. RINCK *p.* 123. LEBEN EVGENII *p.* 502. Extat in RECVEIL *Tom. IV. pag.* 653. ACTES & MEMOIRES *Tom. I. pag.* 213. LETTR. HISTOR. *Nov.* 96. *p.* 482. *Dec.* 96. *p.* 590.

7) EVR. HISTORICVS *Tom. I. p.* 1022.

8) EVROP. THEATR. *Tom. XIV. pag.* 470. EVR. HISTORICVS *c. l.* LETTRES HISTORIQVES *Iuil.* 93. *p.* 198.

9) EVROP. HISTORICVS *Tom. II. p.* 1367.

10) EVR. HISTORICVS *Tom. I. pag.* 1485. 1508. 1525. THEATR. EVROP. *Tom. XIV. pag.* 603. LETTRES HISTOR. *Iuin* 94. *p.* 675. *Iuillet p.* 51. 69. *Aout. p.* 171. *Oct. p.* 467.

11) EVR. HISTORICVS *Tom. II. pag.* 1855. LETTRES HISTOR. *Iuill. 97. p.* 87. *Aout. p.* 210. *Sept. pag.* 326.

12) EVR.

ctores Galli. Siquidem XXXI. Iunii st. v. 1690. nauali prœlio in freto Caletano pugnabatur, sed, dum Angli, Duce Herberto, Torringtonii Comite, Belgis non subuenirent, horum classis vincitur, Torringtonio in Tamesin recedente, qui tamen ex decreto Parlamenti, tanquam proditionis reus, captiuus ducebatur. 12) Nouus XXIX. Maii st. n. 1692. conflictus naualis in Normanniæ oris ad la Hogue, dum Ryſſelius Supremus Fœderatorum classis maritimæ præfectus, submotis, qui Gallis & Iacobo fauere videbantur, nauium Præfectis, aliisque subſtitutis, Toruillium cum Gallorum classe cruento prœlio per triduum durante, vincit, multis illorum nauibus incenſis vel submerſis. 13) Ab hoc tempore, nunquam mari reſiſtere ausi fuerunt Galli, piratis tamen illorum, potiſſimum Dünckerckenſibus, Anglorum Belgarumque nauibus, quaſi ex ſpecula inhiantes, multum illorum commereiis detrimenti attulerunt. Anno 1693. XXX. Iunii Galli, Tortuillio Duce, Anglorum Belgarumque claſſem in Ægeum mare tendentem, adoriuntur, multis illorum nauibus, quarum vel ducentæ erant, captis vel incenſis, reliquis in portus Hiſpaniæ diſſipatis. Hanc iniuriam vlturi Fœderati, inſtructa claſſe Iulio & Auguſto menſe 1695. Gallias oras infeſtant, Dieppam, Gratiæ Portum, Caletum, Granuillam & Maclouiæ oppidum aliasque vrbes maritimas ignitis globulis delent, multumque adferunt detrimenti: neque quod tentabant, vſpiam adpellere licebat. 14)

§. LXXXIV. Dum autem Gallorum Regis vires ob bellum continuum attereren tur, ipſe etiam Hiſpanicam ſucceſſionem in animo haberet, de pace ſerio cogitabat. 15) Anno 1690. ſiquidem iamdum Carolus XI. Suecorum Rex a Gallis per Marchionem de Bethune ſollicitatus, Viennæ & Hagæ Comitum, pacem ſe inter vtrasque partes belligerantes conciliaturum offerebat. 16) Innocentius XII. etiam a Gallorum legato, Comite de Rebenac ſollicitatus, Imp. & Hiſpanos ad pacem hortabatur. 17) Noua Pacis capita in aula Holmienſi a. 1693. proponebat Comes d' Auaux, Suecorum Regi quingenta Ioachimicorum millia, & per aliquot annos tracenta millia offerens, ſi ipſi pacem procuret. Capita, quæ proponebat, erant, vt armiſtitium in pacem perpetuam mutétur, dum Galli loco Argentorati, Friburgum & Philipsburgum reſtituerent, Munimenta fortalitii Ludouici, Montis Regii, Trarbaci & Hunningæ deſtruerentur, 18) eademque Manifeſto ad Rhenum publicato, exhibebantur: ſed nec iſta minus probabantur, potius Suecorum Rex cum Belgis a. 1695. fœdus concludebat, ſe eo cum ipſis adlaboraturum, vt pax futura pacis Weſtphalicæ fundamento niteretur. 19) Eodem anno Iohannes, Poloniæ Rex Molium, qui apud Amſtelodamenſes hucusque Reſidentis nomine negotia ipſius geſſerat, in Galliam mittit, qui, poſtquam a Belgis Fœderatis, Galliæ Regis legatis, Harlæo & Domino de Callieres litteras ſalui conductus impetraſſet, eosdem, prout conuenerat, Traiectum ad Moſam conducit, vbi cum Belgarum delegato Dyckfeldo de pace agebatur, ſed Gallis parum concedentibus, Belgis Argentorati reſtitutionem poſtulantibus, conatu fruſtraneo, ita vt Galli Pariſios reuerterentur. 20) Finitis belli actionibus anno 1695. Auauxius Comes in aula Holmienſi, Gallorum legatus apud Heluetos noua capita proponebant, atque inter hæc Argentorati reſtitutionem, deſtructis tamen munimentis & Luxenburgi, denuo etiam per Dyckfeldum

12) EVR. HISTORICVS *Tom. I. p. p.* 850.

13) THEATR. EVR. *Tom. XIV. p.* 288. 615. EVR. HISTORICVS *Tom. II. p.* 1219. MEM. DE LA GVERRE *Tom. I. p.* 129.

14) THEATR. EVROP. *Tom. XIV. p.* 487. 615. EVR. HISTORICVS *Tom. II. p.* 1440. 1507. 1521. 1690. 1761. de S. Malo LETTR. HIST. *Lanv.* 94. *p.* 74. *Iuill. p.* 96. Dieppæ *Aout p.* 222. 331. Dunckercka *Sept.* 85. *p.* 277. Caleti *Oct.* 95. *pag.* 415.

15) Quid Gallum ad pacem petendam permouerit, traditur in MEMOIRES concernant *la Negotiation de la Paix de Rysvick* ſub initium *Tom. I. f.* 37. MEM. de LA GVERRE Tom. I. p. 206. *l' ay dit que la principale raiſon qui avoit porte le Roi a conclure promptement la Paix, étoit la mort prochaine du Roi d' Eſpagne. Il étoit de l' intérêt de Sa Maieſté de deſunir tant de Puiſſances Alliées, dont la concurrence, par l' Vnion de leurs armes auroit été fatale à ſes deſſeins ſi Sa Maieſté Catholique eut décédé dans le tems de la Négotiation de cette Paix, comme l' Experience l' a fait voir.* Varia circa Pacis Præparatoria reperiuntur apud FABRVM *Tom. II. pag.* 417.

16) ACTES & MEM. *Tom. I. p.* 1. *ſqq.* SAL. FABER *Leben Caroli XII. Tom. I. c. VIII.*

17) Extant litteræ Innocentii XII. in ACTES & MEMOIRES *Tom. I. pag.* 13. FABRI *Staats-Canzeley Tom. I. p.* 490. Qua ratione Galli illum ſollicitauerint, tradunt LETTRES HISTOR. *Nov.* 1692. *p.* 487. *Dec. p.* 598. & per lanſonium cardinalem *Lanv.* 95. *p.* 41.

18) Extant iſtæ Propoſitiones in ACTES & MEMOIRES *Tom. I. p.* 33. Examinantur iſtæ atque refelluntur in *Reponſe à l' Ecrit de M. le Comte d' Auaux touchant les Propoſitions de Paix, que la France fuit aux Alliez* 1694. 4. Similia fere Galli per legatum ſuum Bontepos in aula Danica propoſuerant *pag.* 41. 51. FABER *Tom. I. c. X.* EVROP. HISTORICVS *Tom. II. pag.* 1331. 1474. 1554. LETTRES HIST. *Aout.* 93. *p.* 169. *Sept. p.* 271. *Lanv.* 94. *p.* 107. *Fevr. p.* 127. 216. *Iuin. p.* 619. *Mars.* 96. *p.* 264. *Aout p.* 195. de Harlæi negotiis LETTRES HIST. Dec. 94. p. 659. *mais il eſt encore plus, que ce Miniſtre s' eſt effectivement rendu ſur les frontiéres du côté de Liege accompagné du Comte de Crecy Verius, habile homme dans les negociations. L' Abbé Morel autre habile politique s' étoit pas avec eux. Il agiſſoit en même tems du côté d' Allemagne. Ces deux premiers Miniſtres avoient ordre de faire quelque Offres aux Alliez; mais comme ces Offres étoient infiniment au deſſous, de ce qu' on peut legitimment prétendre, tous les Alliez les ont vnanimément reiettées.*

19) ACTES & MEMOIRES *Tom. I. p.* 76.

20) MEMOIRES HISTORIQVES *f.* 13. 14.

ſeldum petebant, vt Domino de Callieres in Belgium veniundi poteſtas concederetur. Hic igitur litteris ſalui conductus ſub ficta mercatoris ſpecie impetratis, Gandauum concedebat, cum Borelio, Conſule Amſtelodamenſi ad id negotium deſtinato, agens. 21) Secretis licet inſtitutis congreſſibus, ſuſpicio tamen apud Fœderatos reliquos oriebatur, Inclinabat etiam ſenſim in Gallorum partes Sabaudiæ Dux, qui facta pace particulari, vniuerſalem haut parum promouebat. 22) Accedebat interim tractatibus Gandauenſibus Dyckfeldus, qui XVII. Auguſti 1696. Hagæ Comitum in congreſſu non ſolum Ordinum, ſed etiam Legatis Imperatoris & Hiſpanicis, quid hactenus actum fuerat, narrabat. 23) Dum autem Belgæ magis ad pacem inclinarent, Kl. Septembris in congreſſu Fœderatorum, per Heinſium exponebant, quid circa pacis negotium hucusque fuerit tractatum, legatis hæc ad referendum acceptantibus. 24) Interim Dominus de Callieres Vorburgum Hagæ Comitum vicinum, atque demum Delfos acceſſerat, vbi tractatus continuabantur. 25) Varia autem erant Fœderatorum conſilia. Imp. pacem ad fundamentum Weſtphalicæ conſtitui volebat, Hiſpanus eam plane reprobabat. Sueciæ Rex ex fœdere ſex militum millia offerebat, ad bellum continuandum. 26) Inter hæc Papa, Rex Luſitaniæ, Venetorum Reſpublica, Sabaudiæ Dux, pacis ſe fore conciliatores offerebant, 27) quod tamen nec Galliæ Rex, nec Fœderati acceptabant. Poſt quam autem de Callieres nomine Regis ſui ad certa capita, tanquam futuræ pacis fundamenta X. Februarii 1697. ſe obligaſſet, de reſtituendo Argentorato in eo ſtatu, quo capta fuerat, & Luxenburgo, Belgii & Cataloniæ locis poſt pacem Nouiomagenſem captis, Lotharingia etiam, caſſandis vnionibus, idemque coram legato Mediatore ad Protocollum declaraſſet, 28) adgnoſcendo etiam M. Britanniæ Rege: in Fœderatorum congreſſu Hagæ Comitum IV. Februarii 1697. mediatio legato Sueciæ Lilienroth offerebatur. 29) Agebatur inde de loco congreſſus. Imp. Auguſtam prepoſtebat, Coloniam, Francofurtum, Aquisgranum, vel Baſileam. Hiſpanus Antwerpiam, Belgæ vna cum Magnæ Britanniæ Rege Neomagum, Traiectum ad Moſam, Bredam, Syluam Ducis, Delfos vel Hagam Comitum. Alii Leodium, Hamburgum vel Holmiam. 30) In Comitiis etiam Imperii, poſtquam Imp. de accepta a Sueco mediatione III. Martii 1697. propoſuiſſet, 31) agebatur, an deputatio Imperii nomine ad locum congreſſus ſit mittenda, an vero, prout in Tractatibus Pacis Nouiomagenſibus factum, Imp. pacis negotium relinquendum: Primum, contranitente licet Imp. placuit, facto deſuper XXX. Maii 1697. decreto, atque ex ſingulis Imperii Collegiis, quatuor ex Electoribus, quatuor viginti ex Principibus, inter quos Deputatus Prælatorum Sueuicorum & Comitum Wetterauicorum, & quatuor ex Ciuitatibus, pares numero vtriusque Religionis decernebantur, qui dirigente Moguntino pacis negotio adſint, 32) ididemque ſubdelegatorum nomine vterentur, ad euitandos Cæremoniarum ſcrupulos. 33)

§. LXXXV. His ita diſpoſitis, Ryswicum placebat, vicus inter Hagam Comitum, vbi Fœderatorum commorabantur legati, & Delfos, Gallicorum ſedem, intermedius, & quidem in adiacente palatio Arauſionenſis Principis, *Neuburg* adpellato, 34) Con-

21) MEM. HIST. *f.* 16. MEM. DE LA GVERRE *Tom. I. pag.* 185. LETTRES HISTOR. *Nov.* 1696. *p.* 501.

22) MEM. HISTOR. *f.* 17. 18.

23) MEM. HIST. *f.* 19.

24) MEM. HIST. *f.* 19. 20. FABRI *Staats-Canzelley Tom. II. p.* 474.

25) MEM. HIST. *f.* 22.

26) MEM. HIST. *f.* 27. 30.

27) MEM. HISTOR. *f.* 26. 27. 28.

28) Extant hæc pacis Præliminaria ACTES & MEM. *Tom. I. pag.* 302. 383. MEM. HISTOR. *pag.* 45.

29) MEM. HIST. *f.* 38. In Conſeſſu Ordinum Belgii Fœderati hæc mediatio iamdum 3. Septembris 1696. fuerat decreta. ACTES & MEM. *Tom. I. p.* 229. 280.

30) MEM. HISTOR. *f.* 53. Varia decreta hac in parte in conſeſſu Ordinum Belgii Fœderati facta, extant in ACTES & MEMOIRES *Tom. I. pag.* 229. *ſqq.*

31) Extat Propoſitio Cæſaris *Tom. I. p.* 349.

32) MEM. HISTOR. *f.* 32. Quid in hoc negotio geſtum, plenius exponit LVDEVIG *de Iure Allegandi p.* 159. *ſqq.* & *Diſcurs von der Reichs Deputation zu Friedenſchluſſen p.* 14. Acta Comitialia exhibet FABER *Tom. III. pag.* 188. *ſqq.* Deputati Imperii erant ex Collegio Electorali Moguntinus, Bauarus, Saxo & Brandenburgicus. Ex ſcamno Principum Eccleſiaſticorum Auſtriacus, Salisburgenſis, Magiſter Ordinis Teutonici, Herbipolenſis, Spirenſis, Conſtantienſis, Hildesheimenſis, Leodienſis, Monaſterienſis. Ex ſcamno Principum ſecularium Magdeburgenſis, Bremenſis, Palatino-Neoburgicus, Saxo-Gothanus, Saxo-Coburgenſis, Culmbacenſis, Cellenſis, Guelferbytanus, Caſſellanus, VVürtenbergenſis, Glückſtadienſis, Badenſis, Anhaltinus, Prælau Sueuici, Comites VVetterauici. Ex Ciuitatibus Imperialibus Colonia, Auguſta, Francofurtum & Noriberga. EVR. HISTORICVS *Tom. II. pag.* 1882. LVDEVVIG *pag.* 170.

33) LVDEVVIG *pag.* 171.

34) Locus iſte in ACTES & MEMOIRES ſub initium *Tom. II. p.* 1. ſic deſcribitur: *on tomba enfin d' accord que les Ambaſſadeurs des Hauts Alliez qui etoient deia à la Haye y reſteroient, & que les autres s' y rendoient inceſſamment; que les Ambaſſadeurs de France, qui etoient deia arrivez à Delft y reſteroient auſſi, & que les Conférences ſe tiendroient dans vne Maiſon du Roi d' Angleterre nommée la Maiſon de Neubourg; parce qu' on Duc de Neubourg y mit la premiere pierre, lors que la Prince d' Orange Frideric Henri la fit batir. On diroit qu' elle a été faite exprés pour y traiter la Paix, tant elle eſt propre pour cela: elle eſt ſituée entre Delft & la Haye à la portée du mouſquet du Village de Ryswick.* Hoc palatium inde plenius deſcribitur. LETTRES HISTOR. *Fevr.* 91. *pag.* 236. *Iuill. pag.* 102.

Conuentus inſtituebantur. Diſponebatur primum de variis cæremoniis, 35) atque his compoſitis, varie agebatur de Adlegatorum Imperii admiſſione. Et licet inter hæc Carolus XI. Suecorum Rex V. Aprilis ſt. v. 1697. fato defungeretur, & Chriſtianus V. Daniæ Rex interea miſſa ſolenni legatione, Mediationem adfectaret, iſta tamen ſub tutela Hedwigis Eleonoræ, auiæ Caroli XII. Principis adhuc minorennis, continuabatur. 36) Dum primus Congreſſus IX. Maii 1697. Rysuici inſtitueretur, aderant Legati, Boiicus, Saxonicus, Brandeburgicus, qui ad eundem admittebantur, a Cæſareis vitro inuitati, dum in fœdere magno comprehenſi, nondum adhuc ab Imperio decreta adlegatione. 37) Poſtquam autem Imperii adlegati Hagam acceſſiſſent, dubitabatur, an iſti quoque ad Conuentus admittendi. Dubitabat Hiſpanicus legatus, ſed adnuentibus Cæſareis, ad ſolennes Fœderatorum Conuentus admittebantur; dum autem hi cum Gallis congrederentur, adlegatos admitti nolebant, infra Cæſaris dignitatem rati, ſi membra cum capite pari ratione concurrerent. Quoties etiam ſoli erant Cæſarei, Adlegati ipſi congreſſionem declinabant, eo quod Cæſarei illis honores legatis debitos concedere nollent. Placuit igitur, Emanuelem Williuin, conceſſis ipſi mandati, fideique formulis, inſtruere, qui a Cæſareis perciperet, quid in ſingulis cum Gallis congreſſibus fuiſſet tractatum, idemque Adlegatis in Conclaui Moguntino congregatis ſignificaret. 38) Et licet Cæſarei pleraque, quæ in congreſſu cum Gallis proponerent, cum adlegatis communicarent, horumque ſuffragia expectarent, ipſam quoque pacis formulam ab ipſis propoſitam iisdem exhiberent, & monitorum, quæ ab ipſis facta fuerant, rationem haberent: quædam tamen & ipſis inconſultis proponebant, de quibus in congreſſu non ſolum, ſed etiam exhibitis litteris, conqueſti fuerunt adlegati. 39) In Seſſione V. XXII. Maii exhibebantur Mediatori, Imperii Adlegatorum & Hiſpani Poſtulata, 40) dum Angli, Belgæque ſecretos cum Gallis inſtituerent congreſſus. 41) Et licet de armiſtitio Galli proponerent, Belgæ etiam haut abnuerent, illud tamen, reprobante Magnæ Britanniæ Rege, ad effectum minime ducebatur, potius Gallorum tanta ratio haut habebatur. 42) Dum igitur tardius procederent pacis Tractatus, Gallis modo Argentoratum, in ſtatu quo capta fuerat, modo in compenſationem eiusdem, alias vrbes offerentibus, 43) Proteſtantes etiam grauamina religionis nimia exhiberent, omnia in priſtinum reſtitui volentes, ideoque inter ipſos Fœderatos non ſatis conueniret, Angli Belgæque belli diuturni pertæſi, ad pacem adſpirabant. Habito igitur IX. Iulii Bruckomi prope Halam Brabantiæ, inter Comitem de Portland & Bouſſlerium Mareſchallum conuentu, de pacis capitibus inter Anglos Belgasque & Gallos conuenit, quibus Hiſpani facile accedebant. 44) Magnæ Britanniæ igitur Rex vna cum Belgis Germanos adhortabatur, vt oblatas a Gallis conditiones acciperent, dum ipſi bellorum onera ſuſtinere amplius non valentes, ad pacem inclinarent. Galli tamen non niſi ad finem Auguſti vsque, ad Argentorati reſtitutionem obligari ſe velle proponebant, 45) dum tempore tam breui Germani de eo conuenire nondum poſſent. Tempore iſto præterlapſo, Friburgum & Briſacum in Argentorati compenſationem offerebant, neque tamen hoc promiſſo

35) ACTES & MEMOIRES *Tom. I. p.* 405. Legatorum nomina, qui adfuerunt Pacis Tractatibus, recenſent ACTES & MEMOIRES *Tom. IV. pag.* 484. RINCK *pag.* 1261. LETTR. HISTOR. *Avr.* 97. *p.* 471. *Mai pag.* 578. LETTR. HISTOR. *Sept.* 97. *p.* 348.

36) MEM. HISTORIQVES *Tom. II. f.* 37. mandatum nouum Lilienrothio conceſſum extat in ACTES & MEM. *Tom. II. p.* 1. FABRI *Staats-Cantzelley Tom. III. p.* 228. LVNIGS *Reichs-Archiv Tom. I. p.* 1100.

37) MEM. HISTOR. *Tom. I. f.* 8.

38) Hæc late exponit LVDEVVIG *p.* 182. *ſqq.* ACTES & MEM. *Tom. I. p.* 409. LETTRES HISTOR. *Sept.* 97. *p.* 348.

39) Auctor quidem eſt LVDEVVIG *pag.* 189. quod nihil neque litteris, neque ſermone concluſerint, niſi adlegatorum ſuffragiis idem fuiſſet adprobatum. Contrarium tamen docent Acta Pacis Tractatuum. Sic 10. Aprilis 1697. petunt Ordines, vt omnia cum ipſis communicentur *Tom. I. pag.* 395. In MEMOIRES HISTORIQVES *Tom. II. f.* 25. idem traditur, quod legati Cæſarei octo capita ſuis poſtulatis adiecerint, Statibus inconſultis. De controuerſiis ratione honorum legatis debitorum MEM. HISTOR. *p.* 16. Sic etiam 22. Maii 1697. Imperii ſubdelegati poſtulabant, vt ipſorum in litteris mandati fiat mentio *Tom. II. p.* 55. In cauſſa Religionis contra quædam capita proteſtabantur. MEM. HISTOR. *f.* 53.

40) Extant hæ Propoſitiones in ACTES & MEM. *Tom. II. p.* 34. Obſeruationes Imperii ſubdelegatorum ad ea *p.* 61. quæ ſequuntur, alia poſtulata Fœderum ſpecialia. LETTRES HISTOR. *Août* 97. *p.* 231.

41) MEM. HISTOR. *Tom. II. f.* 35. 42. 45. 55.

42) MEM. HISTOR. *Tom. II. f.* 29. De hoc enim primus inter Gallorum Plenipotentiarios in litteris ad Regem conqueritur: MEM. DE LA GVERRE *Tom. I. p.* 198. *nous avons même été ſurpris de la reponſe ſiere que nous a fait la deſſus M. le Plenipotentiaire des Etats; ſçavoir, que ſi nous étions ſi preſſez, on donneroit ordre qu' on tint de Paſſeports prêts pour nôtre retour.* Sed ſi eidem auctori fides eſt habenda, pacem multum promouit inſigne donum vxori cuiusdam legati ab ipſo oblatum, de quo *p.* 201.

43) Hæc alternatiua continetur in Proiecto Gallorum 20. Iulii 1657. Mediatori exhibito *art. IV.*

44) EVR. HISTORICVS *Tom. II. pag.* 1885. LETTRES HISTOR. *Juillet* 1697. *pag.* 101. M. *le Comte de Portland eut une conference le 9 de ce mois avec le Marechal de Bouffler, qui l' avoit demandée à ce qu' on écrit. L' entrevuë ſe fit dans un Chateau qui eſt dans la plaine de Brukom en deça de Hall.* Vocatur etiam *la Conference de Tuluſe.* MEM. DE LA GVERRE *Tom. I. pag.* 190. LETTRES HIST. *Oct.* 97. *p.* 489.

45) Extat de eo declaratio Gallorum 20. Iulii 1697. Mediatori exhibita in ACTES & MEM. *Vom. II. p.* 236.

missō vltra XX. Septembris teneri volebant. 46) Tandem cum Anglis, Belgis atque Hiſpanis Pax XX. Septembris ſt. n. ſignatur. 47) Cum Belgis equidem, vt ablata vtrinque & Comes d' Auuergne in Comitatum Bergen ob Zoom reſtituatur, fuit pactum, & Tractatus commerciorum confectus. M. Britanniæ Regem pro legitimo agnoſcebat Galliæ Rex, cum hac obligatione, ſe nulla ratione illis adſiſtere velle, qui eundem in hac regnorum poſſeſſione turbare conentur. Hiſpaniæ vero Regi præter loca, durante hoc bello in Catalonia & Belgio ablata, Luxenburgum cum omni ditione reſtituitur.

§. LXXXVI. Facta hac pace, XXII. Septembris 1697. Armiſtitium ad Kl. Nouembris vsque concluditur, conſentientibus etiam Imperii ſubdelegatis. 48) Pacis interim Tractatus continuabatur, & licet Rhenani, Sueuici & Franconici Circuli Status, de compenſandis damnis ſollicitarent, 49) Germani Argentorati reſtitutionem vrgerent, 50) Proteſtantes de religione Euangelica in priſtinum reſtituenda eſſent ſolliciti, nihil tamen hæc præualuerunt, Galli potius pacis concluſionem, grauiora minantes, nimium vrgebant. Poſtquam autem nouus Suecorum legatus Comes de Bonde IX. Octobris 1697. aduentaſſet, 51) huius deinde ſtudio pax fuit promota. Poſtquam de pacis formula conueniſſet, iſtaque a notariis eſſet deſcribenda, Galli extremo temporis momento, quarto articulo, vbi de reſtitutione locorum a Gallis occupatorum agitur, clauſulam addi volebant, de conſeruanda in dictis locis Religione Catholica, a Gallis, durante bello, introducta. 52) Proteſtabantur equidem contra hanc clauſulam adlegati Proteſtantes plerique, modo etiam vel cum Imp. vel cum Mediatoris legatis deſuper agebant, ſed dum Galli inſtarent, Catholici facile adſentirentur, nihil effecerunt. 53) Tandem XXX. Octobris ſt. n. dum in vno conclaui omnes & Cæſarei & Ordinum legati eſſent congregati, in horum corona, pacis formulam latino idiomate conſcriptam dimidia ex parte Cæſarei, reliqua Gallici legati claris verbis publice, apertis foribus recitabant. Hoc facto, Cæſarei Galloruмque legati iureiurando in animam Principis ſui illam confirmabant. 54) Tum collatis per tertium Cæſareanorum legatum, Seylerum, & Dominum de Callieres exemplaribus, a ſingulis ſubſcriptio rogabatur, quam Cæſarei & Galli vna cum Catholicorum Statuum legatis, poſt mediam demum noctem facile faciebant, 55) tergiuerſabantur adhuc Proteſtantes, ob Clauſulam quarto articulo adiectam, rationibus ſuis ſcripto IV. Nouembris exhibito, expoſitis, eo quod mandato ſubdelegatis ab Imperio conceſſo contrarietur, ad ea ſaltim directo, quæ congrua eſſent paci Weſtphalicæ in ſacris & profanis: paci etiam religioſæ, Weſtphalicæ, Capitulationi Cæſareæ, quibus tamen ſingulis hæc ipſa pax nitatur. 56) Galli equidem iisdem ſex hebdomadum ſpatium ad deliberandum concedebant, 57) nihilominus Würtenbergicus, Wetterauicorum Comitum & Francofurtenſis Ciuitatis Adlegatus pacis iſtam formulam ſubſcribebant, 58) reliquis Proteſtantium ablegatis abitum maturantibus. Acceſſit tandem, vrgentibus Gallis, Imperii ratificatio, licet cum proteſtatione Statuum Euangelicorum contra hanc clauſulam, eademque in ædibus Bondei, cum Gallorum ratificatione XIII. Decembris fuit commutata. 59)

§. LXXXVII.

46) Declaratio Legatorum Gallicorum extat ACTES & MEMOIRES *Tom. III. p. 48.*

47) Extat Tractatus cum Belgis in ACTES & MEM. *Tom. III. p. 103.* LETTR. HIST. *Nov. 97. p. 503.* cum Anglis *p. 17.* LETTR. HIST. *Nov. 97. p. 579.* cum Hiſpanis *pag. 219.* & in RECVEIL *Tomo IV. p. 654. ſqq.* EVR. HISTORICVS *Tom. II. p. 1887.* MEM. DE LA GVERRE *Tom. I. pag. 205.* LETTRES HIST. *Dec. 97. p. 679.* Vide Hiſtoriam Pacis apud LAGVILLE *Hiſtor. d' Alſace Tomo II. pag. 286. ſqq.*

48) ACTES & MEM. *Tom. III. p. 275.* RECVEIL *Tom. IV. p. 684.*

49) Extant in FABRI STAATS-CANTZELEY *Tom. II. faſcicvlo III.* varia ſcripta vel in Foederatorum congreſſu, vel in Comitiis exhibita.

50) Extant varia ſcripta in FABRI STAATS-CANTZELEY *Tom. I. p. 529.*

51) Extat Mandatum ipſius in ACTES & MEMOIRES *Tom. IV. p. 2.* SCHMAVS *Leben Caroli XII. I. Abth. §. IV.*

52) Clauſula eſt: *religione tamen Catholica Romana in locis ſic reſtitutis, in ſtatu quo nunc eſt, remanente.* Quid anſam dederit, clauſulam ſub extremum demum tempus inſerendi, variæ ſunt ſuſpiciones: Partim etiam Electori Palatino tribuebatur, quod is per litteras Gallos mouerit. Aliis vel S. I. Patres, vel Romanum Pontificem facti incuſant. Plures vel in ipſos Proteſtantes omnem culpam reiiciunt, quod iſti Sileſiorum ac Hugonottarum cauſſam tanta vehementia ſuſceperint, atque Argentinæ ritus ſacrorum in priſtinum reſtituere, de quibus LVDEWIG *de Iure Adlegandi p. 192.* Facile crediderim, ſingulas hic cauſſas concurrere. Qua ratione Mediatores omnem culpam a ſe auertere conati fuerint, docet illorum Declaratio XXX. Octobris facta in ACTES & MEM. Tom. IV. p. 8. FABRI *Staats-Cantzelley Tom. III. p. 717.*

53) EVR. HISTORICVS *Tom. II. p. 1897.*

54) LVDEWIG *de iure adlegandi p. 191.*

55) ACTES & MEM. *Tom. IV. p. 12.*

56) Extat hoc ſcriptum in ACTES *Tomo IV. pag. 143.*

57) ACTES & MEM. *Tom. IV. p. 11.* LVDEWIG *p. 193.*

58) Singuli, exhibitis Mediatori ſcriptis, cauſſas ſubſignatæ pacis deduxerant ACTES & MEM. *Tom. IV. p. 107. 141. 156.* LVDEWIG *p. 194.*

59) Extat de eo plácitum Imperii de XXVI. Nouembris in ACTES & MEMOIRES *Tom. IV. p. 195.* cui tamen acceſſit Votum Commune Euangelicorum, quo contra dictam Clauſulam proteſtantur. Ipſæ vero Ratificationes *Tom. IV. p. 214.* In FABRI *Staats - Cantzelley Tom. III. pag. 305. 717.* LVDEWIG *p. 198. ſqq.* EVROP. HISTORICVS *Tomo II. pag. 1919.* Adde *Hiſtorie der Religions-Beſchwerden Tom. II. cap. II. §. XXXVIII. ſqq.* CORTREIVS *p. 135.*

60) Extant

§. LXXXVII. Contenta Pacis hæc erant, vt nitatur pace Weſtphalica & Nouiomagenſi, niſi in quantum iſtis fuerit derogatum, ceſſent omnes vniones, atque reuniones, reſtituantur omnia loca per iſtas, ſiue per vim occupata, potiſſimum vero Electori Treuirenſi & Palatino loca ablata reſtituenda decernuntur, De prætenſionibus Duciſſæ Aurelianenſis conuenit, vt negotium iſtud ſecundum formulam compromiſſi, a Cæſare & Galliæ Rege, tanquam arbitris, ſecundum leges Imperii decidatur: illis vero in ſententia diſcordibus, Papæ, tanquam ſupremo arbitro decidendæ deferuntur. Interim, vsque dum hoc negotium finem accipiat, ſumma centenorum millium florenorum annuorum Duciſſæ ſoluatur. Reſtituatur etiam Ducatus Bipontinus & Veldentinus; Reſtituantur Magno Magiſtro Ordinis Teutonici & Epiſcopo Wormatienſi, Electori Colonienſi, loca ablata, & præcipue ipſi, tanquam Epiſcopo Leodienſi caſtrum & oppidum Dinantenſe: Duci Würtenbergico Principatus Mompelgartenſis, Marchiones Badenſes, Principes & Comites Naſſouici, Leiningenſes, aliique quibus terræ fuerant ablatæ. Argentoratum vero plenq iure Gallicæ coronæ relinquitur, reſtituto tamen Imperio monumento Kehl. In compenſationem eiusdem, Auſtriacæ domui cedit Friburgum & Briſacum, Philipsburgum redditur, deſtructo munimento in ſiniſtra Rheni ripa facto, vna cum munimentis e regione Hunningæ in dextra ripa & in Rheni inſula extructis, & munimento in dextra parte Rheni, e regione Fortlouis, munimentis etiam caſtro Trarbacenſi poſt pacem Nouiomagenſem additis, Fortalitio Montroyal ad Moſellam, & munimentis arci Kirburgenſi & Ebernburgenſi adiectis. Decernitur reſtitutio Lotharingiæ Ducis, deſtructis tamen munimentis Nanceio nouo præductis, relicto Gallorum Regi Fortalitio Saarlouis, cum dimidia leuca in circuitu, vrbe quoque & præfectura Longwicenſi. Promittitur quoque reſtitutio Fürſtenbergii Cardinalis in Epiſcopatum Argentoratenſem & Abbatiam Stablocnſem, Landgrauiorum linex Rheinfelſenſis, in arcem Rheinfels & Comitatum Inferiorem Cattimellenbocenſem. 60)

§. LXXXVIII. Durantibus Pacis Tractatibus non ſolum, ſed etiam concluſa Pace hac Ryswicenſi, plures exhibebantur Proteſtationes. Vrgebantur enim prætenſiones Aurelianenſes, 61) proteſtabantur Principes Correſpondentes contra nonum Electoratum, 62) Colonienſis, ratione Ducatus Bullionenſis, 63) Dux Guelferbytanus, ratione duorum Canonicatuum in Epiſcopatu Argentinenſi, 64) Tremouillius Dux contra Hiſpanorum poſſeſſionem Regni Neapolitani. 65) Poſtiſſimum contra clauſulam articuli quarti pacis Ryswicenſis proteſtabantur Status Euangelici, eandemque plane aboleri cupiebant, & licet de hoc ſæpius in Comitiis fuiſſet actum, etiam decretum, vt per ſex vtriusque religionis delegatos cauſſa illa examinaretur & decideretur, dum autem Catholicos inter & Euangelicos non conueniret, ſecundum quam normam controuerſia iſta ſit decidenda, Proteſtantibus pacem Weſtphalicam pro fundamento haberi volentibus, omnia conſilia fuerunt fruſtranea, ita tamen, vt dum Catholici in dictis locis a Gallis reſtitutis, poſſeſſionem retinuerint & religionis exercitium magis magisque extenderint, Proteſtantibus non niſi Grauamina fuerint relicta. 66)

§. LXXXIX. Supererat cauſſa Palatina, ex Art. VIII. per compromiſſum decidenda. Ad hoc formandum Fridericus Binderus, Conſiliarius Imperii Aulicus a Cæſare, a Galliæ Rege Vlricus Obrechtus, Prætor Regius Argentoratenſis fuerunt conſtituti, qui tanquam arbitri ſubdelegati iudicio Francofurti conſtituto, vtriusque partis cauſſam examinarent. Coram his Abbas de Theſue a parte Philippi Aurelianenſis, atque a parte Electoris

60) Extat pacis Inſtrumentum cum mandatis legatorum in ACTES & MEMOIRES *Tom. IV. p. 13.* in RECVEIL *Tom. IV. p. 684.* EVR. HISTORICVS *Tom. II. pag. 1891.* LETTRES HISTORIQVES *Nov. 97. p. 528.* Prodierunt etiam Tabulæ pacis Ryswicenſis cum notis AHASVERI FRITSCHII *Francofurti 1699. 4.* ADAMI CORTREII *obſeruationes in pacificationem Francofurti 1707. f.* in quibus varia ad hiſtoriam pacis continentur. Iudicia de hac pace apud RINCK *pag. 1269.* inter hæc ſequens diſtichon:

Infauſta Imperii periens moſtiſſima dura
Pax Nex Nix Nox Nux
det meliora Deus.

61) Duciſſæ Aurelianenſis ſcriptum XXII. Iulii 1697. Mediatori exhibitum, reperitur in ACTES & MEM. *Tom. II. p. 240.* Reſponſio vero Palatinorum *Tom. III. p. 61.*

62) Extat hæc proteſtatio in ACTES & MEMOIRES *Tom. III. p. 90.*

63) ACTES & MEM. *Tom. IV. p. 110. 161. 193.* In art. XXVIII. enim Pacis Nouiomagenſis Dux Bullionæus in poſſeſſione manere debet Ducatus, vsque dum amicabiliter fuerit transactum. Declarabat igitur Colonienſis legatum ſuum, vt Deputatum ſubſcribere, cum proteſtatione tamen contra hunc articulum.

64) Debebantur iſti ex Inſtrumento pacis Osnabrugenſis *art. XIII. §. XI. & XII.* ACTES & MEM. *Tom. II. p. 126.*

65) Extant hæc ſcripta in ACTES & MEM. *Tom. III. p. 319.*

66) Quid in Comitiis ſuper hoc negotio fuerit actum, exponitur in FABRI *Staats-Canzelley Tomo III. p. 717. Tom. IV. cap. X. p. 507.* LETTRES HISTOR. *Avril 98. pag. 405. May pag. 524. Ianv. 99. p. 81. Fevr. pag. 162. Avr. p. 343. Juillet pag. 48.* HENRICVS HENNIGES hanc clauſulam de ſimultaneo cultu putat eſſe intelligendam, ſaltis eccleſiis atque iuribus Proteſtantium. Grauamina Proteſtantium contra Electorem Palatinum reperiuntur in CASSANDRI THVCELII *Actis Publicis Tomo I. cap. I. & Tom. II. c. I.* Quomodo etiam fuit in clauſulam ADAMVS CORTREIVS. *Hiſtorie der Religions-Beſchwerden Tom. II. lib. II. §. XL. ſqq.*

67) Scripta

ctoris Palatini, Guilielmus Fuchſius, & Io. Richardus Zachmannus, Conſiliarii Palatini cauſſam agebant, tribus inuicem ſcriptis exhibitis. Facta vtriusque partis concluſione, Arbitri ſubdelegati, præſtito prius XXI. Aprilis 1701. iuramento, ſententiam XXVI. Aprilis 1701. pronuntiarunt plane differentem, dum Binderus Palatinum plane abſolueret, Obrechtus vero pleniorem Inuentarii exhibitionem, & dimidiæ partis Ducatus Simmerenſis, Lauterenſis & Comitatus Spanheimenſis Aurelianenſi Duciſſæ reſtitutionem, tanquam ad hæreditatem allodialem facientem, decerneret. 67) Cauſſa igitur ad Papam delata, in congregatione Auditorum Rotæ deſuper inſtituta, ſententia XVII. Februarii a. 1702. fuit pronuntiata, per quam Palatinus Electoꝛ ab vlteriori prætenſione fuit abſolutus, ſolutis Aurelianenſi Duciſſæ trecentis ſoachimicorum millibus, in quam ſummam, quidquid a tempore Pacis Ryswicenſis fuiſſet ſolutum, compenſetur. 68)

§. XC. Circa pacis equidem executionem, varii adhuc oriebantur ſcrupuli. Diſputabatur enim de milite præſidiario Philipsburgo imponendo, & decernebatur præſidium ſex millium ex Cæſareo, Rhenano Superiore & Franconico milite conſtans. 69) De Rheinfelſa etiam diſceptabatur, an Carolo & Wilhelmo Ernefti Haſſiæ Landgrauii filiis ſit reſtituenda. Prouocabant iſti ad pacem Ryswicenſem, 70) ſecundum quam reſtitui debeant. Carolus vero Landgrauius Haſſo-Caſſellanus ad iura Superioritatis, vi cuius, præſidii ius in caſtro Rheinfels atque huic oppoſito caſtro Katz petebat, tanto magis, quod totius Imperii interſit, hoc caſtrum conſeruari, quod tamen Landgrauii iſti lineæ Rheinfelſanæ defendere nequirent. Hi vero aperturæ ſaltim ius concedere volebant, non æque præſidii. Præſidio Cæſareo primo munitum caſtrum erat, ſed dum iſti ſubſidia ab Haſſis denegarentur, caſtrum cum ſubiacente oppido S. Goar Haſſiæ Landgrauius, dimiſſis Cæſareis, occupabat. Et licet varia Grauamina a dictis Landgrauiis fuiſſent exhibita, 71) Carolo tamen Landgrauio Haſſo-Caſſellano ius præſidii non ſolum in Pacis Præliminaribus, 72) ſed etiam per pacem Traiectenſem Belgicam 73) fuit relictum, hac conditione, ſi dictis Landgrauiis debite ſatisfecerit. Licet in pace Germanica de eodem nihil fuerit decretum. Tergiuerſabantur etiam Galli in reſtituendis, quas promiſerant vrbibus. Primum erat munimentum Kehl, 74) cuius territorium ex Imperii decreto Ludouico Badenſi aſſignabatur. 75) Sequebatur Friburgum & Philipsburgum. Circa Briſacum vero reſtituendum Galli ſub vario prætextu plurimum tergiuerſabantur. 76) vsque dum extructo ab altera Rheni ripa Briſaco nouo, XI. Aprilis 1700. demum Cæſareis traderetur. 77)

§. XCI. Alte-

67) Scripta ſingula reperiuntur in ACTA S COMPROMISSI FRANCOFVRTENSIS, *Francofurti 1700.* 4. & plenius adhuc in *Continuation des Actes & Memoires des Negotiations de la Paix de Ryswick à la Haye 1707.12.* FABRI *Staats-Canzelley Tom. V. p. 318.* Galli autem per Marchionem d' Vxelles ſuſcepta militari manu executione in terras Palatinas, centum iſta florenorum millia exegerunt. LETTR. HIST. *Sept. 99. pag. 288. Iuin 1701. p. 663. Avril 1702. p. 356.* Adde MONATHL. STAATSSPIEGEL *Oct. 1699. p. 4. Nov. 1699. p. 3.* LAGVILLE *Hiſt. d' Alſace Tom. II. p. 298.*

68) EVR. HEROLD *p. I. p. 202. ſqq.* FABRI *Staats-Canzelley Tom. VI. p. 824. ſqq.* MONATHL. STAATS SPIEGEL *1702. m. Maio p. 104.* LEBEN CLEMENTIS XI. *Tom. I. p. 332.*

69) LETTRES HIST. *Fevr. 98. p. 188. Avril pag. 401.*

70) Artic. XLV. *Amneſtia quoque comprehendumur ſpecialiter Landgrauii Haſſia Reinfelſenſes & in eum Statum, quoad Arcem Rheinfels totumque Comitatum inferiorem Cattimelibocenſem cum omnibus iuribus ac dependentiis reponantur, in quo eorum Pater Landgrauius Erneſtus ante initium huius belli extitit, ſaluis tamen vbiuis iuribus Domino Landgrauio Haſſo-Caſſellano competentibus.*

71) Extant de hoc varia ſcripta in FABRI *Staats-Canzelley Tom. V. c. IX. Tom. VI. c. XI. Tomo XII. p. 575. 691. 924. Tom. XIV. p. 595. 735. 949. Tom. XV. pag. 101. 193. 321. 610. 899. 1017. Tom. XVI. p. 262. 364. 517. 915.* ELECTA IVR. PVBL. *Tom. XII. p. 376. 661. 924. Tom. XIII. p. 99. 158. 369. 518. 559. 762. 849. 987.* Prodiit hac in cauſſa IO. HENR. LOMBARDI *Tructina trium Quæſtionum controuerſarum, vbi exponitur quæſtio, an Comitatus Inferior Catimelibocenſis Sereniſſ. Principibus Haſſo-Rheinfelſenſibus in paragium vel apanagium datus ſit.* Cui tamen HERTIVS & THVLEMARIVS reſpondederunt.

72) Art. XII. *que la Ville & Forteresse de Rheinfels avec ce qui en dépend demeurera au Landgrave de Hesse-Cassel, iusques à ce qu' il en soit conuenu autrement.*

73) Pax Traiectenſis cum Belgis concluſa art. XXXIV. *Sa Maiesté Très-Chrestienne consent aussi que dans le meisme traité avec l' Empire, la Forteresse de Rhinfels & la Ville de St. Goar, avec tout ce qui en dépend, demeurent au Landgrave de Hesse-Cassel, & à ſes Successeurs, moyennant un équivalent raisonnable à payer aux Princes de Hesse-Rhinfels: a condition que la Religion Catholique Romaine de la maniere quelle s' y trouve etablie, y soit exercée sans aucune alteration.*

74) LETTRES HIST. *Fevr. 98. p. 186. Mars 203. Aoit 98. p. 169.*

75) LETTR. HIST. *May 98. p. 528.* Extant Acta in FABRI *Staats-Canzelley Tom. IV. p. 482.*

76) LETTRES HIST. Mars 99. p. 356. *le viens de recevoir des lettres à ce moment par les quelles on me mande que le Roi T. C. a declare qu' il ne rendroit point Briſac, & qu' il en allegue pour raiſons La garniſon que l' Empereur à miſe dans Rhynfeld, l' Inueſtiture du neuvieme Electorat donnée depuis peu au nouveau Duc de Hannover; & l' inſulte faite à ſon Miniſtre à Vienne. Avril p. 476. Mai. p. 542.* Cauſſa vero Villarſii hæc erat, quod ipſe a Lichtenſteinio Principe ab Antecamera Caroli Archi-Ducis reiectus fuiſſet, ideo, quod dictum Principem nondum debitis cæremoniis, viſitauerat, de quo *Mars 99. p. 297. Avril 99. p. 456.* Compoſitio exponitur *Iuin 99. p. 659.*

77) LETTR. HIST. *Mai. 1700. p. 540.* De nouo Briſaco *Dec. 99. p. 642.*

§. XCI. Alterum adhuc supererat bellum, Turcicum. Hi enim, post Gallorum victorias, nouis quasi viribus aucti, pacem amplius non ambiebant, quin potius Töckelius Tartarorum ope adiutus, ineunte anno 1691. in Transsyluaniam irrumperet, & Fridericum Augustum Principem Hannoueranum X. Ianuarii st. n. cum copiis suis deleret, ipso Principe, 78) fortissime licet pugnante, occiso. In superiori vero Vngaria Ludouicus Badensis Turcas XIX. Augusti st. v. in castris suis ad Salanckemen prope Danubium probe munitis adgreditur, atque insigni potitur victoria, viginti quinque Turcarum millibus, & inter hæc magno Vezirio cæsis, multis captiuis. In castris 154. tormenta bellica vna cum præcipuo Vezirii vexillo, magnus adparatus militaris, & iumentorum numerus magnus victori prædæ cesserunt. 79) Post hanc victoriam, per Capraram Lippa, per Croyiacum Ducem Broda fuerunt recuperata. Insequenti anno 1692. classem in Danubio, nouo exemplo Cæsarei parant, vt secundo flumine, quidquid esset bellici adparatus suis adportarent, Præfecto constituto Marchione Floriaco, qui gente erat subalpinus. 80) Maio mense Varadinum maius superiore anno iamdum circumsessum ab Auersbergio Comite, postquam famis extrema fuisset perpessum, V. Iunii ad deditionem cogitur. 81) Anno 1693. Croyacus Dux Ienoa occupata, 82) Belgradum per aliquot hebdomadas obsidebat, tentato adsultu, sed deficiente commeatu & bellico adparatu, illud iterum relinquere cogebatur, morbis potissimum in ipsius exercitu inualescentibus. 83) Anno 1694. Caprara exercitum Cæsareum ducebat, cuius castra ad Peterwaradinum Gallis ductoribus vsi, Turca Septembri mense per aliquot dies, frustraneo cum successu infestabant. 84) Inde XXVII. Decembris Cæsarei Giulam deditione capiebant. 85) Anno 1695. supremam Exercitus Cæsarei in Vngaria curam susceperat Fridericus Augustus, Saxoniæ Elector, concluso XXIII. Mai 1694. cum Leopoldo fœdere, per quod sese ad duodecim militum millia obligauerat, 86) qui tamen impedire haut potuit, quo minus Turcæ VII. Septembris Lippam adsultu caperent, tardius in auxilium aduentante Christianorum exercitu. 87) Vlterius progredientes Turcæ, Veteranium in Transsyluaniæ confiniis ad Lugozium cum septem suorum millibus, copiis longe superiores, ad internecionem delent, ipso Veteranio occiso. 89) Anno 1696. Fridericus Augustus Temeswariam obsidet, quam tamen aduentante Turcarum exercitu, iterum relinquit, 88) atque XXVI. Augusti Turcas ad Olasch cruenta victoria cædit. 90)

§. XCII. Dum autem Ryswici de pace ageretur, fœdus cum Russorum Monarcha Cæsar concludebat, atque cum Venetis fœdus ad triennium renouabat. 91) Inde sopita noua Vngarorum rebellione a. 1697. exorta, 92) finito bello Italico, Eugenius Princeps in Vngariam mittebatur, qui, vt Segedinum, Cæsareanorum horreum, seruaret, quod Turcæ adgredi conabantur, Turcas ad Zentham Vngariæ Superioris XI. Septembris in castris suis munitis, iniusius licet, adgrediebatur, eosdemque magna clade adficiebat, ita, vt viginti Turcarum millia & vltra cæderentur, atque inter hos viginti septem Purpurati, vna cum magno Vezirio, decem millia fierent captiui, Christiani castris & præda insigni potiebantur. Post hanc victoriam, Eugenius Princeps diuersa castra occupabat. 93) Conclusa vero cum Gallis pace, mediantibus Anglorum in Aula Constantinopolitana legato, Guilielmo Pageto, & Belgarum Iacobo Colierio, de tractanda pace conueniebat, ita, vt publicatis Belgradi XVI. Octobris & Peterwaradini XVII. Octobris induciis, Carlouitii ad Sirmi-

78) RINCK *p. 1118.*

79) THEATR. EVR. *Tom. XIV. pag. 6. 151.* MERC. HIST. *Tom. X. p. 376.* EVR. HISTORICVS *Tom. I. p. 1050.* BVCHER-CABINET. *Tom. XXI. p. 59.* BIRCKEN *p. 372.* RINCK *p. 1120.*

80) RINCK *p. 1142.*

81) EVR. HISTORICVS *Tom. I. p. 1086. Tomo II. p. 1178.* BIRCKEN *p. 378.* RINCK *pag. 1142.* LETTRES HISTOR. *Fevr. 1692. p. 222. Mars p. 332. Iuin p. 637. Iuillet p. 69.* THEATR. EVR. *Tom. XVI. p. 235.* MERC. HIST. *Tom. XII. p. 663. Tom. XIII. pag. 31.*

82) EVROP. HISTORICVS *Tom. II. p. 1358.* BIRCKEN *p. 382.* RINCK *p. 1176.* LETTRES HIST. *Iuillet 93. p. 62.*

83) EVR. HISTORICVS *Tom. II. pag. 1403.* BIRCKEN *p. 383.* RINCK *p. 1177.* LETTRES HIST. *Sept. 93. p. 286. Oct. p. 379.*

84) EVR. HISTORICVS *Tom. II. p. 1547.* qui etiam auctor est, Turcas Gallorum Duce Longueuillio in hac expeditione fuisse visos: RINCK *p. 1194.* BIRCKEN *p. 388.*

85) RINCK *p. 1196.* BIRCKEN *p. 391.* EVR. HISTORICVS *Tom. II. p. 1561.* LETTRES HIST. *Iuin 95. p. 537.*

86) EVROP. HISTORICVS *Tom. II. p. 1481.* RINCK *p. 1200.* RECVEIL *Tom. IV. p. 688.* LETTRES HIST. *Iuin 95. p. 666.*

87) EVR. HISTORICVS *Tom. II. pag. 1695.* RINCK *p. 1217.* LETTR. HIST. *Oct. 95. p. 386.*

88) EVR. HISTORICVS *Tom. II. pag. 1705.* RINCK *p. 1218.* BIRCKEN *p. 396.* LETTR. HIST. *Nov. 95. p. 506.*

89) RINCK *p. 1217.* LETTR. HIST. *Sept. 97. pag. 282.*

90) THEATR. EVROP. *Tom. XV. p. 5.* RINCK *p. 1223.* EVR. HISTORICVS *Tom. II. p. 1765.* BIRCKEN *p. 400.* LETTR. HISTOR. *Oct. 96. p. 439. & p. 442. on ne peut pas dire précisément quelle a été la perte des Turcs dans cette occasion ; mais vne marque qu' ils ne croyent point avoir eu l' avantage, c' est qu' ils n' en ont fait aucune réjouissance. On croit qu' ils ont perdu six ou sept mille hommes du côté des Imperiaux il y en a eu environ quatre mille de tuez.*

91) RINCK *p. 1231.*

92) BIRCKEN *p. 402.* RINCK *l. l.*

93) THEATR. EVROP. *Tom. XV. pag. 119.* BIRCKEN *p. 405.* RINCK *p. 1273.* EVR. HISTORICVS *Tom. II. pag. 1869.* LEBEN EVGENII *p. I. p. 517.* vbi etiam *p. 548.* traditur, quod Principis aduersarii ipsum iudicio militari subiici voluerint, quod iniussu Cæsaris pugnauerit. LETTRES HISTOR. *Oct. 97. p. 445.*

Sirmium in confiniis terrarum Cæsarearum atque Turcicarum, singulare palatium subitaneo opere fuisset extructum, in quo de pace agebatur, quæ tandem XXVI. Ianuarii 1699. fuit signata, his conditionibus, vt Transsyluania & Sclauonia Imp. relinqueretur, vna cum terris inter Danubium & Tibiscum sitis, certi etiam Commissarii limitibus definiendis constituerentur, Temeswarium vna cum ditione penes Turcas maneret. Pax ista IX. Martii fuit ratihabita & limites inter Bosniam atque Croatiam, per Aloysium Ferdinandum Comitem Marsigli a parte Cæsaris, atque Maurum Cordatum a Turcarum parte, fuerunt constituti. 94) Venetis Peloponnesus & Dalmatia, Polonis Caminicum fuit restitutum. 95)

§. XCIII. Inter hos bellorum strepitus, noua apud Germanos oriebatur Controuersia de successione Megapolitana. Extincto enim a. 1695. Gustauo Adolpho, Duce Gustrouiensi, Fridericus Guilielmus superarat, linea Grabouiensis, & Adolphus Fridericus lineæ Strelitzensis, qui in hæreditatem prætendebant. Iste quidem ad Ius primogenituræ prouocabat, atque inde prosluentem lineæ proximitatem: hic ex æquo succedere contendebat ex recepta consuetudine, quæ per testamentum Adolphi Friderici Suerinensis a. 1654. fuerat confirmata, gradus etiam adleguns proximitatem. 96) Ex decreto Imp. possessionem adprehendebat Fridericus Guilielmus Grabouiensis, in eandem a Cæsaris legato Christiano, Comite ab Eck XVI. Ianuarii 1697. immissus, contra licet protestante Adolpho Friderico. 97) Quæstio hinc oriebatur, an Imp. solus Executionem in terras Imperii, posthabitis Circuli Directoribus, decernere possit. 98) Negabant hoc isti, Fridericum Guilielmum adhortantes, vt possessionem adprehensam iterum relinquat, 99) sed hoc renuente, per militem Circuli Directorum, ducente illum Klinckenstromio Tribuno, Gustrouiense oppidum & arx armata manu occupabatur, ipse Comes ab Eck, qui in Arce commorabatur, dum sponte abire nollet, in sella ex arce deportabatur, vrbemque cum Duce relinquere cogebatur. Cæsar hanc sibi illatam iniuriam ratus, de violato non Gentium solum iure, sed auctoritate etiam Imp. conquestus, aula prohibebat legatos Sueciæ Regis, Brandeburgici Electoris & Cellensis Ducis, Viennæ commorantes, vsque dum ipsi fuerit satisfactum. Interpositione demum Anglorum, Belgarumque eo res deuenit, vt non solum Circuli Directores factum hoc litteris ad Imp. XXVIII. Sept. 1698. datis excusarent, quasi ipsis insciis factum, sed etiam ipse Klinckenstromius, qui ideo captiuus factus, penes Comitem ab Eck de hoc attentato deprecaretur, atque sic lis ista finem acciperet. 100) Tandem vero interuentu legatorum Imp. Daniæ Regis, Episcopi Lubecensis & Ducis Guelferbytani, per Tractatus Hamburgenses omnis controuersia VIII. Martii 1701. plene fuit compolita, ita, vt Fridericus Guilielmus Ducatum Güstrouiensem & Suerinensem cum sessione & voto in Comitiis, Comitetum Suerinensem, & dynastiam Rostochiensem obtineret. Adolphus Fridericus autem Ratzeburgensem Principatum cum sessione & voto in Comitiis, dynastiam Stargardiensem, Commendas Mirow & Nemerow, atque

94) Ansam hoc dedit dicto Comiti Marsigli, vt primo *prodromum Operis Danubialis* cuulgaret. Secutus inde Eiusdem *Danubius Pannonico, Mysicus, obseruationibus geographicis, astronomicis, hydrographicis, historicis, physicis perlustratus, Hagæ Comitum 1726. 6. Vol. fol.*

95) EVROP. HISTORICVS *Tom. II. p. 2042. 2115. 2132. 2141.* BIRCKEN *p. 409.* LETTR. HIST. *Fevr. 99. pag. 175.* Locus palatii istius postea cessit Patribus Franciscanis, qui extructo ibidem Monasterio & Templo sub nomine Maria del Pace fruuntur. BIRCKEN *pag. 411.* LEBEN EVGENII *p. I. p. 564.* THEATR. EVR. *Tom. XV. p. 518.* LETTR. HISTOR. *Ianv. 99. p. 87. Fevr. p. 248. Iuin pag. 662.* Edictum pro plenaria pacis executione reperitur in LETTR. HISTOR. *Iuillet 1701. p. 49.*

96) Schema tale erat :

lin. Suerinensis	Iohannes IV.	*lin. Güstrouiensis*
Adolphus Fridericus		Io. Albertus Gustauus
Christianus Ludouicus. Suerinensis † Hagæ Comitum XXI. Iunii 692. sine liberis	Fridericus Grabouiensis	Adolphus Frider. II. Strelitzensis	Adolphus † XXVI. Octobris 1695. sine liberis

THEATR. EVR. *Tom. XV. p. 60.* Faciunt huc a parte Grabouiensis *Facti Species, worin das im Fürstl. Hause Mecklenburg introducirte Ius Primogenitura, und dapon dependirende Linealis Successio künftlich und gründlich deduciret und vorgestellet wird. Vorlaufige Enucleatio Quæstionis, ob in casum der Erledigung des Güstrowischen Theils des Herrn Hertzog Fridrich Wilhelms Hochfürstl. Durchl. für Herrn Hertzog Adolphs Fridrichs Hochfürstl. Durchl. zur successiun zu admittiren sey.* Prodiit in hac caussa *Responsum Facultatis Iuridicæ Ingolstadtiensis. Rechtliches Bedencken, in welchem des Fürstlichen Hauses Mecklenburg Primogenitur Recht gründlich asseriret und erwiesen wird. Deductio Iuris Primogenitura.* LETTR. HIST. *Dec. 95. p. 626.*

97) Extant de eo scripta in FABRI *Staats-Cantzelley Tom. II. p. 737. Tom. III. p. 1.* RINCK *pag. 1285.*

98) Extat de eo apud FABRVM Tom. III. p. 91. *dissertation von der Grays. ausschreibenden Fürsten und Obersten Ambt bey Vollziehung der Vrtheil,* cuius IACOBVM BERNHARDVM MVLTZIVM faciunt auctorem, cui tamen CHRISTIANVS THOMASIVS singulari dissertatione respondet *de officio Directorum in executione sententiarum.* Hanc inscitum Schediasma sub titulo : *de Iure executoris sententias Camerales, Directoribus circulorum competente 1698. 4.* id quod *Gründliche Behauptung des Reichs und der Krayse Gerechtigkeit die Vollziehung der Vrtheil betreffend 1698. 4.* vernaculo sermone prodiit.

99) Extat hoc scriptum apud FABRVM *Tomo III. p. 60.*

100) RINCK *pag. 1285.* LETTRES HISTOR. *Avr. 97. p. 383. Ianv. 99. p. 79.* THEATR. EVROP. *Tom. XV. p. 460.* MONATHL. STAATS-SPIEGEL *Ian. 1699. p. 11.*

1) Extant

atque ad compensandam summam quadraginta millium annuorum redituum, nouem millia annua ex telonio Boitzenburgensi, introducto etiam eodem Transactionis pacto in familiam Megapolitanam Iure Primogenituræ, & successione lineali. 1)

§. XCIV. Altera controuersia est de successione Saxo-Coburgensi. Ernestus Pius enim Dux Saxo-Gothanus XXXI. Augusti 1654. XXII. Februarii 1671. IX. Februarii 1672. XXIV. Augusti 1674. XXII. Octobris 1674. Testamento non solum cauerat, sed etiam Regimen constituerat, quale post ipsius mortem gerendum, vt septem illius filii Fridericus, Albertus, Bernhardus, Henricus, Christianus, Ernestus & Iohannes Ernestus ipsi in Ducatu Coburgensi, Altenburgensi & Gothano ex æquo hæredes essent, atque tantisper in communione viuerent, vsque dum Casus quidam extiterint, ita tamen, vt Senior semper qui fuerit, Regimen nomine omnium gerat, concesso ipsi ex reditibus præcipuo, reliqui vel ex Camera annua argenti summa, vel adsignatis ipsis certis præfecturis fruerentur. Mortuo ipso XXVI. Martii 1675. hæc dispositio paterna II. Iulii 1675. inter filios ipsius confirmatur: postquam autem iuniores quatuor fratres cum Seniore VIII. Martii 1679. pacti fuissent, vt relictis ipsi hæreditario iure terris, ipsis certas præfecturas adsignaret, cum maioribus annuis reditibus, quam hucusque fuerant gauisi, vnio ista dissoluebatur, & licet Albertus atque Bernhardus, quibus spes in Senioratu succedendi proxima erat, contradicerent, tandem vero, postquam Alberto XIII. Nouembris 1679. concessus fuisset Ducatus Coburgensis, qui septimam hæreditatis partem constituerent, inter ipsum & Seniorem Fratrem Fridericum plene conuenit, quem IX. Februarii 1680. accepta Comitatus Hennebergici parte & fede Meinungensi, secutus fuit Bernhardus. Vtrique Ducatus suos cum plena Superioritate obtinebant. Secutus igitur Gothæ in arce Friedenstein XXIV. Februarii 1680. Recessus vniuersalis, dictus *Furst-Brüderlicher Haupt-Erb-Vergleichungs-Receß*, quo non solum priora pacta cum Alberto & Bernhardo inita confirmantur, sed etiam Quartus ex fratribus Römhildensem, Christianus Eisenbergensem, Ernestus Hildburghusanum, Ioannes Ernestus Salfeldensem portionem, cum certis præfecturis, & omni iurisdictione, ciuili atque ecclesiastica obtinebat, reseruatis tamen Seniori Gothano iuribus Circuli & Imperii, & in vim commissionis perpetuæ, sublimibus Iuribus in terris quatuor Iuniorum, concessis etiam singulis certis reditibus annuis in subsidium, *die Brüderliche Nachschuß-Gelder*, Salfeldensi præcipue 5642. florenis. Accessit hoc pactum, vt si ex septem istis lineis hac ratione subortis, vna sine prole virili extinguatur, terræ quidem ex æquo diuidantur, ita tamen, vt Duci Saxo Gothano binæ portiones obueniant, idque in compensationem onerum publicorum, quæ ab ipso præstanda. Idemque Recessus a Leopoldo Viennæ IV. Decembris 1686. fuit confirmatus. 2) Anno 1687. XXVII. Iunii Bernhardus Meinungensis Dux cum Friderico pacisceatur, vt Alberto Coburgensi sine prole masculo extincto, Bernhardo cedat Ducatus iste Coburgensis, ita tamen, vt confirmata Gothana duplici portione, singulis, pro rata aliis præfecturis satisfiat. Postea XVIII. Octobris 1695. per pactum inter Fridericum Gothanum atque Io. Ernestum Salfeldiensem Ducem initum, conuenit, vt existente casu, reditus isti subsidiarii terris compensentur. Mortuo a. 1691. Friderico Gothano succedebat filius primogenitus Fridericus. Dum vero Albertus Coburgensis, qui sine prole erat, ægrotaret, Coburgi conuenerunt singulorum Ducum legati, de successione inuicem acturi. Inter hos etiam VI. Aprilis 1699. ipso Alberto consentiente, Recessus fuit initus, his conditionibus, vt extincto Alberto, Coburgensis Ducatus Meinungensi, post Alberti mortem pleno iure, cum omnibus Superioritatis, Circuli & Imperii Iuribus cedat, ita tamen, vt Römhildensi & Hildburghusensi Duci satisfiat terris Hennebergicis, Gothano vero, qui Eisenbergensi satisfacturum se promiserat, præfecturis vicinis. Conceditur etiam Bernhardo, vt extincto Alberto, possessionem communi nomine adprehendat, & Ducatum istum administret, saluo tamen singulorum retentionis iure, vsque dum ipsis satisfactum. Adprehensio vero possessionis in Ducatu Römhildensi & Eisenbergensi, quorum Principes æque sine prole masculo erant, casu existente, Gothano conceditur, ita tamen, vt reliquis vel præfecturis vel pecunia satisfaciat. Subscribebatur iste Recessus a singulorum Ducum legatis, speciali mandato ad id instructis, solo Salfeldiensi excepto, qui subscriptionem denegabat. Ratam etiam eandem singuli Duces habebant, Hildburghusano excepto, ob controuersias cum Duce Gothano super Superioritate nondum finitas. Mortuo igitur VI. Augusti 1699. Alberto Duce, controuersia hæc de successione oriebatur. Hanc Bernhardus Meinungensis Dux petebat, ex pacto cum Duce Gothano inito, & Recessu isto Coburgensi, possessionem etiam adprehendebat, contradicente, atque causam istam ad aulam Imperialem deferente Ernesto Hildburghusensi & Ioanne Ernesto Salfeldensi. Inter hos tamen X. Nouembris 1699. de possessione singulis communi, singulari Recessu fuit decretum 3) Inter

1) Extat ipse Tractatus in FABRI *Staats-Canzelley Tom. VI. p. 243.* Recruduit quidem controuersia, ob denegata ex telonio Boitzenburgensi nouem Ioachimicorum millia annua, Duci Strelitzensi præstanda, quæ tamen statim iterum fuit composita. Extant Acta in FABRI *Staats-Canzelley Tom. X. p. 244.* BVCHER-CABINET *p. IV. p. 762.* Acta reperiuntur in CASSANDRI THVCELII *Actis Publicis Tom. II. c. VI.*

2) Extat iste apud LVNIGIVM *p. spec. Cont. II. pag. 616.*

3) Extat apud LVNIGIVM *p. spec. s. IV. p. 244.*

Inter Gothanum equidem & Meinungenſem XVIII. Aprilis 1702. pactum inibatur, qua iſte Meinungenſi ratam ſuam & Eiſenbergenſem, quam ex pacto adquiſierat, in Ducatu Coburgenſi plane, cedit, promiſſis in compenſationem præfecturis Waſungen, Sand, Frauenbreitungen, Saltzungen, quod, contradicente licet Hildburgenſi & Salfeldienſi per decretum Iudicii Aulici XXV. Auguſti 1703. confirmatur. Poſtquam autem Erneſtus Hildburgenſis, accepta per Receſſum XXII. Iulii 1705. præfectura Sonnenfeld, iuri ſuo renunciaſſet, ſolus ſupererat Io. Erneſtus Dux Salfeldenſis, qui prætendebat, vt ipſi non ſolum Coburgenſis Ducatus rata, ſed etiam reliquæ portiones quæ Gothano fuerint ceſſæ, tanquam Seniori, poſt mortem Bernhardi a. 1706. inſecutam, competant, de reditibus etiam ipſi in ſubſidium promiſſis per terras Coburgenſes ſatisfiat. Accedebat poſtea an. 1707. mors Chriſtiani Eiſenbergenſis Ducis, cuius terras Dux Saxo-Gothanus occupabat, atque a. 1700. mors Henrici Römhildenſis, cuius terras ſub Sequeſtri lege, Circuli Franconici miles occupabat. Dum igitur poſt varios inſtitutos congreſſus, inter Duces linex Gothanæ de ſucceſſione hac in terras Coburgenſes, Eiſenbergenſes & Römhildenſes non conueniret. Decreta primum fuit per Ioſephum Imp. VII. Nouembris 1710. & XXVII. Februarii 1711. Salfeldenſi ſimultanea poſſeſſione atque adminiſtratione, poſt XXV. Aprilis a. 1714. adprobante Carolo VI. Cæſare, ſententia in Iudicio aulico publicatur, per quam Receſſus iſte vniuerſalis de a. 1680. cum pactis adiectis confirmatur, Coburgenſis vero de a. 1699. eo quod non a ſingulis confirmatus, aboletur, atque decernitur, vt Io. Erneſto Salfeldenſi Duci pro rata ipſi ex ſucceſſione Coburgenſi & Eiſenbergenſi debita, vna cum duabus tertiis reditvum ſubſidiariorum *Brüderlicher Nachſchuß-Gelder* ex Coburgenſi Ducatu, pro reditibus etiam terris adſignatis, ſatisfiat: ex Römhildenſi vero Ducatu ratam ſuam vna cum tertia dictorum reditvum parte capiat, ſaluo Duci Gothano præcipuo portionis virilis, & iure ſublimi territorii. Erneſto vero Ludouico Meinungenſi, qui Bernhardo patri ſucceſſerat, rata ex Coburgenſi, Eiſenbergenſi & Römhildenſi ſucceſſione, cum pleno iure & ſine detractione portionis Gothanæ præcipuæ, decernitur, ita tamen, vt ratione Eiſenbergenſis Ducatus, qui Gothano Duci integer conceditur, hic pro rata Meinungenſi Duci ſatisfaciat. 4) Licet autem Dux Salfeldenſis ſecundum ſententiam in reditvum perceptionem fuerit admiſſus, Meinungenſes tamen per remedium Supplicationis eiusdem effectum ſuſpenderunt, 5) licet dicta ſententia d. 14. Maii 1725. denuo fuerit confirmata, conceſſo Salfeldenſi Duci in terris ipſi ex Coburgenſi Ducatu conceſſis iure ſublimi Territorii. Duci Saxo-Meinungenſi vero dimidium Voti Imperialis ratione Ducatus Coburgenſis conceditur, ita tamen, vt cum Duce Salfeldenſi atque Hildburghuſano ad illud concurrentibus, conueniat, vel Cæſaris ſententiæ illud relinquatur. 6) Poſtquam igitur Dux Saxo-Gothanus facto cum Duce Saxo-Salfeldenſi d. VI. Septembris a. 1717. Receſſu, huic ſecundum ſententiam Cæſareas ratas ſuas de Ducatu Römhildenſi atque Eiſenbergenſi reſignaſſet, d. IV. Octobris 1717. deſuper proteſtabatur Dux Saxo Meinungenſis, 7) immo cauſſam d. XIX. Octobris 1717. ad Comitia deferebat, contra dictum Receſſum proteſtabatur, caſſari eundem, ſin ſecus, ad Votum Altenburgenſe atque Gothanum admitti petens, cui tamen d. XXVIII. Februarii 1718. ſcriptum contrarium oppoſuit. 8) Communi tamen Regimine terras adhuc adminiſtrante, ſingulis pro rata reditibus adſignatis, de ordinando melius dicto Ducatu, terrarum iuriumque ſecundum dictam ſententiam, hactenus fuit deliberatum.

§. XCV. Continuabatur inter hæc Controverſia de Nono Electoratu. Ceſſabant enim non ſolum deliberationes Comitiales, dum Principes Correſpondentes iisdem, niſi finita cauſſa Noni Electoratus, intereſſe nollent, niſi quod inſtante Cæſare, vrgente pacis negotio, de iſta ſaltim ageretur, ſed etiam contradicebant adhuc multi Principes. Treuirenſis equidem Elector, Colonienſis & Palatinus aſſentiebantur, ſi hæc cauſſa in Collegio Electorali ab Imp. denuo proponeretur, Bohemus ad votum Electorale iterum admitteretur. Aſt Principes Correſpondentes Goslariæ V. Februarii ſt. v. 1700. deputationem, ad quam Monaſterienſis & Guelferbytanus deſtinabantur, ad Cæſarem decernunt, quæ Grauamina ad ipſum deferat. Interim legati ipſorum, nullis Imperii deliberationibus intereſſe debeant, & ſi quæ inſtituantur, easdem proteſtatione ſua irritas reddant. Si tamen Cæſar ipſorum Grauaminibus nullam adferat medelam, ipſis licitum eſſe, de ſecuritate ſua ſibi proſpicere, de eodemque nouo Conuentu Noribergæ inſtituendo; eſſe acturos.

4) Extat de hac controverſia Facti Species in ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tom. II. pag. 663. Tomo III. p. 307. 449. Tom. VI. p. 6. Tom. XVII. p. 611.* BVCHER - CABINET *p. X. p. 860.* Separatim prodiit *Grundlich und Summariſch verfaſte Vorſtellung worauf es in der Coburgiſchen Succeſſions - Sache, welche annoch zwiſchen dem Fürſtl. Hauſe S. Saalfeld an einem, und dem Fürſtl. Hauſe S. Meiningen und Conſorten am andern Theile in lite verbangen, dermahlen hauptſachlich ankomme, und was zur Beh.haupt. und Wiederlegung der S. Salfeldiſchen Anſprüche an beſagtes Fürſtenthum Coburg vor fundamenta hinc inde angeführet worden, entworffen im Jahre 1711. f.* Sic, etiam prodierunt *Acta Sachſen Hildburghauſen contra Sachſen Friedenſtein*, aliaque. ESCHACKWITZ *p. 910.*

5) Extat ſententia apud FABRVM *Tom. XLVI. c. XVIII.* ELECTIS IVR. PVBL. *Tom. XI. p. 975.*

6) Extat libellus Grauatorialis in ELECTIS IVR. PVBL. *Tom. XII. p. 83.*

7) ELECTIS IVR. PVBL. *Tom. XII. p. 333.*

8) Extat ſcriptum in ELECTIS *Tom. XII. p. 611.* Reliqua vide *Tom. XIII. p. 827. 943. Reichs-Fama Tom. III. p. 472.*

9) Acta

acturos. Interim ſe quidem conceſſuros, vt cauſſa hæc noui Electoratus in Comitiis de nouo proponatur, ſed non niſi ſecundum vnanimia deſernatur, & votorum Electoralium in Collegio Principali hac in cauſſa nulla habeatur ratio. Præter hæc, Grauamen etiam ad Cæſarem deferendum, quod Collegium Electorale certas ſibi prærogatiuas in negotiis Imperii & legatorum ſuorum diſtinctione vindicet, quod Viſitationes Iudicii aulici & Cameralis per I. P. & Receſſum Imperii nouiſſimum decretæ ad effectum nondum ductæ, quod Cæſar in tributis indicendis & hoſpitationibus militum inſtituendis, multa pro arbitrio agat. Nouus etiam ad diem XV. Aprilis Noribergam Conuentus indicitur. Miſſa igitur ad Cæſarem Deputatione, Conuentus iſte Noribergæ inſtituitur, in eodemque XIX. Iulii 1700. Vnio erigitur, qua ſe Principes Correſpondentes ad mutuam defenſionem obligant, in hunc finem viginti quatuor militum millia congregaturi, qui numerus tamen vrgente neceſſitate poſſit augeri. Fundamenti loco eſſe debeant pax Weſtphalica, Nouiomagenſis, Ryswicenſis & Leges Imperii. Mittebantur etiam ad Gallorum Regem legati, qui ipſum ad adſiſtendum in hac cauſſa & Guarantiam, quæ dicitur, Pacis Weſtphalicæ inuitarent. Ludouicus eandem Guarantiam facile ſuſcipiebat. Nouus Maio menſe a. 1701. inſtituebatur Correſpondentium Congreſſus Francofurti, quo de fœdere cum Gallis ageretur. Mittebat eo Cæſar & Galliæ Rex legatos ſuos. Iſte quidem per Conſiliarium aulicum Binderum proponi faciebat, ſe eo eſſe adlaboraturum, vt Statuum iura hac in cauſſa illæſa ſeruarentur, ideoque deliberationes Comitiales, quibus omnia eſſent componenda, eſſe redintegrandas. Facto menſe Iulio 1701. Receſſu, concludunt, ſe hanc Cæſaris declarationem quidem acceptare, ita tamen, vt compoſitio fiat ſecundum Receſſum Goslarienſem & Francofurtenſem. Interim ſe in cauſſa ſucceſſionis Hiſpanicæ neutrarum adhuc partium fore, vsque dum commune Imperii decretum fuiſſet factum. 9)

§. XCVI. Circa finem ſeculi decimi ſeptimi cum Chriſtiano Alberto, Holſatiæ Duce anno 1694. fatis ſublato, ſuccederet filius Fridericus IV. Suecorum fœdere ſuffultus, ius armorum exercebat, milites conducebat, & munimenta quædam pro terrarum ſuarum defenſione, erigebat. Hoc non ægre ſolum ferebat Danorum Rex Chriſtianus V. ſed etiam communicationem Teſtamenti paterni, vt pateret, qua ratione de Slesuicenſi ſucceſſione fuerit diſpoſitum, & renouationem vnionis hæreditariæ toties confirmatæ, petebat, quæ mutato regimine fieri debeat, hanc vnionem etiam Ducem ab omni cum exteris fœdere inito abſtrahere 10) debere aſſerens. Et licet Dux Vnionem haut abnueret, in extremis tamen munimentis pergebat, quæ Daniæ Rex inuadebat, & ſolo æquari iubebat. Nouo matrimonio cum Hedwige Sophia, Caroli XII. Suecorum Monarchæ ſorore, contracto, Dux ab ipſo ſupremam Pomeraniæ & Germaniæ Psouinciarum adminiſtrationem, vna cum caractere Supremi Præfecti militaris obtinebat. Dux etiam milite Suecico munitus, Tönningam nouis munimentis firmabat, diuerſa fortalitia ad Eidoram, Huſumum & alibi denuo erigebat. 11) Mortuo inter hæc a. 1699. Danorum Rege, Chriſtiano V. magis adhuc ſe firmabat Dux Holſatiæ, Suecica præſidia recipiebat. Fridericus IV. tamen Daniæ Rex, conſtituto Regimine, munimenta nouiter erecta tolli volebat, militem exterum abduci. Mediatores equidem pactorum Altonauienſium cauſſam ſuſcipiebant, atque vt mi-

9) Acta huc facientia extant in FABRI *Staats-Cantzelley Tom. IV. c. VI. & XV. Tom. VI. c. IV.* THVCELII *Actis Publ. Tom. I. c. VII.* LETTRES HISTOR. *Oct. 1700. p. 383. Ils ont écrit au Roi de France pour lui demander ſon apuy comme Garand de la Paix de Weſtphalie, laquelle ils pretendent être enfreinte par l' Erection du nouvième Electorat. Cette Lettre fut deliurée à Mr. de Chamois à Ratisbonne le ſeptieme du mois paſſé, & le lendemain 8. ſon Secretaire partit en Poſte pour la porter à la Cour. Il fut de retour quinze iours aprés avec la reponſe du Roi, laquelle Monſieur de Chamois rendit auſſi-tôt publique par un Memoire qu'il preſenta le 26. au Directoire de Mayence contenant en ſubſtance. Que le Roi ſon Maître ne s' étoit point voulu mêler iuſqu' à cette heure de l' affaire du neufiéme Electorat, iugeant qu'elle ne concernoit que les Droits des Etats de l' Empire, mais que les principaux de ceux-cy l' ayant prié comme Garand de la Paix de Weſtphalie de vouloir en prendre connoiſſance, de les aſſiſter en cette occaſion, & de faire de leur cauſe la ſienne propre, Sa Maieſté n' a pû ſe diſpenſer de leur accorder cette demande. Qu' ainſi elle ſe declare contre cette Erection. Qu'elle a donné à connoître aux Confederez qu'ils ne ſeroient pas mal de s' adreſſer auſſi au Roi de Suede qui eſt pareillement Garand de la Paix de Weſtphalie, afin qu'il employât auſſi ſes bons offices & tout ce qui eſt en ſon pouvoir pour leur procurer la ſatisfaction qu'ils demandent; Que Sa Maieſté a envoyé ordre au Marquis de Villars ſon Miniſtre à la Cour de Vienne de communiquer cette Reſolution à l' Empereur; Que Monſieur d' Iberville ſon Envoyé auprés de l' Electeur de Mayence en doit auſſi faire part à ce Prince & aux autres Electeurs du Rhin; Et qu'il leur declara au même tems que ſi non obſtant cela ils viennent à pouſſer l' affaire du neufviéme Electorat, Sa Maieſté regardera ce procedé comme une atteinte à ſa qualité de Garand du Traité de Weſtphalie, & ſçaura bien leur en temoigner ſon reſſentiment en tems & lieu.*

10) Extat de hoc negotio *I' etat preſent des differens nouvellement ſurvenus entre le Roy de Dannemark & le Duc de Holſtein Gottorp, à Amſterdam 1700. 12.* Ad hoc ſcriptum prodierunt *Remarques*, quibus opponitur *Refutation Preliminaire, à Amſterdam 1700. 12.* Facit huc etiam *Information ſur les Differents entre Sa Maieſté le Roy de Danemarc & Son Alteſſe le Duc de Slesuic-Holſtein Gottorp, 1700. 12. Status controuerſiæ, ſiue Vnio & Communio ad oppreſſionem Sereniſſimæ Domus Slesuico-Holſaticæ Gottorpienſis, a Dania inique detortæ, & per boſtiles inſultus truculenter ſtudatæ, Lugduni Batauorum 1700.* LETTR. HISTOR. *Iuny. 1700. p. 576. Fevr. p. 151.*

11) FABER *Leben Caroli XII. p. I. l. I. c. I. V.* LETTRES HIST. *Iuill. 97. p. 38. Dec. 99. pag. 607.* THEATR. EVR. *Tom. XV. p. 265. 460. ſqq. 609.*

vt miles vtrinque abduceretur, & Tractatus intra breue tempus absoluerentur, instabant. Consentiebat Dux Holsatiæ cum Suecis, abnuebat Rex Daniæ, 12) & Martio mense 1702. Holsaticas præfecturas Rheinbeck, Trittau, Trembsbüttel & Steinhorst, ipsum etiam Slesuicum atque Aprili mense munimenta nouiter erecta 13) armata manu occupabat, Tönningam XXVI. Aprilis sub Würtenbergico Duce obsidebat, vrbem igne ferroque nimium angustante, exteriora etiam munimenta occupante, Banerio licet summa cum fortitudine vrbem defendente. Adueniente in castra Danorum Rege, adsultus quidem tentabatur, fortiter tamen ab obsessis repulsus, vt Dani, aduentante laboranti vrbi in subsidium Fœderatorum exercitu, ex Suecico & Lüneburgico milite constante, Duce Georgio Guilielmo Cellensi, obsidionem relinquere cogerentur. 14) Castra castris ad Trauam opponebantur, & fere ventum ad manus fuisset. Sed, dum Anglorum Belgarumque classis Suecicæ accederet, & Hafniæ portum clauderet, eandem etiam ignitis globulis sine damno tamen, tentaret, ipse Suecorum Monarcha, Carolus XII. in Selandiam insulam cum exercitu irrumperet, & copiæ Saxonicæ, octo millibus constantes, quas Daniæ Rex suscepe-rat, dum ex tractu Islebiensi per terras Hannoueranas perrumpere tentarent, reiicerentur, & nunc pars classis Fœderatorum Gluckstadtii expectaretur, ipsum 15) Regem inclusura, Daniæ Rex de pace cogitare coepisse, quæ, postquam Oldesloæ XVIII. Iulii de inducias & præliminaribus quibusdam conuenissent, Trauenthalii, Ducis Holsato-Plönensis palatio æstiuo XVIII. Augusti fuit concluſa, qua pacta anteriora, vnio atque communio Prælatorum Ordinis equestris, & quorundam locorum hactenus recepta, confirmantur, plenum Ius Armandiæ, Fœderum & Fortalitiorum Duci conceditur: pactum Gluckstadtiense de Coadiutoris munere in familia Gottorpiensi confirmatur, & Duci in compensationem damnorum ducenta sexaginta Ioachimicorum millia promittuntur. 16) Hunc fructum ex hoc bello tulit Dux Cellensis, vt durante isto, noua Ratzeburgo munimenta præduceret. 17)

§. XCVII. Ineunte seculo, XVIII. Ianuarii 1701. Fridericus III. Brandenburgicus, consentiente Leopoldo, Borussiæ coronam sibi antiquo iure imponebat, adplaudentibus Germaniæ Statibus, & plerisque Europæ Regibus & Rebuspublicis, 18) quibus demum nupera pace Traiectensi Gallus etiam accessit. In Saxonia vero Inferiori noua de Coadiutore Episcopatus Lubecensis eligendo a. 1710. oriebatur controuersia. Petebat hoc Carolus, Daniæ Princeps, & Christianus Augustus, Holsatiæ Dux, eo quod per Recessum cum Capitulo 1647. concluſum, successio in Episcopatu Lubecensi ad domum Gottorpiensem per sex successiones fuerit restricta, id quod per Tractatum Glückstadtiensem a. 1667. & pacem Trauenthalensem, per Rescriptum etiam Imp. a. 1701. fuerat confirmatum. Opponebant Dani, pactum illud anni 1647. iuri Canonico & liberæ electioni esse contrarium, nec etiam ad solam lineam Gottorpiensem debere restringi, sed ad vniuersam domum Holsaticam, nec etiam de fide eiusdem non satis constare, cum desit primum, & quod vocatur, Originale Exemplar. Nihilominus XII. Martii 1701. facta electione, per maiora præferebatur Christianus Augustus. Et licet Daniæ Rex confirmationem in Aula Imperiali varie impedire conaretur, interuenientibus tamen Anglis, mortuo Augusto Friderico Episcopo, Christianus Augustus Episcopatum obtinuit, atque Gottorpiensis successio per conuentionem Alt-Ranstedtiensem denuo fuit confirmata. 19)

§. XCVIII. Ad finem properabat seculum decimum septimum, dum Fasti, Mathematicorum consilio varie emendarentur. Erhardus Weigelius, nostræ olim Academiæ fidus

12) FABER *p. I. f. II. cap. VI. XI. Einleitung zur Historie Nordisch. Kriegs pag. 200.* MONATHL. STAATS-SPIEGEL *Septemb. 1699. p. 131. December p. 81. Ienner 1700. p. 79. Februarius p. 87. August. pag. 78.*

13) Dicebatur die *Husumer, Schwabstedter, Storcker, Friedrichstadter Schantz, Einleitung p. 201.* FABER *p. I. f. II. c. XI. XII.* EVR. HISTORICVS *Tom. II. p. 2200.* LETTRES HISTOR. *Mars p. 272. 278.* THEATR. EVROP. *Tom. XV. p. 586. sqq.*

14) LETTRES HISTOR. *Iuin 1700. pag. 630.* FABER *p. I. f. I. c. XIII.* EVROP. HISTORICVS *Tom. II. pag. 2215.* THEATR. EVROP. *Tom. XV. pag. 767.* MONATHL. STAATS SPIEGEL *Iunio 1700. p. 573.*

15) FABER *p. I. f. II. c. XIV-XX. Einleitung p. 201.* EVR. HISTORICVS *Tom. IV. p. 2219.* MONATHL. STAATS-SPIEGEL *Iulius 1700. p. 64.* LETTRES HISTOR. *Iuillet 1700. pag. 34-43. Août p. 158.* De hoc bello vberius SCHMAVS *Leben Caroli XII. I. Abth. §. XV.* Adde *Acta Publica der Slesswig Holsteinischen Affairen* Fasciculis X. constantia.

16) Extat apud FABRVM *c. XXI. cap. XXII. Einleitung p. 204.* FABRI *Staats-Cantzelley Tom. V. p. 693.* EVR. HISTORICVS *Tom. II. p. 2222.* RINCK *p. 1402.* vtrique Tractatus & Oldesloensis & Trauenthalensis reperiuntur apud du MONT *Nouv. Recueil Tom. II. p. 118.* LETTRES HIST. *Iuin. 1700. p. 637. Sept. 252.* Guarantia etiam huius Tractatus a Gallix Rege fuit petita *Decemb. 1700. p. 588.* Extant *Actorum Publicorum der Schleswig Holsteinischen Affairen* Fasciculi decem, quibus scripta hanc controuersiam concernentia, & varia consilia & consultationes politicæ circa hoc negotium continentur. THEATR. EVR. *Tom. XV. p. 772. sqq.* MERC. HIST. *Sept. 1700. p. 322. sqq.* ESPRIT DES COVRS *de l' Europe Sept. 1700. p. 346.*

17) Hoc binis scriptis defenditur in FABRI *Staats-Cantzelley Tom. V. p. 436.*

18) LETTRES HISTOR. *Mars 1701.* Pacta vero cum Cæsare inita *April 1701. p. 414.* Vid. CELLARII Panegyricus Friderico, Borussorum Regi dictus, & Acta coronationis separatim edita. Grauamen desuper in Comitiis exhibebat Magnus Ordinis Teutonici Magister, cui tamen LVDEWIG respondet *im Vertheidigten Preussen.*

19) Acta extant in FABRI *Staats-Cantzelley Tom. II. pag. 65. p. X. cap. XIV.* ZSCHACKWITZ *Leben Iosephi pag. 156.* LETTRES HISTOR. *Mars 1700. p. 311.*

20) Scripta

ſidus, in diuerſis non ſolum Proteſtantium aulis, Succica potiſſimum & Danica, ſed etiam in Comitiis Ratisbonenſibus, IV. Octobris ſt. v. 1699. Calendarii emendationem proponebat, modo ſimul exhibito, qua ratione fieri poſſit. Agebatur de hoc negotio a Corpore Euangelicorum, conſultabantur alii Mathematici, horumque rationibus auditis XXIII. Septembris 1699. concluſum Corporis Euangelicorum fuit factum, vt vndecim dies poſt XVIII. Februarium ſt. v. ſequentes, ex anno 1700. eiicerentur, celebratio Paſchatos, neque iuxta Cyclum Dionyſianum in Iuliano Calendario receptum: ſed ſecundum Calculum Aſtronomicum, vti Concilii Nicæni tempore factum, inſtituatur, atque abuſus Aſtrologiæ iudiciariæ ex Calendariis tollantur. Mathematici de reliquis impoſterum inter ſe conferant. Publicabatur ex eo nouum Calendarium *der verbeſſerte Calender*, cuius adhuc vſus eſt apud Germanos Proteſtantes. 20)

§. XCIX. Tandem vero funeſtum illud bellum, quod de ſucceſſione Hiſpanica geſtum fuit, ſcribere adgredior. Tempore enim ſuperioris belli, dum Hiſpaniæ Rex Carolus II. valetudine haut adeo firma vteretur, Galli Hiſpaniæ regnis inhiabant, paſcmque ideo properabant, vt diſtracto fœdere, ipſi ad inuadenda hæc regna magis eſſent parati. Plures erant, qui viuo adhuc Carolo II. ſucceſſionem adpeterent, non Leopoldus ſolum & Galliæ Delphinus, vtrique matre Hiſpanica nati, ſed etiam Bauariæ Electior Maximilianus Emanuel, pro filio primogenito, Ioſepho Ferdinando, ex Leopoldi filia Maria Antonia, quæ matrem habuerat Margaretham Thereſiam Hiſpanicam, prognatus, quæ tamen poſt deſponſationem omni ſucceſſioni renuntiauerat, 21) & Luſitaniæ Rex Petrus, qui genus maternum a Ferdinando Catholico non ſolum ducebat, ſed etiam quod Luſitani cum Hiſpanis vno ſub climate nati, iisdem legibus, moribus & inſtitutis vterentur, adlegabat. 22) Vrgebatur Carolus II. de ſucceſſore declarando, quod arduum ratus, indies differebat, vsque dum a. 1698. Ioſephum Ferdinandum, Bauariæ Principem, facto Teſtamento ſibi ſucceſſorem declararet, deſuper proteſtante & Leopoldo & Ludouico XIV. 23) Proponente tamen apud Gallos Tallardo, primus Tractatus partitionis Hagæ Comitum XI. Octobris 1698. inter Gallos, Anglos, Belgasque ſuit confectus, tali modo, vt Bauariæ Princeps Hiſpaniæ regnum cum America, Delphinus vtriusque Siciliæ regnum, cum Guipoſcoa Prouincia & portubus in Statu Præſidii ſitis, Carolus Archi-Dux Mediolanenſem Ducatum nanciſceretur. 24). Poſtquam autem Bauariæ Princeps VI. Februarii ſt. v. 1699. Bruxellis, non ſine ſuſpicione veneni, fuiſſet extinctus, 25) noua de ſucceſſione paranda conſilia agebant Galli, in id ſolliciti, vt Angli, Belgæque, a partibus Auſtriacis abſtraherentur. Dum de nouo Tractatu iſto in aula Anglicana conſultaretur, idemque fere eſſet concluſus, Gallorum legatus in aula Hiſpanica, Marchio de Harcourt arte ſua auroque promouere ſtudebat, vt Hiſpaniæ Rex Galliæ Principem teſtamento hæredem declararet. Hoc cum ægre ferret Magnæ Britanniæ Rex, parum aberat, quin Tractatus iſte ad finem fere perductus, abrumperetur. Gallis tamen ſe excuſantibus, inſcio Rege hæc a legato fuiſſe facta, 26) tandem III. Martii 1700. Tractatus iſte Partitionis (*Partage-Traĉat*) Londini fuit ſignatus. Eodem Hiſpania, vna cum America & Belgii prouinciis Carolo, Auſtriæ Archi-Duci: vtriusque Siciliæ regnum vna cum Italiæ portubus Galliæ Delphino, Mediolanenſis Ducatus Lotharingiæ Duci, ceſſo tamen Gallis Ducatu auito, Guipiſcoa etiam prouincia ad Galliæ fines ſita, Gallis relinqueretur: hac adiecta conditione, ne Auſtriæ Archidux Carolus, viuo adhuc Carolo II. Rege, nec in Hiſpaniam veniret, nec Mediolanum. 27) Et licet eundem inter ſecreta haberi, fuiſſet concluſum, Galli tamen hunc Tractatum ſtatim publicabant. Nec Cæſari nec Hiſpano iſte placebat, quin potius Hiſpani legatus in aula Londinenſi Marchio de Canales verbis admodum acerbis de eodem quereretur, quo ipſo hoc promeruit, vt aula prohiberetur, auocato etiam Angliæ legato Stanhopio, ex aula Hiſpanica. 28) Et licet Heluetii & Status Italiæ ad probandum iſtum Tracta-

20) Scripta huc facientia reperiuntur in FABRI *Staats-Canzelley Tom. IV. p. 744.* THEATR. EVR. *Tom. XV. p. 691.* Facit huc etiam IACOBI BRVNNEMANNI *diſſertatio de Iure vndecim dierum Calendario ſubtractarum.* RINCK *p. 1350.* MONATHL. STAATS-SPIEGEL *Febr. 1699. p. 45. Martius p. 44. April p. 20. May p. 30. Iunius 1699. p. 27. Iulius p. 48. October 1699. p. 36. Nouember 1699. p. 25. December p. 10. 1700. Ienner p. 39. Februarius p. 9. 78. 106. 120. Martius p. 59. Aprilis p. 49. May p. 47. Iulius p. 56.*

21) Adlegat hanc renunciationem de la *Torre Memoires p. 4. 24.* dicens tamen hanc apud Hiſpanos plane fuiſſe ignotam.

22) LEBEN CAROLI III. *p. I. ſub initium* Reſponſio legato Gallico data LETTRES HISTOR. *Mai 99. p. 355.*

23) LEBEN CAROLI III. *p. I. p. 39.* MEM. DE LA GVERRE *Tom. I. p. 207.* LETTRES HIST. *Ianv. 99. p. 97. Fevr. p. 236.*

24) Extant ap. du MONT *nouveau Recueil T. II. pag. 32.*

25) MEM. DE LA GVERRE *Tom. I. p. 212. ſi cette mort prematurée fut naturelle ou violente ſ'en laiſſe la deciſion aux ſuiſeurs d' horoſcope.*

26) MEM. DE LA GVERRE *Tom. I. pag. 213.* LETTRES HISTOR. *Fevr. p. 238.* LEBEN CAROLI III. *p. I. p. 43.* SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *p. 25.*

27) Extat Tractatus iſte im LEBEN CAROLI III. *p. I. p. 57.* apud du MONT *Tom. II. p. 104.* LETTRES HISTOR. *Iuin 1700. p. 658. Août p. 538.* in CASSANDRI THVCELII *Aſſis Publicis Tomo I. c. IV. p. 279.* SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *p. 37.* SCHAVPLATZ DES KRIEGES *in Italien pag. 752.* MEM. DE LA GVERRE *Tom. I. p. 221.* MONATHL. STAATS-SPIEGEL *Iulio 1700. p. 74. Septembr. p. 61.*

28) MEM. DE LA GVERRE *Tom. I. p. 235.* LEBEN CAROLI III. *p. I. p. 75.* LETTRES HIST. *Dec. 99. p. 1600.* MONATHL. STAATS-SPIEGEL *Decembr. 1699. p. 54.*

29) Quid

Tractatum ſollicitarentur, renuebant tamen ſinguli. 29) Dum igitur Hiſpaniæ Rex ægre ferret, exteros de hæreditate ipſius adhuc viui paciſci, Galli omnem culpam in Anglos Belgasque, vt ipſos eo magis inuiſos redderent, reiiciebant, Clerum in partes ſuas trahebant, vtque Gallorum Rex Zelum ſuum erga Religionem Catholicam demonſtraret, atque Hiſpanis tanto magis acceptum ſe ferret, nouo edicto illud de a. 1685. per quod Edictum Nannetenſe fuerit reuocatum confirmatum, Archiepiſcopum potiſſimum Toletanum, Hiſpaniæ Primatem, Cardinalem Porto Carero, auroque diuerſos Proceres, atque inter hos Ducem de Medina Celi ſibi conciliabant, artibus etiam ſuis id curabant, vt, qui Auſtriacæ domui fauerent Proceres, ſub vario prætextu ex aula dimitterentur. 30) His ita præparatis, Teſtamentum a Gallis ſubornatum, Cardinalis Portocarero promouebat. Licet enim Carolus, decumbens adhuc, Auſtriacæ domui faueret, Ducem etiam de Moles Viennam miſiſſet, qui Cæſari poteſtatem traderet, viuo adhuc ipſo, Mediolanenſem Ducatum occupandi. 31) Cardinalis tamen Regem vel ſuperſtitione, vel ne Hiſpanica Monarchia diſtraheretur, motum, ad ſubſignandum teſtamentum, II. Octobris ipſi propoſitum, adigebat, 32) Conſtat illud LIX. articulis, inter quos decimus quartus & quintus ſucceſſionem Duci Andegauenſi definit, hac tamen conditione adiecta, ne Hiſpania vnquam cum Gallia coniungeretur. Andegauenſi vero ſine poſteris extincto, ſucceſſio ad Ducem Bituricenſem, & poſt hunc, eiusdemque poſteritatem, ad Carolum Auſtriacum deuoluereturr, ſubſtituto huic Sabaudiæ Duces. 33)

§. C. Defuncto igitur Kl. Nouembris 1700. Carolo II. Teſtamentum Regis ſtatim aperiebatur publicabaturque, & Conſilium formabatur, Iunta dictum, quod Regimini vsque ad Andegauenſis in Hiſpaniam aduentum, præſit. Conſtituebant illud Regina vidua, Emanuel Arias Senatus Caſtiliæ Præſes, Dux de Montalto Senatus Arragonici Præſes, Archiepiſcopus Toletanus, Balthaſar Mendoza Inquiſitor Generalis, vnus ex Hiſpaniæ Magnatibus & Conſiliariis Status, Rodericus Manuel Manrique de Lara Comes de Beneuento, qui datis ad Galliæ Regem litteris, ipſi ſignificabant: Andegauenſem Ducem declaratum fuiſſe Regem ſucceſſorem, quem ad acceptandam ſucceſſionem inuitabant. 34) Et licet in Senatu Gallicano non deeſſent, qui a concluſo iamdum Tractatu Partitionis reſiliri non poſſe iudicarent, rem etiam eſſe inuidiæ plenam, ſi Rex omnem adpeteret Hiſpaniam, quo ipſo vniuerſam contra ſe concitaret Europam. Præualuit tamen, obſtetricante potiſſimum Delphino, & de Maintenon, Gallorum dominandi cupido, Teſtamentum acceptabatur, Partitionis Tractatu amplius ſe haut teneri rati, eo quod a Cæſare non fuerit ſubſcriptus. Declarabat igitur Galliæ Rex in Procerum Conuentu, Philippum Andegauenſem Hiſpaniæ Regem, 35) & concluſo cum ipſo arctiſſimo fœdere, ſibi Du-

29) Quid cum Heluetis hoc in negotio fuerit actum, patet ex ſcriptis apud CASSANDRVM THVCELIVM *Actis Publicis Tom. I. p. 288. ſqq. & p. 296.* LETTRES HIST. *Iunv. 1701. p. 45.* ſcriptum Galliæ legatorum in conuentu Sueuicorum Vlmenſi exhibitum, LEBEN CAROLI III. *p. I. pag. 71.* Quid cum Italis LETTR. HIST. *Sept. 1700. p. 240.*

30) LEBEN CAROLI III. *p. I. pag. 73.* SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *p. 40.* Varias Gallorum artes & conſilia apud Hiſpanos, in Gallia & Romæ ſuper hac ſucceſſione agitata exponunt Mr. de la TORRE *Memoires & Negotiations Secretes de diverſes Cours de l' Europe à la Haye 1721. 12.*

31) MEM. DE LA GVERRE *Tom. I. p. 239.* CASSANDRI THVCELII *Acta Publ. Tom. II. p. 171.* LEBEN CAROLI III. *p. II. p. 54.* Manifeſtum Ducis de eo reperitur apud THVCELIVM *Tom. II. p. 171.* LETTRES HIST. *Aout 1700. p. 178. ainſi tout ce que vous aurez de moi, c' eſt que le Duc de Moles Ambaſſadeur d' Eſpagne arriva le 9. Iuillet à Vienne, qu' il a eu depuis diverſes audiences de l' Empereur, & diverſes conferences avec ſes Miniſtres. Que le Comte Auerſperg ci-devant Envoyé extraordinaire de ſa Maieſté Imperiale en Angleterre, a receu ordre de ſe rendre en qualité d' Ambaſſadeur à Madrid pour y relever le ieune Comte d' Harrach, & que le Prince Fondi doit aller dit-on dans peu en Italie avec vne Commiſſion ſecrete concernant certaine Ligue, qui ſe traite en ce pais-la contre l' execution du Traité de partage.* Oct. p. 440. *on a d' vn autre côte nommé divers Miniſtres pour aller dans les Cours etrangeres tant en Italie qu' en Suede & en Dannemarc, pour y faire des repreſentations ſur l' état des affaires & porter s' il ſe peut tous les Princes de l' Europe a ſe liguer enſemble contre le Traité de partage. On avoit auſſi propoſé de recevoir quelques Troupes Imperiales à Naples, en Sicile, à Milan & même dans le Corps d' Eſpagne, mais les trois Puiſſances Alliées en ayant été avertica, & ingeant, que par ce moyen au lieu d' vn partage paiſible il en faudroit faire vn l' epée à la main, ce qu' elles ont eu en vûe d' eviter, elles ont fait preſenter par leurs Miniſtres des Memoires là deſſus au Roy.* Sequitur ſcriptum de Blecourt, qui legatus Gallorum erat extraordinarius. Manifeſtum Ducis exhibetur *Auril 1703. p. 379.*

32) LEBEN CAROLI III. *p. I. p.* 94. BVDDEVS *de Teſtamento Caroli II. c. II. §. I. II.* MEM. DE LA GVERRE *Tom. I. p.* 246. Teſtantur de Teſtamento ſuppoſito litteræ Admirantis Caſtiliæ ad Clementem XI. Papam ſcriptæ LETTRES HISTOR. *a.* 1704. *p.* 370. LEBEN CAROLI III. *p. II. p.* 190. EVR. FAMA *p. XXIX. p.* 298. LEBEN CLEMENTIS XI. *Tom. I. p.* 622.

33) Extat Teſtamentum illud in MEM. DE LA GVERRE *Tom. I. pag.* 253. LEBEN CAROLI III. *p. I. p.* 95. FABRI *Staats-Cantzelley Tom. V. p.* 735. CASSANDRI THVCELII *Acta Publica Tom. V. c. V. p.* 299.

34) Extant hæc ſcripta in LEBEN CAROLI III. *p. I. p.* 171. HISTORIE SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG p. 16. 45. FABRI *Staats-Cantzelley Tom. V. p.* 734. 782. *Tom. VIII. p.* 501. LETTR. HIST. *Dec.* 1700. *p.* 600. 634. CASSANDRI THVCELII *Acta Publica Tom. I. pag.* 510. EVR. HISTORICVS *Tom. II. p.* 2262. THEATR. EVR. *Tom. XV. p.* 825. du MONT *nouveau Recueil Tom. II. pag.* 412. MEM. DE LA GVERRE *Tom. I. p.* 273.

35) MEM. DE LA GVERRE *Tom. I. p.* 278. LEBEN CAROLI III. *p. I. p.* 176.

bi Ducatum Mediolanenſem, Belgium & Guipiſcoam prouinciam, vna cum iure Commerciorum Indiæ Occidentalis ſtipulabatur. 36) Omnes igitur Hiſpaniæ prouinciæ harum Præſidibus pretio conductis, Andegauenſi ſe ſubiiciebant, & licet non deeſſent, qui Cæſaris adhuc partes fouerent in Hiſpania, atque inter hos ipſa Regina, & qui Cæſari fuerat a Confeſſionibus de las Torres, Teſtamentum Regi fuiſſe ſuppoſitum, tradens, iſti tamen a maiori parte victi, vix contradicere audebant, vt vel regno vel aula excederent. 37) Accedebat Gallis Bauariæ Electior, vel odio erga Belgas Fœderatos, vel alia de cauſſa Gallis ex fœdere fauens, vel etiam maiora moliens. Quem ſequebatur Vaudemontius Princeps auro Gallico conductus, aliique Prouinciarum Præſides, vt Galli integram Monarchiam Hiſpanicam ſine ſanguine intra paucarum hebdomadum ſpatium nanciſcerentur. 38) Imp. nihil tunc ſupererat, quam vt Ludouicus Comes de Harrach non ſolum poſt publicatum teſtamentum, ſed ante diſceſſum ſuum Madriti XXVII. Ianuarii 1701. contra Teſtamentum proteſtaretur. 39) Apud Gallos vero Aurelianenſis Dux Philippus matre Hiſpana natus, contra Teſtamentum proteſtabatur. 40)

§. CI. His ita præparatis, Philippus Andegauenſis, poſtquam apud Hiſpanos XIV. Nouembris in Regem eſſet proclamatus 41) Galliæque Rex publico ſcripto ipſi ſucceſſionem regni Gallicani reſeruaſſet, 42) IV. Decembris 1700. ex Gallia in Hiſpaniam tendebat, atque XIV. Aprilis 1701. Madritum, magna ſolennitate intrabat, & præſtito iuramento homagium ſolenniter ſuſcipiebat. 43) Neque tamen iniuſte occupatam eſſe Hiſpaniæ Monarchiam Galli prætexebant, quin potius cauſſam ſuam diuerſis coloribus defenderent. 44) Nitebantur iſti ſucceſſione lineali cognatica, apud Hiſpanos recepta, quæ extinctis eiusdem lineæ maſculis, fœminis ſecundum nativitatis ordinem, harumque hæredibus ſuccedendi ius deferat. Philippi III. autem filii primogenita, Anna Maria, Ludouico XIII. fuerat nupta, ex eademque Ludouicus XIV. prognatus. Caroli II. Regis vltimo defuncti ſoror primogenita Maria Thereſia, extinctis maſculis, ſucceſſionis ordine ad Delphinum hæreditate detuliſſe dicebatur, & hoc renuntiante, ad ipſius poſteros. 45) Alterum ius ex Teſtamento erat Regis vltimo defuncti. Tertium ex vocationis iure, ab Hiſpaniæ Proceribus factæ, & quæ exinde certa fuerat regni poſſeſſio. Aſt, regerebant Cæſarei, ſucceſſionem linealem cognaticam ſe in Hiſpaniæ quidem ſucceſſione adgnoſcere, legibus exemplisque firmatam, excludi tamen Hiſpanorum primogenitas ob factum renuntiationem. Dum enim Anna a. 1612. Ludouico XIII. nuptui



36) LEBEN CAROLI III. *p. I. p.* 192. 210.

37) LEBEN CAROLI III. *p. I. p.* 184. 211. SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *pag.* 79. Qua ratione in vrbes Belgicas fuerint recepti, deſcribitur in LETTRES HIST. *Fevr.* 1701. *p.* 241.

38) Electorem Belgas ideo odio habuiſſe, tradunt MEM. DE LA GVERRE *Tom. I. pag.* 298. quod argenti ſummas, quas poſtulauerat, mutuo concedere denegarent Amſtelodamenſes. LEBEN CAROLI III. *p. I. p.* 191. SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 51. Vaudemontius qua ratione Gallis acceſſerit, exponitur LETTR. HIST. *Ianv.* 1701. *p.* 41. *Fevr. p.* 137.

39) LEBEN CAROLI III. *p. I. p.* 183. 215. SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 47. 87. THVCELIVS *pag.* 314. LETTR. HISTOR. *Mars* 1701. *p.* 314.

40) MERC. HIST. *Tom. XXXI.* LEBEN CAROLI III. *p. I. p.* 190. 558. SVCCESSIONSKRIEG *p.* 91. MEM. DE LA GVERRE *Tom. I. p.* 285. LETTRES HIST. *Iuin* 1701. *p.* 684.

41) SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *pag.* 50.

42) Extat iſtud in LETTRES HIST. *Mars* 1701. *p.* 308.

43) SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 73. *ſqq.* LETTRES HIST. *Ianv.* 1701. *p.* 70. *Fev. p.* 178. *Mars p.* 293. *Avril p.* 474. *Mai* 1701. *p.* 582. *Iuin* 1701. *p.* 719.

44) A Gallorum quidem partibus faciunt AVBERIVS, GEORGIVS ABVSSON, aliique ſcriptores, ſupra iamdum §. *XXII.* adlegati, qui poſt mortem Philippi IV. iura ſucceſſionis Gallorum in Hiſpaniæ prouincias demonſtrare voluerunt. Quibus accedunt VLRICI OBRECHTI *Excerpta Hiſtorica & Iuridica de natura ſucceſſionis Hiſpanicæ in Monarchiam Hiſpaniæ* 1700. 4. Accedit *Iniuſtitia Belli Auſtriaci contra Catholicum Hiſpaniarum Regem Philippum II. Neapoli* 1705.

45) Ordo ſucceſſionis ex hoc ſchemate patet?

petui collocaretur, ista solenni Instrumento, pro se ac successoribus omni iure in successionem Hispanicam renuntiat, promissis in compensationem quingentis millibus aureorum. 45) Hæc renuntiatio etiam a Philippo III, instantibus Proceribus a. 1618. publica lege fuit confirmata. 47) Eadem ratio habita fuit, dum Maria Theresia, post pacem Pyrenæam a. 1661. Ludouico XIV. iungeretur, Maria enim iam annum ætatis vigesimum agens vna cum Ludouico non solum per conuentionem matrimonialem VII. Nouembris 1659. erectam, atque a Galliarum Rege ratihabitam, 48) omni successionis iuri renuntiat, sed etiam antequam adhuc in Galliam reduceretur, publicum renuntiationis Instrumentum in vrbe Fontis Rapidi II. Iunii 1660. in præsentia Hispaniæ Procerum, solenni iuramento firmat, 49) ad eandemque Conuentionem matrimonialem, iamdum in Pace Pyrenæa a Ludouico XIV. & Philippo IV. prouocatur, quod eandem vim habere debeat, quam ipsa pax iuramento firmata. 50) Obiiciunt equidem Galli, renuntiationem in Hispania locum non habere, vbi maioratus moribus legibusque recepti, contra quas renuntiationes non valeant. Et si vel maxime Anna & Maria pro se renuntiare valuerint, hoc tamen posteris illorum, ius quæsitum ad successionem ex sanguinis iure habentibus, præiudicium nullum posse adferre, immo dictam renuntiationem, prout tamen pactum fuerat, tempore nuptiarum, nec a Rege Christianissimo, nec ab Infante Maria Theresia fuisse ratam habitam, & iuramento confirmatam, nec, prout conuenerat, actis Senatus Parisiensis insertam, quid quod, dotem quingentorum millium aureorum in renuntiationis compensationem promissam, non fuisse solutam. Et cessare nunc exclusionis Gallorum rationem, ob vitandam Galliæ cum Hispania vnionem, quæ per testamentum Caroli II. in perpetuum seiungantur. Verum, renuntiationes non solum in Hispania, sed etiam Gentium Iure esse validas, Doctores adserunt. 51) Et licet hæredibus iamdum natis præiudicium per renuntiationem parentum adferri nequeat, aliud tamen esse circa hæredes nascituros, qui, dum tempore renuntiationis nondum existant, tunc demum nati, postquam parentes iure suo iamdum excidissent, nullo iure vti possint, quod non nisi per parentes ad istos deuoluendum. 52) Nec omissam tempore nuptiarum confirmationem quidpiam facere, cum in prima conventione a Rege Christianissimo ratihabita, expressis verbis prouisum sit, ne talis omissio si contigisset, detrimenti quid pactis adferret. 53) Dotem autem ob omissam dictam ratihabitionem, non fuisse solutam, prout singulari scripto desuper protestatus fuit Philippus IV. 54) Nec Gallos ad vitandam saltim vnionem fuisse exclusos, sed etiam ob bonum publicum, ad seruandam æqualitatem

|	Electoris
|	|
Philippus Andegauensis	Iosephus Ferdinandus † 6. Febr. 1699.

46) Inserta sunt hæc pacta dotalia Iuri Austriaco in successionem Hispanicam apud CASSANDRVM THVCELIVM *Actis Publicis* Tom. I. pag. 426. *namque in omnibus istis casibus dicta Domna Anna infans ait & declarat esse se & manere bene & debite exclusam vnaque simul omnes illius liberos descendentes mares & feminas, licet dicant, aut dicere vel prætendere queant, quod in illorum persona locum non inueniant nec considerari debeant aut possint rationes causæ publicæ aliænæ, super quibus fundari possit hæc exclusio.* THVCELIVS *p.* 419.

47) THVCELIVS *p.* 435.

48) Extat Instrumentum apud THVCELIVM *p.* 436. hæc autem renuntiatio iisdem verbis, eodem tenore fuit facta, ac prior Ratihabitio Gallica Tolosæ XXIV. Nouembris 1689. extat apud THVCELIVM *p.* 459.

49) THVCELIVS *p.* 443.

50) Art. XXXIII. *quo pax ista, fraternitas & bona amicitia iuxta votum firmior, durabilior & indissolubilior maneat, contentum & stabilitum fuit nomine dictorum Dominorum Regum, vt sua Maiestas Christianissima vxorem ducat Infantem Domnam Mariam Theresiam filiam maiorem suæ Maiestatis Catholicæ, in quem finem dicti Ministri Comes Dux de Oliuarets & Cardinalis Dux Mazzarinus vi mandati specialis, quo muniti sunt, inierunt eodem die, qui & huic tractatui subrogatus est, alium tractatum particularem super conditionibus dicti matrimonii & tempore celebrationis, prout illic expressum est, qui quidem tractatus, etsi separatus a præsenti tractatu pacis sit, eiusdem nihilominus cum hoc roboris & vigoris est tanquam eiusdem pars principalior illiusque securitatis & durationis pretiosissima arrha.*

51) Renuntiationes enim in Hispaniæ Maioratibus valere, late demonstrauit PELETZ a MERES de *Maioratibus Hispaniæ p. III. qu. XVIII. n. 13. sqq.* BVDDEVS de *Testamento Caroli II. cap. II. §. XI.*

52) GROTIVS de I. B. & Pacis c. IV. §. X. *Secundum est, nullam esse sicut nec vlla sunt accidentia rei non existentis, quare si populus, a cuius voluntate ius regnandi proficiscitur, voluntatem mutet, iis qui nondum nati sunt, vt quibus ius quæsitum nondum est, nullam facit iniuriam.* Hæc BVDDEVS *cap. II. §. XVII. XVIII.* ad præsentem casum egregie adplicat.

53) THVCELIVS *p.* 461.

54) Extat ista declaratio apud THVCELIVM *p.* 461. *per aliam clausulam dictæ capitulationis obtuli pro dote dictæ Infantæ meæ filiæ quingenta millia coronatorum solis, inclusis seu comprehensis legitimis, paterna & materna, & aliis quibuscunque iuribus, idque factum est sub pacto & conditione approbandi & ratam habendi vna cum Rege Christianissimo statim atque illius nuptiæ celebrarentur, dictam renuntiationem cum iureiurando ac clausulis necessariis, & vt acceptaretur a Parlamento Parisiensi forma & vigore solitis, documentaque mihi aut meo successori transmitterentur; id vero hactenus a Rege Christianissimo & dicta Infante mea filia impletum non est, quare liber sui & sum ab obligatione soluendæ dotis, quam obtuli.*

55) Hoc

tem Europæ, & Statum vtriusque nationis diuersum, Austriacæ etiam Domus potentiam conseruandam. 55) Nec ex Testamento Gallis ius accedere potuit, dum illud pro valido haberi nequeat, eo quod, Regis consensus defuisse videatur, testamentum etiam indeicommisso Philippi III. & IV. Legibus Hispanicis, & iuri Austriaco tot pactis firmato repugnet. Immo, si vel maxime validum, circa Belgium Hispanicum & Ducatum Mediolanensem minime valeat, de quibus feudales leges sine domini directi consensu disponere prohibeant. 56) Nec possessionis iura mala fide adreptæ hic queant adlegari.

§. CII. Potius igitur Austriacæ domui iura in Hispaniam esse integra, Leges & pacta Hispanica indicant. Exclusis enim ob dictam renuntiationem Hispaniæ Infantibus, Galliæ Regibus matrimonio iunctis, iusta succedendi ratio ad reliquas deuoluitur. Philippi III. igitur secundo genita Maria Anna, Ferdinando III. fuit iuncta. Philippi IV. secundogenita, Margaretha Theresia Leopoldo, qui non solum matre Hispanica natus, ipse ius habebat cernendi hæreditatem, sed etiam ob matrimonium Hispanicum succedendi ius ad posteros deuoluerat. Accedebane pacta dotalia inter Ferdinandum II. & Philippum IV. pro Ferdinando III. Vngariæ & Bohemiæ Rege, & infante Maria, a. 1628. inita. 57) Confirmat eandem successionem Testamentum Philippi III. XXX. Martii 1621. conditum, per quod successio in dictam Mariam, si Philippus IV. sine posteris fuerit extinctus, eiusdemque posteros definitur. 58) Confirmat illud Testamentum Philippi IV. qui non solum dictas renuntiationes adprobat, sed etiam extinctis posteris masculis, hæredem instituit Margaretham, filiam secundo genitam illiusque filios & filias descendentes, mares & fœminas, iisdemque non exstantibus, instituit Mariæ Annæ Ferdinando III. nuptæ, posteros, atque his deficientibus, Catharinæ, Sabaudiæ Ducissæ posteritatem. 59) Vltimum domus Austriacæ ius pactis inter Carolum V. & Ferdinandum I. a. 1521. initis nititur, quibus de mutua successione, extincta vna linea, fuit cautum, 60) ita, vt extincta Maximiliani II. posteritate masculà, Hispaniæ Rex, cui ob matrimonium cum Anna Maximiliani II. filia, ius in successionem fuerat enatum, per speciale pactum VI. Iunii 1617. successioni in Regnum Vngariæ atque Bohemiæ renuntiare necessum haberet. 61) Ex hoc pacto Austriæ Archi-Ducès ex iure agnationis in Regnum Hispaniæ succedunt.

§. CIII. Cæsar igitur pro vindicando iure suo non militem solum colligebat, sed etiam

55) Hoc in scripto cui titulus *La Defense du droit de La Maison d' Autriche à la succession d' Espagne* plenius declaratur. BVDDEVS *de testamento Caroli II. cap. II. §. XXI. XXII. XXIII.*

56) Vtraque modo adlegata scripta, Testamentum illud pro inualido esse habendum, firmis sane rationibus declarant. Sic etiam in THVCELII *Tomo I. p.* 331. scriptum reperitur, quo demonstratur, Ducatum Mediolanensem esse feudum Imperii masculum, cum Caroli V. Aurea Bulla de iure successionis in Ducatum Mediolanensem.

57) Inter CASSANDRI THVCELII *Acta publica Tom. I.* integrum Caput quintum huc facit, in quo, præter diuersa Acta Publica reperiuntur *Synopsis quorundam Iurium Austriacorum in successionem Hispaniæam. Ius Austriacum in Monarchiam Hispanicam assertum. Ius Hispano-Austriacum assertum. Considerations & Remarques sur la succession du Duc d' Anjou.* In Tomo II. cap. IV. extat *Excerptorum Historicorum & Iuridicorum Continuatio I. II. III. Reflexions sur divers Ecrits, concernants la Succession à la Monarchie d' Espagne. Iustitia Augustæ Domus Austriacæ in regna & provincias Hispanicas, veris rerum argumentis illustrata.* Separatim prodiit 10. ALVARES de COSTA *Aquila Augusta, trisulco obarmata fulmine, seu Carolus Tertius Austriacus, Rex Hispaniarum assertus, Amstelodami* 1705. *f.* Facit huc etiam 10. FRANCISCI BVDDEI *dissertatio de Testamentis summorum Imperantium, speciatim Caroli II. Hispaniæ Regis, Halæ* 1701. 4. & dum Autores Diarii litterarum Treuoltiensis breuibus contradicerent, ansam dabant nouo scripto, quod hoc titulo prodiit: *vlterior disquisitio de iure gentis Austriacæ in successionem Hispanicam.* 10. CHRISTIANI MEISSII *Dissertatio de Successione Hispanica, Lipsiæ* 1709. 4. Præter hæc extant *Trois lettres sur la succession d' Espagne. Iudicium Poëticum super controuersia successionis Hispaniæ, Pragæ* 1702. *f. La Iustice encouragée contre les chicanes & les menaces d' vn Partisan de Bourbons. La Partage de Lion. Classicum belli Hispano Gallici. Staats-Anmerckungen über die Succession des Hertzogs von Anjou. Grillen über den ietzigen Zustand der Monarchie Spanien. Curiose Staatsfrage, wer in dem grossen Monarchischen Kœnigreich Spanien der rechtmæssige Successor seyn sol, Cœlln* 1700. 4. Diss. *de Renuntiatione successionis linealis cognaticæ* 1711. 4. Adde *Nichtsgültige Franzœsische Renuntiation* in DIARII EVROPAEI *Appendice Tomi XV.* LEBEN CAROLI III. *p. I. p.* 231. LETTR. HISTOR. *May* 1701. *p.* 541. *Sept. p.* 493.

58) Dictum de eo iam *Sect. super. §. vlt.*

59) Ius Austriacum apud THVCELIVM *pag.* 464. postquam de renuntiatione Annæ fuisset dictum, in Testamento confirmatur verbis: *hi bine consequens est, vt pro statu præsente remanserit ceu filia mea maior & vnica in casibus enunciatis in dictis capitulationibus matrimonialibus infans domna Maria, quam cum omni progenie legitima & non legitimata post extinctas personas & descendentes dictorum Principis Domni Philippi, Infantumque Domni Caroli & Domni Ferdinandi eorumque descendentium succedere debere in istis Regnis & Dominis declaro & iubeo.*

60) THVCELIVS p. 465. *sivi dictum est, princeps decessirit, quod Deus prohibeat, non relictis liberis aut descendentibus maribus aut fœminis legitimis & ex legitimo matrimonio genitis, aut si Deus pluribus me filiis maribus ex hoc vel alio matrimonio auxerit, illique mortui fuerint liberis aut descendentibus non relictis, prout dictum est, in defectu ipsorum, hæredem vniuersalem omnium dictorum meorum Regnorum, Statuum & Dominiorum instituo Infantem Domnam Margaritam filiam meam & Reginæ Domnæ Mariæ Annæ coniugis meæ charissimæ & amatissimæ, illiusque filios & filias descendentes mares & fœminas, legitimos & ex legitimo matrimonio prognatos, quos Deus illi dederit.*

61) Vide supra *Sect. VIII. §. VII.* Demon-

etiam de fœderibus sibi prospiciebat, nec Galli circa eadem vacabant. Collegerat enim viuo adhuc Carolo, Galliæ Rex militem octodecim millium in Hispaniæ confiniis, sub prætextu tuendæ partitionis, qui nunc ad Regni occupationem, si opus foret, præsto essent. 62) Cum Gallo arcanum fœdus concludebat Bauarus & Colonienſis Electo̊r, maiora molientes. 63) Helueti etiam Catholici Andegauenſem pro Hiſpaniæ Rege adgnoſcebant, fruſtra licet eos ſollicitante Trautmansdorfio Comite, qui Cæſaris apud ipſos legationem obibat, 64) & Luſitaniæ Rex pacto cum Gallis fœdere. 65) Fœderati Belgæ ſibi copiisque ſuis metuentes, quarum duodecim millia ex pacto cum Carolo II. inito, in præſidiis Belgii Hiſpanici detinebantur, quas Galli non niſi adgnito pro Rege Andegauenſi dimittere volebant, quo ipſo moti, Andegauenſem pro Rege adgnoſcunt, his tamen conditionibus, vt ipſis de ſecuritate proſpiceretur. 66) Dum interim Belgæ fœderati non ſolum fœdus Traiectenſe, quo ipſorum nititur Reſpublica, denuo iuramento confirmarent, 67) ſed etiam Guilielmo III. ſecreto ſignificarent, quid ipſos ad adgnoſcendum Andegauenſem permouerit. Guilielmus III. vero M. Britanniæ Rex eluſum ſe ſentiens, conuocato Parlamento, arma in Gallos meditabatur. Et licet inter Proceres, membraque Parlamenti non deeſſent, qui artibus auroque Gallico inducti, potius diſſidia inter Regem & Parlamentum diſſeminarent, cauſſam Tractatus Partitionis examinarent, Regis Miniſtros, qui eundem conſulerant, ad reddendam rationem inuitarent, ortis tamen exinde variis turbis, Rex ad diſſoluendum hoc Parlamentum, nouumque conuocandum commouebatur. Dum autem mortuo apud Gallos Iacobo II, qui ex Angliæ regno fuerat deiectus, Galli Principem Walliæ ſuppoſititium ſub Iacobi III. nomine, pro Rege declararent, idque pace Ryſwicenſi aduerſaretur, 68) concitabat hoc Parlamentum, vt ſubſidia Regi ad bellum contra Gallos decernerent: Belgæ interim cum Gallis, vt ipſis de limitum ſecuritate proſpiciatur, agentes, Anglicum etiam legatum ad hos Tractatus admitti volebant, ægre conſentiente Gallorum legato, Comite Auauxio. Inſtitutis igitur congreſſibus, Angliæ legatus XXII. Martii 1701. Gallis certa capita proponebat, vt de ſatisfactione domus Auſtriacæ ageretur, Galliæ Rex præſidium ex oppidis deduceret, quæ ſaltim præſidiis Hiſpanicis & Belgicis firmarentur, Anglis in ſecuritatem Oſtenda & Nouus Portus traderetur, nulla Hiſpaniæ Monarchiæ prouincia Gallis vnquam traderetur, pacta inter Anglos Gallosque confirmarentur, Anglis libertas Commerciorum in America concederetur. His conceſſis, Guilielmus ſe Philippum pro Rege eſſe agniturum, declarabat. Accedebant hiſce poſtulatis Belgæ, ius præſidii in Geldriæ oppidis Venloa, Ruremonda, Stephani inſula, Luxenburgo, Namurco, Caroloregio, Montibus, Tenieramunda, in finium ſuorum ſecuritatem prætendentes. Sed dum Auauxius declararet, Regem ſuum ex Hiſpanica ſucceſſione ne pagum quidem eſſe ceſſurum, nec Anglis Belgisque concedere velle, quæ poſtulabant, Tractatus abrumpebantur; legatus auocabatur. 69) Fœdus igitur XVII. Septembris 1701. inter Imp. Anglos,

ſtratur hoc plenius in Iure Auſtriaco vindicato *pag.* 31. Adgnationis autem ſchema tale eſt:



62) LEBEN CAROLI III. *p. I. p.* 82.

63) De fœdere cum Gallis plenius agitur in MEM. DE LA GVERRE *Tom. I. p.* 304. in quo etiam *art. VI.* continetur de Imp. throno Imperiali priuando, qui Bauaro dein deferendus. SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 55.

64) Quid apud Heluetos actum, ſcripta docent apud THVCELIVM *Tom. I. pag.* 327. 374. *Tom. II. c. V.* LETTRES HISTOR. *May* 1701. *p.* 545. SVCCESSIONS-KRIEG *pag.* 58. LEBEN CAROLI *p. I. p.* 394. 892. 938.

65) SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 59. LEBEN CAROLI *p. I. p.* 432. Extat fœdus in LETTRES HIST. *Dec.* 1701. *p.* 700.

66) Quam humaniter, & quibus artibus, Belgas Fœderatos in partes ſuas pellicere conatus fuerit Rex Gallorum, traditur im LEBEN CAROLI III. *p. I. p.* 194. LETTRES HISTOR. *Ianv.* 1701. *p.* 113. *Mars p.* 337. *Avril.* 1701. *p.* 487. Belgarum Conſilia *p.* 337. Promouebant hæc artes Gallorum poſt pacem Ryſwicenſem, quibus promotum, vt pleræque copiæ dimitterentur, ne excreſceret nimis potentia Arauſionenſis. Quid in Belgarum congreſſu generali decretum, exponit THVCELIVS *Actis Publicis Tom. I. p.* 319. 329. 361. 364. SVCCESSIONS-KRIEG *pag.* 60. MEM. DE LA GVERRE *Tom. I. pag.* 321. LEBEN CAROLI *p. I. p.* 346. RINCK *p.* 1438. LETTR. HISTOR. *Ianv.* 1702. *p.* 74.

67) De hoc LETTRES HISTOR. *May* 1702. *pag.* 580.

68) MEM. DE LA GVERRE Tom. I. p. 195. *Car, le Roy Iaques ſtant venu a mourir, il reconnût tout auſſitôt le ieune Prince de Galles pour Roi d' Angleterre, & deſavoua par là tout ce qu' avoit le Maréchal de Bouflers avec le Comte de Portland dans cette célèbre entreuüe qu' ils eurent a Tubiſe. Comme la Cour de France avoit trésbien prévû ce qui venoit d' arriver, elle eut ſoin en reconnoiſſant le Prince d' Orange pour Roi, de faire publier au Roi Iaques une proteſtation contre tout ce qui ſe feroit à la Paix de Ryſwik au préiudice de ſes intérets ſuivant ce plan, le Prince d' Orange ne fut proprement reconnu pour Roi que pour faire la Paix, la quelle étant faite, la Scene changea.*

69) Extant hæc poſtulata in THVCELII *Actis Publicis Tom. I. p.* 370. LEBEN CAROLI *p. I. p.* 444. LET-

glos, Belgasque, promouente illud potiſſimum Marlborogio, concludebatur, de bello communibus viribus contra Gallos & Andegauenſem promouendo, vsque dum Auſtriacæ domui circa ſucceſſionem Hiſpanicam ſatisfiat, Anglis Belgisque relinquatur, quidquid in America occupauerint, & ſicuti bellum, nonniſi communi conſilio gerendum, ſic etiam pax non ſine omnium conſenſu concludenda. 70)

§. CIV. Inter hæc; in Comitiis Germanicis, Cæſar de bello Gallis ſociisque inferendo, proponebat. Dum autem Germani ob Gallorum artes tergiuerſarentur, neć etiam fœdus adhuc cum Anglis Belgisque eſſet concluſum; in Italiam bellum transferrć cogitabat, Ducatum Mediolanenſem vindicaturus: Varie ſiquidem tentabantur Italorum animi. Gallis equidèm, ne Cæſaris potentia apud Italos excreſceret nimium, ſaucbat Clemens XI. Papa, Andegauenſem etiam pro Rege agnoſcebat, licet neutralitatem præ ſe ferret, 71) ideoque neutri, petitam licet regni Neapolitani inueſtituram, concedere vellet, 72) & Dux Sabaudiæ, cuius filiam alteram Ludouicam Gabrielem in matrimonium duxerat Andegauenſis. Hinc concluſo cum Gallis fœdere, his tranſitum non ſolum concedebat in Ducatum Mediolanenſem, ſed etiam copias ſuas decem millium & vltra, Gallicis iungebat, conceſſa ipſi Gallici exercitus ſuprema præfectura. 73 Citabatur tamen ideo ad iudicium Aulicum, ad videndum ſe priuari feudis Imperii, vaſalli etiam & ſubditi de non parendo ipſi publicis edictis admonebantur. 74) Accedebat, contradicente licet Cæſaris Legato, Comite de Caſtelbarco, qui Ducem hactenus ſollicitauerat, Gallorum partibus Ferdinandus Carolus Mantuæ Dux, qui Gallos in vrbem, arcem, & terras ſuas recipiebat, 75) ab Iudicio aulico feloniæ reus iudicatus. 76) Mirandulæ etiam Duciſſa Vaudemontio Duci vrbem & arcem cedebat. 77) Venetі, Florentini, Mutinæ & Parmæ Dux ab vtraque parte ſollicitabantur, ſed Neutralitatem quam vocant, ampleƈtebantur. 78)

§. CV. His ita præparatis, miles Cæſareus in Italiæ finibus Roucredi congregatur, & per ardua, Alpes fere inuias, cum tormentis & adparatu bellico, quæ mira arte, per rupes deuias ferebantur, tranſcendens in Italiam, Eugenio Duce, Maio menſe 1701. cui Vaudemontius Iunior & Commercius Princeps aderant, irrumpit, 79) publicato Manifeſto, 80) Addam tranſit, & ſimulans, quaſi Padum tranſire vellet, ex improuiſo Gallos ad Carpium, Mutinenſis Ducatus, IX. Iulii adoritur, eosdemque profligat. 81) Inde, poſtquam Cæſarei Mincium ſine impedimento tranſiuiſſent, caſtellum Gothofredi, Caſtilionum occupant. Mantuana tamen proditione non ſuccedente. 82) Fit Kl. Septembris ad Clarium, Brixienſis Territorii Veneti, prœlium, in quo Gallorum tria millia cæduntur, paucis Cæſareanorum amiſſis. 83) Inde Canettum deditione capit Eugenius,

444. LETTR. HIST. *Avril* 1701. *pag.* 491. *Août pag.* 222.

70) Extat illud Tomo I. Actorum Pacis Traiectenſis præmiſſum & in SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 246. LEBEN CAROLI *p. I. p.* 573. du MONT *nouveau Recueil Tom. II. p.* 193. SCHAVPLATZ DES KRIEGES *p.* 782. in MVLLERI *Leben des Herzz. von Marlbourougb p.* 30. FABRI *Staats-Cantzelley Tom. VI. p.* 434. THVCELII *Acta Publica Tom. I. p.* 652. RINCK *p.* 1435.

71) SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 57. Extant litteræ Imp. ad Papam, im LEBEN CAROLI III. *p. I. p.* 224. quo ſua domus Auſtriacæ declarantur. Litteræ Papæ, quibus Andegauenſi de corona gratulatur, apud THVCELIVM *Tom. I. p.* 363. LETTRES HISTOR. *Avr.* 1701. *p.* 384. Conſilia Papæ, ne Cæſari Ferraram occupatent, LETTRES HIST. *Iuillet* 1701. *p.* 4. LEBEN CAROLI *p.* 388.

72) Quid in hac cauſſa fuerit actum, publicis ſcriptis exponit THVCELIVS *Tom. I. cap. VI.* qui etiam litteras ſuper petita Inueſtitura Papali exhibet, ad quas animaduerſiones dedit VLRICVS OBRECHTVS. Contra easdem prodiit ROLANDI de BVNINCK *epiſtola Antianimaduerſoria Animaduerſionum, quas Vlricus Obrechtius, Argentoratenſium quondam Prætor Regius vulgari fecerat, Francofurti ad Mœnum* 1710. 4. SCHAVPLATZ DES KRIEGES in Italien *p.* 774. Ridicula præſentatio æqui a legato Hiſpanico cum petita inueſtitura facta repræſentatur im SPANISCHEN SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 241. LEBEN CAROLI *p. I. p.* 544. LETTRES HIST. *Août* 1701. *pag.* 112. Adde LEBEN CLEMENTIS XI. *III. Aeth.* §. *XIII. XIV.*

73) SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 57. 89. LEBEN EVGENII *p. I. p.* 373. LETTR. HISTOR. *May* 1701. *p.* 524.

74) FABRI *Staats-Cantzelley Tom. VI. p.* 631. CASS. THVCELII *Acta Publica Tom. II. c. XII.* RINCK *p.* 1420. LETTR. HISTOR. *May* 1701. *pag.* 514.

75) SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 95. SCHAVPLATZ DES KRIEGES *p.* 778. LEBEN CAROLI *p. I. pag.* 365.

76) SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 106. FABRI *Staats-Cantzelley Tom. VI. p.* 615. CASS. THVCELII *lib. II. c. XII.* LETTRES HISTOR. *Août* 1701. *p.* 169. LEBEN CAROLI *p. I. p.* 502.

77) LETTR. HIST. *May* 1701. *pag.* 522.

78) SCHAVPLATZ DES KRIEGES *p.* 779. LETTR. HIST. *May* 1701. *p.* 518.

79) SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 113. LEBEN EVGENII *p. II. p.* 7. LEBEN CAROLI III. *p. I. p.* 363. SCHAVPLATZ DES KRIEGES *pag.* 794. Miles Cæſareus deſcribitur in LETTR. HIST. *Fevr* 1701. *p.* 164. *Iuill. p.* 17.

80) Extat im SPANISCHEN SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 130. RINCK *p.* 1421.

81) SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 145. LEBEN EVGENII *p. II. p.* 23. LEBEN CAROLI III. *p. I. p.* 379. SCHAVPLATZ *p.* 818. RINCK *p.* 1426. LETTR. HIST. *Août* 1701. *p.* 143. 180.

82) SVCCESSIONS-KRIEG *pag.* 156. 160. LEBEN EVGENII *p. II. p.* 34. 37. LEBEN CAROLI III. *p. I. p.* 317. SCHAVPLATZ *pag.* 833. RINCK *p.* 1430. LETTR. HISTOR. *Sept.* 1701. *pag.* 269.

83) SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 171. LEBEN EVGENII *p. II. p.* 47. LEBEN CAROLI III. *p. I. p.* 519. SCHAVPLATZ *p.* 845. LETTR. HIST. *Oct.* 1701. *p.* 400.

nius, Marcariam & Borgoforum. 84) Et dum Mirandulæ Ducissa, Gallorum præfectos militares in arcem inuitatos captiuos feciſſet, id quod ciues de militibus in vrbe commorantibus fecerant, vrbs iſta XXII. Decembris Cæſareum recipit præſidium. 85) Mediolani non ſolum plures erant, qui Cæſari fauebant, ſed etiam in vrbe Neapolitana, facta conſpiratione, quæ XXII. Septembris executioni eſſet mandata, Proregem Ducem de Medina Celi Neapolitanum occidere, Caſtellum nouum occupare, & Cæſari vrbem ſubiicere tentabant, ſed detecta licet conſpiratione, huius capita populum concitantes, Templum S. Laurentii & S. Claræ occupant. Verum, dum plerique Proceres ac Nobiles cum Prorege facerent, hic etiam militem contra ſeditioſos mitteret, & Carolus Sangrone, atque Laurentius Baro de Saſſinet, qui olim in aula fuerant Imperatoris, eſſent capti, reliqui diſſipantur, capti vero poſtea in fide erga Cæſarem ad mortem vsque perdurantes, capite plectuntur. 86)

§. CVI. Ineunte anno 1702. Mutinenſis Dux, adpropinquante milite Cæſareo eo adigebatur, vt Brixellum Cæſareis V. Ianuarii dedi iuberet. 87) Hinc Eugenius Mantuam arctius includit 88) & II. Februarii Cremonam tentat, vbi magnam annonæ & bellici adparatus copiam Galli congeſſerant, immiſſis primo mane per aquæductum, 89) quem Coſolius Parochus S. Mariæ Nouæ in cella ſua Eugenio Principi indicauerat, trecentis gregariis. Ipſe Princeps, effracta porta S. Margarethæ, vrbem cum aliquot legionibus ingreditur, Villaregium ſomno excuſſo, ſuis in auxilium venientem, capit. Sed capta licet pleraque vrbis parte, dum Scherzerus Baro, Mercio, qui ad Padi portam pedem firmauerat, tardius ob varia impedimenta ſubueniret, binæ legiones Hibernicæ eundem retro cedere cogerant, quas Cæſarei equidem varie tentabant, ſed in fide Gallorum manentes, Cæſareos non ſine clade repellunt. Accedebat, quod Valdemontius iunior ab altera Padi ripa ob itineris incommoda tardius adueniret, nec, deficientibus nauigiis, Padum tranſire valeret. Senatus equidem conuocabatur, apud quem Princeps inſtabat, vt iſto vna cum Ciuibus Cæſareis contra Gallos adſiſteret, ſed hoc tergiuerſante, Gallis noua auxilia expectantibus, Eugenius Princeps copiis inferior, pedem retro figere cogebatur, abducto Villaregio, & ſeptuaginta vel octoginta præfectis militaribus captiuis, vna cum quadringentis gregariis, licet etiam Cæſareorum vel quadringenti in vrbe remanſerint captiui. 90) Hic tamen exinde fructus, vt Galli multa ad Oglium loca, quæ hucusque tenucrant, ſtatim relinquerent. 91) Poſtquam autem Gallicus Exercitus nouo milite & Vindocinenſi Duce ſuiſſet firmatus, Mantuam liberare tentabat, quam tamen arctius adhuc includebat Eugenius, vnamque ex portis exterioribus capiebat. 92) Aſt Galli Kl. Iunii a. 1702. Caſtilionum recuperabant, 93) caſtra Eugenii XV. Iunii ignitis globulis inſectabant, 94) & tres legiones ad Padum, Viſcontio Duce prope Caſale maius locatas, ne Galli Brixellum inuaderent, magna vi XXVI. Iulii adgrediuntur, quas non ſine fuorum clade

84) SVCCESSIONS-KRIEG *pag. 207. 215.* LEBEN EVGENII *p. II. p. 80.* SCHAVPLATZ *p. 871.*

85) SVCCESSIONS-KRIEG *p. 221.* LEBEN EVGENII *p. II. p. 92.* LEBEN CAROLI *p. I. p. 232.* SCHAVPLATZ *p. 881.* LETTRES HISTOR. *Fevr. 1703. pag. 141.*

86) SVCCESSIONS-KRIEG *p. 224.* LEBEN CAROLI *p. I. p. 535.* In THVCELII *Actis Publicis Tom. I. p. 607.* reperiuntur *Relation de la Conjuration mal reuſſie à Napels la nuit du 22. au 23. Sept. 1701.* in qua capita conſpirationis nominantur *Le Prince Macchia, Quinta Corta; le Duc Thelese Grimaldi, le Duc de Caſtelluccia Spinelli, le Duc Tiberio Caraffa, Don Malizio Caraffa, Dion Gioſeppe Capecci, & Don Carlos Sangrone, tous Cavaliers Neapolitains.* LETTRES HISTOR. *Nov. 1701. p. 493. Dec. p. 620.*

87) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *pag. 174.* LEBEN EVGENII *p. II. pag. 96.* SCHAVPLATZ *pag. 884.*

88) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *pag. 177.* LEBEN EVGENII *p. II. pag. 99.* SCHAVPLATZ *pag. 887.*

89) Sic Vienna Burgundiæ eadem ratione capta. GREGORIVS TVRONENSIS *lib. II. c. XXXIII. quo facto, expulſus eſt inter ceteros artifex ille ab vrbe, cui de aquæductu curamanebat. Ille vero indignans, quod fuerat victus ab vrbe cum ceteris, ad Gundobadum furibundus vadit, indicans qualiter ciuitatem inrumpens, vltionem exerceret in fratrem. Illo quoque duce, exercitu per aquæductum directo, multis cum ferreis vectibus precedentibus (erat autem ſpiraculum illius lapide magno concluſum,) quo cum vectibus illis per magiſterium artificis repulſo, ciuitatem introeunt.* Sic & de Neapolitano occupatione PAND. COLLENVTIVS Hiſtor. Neap. lib. VI. p. 441. *ceterum voluit Anellus, Alfonſum inſtructa acie paratisque ſcalis promptum eſſe accedendi ad murum, poſtquam ſignum dartur, ipſe vero ducentos pedites fortiſſimos viros ſibi attributos, ſe per Aquæductum quendam ſequi in vrbem imperauit. Ii ergo noctis ſilentio ingreſſi ſunt, & eorum quadraginta ſoli etiam Aquæductus via egreſſi in caſtlum cuiusdam vetule pertenerunt: que ſola ibi cum filiola habitabat, & ipſa fuiſſe putabatur, quæ Anellum, ad Regem, monſtrandi huius aquæductus cauſa, miſiſſet.*

90) Hæc expeditio plenius deſcribitur in SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 279.* vbi etiam dicterium Villaregii ante hanc expeditionem adducitur, *er wolte dieſes Carneval die drey Printzen dantzend machen.* SCHAVPLATZ DES KRIEGS *p. 890.* LEBEN EVGENII *p. II. p. 100.* LEBEN CAROLI *p. I. p. 585.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 26.* RINCK *p. 1458.* LETTRES HISTOR. *Mars 1702. p. 243. May p. 487.*

91) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *pag 305.* LEBEN EVGENII *p. II. p. 125.*

92) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *pag. 325.* LEBEN EVGENII *p. II. p. 133.* LETTRES HIST. *Juillet 1702. p. 31.*

93) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *pag. 345.* LEBEN EVGENII *p. II. p. 150.*

94) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 347.* LEBEN EVGENII *p. II. p. 152.*

95) SPAN.

clade cedere cogunt. 95) Motus hoc ipso Eugenius Princeps, vt, dum Galli copiis longe essent superiores, Mantuam relinqueret. 96) Hinc XVI. Augusti Gallos ad Lutzaram adgrediebatur, eosdemque plane profligasset, ni equitatus per continuas fossas impeditus fuerit, prœlii tamen campum & Gallorum castra obtinuit. Aderat prœlio ipse Andegauensis, e turri prope sita de eodem testis. Commercius Princeps fortissimus in eodem occidebatur. 97) Cæsarei equidem, facta sexcentorum militum excursione, & occupata XXVI. Septembris porta, Mediolanum intrant, & post fausta Cæsari acclamationes, cum præda insigni reuertuntur. 98) Galli autem milite indies firmati, Guastallam II. Septembris occupant, 99) & XVII. Nouembris Borgofortum. 100)

§. CVII. Dum hæc in Italia aguntur, cœpit bellum Belgicum. Ineunte statim anno 1702. belli oriebantur prœludia, dum Galli prouincias Belgii Hispanici aggeribus includerent, eosdemque ad Belgarum fines vsque extenderent, nouo Selfari munimento prope Aggerem Gandauensem (*Sas van Gent*) erecto, quod Bataui ex ipso hoc Aggere infestantes, iterum diruebant. 1) Hinc castra Rosendaliæ locantes, bina equitum millia, tanquam Cæsarei essent, ad mœnia vsque Antwerpiæ excurrunt, aliquot inde captiuos abducunt. 2) Metuebatur equidem rerum immutatio, dum Guilielmus III. XIX. Martii a. 1702. fato fuisset defunctus, 3) sed constantes in proposito Angli, sub Anna Regina, Batauique, vna cum Imp. XV. Maii 1702, Gallis bellum declarant. 4) Primus impetus in terras Colonienses fiebat, quas Elector Colonienſis, Gallis accedens, milite Gallico sub prætextu copiarum Burgundicarum, firmauerat, 5) vt liberum patefieret Belgas inter Germanosque commercium. Cæsaris insulam Belgicus & Borusſicus miles cum Principe Nassouio Saræpontano XVI. Aprilis infestat. Acerrime non solum per Blainuillium defendebatur, sed etiam Tallardus, postquam Düsseldorpium fruſtra tentasset, ad alteram Rheni ripam pedem figens, Fœderatis non solum multum damni inferebat, sed etiam nouum semper militem, & quæ essent necessaria, submittebat. Nihilominus occupata Insula, in Rheni alueo sita, vrbs ista, non sine Fœderatorum clade XVI. Iunii ad deditionem fuit compulsa: 6) munimenta solo æquata, vrbem, protestante licet Capitulo Colonienſi, occupante Electore Palatino. Postquam autem Burgundiæ Dux in Belgium venisset, vna cum Bouflerio Nouiomagum, facta cum eiubus quibusdam conspiratione, XII. Iunii ex improuiso pergebat, Comitem d' Athlone, qui exercitum Belgicum ducebat, vna cum Tillio & Duce Würtenbergico cum Danicis copiis ad vrbis defensionem properantibus. Male equidem in vrbe omnia erant præparata, sed aduentante exercitu, omnem operam ciues adhibebant, tormenta in vallum ducuntur, Galli repelluntur, qui videntes, conspirationem suam haut procedere, non sine suorum clade recedunt. Fatalis hæc Batauis fuisset

95) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 354.* LEBEN EVGENII *p. II. p. 159.* LEBEN CAROLI *p. I. p. 723.* RINCK *p. 1478.* LETTRES HISTOR. *Sept. 1702. p. 233.* Vocatur *Le combat de San Vittoria.*

96) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 356.* LEBEN EVGENII *p. II. p. 161.*

97) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *pag. 357.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. pag. 61.* LETTR. HIST. *Sept. 1702. p. 294.* LEBEN EVGENII *p. II. p. 162.* LEBEN CAROLI *p. I. pag. 744.* RINCK *p. 1480.*

98) HIST. DV PRINCE D' ORANGE p. I. p. 61. *Prince Eugene détacha vn corps de 5. ou 6. cens hommes, pour faire vne course dans le Milanois. ce parti trouva le moyen de passer par tout, & arriva le 26. Septembris devant Milan, se saisit d' vne des portes, & y mit vne bonne garde. Cent Cavaliers avancent dans la Ville en criant; Vive l' Empereur; & apres avoir fait vn butin considerable, tout le parti revint heureusement au Camp.* LEBEN CAROLI *p. III. pag. 753.* SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 373.*

99) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 369.* LEBEN EVGENII *p. II. p. 172.* LEBEN CAROLI *p. I. p. 752.* LETTRES HIST. *Oct. 1702. p. 289.*

100) SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *p. 379.* LEBEN EVGENII *p. II. pag. 182.* LEBEN CAROLI *p. I. p. 926.*

1) SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *p. 107.* LEBEN CAROLI *p. I. p. 563.* LETTRES HIST. *Ianv. 1702. p. 103.*

2) SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *p. 420.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 23.*

3) SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *pag. 410.* HISTOIRE DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 22.* LETTRES HIST. *Avril 1702. p. 395.*

4) MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. pag. 2.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 33.* LETTRES HISTOR. *May 1702. p. 595. Iuin p. 656. 696.* LEBEN CAROLI *p. I. p. 681.* MVLLERS LEBEN MARLBOVROVGHS *p. 67.* SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 496.* FABRI *Staats-Cantzelley Tom. VII. p. 634.* RINCK *p. 1502.*

5) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *pag. 263.* LEBEN CAROLI *p. I. p. 551.* Electori enim cum Statibus prouincialibus multæ erant controuersiæ, de quibus FABRI *Staats-Cantzelley Tom. VI. c. VIII.* CASSANDRI THVCELII *Acta Publica Tom. II. c. VIII.* Qua ratione Colonienſi vibi ea de causſa fuerit prospectum, traditur in LETTR. HIST. *Iuill. 1701. p. 55. Dec. p. 845. Fevr. 1702. p. 149. 177.* Cæsaris mandata Coloniæ adfixa exhibentur *Mars 1702. p. 305. Avril 1702. p. 384.*

6) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *pag. 421.* MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. p. 19. & p. 15.* de Tallardo *celui-ci ne se voyant pas en état d' executer son projet, quitta Dusseldorp, & vint passer avec son Camp volant devant Keyserswaart, fit dresser plusieurs batteries de Canon sur le bord du Rhin, & s' en servoit avec tant de succes', que les Assiegez malgré leurs retranchements en étoient extrémement incommodez, & avoient d' ailleurs le déplaisir de voir aller & venir du Camp ennemi aux Assiegez tous les secours de Troupes, de Munitions, & de rafraichissemens qui leur étoient nécessaires pour soutenir vn long Siege; & voilà ce qui fut cause que le Siége de cette Place traina en longueur.* RINCK *p. 1500.* LEBEN CAROLI *p. I. p. 705.* LETTRES HIST. *May 1702. p. 583. Iuin p. 666. Iuillet p. 70.*

7) SPAN.

fuiſſet Neomagi occupatio, dum per hanc ipſas Belgii Fœderati prouincias inuadere, & Batauos vel ad pacem, vel Neutralitatem promouere Gallis datum fuiſſet. 7) Poſtquam Anglorum copiæ, ducente eas Marlborougio, adhuc Comite, ſe Fœderatis Iulio menſe iunxiſſent, occupatis variis fortalitiis, 8) XXIX. Auguſti Venloam Geldriæ inuadunt, & XXII. Septembris deditione capiunt. 9) Sequebatur II. Octobris Stephani Inſula & VI. Octobris Ruremonda, poſtquam per nouem horarum ſpatium ignitis globulis fuiſſet infeſtata. 10) Hoc facto, Gallorum exercitus ſub Bouffleriо, ſe intra aggeres nouiter factos includit. 11) Fœderati autem Leodium a Gallis deſertum præſidio firmant, arcium vnam XXIII. Octobris adſultu, alteram deditione capiunt. 12) Rheinberga etiam XXIII. Octobr. obſeſſa, ſed ob hyemis incommoda arctius incluſa, demum IX. Februarii 1703. ad deditionem fuit compulſa. 13) Dum interea Marchio de Bedmar, Belgii Hiſpanici Gubernator Hulſtam fruſtra tentaret. 14) Tallardus tamen interea Colonian ad accepiandam Neutralitatem cogit, XXV. Octobris Auguſtam Treuirorum & VIII. Nouembris Greifenbergam arcem Trarbaco adiacentem, occupat. 15)

§. CVIII. In Germania interim Imp. non ſolum copias colligebat, ſed etiam Imperii Status ad bellum contra Gallos concitare conabatur. Ardua ſub initium res videbatur, Bauaro non ſolum omnia turbante, ſed etiam Correſpondentibus Principibus Cæſari ob nouum Electoratum inſenſis, vt, accedentibus potiſſimum Gallorum auro artibusque, variæ in Imperio turbæ metuerentur. Nec Circuli etiam Gallis finitimi ad bellum inclinabant, horum incurſiones metuentes, cauſſam hanc ſucceſſionis Hiſpanicæ Imperium minime concernere rati. Franconicus equidem & Sueuicus Circulus per Receſſum Heidenheimenſem XXIII. Nouembris 1700. ſocietatem inuicem inibant, de pace ſeruanda & mutua defenſione, & hanc in cauſſam colligendis quatuordecim millibus ducentis militibus. Hunc Receſſum Heidenheimenſem Circulus Franconicus in Conuentu Noribergenſi: Sueuicus in Conuentu Vlmenſi VI. Maii 1701. denuo confirmabant, adiecto articulo ſeparato de augendo ad triplum vsque militum numero. Vterque etiam Circulus Cæſari ſignificabat, ſe in cauſſam ſucceſſionis Hiſpanicæ implicari nolle, ſed neutrarum partium fore. Inuitabantur XXXI. Martii 1701. ad eandem ſocietatem Heidenheimenſem Circulus Rhenanus Electoralis, Bauaricus, Rhenanus Superior, inſtitutusque legatorum Directorum horum quinque Circulorum Conuentus XVII. Auguſti Heilbrunnæ, & proteſtante licet Löwenſteinio Comite, Cæſaris legato, Bauariæ Electior, Gallis nimium fauens, vna cum Circulo Bauarico, prout in Conuentu Waſſerburgenſi XXVIII. Aprilis inſtituto, iam fuerat concluſum 16) & vtrique Rhenani Societati Heidenheimenſi accedunt, Franconico Circulo hunc Receſſum ad ratificandum, Sueuico ad referendum acceptante. 17) Inſtabat igitur Bauariæ Electior, vt ratus habeatur iſte Receſſus, ipſeque in Societatem Heidenheimenſem recipiatur, ſed, dum Imp. plerique Status fauerent, in Conuentu Nördlingenſi Franconicus & Sueuicus Circulus denuo inter ſe conuentionem faciebant, cui Auſtriacus Circulus accedebat, ſedecim militum millia promittens. Factus igitur accedentibus Circulis, vtroque Rhenano XX. Martii 1702. nouus Receſſus Nördlingenſis, ſocietatem quinque Circulorum complectitur. Hoc facto, quinque iſti Circuli magno Fœderi inter Imp. Anglos Belgasque inito accedebant. 18)

§. CIX. Dum

7) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *pag. 494.* MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. p. 19.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 41.* LEBEN CAROLI *p. I. p. 707.* LETTR. HIST. *Iuin 1702. p. 735. Iuill. p. 125.* qua ratione Capitulum Coloniense contra Electoris Palatini occupationem fuerit proteſtatum, docent LETTR. HIST. *Aout p. 1702. p. 179.*

8) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *pag. 434.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 46.*

9) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *pag. 439.* MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. p. 23.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 51.* vbi additur: *elle ſe rendit auſſi le 22. par vn evenement aſſez ſingulier. Les Aſſiegans ayant reçu la nouvelle que Landau s' étoit rendu aux Alliez, ſe mirent en bataille pour faire trois décharges de l' Artillerie & de la mousquetterie, ſelon la coûtume; les Aſſiegez qui ſe voyoient deia preſſez, croyant qu' on alloit donner l' aſſaut general, firent battre la chamade, & les drapeaux donnez de part & a autre, la Capitulation fut ſignée le 23. & la garniſon conduite à Anvers.* MVLLERI *Leben Marlbouroughs pag. 75.* LETTR. HIST. *Oct. 1702. pag. 47.*

10) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 443.* MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. p. 25.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 53.* MVLLERI *Leben Marlbouroughs p. 76.* LETTR. HIST. Oct. 1702: pag. 495.

11) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 444.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 54.*

12) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 445.* MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. p. 26.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 54.* MVLLER *Leben Marlbouroughs p. 79.*

13) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 447.* LEBEN CAROLI *p. I. p. 919. p. II. p. 137.* LETTR. HIST. *Nov. 1702. p. 621.*

14) MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. p. 28. 76.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. pag. 52. 100.* LEBEN CAROLI *p. I. p. 917*

15) MVLLERS *Leben Marlbourough pag. 86.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 60.* LEBEN CAROLI *p. I. p. 915.*

16) Quid in conuentu Waſſerburgenſi tractatum fuerit & concluſum, exponit THVCELIVS *Tom. I. c. IX.* & FABRI *Staats-Cantzelley Tom. VI. cap V.*

17) Vocatur *Heidenheimiſcher Aſſociations-Receß*, cuius Acta exponit FABER *in Staats-Cantzelley Tom. VI. c. VII.*

18) De hoc FABER *Staats - Cantzelley Tomo VII. c. X.* THVCELII *Acta Publica c. X. XI.* Facit huc etiam *Hiſtoriſche Anzeige des Chur - Bayriſchen von der Aſſociations - Handlung mit dem Franck- und Schwäbiſchen Creyß genommenen Vorwands, Cœln 1706. 8.* RINCK *p. 1490.* THVCELII *Acta Publica Tom. II. c. XV. XVI. XVII.*

19) FABRI

§. CIX. Dum autem Antonius Vlricus Dux Guelferbytanus Gallorum, diuersorumque Germaniæ Principum fœdere & pecunia fultus, magno numero militem conduceret, parum securitatis ab eo expectabat Electior Hannouerianus, qui auctoritate Cæsarea munitus, vna cum copiis Brandeburgicis, Directorum Circuli Saxoniæ Inferioris potestate, terras Guelferbytanas XX. Martii 1702. inuadebant, Brunsuicum terrebant, plures equites Guelferbytanos captiuos abducentes. In Comitiis non solum, sed etiam publicis scriptis de eo conquerebatur Antonius Vlricus, sed dum frater natu maior Rudolphus Augustus XVIII. Aprilis consentiret, vt, ex copiis Brunsuicensibus bis mille quadringenti pedites octingenti equites Cæsari traderentur, non nisi quatuor mille pedites quingenti equites in prouincia Guelferbytana remanerent, pactum hoc, ægre licet, adprobabat Antonius Vlricus. 19)

§. CX. Tandem vero, postquam legato Burgundico de la Neuveforge a Cæsare mandatum fuisset, vt intra triduum Ratisbonam, & intra tres hebdomadas Germaniam relinqueret, 20) ex decreto Imperii XXX. Septembris 1702. Galliæ Rex vna cum Andegauensi Duce plurimum licet contranitente Bauaro Electore, 21) Imperii hostis declaratur, facta VI. Octobris belli declaratione, 22) decreto etiam milite Imperiali secundum triplum quanti matricularis. Hac declaratione nondum facta, Exercitus Cæsareus Ludouico Badensi Duce, 23) Rhenum XX. Aprilis transiens, positis ad Langencandel castris, occupato Lauterburgo, Cronweisenburgo, aliisque locis, Landauium includebat, idemque XVI. Iunii obsidebat, adueutante in castra Iosepho, Romanorum Rege. Catinatus equidem Gallorum Dux militaris, Drusenheimum versus cum exercitu tendebat, sed animaduerso Cæsareorum adparatu, retrocedebat. Occupatis VI. Augusti munimentis exterioribus, IX. Septembris arx adsultu capiebatur, fortitudine potissimum & consiliis Thüngii Comitis, eo ipso Gallorum Præfectus Melac ad deditionem X. Septembris honestis adhuc conditionibus fuit compulsus. 24) Bauariæ interea Elector, varie ab Imp. tentabatur, vt ipsi accederet, nec abnuere videbatur, sed, dum postulata ipsius nimia Cæsar haut adprobaret, 25) VIII. Septembris ex improuiso Vlmam astu militari, Beckmanno subtribuno, Duce capit, qui tamen antequam vrbem adhuc ingrederetur, fuit occisus. 26) Memmingam postea capit, hostilem animum inde prodens, licet propriam saltim praetexeret securitatem, ideoque pro imperii hoste fuit declaratus. 27) Dum igitur Galli, occupato Neoburgo, coniunctionem cum Bauaris tentarent, 28) Ludouicus Badensis, eandem impeditурus, ad Fridlingam, prope Hünningam XIV. Octobris ad manus venit cum Gallis, pari fere victoria, dum Cæsareus equitatus a Gallis fugaretur, Gallorum vero peditatus a Cæsareis. Post hoc prœlium tamen Galli Rhenum iterum transibant. 29) Interim

19) FABRI *Staats-Cantzelley Tom. VII. c. V.* RINCK *p. 1494.* LETTR. HIST. *Avril 1702. p. 384. May pag. 530.*

20) Extant Cæsaris mandata apud FABRVM *Staats-Cantzelley Tom. VI. p. 803.* RINCK *p. 1455.* LETTR. HIST. *Sept. 1701. p. 293. Oct. p. 426.*

21) Scripta Bauari extant in FABRI *Staats-Cantzelley Tom. VII. c. XII.*

22) FABRI *Staats-Cantzelley pag. 640. 707.* Quid circa triplum exercitus Imperialis actum *p. 740.* RINCK *p. 1492.* LEBEN CAROLI *p. I. pag. 825.* LETTR. HIST. *Oct. 1702. p. 420. Nov. p. 561.* THVCELII *Acta Publica Tom. II. c. XVIII.*

23) Pacta Cæsarem inter & Ludouicum Badensem describuntur in LETTRES HISTOR. *May 1701. pag. 570.*

24) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 476.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE p. I. p. 59. *en Allemagne le Prince de Bade inuestit Landau le 26. de Iuin, & cette place ne se rendit que le 10. Septembre suivant. Le Roi des Romains arriva assez à temps pour la voir prendre.* RINCK LEBEN LEOPOLDI *p. 1506.* LEBEN IOSEPHI *p. I. p. 412.* LEBEN CAROLI *p. I. pag. 812.* LETTR. HIST. *Iuillet 1702. p. 88. Août p. 183. Sept. p. 351. Oct. p. 423.*

25) Postulabat Elector dotem sibi dari ex connubio cum Imp. filia, trecenta florenorum millia annua, in compensationem præfecturæ Belgicæ, triginta duo myriades in bellum Vngaricum impensas, vt ipsi circa prætensiones, quas contra Circulum Franconicum & Sueuicum, super armatura fecerat, haut impediatur, circa prætensionem in Comitatum Burgundiæ ipsi satisfiat, ablata restituantur, & Elector Colonensis; Comitatus Ottenburgensis ipsi concedatur. SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *pag. 480.* LEBEN CAROLI *p. I. pag. 844.* RINCK *p. 1522.*

26) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 481.* MEM. DE LA GVERRE *p. I. p. 31.* RINCK *p. 1510.* LEBEN CAROLI *p. I. p. 839.* LETTR. HIST. *Oct. 1702. p. 407.*

27) SPAN. SVCCESSIONS. KRIEG *pag. 483.* Quid in Comitiis desuper gestum, exponit FABER *Tom. VII. p. 645.* LEBEN CAROLI *p. II. p. 281.*

28) Varia scripta hanc coniunctionem concernentia, extant in FABRI *Staats-Cantzelley Tomo VII. p. 72.* LEBEN CAROLI *Tom. I. pag. 874.* LETTRES HIST. *Oct. 1702. pag. 419.* THVCELII *Acta Publica Tom. II. c. XIV.*

29) MEM. DE LA GVERRE Tom. II. p. 36. *cependant les Impériaux étant de beaucoup plus foibles que les François, & apprehendant que le secours du Comte de Guiscard n' arrivât, iugérent à propos de se retirer, & laisserent le Maréchal de Villars Maitre du Champ de Bataille, quoi que celui-ci eut perdu beaucoup plus de monde que les Impériaux.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE p. I. p. 60. *Le 13. d' Octobre le Marquis de Villars passa le Rhin, a Huningue, dans le dessein de tomber sur l' armée du Prince de Bade, qui marchoit pour aller du côté de Neubourg. Le lendemain il se donna vn sanglant combat pres' de Huningue, dont les deux partis s' attribuerent la Victoire, & on fit chanter des Te Deum a Paris & a Vienne. Les François reconnoissent eux mêmes, dans vne relation qu'ils donnerent au public, que la fin de cette bataille ne leur fut pas si favorable que le commencement, que leurs troupes plierent à leur tour, après l' arrivée du Prince de Bade, qui étoit absent au commencement, & qu'elles ne purent ôter aux ennemis le moyen de faire leur retraite. Ce*

Interim Nanceium Kl. Decembris, 1702. inopinato adgrediuntur, Ducem, hanc metropolim ſuam relinquere cogunt, eandemque contra Ryswicenſem pacem, præſidio muniunt. 30)

§. CXI. Eodem anno 1702. initium belli maritimi. Poſtquam enim Kal. Auguſti Fœderatorum claſſis, ductu Roockii Anglorum, & Allemondii, Belgarum Admiralis, ex inſula S. Helenæ, ſolutis anchoris, mari ſe dediſſet, prope Gades Hiſpaniæ XXI. Auguſti adpellebat, vbi copiæ ſub Ormondio Duce exponebantur, qui publicato manifeſto, incolas non ſolum ſed etiam præfectum Gadium, Marchionem de Villadarias ſollicitat vt ſe ſubiiciat. Hoc tamen in Gallorum fide perſiſtente, Rota vrbs vna cum fortalitio, S. Catharinæ & Mariæ occupatur, ſed, dum fortalitium Mattagordæ occupare non valerent, atque ob ſolum lutoſum parum proficerent, vrbem tandem relinquere coguntur. 31) Dum reditum parant Fœderati, claſſem Hiſpanicam argento onuſtam ex America reducem in Gallicię portum Vigos adpuliſſe nuntiatur. Tendunt igitur eo cum claſſe ſua Fœderati, & XXII. Octobris munimenta perrumpunt, fortalitia in littore poſita occupant, multas naues vel capiunt vel comburunt, & licet Hiſpani iamdum magnam argenti partem ex nauibus eduxiſſent, permultis tamen diuitiis adhuc potiuntur, magna Hiſpanorum conſternatione. 32)

§. CXII. Circa eadem tempora, exardeſcebant magis controverſiæ Cæſarem inter & Innocentium XII. Papam. Exorta enim iamdum a. 1696. inter Cæſaris legatum, qui reuocato Lichtenſteinio ſucceſſerat, Comitem de Martinitz & Gubernatorem Romæ controverſia fuerat de Præcedentia. 33) Idem Comes IX. Aprilis 1697. Edictum Imp. Romæ publicabat, per quod omnes Imperii vaſalli, quorum plures hucusque Papa ſibi vindicauerat, citantur, vt intra trimeſtre ſpatium iuramentum fidelitatis præſtent, atque titulos poſſeſſionis ſuæ exhibeant. Hoc decretum vero in Congregatione Cardinalium deſuper inſtituta, Papa per aliud decretum XVII. Iunii pro nullo declarabat, omnibus vaſallis ſuis mandans, ne eidem pareant, nouas etiam copias conducebat, vrbes ſuas munitas præſidio firmans. 34) Accedebat, quod Martinitz captiuum quendam, quem in palatio ſuo detinebat, in manus iuſtitiæ tradere recuſaret. 35) Reuocabatur Martinizius, cui Papa aditum, quem petebat, denegabat 36) & Lambergius in ipſius locum ſubſtituebatur, quo præſente, nouæ oriebantur turbæ. Clemens XI. enim, qui Innocentio XII. XXVII. Septembris 1700. defuncto ſucceſſerat, per legatum a latere non ſolum Andegauenſi de Hiſpaniæ regno fuerat gratulatus, 37) ſed etiam Marchionem del Vaſto, quem Cæſar Generalem ſuum locum tenentem declarauerat, eo quod Cæſari adhærens, Gallis, & imprimis Fourbinio Cardinali nimium eſſet inſeſtus, ad mortem condemnauerat, bonis ipſius fiſco addictis. 38) Hoc ipſum Cæſarem permouebat, vt Lambergium Comitem Roma reuocaret, qui tamen XIII. Iunii reuerſus, poſtulabat, vt decretum contra Marchionem aboleretur, potius ipſius innocentia publicis ſcriptis declararetur, Cardinalis Pauluccius & Gubernator Romæ, Pallauicini, qui Marchioni potiſſimum fuerat contrarius, dimitteretur. Papa tamen ſingula hæc

qu'il y a de certain c' eſt que cette bataille coûta beaucoup de braves gens de part & d' autre, qu'elle ne décida rien, & que les François furent contraints de repaſſer le Rhin. RINCK *p. 1525.* LEBEN CAROLI *p. I. p. 858.* LETTR. HISTOR. *Nov. 1702. pag. 573.*

30) LETTRES HISTOR. *Ianv. 1703. p. 59.*

31) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *pag. 431.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 64. Le Duc d' Ormond détacha enſuite le Baron de Spar avec vn corps de 4000. hommes, pour attaquer le Puntal de Mattagorda, ſur la pointe de la petite Ile de Cadix. Mais le terrain y étoit ſi mouvant & ſi marécageux, qu' on eut beaucoup de peine à s' y logér, & plus encore a y dreſſer des batteries. On n' en put faire qu' vne de deux pièces de canon, qui s' enfoncerent apres avoir tiré quelques coups. Ainſi les Alliez ne pouvant, ni ſe couvrir contre le grand feu des ennemis ni les arrêter par leur canon, furent obligez de quitter cette entrepriſe. La ſaiſon étoit déja avancée, les vivres commençoient à manquer, & les maladies à augmenter l' impatience des Equipages, pour s' en retourner. Ainſi le Duc d' Ormont fit embarquer les troupes vers le milieu de Septembre, & ſe vétira en bon ordre apres' quelques legeres eſcarmouches avec les Eſpagnols. Tout le monde crût alors qu' on auroit mieux reuſſi dans cette Expedition, ſi les ſoldats, au lieu de piller quelques Egliſes, contre la défenſe des Généraux, avoient conſervé exactement tout ce qui regardoit la Religion d' vn Peuple, qui en eſt extrémement jaloux, & on diſoit qu' on auroit mieux gagné les Eſpagnols en leur préſentant des Chapelets, qu' en renverſant leurs Images.* Hoc ipſum fuit, quo populum magis contra Cæſarem Clerici concitarent, pro Cathedra proponentes, Hæreticos ſacra profanare. MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. p. 38.* vbi etiam hæc expeditio latius deſcribitur LEBEN CAROLI *p. I. pag. 769.* LETTRES HISTOR. *Oct. 1702. p. 459. Nov. p. 617.*

32) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 462.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p.I. p.65.* MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. p. 46.* LEBEN MARLBOVROVGHS *p. 90.* LEBEN CAROLI *p.I. p. 795.* LETTRES HIST. *Nov. 1702. p. 648. Dec. p. 741.*

33) LETTRES HIST. *Août 96. pag. 157. Sept. p. 265. Iuillet 97. p. 3.*

34) LETTRES HISTOR. *Août 97. p. 124.* hæc latius exponunt & *Sept. p. 257. L' affaire des Fiefs n' eſt point encore terminée : on dit même qu'elle a donné lieu à vne eſpéce de Ligue entre les Princes d' Italie pour ſe tirer hors de Page, & faire que leurs Etats ne relevent plus de perſonne. Nov. p. 495.* Tentabatur equidem a. 1698. compoſitio, ſed fruſtraneo conatu. LETTRES HISTOR. *Oct. 98. pag. 355.* de la TORRE *Memoire p. 148.*

35) LETTRES HIST. *Nov. 98. p. 478. Ianv. 99. pag. 41.*

36) LETTRES HISTOR. *Mai. 1710. p. 484. Iuin p. 603.*

37) Extat hæc gratulatio im LEBEN P. CLEMENTIS XI. *III. Abth. §. 4.*

38) LETTR. HISTOR. *a. 1702. p. 354. 463. 507.* MONATHL. STAATS SPIEGEL *April 1702. p. 102.* LEBEN P. CLEMENTIS *Tom. I. p. 343.*

hæc renuente. 39) Ingrediebatur equidem miles Cæfareus terras Ferrarienſes, ſed breui tempore in iisdem commorantes ad Padum ducebantur. 40)

§. CXIII. Anno 1703. in Italia, Galli Brixellum Ianuario menſe infeſtabant, dum in Germaniam reuerſo Eugenio Principe, Cæſareas copias Stahrenbergius Comes ſtrenue duceret, & licet ad Bondanellam cladem fuiſſent perpeſſi, Brixellum tamen XXVI. Iunii, ob annonæ defectum, deditione capiunt. 41) Albergottius, dum Mirandulam infeſtare vellet, a Stahrenbergio cæditur. 42) Irrumpente vero in Tyrolenſem Comitatum Bauaro, Vindocinenſis Dux in agrum Tridentinum tendebat, ipſi ſe iuncturus, & diuerſis caſtris occupatis, Tridentum ignitis globulis tentabat, ſed Heiſtero in auxilium veniente, in Italiam retrocedit, arcibus quibusdam dirutis. 43) Nouæ Cæſareis accedebant vires, dum Sabaudiæ Dux, elapſo fœderis tempore, quod per triennium cum Gallis concluſerat, Fœderatis accederet. Promouerat illud Auersbergicus Comes, qui per menſes aliquot apud Marchionem de Prié, Auguſtæ Taurinorum delituerat. Ægre hoc ferens Galliarum Rex, Ducem dehortari non ſolum conabatur, in ſecuritatem, Nicæam, Suſam & Vercellas petens, ſed etiam copias ipſius, ter mille & vltra, quotquot in Ducatu Mediolanenſi reperiebantur, armis exui iubebat, Duce hæc compenſante, dum Gallorum legatum Philippeaux, horum naues Nicææ & Villæ-Francæ reperias, vna cum legione equeſtri caperet. Poſtquam igitur bellum Gallorum Regi declaraſſet, varie ab Anglis Belgisque non promiſſa pecunia ſolum, ſed etiam a Cæſare copiis fuit ſuffultus. Stahrenbergio Comite cum ſedecim millibus, poſtquam Gallorum munimenta ad Stradellam perrupiſſet, Albergottium ad Lentzam flumen ipſi tranſitum prohibere conantem profligaſſet, ipſi demum XIII. Ianuarii 1704. accedente. Waldenſibus etiam arma fuerunt imperata, qui Gallis plurimum nocuerunt. 44)

§. CXIV. Occupata eodem anno 1703. IX. Februarii Rheinberga, quæ hucusque arctius fuerat incluſa, primus in Bonnam impetus, probe licet munitam, quæ XXIV. Aprilis obſeſſa, & occupato munimento ad Rhenum erecto, per Coehornium igne nimium anguſtata, XIV. Maii ad deditionem fuit compulſa. 45) Durante obſidione quidem, Galli Belgarum Exercitum ad Traiectum poſitum inuadere tentabant, ſed non niſi Tongriam capiebant. 46) Poſt Bonnæ deditionem, Coehornius Antwerpiam verſus tendens, Gallorum aggeres ad Stocken, & in terra Waſenſi perrumpit, 47) Deminuto his copiis Belgarum exercitu, qui ad Eckeram Brabantiæ, Duce Obdamio, conſiſtebat, Galli XXX. Iunii has copias ſubito inuadunt, & dum ſuperiores longe eſſent, Obdamius etiam ab Exercitu intercluderetur, Belgas, poſt ſtrenuam Schlangenburgii defenſionem, retrocedere cogunt. 48) Et licet

39) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 406.* RINCK *p. 1531.* LEBEN CAROLI *p. I. p. 605. 712. 755.* EVR. FAMA *Tom. XXXVII.* §. *VI.* LETTRES HISTOR. *Mars 1702. p. 236.* vbi etiam diploma Cæſareum continetur Marchioni conceſſum. Sententia mortis vero *May p. 597.* Erat autem Marchio del Vaſto, Cæſar d' Avalos, quem poſtea Cæſar conſtituit magnum Regni Neapolitani Camerarium & perpetuum Gubernatorem Inſiæ Inſulæ. LA CLEF *Août 1708. pag. 10.* LEBEN P. CLEMENTIS XI. *Tomo I. pag. 381.*

40) LEBEN CLEMENTIS XI. *c. l.* §. *XVII.*

41) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 503.* LEBEN EVGENII *p. II. p. 481.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 116.* LETTRES HISTOR. *Fevr. 1703. p. 135.*

42) HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 116.* RINCK *p. 1574.*

43) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 518.* LEBEN EVGENII *p. II. p. 191.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 117.* LETTRES HISTOR. *Sept. 1703. p. 285. Oct. 1703. p. 386.*

44) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 519. 730.* LEBEN EVGENII *p. II. p. 200.* HISTOR. DV PRINCE D' ORANGE p. I. p. 159. *Le Général Visconti & le Comte de Staremberg enſuite, avoient trouvé le moyen de faire paſſer vn corps conſidérable de Troupes dans le Piémont, vers la fin de l' année précedente, le Comte de Staremberg s' étoit mis en marche avec plus de 20. mille hommes, & vn Train d' Artillerie le 26. de Décembre & ayant forcé tous les poſtes des François qui s' oppoſoient à leur paſſage, & rendu toute la vigilance & les efforts du Duc de Vendome inutiles ils soigninrent le Duc de Savoye le 13. de Janvier pres' de Nice de la Paille, apres' vne marche des mieux concertées & des plus penibles.* RINCK *p. 1576. 1638.* LEBEN CAROLI *p. II. p. 476. p. III. p. 56.* LETTR. HIST. *Nov. 1703. pag. 504. Dec. 1703. p. 616.* Declaratio belli contra Sabaudiæ Ducem *Ianv. 1704. p. 65. Fevr. 1724. p. 127.* Litteræ Regis deſuper ad Papam ſcriptæ *April 1704. p. 377.* ZSCHACKWITZ *Leben Caroli VI. p. 66.*

45) SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *p. 595.* LEBEN CAROLI *p. II. p. 39.* RINCK *p. 1572.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 69.* MVLLERI *Leben Marlbouroughs p. 100.* MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. p. 77.* LETTRES HIST. *Mars 1703. p. 284. May pag. 555. 627.* FABER *Tom. VI. pag. 444.*

46) HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. pag. 69.* MVLLERI *Leben Marlbouroughs pag. 104.* MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. p. 78.*

47) SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *p. 540.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *Tom. I. p. 77.* MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. p. 80.* LEBEN CAROLI *p. II. p. 144.*

48) Im SPANISCHEN SVCCESSIONS-KRIEG *p. 542. ſqq.* reperiuntur Gallorum & Belgarum Relationes de hoc prœlio. HIST. DV PRINCE D' ORANGE p. I. p. 80. *Le combat dura depuis trois heures iusqu' à la nuit avec vn terrible carnage; & il faut avoüer que la grande ſuperiorité des François leur donna d' abord de l' avantage ſur les Alliez & qu' ils les mirent tellement en desordre que le Général d' Obdam ſe trouva coupé de ſon Armée, & qu' apres les efforts inutiles pour la reioindre, il fut contraint de ſe retirer a Breda. Mais il eſt certain auſſi que la fin ne répondit pas à ces commencement & que le Général Slangenbourg, qui pris le commandement des Troupes, rétablit ſi bien les choſes par ſa prudence & par ſon Courage, qu' il fit des merveilles dans cette occaſion; que manquant de poudre, il força la bayonnette aut bout du fuſil, le poſte du Villa-*

Et licet Marlborugius prœlio cum Gallis decertare vellet, hi tamen intra munimenta cedebant. 49) Hinc Mosam versus tendit Marlborugius, Huium obsidet, idemque occupatis munimentis exterioribus, XXV. eiusdem mensis ad deditionem compellitur, præsidiariis captiuitati mandatis. 50) Et licet Marlbourougius Gallos intra munimenta sua adgredi cuperet, res tamen periculi plena visa fuit Belgarum Deputatis. 51) Limburgum XXVII. Septembris deditur 52) & XIV. Decembris Geldria. 53) arctius hucusque includa.

§. CXV. Eodem anno, in Germania Veldentia arx XXXI. Ianuarii a Fœderatis capitur. 54) Hassiæ Princeps vero Trarbacum XX. Ianuarii obsessum, aduentante cum viginti quinque militum millibus in auxilium Tallardo, XXV. Martii iterum relinquit. 55) Interea, Germaniam Bauarus magis magisque turbabat. Amice equidem cum ipso adhuc agebat Leopoldus, litteris ad ipsum scriptis, Electorem dehortatus, 56) verum publicato ab ipso Manifesto, quo, dum medium se inter belligerantes gerere voluisset, sibi a Cæsare fuisse metuendum, officia Cæsari in Vngaria præstita, parum compensata, dotem non solutam, & quæuis alia prætexebat. 57) Occupato igitur ineunte statim anno a Bauaro Neuburgo ad Danubium, 58) mittebatur Schlickius Comes cum milite Cæsareo in Bauariam, Styrumbius in Palatinatum Superiorem, qui IV. Martii Bauaros ad Dietfortum vincebat. 59) Cæsarei etiam vna cum copiis Franconicis in Palatinatu Superiori Neumarcum, Rotenbergam, aliaque castra occupant. 60) Tentabatur interim Bauari coniunctio cum Gallis, hanc vt faciliorem redderet Gallicus Exercitus, Ducc Villarsio Rhenum transiens, Munimentum Kehl parum prouisum XIX. Februarii obsidet & IX. Martii deditione capit. 61) Inde per syluam nigram transitum tentans, Kintzingam capit. 62) Bauariæ vero Elector, Schlickio Comite ad Passauii defensionem properante, relictum ad Oenum equitatum XI. Martii cædebat, 63) Fit etiam ad Einhouam in Palatinatu Superiori XXVIII. Martii conflictus, in quo Bauari equidem inferiores discedebant, Georgius Fridericus tamen, Anspacensis Marchio, ex vulnere accepto, insequenti die in pago Kütenſe defunctus. 64) Dum interim Ratisbonæ de securitate Ciuitatis & Comitiorum ageretur, nihilominus Elector Ciuitatem IX. Aprilis eo adigit, vt ipsi pontem & portam Danubianam in possessionem traderent. Electore Ciuitati non solum, sed etiam Imperii Legatis nihilominus securitatem promittente. 65) Galli Germanorum munimenta ad Stolhofiam præducta, defendente eadem Ludouico Badensi, perrumpere non valebant, qui potius tribus suorum millibus amissis repellebantur. 66) Tandem vero triginta Gallorum millia vallem sub Villarsio Kintzingensem perrumpentes, & Rotwilam transeuntes,

ge d' Oeteren, qu' il le conserva malgré tous les efforts des Ennemis pour le reprendre, & qu' il s' ouvrit vn passage asseuré pour se retirer vers Lillo, ce qu' il fit le lendemain 5 & les François bien loin de le poursuivre, se retirerent aussi dans leurs Lignes. MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. p. 83.* vbi demum p. 95. auctor fatetur: *ie dirai seulement pour finir l' affaire d' Ekeren, que le Mareschal de Boufflers ne fit rien qui vaille, & que nous fumes contraints d' abandonner le champ de bataille aux Ennemis.* LETTRES HISTOR. *Iuill. 1703. p. 100.* Hoc ipsum prœlium famam Obdamii nimium lætit, quasi fugam præproperam cepisset, vt ipse defendere se necessum haberet. SPANISCHERSVCCESSIONS-KRIEG *p. 560.* LETTR. HISTOR. *Iuillet 1703. p. 100. Août p. 181.* MVLLERS *Leben Marlbouroughs pag. 106.* LEBEN CAROLI *p. II. p. 147.*

49) SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *p. 571.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 86.* MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. p. 97.*

50) SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *p. 569.* MVLLERS *Leben Marlbouroughs pag. 109.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 89.* LEBEN CAROLI *p. II. p. 173.* LETTRES HISTOR. *Août 1703. p. 124. Sept. p. 370.*

51) HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 93.* MVLLERS *Leben Marlbouroughs p. 107.*

52) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 571.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 98.* MVLLERS *Leben Marlbouroughs p. 111.* LEBEN CAROLI *p. II. p. 176.* LETTR. HIST. *Oct. 1703. p. 470.*

53) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 575.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. pag. 98.* LETTRES HIST. *Sept. 1703. pag. 375. Ianv. 1704 pag. 114.*

54) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 576.*

55) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 578.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 99.* LETTRES HIST. *Fevr. 1703. p. 158.*

56) Litteræ Cæsaris ad Bauarum vna cum Electoris responsione reperiuntur apud RINCKIVM *p. 1513.*

57) Manifestum eius *Luxenburgi* publicatum est 1703. 8. RINCK *p. 1520.* Scripta pro & contra publicata in FABRI *Staats-Cantzelley Tom. VIII. pag. 1.*

58) De hac occupatione scripta extant in FABRI *Staats-Cantzelley Tom. VIII. c. III.* LETTR. HISTOR. *Mars 1703. p. 270.*

59) RINCK *pag. 1546.* LETTRES HISTOR. *Avril 1703. p. 398.*

60) FABRI *Staats Cantzelley Tom. VIII. c. IV.* & dum Rotenburgensis arx solo æquaretur, desuper protestatum fuit Regimen Ambergense *c. V.*

61) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 579.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. II. pag. 101.* RINCK *p. 1551.* LEBEN CAROLI *p. II. p. 16.* LETTRES HISTOR. *Mars 1703. p. 279. Avril pag. 412.*

62) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 579.*

63) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *pag. 580.* RINCK *p. 1547.* MEM. DE LA GVERRE *Tomo II. p. 58.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 1066.* LEBEN CAROLI *p. II. p. 24.*

64) MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. pag. 63.* LEBEN CAROLI *p. II. p. 310.* RINCK *p. 1548.*

65) RINCK *p. 1550.* Quid circa hanc securitatem Comitiorum fuerit actum, exponit FABER in *Staats-Cantzelley Tom. VII. p. 745. sqq. & Tomo VIII. c. II. Tom. IX. cap. VI. VII.* LEBEN CAROLI *p. II. p. 32.* LETTRES HISTOR. *May. 1703. pag. 533.*

66) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 583.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 107.* LEBEN CAROLI *p. II. p. 29.*

67) SPAN.

euntes, Danubium versus properant, se cum Electore prope Dutlingam coniungentes. 67)

§. CVI. Bauariæ interim Elector Circulo Franconico iam satis prospectum esse sentiens, vt perrumpere haut auderet, Tirolensem inuadebat Comitatum, eo animo, vt irrumpente ab altera parte Duce Vindocinensi, communicationem inter Exercitum Bauaricum & Gallorum Italicum tentarent, Cæsaris in Italia exercitum plane intercluderent. Introiisse Bauaro victoria erat. Postquam enim Kufsteinium infestassent, Comes de Wolckenstein, qui vrbi præerat, suburbia incendit, sed dum vento exorto, ignis etiam vrbem arcemque inuaderet, & turrim puluere nitrato refertam, ipse relicta hac vrbe, Rotenbergam secedit, quam XXIII. Iunii Elector capit. Inde progressus, Oenipontum, Halam, Scharnitzium, Clusas Ehrenbergenses capit. Vlterius pergentem rustici potissimum, & Venatores, qui se militi Cæsareo sub Gutensteinio præfecto militari iunxerant, impediuere, qui montium summa faucesque occupantes, per montem Brenner transituros Bauaros trabibus & magnis lapidibus, quas ex montibus deuoluebant, tormentis etiam ex arboribus factis, vsi, magna clade adficiunt, & occupatis plerisque castris, Bauaros solo Kusteinio retento, pedem retrofigere cogunt. 68)

§. CXVII. Ad Danubium interea Galli, postquam Vlmam, Ingolstadtium & Brauauiam, suis etiam copiis, inuito licet Electore, firmassent, 69) prope Dillingam se munientes, vt Ludouicus Badensis adgredi ipsos haut auderet. 70) Missō tamen Munderckingam Præfecto militari de la Tour, vt Gallorum cum Helueticis terris communicationem impediret, quem Galli XXXI. Augusti adgrediuntur fugantque, Christiano, Hannouerano Principe infimul occiso. 71) Postquam autem Ludouicus Badensis Danubium transiisset, Augustam a Bauaris tentatam seruaturus, 72) Styrumbium Comitem cum exercitu vlginti millium prope Danubium reliquerat, qui Gallos arctius includeret. Hi ifti ad Höchstadtium sub Bauaro Electore & Villarsio XX. Septembris occurrentes, Fœderatos vtrinque adgredientes, magna clade adficiunt, castrisque illorum potiuntur. 73) Ad Rhenum Superiorem Burgundiæ Dux Friburgum se adgressurum esse simulabat, Brisacensibus eo militem cum adparatu militari mittentibus, qui hoc ipso debilitati, Gallis Brisacum XXII. Augusti infestantibus, parum resistentes, vrbem cum arcibus VI. Septembris vi maiori nondum admota, dedunt, 74) præproperæ conditionis culpa in Comitem de Arco & Marsilium, qui vrbi præerant, reiecta. 75) Medio Octobris Tallardus Landauium oppugnat, a Frisio Comite optime defensum. Mittebantur ex Belgio, ductu Principis Hassiaci auxilia, qui Palatino & Germanico militi iuncti, Spiram vsque pergebant, subsidium vrbi laboranti laturi, sed, dum nimium securi essent Fœderati, Galli nouis per Precontalium copiis fussulti, eosdem XIII. Nouembris prope Speierbach adoriuntur, & magna clade adficiunt. 76) Fructus victoriæ erat Landauii deditio XIX. Nouembris facta. 77)

67) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *pag.* 584. MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. p. 65.* LEBEN CAROLI *p. II. p. 40.* LETTRES HIST. *May 1703. pag. 345.*

68) Hunc Bauari irritum conatum describit SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *pag.* 584. qui etiam rusticorum ductores indicat *Christoph Kindel von Iochberg & Iohann Auffschneider, Postmeister von Watterich*, qui etiam ideo ab Imp. singulari gratia adficiebantur. HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 108.* LEBEN CAROLI *p. II. p. 181.* LETTR. HISTOR. *Sept. 1703. p. 313.*

69) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *pag.* 584. MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. p. 65.*

70) RINCK *pag.* 1556. LETTRES HISTOR. *Sept. 1703. p. 320.*

71) Vocatur etiam prœlium ad Ehingam, SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *pag.* 589. RINCK *p.* 1556.

72) SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 952. MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. pag.* 69. RINCK *p.* 1558. LETTR. HIST. *Oct. 1703. p.* 404.

73) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *pag.* 592. MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. pag.* 70. vocat le *Combat de Schwemmingen* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p.* 105. LEBEN CAROLI *p. II. p.* 331. RINCK *p.* 1559. LETTR. HIST. *Oct. 1703. p.* 408.

74) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *pag* 591. HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p.* 102. vbi dicitur: *Les François avoient manqué de surprendre cette ville dans le mois de Decembre de l' année précedente, par le moyen de deux hommes qui devoient mettre le feu aux magasins. L' vn d' eux avoit déia saisi la Sentinelle au collet; mais elle trouva le moyen de se degager & de donner d' allarme, ce qui fit manquer leur coup, & obligea vn corps de François qui étoit près à passer de Rhin, de s' en retourner à leur garnison.* LEBEN CAROLI *p. II. p.* 327.

75) HIST. DV PRINCE D' ORANGE p. I. p. 103. *il est vrai que les François avoient déia perdu beaucoup de monde pendant ce temps là; mais comme la Place fut renduë sans avoir souffert aucun assaut, & sans qu'elle manquât des choses nécessaires, le Comte d' Arco fut accusé de l' avoir mal defendüe, l' Empereur lui fit faire son procés il fut damné à perdre la tête & la sentence fut executée le 18. Feurier de l' année suivante. Le Comte Marsigli, & les autres Officiers furent aussi cassez avec infamie.* Idem dicunt MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. p.* 72. RINCK *p.* 1560. 1606. LETTRES HIST. *Oct. 1703. p.* 421. *Avril 1705. p.* 371. Iudicium in eosdem exponitur.

76) LAGVILLE *Hist. d' Alsace Tom. II. p.* 317. *Les alliez perdirent dans cette iournée, cinq à six mille morts, trois mille prisonniers, les munitions & tous les bagages, avec trente pieces de Canon. Si on en croit la lettre que le Maréschal de Tallard écrivit au Roy, les François y prirent plus de drapeaux qu' ils ne perdirent de simples Soldats. L' expression est vive, mais elle doit se pardonner, à vn vainqueur tout occupé de ses succez, & qui ne compte pas à quel prix il a acheté la victoire. La perte des François fut en effet mediocre, mais ils regrettent beaucoup le Marquis de Pracontal tüe dés la premiere décharge, le Marquis de Beaumanoir, le Comte de Caluc, vn Prince de Croy, le Marquis de Meuze & le Marquis de Puy-gion. On dit que le seul Regiment du Roy perdit vingt huit Officiers.*

cta. 77) Exeunte anno, Auguſtam Vindelicorum oppugnabat Bauariæ Elector, præſidio ſeptem millium ſub Barone de Bibra munitam, quæ poſt aliquot dierum obſidionem, XIV. Decembris, inuitis licet Ciuibus, fuit dedita. 78)

§. CXVIII. Eodem anno 1703. poſtquam Caſtiliæ Admirandus ſub prætextu legationis Gallicæ ipſi delatæ, Liſabonam ſeceſſiſſet, 79) Luſitaniæ Rex Petrus in Fœderatorum partes magis inclinabat, irritatus, quod Philippus Andegauenſis inſignia Luſitanica Hiſpanicis iunxerat. Poſtquam igitur claſſis Fœderatorum in portum Liſabonæ aduentaſſet, ipſe magis firmatus, fœdus XVI. Maii 1703. ſubſignabat, quo ſe, accepta pecunia annua, ad viginti militum millia obligabat, quibus Fœderati duodecim adderent, bellum Caroli III. nomine gereretur, qui propediem Hiſpaniam petere deberet. 80) Dum igitur Luſitaniæ Rex bellum, non niſi adueniente in Hiſpaniam Carolo, incoandum eſſe iudicaret, hoc potiſſimum per Caſtiliæ Admirandum vrgebatur, ægre licet concedente Imp. eo quod res non ſolum eſſet periculi plena, ſed etiam ob defectum ſtirpis Auſtriacæ. 81) Indicto tandem Viennæ XII. Septembris 1705. ſolenni actu, Imp. in præſentia ſummorum Aulæ Miniſtrorum, vna cum Ioſepho iura ſua in ſucceſſionem Hiſpanicam, certis prius conſtitutis pactis, Carolo cedit, quam ipſe acceptat, ceſſionis inde inſtrumento a Leopoldo Ioſepho & Carolo iuramento confirmato, Carolus III. publice Rex declaratus. 82) Conſtituto die XIX. Septembris Carolus III. Viennam relinquebat, 83) per Saxoniam Superiorem & Inferiorem Duſſeldorpium, indeque Hagam Comitum adueniebat. Et licet XX. Nouembris ex Belgio ſolueret, ventum tamen contrarium expertus, Hagam Comitum, indeque Roterodamum regredi fuit coactus. Ineunte anno 1704. denuo ſoluens VI. Ianuarii Portsmuthum adpellit, indeque Londinum ductus, ab Anna Regina benigne exceptus. Ex Anglia XI. Februarii cum claſſe Fœderatorum ſoluebat, ſed vento contrario ad Angliæ oras fuit repulſus. Denuo XXI. Februarii ſoluens VII. Martii in portum Liſabonæ feliciter adpulit, ibidemque magna ſolennitate fuit receptus. 84)

§. CXIX. Publicato igitur Aprili menſe 1704. a Carolo III. & Petro, Luſitaniæ Rege Manifeſto, bellum in Hiſpania incoatur. 85) Luſitanis tamen nec dum ſatis præparatis, primus Ducis Andegauenſis impetus in Luſitaniam, qui Gallicis copiis ſuffultus, VII. Maii Saluaterram, Seguram, & Montfortium occupabat: Tillius Aronchium capiebat, quod tamen ſtatim iterum reliquit. Variis conflictibus pugnabatur, Hiſpani equidem ad Caſtelbranco XXVII. Maii victores, Luſitani XI. Iunii ad Montem ſanctum. 86) Exeunte Maio, Georgius Darmſtadtius cum Fœderatorum claſſe Barcellonam tentabat, eandem per conſpiratos, qui in vrbe erant, occupare ratus, ſed poſtquam vrbem per biduum ignitis globulis infeſtaſſet, detecta conſpiratione, retro cedit. 87) Felicior in vrbem

77) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *pag. 605.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 104.* MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. p. 73.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. pag. III.* LEBEN EVGENII *p. II. p. 348.* RINCK *p. 1567.* LETTRES HISTOR. *Dec. 1703. p. 667.*

78) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 611.* MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. p. 113.* RINCK *p. 1564.* LETTRES HISTOR. *Ian. 1704. p. 57.*

79) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 448.* LEBEN CAROLI III. *p. I. p. 766. 785.*

80) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 612.*

81) Rationes in ſcripto Admirandi Caſtiliæ plenius exponuntur in SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 615.* LEBEN CAROLI *p. II. pag. 250.* LETTRES HISTOR *Août 1703. p. 226.*

82) SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *p. 624.* Hæc plenius exponuntur in FABRI *Staats-Canzelley Tom. VIII. c. VIII. n. 1.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 114.* LEBEN CAROLI *p. II. pag. 218.* RINCK *p. 1598.*

83) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *pag. 591.* RINCK *p. 1594.* LEBEN IOSEPHI *p. I. pag. 459.* LETTR. HIST. *Oct. 1703. p. 397.*

84) De ſingulis hiſce SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *pag. 635. ſqq.* FABRI *Staats-Canzelley Tomo VIII. c. II. n. 2. 3.* LEBEN MARLBOVROVGS *c. XXXII. XXXIII.* LEBEN CAROLI *p. II. p. 244. p. III. incunte.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 158.* RINCK *p. 1634.* LETTRES HISTOR. *Avril. 1704. p. 485.*

85) Extant im SPANISCHEN SVCCESSIONS-KRIEG *p. 662.* LEBEN CAROLI *p. III. pag. 24.* LETTRES HIST. *Avril. 1704. pag. 453. Iuin pag. 684.*

86) Hæc ſingula deſcribuntur im SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 671. ſqq.* LEBEN CAROLI *p. I. p. 145.* Hæ expeditiones in HSTOR. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 158.* tali modo deſcribuntur, *peu de temps apres les deux Rois ſe rendirent a l' Armée Portugaiſe, vers Almeida, accompagnez d' Amirante de Caſtille, qui s' étoit déclaré pour le Roy Charles, & de Milord Gallowai. Il ne ſe paſſa rien de déciſif dans les Armées Eſpagnols & Portugaiſe. On occupa de part & d' autre quelques places peu importantes ſur les frontieres, & il y eut quelques rencontres, dont la principale fut le combat qui ſe donna près de Monſanto ſur les Frontieres de Caſtille, le 9 de Iuin dans lequel le Marquis Das Minas Général des Troupes Portugaiſes ayant aſſamblé vn corps de 15. mille hommes, tomba ſur les Eſpagnols & les François, les mit en déroute, & remporta ſur eux vn avantage conſidérable, & repara ainſi la perte de 2. Regimens Hollandois qu' ils avoient ſurpris vn peu auparavant & faits priſonniers de Guerre.* LETTR. HIST. *Iuin 1704. p. 681. Iuillet p. 107. 114. Août p. 219.* RINCK *p. 636.*

87) SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *p. 682.* LEBEN CAROLI *p. III. p. 157.* HISTOR. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 164. Les Alliez, qui avoient quelque intelligence dans Barcelone s' aprocherent de cette place avec vne Escadre le 30. May, & ils débarquerent quelques troupes le lende main; mais ceux qui devoient favoriſer ce deſſein ayant été découverts, & arrêtez, on ſe contenta de la bombarder; apres quoi la Flotte Alliée ſe retira.* LETTR. HIST. *Iuillet* 1704. *p.* 110.

88) SPAN.

vrbem Gibraltar expeditio, quæ terra marique III. Augusti 1704. obsessa, & ignitis globulis nimium vexata, V. Augusti ad deditionem per eundem Darmstadtiensem Principem fuit compulsa. 88) Adueniente autem Gallorum classe, sit XXIV. Augusti in mari Mediterraneo ad Malagam prœlium nauale, in quo pari fortuna fuit dimicatum. 89) Nihilominus Galli IV. Octobris vrbem Gibraltar iterum terra marique obsident, obsidionem vrgente Gallorum præfecto Thessio. 90) Hanc, licet Georgius Darmstadtiensis strenue defenderet, aduentante tamen in auxilium Fœderatorum classe, indeque XXIII. Martii Gallorum classem amissis tribus nauibus fugant, Thessius etiam cum terrestribus copiis, amissis suorum vel octo millibus XXIII. Aprilis vrbem relinquit. 91)

§. CXX. Maximus illo anno belli impetus in Germaniam. Ineunte statim anno Passauium occupabat Bauariæ Elector. 92) Inde ad syluam nigram pergens, nouam Gallorum sub Tallardo aduenientium coniunctionem quærens, quam Germanicus miles impedire quouis modo conabatur. Maior enim exercitus pars sub Marchione Baruthino, Duce Würtenbergensi & Styrumio Heidenheimi Würtenbergenses terras tuebatur, dum interea Thungius Comes aditus syluæ nigræ obsideret, sed Bauariæ Electore aduersus eum tendente, iste Rotwilam retrocedebat, vt Würtenbergico Duci & Stirumio iungeretur, & Bauaris se opponeret, dum interea Tallardus commeatu fere destitutus, vallem S. Petri perrumpens, Danubium versus properabat, frustra illum prosequente Ludouico Badensi. 93) Marlborougius equidem cum Anglorum Belgarumque exercitu, expeditionem ad Mosellam simulabat, sed postquam ad Confluentiam Rhenum, ad Moguntiam Mœnum, ad Ladeburgum Nicrum transiisset, ad Danubium pergebat, se XXII. Iunii cum triginta millium exercitu, militi Cæsareo iungens, dum interea Eugenius Princeps cum Borussicis & Westphalicis copiis ad Rhenum opponeretur. 94) Bauariæ igitur Elector, tanto Fœderatorum Exercitui parem se haut videns, castris munitis se continebat. Ipse quidem cum potiore exercitus parte, in castris ad Dillingam & Lauingam, alteram prope Donawertham ad montem, Schellenberg dictum, variis circumductis munimentis, posuerat, vt Fœderatorum irruptionem in Bauariam impediret. Hanc autem dum Fœderati tentarent, sit 11. Iulii 1704. ad dictum montem, contradicente licet Ludouico Badensi, rem periculi esse plenam, arguente, prœlium. Primum impetum faciebant Angli, quibus Germanus miles subueniebat: tandem circa noctem munimenta perrumpunt, Gallos Bauarosque fugant, vt plerique vel cæderentur, vel Danubio mergerentur, licet non sine Fœderatorum clade. 95) Post hanc victoriam, Donawertha & Danubii transitus Fœderatis patebat, & fere vniuersa Bauaria, Aicha, Raina, Dillinga aliæque vrbes occupabantur. 96) Varie interim ad compositionem Elector tentabatur, hic etiam Fœderatis accedere se velle simulabat, vsque dum Tallardus nouas copias ipsi in auxilium adduceret. 97) Hic enim, postquam Villingam XVI. Iulii per quinque dies fruſtra tentasset, sensim Danubium versus tendebat, indeque prope Augustam se Bauaro iunge-

88) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 684. HISTOR. DV PRINCE d' ORANGE *p. I. p.* 163. LETTRES HISTOR. *Sept.* 1704. *p.* 334.

89) SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 689. LETTRES HIST. *Oct.* 1704. *p.* 429. 443. *Nov. p.* 551. *Ianv.* 1705. *p.* 117. *Fevr. pag.* 236. *Mars p.* 338. *Avril pag.* 464. LEBEN CAROLI *p. III. p.* 159. HISTOR. DV PRINCE d' ORANGE *p. I. p.* 166. Qua ratione Galli sibi tribuerint victoriam, patet ex MEM. DE LA GVERRE *p. II. pag.* 176.

90) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG. *p.* 701. LEBEN CAROLI *p. III. pag.* 162. HISTOR. DV PRINCE d' ORANGE *p. I. p.* 212. LETTRES HISTOR. *Dec.* 1704. *p.* 689.

91) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 771. LEBEN CAROLI *p. III. p.* 179. 328. 338. Facta liberatio per Admiral Leacke RINCK *pag.* 1675. LETTR. HISTOR. *May* 1705. *p.* 552. 571.

92) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 706. MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. p.* 114. culpa modo in Gronsfeldium, ducem Cæsareum, modo in Episcopum reiciebatur. Extant hæc scripta in FABRI *Staats-Cantzelley Tom. IX. cap. V.* RINCK *pag.* 1706. LETTR. HISTOR. *Fevr.* 1704. *p.* 176.

93) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 706. MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. p.* 116. *mais ceux ci aiant reçu les Troupes que le Duc de Wirtemberg & le Comte de Stirum lui amenèrent, se mit à la tête d' vn Corps d' Armée composé de cent dix-sept Escadrons, & de quarante huit Bataillons resolu à son tour de venir attaquer l' Electeur & Marsin, & s' opposer par là à la ionction de nos Armées. Comme les Généraux de l' Empereur étoient sur le point d' éxécuter leur projét; ils reçurent ordre du Prince de Bade qui étoit absent de differer le Combat iusques à son arrivée; Ordre qui fut fatal, & qui leur fit perdre l' occasion de battre l' Electeur & Marsin, & favorisa en même tems le passage de l' Armée Françoise en Bavière. Cependant le Maréchal de Tallard sans perdre le tems, fit passer son Armée sur un pont au dessus de Strasbourg, & aiant marché par le Hohlengraben, & le Kalthberg nous nous rendimes à Willingen, où la ionction de nos Troupes se fit le 17. de Mai avec l' Armée de l' Electeur.* RINCK *p.* 1609. LETTR. HISTOR. *Iuin* 1704. *p.* 663.

94) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 706. LEBEN MARLBOVROVGHS *c. XXXIV. XXXV.* MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. p.* 120. LETTR. HISTOR. *Iuin* 1704. *p.* 668.

95) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 710. MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. pag.* 122. HIST. DV PRINCE d' ORANGE *p. I. p.* 139. RINCK *p.* 1612. LEBEN EVGENII *p. II. p.* 224. LEBEN CAROLI *p. III. p.* 205. LETTRES HISTOR. *Iuillet* 1704. *pag.* 70.

96) SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 712. MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. p.* 130. LEBEN MARLBOVROVGHS *c. XXXVIII.* HIST. DV PRINCE d' ORANGE *p. I. p.* 147. LETTR. HISTOR. *Aout* 1704. *p.* 189.

97) MEM. de LA GVERRE *Tom. II. p.* 134. RINCK *p.* 1614.

97) SPAN.

iungebat, Eugenio Principe, qui copiis erat inferior, æque Fœderatis accedente. 98) Hi antea iamdum Fridburgum vsque tendebant, vt Gallos Bauarosque in caſtris ſuis prope Auguſtam adorirentur. Verum, dum eadem ſecuro munitoque loco collocata reperirent, 99) omnem Bauariam ſibi ſubiicere tentabant, & dum VII. Auguſti Ingolſtadtium, dirigente Ludouico Badenſi obſiderent, Galli Bauarique hæc impedire conantes, relictis caſtris ſuis munitis, ad Höchſtadtium prope Danubium caſtra locant. His dum obuiam eunt Fœderati, fit XIII. Auguſti 1704. cruentum prœlium Höchſtadtienſe. Difficilis ſub initium Fœderatis per terram lutoſam erat acceſſus, vt Gallorum tormenta plurimum detrimenti ipſis adferrent, & dubia plane videretur victoria, aſt, diſſipato Gallorum equitatu, horum acies magis magisque inclinabat, vt demum in fugam verterentur, Tallardus per Boineburgium caperetur, & Principi Haſſiæ hæreditario traderetur. Peditatus quidem Gallorum in pago Bleinheim adhuc ſupererat intra munimenta ſubitanea, qui adhuc reſiſtebat, tandem etiam ſe dedebat. Dextra equidem ala, cui Eugenius præerat, poſt Bauarorum acerrimam defenſionem, & ſuperatas multas difficultates, hos etiam in fugam coniicit, vt Gallorum Bauarorumque clades triginta hominum millia excederet, qui in prœlio cæſi fuerunt vel captiui, tanta victoria, qualis per hominum memoriam haut fuerat reportata. 100)

§. CXXI. Fructus tantæ victoriæ fuit, vt Galli Bauarique, timidi nimium & fugientibus ſimiles, Memmingam, Biberacum, Auguſtam, aliasque Sueuiæ vrbes, immo Danubium relinquerent, Rhenumque tranſirent. 1) Sola Vlma ſupererat, quæ Thungio dirigente, obſidetur & XIII. Septembris deditione capitur. 2) Et paulo poſt Straubinga, Paſſauium & Kehlheimum. 3) Maior interea Exercitus XIV. Septembris Landauium expugnat, Villaregio cum reliquiis Gallici exercitus Hagenouiam verſus recedente. Accedebat obſidioni Ioſephus, Romanorum Rex, quo dirigente, XXVI. Nouembris vrbs Fœderatis deditur. 4) Marlborugius autem cum parte exercitus XX. Octobris Auguſtam Treuirorum occupat, 5) & hoc Londinum diſcedente, Sarburgum a Belgis, Trarbacum a Principe Haſſiaco, poſt ſex hebdomadum obſidionem XVII. Decembris capitur. 6) Briſacum etiam, per Stratagema fruſtra tentatur. 7) Tanti progreſſus Bauariæ Electorem eo adigebat, vt Coniux ipſius XVII. Nouembris, facta in caſtris ante Landauium, Ilbesheimi capitulatione, Bauariam vna cum Kuſſteino Imp. cederet; Monachio ſaltem cum theſauro Electorali & præfectura eiusdem ipſi relicto. 8)

§. CXXII. Dum bellum hoc in Germania ferueret, in Belgio arma fere ceſſabant. Ineunte tamen anno Comes de Noyelles, collecto exercitu, Gallorum aggeres in Brabantia ſolo æquabat, 9) quos licet reſtituerent, Ouerkerckius tamen eosdem paullo poſt fruſtra

98) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 713. HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. pag.* 147. LEBEN EVGENII *p. II. p.* 231. LEBEN CAROLI *p. III. pag.* 225. LETTRES HISTOR. *Août.* 1704. *pag.* 195.

99) MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. p.* 132.

100) Vocatur etiam *prælium ad Pleyntheym.* SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 717. LEBEN MARLBOVROVGHS *c. XXXIX.-XLIII.* MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. p.* 1, 7. HISTOR. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p.* 148. RINCK *pag.* 1616. LEBEN EVGENII *pag. II. p.* 236. LEBEN CAROLI *p. III. p.* 229. LETTR. HISTOR. *Sept.* 1704. *p.* 276. 307. 343. *Nov. pag.* 541. Inſcriptio quæ loco prœlii deſtinata, extat in LETTR HIST. *Ianv.* 1705. *p.* 43. *Fevr. p.* 173. ZSCHACKVVITZ *Leben Caroli VI. p.* 128.

1) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *pag.* 728. LEBEN EVGENII *p. II. pag.* 255. MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. pag.* 165. LEBEN MARLBOROVGHS *p.* 189. HIST. DV PRINCE D' ORANGE p. I. p. 56. *en vn mot par cette furieuſe Bataille l' Electeur de Bavière, perdit ſes Etats, & les François chaſſez de l' Allemagne, furent contraints de repaſſer le Rhin, apres avoir perdû cinquante mille hommes ſur le Danube; en joignant les morts, les bleſſez, les priſonniers & les déſerteurs ſelon le calcul que quelques Auteurs en on fait.* RINCK *p.* 1628.

2) LEBEN EVGENII *p. II. p.* 258. MVLLERS *Leben Marlboroughs p.* 190. LETTRES HISTOR. *Oct.* 1704. *p.* 411.

3) LEBEN EVGENII *p. II. p.* 262. HISTOR. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p.* 155. LETTRES HISTOR. *Nov.* 1704. *p.* 52.

4) LEBEN EVGENII *p. II. p.* 262. MVLLERS *Leben Marlboroughs p.* 195. LETTRES HISTOR. *Oct.* 1704. *p.* 420. *Nov. p.* 526. RINCK *Leben Iosephi p. I. p.* 497. Vid. *die zu ihrem Vnglück und des Reichs Nachtheil fortificirte Stadt Landau*, 1704. 4. Præfectus vrbis fuerat Mr. de Laubanie, hanc ſtrenue defendens. MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. pag.* 167. RINCK *p.* 1630. LEBEN IOSEPHI *p. I. p.* 485.

5) LEBEN EVGENII *p. II. p.* 293. MVLLERS *Leben Marlboroughs p.* 191. LETTR. HISTOR. *Nov.* 1704. *p.* 535.

6) LEBEN EVGENII *p. II. p.* 295, RINCK *p.* 1632. LEBEN CAROLI *p. III. p.* 304. LETTR. HIST. *Dec.* 1704. *p.* 605. *Ianv.* 1705. *p.* 60. 124.

7) LEBEN EVGENII *p. II. p.* 300. RINCK *p.* 1633. LEBEN CAROLI *p. III. p.* 308. LETTR. HISTOR. *Dec.* 1704. *p.* 662.

8) LEBEN EVGENII *p. II. pag.* 303. MEM. DE LA GVERRE *p. II. p.* 166. *L' Electrice prit le Gouvernement de toutes les affaires, elle envoia abord le Pere Smacker Iefuite au Prince de Bade, pour lui faire des propoſitions d' accommodement, qui avoient pour but de délivrer le Peuple de la déſolation, & du pillage.* Hoc bellum Bauaricum ſingulari libro deſcribitur per CAESAREM AQVILINIVM, & in BVCHER-CABINET *p. XL. XIII. XIV. XV.* in vita Bavariæ Electoris, Conditiones vero reperiuntur *p.* 205. LEBEN CAROLI *p. III. p.* 298. ELECTA IVRIS PVBLICI *Tom. V. p.* 632. LETTRES HIST. *Ianv.* 1705. *p.* 57. RINCK *p.* 1631. LEBEN IOSEPHI *p. I. p.* 500. Hi ſunt Tractatus iſti Ilbesheimenſes, de quibus Galli in Pacis Traiectenſis Tractatibus tantas turbas mouebant.

9) HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. pag.* 120.

10) HIST.

fruſtra tentabat, 10) Galli munimenta Creuecœur & Dole fruſtra obſidebant. 11) Iulio menſe Fœderati Namurcum per triduum ignitis globulis fruſtra infeſtant. 12) In Flandria Munimentum S. Iſabellæ XXXI. Iulii deditione capitur. 13)

§. CXXIII. In Italia vero, bellum in terras Sabaudicas transferebatur. Galli enim, occupata pleraque Sabaudiæ parte, nouo milite firmati, Fœderatis ſuperiores, Aſtium, Villamnouam, Suſam, Feuilladio Duce, XII. Iunii occupant. 14) Sequebantur in Montisferratenſi Marchionatu XX. Iunii Vercellæ, 15) & Iurea, licet probe defenſæ. 16) Vindocinenſis Dux XIV. Octobris Veruam, Pedemontani Ducatus, obſidebat, quam Baro de Freyſingen vsque ad VII. Aprilis 1705. mira fortitudine, multa cum Gallorum clade defendebat. Poſtquam autem Galli liberum ipſi cum milite præſidiario exitum nollent concedere, ipſe igne ſuppoſito, deſtructis munimentis, demum ſe gratiæ obſidentium reliquit. 17) Sequebatur paulo poſt Villa Franca. 18) In Lombardia vero, Galli ſub Magno Priore Vindocinenſi copiis longe ſuperiores, Cæſareos ſenſim cedere cogebant, vt demum Oſtiglia, Serraualla, aliisque locis relictis, circa Lacum Gardæ hærerent, per quem ipſis commeatus aduehebatur, licet Galli eundem ſenſim intercludere conarentur. 19) Mirandulæ etiam Dux Gallis plene accedebat. 20)

§. CXXIV. Durante cum Gallis bello, Vngari ab iisdem concitati, rebellionem mouebant. Ragotzius enim, poſtquam Mongatſchium a Töckelii coniuge a. 1688. Cæſari fuiſſet deditum, Viennam fuerat abductus, ibidemque educatus. Sed adultior factus, ob denegatam ipſi Principis Imperii dignitatem, non ſolum irritatus; ſed etiam Tranſyluaniæ Principatum & bona arcesque Ragotziorum, aliasque quas Töckelius ipſi donauerat, a Cæſareis hucusque detenta, adfectabat. 21). Hoc vt eo facilius perficeret, facta cum Beretſchiny & Sirmay & octuaginta duobus Vngariæ & Tranſyluaniæ Magnatibus conſpiratione, Cæſarem, dum verno tempore Laxenburgi commoraretur, cum omni familia Cæſarea occidere tentabant, inde Vngariam pro regno libero declarare. Tanto felicius hoc proceſſurum eſſe putabatur, dum Vngari quatuordecim legiones Cæſari in auxilium conducendas, offerrent. In partes conſilii Galliæ Rex ſumebatur, miſſo in Galliam Longueuallio, equite Lotharingo, Centurione Cæſareo. Hic autem in fide erga Cæſarem conſtans, omnia ipſi aperiebat, litteras etiam hinc inde miſſas exhibebat. 22) Detecta igitur hac ratione conſpiratione, Ragotzius vna cum Barone Sirmay ex arce prope Tockaium captiui XXIX. Maii 1701. Neuſtadtium ducebantur, Iudicio delegato ad cauſſam huius conſpirationis examinandam formato, quod Cardinalis Collonitſch, Comes Oettingenſis præſes Iudicii aulici, Iörgerus, Traunius & Bucelini Comites conſtituebant. Qui, facto XIX. Iunii initio, Ragotzium non ſolum per Longueuallium, ſed etiam per litteras, propria ipſius manu ſcriptas, conuincebant. 23) Dum in eo eſſet, vt ad perpetuos carceres condemnaretur, perfidia Godefridi Lehmanni centurionis, VI. Nouembris 1701. liberatur, vt in Poloniam abiret, Lehmannus vero ideo meritas capitis pœnas luit. 24) Continuabatur nihilominus Iudicium illud delegatum, pretium de ipſo vel viuo vel mortuo exhibendo in ipſum ſtatuitur, & XXX. Aprilis mortis ſententia contra ipſum publicatur, bonis ipſius fiſco addictis. 25) Varie equidem Ragotzius Turcas ſollicitabat, qui tamen ipſi accedere nolebant. Sed in Vngariam ſuperiorem delatus, publicato ibidem manifeſto, pro regni libertate iuribusque, quæ pro-

10) HISTOR. DV PRINCE d' ORANGE *p. I. p. 127.*
11) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 728.* HIST. DV PRINCE d' ORANGE *p. I. p. 121.*
12) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 729.* HIST. DV PRINCE d' ORANGE *p. I. p. 134.* MEM. DE LA GVERRE *p. II. p. 169.* LEBEN CAROLI *p. III. p. 324.*
13) HIST. DV PRINCE d' ORANGE *p. I. p. 136.*
14) SPANISCH. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 740.* HIST. DV PRINCE d' ORANGE *p. I. p. 160.* LEBEN CAROLI *p. III. p. 185.*
15) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *cit. loc.* HIST. DV PRINCE d' ORANGE *p. I. pag. 161.* LETTR. HIST. *Iuillet* 1704. *pag. 13. Août pag. 139.* Capitulatio *Sept. pag. 249.*
16) SPANISCH. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 744.* HIST. DV PRINCE d' ORANGE *p. I. p. 163.* RINCK *p. 1643.* LETTR. HISTOR. *Nov. 1704. p. 489.*
17) SPANISCH. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 745.* HIST. DV PRINCE d' ORANGE p. I. p. 204. *Plusieurs choſes ont concouru pour rendre ce ſiége long & difficile; la ſituation de la Place, ſes fortifications ſes mines dedans & dehors; la valeur & la conduite du Baron de Freyſing qui en étoit Gouverneur, le courage & la conſtance de la Garniſon, ſes vigoureuſes ſorties, qui ont ruiné pluſieurs fois les tranchées & les batteries des Aſſiegans, la communication que les Aſſiégez conſerverent long-tems avec le Camp du Duc de Savoye a Creſcentin, & enfin la rigueur de la ſaiſon & les pluies. Tout cela a rendu ce ſiége vn des plus mémorables de cette guerre; & les François y perdirent tant de monde, que ie ſuis perſuadé qu'ils ne voudroient pas acheter beaucoup de Places à ce prix-là.* LETTR. HIST. *Dec. 1704. p. 615. Ianv. 1705. p. 13. Fevr. p. 141. Mars p. 258. Avril pag. 359. May. p. 476.* LEBEN EVGENII *p. II. p. 216.* RINCK *p. 1674.* LEBEN CAROLI *p. III. p. 360.*
18) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 748.* HIST. DV PRINCE d' ORANGE *p. I. pag. 265.* RINCK *p. 1675.* LETTR. HIST. *Avr. 1705. p. 365. May p. 485.*
19) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 741. 748.* RINCK *p. 1640. 1642.*
20) Extat Manifeſtum illius in LETTRES HIST. *Iuin p. 634.*
21) Faciunt huc potiſſimum *La Vie du Teckeli, à Cologne 1693. 12.* ZACHARIAE ZVVANTZIGS *Malcontanter Fürſt Ragoczy, Cölln 1704. 4. Sendſchreiben von einem Polniſchen Miniſtre an einen Kayſerlichen, wegen der Vngariſchen Affairen, Regensburg 1711. 4. Hiſtoire du Prince Ragotzi, à Paris 1711. 12.* Ex hiſce deprompta eſt Vita Ragotzii, quæ habetur *im* BVCHER-CABINET *p. III. n. X.*
22) LETTR. HIST. *Juin 1701. p. 659.* RINCK *Leben Leopoldi p. 1440.* LEBEN EVGENII *p. II. p. 204.* BVCHER-CABINET *p. III. p. 572.*
23) RINCK *p. 1441.* BVCHER-CABINET *p. 573.* LEBEN IOSEPHI *p. I. p. 377.* LETTR. *Août 1701. pag. 166.*
24) RINCK *p. 1447.* BVCHER-CABINET *p. III. pag. 574.* LEBEN IOSEPHI *p. I. pag. 382.* LETTR. HIST. *Dec. 1701. p. 642.*
25) RINCK *p. 1578.* BVCHER-CABINET *p. III. p. 576.* LEBEN IOSEPHI *p. I. p. 465.*

propugnare ſe velle videri volebat. 26) Berezini ipſi iungitur, & Caroli Comes, ægre ferens, ſe a Cæſare de damno, quod ob amiſſa inter has turbas bona, fuerat perpeſſus, ipſi non ſatisfieret. Augebatur ſenſim Vngarorum, qui Malecontenti dicebantur, numerus, ad viginti millia vsque, qui licet Giulam fruſtra tentaſſent, Zollnockium tamen, Barcanum & Lippam, vrbes montanas, aliasque capiunt, vbi multo auro potiebantur ad Auſtriæ vsque fines peruagantes. Obuiam ipſis mittebatur Schlickius Comes, qui tamen parem ſe ipſis haut ſentiens, retrocedebat. 27) Vlterius Poſonium pergebant, vt Imp. coronam & Regni inſignia Viennam abduci iuberet, atque aggeres præduci faceret tuendis Auſtriæ finibus. 28) Mittebatur equidem Eugenius Princeps Poſonium, qui Vngaris Amneſtiam vniuerſalem offerebat, ſed in propoſito permanentes, poſtulabant, vt Vngaria in ſtatum priſtinum, templa, conſiſtoria, bona & iura, Ragotzio etiam bona ablata reſtituerentur, Ieſuitæ eiicerentur, tributa in quindenos annos ceſſarent, reliqua in Comitiis decernerentur, quæ tamen a Cæſare haut adprobabantur. 29) Fatalis videbatur annus 1704. dum Vngari ab vna, Bauari Gallique ab altera, Cæſaris prouincias infeſtarent, & iam conſilia agerentur, qua ratione poſſint coniungi. 30) Ineunte iſto anno, rebelles XXXI. Ianuarii Quinque eccleſias occupant, Caroli etiam Viennam vsque vagatur, ſed, poſtquam cum multa præda reuerterentur, ad S. Nicolai fanum inter Rabam & Danubium ab Heiſterio binis vicibus funduntur, qua clade adſecti, plures Cæſari iterum ſe ſubiiciebant, 31) & poſtquam interuentu Anglorum legati Stepneii, & Belgarum Bruininxii, Cæſar reſtitutionem iurium & religionis Vngaris promiſſiſſet, Comitiaque ad tollenda grauamina indicenda, armiſtitium tandem vsque ad finem Septembris publicatur, quo poſtea prorogato, congreſſus Schemnicii inſtituitur, dum Fœderati delegatos ſuos Viennam vel Poſonium mittere denegarent. Verum, nimia erant Vngarorum poſtulata, vt Vngaria regnum eſſet electitium. Berezini regni Palatinus conſtitueretur, Andreæ II. Priuilegium reſtitueretur, Rex Poſonii vel Budæ ſedem haberet, quouis triennio Comitia celebrarentur, Germani omnes ab officiis regni Hungarici remouerentur, Proteſtantibus Religionis libertas concederetur, Ieſuitæ ex regno eiicerentur, Ragotzius Tranſyluaniæ Princeps declararetur. 32) Diſſoluto igitur congreſſu, bellum continuabatur. Heiſterius equidem ad Scythorum Inſulam Fortgatſchium Comitem profligabat, vt vel tria millia cæderentur, qui tamen, viribus iterum collectis, Caſſouiam occupabat. In Tranſyluania etiam non deerant, qui Ragotzium Principem declarabant, licet Rabutinus Rebelles ad Clauſenburgum profligaret. Exeunte vero Nouembri, Ragotzius Neuheuſelium Vngarorum quorundam proditione capiebat, ſed dum Leopoldi vrbem obſideret, in prœlio ad Tymauiam XXVI. Decembris ab Heiſterio vincitur, tribus ſuorum millibus amiſſis. Poſtquam autem Vngari per Gallorum legatum des Alleurs, militæ, præfectis militaribus & argento fuiſſent ſuſſulti, Ragotzius a. 1705. in Superiori Vngaria Tockaium, Zatmariam, Eperies & Agriam occupabat, vbi Aprili menſe noui Tractatus, fruſtraneo tamen conatu ſuſcipiebantur. 33)

§. CXXV. Decembratur in Comitiis 15. Aug. 1700. Viſitatio Cameralis extra ordinem, nam præter litem inter Epiſcopum Wurceburgenſem & Wigandum Adſeſſorem, 34) variæ iam dudum exortæ erant rationes, cur Auguſtiſſimus Cæſar, & plerique Status Imperii cum Solmenſi Præſide & nonnullis Adſeſſoribus viſitationem contra Leges Camerales diu intermiſſam, maxime neceſſariam, & unicum remedium tantorum malorum iudicarent. Inprimis Cæſar indigne ferebat, Baronem Auwium a ſe præſentatum, licet ordine priorem, Comiti Nyzio, Electoris Bauarici præſentato eſſe poſtpoſitum, contra ſententiam Solmenſis & dimidiæ partis Adſeſſorum. Is præterea Solmenſis in litteris ad Cæſarem & Iudicem Cameræ Electorem Treuirenſem dolebat, ſummam iniuſtitiam, partiumque ſtudium regnare in hocce iudicio; cui malo eo minus ſe poſſe mederi confirmabat, cum a Collega Barone Ingelheimio tanquam Seniore abſentis Iudicis vices gerente, directorio plane ſit excluſus, nec conſiliorum vtorumque ſuorum vlla haberetur ratio, ſed multifariis potius ipſe adficeretur contumeliis tam a Collega & quibusdam Adſeſſoribus, quam officialibus Cameralibus inferioris ordinis; idcirco a Cæſare petebat dispenſationem exeundi munere ante definitum ſex annorum tempus, & idem in litteris ad plerosque Imperii Status datis vrgebat, quod vero Cæſar clementiſſimis verbis negabat,

26) Extat Manifeſtum apud RINCKIVM *p. 1582.* qui etiam *p. 1586.* auctor eſt, Ragotzium in alio Manifeſto, quod prius hoc fuit in ſecutum, hoc titulo fuiſſe vſum: *Franciſcus II. Dei Gratia, ſacri Romani Imperii & Tranſſyluaniæ Princeps Ragotzy, Partium Regni Hungariæ Dominus, Siculorum Comes, & Pater Patriæ, pro libertate Confœderati Regni Hungariæ Statuum nec non Monkatienſis & Makouizienſis Dux, perpetuus Comes de Saaros, Dominus hereditarius in Saaros, Patak, Tokai, Regez, Eſed, Somlyo, Lednicze, Szercnes, Onod.* In vexillis vero vtebatur verbis: *pro Deo, patria & libertate.* In monetis: *pro Libertate.* BVCHER-CABINET *p. III. p. 578.* LETTR. HIST. *Ianv. 1704. p. 49. Fevr. p. 173.*

27) BVCHER-CABINET *p. III. p. 579.* RINCK *p. 1587.* Vocabantur rebelles *die Conſorten*, quod idem eſt ac Malcontenten.

28) LEBEN EVGENII *p. II. p. 206.* LETTR. HISTOR. *Sept. 1703. p. 309.*

29) LEBEN EVGENII *p. II. p. 207.* RINCK *Leben Joſephi p. I. p. 506.*

30) Patet hoc ex litteris Marechalli de Marſin ad Ragotzium ſcriptis interceptis, LEBEN CAROLI *p. III. p. 202.* LETTR. HISTOR. *Août 1704. p. 175.*

31) LEBEN EVGENII *p. 210.* LETTR. HISTOR. *Avril. 1704. p. 461. May p. 469.*

32) RINCK *p. 1644.* BVCHER-CABINET *p. III. p. 582.* LETTR. HIST. *Nov. 1704. p. 516. Dec. p. 645.*

33) RINCK *p. 1646.* BVCHER-CABINET *p. III. p. 586.* LEBEN IOSEPHI *p. I. p. 511.* LETTR. HIST. *Ianv. 1705. p. 45. Fevr. p. 177. Mars p. 279.*

34) De hac FABRI *Staats-Canzelley Tom. VII. c. III. Tom. IX. c. IV.* BVCHER-CABINET *p. V. p. 190. Würtzburgiſche Alten-meſſige Vorſtellung*, LVNIG *s Reichs-Canzelley Tom. V. n. 120. 121. 159. 203.*

35) De

bat, & ſtatus abdicationem diſſuadebant, viſitationis petitæ maturandæ multam ſpem facientes. Accedebat Sueuici circuli Adſeſſor Pyrckius, qui verbis & ſcriptis aculeatis Ingelheimium Præſidem & aliquos Adſeſſores nimium inſultauerat, atque hac de re inſtituta inquiſitione contumaciæ damnatus ab Ingelheimio & maiori parte Adſeſſorum præſentium XVI. Ian. 1703. ab officio ſuſpendebatur. Pyrckius autem præ ſe ferebat, ea tantum ex ratione iſtos ſe habere inimicos, quod Cæſaris iura atque auctoritatem ſeruare ſtuduerit. Huius reſtitutionem dum poſt aliquod tempus Solmenſis ſuader, Treuirenſis iubet, præuiendis, quod euenit poſtea, ſed incaſſum; Pyrckius 13. Decembris 1703. mandatum Cæſaris obtinet ad Treuirenſem, & ſi ille hanc ſpartam declinaret, ad Solmenſem, vt reſtitueretur cum omni cauſa. Treuirenſi itaque recuſante mandata facere, minime autem Solmenſi ne faceret, diſſuadente, hic demum illud executioni mandat 7. Aprilis 1704. ſubdelegatos autem miſerant Wetslariam Electores Brandenburgicus & Palatinus, vt Solmenſis ſine periculo mandata facere poſſet, cui ſe tutelares a Cæſare conſtitui paſſi erant ambo Electores. Præfatam reſtitutionem vti Ingelheimius & plerique Adſeſſores præter ſuam voluntatem fieri haud debuiſſe exiſtimabant: ita ille cum Adſeſſoribus haud bene ſibi conſciis metuebant, ne Cæſar ipſos ab officio ſuſpendi curaret, licet Solmenſis Collegam certiorem feciſſet, ipſum non habere, quod metueret. Secedebant ergo Ingelheimius, & maior pars Adſeſſorum, ſub prætextu, quod Pyrckium Collegam habere non poſſent, nec Solmenſem idoneum Commiſſarium agnoſcere volebant, cum reſtitui Pyrckius inſciis Imperii Statibus haud debuiſſet. Poſthæc vtraque pars priuatos inſtituebant congreſſus, Solmenſis cum 4. dein cum 3. Adſeſſoribus in loco conſueto, Ingelheimius cum ceteris extra locum conſuetum conuenientes vtraque parte collegium repræſentare contendente. Quod cum Solmenſis ad Cæſarem & Comitia referret, incuſabatur ab illis in Comitiis per procuratorem quendam Cameræ eximium Rabulam & impotentis animi virum, quod eodem quo Adſeſſores cum eo conſueto modo ad Senatum venientes nouaturiendi & contradicendi agitaretur ſtudio. Sed paulo poſt iubente Ingelheimio, Cancellaria & lectura, vt vocant, claudebantur, & idem ſingulis officialibus Cameræ minoribus vetabat, ne Solmenſi amplius dicto ſint audientes; inſelix igitur oriebatur iuſtitium, omnesque proceſſus ceſſabant, cum extraiudiciales hactenus expediri feciſſet Solmenſis. In Comitiis equidem de inſtituenda extra ordinem Cameræ viſitatione iterum decernebatur 15. Octobris 1704; ſed dum de deputandis inter Catholicos & Proteſtantes non conueniret, num iſti per maiora, an ſecundum religionis paritatem fint ſeligendi; Pyrckius etiam ſcriptis iniuriioſis Ingelheimium & adſeſſores aliquos non modo, ſed etiam directorium Moguntinum in comitiis acerbe notaret, variæ exinde ortæ fuerunt remoræ, non niſi poſt Leopoldi mortem remouendæ. 35)

§. CXXVI. Nec minus illuſtre eſt Regimen Leopoldi, creando nouos Principes. In hanc enim dignitatem XVII. Februarii 1662. euexit Io. Ferdinandum, Comitem de Porcia, quem XVIII. Aprilis in eadem dignitate ſecutus fuit Georgius Chriſtianus, Friſiæ Orientalis Comes, & paullo poſt Philippus de Croy. Sic VI. Maii 1664. Principum caractere inſigniuntur Georgius Fridericus, Comes Naſſouio Siegenſis, & huius ex fratre Henrico nepotes, Wilhelmus Mauritius & Fridericus. Secuti fuerunt XII. Maii Franciſcus Egon, Hermannus Egon & Guilielmus, fratres Fürſtenbergii. Hinc XIV. Iulii 1670. in Principum claſſem euectus Ioannes Adolphus, Comes Schwartzenbergicus. Poſtea X. Octobris 1674. in Principum dignitatem euehitur Albertus Erneſtus, Comes Oettingenſis A. 1678. XXII. Martii Raymundum Montecuculi dignitate Principis Amalfitani auget Leopoldus. A. 1682. XVII. Iunii Principis inſignia largitur Georgio Friderico, Comiti Waldeccenſi. A. 1686. priuilegia & honores Principis concedit Eugenio Alexandro, Comiti de Taffis. A. 1688. IV. Auguſti hac dignitate auget Volradum, Comitem Naſſouio-Vſingenſem, eiusdemque adgnatos, Georgium Auguſtum Samuelem, Naſſouio-Idſteinenſem, & Io. Erneſtum, Weilburgenſem. A. 1689. euehit Leopoldum Philippum, Comitem Montecuculi, & Don Liuio Odeſchalci, Ducem Ceri. A. 1696. in Principum numerum euehit Philippum Reinhardum, Comitem Hanouienſem. A. 1697. III. Septembris Chriſtianum Guilielmum, Comitem Schwartzburgicum, lineæ Sondershuſanæ, in Principum euehit dignitatem. 36)

§. CXXVII. Fatalis tandem dies erat V. Maii 1705, qua Imp. poſtquam a XV. Aprilis die ægrotaſſet, moriebatur in Capucinorum templo ſepultus. 37) Tres ipſius erant vxores. Prima Margaretha Thereſia, Philippi IV. Hiſpaniarum Regis filia, quam a. 1666. duxit, 38) quæ XII. Martii 1673. fuit defuncta. 39) Altera Claudia Felicitas, Ferdinandi Caroli, Auſtriæ Archi-Ducis,

35) De his LVNIGS *Reichs-Archiv P. Gen. Tom. I. p. 268.* LVNIGS *Reichs- Cantzelley Tom. V. p. 189. Tom. V. n. 209. 210. 276. 278. 288 - 309. Tom. VI. n. 17. 26. 58. 93. 94. 96. 98. 99. 116. 120. 121. Tom. VII. n. 287. p. 961. 975.* Status Controuerſiæ breuiter deſcribitur im EVCHER-CABINET *p. V. p. 864.* ſed non ſatis accurate, dum noſtra Relatio ex ipſis Actis fuerit deſumpta. Acta extant in FABRI *Staats-Cantzelley Tom. X. c. III.* De Controuerſiis deſuper in Comitiis motis *Tom. XI. c. V.* Solmenſis equidem ſingulari ſcripto demonſtrare voluit. Collegium adhuc per ipſum continuum, cuius contenta exhibentur in ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tom. I. p. 118.* Potiſſimum huc facit *Series Hiſtorica, ſo ſich am Kayſerl. und Reichs- Cammer-Gericht zu Zeiten des Præſidenten, Graffen zu Solms, zugetragen.*

36) PFEFFINGER *ad Vitriarium p. 769.* in his recenſendis dignitatibus totus eſt. Breuiter has recenſet RINCK *p. 1627.*

37) RINCK *Leben Leopoldi pag. 1677. ſeq.* LETTRES HIST. *Iuin 1705. p. 629.*

38) *Supra §. XIX.*

39) WAGNER *lib. IV. p. 317. mortis cauſas* deſcribit, dicens: *Enata e poſtremi partus doloribus, virium debilitas, in leuem, ſed pertinacem febriculam degenerauerat. Accedentibus ſubinde gutturis accenſi doloribus,*

Ducis, lineæ Tyrolenſis, filia, ipſi XV. Octobris 1673. Græcii iuncta 40) & VIII. Aprilis 1676. extincta. 41) Tertia Eleonora Magdalena, Philippi Guilielmi, Comitis Palatini Neoburgici & poſtea Electoris filia, natu maxima, ipſi a. 1676. copulata, 42) quæ poſt ipſius mortem d. XIX. Ianuarii 1720. fuit defuncta. 43) Ex primo coniugio Ferdinandus Wenceslaus Ioſephus Michael Elcarius XXVIII. Septembris 1667. fuit natus, XIII. Ianuarii 1668. iterum extinctus. Maria Antonia Ioſepha Benedicta Roſalia Petronella, Maximiliano Emanueli Bauariæ Electori a. 1685. nupta, 44) ſed XXIV. Decembris 1694. extincta. Ioannes Ioſephus natus XX. Februarii 1670. ſed ſtatim iterum extinctus. Maria Ioſepha Antonia Apollonia Scholaſtica IX. Februarii 1672. nata, ſed ſtatim iterum extincta. Ex altero Connubio erant Anna Maria Ioſepha Thereſia Antonia Dominica Xaueria Dorothea XI. Sept. a. 1674. nata & XII. Decembris defuncta. Maria Ioſepha Clementia Anna Gabrielis Antonia Franciſca Dominica Thereſia Eua Placida XI. Octobris 1675. nata & XI. Iulii 1676. extincta. Ex tertia coniuge ipſi fuerunt prognati Ioſephus & Carolus Imperatores. Maria Eliſabetha Lucia Thereſia Ioſepha, nata XIII. Septembris 1680. nunc Belgii Gubernatrix, Leopoldus Ioſephus Wilhelminus Antonius Franciſcus Eraſmus natus XII. Iunii 1682. denatus III. Auguſti 1684. Maria Anna Ioſepha Antonia Regina, nata VII. Septembris 1683. collocata a. 1708. Iohanni V. Portugalliæ Regi. Maria Thereſia Ioſepha Antonia Xaueria XXII. Auguſti 1684. nata, a. 1696. denata. Maria Ioſepha Coletta Antonia VI. Martii 1687. nata atque a. 1702. denata. Maria Magdalena Ioſepha Antonia Gabrielis XXVI. Martii 1689. nata. Maria Margaretha Magdalena Gabrielis Ioſepha Antonia nata XXII. Iulii 1690. denata XXII. Aprilis 1691. 45)

aliiſque ex internallo, malis, extremis admoueri capit.

40) RINCK *p. 700.* WAGNER *lib. IV. p. 318.*

41) RINCK *p. 746.* WAGNER *p. 499.*

42) WAGNER *lib. VI. inquit,* dicens, *corpore vinaci fumina, ſuci ſpirituumque pleno, nulla exercitatione, venatu, veritibus ſtudiis laxa, concitatione immodica, vitiaſſe pulmones, bréthream, qua oppetiit, febriculam ſibi acceſſiſſe credita eſt.*

43) Extat de eadem *Leben und Tugenden Eleonoræ Magdalenæ Thereſiæ, Römiſchen Kayſerin, von einem der Geſellſch. Jeſu Prieſter zuſammen getragen Wien 1721. 8.* De Eiusdem Exequiis ELECTA IVR. PVBL. *Tom. XVIII. p. 333.*

44) WAGNER *lib. X. p. 676.*

45) Hanc Cæſaris familiam prolixius deſcribit RINCK *p. 355.* PFEFFINGER *Vitr. Illuſtr. p. 767.*

SECTIO DVODECIMA
DE
IOSEPHO.

§. I. Ioſephi Natiuitas & Mores. §. II. Geſta, antequam fieret Imp. §. III. Vlma, Landauium, Donawerthæ in priſtinum ſtatum Ciuitatum Imperii reſtauratur. Marlborugius ſit Princeps Imperii. §. IV. G. in Italia. Eugenius Addam tranſit. Prælium ad Caſſanium. Galli Auguſtam Taurinorum fruſtra tentant, Soncinum, Montmelianum, Nicæam occupant. §. V. Luſitanorum progreſſus. Prælium ad Badaioz. Is urecllona occupatur. Catalonia, Valentiæ & Arragoniæ pleraque oppida Carolo ſe ſubiiciunt. §. VI. Conatus Fœderatorum ad Moſellam impediti. Hutium captum & recuperatum, cum aliquot Brabantiæ locis. §. VII. Galli Germanorum aggeres prope Cron-Weiſſenburg perrumpunt. Ludouicus Badenſis Hagenouiam occupat. Bauarorum conſilia & tumultus. §. VIII. Galli a. 1706. Germanos fugant. §. IX. Colonienſis Electus dignitatibus Imperii priuatur. Bauariæ Electus Bauno notatur. Controuerſia de Epiſcopatu Monaſterienſi. §. X. Successum irruptio in Saxoniam. Pax Alt-Ranſtedtenſis. §. XI. Galli Barcelonam relinquere cogunturi. Luſitanum Madritum verſus pergunt. Andegauenſes eo vedit, varias vrbes recuperat. §. XII. Galli ad Calcinatum victores. Auguſta Taurinorum liberatur. Eugenius pleraque Mediolanenſis Ducatus oppida occupat. §. XIII. Prælium ad Ramilliacum. Galli Brabantiam relinquunt. Oſtenda, Menena, Tenieramunda, Athum occupantur. §. XIV. Gallorum impetus a. 1707. in Germaniam. Victoria Mercii ad Oſſenburgum. §. XV. Contentio Alt-Ranſtedtenſis cum Cæſare. Silefiorum libertas religionis. §. XVI. Viſitatio Camcralis decreta. §. XVII. G. in Belgio a. 1707. Galli per Capitulationem Generalem Italiam cedunt. §. XVIII. Expeditio in regnum Neapolitanum. Caſtra in Statu Præſidii tentantur. §. XIX. Expeditio fruſtranea in Telonem Martium. Suſum Eugenius capit. §. XX. G. in Hiſpania a. 1707. Prælium ad Almanzam. §. XXI. Tortoſam Galli capiunt. Angli Sardiniam & Minoricam. Aduentus Auguſtæ Barcellonam. Deniæ, Alicantæ a Gallis capiuntur. §. XXII. Controuerſiæ Cæſaris cum Papa. Controuerſiæ de Precibus Cæſaris primariis. §. XXIII. Eugenius Marlborugio accedit. Prælium ad Aldenardam. Picardiæ ora tentantur. Inſularum vrbis occupatio. Bruxellas Bauarus tentat. §. XXIV. Palatinus Electus de priſtino Electoratu, & munere archidapiferi inuectitur. Hannoueranus & Bohemus in Collegium Electorale introducuntur. Nona Vota in Comitiis quæruntur. Leuchtenbergius Landgrauiatus Lambergio cedit ur. Dux Mantuanus bauno notatur. Motus Hamburgenſes & Colonienſes. §. XXV. G. bellum in Germania a. 1708. §. XXVI. Tornacum capitur & Montes Hannoniæ. Prælium ad Blaugium. §. XXVII. Germani pecuniam & militem colligunt. Electus Hannoueranus militi Germanico præeſt. Mercius ad Rummersheimium vapulat. §. XXVIII. Hiſpani Principi Aſturiæ homagium præſtant. Prælium ad Gudinam. Geſta a. 1709. §. XXIX. Controuerſiæ inter Cæſarem & Sabaudum de feudis Langarum. Prælium ad Conſtantiam Sabaudiæ. §. XXX. Hannoueranus inueſtitur de munere Archi-Theſaurarii. Mirandula Mutinenſi conceditur. Ad Pomeraniæ fines miles Neutralitatis conſtituitur. §. XXXI. Ducum, Bethunam, S. Venantii caſtrum, Ariam, Fœderati capiunt. Galli Louainium fruſtra tentant. §. XXXII. Prælium ad Almenaram, & Cæſar-Auguſtam. Carolus Madritum intrat. Prælium ad Villam-Vicioſam. Galli Gironnam capiunt. Expeditio Fœderatorum fruſtranea in Settam, portum Languedocenſem. §. XXXIII. Galli pacem petunt: huius Præliminaria. §. XXXIV. Noui Congreſſus Mordici & Gertrudenbergi. §. XXXV. Motus Anglicani per Sacheuerellium. Marlborugius cum omni Familia aula mouetur. §. XXXVI. Rellum & Pax Vngarica. §. XXXVII. Iudicium Camerale iterum aperitur. §. XXXVIII. Controuerſia Hildeſienſis cum Electore Hannouerano. §. XXXIX. Mors & Familia Ioſephi.

§. I.

LEopoldi filius erat tertius natu, Ioſephus I. Iacobus Ignatius Iohannes Antonius Euſtachius, natus ex Eleonora Magdalena Thereſia, Augusta, Leopoldi III. Coniuge

iuge XVI. Iulii ſt. v. 1678. 1) Princeps in regnandi artibus, hiſtoria, linguarum cultura, ſub directione Salmenſis Principis ad ardua quæuis eruditus, vt de eiusdem Regimine plura fuiſſent ſperanda, ſi magis fuiſſet diuturnum. Inter has regnandi curas Muſicam amabat & potiſſimum venationes. 2)

§. II. Qua ratione Ioſephus a. 1687. in Vngariæ Regem, 3) a. 1690. in Regem Romanorum electus fuerit atque coronatus, 4) dictum fuit ſectione ſuperiori. Anno 1702. primæ obſidioni Landauienſi intererat, 5) quam a. 1705. ſecunda ſequebatur. 6) Mortuo vero Leopoldo, datis Electorali Collegio pro more Reuerſalibus de ſeruanda capitulatione, 7) homagium ab Imperii non ſolum vrbibus per legatos, ſed etiam Auſtriacis Statibus ſtatim recipiebat. 8)

§. III. Sub initium ſtatim Regiminis, Vlma, Landauium, Donawertha, in priſtinum Statum Imperii Ciuitatum ſingulari decreto Imperiali a. 1705. reſtituuntur. 9) Sequebatur dignitas Principis Imperii, Ioanni Marlborugio Duci, conſentiente Anna Regina, 10) a Ioſepho XIV. Nouembris 1705. conceſſa, vna cum dynaſtia Mindelheimenſi, quæ Bauariæ olim fuerat Electoris, in Principatum euecta. 11) Id quod communi Collegii Electoralis & Principum conſenſu, in Comitiis XIII. Septembris 1706. fuit confirmatum, idemque XXII. Nouembris ſolenni ritu in Principum Collegium fuit introductus. 12)

§. IV. Belli vero negotia ſub Regimine Ioſephi felicius adhuc procedebant. Licet enim Cæſareis in Italia admodum debilitatis, Mirandola XI. Maii 1705. Gallis fuiſſet dedita. 13) Eugenius tamen milite Boruſſico & Palatino firmatus, in Italiam veniens, dum Mirandulæ, eo quod Mincii tranſitu prohiberetur, ſubuenire non audet, Gallis ſe opponit. 14) Dum autem Vindocinenſis Dux occupatis plerisque Pedemontani Ducatus vrbibus, Auguſtam Taurinorum adgredi vellet, Eugenius, ex improuiſo Addam tranſiens, Magnum Priorem, qui illud impedire voluerat, præueniebat, in Ducatum Mediolanenſem pergebat, & poſt varios conflictus, Gallos XVI. Auguſti ad Caſſanum profligabat, aſt copiis inferior, impedire non potuit, quo minus Galli Soncinum ab Eugenio paulo ante occupatum, recuperarent. 15) Et licet Feuilladius occupato Chiuazzo, Auguſtam Taurinorum obſidere tentaret, ab inſtituto tamen, ſe imparem videns, deſtitit. 16) Nihilominus Galli Montmelianum XVII. Decembris & Nicæam IV. Ianuarii 1706. occupabant. 17)

§. V. Eodem anno 1705. Luſitani Saluaterram & Sarcas, Valentiam d' Alcantara & Albuquerckam occupant, 18) dum interea Fœderatorum claſſis in Catalonię oris Septembri menſe adpelleret, ipſo Carolo III. præſente, cui publicato Manifeſto, Vich, Figuera

1) RINCK *Leben Ioſephi p. I. p.* 10. ZSCHACKWITZ *p.* 2. LEBEN IOSEPHI *im Bücher-Calinet p. IV. n. XI. p.* 654. WAGNER *vita Leopoldi lib. VI. pag.* 448.

2) Educationem ipſius & virtutes deſcribunt RINCK *p. I. pag.* 20. *ſqq.* BVCHER-CABINET *p. IV. p.* 656. Mr. de la TORRE Memoires p. 120. ita de eodem *p.* 121. iudicant: *Pour le Roi des Romains, il eſt d' vn tres bon naturel. Il a aſſez de connoiſſance dans les affaires. Ses ſentimens ſont ſolides & ſon iugement eſt au deſſus de ſon age; enfin il a de très belles qualités; mais ſes debordemens & ſes faſcheux, qui l' accompagnent dans ſes débauches, donnent lieu de craindre que ſon Regne ne reſſemble pas, aux précédens, & ceoncor moins à celui d' à préſent. Il eſt certain que les Miniſtres ne ſeront ſous lui, ni ſi abſolus, ni ſi puiſſans. Il leur tient tête en toutes les occaſions, quoi qu' il voye bien que l' Empereur ne laiſſera pas de ſuivre leurs avis.*

3) *Sect. ſuper.* §. *LIX.*

4) *Sect. ſuper.* §. *LXIX.*

5) *Sect. ſuper.* §. *CX.*

6) *Sect. ſuper.* §. *CXXI.*

7) RINCK *Leben Ioſephi p. II. p.* 4. ZSCHACKWITZ *Leben Ioſephi p.* 16.

8) RINCK *Leben Ioſephi p. II. p.* 8. BVCHER-CABINET *p. IV. p.* 736.

9) RINCK *Leben Ioſephi p. II. p.* 31. BVCHER-CABINET *p. IV. p.* 738. ZSCHACKWITZ *p.* 22. FABRI *Staats-Canzelley Tom. X. c. VII.*

10) Extant Litteræ Leopoldi XXVIII. Auguſti 1704. ad Marlborugium ſcriptæ apud MVLLERVM *c. XLI.* conſenſus Annæ *c. XLII.* LETTR. HISTOR. *Oct.* 1704 *p.* 403.

11) RINCK *Leben Ioſephi p. II. p.* 41. MVLLER *c. LIV-LIX.*

12) Quid in Comitiis deſuper actum, ipſaque Acta latius exponit MVLLER *c. LX-LXIV.* Excludebantur Ciuitates Imperiales, quæ æque circa hæc vota concurrere cupiebant *c. LXV.* Ipſa vero Introductio deſcribitur *c. LXXIV. LXXV.* FABRI *Staats-Canzelley Tom. XI. c. VIII.* Hæc etiam Acta continentiam extant in Libro cui titulus: *die Erhebung in Reichs-Fürſtenſtand und Introduction in das Reichs-Fürſten-Raths-Collegium Herrn Johannſen, Hertzogs zu Marlebourough, Franckfurt* 1707. 4. quod TOBIAM PFANNERVM habet auctorem.

13) SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 749. LEBEN EVGENII *p. II. p.* 318. RINCK *p. II. pag.* 63. LETTRES HISTOR. *Iuin.* 1705. *pag.* 611.

14) SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 749. LEBEN EVGENII *p. II. p.* 320. LEBEN CAROLI *p. III. p.* 373.

15) SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 754. LEBEN EVGENII *p. II. pag.* 327. RINCK *p. II. p.* 68. HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. pag.* 207. LEBEN CAROLI *p. III. pag.* 532. LETTR. HIST. *Sept.* 1705. *p.* 283.

16) LEBEN EVGENII *p. II. p.* 357. SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 367. RINCK *p. II. p.* 75. HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. II. pag.* 211. LETTR. HIST. *Sept.* 1705. *p.* 299.

17) SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 769. LEBEN EVGENII *p. II. pag.* 364. MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. pag.* 231. LETTRES HIST. *Dec.* 1705. *p.* 660.

18) SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 774. LEBEN CAROLI *p. III. p.* 346. LETTR. HIST. *Iuin* 1705. *pag.* 671. *Iuillet pag.* 99. *Dec. pag.* 710.

guera & aliquot Cataloniæ oppida, quæ Ilerda poſtmodum ſequebatur, & Denia Valentiæ, ſe ſubiiciebant. Barcellona quoque obſidebatur, & poſtquam XVII. Septembris munimentum in monte Iouis adſultu fuiſſet captum, quo tamen Georgius Darmſtadtienſis fuit occiſus, IX. Octobris ad deditionem fuit compulſa. 19) Saquebatur Gironna & Tarragona, multæque Arragoniæ vrbes, quæ Caroli III. poteſtati ſe ſubmittebant: 20) exeunte anno, Gandia Xatiua, Altea, Oliua regni Valentiæ, immo ipſa prouinciæ metropolis. 21) Luſitani interea Pacem Auguſti (*Badaioz*) obſidebant, cui dum Theſſius Mareſchallus ſuccurrit, fit conflictus, in quo Hiſpani ſuperiores, Anglorum Dux militaris Galloway, dextro brachio priuatur. 22)

§. VI. Primo vere, expeditio ad Moſellam erat ſuſcipienda, quæ omnium animos occupabat, Marlborougius etiam vna cum ſelecto milite exercitum ibidem colligebat, Ouerkerckio ad Moſam relicto. Sed, dum Mareſchallus de Villars ipſum præueniſſet, & cum magno exercitu ad Königsmachern ſe muniuiſſet, Fœderatorum in Galliam irruptionem impediturus, commeatus deficeret. 23) Bauariæ Electior Huium occupaſſet, & nunc etiam Leodium obſideret, 24) Germani tardius aduentarent, Fœderati terris Belgicis metuentes, relicta Moſella & Augusta Treuirorum, ad Moſam retrogredi coguntur. Marlborugius igitur Huium recuperat, 25) XVIII. Iulii Gallorum aggeres in Brabantia, ſine ſanguine perrumpit, 26) Gallorum caſtra prope Louanium poſita inuadere cogitans, Belgarum tamen Deputatis contrairentibus. 27) Inde V. Septembris caſtrum Sout-Leuw capit, 28) Gallorum aggeres prope Arſchot XVIII. Septembris perrumpit, demum XXIX. Octobris caſtrum Sandvliet occupat. 29)

§. VII. In Germania quidem, Galli, dirigente Villarſio, IV. Iulii 1705. aggeres Germanorum prope Cronweiſſenburg perrumpunt, idem etiam cum Lauterburgo tentant, ſed fruſtra, deſendente eosdem Thüngio, 30) huic cum ſe Ludouicus Badenſis iunxiſſet, exeunte Septembri, Gallorum aggeres prope Hagenouiam Germani perrumpunt, Druſenheimum XXIV. Septembris & Hagenouiam VI. Octobris, poſtquam a Gallis nocte fuiſſet derelictum, occupant, Fortalitium Ludouici in Rheno ſitum, arctius includunt. 31) In Bauaria autem Electior per Baronem de Lier ruſticos & milites dimiſſos concitare conabatur, vt arma contra Cæſarem caperentt, bellum in Sueuiam ſe reducturum ſperans. Fouebantur igitur per Neuſonnerum arcana conſilia, varia arma & tormen-

19) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 778.* LEBEN CAROLI *p. III. pag. 470.* MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. p. 221.* RINCK *p. II. p. 57.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 215.*

20) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 782. 786.* LETTR. HIST. *Nov. 1705. p. 604. Ianv. 1706. p. 91.* vbi Capitulatio extat.

21) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 789.*

22) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *pag. 789.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 217.* LEBEN CAROLI *p. III. p. 511.* LETTR. HIST. *Nov. 1705. p. 609. Dec. p. 723. Ianv. 1706. pag. 87. Fevr. pag. 222.*

23) MVLLERS *Leben Marlbourughs cap. XLVIII.* RINCK *Leben Ioſephi p. II. p. 47.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 171.* MEM. DE LA GVERRE *p. II. p. 206.* LEBEN CAROLI *p. III. p. 408.* Situm caſtrorum Gallicorum ſic deſcribunt LETTR. HIST. Iuillet 1705. p. 55. *Le 4. l' Armée ſit vne longue marche entre la Saar & la Moſelle, & vint ſe poſter le ſoir, à Eſcſſe à demi lieue de Sirk ayant la Droite à Perle, & la gauche a Hollendorf. Cette marche hardie ſit croire qu' il y auroit Bataille le lendemain, mais quoique l' Armée des Ennemis fut plus forte en nombre que celle des Alliez, le Marechal de Villars ne iugea point à propos de hazarder le combat, & n' eut pas plutôt apercû la tête de la premiere Ligne, qu' il abandonna Sirk ou il étoit campé, & ſe retira vn peu plus loin dans vn Poſte où il avoit en front des defiles d' vn tres difficile accés' vn grand Bois à la droite, la Moſelle à la gauche, & Coningxmachern avec vn Ruiſſeau à dos.*

24) MVLLERS *Leben Marlebourughs p. 208.* RINCK *Leben Ioſephi p. II. pag. 52.* HISTOR. DV PRINCE D' ORANGE *pag. 172.* MEM. DE LA GVERRE *p. II. p. 208.* LETTR. HIST. *Iuin 1705. p. 675. Iuillet p. 60.*

25) MVLLERS *Leben Marlebourughs p. 208.* RINCK *p. 54.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 175.* SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 790.*

26) MVLLERS *Leben Marlbourughs c. XLIX.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 177.* Simulauerat enim Dux, quaſi verſus fluuium la Mehaigne perrumpere vellet, quo etiam plerasque copias Galli ducebant, cum tamen plane aliis locis milite fere deſtitutis id fieret. RINCK *p. 54.* LETTR. HIST. *Août 1705. p. 250.* SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 790.* MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. pag. 212.*

27) MVLLER *Leben Marlbourughs cap. L.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 182.* vbi caſtra Gallorum deſcribuntur *entre Over-Iſche & Neer-Iſche.* MEM. DE LA GVERRE Tom. II. p. 219. *L' Armée Françoiſe, étoit pour lors poſtée ſi avantageuſement qu'elle avoit le bois de Soignies à ſa droite, la petite Riviére de Iſche à ſon front, & la Dyle du coté de Neer-Iſche à ſa gauche ſans compter les Retranchements qu' on avoit fait de tous côtez pour la couvrir.* Quam ægre autem hoc Dux tulerit, patet ex litteris ipſius deſuper ad Belgii Status Fœderatos ſcriptis.

28) MVLLERS *Leben Marlbourough cap. LI.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. pag. 194.* SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *pag. 799.* MVLLERS *Leben Marlbourough c. LII.* HISTOR. DV PRINCE D'ORANGE *p. I. p. 199.* SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 799.*

29) MVLLERS *Leben Marlbourough c. LIII.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. pag. 197.* SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 799.*

30) RINCK *Leben Ioſephi p. II. p. 49.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 201.* LETTRES HISTOR. *Aout 1705. p. 215.* LAGVILLE *Hiſtor. d' Alſace Tom. II. p. 323.*

31) RINCK *pag. 50.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. 202.* LETTR. HIST. *Nov. 1705. p. 554.*

32) RINCK

tormenta arcanis locis parata tenebantur, Augusta & Ratisbona die Ascensionis incendio erant delenda. Interceptis autem litteris, tota conspiratio, vix octiduo, ante quam hæc singula executioni essent mandanda, patebant, Monachium præsidio Cæsareo firmabatur, Cives Bauari armis priuabantur, Baro de Lier & Neusonnerus captiui ducebantur, Electrici, quæ Venetias concesserat, reditus in Bauaria relicti denegabantur, filii Electoris Ocnipontum ducebantur, Iustitiæ Tribunalia in Cæsaris potestatem redigebantur, Thesaurus & Cimelia Electoralia in Cæsaris veniebant potestatem. 32) Oriebatur tamen exeunte hoc anno Tumultus, dum seditiosi quidam, turba collecta, arcem Vilsburg, Burghausen, Wasserburgum, Braunouiam, Schardingam, Kehlheimum aliasque vrbes occupant, numero illorum ad triginta millia & vltra, excurrente. Sed, postquam a Kriechbaumio, Duce militari Cæsareo XXVI. Decembris ad Monachium, inde ad Aydenbach essent deuicti, vrbes recuperantur, seditiosorum duces capiuntur, iisdemque capite plexis, Amnestia vniuersalis publicatur. 33)

§. VIII. Vix autem Ver annum 1706. aperuerat, cum Galli, Villarsio Duce, Aprili mense, Germanos, copiis longe inferiores & male præparatos, ad Drusenheimum adgrederentur, & a Germanis relicto Fortalitio Ludouici, quod ob annonæ defectum deditioni proximum erat, nouo commeatu in vrbe Seltz reperto, prospicerent, Hagenouiam adgrederentur, idemque cum bis mille præsidiariis & multo tormentorum adparatu caperent. Inde Galli Landauium vsque vagabantur, Palatinis terris ob nimias exactiones graues erant, Germanos insulas Selingen & Dalhund relinquere, & cis Rhenum redire cogunt. Et licet Villarsius per copias in Belgium missas fuisset debilitatus, Thungius tamen, Septembri mense, Rhenum prope Philippi castrum transiens, Gallos adgredi haut audebat. 34)

§. IX. Eodem anno 1706. XXIX. Aprilis sententia banni contra Bauariæ Electorem, Maximilianum Emanuelem, & priuationis contra Colonienſem, Iosephum Clementem, Viennæ, & postea Ratisbonæ, Electoralis Collegii consensu, solenni ritu publicabatur. 35) Licet etiam Principes Grauamina sua desuper exhiberent, ipsorum consensum circa hanc Banni declarationem non fuisse adhibitum. 36) Variæ etiam Bauari terræ, aliis concedebantur. 37) Eodem anno, defuncto VIII. Maii 1706. Friderico Christiano de Plettenberg, Episcopo Monasterienſi, controuersia oriebatur de successione in Episcopatum. Bini erant Candidati, Carolus Iosephus Ignatius, Episcopus Osnabrugensis, ex domo Lotharingica, & Franciscus Arnoldus, Baro de Metternicht, Episcopus Paderbornensis. Vtrique ex Indulto Papali non postulandi erant, sed eligendi. Isti Cæsar fauebat, huic Belgæ Fœderati, ne Cæsaris partes per Westphaliam nimium crescerent. Vtrique nihil antehabebant, quam vt maiora vota in suas partes traherent. Indictus electioni dies XXIX. Iulii per Bullam Papalem, a Cæsare impetratam, per mensem adhuc prorogabatur, ægre licet pleraque Canonicorum parte consentiente. Et licet Cæsar Lotharingi electionem vrgeret, hoc etiam, quod Metternichius ante iam se Lotharingi electionem esse promoturum, promiserat, & Capitulo per litteras declararet; nec se, nec Papam Metternichii electionem esse adprobaturum: hic nihilominus XXX. Augusti per XXI. vota eligebatur, non nisi XVI. Canonicis pro Lotharingo facientibus, & contra dictam electionem protestantibus. Hi etiam, XXX. Septembris nouo instituto congressu, Osnabrugensem eligunt. Vtraque pars Episcopum suum tuebatur. Agebatur de hac controuersia in aula Papali, sed, dum Belgæ eandem etiam promouerent, in Congregatione Cardinalium XXIII. Decembris instituta, electio Paderbornensis legitima declarabatur, eademque per bullam Papalem Monasterii XVII. Iulii 1707. publicatam, confirmabatur, vt Cæsar demum consentire necessum haberet. 38)

§. X. Fatalis

32) RINCK *pag. 43.* LEBEN CAROLI *p. III. p. 40.* LETTR. HISTOR. *Iuillet 1705. p. 51.*

33) RINCK *pag. 91.* MONATHL. STAATS-SPIEGEL *1705. p. 78. ſqq.* Varia edicta publicabant Bauari sub nomine *einer verſammleten Landes-Defenſions Congreſſ Gemeinde* MONATHL. STAATS-SPIEGEL *Ianuario 1706. p. 32.* BVCHER-CABINET *p. IV. p. 773.* LETTR. HIST. *Ianv. 1706. p. 49. Fevr. pag. 170.* Sigillatim prodiit *der Bayriſche Bauernkrieg.*

34) RINCK *p. III. p. 147.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 238.* LETTR. HISTOR. *May 1706. p. 515. Iuin. p. 706.*

35) RINCK *Leben Iosephi p. II. p. 106.* BVCHER-CABINET *p. IV. pag. 802.* ZSCHACKWITZ *pag. 47.* Acta huius Banni reperiuntur in FABRI *Staats-Canzelley Tom. XI. c. XI.* Electori autem Bauariæ Banno notabatur, Colonienſis vero, tanquam Ecclesiasticus; saltim dignitate Electorali & terris priuabatur, eo quod Ecclesiastici Catholici in personalibus non Imp. sed Papæ subiiciantur vid. SYNT. IVRIS PVBL. *cap. XXIV. §. X.*

36) Reperiuntur hæc Acta præcipue Principum Protestatio XVII. Ianuarii 1707. in FABRI *Staats-Canzelley Tom. XII. c. XI.* ELECTA IVRIS PVBLICI *Tom. I. p. 591. Tom. XIV. c. V* ZSCHACKWITZ *p. 139.* SYNT. IVRIS PVBLICI *diſſ. XXIV. §. IX.* MONATHL. STAATS-SPIEGEL *Aug. 1706. Ianuar. 1707.* ELECTA IVRIS PVBLICI *Tom. II. p. 595.* BVCHER-CABINET *p. IV. p. 821.*

37) Reperitur hæc designatio in ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tom. II. pag. 65.* BVCHER-CABINET *p. IV. p. 806.*

38) RINCK *Leben Iosephi p. III. pag. 140.* BVCHER-CABINET *p. V. pag. 828.* MONATHLI STAATS-SPIEGEL *Auguſto 1706. Febr. & Iunio 1707.* FABRI *Staats-Canzelley Tom. XI. c. XIII.* ZSCHACKWITZ *p. 240.* Separatim prodiit *Wahrhafftige Relation deſſen, was ſich zu Munſter wegen der Wahl des ietzigen Biſchoffs zugetragen, nebſt einigen Anmerckungen, auf dem Franzöſiſchen ins Hoch-*

§. X. Fatalis idem annus erat Saxoniæ. Carolus XII. enim Suecorum Monarcha, prœlio ad Frauenſtadtium Poloniæ, XIII. Februarii 1706. Saxonum, qui in Poloniam tranſire tentabant, per Rheinſchildium victor, 39) circa Sileſiorum confinia aliquamdiu hærens, vsque dum a vicinis ſe haut impediri videns, vltra Viadrum in Saxonicas pergeret prouincias, in quas, exeunte Auguſto cum exercitu veniebat, Lipſiam, Wittebergam, immo omnem Saxoniam, Dresda excepta, & quibusdam arcibus montanis, occupabat, atque a Saxonibus ſexcenta viginti quinque Ioachimicorum millia exigebat. 40) Tranſitus hic pacem promouebat in pago Alt-Ranſtedt, prope Lipſiam XXIV. Septembris a. 1706. concluſam, per quam Polonicæ Coronæ Auguſtus renuntiat, Suecis in terris ſuis hyberna concedit. 41) Pace vix concluſa, nec dum tamen publicata, XXIX. Octobris a. 1706. prœlium ad vrbem Kaliſch Auguſto Regi feliciter ceſſit, 42) pace nihilominus firmata.

§. XI. In Hiſpania vero, Galli per Arragoniam & Cataloniam ſæuientes, demum Barcellonam X. Februarii 1706. terra marique obſidebant, & Montem Iouis occupabant, ipſo Carolo III. in vrbe præſente. Vallo iamdum perrupto, ad extremum redacta vrbs, dum claſſis Fœderatorum VIII. Maii cum multis copiis aduenteret, quo ipſo territi Galli, obſidionem tantis ſumptibus cœptam, XII. Maii, ipſo tempore magnæ iſtius eclipſeos, relinquunt, tormentis permultis & bellico adparatu in caſtris relictis. 43) Luſitani etiam XIV. Aprilis Alcantaram obſidione capiebant, quo ipſo aliæ Caſtiliæ vrbes, Croia, Placentia & Caſtella motæ, Carolo III. ſe ſubmittunt. Idem XXX. Maii Ciuitatem Rodrigenſem & VII. Iunii Salmanticam a Berwickio Hiſpanorum Duce relictam, capit 44) Dum igitur ab altera parte Arragoniæ Regnum Carolo III. ſe ſubiecisſet, idemque XXV. Iunii pro Rege fuiſſet proclamatus, ipſique Proceres homagium præſtitiſſent, & nunc vlterius Caſtilium verſus pergeret, Luſitani Madritum verſus properarent, Philippus Andegauenſis adſumtis ſecum Regni Corona & Cleinodiis, vna cum regia familia, Pampelonam verſus redibat. Præſidem vna cum duobus Membris ſingulorum Collegiorum ſecum ducens. 45) Tandem, Auglorum Dux militaris, Galloway cum Luſitanis XXVII. Iunii Madritum intrabat, vbi Carolus III. II. Iulii pro Rege proclamabatur. 46) Licet autem Rex a Gallowaio, miſſis curſoribus, iteratis vicibus inuitaretur, vt ipſe quoque cum exercitu ſuo ipſi iungeretur, tardius tamen iter perſequebatur Carolus, in Monteferrato, Tarracona & Ilerda operibus religioſis vacans, vt non niſi lentis itineribus Exercitus ipſius pergeret. Demum XVII. Iulii Cæſar Auguſtam ingrediebatur, ibidemque magno adplauſu recipiebatur. 47) Deficiente vero apud vtrumque exercitum commeatu, Ducibus milita-

Hochteutſche überſetzet, Maynz ſiue potius *Leipzig 1706. 4.* LETTRES HIST. *Iuin 1709. pag. 619.* BVCHER CABINET *p. V. p. 828.* LEBEN P. CLEMENTIS XI. *Tom. I. p. 926. 937. 948. 977. 987. 1001.*

39) FABRI *Leben Caroli XII. Tom. V. p. 382. Tom. VI. c. II.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. pag. 288.*

40) Hic Suecorum Tranſitus a FABRO deſcribitur in *Leben Carl des XII. Tom. VI. ſ. III.* VOGELII *Annales Lipſienſes p. 982.* Exactiones vero Suecorum in Saxonia deſcribuntur in *Schwediſcher und Sechſ. Staats-Cantzelley, Cœln 1708. 8.* LETTRES HIST. *Oct. 1706. p. 423. Nov. p. 551.*

41) De pace hac FABER *Tom. VI. ſ. III. c. VII. p. 332.* Licet Miniſtri Saxonici Pfingſt & Imhof, qui pacis potiſſimum fuerant auctores, poſtea Auguſti mandato, captiuitati traderentur. FABER *Tom. VII. p. 172.* Extat etiam Pacis Inſtrumentum in FABRI *Staats-Cantzlley Tom. XI. cap. XII.* LETTRES HIST. *Dec. 1706. p. 636. 688. 702. Dec. 1707. pag. 443. Ruhe des letzt lebenden Europæ p. IV. n. III.*

42) FABRI *Leben Tom. VI. p. 191.* LETTRES HIST. *Dec. 1706. p. 626.*

43) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. ſub initium.* RINCK *Leben Iofephi p. II. pag. 152.* MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. p. 257.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE p. I. p. 280. *Et le 12. de grand matin le Roi Philippe leva entierement le ſiege avec beaucoup de precipitation, apres' avoir abandonné 106. pieces de Canon, 26. Mortiers, ſes Munitions, ſes proviſions, perdu beaucoup de monde, & laiſſé prés de deux mille malades ou bleſſez. Comme le Roi de France a pris le Soleil pour ſa deviſe, on remarqua que ſon petit Fils leva ce ſiege dans le temps d' vne Eclipſe de cét Aſtre, & nous avons crû que ce même Roi, perdit la fameuſe Bataille de Ramilliers, le iour de la fête du S. Eſprit dont Henri III. donna le nom vénérable au plus grand Ordre de ſon Royaume.* LETTRES HIST. *Mars 1706. p. 321. Avril p. 446. May p. 545. Iuin p. 652.* vbi etiam longa relatio ſolutæ obſidionis reperitur.

44) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. p. 23.* MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. pag. 234.* LETTRES HISTOR. *May 1706. p. 464. Iuillet p. 96.*

45) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. p. 28.* LETTR. HIST. *Août 1706. p. 225. Sept. p. 303.*

46) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. p. 30.* LETTR. HIST. *Dec. 1706. p. 678.*

47) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. p. 32.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 249. Le Roi Charles etoit dans le Royaume de Valence lors qu'il reçut cette agreable nouvelle ; & ſoit que les Troupes, qu'il vouloit mener avec lui ne fuſſent pas prêtes, ſoit pour d' autres raiſons qui me ſont inconnues il marcha ſi lentement pour ioindre l' Armée Portugaiſe, qu' il donna le temps au Roi Philippe de ſe recommoître l' aſſembler des Troupes, & de rendre Maître de nouveau, & la Ville de Madrit.* Non deerant tamen, qui Comiti de Peterbourough imputarent, quaſi ipſe in cauſſa fuerit ſucceſſus eiusdem infelicis. Prodiit igitur *Relation de ce qui s' eſt paſſé en Eſpagne ſous la conduite de Milord Comte de Peterborough*, quo ſcripto auctor omnem abeo culpam remouere conatur, cuius epitomen exhibet LA CLEF *Mai 1708. pag. 317.* Qua ratione cauſſa iſta coram Parlamento fuerit agitata, exponitur LETTR. HIST. *Fevr. 1708. p. 206. Fevr. 1711. pag. 223.* Potius iſte omnem culpam in Galloway reiciebat, quod is Berwickium non perſecutus fuerit. Cauſſa iſta XVI. Ianuarii 1711. in Parlamento Anglicano examinabatur, Comes de Peterbourough abſoluebatur. LA CLEF *Mars 1711. p. 194.* MERC. HIST. *Fevr. 1711. pag. 188.* BVCHER-CABINET *p. XXV. p. 877.*

48) SPAN.

militaribus inter ſe diſſidentibus, Gallorum Exercitu nouo milite firmato, iisdemque omnes aditus iterum occupantibus, difficilis videbatur Luſitanorum cum Caroli exercitu coniunctio, vt & Luſitani Madritum, Carolus vero Caſtiliam iterum relinquere cogeretur. Madritum igitur Andegauenſis XXII. Septembris iterum ingrediebatur. Sæuiebatur nimium contra illos, qui Auſtriacæ domui fuerant addicti, 48) Concha recuperabatur, Caſtiliæ vrbs, Villa Regia Arragoniæ, Carthagena Murciæ, a Fœderatorum claſſe antehac occupata, aliæque vrbes, 49) dum interea Marchio de Bay in Luſitaniæ finibus Alcantaram recuperaret. 50) Interea claſſis Fœderatorum IV. Septembris Alicantam, XVI. Septembris Iuicam Inſulam, XXIV. Septembris Maiorcam capiebat. 51)

§. XII. In Italia, Galli inter Calcinatum & Montem Clarium XIX. Aprilis 1706. ſuperiores, caſtris Fœderatorum potiuntur, qui bis mille trecentis amiſſis, reiiciuntur. 52) Aſt dum Feuilladius Dux Auguſtam Taurinorum II. Iunii magno facto adparatu obſideret, 53) Eugenius Princeps laboranti vrbi in auxilium properans, poſtquam Addam, quod fruſtra impedire conabatur Vindocinenſis, & Padum tranſiiſſet, Reggium occupabat, 54) & licet Haſſiæ Princeps ad Caſtilionum cæderetur, 55) exercitum ſuum Sabaudico IV. Septembris feliciter iungebat. Hoc facto, caſtra Gallorum, quibus Philippus Aurelianenſis cum magna copiarum parte acceſſerat, licet munitiſſima, ad Auguſtam Taurinorum VII. Septembris 1706. felici omine adgrediuntur Fœderati. Taurinorum regia ob pulueris pyrii aliorumque defectum ad extrema iamdum redacta, liberatur, magna Gallorum ſtrage edita. Gallorum in hoc prœlio tria millia fuerunt cæſa, quinque millia & vltra capta, caſtraque illorum cum ingenti & magno tormentorum occupata. 56) Tanta victoria potitus Eugenius, vlterius pergit, Chiuas occupat, Iuream, Nouaram, ipſamque metropolim Mediolanum deditione capit, Papiam, Laudem Pompeiam, Pizzighitonum, Tortonam, Alexandriam, Caſalium, aliasque vrbes, licet Caſtellum Mediolanenſe adhuc reſiſteret. In ſuperiori Italia quoque Mutinam Cæſarei III. Nouembris improuiſo adſultu capiunt. 57)

§. XIII. In Belgio, Marlborugius, poſtquam per hyemem, Viennæ, Berolini, & Hannoueræ, noua de futuri anni expeditione cum Fœderatis contuliſſet conſilia, ineunte vere 1706. exercitum congregabat, atque XXIII. Maii acerrimo prœlio ad Ramilliacum Brabantiæ cum Gallis decertabat, in quo Galli magna ſtrage deuicti, quinque hominum millibus & vltra amiſſis, totidem captis, quinquaginta tormenta bellica, caſtra cum magno adparatu Fœderatis relinquunt. 58) Tantum hæc clades Gallos adfixerat, vt eodem anno, Fœderatis exercitum opponere haut amplius valerent, quin potius Louanium, Bruxellas, Mechlinium, Gandauum, Brugas, Aldenardum, immo omnem Brabantiam, cum Flandriæ parte relinquerent, quæ, publicato a Marlborugio Manifeſto, Regi ſuo legitimo Carolo III. ſe ſubiiciebant. 59) Sequebatur Oſtenda, quæ ignitis globulis anguſtata, poſt

48) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. p. 45.* LETTR. HIST. *Sept. 1706. p. 321. Oct. p. 461. Fevr. p. 217.*

49) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. p. 46.* LETTR. HIST. *Nov. 1706. p. 583.*

50) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. p. 51.*

51) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. p. 52.* LETTR. HISTOR. *Nov. 1706. p. 587.*

52) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. p. 57.* LEBEN EVGENII *p. II. p. 374.* RINCK *p. II. pag. 185.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. II. p. 249.* LETTR. HIST. *May p. 478.*

53) LEBEN EVGENII *p. II. p. 401.* quantus ad hanc obſidionem belli fuerit adparatus, deſcribitur in MEM. DE LA GVERRE Tom. II. pag. 282. *cette Ville devoit être ſaccagée & détruite comme le fut l' ancienne Ieruſalem. Temoin l' ordre qu' on trouva ſur le Maréchal de Marcin après ſa mort: cet ordre étoit cachetté, & ce Maréchal ne le devoit ouvrir qu' après la priſe de Turin. Il portoit qu'il falloit piller cette Place; qu'il falloit en raſer les Fortifications & enfin épuiſer le Piémont & la Savoye par des contributions. On y devoit employer cent trente trois piéces de Canons, ſoixante quatre Mortiers, depuis deux cens insques a cenq cens peſant; cinquante trois mille deux cens boulets de Canon, dix-ſept milliers de bombes; ſept cens milliers de poudre, outre ce qui étoit dans le Magazin de Suſe ſix Compagnies de Bombardiers, ſix de Ouvriers pour l' Artillerie, ſix cens Mineurs, ſix cens Canoniers; huit cens Pionniers; & trois Brigades d' Ingenieurs & qui plus eſt tout cela dévoit être ſoûtenu par une Armée de prés de quatre vingt mille hommes.* LETTRES HIST. *Iuillet 1706. p. 14.*

54) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. p. 60.* LEBEN EVGENII *p. II. pag. 378.* RINCK *p. 168.* LETTR. HIST. *Août p. 126. Sept. p. 244.*

55) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. p. 67.* LEBEN EVGENII *p. II. p. 399.*

56) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. p. 69.* LEBEN EVGENII *p. II. pag. 412.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 240. Iournal Hiſtorique du ſiége de la Ville & de la Citadelle de Turin.* RINCK *p. 171.* LETTR. HIST. *Sept. 1706. pag. 255. Oct. p. 365.*

57) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. p. 80.* LEBEN EVGENII *p. II. pag. 429.* vbi etiam Capitulatio deditionis vrbis *p. 433.* extat, RINCK *p. 183.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 247.* LETTR. HIST. *Nov. 1706. p. 493. Dec. p. 610. Ianv. 1707. p. 11. Fevr. p. 29.*

58) SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. p. 94.* MVLLERS *Leben Marlborougs c. LXVI.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. pag. 220.* MEM. DE LA GVERRE *p. II. p. 247.* RINK *Leben Iosephi p. II. p. 159.* LETTR. HIST. *Iuin p. 659.*

59) Extat Manifeſtum in MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. p. 267.* & in MVLLERI *Leben Marlboroughs c. LXVII.* RINCK *p. 161.* HISTOIRE DV PRINCE D'ORANGE *p. II. p. 226.* SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. pag. 100.* LETTRES HIST. *Iuin 1706. p. 677. Iuill. p. 101.*

poſt tredecim dierum obſidionem, Fœderatis ſe dedebat. 60) Menena IV. Auguſti obſeſſa XXII. eiusdem menſis ad deditionem ſuit compulſa. 61) Sequebatur V. Septembris Teneramunda 62) & paullo poſt Athum. 63) Hi felices Fœderatorum Progreſſus Gallos ad pacis conſilia adigebant, quam per Bauarum, licet vt videtur, non ſerio, petebant. 64)

§. XIV. Annus 1707. Gallis primum fauere videbatur. In Germania equidem, mortuo Ludouico Badenſi, Germanicum exercitum ducebat Chriſtianus Erneſtus, Marchio Brandenburgico-Baruthinus. Aſt, Galli XXII. Maii aggeres Germanorum prope Stolhofiam male defenſos perrumpunt, eosdem ſolo æquantes, per æſtatem Franconiæ & Sueuiæ graues, ingentes argenti ſummas exigunt. 65) Vlterius in ipſam Bauariam feciſſent progreſſus, ni virtute Georgii Ludouici Hannouerani Electoris, qui exercitui præficiebatur, fuiſſent reiecti, 66) qui etiam per Mercium Comitem Gallos ad Offenburgum XXIV. Septembris clade adficiebat, mille quindenis illorum occiſis. 67)

§. XV. Accedebat a Suecis metus, qui in Saxonia adhuc hærentes, a Cæſare varia poſtulabant, vt Sileſiæ metueretur. Agebatur potiſſimum de libero religionis exercitio apud Sileſios, ſecundum pacem Weſtphalicam 68) reſtituendo, quod, ne bello cum Suecis Cæſar impliçaretur, interuenientibus Anglis Belgisque, Marlboroughio defuper ad Suecorum Regem delegato, 69) per Conuentionem, in caſtris Suecorum Ranſtedti veteri XXII. Auguſti, ægre licet, Cæſar concedebat. 70) Addebatur confirmatio pacti Glückſtadtienſis Capituli Lubecenſis, cum domo Holſatica an. 1647. de epiſcopatu Lubecenſi per ſex ſucceſſiones in eadem familia continuando, 71) & Zoborio Comite, qui in Suecorum Monarcham verbis fuerat iniurius, ad vindictam extradendo, promiſſum. 72) Dum igitur Sueci, hæc, quæ de Sileſiorum libertate Cæſar promiſerat, executioni vellent mandari, deputabatur Stralenheimius, qui hæc procuraret. Reſtituebantur Proteſtantibus centum & viginti templa. Et licet Catholici hæc impedire conarentur, leſuitæ etiam templum Iohannis Lignicenſe vario ſub prætextu retinere vellent, inſtante tamen Stralenheimio, ſingula fuerunt reſtituta, conceſſum etiam Proteſtantibus Conſiſtorium, ſub Præſide tamen Catholico. Et licet Boruſſiæ Rex eandem pro Reformatis peteret libertatem, hoc tamen ipſi denegabatur. 73) Oppidis Teſchen, Hirſchberg, Landshut, Freyſtadt; Sagan & Militſch totidem noua templa fuerunt conceſſa. Dum igitur Proteſtantium apud Sileſios Proceres de reſtitutione ſecundum conuentionem facta teſtarentur, Stralenheimius publico teſtato Vratislauiæ VIII. Februarii 1709. hoc declarauit. 74) Anno 1708. pueri puellæque in diuerſis partibus, motu quodam ſingulari inducti, vel Suecorum exemplo moti, ſub dio conueniebant, orantes, hymnosque canentes, præcentore conſtituto, ita, vt nec magiſtratus, nec parentum minis auerti potuiſſent, vsque dum hic Zelus, qui per annum fere durauerat, iterum deficeret. 75)

§. XVI. Eo-

60) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. p. 102.* MVLLERS *Leben Marlhouroughs c. LXIX.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 229.* LETTRES HIST. *Inill. 1706. p. 107.*

61) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. p. 103.* RINCK *pag. 163.* MVLLERS *Leben Marlhouroughs c. LXX.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 223.* LETTRES HISTOR. *Sept. 1706. p. 333.*

62) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 104.* MVLLER *c. LXXI.* RINCK *p. 163.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. II. p. 223. 234.*

63) RINCK *p. 163.* MVLLERS *Leben Marlboroughs c. LXXII.* LETTR. HISTOR. *Sept. 1706. pag. 351. Oct. p. 472.*

64) RINCK *p. 163.* de hoc infra §. *XXXIII.*

65) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. p. 106.* RINCK *p. II. p. 284.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. II. p. 14.* MEM. DE LA GVERRE *p. II. p. 371.* LETTRES HISTOR. *Iuin 1707. p. 669. Iuillet p. 67.*

66) RINCK *p. 291.* HIST. DV PRINCE D' RANGE *p. II. p. 15.* LETTRES HISTOR. *Août 1707. p. 178.*

67) RINCK *p. 293.*

68) Art. V. §. XIII. *Sileſiæ autem Principes Augustana Confeſſioni addicti, Duces ſcilicet in Brieg, Munſterberg & Oels, itemque Ciuitas Wratislauienſis, in libero ſuorum ante bellum obtentorum iurium & primilegiorum, nec non Augustana confeſſionis exercitio, ex gratia Cæſarea & regia ipſis conceſſo manutenebuntur.* Vid. & der Euangeliſchen Schleſier hinderniges ſehnliches Seufzen und Flehen, Freyburg 1707. f. LETTRES HIST. *Août 1707. pag. 159.*

69) MVLLERS *Leben Marlboroughs c. LXXVIII.*

70) RINCK *Leben Iosephi p. II. pag. 244.* BVCHER-CABINET *p. V. p. 910.* du MONT *nouveaux Recueil Tom. II. p. 332.* LETTRES HIST. *Oct. 1707. p. 417.* ZSCHACKVITZ *ap. 385. Ruhe des ietzlebenden Europa p. IV. n. III.*

71) Vide *Sect. ſuper.* §. *XCVII.*

72) Direrat enim Zoborius præſente Stralenheimio, in conuiuio, quod Vngariæ rebellibus Rex faueret, ideoque ab Stralenheimio alapa ipſi inſligebatur, qui tamen ab aula Cæſarea reuocabatur. RINCK *p. II. pag. 239.* BVCHER-CABINET *p. V. pag. 929.*

73) Extant Acta in ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tom. I. p. 160.*

74) De hoc Sileſiorum Statu plenius agitur in *Sceleſicher Kirchen-Hiſtorie Leipzig 1708. 8.* RINCK *p. II. p. 240. ſqq.* ELECTA IVRIS PVBLICI *Tomo I. pag. 160. 387. 649.* STAATS-CANTZELLEY *Tom. XII. p. 67. Tom. XII. cap. I. Tom. XIII. c. IV. & p. 819. Tom. XXII. c. II.* LETTR. HIST. *Mars 1709. p. 285.*

75) EVROP. FAMA *Tom. LXXIV. pag. 117.* BVCHER-CABINET *p. V. pag. 925.* Simile fere exemplum GODEFRIDVS MONACHVS refert ad a. 1212. *ipſo etiam anno ex omni Francia & Teutonica pueri diuerſæ ætatis & conditionis cruce ſignati, ad ſubuentionem ſanctæ terræ, Hierosolymam proficiſci diuinitus ſibi imperatum affirmabant. Quorum exemplo multitudo iuuenum & mulierum Cruce ſe ſignantes cum eis ire diſponunt. Quibus etiam quidam maligni homines admixti ea quæ extulerant & a fidelibus quotidie accipiebant, nequiter & furtiue ſubtrahentes occulte reuefferunt: quibus vnus Coloniæ compre-*

§. XVI. Eodem anno 1707. decreta tandem fuit nouo concluſo Imperii, viſitatio Cameralis, deputatis ad eandem ex Collegio Electorali Moguntino, Palatino, Saxone & Brandenburgico. Ex Principum Collegio, Catholicorum quidem, Salisburgenſis, Auſtriacus, Bambergenſis, Spirenſis, Hildesheimenſis, Osnabrügenſis, Monaſterienſis, Badenſis, Prælati Sueuici. Euangelicorum Magdeburgenſis, Bremenſis, Saxo-Vinarienſis, Brandenburgo-Culmbacenſis, Brunſuico-Cellenſis, Würtenbergenſis, Haſſo-Caſſellanus, Mecklenburgico Suerinenſis, Comites Wetterauici. Ex Ciuitatum Imperialium Collegio, Aquisgranum, Colonia, Noriberga, Francofurtum, prout iamdum a. 1706. ad hoc negotium fuerant deſtinati, qui Wetzlariam miſſi, Cæſaris partes gerente Campidonenſi Abbate, & Conſiliario Imperii aulico Zimmermanno, publicata illorum Commiſſione, XX. Octobris 1707. primam inſtituerunt ſeſſionem, Cameræ defectibus fere inueteratis medelam adlaturi. 76)

§. XVII. In Belgium nimius iterum Gallorum ducebatur exercitus, cui Marlboroughius ſe opponebat. Verum, dum Germanorum res admodum eſſent adflictæ, vt iisdem reſtituendis, copiæ ex Belgio in Germaniam eſſent mittendæ, nihil memoratu dignum an. 1707. fuit geſtum. 77) Feliciores Fœderatorum res per Italiam. Exercitus Cæſareus in Parmenſibus terris hyberna ſumebat; Papa licet contradicente. Florentini, Genuenſes, Lucenſes ad ſoluenda tributa adigebantur. 78) Ineunte vero anno 1707. Carolus III. XIII. Ianuarii magna ſolennitate Hiſpaniæ Rex proclamabatur. 79) Hinc IV. Februarii arx Mutinenſis, quæ huc vsque reſtiterat, deditione capitur. 80) Arx Mediolanenſis etiam per menſem obſeſſa deditur. Verentes enim Galli, ne copiæ illorum per ſuperiorem Italiam hinc inde adhuc diſperſæ intercluderentur, per Capitulationem Generalem XIII. Martii concluſam, omnes Mediolanenſis & Mantuani Ducatus vrbes, quas per ſuperiorem Italiam hucusque vſurpauerant, vrbibus in Statu præſidii exceptis, Cæſari cedunt, liberum ſaltim copiis ſuis abitum pacti. 81)

§. XVIII. Superioris Italiæ bello finito, expeditio in regnum Neapolitanum ſuſcipiebatur, dum Daunius Comes exercitum quatuordecim millium in regnum illud duceret. Et licet regni Prorex, Dux d' Eſcalona nihil omitteret, quod ad regni reuirebatur defenſionem, plerique tamen Proceres, & incolæ domui Auſtriacæ fauentes; ſub primum ſtatim introitum ſe Carolo ſubiiciebant: Capua, Auerſa, ipſa Metropolis, cum arcibus ſuis IX. Iulii in poteſtatem legitimi Regis ſui ſe dedebat, Caieta XXX. Septembris adſultu capitur, Dux de Eſcalona, qui ibidem ſe incluſerat, abducitur captiuus, omneque regnum in Caroli redigitur poteſtatem. 82) Animus hinc erat Cæſareis, vt quæ in Tuſciæ oris adhuc ſupererant caſtra, occuparent. Inter hæc Orbitellum exeunte hoc anno Cæſareis adhuc ceſſit, 83) qui tamen a. 1708. Portum longum, facta obſeſſorum eruptione, relinquere iterum coguntur. 84) Piombinum autem & caſtrum S. Stephani deduntur. 85)

§. XIX. Eugenius interea Princeps vna cum Sabaudiæ Duce, Guilielmo Saxo-Gothano & Friderico, Hæreditario Haſſiæ Principe, cum exercitu triginta quinque millium, ſuperatis montibus, poſtquam Varum fluuium tranſiuiſſent, Gallis licet tranſitum impedire conantibus, in Prouinciam irrumpunt, & poſtquam Fœderatorum claſſe ſuiſſent ſuſſulti, Telonem Martium Gallorum nauale, XIX. Iulii obſident. Ardua ſub initium videbatur obſidio, eo quod portus non ſolum egregie munitus, difficilem claſſi præberet aditum, ſed etiam Theſſius paulo ante, intra munimenta vrbi præducta, cum milite copioſo ſe incluſiſſet. Eugenius igitur ſuadebat, vt relicto Telone, alio in loco Fœderati ſe munirent, vlterius in Galliam incurſuri. Verum, inſtabat Sabaudiæ Dux, vt vindictam obſeſſæ Taurinorum ſedis exerceret. Occupabantur equidem munimenta quædam exteriora, atque inter hæc munimentum Catharinæ, ſed dum Galli idem recuperarent, fortis-

comprehenſus ſuſpendio vitam finiuit. Multi etiam illorum in ſyluis & deſertis locis eſtu, fame & ſiti perierunt: alii alpes transgreſſi mox vi Italiam intrauerunt, a Longobardis ſpoliati & repulſi cum ignominia redierunt. Sic etiam ALBERTVS ARGENT. *p. 150.* ducentorum puerorum duodecim annorum a. 1349. ſefe flagellantium exemplum refert.

76) RVCHER-CABINET *p. V. p. 874.* Acta extant in FABRI *Staats-Canzeley Tom. IX. p. 121. Tom. X. c. III. Tom. XI. c. V. Tom. XIV. pag. 257.* ELECTA IVRIS PVBLICI *Tom. III. pag. 242.* ZSCHACKWITZ *p. 392.*

77) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. p. 104.* RINCK *p. II. p. 296.* HIST. DV PRINCE D'ORANGE *p. II. p. 3.* LEBEN MARLBOROVGHS *cap. LXXIX.*

78) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. pag. 109.*

79) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 110.* RINCK *p. 304. 328.*

80) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 112.* LEBEN EVGENII *p. II. p. 476.*

81) SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *pag. 114.* Mediolani hæc Capitulatio fuit concluſa, ſed Mantuæ XV. Martii confirmata. du MONT *nouveau Recueil Tom. II. p. 316.* HIST. DV PRINCE D'ORANGE *p. II. p. 16.* MEM. DE LA GVERRE *p. II. p. 310.* RINCK *pag. 306.* LEBEN EVGENII *p. II. pag. 479.* LETTRES HISTOR. *Avril 1707. p. 376. May p. 508.*

82) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. p. 143.* HIST. DV PRINCE D'ORANGE *p. II. p. 17.* MEM. DE LA GVERRE *p. II. pag. 393.* RINCK *p. 325.* LEBEN EVGENII *p. II. p. 337.* LETTRES HISTOR. *Août 1707. p. III. Oct. 1707. p. 363. Nov. pag. 481.*

83) LA CLEF *Mars 1708. p. 176.*

84) LA CLEF *Iuillet 1708. p. 25. Août pag. 109.* LETTR. HISTOR. *Mars 1708. p. 241.*

85) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 213.*

cta. 77) Exeunte anno, Auguſtam Vindelicorum oppugnabat Bauariæ Elector, præſidio ſeptem millium ſub Barone de Bibra munitam, quæ poſt aliquot dierum obſidionem, XIV. Decembris, inuitis licet Ciuibus, fuit dedita. 78)

§. CXVIII. Eodem anno 1703. poſtquam Caſtiliæ Admirandus ſub prætextu legationis Gallicæ ipſi delatæ, Liſabonam feceſſiſſet, 79) Luſitaniæ Rex Petrus in Fœderatorum partes magis inclinabat, irritatus, quod Philippus Andegauenſis inſignia Luſitanica Hiſpanicis iunxerat. Poſtquam igitur claſſis Fœderatorum in portum Liſabonæ aduentaſſet, ipſe magis firmatus, fœdus XVI. Maii 1703. ſubſignabat, quo ſe, accepta pecunia annua, ad viginti militum millia obligabat, quibus Fœderati duodecim adderent, bellum Caroli III. nomine gereretur, qui propediem Hiſpaniam petere deberet. 80) Dum igitur Luſitaniæ Rex bellum, non niſi adueniente in Hiſpaniam Carolo, incoandum eſſe iudicaret, hoc potiſſimum per Caſtiliæ Admirandum vrgebatur, ægre licet concedente Imp. eo quod res non ſolum eſſet periculi plena, ſed etiam ob defectum ſtirpis Auſtriacæ. 81) Indicto tandem Viennæ XII. Septembris 1705. ſolenni actu, Imp. in præſentia ſummorum Aulæ Miniſtrorum, vna cum Ioſepho iura ſua in ſucceſſionem Hiſpanicam, certis prius conſtitutis pactis, Carolo cedit, quam ipſe acceptat, ceſſionis inde inſtrumento a Leopoldo Ioſepho & Carolo iuramento confirmato, Carolus III. publice Rex declaratus. 82) Conſtituto die XIX. Septembris Carolus III. Viennam relinquebat, 83) per Saxoniam Superiorem & Inferiorem Duſſeldorpium, indeque Hagam Comitum adueniebat. Et licet XX. Nouembris ex Belgio ſolueret, ventum tamen contrarium expertus, Hagam Comitum, indeque Roterodamum regredi fuit coactus. Ineunte anno 1704. denuo ſoluens VI. Ianuarii Portsmuthum adpellit, indeque Londinum ductus, ab Anna Regina benigne exceptus. Ex Anglia XI. Februarii cum claſſe Fœderatorum ſoluebat, ſed vento contrario ad Angliæ oras fuit repulſus. Denuo XXI. Februarii ſoluens VII. Martii in portum Liſabonæ feliciter adpulit, ibidemque magna ſolennitate fuit receptus. 84)

§. CXIX. Publicato igitur Aprili menſe 1704. a Carolo III. & Petro, Luſitaniæ Rege Manifeſto, bellum in Hiſpania incoatur. 85) Luſitanis tamen nec dum ſatis præparatis, primus Ducis Andegauenſis impetus in Luſitaniam, qui Gallicis copiis ſuffultus, VII. Maii Saluaterram, Seguram, & Montfortium occupabat: Tillius Aronchium capiebat, quod tamen ſtatim iterum reliquit. Variis conflictibus pugnabatur, Hiſpani equidem ad Caſtelbranco XXVII. Maii victores, Luſitani XI. Iunii ad Montem ſanctum. 86) Exeunte Maio, Georgius Darmſtadtius cum Fœderatorum claſſe Barcellonam tentabat, eandem per conſpiratos, qui in vrbe erant, occupare ratus, ſed poſtquam vrbem per biduum ignitis globulis infeſtaſſet, detecta conſpiratione, retro cedit. 87) Felicior in vrbem

77) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *pag. 605.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 104.* MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. p. 73.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. pag. 111.* LEBEN EVGENII *p. II. p. 348.* RINCK *p. 1567.* LETTRES HISTOR. *Dec. 1703. p. 667.*

78) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 611.* MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. p. 113.* RINCK *p. 1564.* LETTRES HISTOR. *Ian. 1704. p. 57.*

79) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 448.* LEBEN CAROLI III. *p. I. p. 766. 785.*

80) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 612.*

81) Rationes in ſcripto Admirandi Caſtiliæ plenius exponuntur in SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 615.* LEBEN CAROLI *p. II. pag. 250.* LETTRES HISTOR *Août 1703. p. 226.*

82) SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *p. 624.* Hæc plenius exponuntur in FABRI *Staats-Canzelley Tom. VIII. c. VIII. n. 1.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 114.* LEBEN CAROLI *p. II. pag. 218.* RINCK *p. 1598.*

83) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *pag. 591.* RINCK *p. 1594.* LEBEN IOSEPHI *p. I. pag. 459.* LETTR. HIST. *Oct. 1705. p. 397.*

84) De ſingulis hiſce SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *pag. 635. ſqq.* FABRI *Staats-Canzelley Tomo VIII. c. II. n. 2. 3.* LEBEN MARLBOVROVGS *c. XXXII. XXXIII.* LEBEN CAROLI *p. II. p. 244. p. III. ineunte.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 158.* RINCK *p. 1624.* LETTRES HISTOR. *Avril. 1704. p. 485.*

85) Extant im SPANISCHEN SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 662. LEBEN CAROLI *p. III. pag.* 24. LETTRES HIST. *Avril.* 1704. *pag.* 453. *Iuin pag.* 684.

86) Hæc ſingula deſcribuntur im SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 671. *ſqq.* LEBEN CAROLI *p. I. p.* 145. Hæ expeditiones in HISTOR. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p.* 158. tali modo deſcribuntur, *peu de temps apres les deux Rois ſe rendirent a l' Armée Portugaiſe, vers Almeida, accompagnez d' Amirante de Caſtille, qui s' étoit déclaré pour le Roy Charles, & de Milord Gallowai. Il ne ſe paſſa rien de déciſif dans les Armées Eſpagnols & Portugaiſe. On occupa de part & d' autre quelques places peu importantes ſur les frontieres, & il y eut quelques recontres, dont la principale fut le combat qui ſe donna près de Monſanto ſur les Frontieres de Caſtille, le 9 de Iuin dans lequel le Marquis Das Minas Général des Troupes Portugaiſes ayant aſſamblé vn corps de 15. mille hommes, tomba ſur les Eſpagnols & les François, les mit en déroute, & remporta ſur eux vn avantage conſidérable, & repara ainſi la perte de 2. Regimens Hollandois qu' ils avoient ſurpris vn peu auparavant & faits priſonniers de Guerre.* LETTR. HIST. *Iuin* 1704. *p.* 681. *Iuillet p.* 107. 114. *Août p.* 219. RINCK *p.* 636.

87) SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 682. LEBEN CAROLI *p. III. p.* 157. HISTOR. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p.* 164. *Les Alliez, qui avoient quelque inteligence dans Barcelone s' approcherent de cette place avec vne Escadre le* 30. *May, & ils débarquerent quelques troupes le lende main; mais ceux qui devoient favoriſer ce deſſein ayant été découverts, & arrêtez, on ſe contenta de la bombarder; apres quoi la Flotte Allide ſe retira.* LETTR. HIST. *Iuillet* 1704. *p.* 110.

88) SPAN.

vrbem Gibraltar expeditio, quæ terra marique III. Augusti 1704. obsessa, & ignitis globulis nimium vexata, V. Augusti ad deditionem per eundem Darmstadtiensem Principem fuit compulsa. 88) Adueniente autem Gallorum classe, fit XXIV. Augusti in mari Mediterraneo ad Malagam prœlium nauale, in quo pari fortuna fuit dimicatum. 89) Nihilominus Galli IV. Octobris vrbem Gibraltar iterum terra marique obsident, obsidionem vrgente Gallorum præfecto Thessio. 90) Hanc, licet Georgius Darmstadtiensis strenue defenderet, adeuntante tamen in auxilium Fœderatorum classe, indeque XXIII. Martii Gallorum classem amissis tribus nauibus fugant, Thessius etiam cum terrestribus copiis, amissis suorum vel octo millibus XXIII. Aprilis vrbem relinquit. 91)

§. CXX. Maximus illo anno belli impetus in Germaniam. Ineunte statim anno Passauium occupabat Bauariæ Elector. 92) Inde ad syluam nigram pergens, nouam Gallorum sub Tallardo aduentientium coniunctionem quærens, quam Germanicus miles impedire quouis modo conabatur. Maior enim exercitus pars sub Marchione Baruthino, Duce Würtenbergensi & Styrumio Heidenheimi Würtenbergenses terras tuebatur, dum interea Thungius Comes aditus sylvæ nigræ obsideret, sed Bauariæ Electore aduersus eum tendente, iste Rotwilam retrocedebat, vt Würtenbergico Duci & Stirumio iungeretur, & Bauaris se opponeret, dum interea Tallardus commeatu fere destitutus, vallem S. Petri perrumpens, Danubium versus properabat, frustra illum prosequente Ludouico Badensi. 93) Marlborougius equidem cum Anglorum Belgarumque exercitu, expeditionem ad Mosellam simulabat, sed postquam ad Confluentiam Rhenum, ad Moguntiam Mœnum, ad Ladeburgum Nierum transiisset, ad Danubium pergebat, se XXII. Iunii cum triginta millium exercitu, militi Cæsareo iungens, dum interea Eugenius Princeps cum Borussicis & Westphalicis copiis ad Rhenum opponeretur. 94) Bauariæ igitur Elector, tanto Fœderatorum Exercitui parem se haut videns, castris munitis se continebat. Ipse quidem cum potiore exercitus parte, in castris ad Dillingam & Lauingam, alteram prope Donawertham ad montem, Schellenberg dictum, variis circumductis munimentis, posuerat, vt Fœderatorum irruptionem in Bauariam impediret. Hanc autem dum Fœderati tentarent, fit 11. Iulii 1704. ad dictum montem, contradicente licet Ludouico Badensi, rem periculi esse plenam, arguente, prœlium. Primum impetum faciebant Angli, quibus Germanus miles subueniebat: tandem circa noctem munimenta perrumpunt, Gallos Bauarosque fugant, vt plerique vel cæderentur, vel Danubio mergerentur, licet non sine Fœderatorum clade. 95) Post hanc victoriam, Donawertha & Danubii transitus Fœderatis patebat, & fere vniuersa Bauaria, Aicha, Raina, Dillinga aliæque vrbes occupabantur. 96) Varie interim ad compositionem Electoris tentabatur, hic etiam Fœderatis accedere se velle simulabat, vsque dum Tallardus nouas copias ipsi in auxilium adduceret. 97) Hic enim, postquam Villingam XVI. Iulii per quinque dies fruſtra tentasset, sensim Danubium versus tendebat, indeque prope Augustam se Bauaro iunge-

88) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 684. HISTOR. DV PRINCE d' ORANGE *p. I. p.* 163. LETTRES HISTOR. *Sept.* 1704. *p.* 334.

89) SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 689. LETTRES HIST. *Oct.* 1704. *p.* 429. 443. *Nov. p.* 551. *Ianv.* 1705. *p.* 117. *Fevr. pag.* 236. *Mars p.* 338. *Avril pag.* 464. LEBEN CAROLI *p. III. p.* 159. HISTOR. DV PRINCE d' ORANGE *p. I. p.* 166. Qua ratione Galli sibi tributerint victoriam, patet ex MEM. DE LA GVERRE *p. II. pag.* 176.

90) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG. *p.* 701. LEBEN CAROLI *p. III. pag.* 162. HISTOR. DV PRINCE d' ORANGE *p. I. p.* 212. LETTRES HISTOR. *Dec.* 1704. *p.* 689.

91) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 771. LEBEN CAROLI *p. III. p.* 179. 328. 338. Facta liberatio per Admiral Leacke RINCK *pag.* 1675. LETTR. HISTOR. *May* 1705. *p.* 552. 571.

92) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 706. MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. p.* 114. culpa modo in Gronsfeldium, ducem Cæsareum, modo in Episcopum reiiciebatur. Extant hæc scripta in FABRI *Staats-Cantzelley Tom. IX. cap. V.* RINCK *pag.* 1706. LETTR. HISTOR. *Fevr.* 1704. *p.* 176.

93) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 706. MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. p.* 116. *mais celui ci aiant reçu les Troupes que le Duc de Wirtemberg & le Comte de Stirum lui amènèrent, se mit à la tête d' vn Corps d' Armée composé de cent dix-sept Escadrons, & de quarante huit Bataillons resolu a son tour de venir attaquer l' Electeur & Marsin, & s' opposer par là à la ionction de nos Armées. Comme les Généraux de l' Empereur étoient sur le point d' exécuter leur projet; ils reçurent ordre du Prince de Bade qui étoit absent de differer le Combat iusques à son arrivée; Ordre qui fut fatal, & qui leur fit perdre l' occasion de battre l' Electeur & Marsin, & favorisa en même tems le passage de l' Armée Françoise en Bavière. Cependant le Maréchal de Tallard sans perdre le tems, fit passer son Armée sur un pont au dessus de Strasbourg, & aiant marché par le Hohlengraben, & le Kalcherberg nous nous rendîmes à Willingen, où la ionction de nos Troupes se fit le 17. de Mai avec l' Armée de l' Electeur.* RINCK *p.* 1609. LETTR. HISTOR. *Iuin* 1704. *p.* 663.

94) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 700. LEBEN MARLBOVROVGHS *c. XXXIV. XXXV.* MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. p.* 120. LETTR. HISTOR. *Iuin* 1704. *p.* 668.

95) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 710. MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. pag.* 122. HIST. DV PRINCE d' ORANGE *p. I. p.* 139. RINCK *p.* 1612. LEBEN EVGENII *p. II. p.* 224. LEBEN CAROLI *p. III. p.* 205. LETTRES HISTOR. *Iuillet* 1704. *pag.* 70.

96) SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 712. MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. p.* 130. LEBEN MARLBOVROVGHS *c. XXXVIII.* HIST. DV PRINCE d' ORANGE *p. I. p.* 147. LETTR. HISTOR. *Aout* 1704. *p.* 189.

97) MEM. de LA GVERRE *Tom. II. p.* 134. RINCK *p.* 1614.

97) SPAN.

iungebat, Eugenio Principe, qui copiis erat inferior, æque Fœderatis accedente. 98) Hi antea iamdum Fridburgum vsque tendebant, vt Gallos Bauarosque in castris suis prope Augustam adorirentur. Verum, dum eadem securo munitoque loco collocata reperirent, 99) omnem Bauariam sibi subiicere tentabant, & dum VII. Augusti Ingolstadtium, dirigente Ludouico Badensi obsiderent, Galli Bauarique hæc impedire conantes, relictis castris suis munitis, ad Höchstadtium prope Danubium castra locant. His dum obuiam eunt Fœderati, sit XIII. Augusti 1704. cruentum prœlium Höchstadtiense. Difficilis sub initium Fœderatis per terram lutosam erat accessus, vt Gallorum tormenta plurimum detrimenti ipsis adferrent, & dubia plane videretur victoria, ast, dissipato Gallorum equitatu, horum acies magis magisque inclinabat, vt demum in fugam verteretur, Tallardus per Boineburgium caperetur, & Principi Hassiæ hæreditario traderetur. Peditatus quidem Gallorum in pago Bleinheim adhuc supererat intra munimenta subitanea, qui adhuc resistebat, tandem etiam se dedebat. Dextra equidem ala, cui Eugenius præerat, post Bauarorum acerrimam defensionem, & superatas multas difficultates, hos etiam in fugam coniicit, vt Gallorum Bauarorumque clades triginta hominum millia excederet, qui in prœlio cæsi fuerunt vel captiui, tanta victoria, qualis per hominum memoriam haut fuerat reportata. 100)

§. CXXI. Fructus tantæ victoriæ fuit, vt Galli Bauarique, timidi nimium & fugientibus similes, Memmingam, Biberacum, Augustam, aliasque Sueuiæ vrbes, immo Danubium relinquerent, Rhenumque transirent. 1) Sola Vlma supererat, quæ Thungio dirigente, obsidetur & XIII. Septembris deditione capitur. 2) Et paulo post Straubinga, Passauium & Kehlheimum. 3) Maior interea Exercitus XIV. Septembris Landauium expugnat, Villaregio cum reliquiis Gallici exercitus Hagenouiam versus recedente. Accedebat obsidioni Iosephus, Romanorum Rex, quo dirigente, XXVI. Nouembris vrbs Fœderatis deditur. 4) Marlborugius autem cum parte exercitus XX. Octobris Augustam Treuirorum occupat, 5) & hoc Londinum discedente, Sarburgum a Belgis, Trarbacum a Principe Hassiaco, post sex hebdomadum obsidionem XVII. Decembris capitur. 6) Brisacum etiam, per Stratagema frustra tentatur. 7) Tanti progressus Bauariæ Electorem eo adigebant, vt Coniux ipsius XVII. Nouembris, facta in castris ante Landauium, Ilbesheimi capitulatione, Bauariam vna cum Kuffteino Imp. cederet; Monachio saltem cum thesauro Electorali & præfectura eiusdem ipsi relicto. 8)

§. CXXII. Dum bellum hoc in Germania serueret, in Belgio arma fere cessabant. Ineunte tamen anno Comes de Noyelles, collecto exercitu, Gallorum aggeres in Brabantia solo æquabat, 9) quos licet restituerent, Ouerkerckius tamen eosdem paullo post fruſtra

98) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 713. HIST. DV PRINCE d' ORANGE *p. I. pag.* 147. LEBEN EVGENII *p. II. p.* 231. LEBEN CAROLI *p. III. pag.* 225. LETTRES HISTOR. *Août.* 1704. *pag.* 195.

99) MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. p.* 132.

100) Vocatur etiam *pratium ad Pleyntheym.* SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 717. LEBEN MARLBOVROVGHS *c. XXXIX.-XLIII.* MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. p.* 1, 7. HISTOR. DV PRINCE d' ORANGE *p. I. p.* 148. RINCK *pag.* 1616. LEBEN EVGENII *pag. II. p.* 236. LEBEN CAROLI *p. III. p.* 229. LETTR. HISTOR. *Sept.* 1704. *p.* 276. 307. 343. *Nov. pag.* 541. Inscriptio quæ loco prœlii destinata, extat in LETTR HIST. *Ianv.* 1705. *p.* 43. *Fevr. p.* 173. 2SCHACKVVITZ *Leben Caroli VI. p.* 128.

1) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *pag.* 728. LEBEN EVGENII *p. II. pag.* 255. MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. pag.* 165. LEBEN MARLBOROVGHS *p.* 189. HIST. DV PRINCE d' ORANGE p. I. p. 56. *en vn mot par cette furieuſe Bataille l' Electeur de Bavière, perdit ſes Etats, & les François chaſſez de l' Allemagne, furent contraints de repaſſer le Rhin, apres avoir perdû cinquante mille hommes ſur le Danube; en joignant les morts, les bleſſez, les priſonniers & les déſerteurs ſelon le calcul que quelques Auteurs en on fait.* RINCK *p.* 1628.

2) LEBEN EVGENII *p. II. p.* 258. MVLLERS *Leben Marlbouroughs p.* 190. LETTRES HISTOR. *Oct.* 1704. *p.* 411.

3) LEBEN EVGENII *p. II. p.* 262. HISTOR. DV PRINCE d' ORANGE *p. I. p.* 155. LETTRES HISTOR. *Nov.* 1704. *p.* 52.

4) LEBEN EVGENII *p. II. p.* 262. MVLLERS *Leben Marlboroughs p.* 195. LETTRES HISTOR. *Oct.* 1704. *p.* 420. *Nov. p.* 526. RINCK *Leben Iosephi p. I. p.* 497. Vid. *die zu ihrem Vnglück und des Reichs Nachtheil fortificirte Stadt Landau*, 1704. 4. Præfectus vrbis fuerat Mr. de Laubanic, hanc strenue defendens. MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. pag.* 167. RINCK *p.* 1630. LEBEN IOSEPHI *p. I. p.* 485.

5) LEBEN EVGENII *p. II. p.* 293. MVLLERS *Leben Marlbouroughs p.* 191. LETTR. HISTOR. *Nov.* 1704. *p.* 535.

6) LEBEN EVGENII *p. II. p.* 295. RINCK *p.* 1632. LEBEN CAROLI *p. III. p.* 304. LETTR. HIST. *Dec.* 1704. *p.* 605. *Ianv.* 1705. *p.* 60. 124.

7) LEBEN EVGENII *p. II. p.* 300. RINCK *p.* 1633. LEBEN CAROLI *p. III. p.* 308. LETTR. HISTOR. *Dec.* 1704. *p.* 662.

8) LEBEN EVGENII *p. II. pag.* 303. MEM. DE LA GVERRE *p. II. p.* 166. *L' Electrice prit le Gouvernement de toutes les affaires, elle envoia abord le Pere Smacker Jeſuite au Prince de Bade, pour lui faire des propoſitions d' accommodement, qui avoient pour but de délivrer le Peuple de la deſolation, & du pillage.* Hoc bellum Bauaricum singulari libro describitur per CAESAREM AQVILINIVM, & in BVCHER-CABINET *p. XL. XIII. XIV. XV.* in vita Bavariæ Electoris, Conditiones vero reperiuntur *p.* 205. LEBEN CAROLI *p. III. p.* 298. ELECTA IVRIS PVBLICI *Tom. V. p.* 632. LETTRES HIST. *Ianv.* 1705. *p.* 57. RINCK *p.* 1631. LEBEN IOSEPHI *p. I. p.* 500. Hi sunt Tractatus isti Ilbesheimenses, de quibus Galli in Pacis Traiectensis Tractatibus tantas turbas mouebant.

9) HIST. DV PRINCE d' ORANGE *p. I. pag.* 120.

10) HIST.

fruſtra tentabat, 10) Galli munimenta Creuecœur & Dole fruſtra obſidebant. 11) Iulio menſe Fœderati Namurcum per triduum ignitis globulis fruſtra infeſtant. 12) In Flandria Munimentum S. Iſabellæ XXXI. Iulii deditione capitur. 13)

§. CXXIII. In Italia vero, bellum in terras Sabaudicas transferebatur. Galli enim, occupata pleraque Sabaudiæ parte, nouo milite firmati, Fœderatis ſuperiores, Aſtium, Villamnouam, Sulam, Feuilladio Duce, XII. Iunii occupant. 14) Sequebantur in Montisferratenſi Marchionatu XX. Iunii Vercellæ, 15) & Iurea, licet probe defenſæ. 16) Vindocinenſis Dux XIV. Octobris Veruam, Pedemontani Ducatus, obſidebat, quam Baro de Freyſingen vsque ad VII. Aprilis 1705. mira fortitudine, multa cum Gallorum clade defendebat. Poſtquam autem Galli liberum ipſi cum milite præſidiario exitum nollent concedere, ipſe igne ſuppoſito, deſtructis munimentis, demum ſe gratiæ obſidentium reliquit. 17) Sequebatur paulo poſt Villa Franca. 18) In Lombardia vero, Galli ſub Magno Priore Vindocinenſi copiis longe ſuperiores, Cæſareos ſenſim cedere cogebant, vt demum Oſtiglia, Serraualla, aliisque locis relictis, circa Lacum Gardæ hærerent, per quem ipſis commeatus aduehebatur, licet Galli eundem ſenſim intercludere conarentur. 19) Mirandulæ etiam Dux Gallis plene accedebat. 20)

§. CXXIV. Durante cum Gallis bello, Vngari ab iisdem concitati, rebellionem mouebant. Ragotzius enim, poſtquam Mongatſchium a Töckelii coniuge a. 1688. Cæſari fuiſſet deditum, Viennam fuerat abductus, ibidemque educatus. Sed adultior factus, ob denegatam ipſi Principis Imperii dignitatem, non ſolum irritatus; ſed etiam Tranſyluaniæ Principatum & bona arcesque Ragotziorum, aliasque quas Töckelius ipſi donauerat, a Cæſareis hucusque detenta, adſectabat. 21). Hoc vt eo facilius perficeret, facta cum Beretſchiny & Sirmay & octuaginta duobus Vngariæ & Tranſyluaniæ Magnatibus conſpiratione, Cæſarem, dum verno tempore Laxenburgi commoraretur, cum omni familia Cæſarea occidere tentabant, inde Vngariam pro regno libero declarare. Tanto felicius hoc conſilium eſſe putabatur, dum Vngari quatuordecim legiones Cæſari in auxilium conducendas, offerrent. In partes conſilii Galliæ Rex ſumebatur, miſſo in Galliam Longueuallio, equite Lotharingo, Centurione Cæſareo. Hic autem in fide erga Cæſarem conſtans, omnia ipſi aperiebat, litteras etiam hinc inde miſſas exhibebat. 22) Detecta igitur hac ratione conſpiratione, Ragotzius vna cum Barone Sirmay ex arce prope Tockaium captiui XXIX. Maii 1701. Neuſtadtium ducebantur, Iudicio delegato ad cauſſam huius conſpirationis examinandam formato, quod Cardinalis Collonitſch, Comes Oettingenſis præſes Iudicii aulici, Iörgerus, Traunius & Bucelini Comites conſtituebant. Qui, facto XIX. Iunii initio, Ragotzium non ſolum per Longueuallium, ſed etiam per litteras, propria ipſius manu ſcriptas, conuincebant. 23) Dum in eo eſſet, vt ad perpetuos careceres condemnaretur, perfidia Godefridi Lehmanni centurionis, VI. Nouembris 1701. liberatur, vt in Poloniam abiret, Lehmannus vero ideo meritas capitis pœnas luit. 24) Continuabatur nihilominus Iudicium illud delegatum, pretium de ipſo vel viuo vel mortuo exhibendo in ipſum ſtatuitur, & XXX. Aprilis mortis ſententia contra ipſum publicatur, bonis ipſius fiſco addictis. 25) Varie equidem Ragotzius Turcas ſollicitabat, qui tamen ipſi accedere nolebant. Sed in Vngariam ſuperiorem delatus, publicato ibidem manifeſto, pro regni libertate iuribusque, quæ pro-

10) HISTOR. DV PRINCE d' ORANGE *p. I. p. 127.*

11) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 728.* HIST. DV PRINCE d' ORANGE *p. I. p. 121.*

12) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 729.* HIST. DV PRINCE d' ORANGE *p. I. p. 134.* MEM. DE LA GVERRE *p. II. p. 169.* LEBEN CAROLI *p. III. p. 324.*

13) HIST. DV PRINCE d' ORANGE *p. I. p. 136.*

14) SPANISCH. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 740.* HIST. DV PRINCE d' ORANGE *p. I. p. 160.* LEBEN CAROLI *p. III. p. 185.*

15) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *cit. loc.* HIST. DV PRINCE d' ORANGE *p. I. pag. 161.* LETTR. HIST. *Iuillet* 1704. *pag. 13. Août pag. 139.* Capitulatio *Sept. pag. 249.*

16) SPANISCH. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 744.* HIST. DV PRINCE d' ORANGE *p. I. p. 163.* RINCK *p. 1643.* LETTR. HISTOR. *Nov. 1704. p. 480.*

17) SPANISCH. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 745.* HIST. DV PRINCE d' ORANGE p. I. p. 204. *Plusieurs choſes ont concouru pour rendre ce ſiége long & difficile; la ſituation de la Place, ſes fortifications ſes mines dedans & dehors; la valeur & la conduite du Baron de Freyſing qui en étoit Gouverneur, le courage & la conſtance de la Garniſon, ſes vigoureuſes ſorties, qui ont ruiné pluſieurs fois les tranchées & les batteries des Aſſiégans, la communication que les Aſſiégez conſerverent long-tems avec le Camp du Duc de Savoye a Creſcentin, & enfin la rigueur de la ſaiſon & les pluies. Tout cela a rendu ce ſiége vn des plus mémorables de cette guerre; & les François y perdirent tant de monde, que ie ſuis perſuadé qu'ils ne voudroient pas acheter beaucoup de Places à ce prix-là.* LETTR. HIST. *Dec. 1704. p. 615. Ianv. 1705. p. 13. Fevr. p. 141. Mars p. 258. Avril pag. 359. May. p. 476.* LEBEN EVGENII *p. II. p. 216.* RINCK *p. 1674.* LEBEN CAROLI *p. III. p. 360.*

18) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 748.* HIST. DV PRINCE d' ORANGE *p. I. pag. 265.* RINCK *p. 1675.* LETTR. HIST. *Avr. 1705. p. 365. May p. 485.*

19) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 741. 748.* RINCK *p. 1640. 1642.*

20) Extat Manifeſtum illius in LETTRES HIST. *Iuin p. 634.*

21) Faciunt huc potiſſimum *La Vie du Teckeli, à Cologne 1693. 12.* ZACHARIAE ZVANTZIGS *Malcontanter Fürſt Ragoczy, Calln 1704. 4. Sendſchreiben von einem Polniſchen Miniſtre an einen Kayſerlichen, wegen der Vngariſchen Affairen, Regensburg 1711. 4. Hiſtoire du Prince Ragotzi, à Paris 1711. 12.* Exhibet deprompta eſt Vita Ragotzii, quæ habetur *im* BVCHER-CABINET *p. III. n. X.*

22) LETTR. HIST. *Iuin 1701. p. 659.* RINCK *Leben Leopoldi p. 1440.* LEBEN EVGENII *p. II. p. 204.* BVCHER-CABINET *p. III. p. 572.*

23) RINCK *p. 1441.* BVCHER-CABINET *p. 573.* LEBEN IOSEPHI *p. I. p. 377.* LETTR. *Août 1701. pag. 166.*

24) RINCK *p. 1447.* BVCHER-CABINET *p. III. pag. 574.* LEBEN IOSEPHI *p. I. pag. 382.* LETTR. HIST. *Dec. 1701. p. 642.*

25) RINCK *p. 1578.* BVCHER-CABINET *p. III. p. 576.* LEBEN IOSEPHI *p. I. p. 465.*

propugnare ſe velle videri volebat. 26) Berezini ipſi iungitur, & Caroli Comes, ægre ferens, ſe a Cæſare de damno, quod ob amiſſa inter has turbas bona, fuerat perpeſſus, ipſi non ſatisfieret. Augebatur ſenſim Vngarorum, qui Maleconterenti dicebantur, numerus, ad viginti millia vsque, qui licet Giulam fruſtra tentaſſent, Zollnockium tamen, Barcanum & Lippam, vrbes montanas, aliasque capiunt, vbi multo auro potiebantur ad Auſtriæ vsque fines peruagantes. Obuiam ipſis mittebatur Schlickius Comes, qui tamen parem ſe ipſis haut ſentiens, retrocedebat. 27) Vlterius Poſonium pergebant, vt Imp. coronam & Regni inſignia Viennam abduci iuberet, atque aggeres præduci faceret tuendis Auſtriæ finibus. 28) Mittebatur equidem Eugenius Princeps Poſonium, qui Vngaris Amneſtiam vniuerſalem offerebat, ſed in propoſito permanentes, poſtulabant, vt Vngaria in ſtatum priſtinum, templa, conſiſtoria, bona & iura, Ragotzio etiam bona ablata reſtituerentur, Ieſuitæ eiicerentur, tributa in quindenos annos ceſſarent, reliqua in Comitiis decernerentur, quæ tamen a Cæſare haut ad probabantur. 29) Fatalis videbatur annus 1704. dum Vngari ab vna, Bauari Gallique ab altera, Cæſaris prouincias infeſtarent, & iam conſilia agerentur, qua ratione poſſint coniungi. 30) Ineunte iſto anno, rebelles XXXI. Ianuarii Quinque eccleſias occupant, Caroli etiam Viennam vsque vagatur, ſed, poſtquam cum multa præda reuerterentur, ad S. Nicolai fanum inter Rabam & Danubium ab Heiſterio binis vicibus funduntur, qua dedita adſecti, plures Cæſari iterum ſe ſubiiciebant, 31) & poſtquam interuentu Anglorum legati Stepneii, & Belgarum Bruininxii, Cæſar reſtitutionem iurium & religionis Vngaris promiſiſſet, Comitiaque ad tollenda grauamina indicenda, armiſtitium tandem vsque ad finem Septembris publicatur, quo poſtea prorogato, congreſſus Schemnicii inſtituitur, dum Fœderati delegatos ſuos Viennam vel Poſonium mittere denegarent. Verum, nimia erant Vngarorum poſtulata, vt Vngaria regnum eſſet electitium, Berezini regni Palatinus conſtitueretur, Andreæ II. Priuilegium reſtitueretur, Rex Poſonii vel Budæ ſedem haberet, quouis triennio Comitia celebrarentur, Germani omnes ab officiis regni Hungarici remouerentur, Proteſtantibus Religionis libertas concederetur, Ieſuitæ ex regno eiicerentur, Ragotzius Tranſyluaniæ Princeps declararetur. 32) Diſſoluto igitur congreſſu, bellum continuabatur. Heiſterius equidem ad Scythorum Inſulam Fortgatſchium Comitem profligabat, vt vel tria millia cæderentur, qui tamen, viribus iterum collectis, Caſſouiam occupabat. In Tranſyluania etiam non deerant, qui Ragotzium Principem declarabant, licet Rabutinus Rebelles ad Clauſenburgum profligaret. Exeunte vero Nouembri, Ragotzius Neuheuſelium Vngarorum quorundam proditione capiebat, ſed dum Leopoldi vrbem obſideret, in prœlio ad Tyrnauiam XXVI. Decembris ab Heiſterio vincitur, tribus ſuorum millibus amiſſis. Poſtquam autem Vngari per Gallorum legatum des Alleurs, milite, præfectis militaribus & argento fuiſſent ſuſſulti, Ragotzius a. 1705. in Superiori Vngaria Tockaium, Zatmariam, Eperies & Agriam occupabat, vbi Aprili menſe noui Tractatus, fruſtraneo tamen conatu ſuſcipiebantur. 33)

§. CXXV. Decembebatur in Comitiis 15. Aug. 1700. Viſitatio Cameralis extra ordinem, nam præter litem inter Epiſcopum Wurceburgenſem & Wigandum Adſeſſorem, 34) variæ iam dudum exortæ erant rationes, cur Auguſtiſſimus Cæſar, & plerique Status Imperii cum Solmenſi Præſide & nonnullis Adſeſſoribus viſitationem contra Leges Camerales diu intermiſſam, maxime neceſſariam, & unicum remedium tantorum malorum iudicarent. Inprimis Cæſar indigne ferebat, Baronem Auwium a ſe præſentatum, licet ordine priorem, Comiti Nytzio, Electoris Bauarici præſentato eſſe poſtpoſitum, contra ſententiam Solmenſis & dimidiæ partis Adſeſſorum. Is præterea Solmenſis in litteris ad Cæſarem & Iudicem Cameræ Electorem Treuirenſem dolebat, ſummam iniuſtitiam, partiumque ſtudium regnare in hocce iudicio; cui malo eo minus ſe poſſe mederi confirmabat, cum a Collega Barone Ingelheimio tanquam Seniore abſentis Iudicis vices gerente, directorio plane ſit exclusus, nec conſiliorum votorumque ſuorum vlla haberetur ratio, ſed multifariis potius ipſe adficeretur contumeliis tam a Collega & quibusdam Adieſſoribus, quam officialibus Cameralibus inferioris ordinis; idcirco a Cæſare petebat dispenſationem exeundi munere ante definitum ſex annorum tempus, & idem in litteris ad plerosque Imperii Status datis vrgebat, quod vero Cæſar clementiſſimis verbis negabat,

26) Extat Manifeſtum apud RINCKIVM *p. 1582.* qui etiam *p. 1586.* auctor eſt, Ragotzium in alio Manifeſto, quod prius hoc fuit inſecutum, hoc tiulo fuiſſe vſum: *Franciſcus II. Dei Gratia, ſacri Romani Imperii & Tranſyluaniæ Princeps Ragotzy, Partium Regni Hungariæ Dominus, Siculorum Comes, & Pater Patriæ, pro libertate Confœderati Regni Hungariæ Statuum nec non Monkazienſis & Makowizienſis Dux, perpetuus Comes de Saaros, Dominus hereditarius in Saaros, Patak, Tokai, Regez, Eſed, Somlyo, Lednicze, Szecznes, Onod.* In vexillis vero vtebatur verbis: *pro Deo, patria & libertate.* In monetis: *pro Libertate.* BVCHER-CABINET *p. III. p. 578.* LETTR. HIST. *Ianv. 1704. p. 49. Fevr. p. 173.*

27) BVCHER-CABINET *p. III. p. 579.* RINCK *p. 1587.* Vocabantur rebelles *die Conrutzen*, quod idem eſt ac Malcontenten.

28) LEBEN EVGENII *p. II. p. 206.* LETTR. HISTOR. *Sept. 1703. p. 309.*

29) LEBEN EVGENII *p. II. p. 207.* RINCK *Leben Iofephi p. I. p. 506.*

30) Patet hoc ex litteris Marechalli de Marſin ad Ragotzium ſcriptis intecceptis, LEBEN CAROLI *p. III. p. 202.* LETTR. HISTOR. *Août 1704. p. 175.*

31) LEBEN EVGENII *p. 210.* LETTR. HISTOR. *Avril. 1704. p. 461. May p. 469.*

32) RINCK *p. 1644.* BVCHER-CABINET *p. III. p. 582.* LETTR. HIST. *Nov. 1704. p. 316. Dec. p. 645.*

33) RINCK *p. 1646.* BVCHER-CABINET *p. III. p. 586.* LEBEN IOSEPHI *p. I. p. 511.* LETTR. HIST. *Ianv. 1705. p. 45. Fevr. p. 177. Mari p. 279.*

34) De hac FABRI *Staats-Cantzelley Tom. VII. c. III. Tom. IX. c. IV.* BVCHER-CABINET *p. V. p. 190. Würtzburgiſche Alten-meſſige Vorſtellung*, LVNIG *Reichs-Cantzelley Tom. V. n. 120. 121. 159. 203.*

35) De

bat, & ſtatus abdicationem diſſuadebant, viſitationis petitæ maturandæ multam ſpem facientes. Accedebat Sueuici circuli Adſeſſor Pyrckius, qui verbis & ſcriptis aculeatis Ingelheimium Præfidem & aliquos Adſeſſores nimium inſultauerat, atque hac de re inſtituta inquiſitione contumaciæ damnatus ab Ingelheimio & maiori parte Adſeſſorum præſentium XVI. Ian. 1703. ab officio ſuſpendebatur. Pyrckius autem præ ſe ferebat, ea tantum ex ratione iſtos ſe habere inimicos, quod Cæſaris iura atque auctoritatem feruare ſtuduerit. Huius reſtitutionem dum poſt aliquod tempus Solmenſis ſuadet, Treuirenſis iubet, præuidentes, quod euenit poſtea, ſed incaſſum; Pyrckius 13. Decembris 1703. mandatum Cæſaris obtinet ad Treuirenſem, & ſi ille hanc ſpartam declinaret, ad Solmenſem, vt reſtitueretur cum omni cauſa. Treuirenſi itaque recuſante mandata facere, minime autem Solmenſi ne faceret, diſſuadente, hic demum illud executioni mandat 7. Aprilis 1704. ſubdelegatos autem miſerant Wetslariam Electores Brandenburgicus & Palatinus, vt Solmenſis ſine periculo mandata facere poſſet, cui ſe tutelares a Cæſare conſtitui paſſi erant ambo Electores. Præfatam reſtitutionem vti Ingelheimius & plerique Adſeſſores præter ſuam voluntatem fieri haud debuiſſe exiſtimabant: ita ille cum Adſeſſoribus haud bene ſibi conſciis metuebant, ne Cæſar ipſos ab officio ſuſpendi curaret, licet Solmenſis Collegam certiorem feciſſet, ipſum non habere, quod metueret. Secedebant ergo Ingelheimius, & maior pars Adſeſſorum, ſub prætoxeu, quod Pyrckium Collegam habere non poſſent, nec Solmenſem idoneum Commiſſarium agnoſcere volebant, cum reſtitui Pyrckius inſciis Imperii Statibus haud debuiſſet. Poſthæc vtraque pars priuatos inſtituebant congreſſus, Solmenſis cum 4. dein cum 3. Adſeſſoribus in loco conſueto, Ingelheimius cum ceteris extra locum conſuetum conuenientes vtraque parte collegium repræſentare contendente. Quod cum Solmenſis ad Cæſarem & Comitia referret, incuſabatur ab illis in Comitiis per procuratorem quendam Cameræ eximium Rabulam & impotentis animi virum, quod eodem quo Adſeſſores cum eo conſueto modo ad Senatum venientes nouaturiendi & contradicendi agitaretur ſtudio. Sed paulo poſt iubente Ingelheimio, Cancellaria & lectura, vt vocant, claudebantur, & idem ſingulis officialibus Cameræ minoribus vetabat, ne Solmenſi amplius dicto ſint audientes; inſelix igitur oriebatur iuſtitium, omnesque proceſſus ceſſabant, cum extraiudiciales hactenus expediri feciſſet Solmenſis. In Comitiis equidem de inſtituenda extra ordinem Cameræ viſitatione iterum decernebatur 15. Octobris 1704; ſed dum de deputandis inter Catholicos & Proteſtantes non conueniret, num iſti per maiora, an ſecundum religionis paritatem ſint ſeligendi; Pyrckius etiam ſcriptis iniuriofis Ingelheimium & adſeſſores aliquos non modo, ſed etiam directorium Moguntinum in comitiis acerbe notaret, variæ exinde ortæ fuerunt remoræ, non niſi poſt Leopoldi mortem remouendæ. 35)

§. CXXVI. Nec minus illuſtre eſt Regimen Leopoldi, creando nouos Principes. In hanc enim dignitatem XVII. Februarii 1662. euexit Io. Ferdinandum, Comitem de Porcia, quem XVIII. Aprilis in eadem dignitate ſecutus fuit Georgius Chriſtianus, Friſiæ Orientalis Comes, & paullo poſt Philippus de Croy. Sic VI. Maii 1664. Principum caractere inſigniuntur Georgius Fridericus, Comes Naſſouio Siegenſis, & huius ex fratre Henrico nepotes, Wilhelmus Mauritius & Fridericus. Secuti fuerunt XII. Maii Franciſcus Egon, Hermannus Egon & Guilielmus, fratres Fürſtenbergii. Hinc XIV. Iulii 1670. in Principum claſſem euectus Ioannes Adolphus, Comes Schwartzenbergicus. Poſtea X. Octobris 1674. in Principum dignitatem euehitur Albertus Erneſtus, Comes Oettingenſis A. 1678. XXII. Martii Raymundum Montecuculi dignitate Principis Amalfitani auget Leopoldus. A. 1682. XVII. Iunii Principis inſignia largitur Georgio Friderico, Comiti Waldeccenſi. A. 1686. priuilegia & honores Principis concedit Eugenio Alexandro, Comiti de Taſſis. A. 1688. IV. Auguſti hac dignitate auget Volradum, Comitem Naſſouio-Vſingenſem, eiusdemque adgnatos, Georgium Auguſtum Samuelem, Naſſouio-Idſteinenſem, & Io. Erneſtum, Weilburgenſem. A. 1689. euehit Leopoldum Philippum, Comitem Montecuculi, & Don Liuio Odeſchalci, Ducem Ceri. A. 1696. in Principum numerum euehit Philippum Reinhardum, Comitem Hanouienſem. A. 1697. III. Septembris Chriſtianum Guilielmum, Comitem Schwartzburgicum, lineæ Sondershuſanæ, in Principum euehit dignitatem. 36)

§. CXXVII. Fatalis tandem dies erat V. Maii 1705. qua Imp. poſtquam a XV. Aprilis die ægrotaſſet, moriebatur in Capucinorum templo ſepultus. 37) Tres ipſius erant vxores. Prima Margaretha Thereſia, Philippi IV. Hiſpaniarum Regis filia, quam a. 1666. duxit, 38) quæ XII. Martii 1673. fuit defuncta. 39) Altera Claudia Felicitas, Ferdinandi Caroli, Auſtriæ Archi-Ducis,

35) De his LVNIGS *Reichs-Archiv P. Gen. Tom. I. p. 268.* LVNIGS *Reichs-Canzelley Tom. V. p. 189. Tom. V. n. 209. 210. 276. 278. 288 - 309. Tom. VI. n. 17. 26. 58. 93. 94. 96. 98. 99. 116. 120. 121. Tom. VII. n. 287. p. 961. 975.* Status Controuerſiæ breuiter deſcribitur in BVCHER-CABINET *p. V. p. 864.* ſed non ſatis accurate, dum noſtra Relatio ex ipſis Actis fuerit deſumpta. Acta extant in FABRI *Staats-Canzelley Tom. X. c. III.* De Controuerſiis deſuper in Comitiis motis *Tom. XI. c. V.* Solmenſis equidem ſingulari ſcripto demonſtrare voluit. Collegium adhuc per ipſum continuum, cuius contenta exhibentur in ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tom. I. p. 118.* Potiſſimum huc facit *Series Hiſtorica, ſo ſich am Kayſerl. und Reichs-Cammer-Gericht zu Zeiten des Præſidenten, Grafen zu Solms, zugetragen.*

36) PFEFFINGER *ad Vitriarium p. 769.* in his recenſendis dignitatibus totus eſt. Breuiter has recenſet RINCK *p. 1627.*

37) RINCK *Leben Leopoldi pag. 1677. ſqq.* LETTRES HIST. *Ium 1705. p. 629.*

38) *Supra §. XIX.*

39) WAGNER *lib. IV. p. 317. mortis cauſas* deſcribit, dicens: *Enata e poſtremi partus doloribus, virium debilitas, in leuem, ſed pertinacem febriculam degenerauerat. Accedentibus ſubinde gutturis accenſi doloribus,*

iuge XVI. Iulii st. v. 1678. 1) Princeps in regnandi artibus, historia, linguarum cultura, sub directione Salmensis Principis ad ardua quæuis eruditus, vt de eiusdem Regimine plura fuisſent speranda, si magis fuisſet diuturnum. Inter has regnandi curas Musicam amabat & potiſſimum venationes. 2)

§. II. Qua ratione Iosephus a. 1687. in Vngariæ Regem, 3) a. 1690. in Regem Romanorum electus fuerit atque coronatus, 4) dictum fuit sectione superiori. Anno 1702. primæ obsidioni Landauiensi intererat, 5) quam a. 1705. secunda sequebatur. 6) Mortuo vero Leopoldo, datis Electorali Collegio pro more Reuerſalibus de seruanda capitulatione, 7) homagium ab Imperii non solum vrbibus per legatos, sed etiam Austriacis Statibus statim recipiebat. 8)

§. III. Sub initium statim Regiminis, Vlma, Landauium, Donawertha, in priſtinum Statum Imperii Ciuitatum singulari decreto Imperiali a. 1705. reſtituuntur. 9) Sequebatur dignitas Principis Imperii, Ioanni Marlborugio Duci, consentiente Anna Regina, 10) a Iosepho XIV. Nouembris 1705. conceſſa, vna cum dynaſtia Mindelheimensi, quæ Bauariæ olim fuerat Electoris, in Principatum euecta. 11) Id quod communi Collegii Electoralis & Principum consensu, in Comitiis XIII. Septembris 1706. fuit confirmatum, idemque XXII. Nouembris solenni ritu in Principum Collegium fuit introductus. 12)

§. IV. Belli vero negotia sub Regimine Iosephi felicius adhuc procedebant. Licet enim Cæsareis in Italia admodum debilitatis, Mirandola XI. Maii 1705. Gallis fuisſet dedita. 13) Eugenius tamen milite Boruſſico & Palatino firmatus, in Italiam veniens, dum Mirandulæ, eo quod Mincii transitu prohiberetur, subuenire non auder, Gallis se opponit. 14) Dum autem Vindocinensis Dux occupatis plerisque Pedemontani Ducatus vrbibus, Auguſtam Taurinorum adgredi vellet, Eugenius, ex improuiſo Addam transiens, Magnum Priorem, qui illud impedire voluerat, præueniebat, in Ducatum Mediolanensem pergebat, & poſt varios conflictus, Gallos XVI. Auguſti ad Caſſanum proſligabat, aſt copiis inferior, impedire non potuit, quo minus Galli Soncinum ab Eugenio paulo ante occupatum, recuperarent. 15) Et licet Feuilladius occupato Chiuaſſio, Auguſtam Taurinorum obsidere tentaret, ab inſtituto tamen, se imparem videns, deſtitit. 16) Nihilominus Galli Montmelianum XVII. Decembris & Nicæam IV. Ianuarii 1706. occupabant. 17)

§. V. Eodem anno 1705. Luſitani Saluaterram & Sarcas, Valentiam d' Alcantara & Albuquerckam occupant, 18) dum interea Fœderatorum claſſis in Catalonicæ oris Septembri menſe apelleret, ipso Carolo III. præsente, cui publicato Manifeſto, Vich, Figuera

1) RINCK *Leben Iosephi p. I. p.* 10. ZSCHACKVVITZ *p.* 2. LEBEN IOSEPHI *im Bücher-Cabinet p. IV. n. XI. p.* 654. VVAGNER *vita Leopoldi lib. VI. pag.* 448.

2) Educationem ipsius & virtutes describunt RINCK *p. I. p.* 20. *ſqq.* BVCHER-CABINET *p. IV. p.* 656. Mr. de la TORRE Memoires p. 120. ita de eodem p. 121. iudicant: *Pour le Roi des Romains, il eſt d' vn tres bon naturel. Il a aſſez de connoiſſance dans les affaires. Ses ſentimens ſont ſolides & ſon iugement eſt au deſſus de ſon age; enfin il a de très belles qualités; mais ſes débordemens & ſes faveurs, qui l' accompagnent dans ſes débauches, donnent lieu de craindre que ſon Regne ne reſſemble pas, aux précédens, & econcer moins à celui d' à préſent. Il eſt certain que les Miniſtres ne ſeront ſous lui, ni ſi aſſolus, ni ſi puiſſans. Il leur tient tête en toutes les occaſions, quoi qu' il voye bien que l' Empereur ne laiſſera pas de ſuivre leurs avis.*

3) *Sect. ſuper.* §. *LIX.*

4) *Sect. ſuper.* §. *LXIX.*

5) *Sect. ſuper.* §. *CX.*

6) *Sect. ſuper.* §. *CXXI.*

7) RINCK *Leben Iosephi p. II. p.* 4. ZSCHACKVVITZ *Leben Iosephi p.* 16.

8) RINCK *Leben Iosephi p. II. p.* 8. BVCHER-CABINET *p. IV. p.* 736.

9) RINCK *Leben Iosephi p. II. p.* 31. BVCHER-CABINET *p. IV. p.* 738. ZSCHACKVVITZ *p.* 22. FABRI *Staats-Canzelley Tom. X. c. VII.*

10) Extant Litteræ Leopoldi XXVIII. Auguſti 1704. ad Marlborugium ſcriptæ apud MVLLERVM *c. XLI.* consentis Annæ *c. XLII.* LETTR. HISTOR. *Oct.* 1704 *p.* 403.

11) RINCK *Leben Iosephi p. II. p.* 41. MVLLER *c. LIV-LIX.*

12) Quid in Comitiis desuper actum, ipsaque Acta latius exponit MVLLER *c. LX-LXIV.* Excludebantur Ciuitates Imperiales, quæ æque circa hæc vota concurrere cupiebant *c. LXV.* Ipse vero Introductio describitur *c. LXXIV. LXXV.* FABRI *Staats-Canzelley Tom. XI. c. VIII.* Hæc etiam Acta continctim extant in Libro cui titulus: *die Erbleihung in Reichs-Fürſten-Rathe Collegium Herrn Johannſen, Hertzogs zu Marlebourough, Franckfurt* 1707. 4. quod IOBIAM PFANNERVM habet auctorem.

13) SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 749. LEBEN EVGENII *p. II. p.* 318. RINCK *p. II. pag.* 63. LETTRES HISTOR. *Ium.* 1705. *pag.* 611.

14) SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 749. LEBEN EVGENII *p. II. p.* 320. LEBEN CAROLI *p. III. p.* 373.

15) SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 754. LEBEN EVGENII *p. II. p.ag.* 327. RINCK *p. II. p.* 68. HIST. DV PRINCE d' ORANGE *p. I. pag.* 207. LEBEN CAROLI *p. III. pag.* 532. LETTR. HIST. *Sept.* 1705. *p.* 283.

16) LEBEN EVGENII *p. II. p.* 357. SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 367. RINCK *p. II. p.* 75. HIST. DV PRINCE d' ORANGE *p. II. pag.* 211. LETTR. HIST. *Sept.* 1705. *p.* 299.

17) SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 769. LEBEN EVGENII *p. II. pag.* 364. MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. pag.* 231. LETTRES HIST. *Dec.* 1705. *p.* 660.

18) SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 774. LEBEN CAROLI *p. III. p.* 346. LETTR. HIST. *Ium* 1705. *pag.* 671. *Iuillet pag.* 99. *Dec. pag.* 710.

guera & aliquot Cataloniæ oppida, quæ Ilerda postmodum sequebatur, & Denia Valentiæ, se subiiciebant. Barcellona quoque obsidebatur, & postquam XVII. Septembris munimentum in monte Iouis adsultu fuisset captum, quo tamen Georgius Darmstadtiensis fuit occisus, IX. Octobris ad deditionem fuit compulsa. 19) Sequebatur Gironna & Tarragona, multæque Arragoniæ vrbes, quæ Caroli III. potestati se submittebant: 20) exeunte anno, Gandia Xatiua, Altea, Oliua regni Valentiæ, immo ipsa prouinciæ metropolis. 21) Lusitani interea Pacem Augusti (*Badaioz*) obsidebant, cui dum Thessius Marescliallus succurrit, fit conflictus, in quo Hispani superiores, Anglorum Dux militaris Galloway, dextro brachio priuatur. 22)

§. VI. Primo vere, expeditio ad Mosellam erat suscipienda, quæ omnium animos occupabat, Marlborougius etiam vna cum selecto milite exercitum ibidem colligebat, Ouerkerckio ad Mosam relicto. Sed, dum Mareschallus de Villars ipsum præueniisset, & cum magno exercitu ad Königsmachern se muniuisset, Fœderatorum in Galliam irruptionem impediturus, commeatus deficeret. 23) Bauariæ Elector Huium occupasset, & nunc etiam Leodium obsideret, 24) Germani tardius aduentarent, Fœderati terris Belgicis metuentes, relicta Mosella & Augusta Treuirorum, ad Mosam retrogredi coguntur. Marlborugius igitur Huium recuperat, 25) XVIII. Iulii Gallorum aggeres in Brabantia, sine sanguine perrumpit, 26) Gallorum castra prope Louanium posita inuadere cogitans, Belgarum tamen Deputatis contrairentibus. 27) Inde V. Septembris castrum Sout-Leuw capit, 28) Gallorum aggeres prope Arschot XVIII. Septembris perrumpit, demum XXIX. Octobris castrum Sandvliet occupat. 29)

§. VII. In Germania quidem, Galli, dirigente Villarsio, IV. Iulii 1705. aggeres Germanorum prope Cronweissenburg perrumpunt, idem etiam cum Lauterburgo tentant, sed frustra, defendente eosdem Thüngio, 30) huic cum se Ludouicus Badensis iunxisset, exeunte Septembri, Gallorum aggeres prope Hagenouiam Germani perrumpunt, Drusenheimum XXIV. Septembris & Hagenouiam VI. Octobris, postquam a Gallis nocte fuisset derelictum, occupant, Fortalitium Ludouici in Rheno situm, arctius includunt. 31) In Bauaria autem Elector per Baronem de Lier rusticos & milites dimissos concitare conabatur, vt arma contra Cæsarem caperent, bellum in Sueuiam se reducturum sperans. Fouebantur igitur per Neusonnerum arcana consilia, varia arma & tormen-

19) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p.778.* LEBEN CAROLI *p. III. pag. 470.* MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. p. 221.* RINCK *p. II. p. 57.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 215.*

20) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 782. 786.* LETTR. HIST. *Nov. 1705. p. 604. Ianv. 1706. p. 91.* vbi Capitulatio extat.

21) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 789.*

22) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *pag. 789.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 217.* LEBEN CAROLI *p. III. p. 511.* LETTR. HIST. *Nov. 1705. p. 609. Dec. p. 723. Ianv. 1706. pag. 87. Fevr. pag. 222.*

23) MVLLERS *Leben Marlhourroughs cap. XLVIII.* RINCK *Leben Iosephi p. II. p. 47.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 171.* MEM. DE LA GVERRE *p. II. p. 206.* LEBEN CAROLI *p. III. p. 408.* Situm castrorum Gallicorum sic describunt LETTR. HIST. Iuillet 1705. p. 55. *Le 4. l' Armée fit vne longue marche entre la Saar & la Moselle, & vint se poster le soir, à Efeffe à demi lieüe de Sirk ayant la Droite à Perle, & la gauche a Hollendorf. Cette marche hardie fit croire qu' il y auroit Bataille le lendemain, mais quoique l' Armée des Ennemis fut plus forte en nombre que celle des Alliez, le Marechal de Villars ne lugéa point à propos de hazarder le combat, & n' eut pas plutôt apercû la tête de la premiere Ligue, qu' il abandonna Sirk ou il étoit campé, & se retira vn peu plus loin dans vn Poste où il avoit eu front des defiles d' vn tres' difficile acces' vn grand Bois à la droite, la Moselle à la gauche, & Coningxmachern avec vn Ruisseau à dos.*

24) MVLLERS *Leben Marlebourroughs p. 208.* RINCK *Leben Iosephi p. II. pag. 52.* HISTOR. DV PRINCE D' ORANGE *pag. 172.* MEM. DE LA GVERRE *p. II. p. 208.* LETTR. HIST. *Iuin 1705. p. 675. Iuillet p. 60.*

25) MVLLERS *Leben Marlebourroughs p. 208.* RINCK *p. 54.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 175.* SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 790.*

26) MVLLERS *Leben Marlbourroughs c. XLIX.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 177.* Simulauerat enim Dux, quasi versus fluuium la Mehaigne perrumpere vellet, quo etiam plerasque copias Galli ducebant, cum tamen plane aliis locis milite fere destitutis id fieret. RINCK *p. 54.* LETTR. HIST. *Août 1705. p. 250.* SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 790.* MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. pag. 212.*

27) MVLLER *Leben Marlbourroughs cap. L.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 182.* vbi castra Gallorum describuntur *entre Over-Tschc & Neer-Tschc.* MEM. DE LA GVERRE Tom. II. p. 219. *L' Armée Françoise, étoit pour lors poſtée ſi avantageuſement qu'elle avoit le Bois de Soignies à ſa droite, la petite Rivière de Tſche à ſon front, & la Dyle du côté de Neer-Tſche à ſa gauche ſans compter les Retranchemens qu' on avoit fait de tous côtez pour la couvrir.* Quam ægre autem hoc Dux tulerit, patet ex litteris ipsius desuper ad Belgii Status Fœderatos scriptis.

28) MVLLERS *Leben Marlbourough cap. LI.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. pag. 194.* SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *pag. 799.* MVLLERS *Leben Marlbourough c. LII.* HISTOR. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 199.* SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 799.*

29) MVLLERS *Leben Marlbourough c. LIII.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. pag. 197.* SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 799.*

30) RINCK *Leben Iosephi p. II. p. 49.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 201.* LETTRES HISTOR. *Aout 1705. p. 215.* LAGVILLE *Hiſtor. d' Alſace Tom. II. p. 323.*

31) RINCK *pag. 50.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. 202.* LETTR. HIST. *Nov. 1705. p. 554.*

32) RINCK

tormenta arcanis locis parata tenebantur, Augusta & Ratisbona die Ascensionis incendio erant delenda. Interceptis autem litteris, tota conspiratio, vix octiduo, ante quam hæc singula executioni essent mandanda, patebant, Monachium præsidio Cæsareo firmabatur, Ciues Bauari armis priuabantur, Baro de Lier & Neusonnerus captiui ducebantur, Electrici, quæ Venetias concesserat, reditus in Bauaria relicti denegabantur, filii Electoris Oenipontum ducebantur, Iustitiæ Tribunalia in Cæsaris potestatem redigebantur, Thesaurus & Cimelia Electoralia in Cæsaris veniebant potestatem. 32) Oriebatur tamen exeunte hoc anno Tumultus, dum seditiosi quidam, turba collecta, arcem Vilsburg, Burghausen, Wasserburgum, Braunouiam, Schardingam, Kehlheimum aliasque vrbes occupant, numero illorum ad triginta millia & vltra, excurrente. Sed, postquam a Kriechbaumio, Duce militari Cæsareo XXVI. Decembris ad Monachium, inde ad Aydenbach essent deuicti, vrbes recuperantur, seditiosorum duces capiuntur, iisdemque capite plexis, Amnestia vniuersalis publicatur. 33)

§. VIII. Vix autem Ver annum 1706. aperuerat, cum Galli, Villarsio Duce, Aprili mense, Germanos, copiis longe inferiores & male præparatos, ad Drusenheimum adgrederentur, & a Germanis relicto Fortalitio Ludouici, quod ob annonæ defectum deditioni proximum erat, nouo commeatu in vrbe Seltz reperto, prospicerent, Hagenouiam adgrederentur, idemque cum bis mille præsidiariis & multo tormentorum adparatu caperent. Inde Galli Landauium vsque vagabantur, Palatinis terris ob nimias exactiones graues erant, Germanos insulas Selingen & Dalhund relinquere, & eis Rhenum redire cogunt. Et licet Villarsius per copias in Belgium missas fuisset debilitatus, Thungius tamen, Septembri mense, Rhenum prope Philippi castrum transiens, Gallos adgredi haut audebat. 34)

§. IX. Eodem anno 1706. XXIX. Aprilis sententia banni contra Bauariæ Electorem, Maximilianum Emanuelem, & priuationis contra Colonienſem, Iosephum Clementem, Viennæ, & posthæc Ratisbonæ, Electoralis Collegii consensu, solenni ritu publicabatur. 35) Licet etiam Principes Grauamina sua desuper exhiberent, ipsorum consensum circa hanc Banni declarationem non fuisse adhibitum. 36) Variæ etiam Bauari terræ, aliis concedebantur. 37) Eodem anno, defuncto VIII. Maii 1706. Friderico Christiano de Plettenberg, Episcopo Monasterienſi, controuersia oriebatur de successione in Episcopatum. Bini erant Candidati, Carolus Iosephus Ignatius, Episcopus Osnabrugenſis, ex domo Lotharingica, & Franciscus Arnoldus, Baro de Metternicht, Episcopus Paderbornenſis. Vtrique ex Indulto Papali non postulandi erant, sed eligendi. Isti Cæsar fauebat, huic Belgæ Fœderati, ne Cæsaris partes per Westphaliam nimium crescerent. Vtrique nihil antehabebant, quam vt maiora vota in suas partes traherent. Indictus electioni dies XXIX. Iulii per Bullam Papalem, a Cæsare impetratam, per mensem adhuc prorogabatur, ægre licet pleraque Canonicorum parte consentiente. Et licet Cæsar Lotharingi electionem vrgeret, hoc etiam, quod Metternichtius ante iam Lotharingi electionem esse promoturum, promiserat, & Capitulo per litteras declararet; nec se, nec Papam Metternichtii electionem esse adprobaturum: hic nihilominus XXX. Augusti per XXI. vota eligebatur, non nisi XVI. Canonicis pro Lotharingo facientibus, & contra dictam electionem protestantibus. Hi etiam, XXX. Septembris nouo instituto congressu, Osnabrugensem eligunt. Vtraque pars Episcopum suum tuebatur. Agebatur de hac controuersia in aula Papali, sed, dum Belgæ eandem etiam promouerent, in Congregatione Cardinalium XXIII. Decembris instituta, electio Paderbornensis legitima declarabatur, eademque per bullam Papalem Monasterii XVII. Iulii 1707. publicatam, confirmabatur, vt Cæsar demum consentire necessum haberet. 38)

§. X. Fatalis

32) RINCK *pag. 43.* LEBEN CAROLI *p. III. p. 40.* LETTR. HISTOR. *Iuillet 1705. p. 51.*

33) RINCK *pag. 91.* MONATHL. STAATS-SPIEGEL *1705. p. 78. ſqq.* Varia edicta publicabant Bauari sub nomine *einer verſammleten Landes-Defenſions Congreſſ Gemeinde* MONATHL. STAATS-SPIEGEL *Ianuario 1706. p. 32.* BVCHER-CABINET *p. IV. p. 773.* LETTR. HIST. *Ianv. 1706. p. 49. Fevr. pag. 170.* Sigillatim prodiit *der Bayriſche Bauernkrieg.*

34) RINCK *p. II. p. 147.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 238.* LETTR. HISTOR. *May 1706. p. 515. Iuin. p. 706.*

35) RINCK *Leben Iosephi p. II. p. 106.* BVCHER-CABINET *p. IV. pag. 802.* ZSCHACKWITZ *pag. 47.* Acta huius Banni reperiuntur in FABRI *Staats-Canzelley Tom. XI. c. XI.* Electoris autem Bauariæ Banno notabatur, Colonienſis vero, tanquam Ecclesiasticus; saltim dignitate Electorali & terris priuabatur, eo quod Ecclesiastici Catholici in personalibus non Imp. sed Papæ subiiciantur vid. SYNT. IVRIS PVBL. *cap. XXIV. §. X.*

36) Reperiuntur hæc Acta præcipue Principum Protestatio XVII. Ianuarii 1707. in FABRI *Staats-Canzelley Tom. XII. c. XI.* ELECTA IVRIS PVBLICI *Tom. I. p. 591. Tom. XIV. c. V* ZSCHACKWITZ *p. 139.* SYNT. IVRIS PVBLICI *diſſ. XXIV. §. IX.* MONATHL. STAATS-SPIEGEL *Aug. 1706. Ianuar. 1707.* ELECTA IVRIS PVBLICI *Tom. II. p. 595.* BVCHER-CABINET *p. IV. p. 801.*

37) Reperitur haec designatio in ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tom. II. pag. 65.* BVCHER-CABINET *p. IV. p. 806.*

38) RINCK *Leben Iosephi p. III. pag. 140.* BVCHER-CABINET *p. V. pag. 828.* MONATHLI STAATS-SPIEGEL *Auguſto 1706. Febr. & Iunio 1707.* FABRI *Staats-Canzelley Tom. XI. c. XIII.* ZSCHACKWITZ *p. 240.* Separatim prodiit *Wahrhafftige Relation deſſen, Was ſich zu Münſter wegen der Wahl des jetzigen Biſchoffs zugetragen; nebſt einigen Anmerckungen, auf dem Franzöſiſchen Hoch-*

§. X. Fatalis idem annus erat Saxoniæ. Carolus XII. enim Suecorum Monarcha, prælio ad Frauenſtadtium Poloniæ, XIII. Februarii 1706. Saxonum, qui in Poloniam tranſire tentabant, per Rheinſchildium victor, 39) circa Sileſiorum confinia aliquamdiu hærens, vsque dum a vicinis ſe haut impediri videns, vltra Viadrum in Saxonicas pergeret prouincias, in quas, exeunte Auguſto cum exercitu veniebat, Lipſiam, Wittebergam, immo omnem Saxoniam, Dresda excepta, & quibusdam arcibus montanis, occupabat, atque a Saxonibus ſexcenta viginti quinque Ioachimicorum millia exigebat. 40) Tranſitus hic pacem promouebat in pago Alt-Ranſtedt, prope Lipſiam XXIV. Septembris a. 1706. concluſam, per quam Poloniæ Coronæ Auguſtus renuntiat, Suecis in tertis ſuis hyberna concedit. 41) Pace vix concluſa, nec dum tamen publicata, XXIX. Octobris a. 1706. prælium ad vrbem Kaliſch Augusto Regi feliciter ceſſit, 42) pace nihilominus firmata.

§. XI. In Hiſpania vero, Galli per Arragoniam & Cataloniam ſæuientes, demum Barcellonam X. Februarii 1706. terra marique obſidebant, & Montem Iouis occupabant, ipſo Carolo III. in vrbe præſente. Vallo iamdum perrupto, ad extremum redacta vrbs, dum claſſis Fœderatorum VIII. Maii cum multis copiis aduentaret, quo ipſo territi Galli, obſidionem tantis ſumptibus cœptam, XII. Maii, ipſo tempore magnæ iſtius eclipſeos, relinquunt, tormentis permultis & bellico apparatu in caſtris relictis. 43) Luſitani etiam XIV. Aprilis Alcantaram obſidione capiobant, quo ipſo aliæ Caſtiliæ vrbes, Croia, Placentia & Caſuella motæ, Carolo III. ſe ſubmittunt. Idem XXX. Maii Ciuitatem Rodrigenſem & VII. Iunii Salmanticam a Berwickio Hiſpanorum Duce relictam, capit 44) Dum igitur ab altera parte Arragoniæ Regnum Carolo III. ſe ſubiecißet, idemque XXV. Iunii pro Rege fuiſſet proclamatus, ipſique Proceres homagium præſtitißent, & nunc vlterius Caſtiliam verſus pergeret, Luſitani Madritum verſus properarent, Philippus Andegauenſis adſumtis ſecum Regni Corona & Cleinodiis, vna cum regia familia, Pampelonam verſus redibat. Præſidem vna cum duobus Membris ſingulorum Collegiorum ſecum ducens. 45) Tandem, Anglorum Dux militaris, Galloway cum Luſitanis XXVII. Iunii Madritum intrabat, vbi Carolus III. II Iulii pro Rege proclamabatur. 46) Licet autem Rex a Gallowaio, miſſis curſoribus, iteratis vicibus inuitaretur, vt ipſe quoque cum exercitu ſuo ipſi iungeretur, tardius tamen iter perſequebatur Carolus, in Monteferrato, Tarracona & Ilerda operibus religioſis vacans, vt non niſi lentis itinoribus Exercitus ipſius pergeret. Demum XVII. Iulii Cæſar Auguſtam ingrediebatur, ibidemque magno adplauſu recipiebatur. 47) Deficiente vero apud vtrumque exercitum commeatu, Ducibus milita-

Hochteutſche überſetzt, Maynz ſiue potius *Leipzig 1706. 4.* LETTRES HIST. *Iuin 1709. pag. 619.* BVCHER CABINET *p. V. p. 828.* IEBEN P. CLEMENTIS XI. *Tom. I. p. 929. 937. 948. 977. 587. 1001.*

39) FABRI *Leben Caroli XII. Tom. V. p. 382. Tom. VI. c. II.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. pag. 258.*

40) Hic Suecorum Tranſitus a FABRO deſcribitur in *Leben Carl des XII. Tom. VI. ſ. III.* VOGELII *Annales Lipſienſes p. 982.* Exactiones vero Succorum in Saxonia deſcribuntur in *Schwediſcher und Sachſ. Staats-Canzelley, Coelln 1708. 8.* LETTRES HIST. *Oct. 1706. p. 423. Nov. p. 551.*

41) De pace hac FABER *Tom. VI. ſ. III. c. VII. p. 332.* Licet Miniſtri Saxonici Pfingſt & Imhof, qui pacis potißimum fuerant auctores, poſtea Auguſti mandato, captiuitati traderentur. FABER *Tom. VII. p. 172.* Extat etiam Pacis Inſtrumentum in FABRI *Staats-Canzelley Tom. X I. cap. X II.* LETTRES HIST. *Dec. 1706. p. 636. 688. 702. Dec. 1707. pag. 643. Ruhe des jetzt lebenden Europa p. IV. n. III.*

42) FABRI *Leben Tom. VI. p. 191.* LETTRES HIST. *Dec. 1706. p. 626.*

43) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. ſub initium.* RINCK *Leben Joſephi p. II. pag. 152.* MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. p. 257.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE p. I. p. 280. *Et le 12. de grand matin le Roi Philippe leva entierement le ſiege avec beaucoup de précipitation, après avoir abandonné 106. pieces de Canon, 26. Mortiers, ſes Munitions, ſes proviſions, perdu beaucoup de monde, & laiſſé près de deux mille malades ou bleſſez. Comme le Roi de France a pris le Soleil pour ſa deviſe, on remarqua que ſon petit Fils leva ce ſiege dans le temps d' vne Eclipſe de cét Aſtre, & nous avons crû que ce même Roi, perdit la fameuſe Bataille de Ramilliers, le iour de la fête du S. Eſprit dont Himſ*

III. donna le nom vénérable au plus grand Ordre de ſon Royaume. LETTRES HIST. *Mars 1706. p. 321. Avril p. 446. May p. 545. Iuin p. 632.* vbi etiam longa relatio ſolutæ obſidionis reperitur.

44) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. p. 23.* MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. pag. 234.* LETTRES HISTOR. *May 1706. p. 464. Iuillet p. 96.*

45) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. p. 28.* LETTR. HIST. *Août 1706. p. 225. Sept. p. 303.*

46) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. p. 30.* LETTR. HIST. *Dec. 1706. p. 678.*

47) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. p. 32.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 249. Le Roi Charles etoit dans le Royaume de Valence lors qu'il reçût cette agreable nouvelle; & ſoit que les Troupes, qu'il vouloit mener avec lui ne fuſſent pas prêtes, ſoit pour d' autres raiſons qui me ſont inconnues il marcha ſi lentement pour ioindre l' Armée Portugaiſe, qu' il donna le temps au Roi Philippe de ſe recomoître l' aſſemibler des Troupes, & de rendre Maître de nouveau, de la Ville de Madrit.* Non deerant tamen, qui Comiti de Peterbourough imputarent, quaſi ipſe in cauſſa fuerit ſucceſſus eiusdem infelicis. Prodiit igitur *Relation de ce qui s' eſt paſſé en Eſpagne ſous la conduite de Milord Comte de Peterbourough*, quo ſcripio auctor omnem abeo culpam remouere conatur, cuius epitomen exhibet LA CLEF *Mai 1708. pag. 317.* Qua ratione cauſſa iſta coram Parlamento fuerit agitata, exponitur LETTR. HIST. *Fevr. 1708. p. 206. Fevr. 1711. pag. 223.* Potius iſte omnem culpam in Galloway reiciebat, quod is Berwickium non perfectum fuerit. Cauſſa iſta XVI. Ianuarii 1711. in Parlamento Anglicano examinabatur, Comes de Peterbourough abſoluebatur. LA CLEF *Mars 1711. p. 194.* MERC. HIST. *Fevr. 1711. pag. 188.* BVCHER-CABINET *p. XXV. p. 877.*

48) SPAN.

militaribus inter se dissidentibus, Gallorum Exercitu nouo milite firmato, iisdemque omnes aditus iterum occupantibus, difficilis videbatur Lusitanorum cum Caroli exercitu coniunctio, vt & Lusitani Madritum, Carolus vero Castiliam iterum relinquere cogeretur. Madritum igitur Andegauenſis XXII. Septembris iterum ingrediebatur. Sæuiebatur nimium contra illos, qui Austriacæ domui fuerant addicti, 48) Concha recuperabatur, Castiliæ vrbs, Villa Regia Arragoniæ, Carthagena Murciæ, a Fœderatorum classe antehac occupata, aliæque vrbes, 49) dum interea Marchio de Bay in Lusitaniæ finibus Alcantaram recuperaret. 50) Interea classis Fœderatorum IV. Septembris Alicantam, XVI. Septembris Iuicam Insulam, XXIV. Septembris Maiorcam capiebat. 51)

§. XII. In Italia, Galli inter Calcinatum & Montem Clarium XIX. Aprilis 1706. superiores, castris Fœderatorum potiuntur, qui bis mille trecentis amissis, reiiciuntur. 52) Ast dum Feuilladius Dux Augustam Taurinorum II. Iunii magno facto apparatu obsideret, 53) Eugenius Princeps laboranti vrbi in auxilium properans, postquam Addam, quod frustra impedire conabatur Vindocinenſis, & Padum transiisset, Reggium occupabat, 54) & licet Hastiæ Princeps ad Castilionum cæderetur, 55) exercitum suum Sabaudico IV. Septembris feliciter iungebat. Hoc facto, castra Gallorum, quibus Philippus Aurelianenſis cum magna copiarum parte accesserat, licet munitissima, ad Augustam Taurinorum VII. Septembris 1706. felici omine adgrediuntur Fœderati. Taurinorum regia ob pulueris pyrii aliorumque defectum ad extrema iamdum redacta, liberatur, magna Gallorum strage edita. Gallorum in hoc prœlio trie millia fuerunt cæsa, quinque millia & vltra capta, castraque illorum cum ingenti & magno tormentorum occupata. 56) Tanta victoria potitus Eugenius, vlterius pergit, Chiuas occupat, Iuream, Nouaram, ipsamque metropolim Mediolanum deditione capit, Papiam, Laudem Pompeiam, Pizzighitonum, Torronam, Alexandriam, Casalium, aliasque vrbes, licet Castellum Mediolanense adhuc resisteret. In superiori Italia quoque Mutinam Cæsarei III. Nouembris improuiso adsultu capiunt. 57)

§. XIII. In Belgio, Marlborugius, postquam per hyemem, Viennæ, Berolini, & Hannoueræ, noua de futuri anni expeditione cum Fœderatis contulisset consilia, ineunte vere 1706. exercitum congregabat, atque XXIII. Maii acerrimo prœlio ad Ramilliacum Brabantiæ cum Gallis decertabat, in quo Galli magna strage deuicti, quinque hominum millibus & vltra amissis, totidem captis, quinquaginta tormenta bellica, castra cum magno adparatu Fœderatis relinquunt. 58) Tantum hæc clades Gallos adfixerat, vt eodem anno, Fœderatis exercitum opponere haut amplius valerent, quin potius Louanium, Bruxellas, Mechlinium, Gandauum, Brugas, Aldenardum, immo omnem Brabantiam, cum Flandriæ parte relinquerent, quæ, publicato a Marlborugio Manifesto, Regi suo legitimo Carolo III. se subiiciebant. 59) Sequebatur Oſtenda, quæ ignitis globulis anguſtate, post

48) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. p. 45.* LETTR. HIST. *Sept. 1706. p. 321. Oct. p. 461. Fevr. p. 217.*

49) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. p. 46.* LETTR. HIST. *Nov. 1706. p. 583.*

50) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. p. 51.*

51) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. p. 52.* LETTR. HISTOR. *Nov. 1706. p. 587.*

52) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. p. 57.* LEBEN EVGENII *p. II. p. 374.* RINCK *p. II. pag. 165.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. II. p. 249.* LETTR. HIST. *May p. 478.*

53) LEBEN EVGENII *p. II. p. 401.* quantus ad hanc obsidionem belli fuerit adparatus, describitur in MEM. DE LA GVERRE Tom. II. pag. 282. *cette Ville devoit être saccagée & détruite comme le fut l' ancienne Ierusalem. Temoin l' ordre qu' on trouva sur le Maréchal de Marcin après sa mort; cet ordre étoit cacheté, & ce Maréchal ne le devoit ouvrir qu' après la prise de Turin. Il portoit qu'il falloit piller cette Place; qu'il falloit en raser les Fortifications & enfin épuiser le Piémont & la Savoye par des contributions. On y devoit employer cent trente trois piéces de Canons, soixante quatre Mortiers, depuis deux cens iusques a cenq cens pésant; cinquante trois mille deux cens boulets de Canon, dix-sept milliers de bombes; sept cens milliers de poudre, outre ce qui étoit dans le Magazin de Suse six Compagnies de Bombardiers, six de Ouvriers pour l' Artillerie, six cens Mineurs, six cens Canoniers; huit cens Pionniers; & trois Brigades d' Ingenieurs & qui plus est tout cela dévoit être soûtenu par vne Armée de pres de quatre vingt mille hommes.* LETTRES HIST. *Iuillet 1706. p. 14.*

54) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. p. 60.* LEBEN EVGENII *p. II. pag. 378.* RINCK *p. 168.* LETTR. HIST. *Août p. 126. Sept. p. 244.*

55) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. p. 67.* LEBEN EVGENII *p. II. p. 389.*

56) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. p. 69.* LEBEN EVGENII *p. II. pag. 412.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 240. Iournal Historique du siége de la Ville & de la Citadelle de Turin.* RINCK *p. 171.* LETTR. HIST. *Sept. 1706. pag. 235. Oct. p. 365.*

57) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. p. 80.* LEBEN EVGENII *p. II. pag. 429.* vbi etiam Capitulatio deditionis vrbis *p. 433.* extat, RINCK *p. 183.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 247.* LETTR. HIST. *Nov. 1706. p. 493. Dec. p. 610. Ianv. 1707. p. 11. Fevr. p. 29.*

58) SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. p. 94.* MVLLERS *Leben Marlborough's c. LXVI.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. pag. 220.* MEM. DE LA GVERRE *p. II. p. 247.* RINK *Leben Iosephi p. II. p. 159.* LETTR. HIST. *Iuin p. 659.*

59) Extat Manifestum in MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. p. 267.* & in MVLLERI *Leben Marlborroughs c. LXVII.* RINCK *p. 161.* HISTOIRE DV PRINCE D'ORANGE *p. II. p. 226.* SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. pag. 100.* LETTRES HIST. *Iuin 1706. p. 677. Iuill. p. 101.*

poſt tredecim dierum obſidionem, Fœderatis ſe dedebat. 60) Menena IV. Auguſti obſeſſa XXII. eiusdem menſis ad deditionem fuit compulſa. 61) Sequebatur V. Septembris Teneramunda 62) & paullo poſt Athum. 63) Hi felices Fœderatorum Progreſſus Gallos ad pacis conſilia adigebant, quam per Bauarum, licet vt videtur, non ſerio, petebant. 64)

§. XIV. Annus 1707. Gallis primum fauere videbatur. In Germania equidem, mortuo Ludouico Badenſi, Germanicum exercitum ducebat Chriſtianus Erneſtus, Marchio Brandenburgico-Baruthinus. Aſt, Galli XXII. Maii aggeres Germanorum prope Stolhofiam male defenſos perrumpunt, eosdem ſolo æquantes, per æſtatem Franconiæ & Sueuiæ graues, ingentes argenti ſummas exigunt. 65) Vlterius in ipſam Bauariam feciſſent progreſſus, ni virtute Georgii Ludouici Hannouerani Electoris, qui exercitui præficiebatur, fuiſſent reiecti, 66) qui etiam per Mercium Comitem Gallos ad Offenburgum XXIV. Septembris clade adficiebat, mille quindenis illorum occiſis. 67)

§. XV. Accedebat a Suecis metus, qui in Saxonia adhuc hærentes, a Cæſare varia poſtulabant, vt Sileſiæ metueretur. Agebatur potiſſimum de libero religionis exercitio apud Sileſios, ſecundum pacem Weſtphalicam 68) reſtituendo, quod, ne bello cum Suecis Cæſar impliçaretur, interuenientibus Anglis Belgisque, Marlboroughio deſuper ad Suecorum Regem delegato, 69) per Conuentionem, in caſtris Suecorum Ranſtedti veteri XXII. Auguſti, ægre licet, Cæſar concedebat. 70) Addebatur confirmatio pacti Glückſtadtienſis Capituli Lubecenſis, cum domo Holſatica an. 1647. de epiſcopatu Lubecenſi per ſex ſucceſſiones in eadem familia continuando, 71) & Zoborio Comite, qui in Suecorum Monarcham verbis fuerat iniurius, ad vindictam extradendo, promiſſum. 72) Dum igitur Sueci, hæc, quæ de Sileſiorum libertate Cæſar promiſerat, executioni vellent mandari, deputabatur Stralenheimius, qui hæc procuraret. Reſtituebantur Proteſtantibus centum & viginti templa. Et licet Catholici hæc impedire conarentur, Ieſuitæ etiam templum Iohannis Lignicenſe vario ſub prætextu retinere vellent, inſtante tamen Stralenheimio, ſingula fuerunt reſtituta, conceſſum etiam Proteſtantibus Conſiſtorium, ſub Præſide tamen Catholico. Et licet Boruſſiæ Rex eandem pro Reformatis peteret libertatem, hoc tamen ipſi denegabatur. 73) Oppidis Teſchen, Hirſchberg, Landshut, Freyſtadt, Sagan & Miliſch totidem noua templa fuerunt conceſſa. Dum igitur Proteſtantium apud Sileſios Proceres de reſtitutione ſecundum conuentionem facta teſtarentur, Stralenheimius publico teſtato Vratislauiæ VIII. Februarii 1709. hoc declarauit. 74) Anno 1708. pueri puellæque in diuerſis partibus, motu quodam ſingulari inducti, vel Suecorum exemplo moti, ſub dio conueniebant, orantes, hymnosque canentes, præcentore conſtituto, ita, vt nec magiſtratus, nec parentum minis auerti potuiſſent, vsque dum hic Zelus, qui per annum fere durauerat, iterum deficeret. 75)

§. XVI. Eo-

60) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. p. 102.* MVLLERS *Leben Marlbourroughs c. LXIX.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 229.* LETTRES HIST. *Iuill. 1706. p. 107.*

61) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. p. 103.* RINCK *pag. 163.* MVLLERS *Leben Marlboroughs c. LXX.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. I. p. 223.* LETTRES HISTOR. *Sept. 1706. p. 333.*

62) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 104.* MVLLER *c. LXXI.* RINCK *p. 163.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. II. p. 228. 234.*

63) RINCK *p. 163.* MVLLERS *Leben Marlboroughs c. LXXII.* LETTR. HISTOR. *Sept. 1706. pag. 351. Oct. p. 472.*

64) RINCK *p. 163.* de hoc infra §. *XXXIII.*

65) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. p. 106.* RINCK *p. II. p. 284.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. II. p. 14.* MEM. DE LA GVERRE *p. II. p. 371.* LETTRES HISTOR. *Iuin 1707. p. 669. Iuillet p. 67.*

66) RINCK *p. 291.* HIST. DV PRINCE D' RANGE *p. II. p. 15.* LETTRES HISTOR. *Août 1707. p. 178.*

67) RINCK *p. 293.*

68) Art. V. §. XIII. *Sileſiæ autem Principes Augustanæ Confeſſioni addicti, Duces ſcilicet in Brieg, Münſterberg & Oels, itemque Ciuitas Wratislauienſis, in libero ſuorum ante bellum obtentorum iurium & priuilegiorum, nec non Auguſtanæ confeſſionis exercitio, ex gratia Cæſarea & regia ipſis conceſſo manutenebuntur.* Vid. & der Euangeliſchen Schleſier bisheriges ſchmliches Seufzen und Flehen, Freyburg 1707. *f.* LETTRES HIST. *Août 1707. pag. 159.*

69) MVLLERS *Leben Marlboroughs c. LXXVIII.*

70) RINCK *Leben Ioſephi p. II. pag. 244.* BVCHER-CABINET *p. V. p. 910.* DV MONT *nouveau Recueil Tom. II. p. 332.* LETTRES HIST. *Oct. 1707. p. 417.* ZSCHACKVITZ *sp. 385. Ruhe der ietzlebenden Europa p. IV. n. III.*

71) Vide *Sect. ſuper.* §. *XCVII.*

72) Dixerat enim Zoborius præſente Stralenheimio, in conuiuio, quod Vngariæ rebellibus Rex faueret, ideoque ab Siralenheimio alapa ipſi infligebatur, qui tamen ab aula Cæſarea reuocabatur. RINCK *p. II. pag. 239.* BVCHER-CABINET *p. V. pag. 929.*

73) Extant Acta in ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tom. I. p. 160.*

74) De hoc Sileſiorum Statu plenius agitur in *Sceleſcher Kirchen-Hiſtorie Leipzig 1708. §.* RINCK *p. II. p. 240. ſqq.* ELECTA IVRIS PVBLICI *Tomo I. pag. 160. 387. 649.* STAATS-CANTZELLET *Tom. XII. p. 67. Tom. XII. cap. I. Tom. XIII. c. IV. & p. 819. Tom. XXII. c. II.* LETTR. HIST. *Mars 1709. p. 285.*

75) EVROP. FAMA *Tom. LXXIV. pag. 117.* BVCHER-CABINET *p. V. pag. 925.* Simile fere exemplum GODEFRIDVS MONACHVS refert ad a. 1212. *ipſo etiam anno ex omni Francia & Teutonica pueri diuerſæ ætatis & conditionis crucesignati, ad ſubuentionem ſanctæ terræ, Hierosolymam proficiſci diuinitus ſibi imperatum affirmabant. Quorum exemplo multitudo iuuenum & mulierum Cruce ſignantes cum eis ire diſponunt. Quibus etiam quidam maligni homines admixti ea quæ extulerant & a fidelibus quotidie accipiebant, nequiter & furtiue ſubtrahentes occulte receſſerunt: quorum vnus Colonię*

compie-

§. XVI. Eodem anno 1707. decreta tandem fuit nouo concluſo Imperii, viſitatio Cameralis, deputatis ad eandem ex Collegio Electorali Moguntino, Palatino, Saxone & Brandenburgico. Ex Principum Collegio, Catholicorum quidem, Salisburgenſis, Auſtriacus, Bambergenſis, Spirenſis, Hildesheimenſis, Osnabrügenſis, Monaſterienſis, Badenſis, Prælati Sueuici. Euangelicorum Magdeburgenſis, Bremenſis, Saxo-Vinarienſis, Brandenburgo-Culmbacenſis, Brunſuico-Cellenſis, Würtenbergenſis, Haſſo-Caſſellanus, Mecklenburgico Suerinenſis, Comites Wetteraui. Ex Ciuitatum Imperialium Collegio, Aquisgranum, Colonia, Noriberga, Francofurtum, prout iamdum a. 1706. ad hoc negotium fuerant deſtinati, qui Wetzlariam miſſi, Cæſaris partes gerente Campidonenſi Abbate, & Conſiliario Imperii aulico Zimmermanno, publicata illorum Commiſſione, XX. Octobris 1707. primam inſtituerunt ſeſſionem, Cameræ defectibus fere inueteratis medelam adlaturi. 76)

§. XVII. In Belgium nimius iterum Gallorum ducebatur exercitus, cui Marlboroughius ſe opponebat. Verum, dum Germanorum res admodum eſſent adflictæ, vt iisdem reſtituendis, copiæ ex Belgio in Germaniam eſſent mittendæ, nihil memoratu dignum an. 1707. fuit geſtum. 77) Feliciores Fœderatorum res per Italiam. Exercitus Cæſareus in Parmenſibus terris hyberna ſumebat; Papa licet contradicente. Florentini, Genuenſes, Lucenſes ad ſoluenda tributa adigebantur. 78) Ineunte vero anno 1707. Carolus III. XIII. Ianuarii magna ſolennitate Hiſpaniæ Rex proclamabatur. 79) Hinc IV. Februarii arx Mutinenſis, quæ huc vsque reſtiterat, deditione capitur. 80) Arx Mediolanenſis etiam per menſem obſeſſa deditur. Verentes enim Galli, ne copiæ illorum per ſuperiorem Italiam hinc inde adhuc diſperſæ intercluderentur, per Capitulationem Generalem XIII. Martii concluſam, omnes Mediolanenſis & Mantuani Ducatus vrbes, quas per ſuperiorem Italiam hucusque vſurpauerant, vrbibus in Statu præſidii exceptis, Cæſari cedunt, liberum ſaltim copiis ſuis abitum pacti. 81)

§. XVIII. Superioris Italiæ bello finito, expeditio in regnum Neapolitanum ſuſcipiebatur, dum Daunius Comes exercitum quatuordecim millium in regnum illud duceret. Et licet regni Prorex, Dux d' Eſcalona nihil omitteret, quod ad regni requirebatur deſenſionem, plerique tamen Proceres, & incolæ domui Auſtriacæ fauentes; ſub primum ſtatim introitum ſe Carolo ſubiiciebant: Capua, Auerſa, ipſa Metropolis, cum arcibus ſuis IX. Iulii in poteſtatem legitimi Regis ſui ſe dedebat, Caieta XXX. Septembris adſultu capitur, Dux de Eſcalona, qui ibidem ſe incluſerat, abducitur captiuus, omneque regnum in Caroli redigitur poteſtatem. 82) Animus hinc erat Cæſareis, vt quæ in Tuſciæ oris adhuc ſupererant caſtra, occuparent. Inter hæc Orbitellum exeunte hoc anno Cæſareis adhuc ceſſit, 83) qui tamen a. 1708. facta obſeſſorum eruptione, relinquere iterum coguntur. 84) Piombinum autem & caſtrum S. Stephani deduntur. 85)

§. XIX. Eugenius interea Princeps vna cum Sabaudiæ Duce, Guilielmo Saxo-Gothano & Friderico, Hæreditario Haſſiæ Principe, cum exercitu triginta quinque millium, ſuperatis montibus, poſtquam Varum fluuium tranſiuiſſent, Gallis licet tranſitum impedire conantibus, in Prouinciam irrumpunt, & poſtquam Fœderatorum claſſe fuiſſent ſuſſulti, Telonem Martium Gallorum nauale, XIX. Iulii obſident. Ardua ſub initium videbatur obſidio, eo quod portus non ſolum egregie munitus, difficilem claſſi præberet aditum, ſed etiam Theſſius paulo ante, intra munimenta vrbi prædicta, cum militc copioſo ſe incluſiſſet. Eugenius igitur ſuadebat, vt relicto Telone, alio in loco Fœderati ſe munirent, vlterius in Galliam incurſuri. Verum, inſtabat Sabaudiæ Dux, vt vindictam obſeſſæ Taurinorum ſedis exerceret. Occupabantur equidem munimenta quædam exteriora, atque inter hæc munimentum Catharinæ, ſed dum Galli idem recuperarent, fortis-

comprehenſus ſuſpendio vitam finiuit. Multi etiam illorum in ſylvis & deſertis locis æſtu, fame & ſiti perierunt: alii alpes transgreſſi mox vi Italiam intrauerunt, a Longobardis ſpoliati & repulſi cum ignominia redierunt. Sic etiam ALBERTVS ARGENT. *p. 150.* ducentorum pnerorum duodecim annorum a. 1349. ſeſe flagellantium exemplum refert.

76) RVCHER-CABINET *p. V. p. 874.* Acta extant in FABRI *Staats-Canzelley Tom. IX. p. 121. Tom. X. c. III. Tom. XI. c. V. Tom. XIV. pag. 257.* ELECTA IVRIS PVBLICI *Tom. III. pag. 242.* ZSCHACKWITZ *p. 392.*

77) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. p. 104.* RINCK *p. II. p. 296.* HIST. DV PRINCE D'ORANGE *p. II. p. 3.* LEBEN MARLBOROVGHS *cap. LXXIX.*

78) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. pag. 109.*

79) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 110.* RINCK *p. 304. 322.*

80) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 112.* LEBEN EVGENII *p. II. p. 476.*

81) SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *pag. 114.* Mediolani hæc Capitulatio fuit concluſa, ſed Mantuæ XV. Martii confirmata. du MONT *nouveau Recueil Tom. II. p. 316.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. II. p. 16.* MEM. DE LA GVERRE *p. II. p. 310.* RINCK *pag. 306.* LEBEN EVGENII *p. II. pag. 479.* LETTRES HISTOR. *Avril 1707. p. 376. May p. 508.*

82) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. p. 143.* HIST. DV PRINCE D'ORANGE *p. II. p. 17.* MEM. DE LA GVERRE *p. II. pag. 363.* RINCK *p. 325.* LEBEN EVGENII *p. II. p. 537.* LETTRES HISTOR. *Août 1707. p. 111. Oct. 1707. p. 363. Nov. pag. 481.*

83) LA CLEF *Mars 1708. p. 170.*

84) LA CLEF *Juillet 1708. p. 23. Août pag. 109.* LETTR. HISTOR. *Mars 1708. p. 241.*

85) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. 213.*

fortiſſimus Saxoniæ Princeps Io. Guilielmus, XV. Auguſti globo traiiciebatur. Dum vero annona, & reliqua neceſſaria deficerent, Gallorum ruſticis hæc denegantibus, potius multa clade Fœderatos adficientibus, obſeſſi pertinaciter reſiſterent, ſoluitur XXI. Auguſti obſidio, poſtquam vrbs iniectis globulis ignitis quam plurimis fuiſſet nimium infeſtata. 86) In reditu Eugenius Suſam, poſt trium hebdomadum obſidionem III. Octobris deditione capit. 87)

§. XX. Idem annus apud Hiſpanos Fœderatis parum erat felix. Licet enim Carolus nouis copiis fuiſſet firmatus, ſuperiores tamen adhuc erant Galli, quibus Philippus præerat Aurelianenſis. Et licet Anglorum Dux militaris Galloway ex Valentiæ regno in Caſtiliam denuo pergere vellet, auxiliis tamen, quæ ex Catalonia expectabat, deſtitutus, Gallos ſuperiores longe, vt Valentiæ regnum ab ipſorum inuaſione defenderet, XXV. Aprilis 1707. ad Almanzam Caſtiliæ nouæ oppidum, adgreditur, ſed ad internecionem cæditur, plerisque vel captis vel occiſis, vt ipſe cum reliquiis exercitus vix in Catalouiam euaderet. 88) Fatalis iſta clades Andegauenſis Regimen in Hiſpania firmabat. Valentiæ & Arragoniæ regnum in poteſtatem Andegauenſis iterum rediguntur, horum priuilegiis plane abolitis: ſola ſupererat Denia atque Alicanta. Ipſa Ilerda Cataloniæ XIII. Octobris adſultu; arx vero XIV. Nouembris poſt fortem defenſionem deditione capitur. 89) Nec Luſitanis hic annus felix erat, qui Serpam, Mouram, Alcantaram, Ciuitatem Rodrigenſem aliasque vrbes amittebant. 90)

§. XXI. Nec felicior Fœderatis annus 1708. erat. Aurelianenſis enim XII. Iunii Tortoſam obſidebat, & licet commeatus, qui ex portu Telonis Martii mari adducebatur, in Fœderatorum manus incidiſſet, obſidio nihilominus continuatur, vrbsque XI. Iulii deditione capitur. 91) Hoc compenſantes Angli, Sardiniam inſulam, capra XVII. Auguſti Calari metropoli, Caroli III. nomine occupant. 92) Sequebatur XIV. Septembris Minorca, quam tutandis Maris mediterranei commerciis, Angli ſibi vindicabant. 93) Dum interim Eliſabetha Chriſtina Guelferbytana, Caroli ſponſa Kal. Auguſti Barcellonam intraret. 94) Exeunte hoc anno XII. Nouembris Denia 95) & X. Decembris Alicanta per Aſſeldum Equitem capitur, 96) Caſtello ad XVIII. Aprilis 1709. vsque ſe defendente. 97)

§. XXII. In Italia, eodem anno, Sabaudiæ Dux in Delphinatum irrumpens, ad Sezanam licet a Villarſio cæſus munimenta quædam in finibus ſita, Peruſam, Exilles, Feneſtrelles occupat. 98) Nouæ eodem anno cum Clemente XI. Papa oriebantur turbæ. Gliſcentibus adhuc cum Papa controuerſiis, Marchioni d' Auia nuntio Papali, ſtatim poſt Leopoldi mortem reuocato Lambergio Cæſaris legato, aula imperiali interdicebatur, Caunitio Rotæ Romanæ Auditore, qui Cæſaris partes agebat, ſatisfactionem de iniuriis Cæſari illatis, atque vt Carolum pro Hiſpanorum Rege adgnoſceret, poſtulante. 99) Dum

86) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. p. 165.* RINCK *p. II. p. 335.* Cauſſas infelicis ſucceſſus adlegat HIST. DV PRINCE D' ORANGE p. II. p. 18. *quoi que l' expedition du Comte de Thaun eut ſi bien reüſſi, elle retarda celle qu'on avoit projettée pour entrer en France, diminua les forces qu'on y devoit employer, & donna aux François, tout le tems neceſſaire pour s' y oppoſer, & la rendre inutile.* Idem p. 23. *ces ſucceſz des Aſſiegans n' empêchoient pas les François de ſe fortifier de iour en iour. Ils faiſoient marcher de Troupes de tous côtez pour venir au ſecours de Toulon. Ils avoient deia dans leur Camps 70. Bataillons, il devoit y en avoir bien-tôt iusqu' à cent, & il étoit impoſſible d' empêcher la communication des Aſſiegez avec leur Armée. De plus, tout le Pays étoit en armes contre les Alliez, les fourages & les convois deuenoient tous les iours plus rares, & plus difficiles à conduire au Camp. Ainſi le Duc de Savoye, & le Prince Eugene, voyant qu' ils ne pouvoient plus eſperer de reüſſir dans leur entrepriſe, & que la diſproportion des forces étoit trop grande, on tint Conſeil de guerre, & on reſolut de lever le Siége apres avoir fait ſauter les Forts qu' on avoit pris.* RINCK *p. 333.* LEBEN EVGENII *p. II. p. 577.* LETTRES HISTOR. *Sept. 1707. p. 235. Oct. p. 373.*

87) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. p. 167.* RINCK *pag. 337.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. II. pag. 27.* MEM. DE LA GVERRE *p. 402.* RINCK *pag. 337.* LEBEN EVGENII *p. II. p. 597.* LETTRES HISTOR. *Nov. 1707. p. 486.*

88) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. p. 168.* RINCK *p. II. p. 298.* MEM. DE LA GVERRE *p. II. p. 381.* LETTRES HIST. *May 1707. p. 587.*

89) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. p. 181.* LA CLEF *Août 1708. p. 38. Sept. pag. 167.* RINCK *p. 301.* LETTRES HISTOR. *Juillet 1707. p. 89. Oct. p. 460. Dec. p. 638.*

90) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *pag. 191.* LETTRES HISTOR. *Juin 1707. p. 713.*

91) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. p. 195.* RINCK *p. 404.* LETTR. HISTOR. *Juillet 1708. p. 83. Aout p. 241.*

92) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *pag 200.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. II. pag. 133.* LETTR. HISTOR. *Nov. 1708. p. 546.*

93) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *pag. 201.* RINCK *p. 404.*

94) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *pag. 205.* LETTRES HIST. *Aout 1708. p. 265. Sept. p. 361.*

95) LA CLEF *Iand. 1709. pag. 28.* LETTRES HIST. *Iand. 1709. p. 84.*

96) LA CLEF *Febr. 1709. pag. 80.* LETTRES HISTOR. *May 1708. p. 592.*

97) LA CLEF *May 1709. p. 306. Iuin p. 370. Iuillet p. 83.* HISTOIR. DV PRINCE D' ORANGE *p. II. p. 132.*

98) HIST. DV PRINCE D' ORANGE *p. II. p. 135.* LA CLEF *Oct. 1708. p. 267. Nov. p. 352.* LETTRES HISTOR. *Sept. 1708. p. 289. Oct. p. 426.* LEBEN P. CLEMENTIS *Tom. I. p. 754.*

99) De grauaminibus contra ſedem Papalem iam *Sect. ſuper. §. CXII.* fuit dictum. Accedebat, quod Papa in Ferrarienſi terra Galliſ potius faueret quam Cæſari. BVCHER-CABINET *p. VI. pag. 75.* Suborta etiam fuerat noua controuerſia, dum Ioſephus litteris XIX. Iunii a. 1705. datis, Ferdinando

Raet-

Dum vero Papa ſingula hæc denegaret, poſt felicem Auguſtæ Taurinorum liberationem, Germani in terris Ferrarienſibus, Parmenſibus atque Placentinis hyberna capiebant. Hoc ægre ferens Papa, Litteris ad Imp. III. Ianuarii 1707. ſcriptis, 100) de eo non ſolum queritur, ſed etiam, Eugenium de eo monet, Duces militares, ni terras hasce relinquant, ſingulari bulla a. 1707. banno notat. Hac tamen parum proficiente, II. Iunii 1708. litteras ad ipſum Imp. mittit, quibus ipſum monet, vt deſiſtat a propoſito terras Papales invadendi. Verum, nec dum deſiſtente milite Cæſareo, grauiorem paullo poſt XVI. Iulii contra ipſum Cæſarem bullam publicat, quem dignum banno cenſet. Licet Cæſar ſingulari ſcripto non ſolum teſtaretur, cauſſam hanc ſeculærem eſſe, quæ ſpiritualibus armis non ſit diſceptanda, quin etiam Imp. dominium directum in Ducatum Parmenſem potius competat, quam Papæ, 1) ſed etiam Maio menſe 1708. Cæſareus miles, vna cum Mutinenſi in Ferrarienſem Ducatum irrumpit, Comaciumque occupat, idemque operibus munit, & præſidio: vtrumque, tanquam antiquum Ateſtinorum Ducum patrimonium prætendit Dux Mutinenſis. 2) Papa vero non Ferrariam ſolum vrbem præſidio ſatis amplo firmat, ſed etiam conſtituto Ferdinando Marſilio Comite Duce militari, nouas copias conducit, 3) ſubmiſſis ipſi ex Gallia præfectis militaribus, reliquos etiam Italiæ Principes ad fœdus contra Cæſarem concitat, quod, a Gallis miſſus Theſſius Mareſchallus, promouere conabatur. Aſt, dum Fœderatorum claſſis in Italiæ oris conſiſteret, fuit hoc ſine fructu. 4) Papa etiam Riuarolium Abbatem conſpirationis cum Cæſareis reum, ad mortem condemnat. 5) Deficiente vero rerum gerendarum neruo, Papa ex ſanctiori Sixti V. ærario, 6) non niſi in extre-

Raesfeld, eccleſiæ Mindenſis Canonico, preces ptimarias ad obtinendum in Cathedralis eccleſiæ Hildeſienſis Capitulo locum conceſſiſſet. Papalis vero nuntius, qui Coloniæ commorabatur, datis XVII. Nouembris ad Capitulum Hildeſienſe litteris, preces Cæſareas ſine Papalis ſedis indultu, tanquam inualidas reiiciebat. Ipſe etiam Papa VI. Martii anno 1706. Capitulo Hildeſienſi interdicebat, ne Imp. precibus ſatisfaceret. Iura Pontificis defendebat IVSTVS FONTANINVS, ſiue potius CONRADVS OLIGENIVS. Contrarium demonſtratur in SYNT. IVR. PVBL. *cap. X. §. XXXII.* BVCHER-CABINET *p. VI. p.78.* LETTRES HISTOR. *Ianv.1706. p.7.* Poſtulata Cæſari extant in LETTRES HIST. *Oct. 1715. p.367.*

100) Extant in LETTR. HIST. *Mars 1707. p.242.* LVNIGII *Litteris Proc. p. III. p.957.* LEBEN P. CLEMENTIS XI. *p.960.*

1) In prima equidem ad Imp. epiſtola hæc verba: *noli, chariſſime fili noſter (nomine Domini Ieſu Chriſti, cuius vices indigne gerimus, poſtremo te alloquimur) noli primitias florentis ætatis tuæ totius populi Chriſtiani ſcandalo maculare, & ab Eccleſiæ, quæ Chriſti ſponſa, Apoſtolorum eius iniuria Imperii tui primordia auſpicari: quod quidem vt plane meteligas, & meliora, Deo fauente, ſapias, Maieſtati Tuæ Apoſtolicam benedictionem amantiſſime impertimur.* In altera vero epiſtola bullata ad Cæſarem ſic ſcribit: *deſiſte, fili, & ad reuerentiam Eccleſiæ debitam etiammum animam Tuam reuoca: obliniſcemur Nos iniuriarum, ac Te tanquam primogenitum Filium diligemus: ſed ſi perſtabis in tanta intemperantia conſilii, abiiciemus Patris clementiam, & in Te, tanquam rebellem filium, excommunicatione & armis, ſi opus fuerit, animadvertemus.* Singulas has bullas vna cum Cæſaris deductione exhibet FABER in *Staats-Canzelley Tom. XIII. cap. XVI.* LETTRES HIST. *Aout p.145.* ZSCHACKWITZ *Leben Ioſephi p.545.* RINCK *p.361.* Defenſionem vero Auguſtiſſimi Imp. contra has bullas inſtituit IO. WOLFGANGVS IAEGERVS, *Tubingæ 1708. 4.* RINCK *p.302. 363.* LA CLEF DV CABINET DE PRINCE *Oct. 1708. p.258.* vbi etiam Litteræ Cardinalis Grimani exhibentur in regno Neapolitano publicatæ, quibus dominium directum dicti regni Papæ denegatur, Comitatus Auenionenſis tanquam Neapolitani regni adnexum repetitur, Epiſcopatus regni liberæ regis diſpoſitioni relinquuntur. Prodibant tunc *Animadverſiones ad Scripturam, quæ dicitur vulgata Romæ die 1. Auguſti 1707. Cuius titulus eſt: Declaratio Nullitatis Chriſtianæ Concordiæ in Sedis Apoſtolicæ & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Præiudicium initæ ſuper hybernis Stationibus, quas milites Germani in Ducatu Parmæ & Placentiæ locarint.* Iura etiam Imperii in Parmenſem & Placentinum Ducatum ſingularibus tunc ſcriptis demonſtrarunt GOTTFRIDVS RVHLMANNVS & SIMON HENRICVS MVSAEVS, quibus addi poteſt *Diſſertatio præliminaris* Syntagmati Iuris Publici præfixa, *de Iure Imperii in Ducatum Parmenſem & Placentinum.* Dum etiam Dux Parmenſis cum Ducibus Cæſaris militaribus d. 14. Decembris 1706. ſuper hybernis fuiſſet pactus, contra hæc pacta Papa Declarationem Nullitatis publicabat, quæ extat apud LVNIGIVM *Reichs-Archiv p. Spec. II. Cont. III. Forſ. IV. Abth. p.682.* FABRVM *Tom.XIII. c.XVI.* LEBEN CAROLI III. *p. IV. p.626.* LEBEN P. CLEMENTIS XI. *Tom. I. p.1045. Tom. II. p.61. ſqq.* Adde IO. FRANC. FERRO *Hiſtoriam Comacienſem, Ferrariæ 1701. 4.*

2) Papa hunc Ducatum ex prætenſo iure donationis Mathildianæ tenet, & licet dominium vtile Bonifacii Tuſciæ Comitis poſteris fuerit relictum, hoc tamen, extincto a. 1557. ſine hæredibus Alfonſo II. Clemens VIII. Papa æque ſibi vindicauit, excluſo Cæſare Ateſtino. Comacium vero ex donationibus veterum Imp. Ludouici potiſſimum Pii, & Ottonis M. Papa prætendit. Quid de iisdem ſentiendum, patet ex *Sect. VIII. §. IV. Sect. XII. §. XXV.* Scripta de hac controuerſia coniunctim prodierunt, ſub titulo: *Il Dominio temporale della ſede Apoſtolica, ſopra la Città di Commachio, in Roma 1709. f.* Iura Imperii vero vindicantur in ſcripto, cui titulus: *Les Droits de l' Empire ſur l'Etat eccleſiaſtique, à Utrecht 1713. 4.* LA CLEF *Oct. 1708. p.259.* LETTR. HIST. *Iuillet 1708. p.5. Août 1708. p.140.*

3) LA CLEF *Aout 1708. p.143. Nov. pag.354.* RINCK *p.407.* LEBEN P. CLEMENTIS XI. *Tomo II. p.117.*

4) LA CLEF *Dec.1708. p.438.* RINCK *p.417.* LETTRES HISTOR. *Sept. 1708. p.279.* LEBEN P. CLEMENTIS XI. *p.169.*

5) LA CLEF *Oct. 1708. p. 263.* SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. p. 210.* LETTR. HIST. *Sept. 1708. pag. 283.* LEBEN P. CLEMENTIS XI. *Tom. II. p.121.*

6) Quæ ratio huius ærarii ſit, exponit GREGORETI in Vita Sixti V. p. II. p.279. LA CLEF *Dec. 1708. p.438. Ce Treſor que Sixte V. mit en dépôt au Château St. Ange pen avant ſa mort, qui arriva le 27. Aout 1590. étoit de ſept millions d' or: on prétend qu' il n' y a plus que cinq millions d' or, les autres deux ayant été dépenſez ſous les Pontificats des Papes Gregoire XIV. Clement VIII. Paul V. & Vrbain VIII.* LEBEN P. CLEMENTIS XI. *Tom. II. p.159.*

in extremam belli, peſtis vel famis neceſſitatem reſeruato, Cardinalium plerorumque, Gallis fauentium conſenſu, quingenta aureorum millia pro belli adparatu depromit, facto deſuper publico inſtrumento. 7) Inſtante demum Cæſaris legato, Marchione de Prié, exercituque Cæſareo ab vtraque parte Romam verſus tendente, terrasque Papales hoſtiliter invadente, tandem anxius Papa, fruſtra inſtitutis proceſſionibus, Gallis licet contradicentibus, præfixo termino XV. Ianuarii 1709. nocte, Tractatus ſubſcribit, atque in has conditiones conſentit, vt Carolum III. Hiſpaniæ Regem & Neapolitanum adgnoſceret, copias ad quinque millia vsque dimitteret, fœderi Gallico renuntiaret, Cæſareo militi tranſitum non denegaret, noua munimenta deſtrueret: controuerſia vero cum Mutinenſi, de ciuitate Comacio & prætenſionibus Imperii in dominium directum Ducatus Parmenſis & Placentini per Commiſſarios amice componeretur. Hoc facto, Cæſarei Ferraria atque Vrbani munimentis, quæ incluſa tenebant, reliquis etiam terris Papalibus relictis, Comacium cum diſtrictu ſuo ſibi ſaltim ſeruabant 8) Vrgente autem Cæſare, vt Carolum protinus adgnoſceret, ſollicitum hoc Papam adhuc reddebat, eo quod eosdem honores & Regis Hiſpaniæ titulum Andegauenſi iamdum conceſſerat. Varia erant in Collegio Cardinalium conſilia, & licet primum Carolum Regem Catholicum in Hiſpania ſaltim adpellaret, his tamen reiectis, inſtante Cæſaris legato, atque ad pacta prouocante, Carolo Regi Hiſpaniæ Catholico, proteſtantibus licet Gallis, gratulatur. 9)

§. XXIII. In Belgio, Gallos, caſtra ad Parckum prope Louanium, ipſamque hanc vrbem ſimul occupare conantes, Marlborugius præcipitato itinere III. Iunii 1708. præuenit, 10) dum interea Eugenius exercitum triginta millium ex milite Cæſareo, Palatino & Haſſiaco conſtantem, ad Moſellam colligeret, eoque ipſo Gallos ſollicitos redderet, aſt, ex improuiſo verſus Moſam mouet, Marlborugio ſe iuncturus, 11) dum interim Galli V. Iunii Gandauum aſtu & dolo caperent. 12) Sequebatur VI. Iunii Bruga præſidio deſtituta, & caſtrum Plaſſendal. 13) Aſt, dum Galli Fœderatorum exercitum, cui Eugenius Princeps cum vnica ſaltim legione acceſſerat, a tranſitu Scaldis prohibere conarentur, fit ad Aldenardam X. Iulii atrox prœlium, in quo victores Fœderati, tribus Gallorum millibus occiſis, ſeptem millibus captis. 14) Inde, poſtquam Gallorum munimenta ad Yperam XIII. Iulii noctu fuiſſent perrupta, exinde miles in Arteſiam & Picardiam miſſus, multos obſides ſecum reducebat. 15) Et licet claſſis Anglicana etiam Picardiæ oras inſeſtaret, omnia tamen ad ſtrenuam defenſionem præparata videns, in Angliam reuerti ſuit coacta. 16) Poſtquam Galli munimentis ſibi proſpexiſſent, XII. Auguſti Inſularum vrbs obſidetur, Auguſto, Polonorum Rege, Carolo Haſſiæ Landgrauio in caſtris præſente, Eugenio vero obſidionem dirigente. Galli in defendendo, dirigente Bouſlerio, pertinaces, liberare hanc vrbem quauis ratione tentabant, 17) id potiſſimum agentes, vt commeatum Fœderatis redderent difficiliorem. Sed, poſtquam ad Wie-

7) LA CLEF *c. l.*

8) LA CLEF *April* 1709. *p.* 255. *Mai* 1709. *p.* 318. RINCK *p. II. pag.* 437. du MONT *nouueau Recueil Tom. II. p.* 351. LETTR. HISTOR. *Ianv.* 1709. *p.* 3. *Fevr.* 1709. *p.* 119. *Mars p.* 237. & *p.* 258. exhibentur litteræ Theſſii, quibus contra hanc transactionem proteſtatur.

9) LEBEN P. CLEMENS XI. *Tom. III. pag.* 179. LA CLEF *May* 1709. *p.* 329. *Iuill. p.* 27. *Dec. p.* 222. *Oct.* 1710. *p.* 254. LETTR. HISTOR. *Oct.* 1707. *p.* 403. BVCHER-CABINET *p. VI. p.* 94. RINCK *p.* 419. 436. ZSCHACKVITZ *p.g.* 545. LETTRES HIST. *April.* 1709. *p.* 359. *May. p.* 487. *Août p.* 135. *Sept. p.* 255. LEBEN CLEMENTIS XI. *Tom. II. p.* 265. 284.

10) SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. pag.* 221. MVLLERS *Leben Marlbourroughs c. LXXXIII.*

11) SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 222. MVLLER *c. LXXXIV.* HISTOR. DV PRINCE D' ORANGE *p. II. p.* 128. RINCK *p.* 386.

12) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 224. HISTOR. DV PRINCE D' ORANGE p. II. p. 39. *Le Détachement François arriva pres de Gand le 5. Le Lieutenant Général Grimaldi, qui le commandoit, envoya dix Soldats qui feignant d' être des Déserteurs, amuſerent la Garde Bourgeoiſe, composée de cinq ou ſix hommes ſeulement, & donnerent par vn Stratageme, que pluſieurs habitans favoriſoient le temps au Brigadier de la Faille, qui avoit ete Grand Bailli de la Ville, d' arriver avec. 50. hommes, & de ſe rendre maitre d' vne porte ſi mal gardée, par laquelle il fit auſſitôt entrer le reſte des Troupes.* Aux tamen VII. Iunii ſe dedebat *p.* 40. LEBEN EVGENII *p. II. p.* 617. LETTR. HISTOR. *Iuillet* 1708. *pag.* 93.

13) SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *pag.* 228. HIST. DV PRINCE d' ORANGE *p. II. p.* 41. LETTRES HISTOR. *Iuillet* 1708. *p.* 96.

14) SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *pag.* 229. HIST. DV PRINCE d' ORANGE *p. II. p.* 41. MVLLER *c. LXXXV.* LETTRES HISTOR. *Iuillet* 1708. *p.* 99. *Août p.* 215. RINCK *pag.* 389. LEBEN EVGENII *p. II. p.* 622.

15) SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 239. HISTOR. DV PRINCE d' ORANGE *p. II. p.* 62. MVLLER *c. LXXXVI. LXXXVII.* LETTR. HISTOR. *Août* 1708. *p.* 245.

16) LA CLEF *Oct.* 1708. *p.* 254. 295.

17) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 242. HISTOR. DV PRINCE d' ORANGE *p. II. p.* 66. qui etiam *pag.* 73. addit: *Le lendemain le Prince Eugéne reçut deux lettres par la poſte, dans l' vne des quelles il ne trouva qu' vn papier gras & ſale ſous l' envelope, il le ietta auſſitôt par terre ſans aucune émotion; mais Monſieur Tob, qui voulut le ramaſſer, s' en trouva incommodé, & comme on ſoubçonna, qu' il y avoit du poiſon, on l' attacha ou cou d' vn chien, auquel on en fit prendre vne partie, dont il mourut peu de temps apres. Pluſieurs de ceux qui etoient autour du Prince paroiſſant ſurpris de cet accident, il leur dit, ne vous étonnez pas de cela, Meſſieurs, i' ay reçu deia pluſieurs fois en ma vie de pareilles lettres.* RINCK *p.* 393. LEBEN EVGENII *p. II. pag.* 636. LETTRES HISTOR. *Août.* 1708. *p.* 253. *Sept. pag.* 369. *Oct. pag.* 483.

18) SPAN-

Wienendal fuiſſent profligati, 18) Leffinga nihilominus occupata, 19) terram circumiacentem inundabant, vt nauibus Fœderati neceſſaria aduehi curarent. Luxenburgius etiam eques, cum nouo milite & puluere pyrio caſtra Fœderatorum perrumpere conabatur, qui tamen non ſine cæde, igne in pyrium puluerem illato, repellebantur, vt non niſi trecenti vrbem intrarent. 20) Adueniebat cum vniuerſo exercitu Dux Vindocinenſis, vt vrbi ſubueniret, cui tamen Marlborugius opponebatur, ſed tormentis inuicem explosis diſcedebatur. 21) Dum omnia ad adſultum eſſent præparata, tandem XXIV. Octobris Bouflerius vrbem dedit. 22) Arx adhuc ſupererat, cuius obſidio continuabatur. Bauariæ interim Elector Bruxellas XXVIII. Nouembris adgreſſus, munimenta exteriora nouem adſultibus tentabat, his tamen virtute Paſcalii præfecti reiectis, dum Marlborugius cum exercitu ex improuiſo ad liberandam vrbem Scaldim tranſiret, quod fruſtra impedire Galli conabantur, Bauarus eandem non ſine clade relinquere cogitur: 23) Sequitur Caſtelli Inſularum deditio IX. Decembris. 24) Inde Gandauum adgrediuntur Fœderati, quod XXX. Decembris deditione capitur, Brugæ vero, Plaſſendael & Leffinga a Gallis relicta, ab iisdem occupatur. 25)

§. XXIV. In Germania, Io. Guilielmus Elector Palatinus XXIII. Iunii 1708. de Electoratu priſtino, vna cum munere Archidapiferi adnexo, quem Bauarus ab anno 1623. poſſederat, & Palatinatu Superiore inueſtiebatur, nulla tamen nec Succeſſorum, nec fratrum facta mentione. 26) Sequebatur introductio Georgii Ludouici Hannouerani in Collegium Electorale. Poſtquam enim hoc negotium in Comitiis per Commiſſarium Imp. principalem denuo fuiſſet propoſitum, de eodemque in ſingulis Collegiis deliberatum, ſequebatur XXX. Iunii 1708. Concluſum Trium Collegiorum, his conditionibus, vt Hannoueranus in Electoratu, communi conſenſu confirmaretur, ita tamen, vt cum deſcendentibus maſculis Erneſti Auguſti deſineret, & ſi durante eodem, Palatinus Electoratus ad Proteſtantes deuoluueretur, Catholicis votum ſupernumerarium ſit concedendum, idemque a primo Electore Catholico præſtandum. 27) Decretum etiam, vt Bohemiæ Elector, cuius hucusque in electione Imp ſaltim partes fuerant, in Collegium Electorale iterum introduceretur, atque ad omnia negotia Imperii admitteretur. 28) Poſtquam igitur per concluſum Imperii VII. Septembris 1708. vtriusque introductio fuiſſet decreta, iſta etiam XII. Septembris fuit facta. 29) Plures erant, qui in Principum Collegio noua vota quærebant, quæ tamen, proteſtantibus reliquis, non obtinuerunt. 30) De Leuchtenbergico Landgrauiatu, qui poſt mortem Maximiliani Philippi, Bauariæ Principis

18) SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 246. HISTOR. DV PRINCE d' ORANGE *p. II. p.* 95. MVLLER *c. XCI.* RINCK *p.* 396. LEBEN EVGENII *p. II. p.* 643. LETTR. HISTOR. *Oct.* 1708. *p.* 505.

19) HIST. DV PRINCE d' ORANGE *p. II. pag.* 105.

20) HISTOR. DV PRINCE d' ORANGE p. 93. *car ayant détaché de la garniſon de Doüai* 14. *Eſcadrons avec de la poudre, ſous les ordres du Chevalier de Luxenburg, ils avancerent iusqu' aux retranchemens des Aſſegans vers vne heure apres minuit. & ſurprirent la Garde, & la Barriere; 4. ou 5. Eſcadrons avec quelque peu de poudre avoient déja paſſée & couroient à toute bride vers la Ville, lorsque les Dragons Palatins de Wurgenſtein, ayant découvert les premiers la ſurpriſe donnerent l' allarme, ſortirent en chémiſe des tentes avec leurs carabines chargerent vigoureuſement les Ennemis & repouſſerent ceux qui ſe preſentoient encore pour paſſer: Le feu qui prit en même tems à leur poudre, & qui fit ſauter en l' air vne partie de leurs hommes & de leurs chevaux, augmenta tellement le deſordre, que le reſte s' enfuit avec vne extrême précipitation par la chauſsée vers Douai dont ils étoient venus.* RINCK *p.* 399. LETTRES HIST. *Oct.* 1708. *p.* 496. *Nov. pag.* 666.

21) HISTOR. DV PRINCE d' ORANGE p. II. p. 86. *Le Duc de Vendome fit en même temps mettre* 40. *piéces de Canon en Batterie, qui joüerent avec beaucoup de violence ſur les Retranchemens des Alliez pendant tout le* 12. *de Septembre. Il fit même avancer quelques Eſcadrons, & quelques Bataillons, de ſorte qu' on crût qu' il vouloit enfin hazarder vne bataille, & les Alliez s' étoient déja mis en poſture de le bien recevoir. Mais il ne trouva pas à propos de rien risquer, il ſe contenta d' avoir fait entendre ſon Canon avec peu d' effet, & il ne ſongea plus qu' à ſe trancher a ſon tour dans ſon Camp.* MVLLER *c. LXXXIX.*

22) SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 250. MVLLER *c. LXXXVIII.* HIST. DV PRINCE d' ORANGE *p. II. p.* 102, qui addit: *ſi lon la Liſte des Alliez, ils avoient eu devant Lille* 3632. *morts & 8322. bleſſez, depuis le* 14. *Aouſt, iusqu' aux* 22. *d' Octobre.* RINCK *p.* 400. LEBEN EVGENII *p. II. p.* 647. LETTR. HIST. *Nov.* 1708. *pag.* 624.

23) SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 255. HISTOR. DV PRINCE d' ORANGE *p.* 113. MVLLER *c. XCIII.* LEBEN EVGENII *p. II. pag.* 655.

24) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG. *p.* 256. MVLLER *c. XCII.* HIST. DV PRINCE d' ORANGE *p. II. p.* 109. LETTRES HISTOR. *Dec.* 1708. *p.* 745. RINCK *p.* 401.

25) SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG. *p.* 257. MVLLER *c. XCIV. XCV.* HIST. DV PRINCE d' ORANGE *p. II. p.* 124. LETTRES HISTOR. *Janv.* 1709. *pag.* 90.

26) RINCK *p. II. p.* 360. Extant Acta apud FABRVM *Staats-Canzeley Tom. XIII. cap. X.* BVCHER-CABINET *p. VIII. pag.* 365.

27) Acta extant in FABRI *Staats-Canzeley Tom. XIII. c. IX.* ELECTA IVRIS PVBLICI *Tom. I. n. I.* BVCHER-CABINET *p. VIII. pag.* 368. ESCHAGKVVITZ *p.* 85.

28) FABER *c. l.* IO. PET. LVDEVVIG *de Iure ſuffragii Regis Bohemiæ, Halæ* 1709. 4. IO. NICHERTIVS *de Renouato R. G. Imperii, & Regni Bohemiæ nexu, Giſſæ* 1709. 4.

29) RINCK *p.* 375. ELECTA IVRIS PVBLICI *Tom. I. p.* 28.

30) Enumerantur iſti in ELECTIS IVR. PVBL. *Tom. I. p.* 29. *Tom. II. p.* 1088. & in *Vnmaßgeblichen Gedancken über die von verſchiedenen Teutſchen Fürſten*

cipis fuerat apertus, contradicente licet Mecklenburgica domo, Leopoldus, Lambergius Princeps inuestiebatur. 31) Eodem tempore XXX. Iunii Viennæ solenni ritu banno notabatur Carolus Ferdinandus, Dux Mantuanus, qui paulo post V. Iulii Patauii moriebatur, de Montisferratensi vero Marchionatu & territorio Alexandrino VII. Iulii Sabaudiæ Dux inuestiebatur. 32) Nec reticendi sunt motus & Hamburgenses & Colonienses ciusdem anni. Hamburgenses equidem mouerat Christianus Krumbholtzius D. Petri pastor, qui, dum Senatus scripta iniuriosa, quæ Bartholdus Feindius contra ipsum euulgauerat, ipsumque auctorem condemnare nollet, ciues contra Magistratum concitabat, incentore Balthasaro Stilken. Hi igitur multos Senatores, qui ipsis erant contrarii, ab officio remouebant, Senatum reddendarum rationum postulabant, vt exinde Tumultus orirentur & turbæ inteſtinæ, quæ, non niſi aduentante in vrbem, inuitis licet Hamburgensibus, Circuli Saxoniæ Inferioris milite, poterant ſopiri. Tandem per Cæſaris & Principum Circuli Saxoniæ Inferioris legatos, Krumbholtzio ad perpetuos carceres condemnato, Harburgum, inde Dannebergam abducto, controuerſiæ inter Senatum atque Ciues ſingulari Receſſu fuerunt compoſitæ. 33) Tumultus vero Coloniensis ipso Paschatos feſto XXX. Aprilis 1708. fuit motus. Dum enim Coloniæ præſidiario milite Circuli Weſtphalici fuiſſet prouiſum, atque inter hos plures eſſent Boruſſici, in curia Cliuenſi, quam Boruſſiæ Reſidens incolebat, publicum Reformatæ Religionis inſtitutebatur exercitium, multa ſtudioſorum atque ciuium multitudine in domum irrumpente, quam etiam euertiſſent, ni a magiſtratu immiſſo milite, fuiſſent impediti. Boruſſorum interim Rex debitam violati Gentium iuris ſatisfactionem petebat. Agebatur igitur de Congreſſu, in quo hæc componeretur controuerſia: interuentu tandem Palatini Electoris & Monaſterienſis Epiſcopi Circuli Weſtphalici Directorum, XVI. Ianuarii 1709. ita conuenit, vt, vsque dum bellum duraret, Proteſtantibus in vrbe liberum Religionis exercitium concederetur, damna in domo facta repararentur, & Magiſtratus coram Rege ſe debite excuſaret, quod etiam proteſtante licet Papali nuntio, fuit confirmatum. 34)

§. XXV. In bello vero a. 1708. poſt varia Imperii de milite Germanico concluſa, 35) parum proficiebatur, Freyburgum equidem ineunte anno Galli conſpiratione in ſuam redigere poteſtatem putabant, hoc vt promoueret, Villarſius Argentoratum tendebat: hac tamen detecta, in Galliam reuertebatur. Et licet Hannouerianus Electo, qui Exercitui præerat, habito inueunte Iunio cum Eugenio Principe Francofurti congreſſu Rhenum tranſire conaretur, nihil tamen fuit actum, dum ob continuas pluuias Rhenus intumeſceret, Gallorum copias Bauariæ Electo ducebat. 36)

§. XXVI. Sub initium anni 1709. pacis conſilia apud Belgas agebantur, & cum Gallorum legatis, Marchione de Torci & Rouillio, de pacis Præliminaribus tractabatur, quæ etiam a Fœderatis XXVIII. Maii 1709. ſubſcribebantur. 37) Et licet Galli primum ſe iisdem adſenſuros eſſe ſpem feciſſent, ſucus tamen paulo poſt patebat, dum poſthæc omnia abnuentes, hoc ſaltim intenderent, vt ſerius belli expeditiones ſuſcipierentur. 38) Abruptis igitur Tractatibus, Tornacum VII. Iulii obſidebatur, vrbs etiam XXVIII. menſis ciusdem ad deditionem fuit compulſa; quam poſt ſtrenuam Suruillii defenſio-

Fürſten geſuchte neue Vota, in dem Reichs-Fürſten-Rath: inſonderheit aber über die von Kœnigl. Auguſti May. als Churfürſten von Sachſen geſuchte Vier neue Vota, in quo ſcripto hæc ſingula plenius examinantur. Vid. etiam FABRI *Staats-Cantzelley Tom. XIII. c. XI.* BVCHER-CABINET *p. VI. pag.* 100.

31) RINCK *pag.* 362. FABER *Tom. XIII. c. XII.* Prætenſiones vero Megapolitanæ exinde oriuntur, quod Maximilianus I. Imp. Henrico I. a. 1502. expectatiuam in dictum Landgrauiatum concelliſſet. BVCHER-CABINET *p. VII. p.* 340. vbi etiam Lambergicæ Domus Genealogia reperitur. RINCK *p.* 453. ELECTA IVRIS PVBLICI *Tom. I. pag.* 352.

32) RINCK *pag.* 361. BVCHER CABINET *p. VI. p.* 95. hæc autem ex pacto cum Sabaudiæ Duce ob feodus initum debebantur. Extat Publicatio Banni in FABRI *Staats-Cantzelley Tom. XIII. p.* 670. *Tom. XIV. c. V.* Qua ratione Lotharingiæ Dux in Montisferratenſem Marchionatum prætenderet, docent ELECTA IVR. PVBL. *Tom. IV. pag.* 1043.

33) RINCK *p.* 376. & plenius BVCHER-CABINET *p. VII. pag.* 227. vbi etiam *p.* 259. ſcripta recenſentur hac in cauſſa edita. LA CLEF *April.* 1711. *p.* 260. ELECTA IVRIS PVBLICI *Tom. II. p.* 563. LETTRES HISTOR. *Iuin* 1708. *p.* 607.

34) LA CLEF *Iuin* 1608. *p.* 433. LA CLEF *Nov.* 1708. *p.* 357. *Decemb. p.* 437. *Mart* 1709. *p.* 189. *Avr. p.* 263. 329. RINCK *p.* 461. BVCHER-CABINET *p. VII. p.* 270. ELECTA IVR. PVBL. *Tom. I. pag.* 366. FABRI *Staats-Cantzelley Tom. XIV. c. II.* RINCK *pag.* 461. ZSCHACKWITZ *p.* 820. LEBEN P. CLEMENTIS XI. *Tom. II. p.* 146. Licet contra transactionem Nuntius Papalis, Io. Baptiſta, Archiepiſcopus Tarſenſis proteſtaretur. Extat iſta Proteſtatio apud FABRVM *Tom. XIV. p.* 242. & BOHMERVM *iure Eccleſ. Tom. I. lib. I. Tit. XXX. §. XIV. p.* 696. Scripſit hac occaſione BOHMERVS diſſertationem *de priuatis legatorum ſacris*, qua iura Boruſſica grauiuus argumentis defendit.

35) Extant varia ſcripta in FABRI *Staats-Cantzelley Tom. XII. p.* 378. *Tom. XX. cap. VIII.* ELECTA IVRIS PVBLICI *Tom. I. p.* 131. LETTR. HISTOR. *Fevr.* 1709. *p.* 167.

36) RINCK *p.* 381.

37) De hoc infra in pacis hiſtoria §. *XXXIII.*

38) HIST. DV PRINCE D' ORANGE p. II. p. 144. *quoi qu' il en ſoit, la France gagna du temps par ces Négociations, ce qui apparement étoit le but principal qu' elle s' y propoſoit. Ainſi comme elle comtoit fort peu ſur la Paix qu' elle demandoit, elle s' y propoſoit. Ainſi comme elle comtoit fort peu ſur la Paix qu' elle demandoit, elle penſoit bien moins à en ratifier les Articles preliminaires qu' a continuer la guerre; & a déſarmer les Alliez, qu' à les deſi-*

nir.

tensionem, III. Septembris arx sequebatur. 39) Hinc, dum Montes Hannoniæ adgredi vellent Fœderati atque longius a castris suis recesserant, Galli ipsis se obiiciebant, eosdem commeatu intercluſuri. Fit igitur XI. Septembris ad Blaugium seu Malplacquetum, prœlium sanguinolentum, quo Fœderati Gallos, intra castra triplici vallo munita se continentes, adoriuntur, & dubia sub initium videbatur victoria, vsque dum Eugenius Princeps, iniectis maioribus globis ignitis, hoſtium castra perrumperet, idemque in fugam coniiceretur, ita, vt penes Fœderatos cruenta maneret victoria. 40) Primus victoriæ Fructus ex Montium obsidione paucos post dies suscepta, quæ etiam XXIII. Octobris ad deditionem fuerunt compulsæ. 41)

§. XXVII. In Germania, nouis Annæ Reginæ & Belgarum litteris 42) excitati Imperii Status, præter decreta iamdum trecentena millia, nunc decentena Ioachimicorum millia ad vſum belli in ærarium militare conferenda, vna cum exercitu octoginta millium pro Circulorum rata conferendo, decernunt. 43) Tardius tamen conueniente milite Germanico, multis etiam Statuum, nec militem, nec argentum, prout debebant, mittentibus, parum fructuoſi efficiebatur, quin potius Mareſchallus de Harcourt Rhenum transiret, & quidquid frumenti vel annonæ cis Rhenum reperiebat, consumeret. Increscentibus autem Rheni vndis, trans Rhenum redit. 44) Postquam Elector Brunsuicensis aduentasset, Mercium Comitem, Augusto mense, vna cum Comite la Tour per territorium Basileense in Alsatiam mittit, qui, postquam Rhenum prope Neuburgum transiisset, vlterius, occupato Neuburgo, in Burgundiam tendit. Galli autem collecto duodecim millium milite, sub Comite du Bourg Mercio se opponunt. Ventum XXI. Augusti prope Rumersheimium ad manus, in quo dubia sub initium victoria: Germani demum, occiso Breunero Comite, vulnerato Mercio profligantur; mille ducentis illorum occisis, mille quingentis captis. 45) Elector equidem in procinctu erat, vt Mercium se-

nir, ou arrêter le cours de leurs victoires. Ce que je viens de dire eſt ſi vraiſemblable, que dans le temps même qu' on travailloit aux négociations de la Paix à la Haye, le Maréchal de Villars aſſembloit ſes Troupes, près de la Baſée & de Lens, vers le commencement du mois de Juin. MVLLER *c. XCIX.*

39) SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 261. MVLLER *c. XCIX.* HIST. DV PRINCE d' ORANGE *p. II. pag.* 146. & *p.* 159. *je dirai ſeulement, que le Siége de cette Forteresſe a eu ceci de particulier, qu' on la attaquée par deſſus & par deſſous, qu' on évanta pluſieurs Mines des Aſſiégez, qu' ils en firent ſauter pluſieurs autres avec des effets différens, qu' il ſe donna pluſieurs petits combats ſouterrains entre les Mineurs, qui n' avoient pour toutes armes que des Pics, les Grenades, & des Piſtolets, que les Travailleurs des Aſſiégeans avoient à ſe défendre contre les Mines & contre l' eau qu' ils rencontroient en grande abondance dans de certains endroits & qu' ils ne pouvoient faire écouler qu' avec beaucoup de peine.* RINCK *p.* 489. LETTRES HISTOR. *Juillet* 1709. *p.* 124. *Août pag.* 241. *Sept. pag.* 338.

40) SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *pag.* 279. MVLLER *c. C.* HIST. DV PRINCE d' ORANGE *p.* II. p. 165. *on crût même que les Alliez avoient pû attaquer ce tour la (IX. de Septembre) les François avec moins de difficultez & plus d' avantage, qu' ils n' en trouvérent dans la ſuite, s' ils n' avoient pas jugé à propos d' attendre les Troupes qui venoient de Tournai, & qui n' arriverent que la nuit du* 10. *à l'* 11. *Cela donna le temps au Maréchal de Villars de ſe poſter avantageuſement, faire de grands abatis de bois, & d' élever jusqu' à trois Retranchemens l' un ſur l' autre, dans les endroits les plus foibles. Dans cette diſpoſition les Alliez aprirent, comme un prélude de leur victoire, que le* 10. *au ſoir, le Général Détum avoit emporté St. Guillain, l' épée à la main & fait la Garniſon priſonniere.* Et p. 166. *Jamais on n' a vû d' Action plus vive de part & d' autre, ni de plus horrible carnage; le Combat fut long & les François défendirent le Terrain avec tant d' opiniatreté, que la victoire ne ſe déclara entierement pour les Alliez, que vers le* 3. *heures après midy.* Sequuntur inde variæ de hoc prœlio relationes, demum *pag.* 182. additur: *elle leur a coûté pluſieurs Généraux, Officiers, & Perſonnes de diſtinction, outre un grand nombre de Soldats. Selon les Liſtes qui furent publiées, les ſeuls Hollandois, dont les Troupes furent le plus expoſées au feu des Ennemis, eurent* 8. *a* 10. *mille hommes tuez ou bleſſez, & tous les Alliez enſemble,* 5547. *morts, &* 12806. *bleſſez.* Vocatur hoc prœlium etiam *la Bataille de Tamieres, Malplaquet, St. Aunoi, Blaugies*, quæ loca circumiacentia. LA CLEF *Oct.* 1709. *pag.* 324. *Nov.* 1709. *pag.* 393. RINCK *p.* 493. LETTR. HIST. *Oct.* 1709. *p.* 451. 500. *Dec. p.* 753.

41) SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 282. MVLLER *c. CI.* HIST. DV PRINCE d' ORANGE *p. II. p.* 196. LA CLEF *Nov.* 1709. *p.* 397. 413. *Decembre pag.* 463. RINCK *pag.* 503. LETTR. HIST. *Nov.* 1709. *p.* 664.

42) Extant litteræ Britannicæ apud MVLLERVM *Leben Marlboroughs c. XCVI. XCVIII.*

43) RINCK *p.* 457. Extant Acta in FABRI *Staats-Cantzelley Tom. XII. c. VII.* ELECTA IVRIS PVBL. *Tom. I. p.* 687. 928. 1071.

44) RINCK *pag.* 468.

45) RINCK *pag.* 469. Hanc Germanorum cladem optime describit HIST. DV PRINCE d' ORANGE p. II. pag. 203. *L' Electeur de Hanovre, qui commandoit l' Armée de l' Empire, ayant fait pluſieurs mouvemens pour attirer les François au Combat avoit détaché le Général Merci avec environ* 7000. *hommes, pour tâcher de pénétrer ſur les Terres de la France. Ce Général étant paſſé ſur le Territoire de Bâle, entra dans la Hautte Alſace, & vint à Neubourg ſur le Rhin, où il fut joint par le Général de la Tour avec un Corps de Dragons, & d' Infanterie. Mais les François ayant été avertis de ces mouvemens, firent un gros détachement de leur Armée ſous les ordres du Comte du Bourg, qui attaqua le Général Merci avant qu' il eut eu le temps de ſe retrancher, le défit entierement, diſperſa ſes Troupes, & fit un bon nombre de Priſonniers, autre près de* 1000. *hommes qui reſterent ſur la Place. Le Général Breuner même y fut tué en combattant.* LAGVILLE Hiſt. d' Alſace Tom. II. p. 335. nimium extollit hanc victoriam, inter alia ſcribens: *Les Imperiaux perdirent dans cette journée deux mille hommes tuez ſur la place, & deux mille ſix cens priſonniers, quatre pieces de canon, en quoy conſiſtoit toute leur Artillerie, tous leurs Bagages, leur pont*

um sequeretur, ast, audita hac clade, illud potissimum agebat, vt hostium conatus infringeret. 46)

§. XXVIII. In Hispaniæ possessione Galli, licet circa relinquendum hocregnum, per Tractatus Hagæ Comitum institutos, spem facerent, magis se firmare conabantur, dum Asturiæ Principi, Andegauensis gnato, VII. Aprilis in die Quasimodogeniti ab Hispaniæ Proceribus iuramentum præstari vellent. 47) Eodem anno, dum Hispani Oliuentzam frustra obsiderent, Lusitani Pacem Augusti tentant, sed ab Hispanis ad Gudinam Cayæ fluuio propinquam VII. Maii magna clade cæduntur. 48) In Arragonia vero, dum Galli Benascum tentant, vrbe iamdum occupata, a Stahrenbergio Comite ab arcis oppugnatione repelluntur. Eidem Balaguer ad Segram amnem cedere coguntur. 49)

§. XXIX. In Sabaudia, ob controuersias, quæ inter Cæsarem & Sabaudum fuerant suborræ, bellum hærebat. Licet enim fœdus cum Sabaudo ab anno 1703. singulis trienniis fuisset renouatum, territorium etiam Alexandrinum vna cum Montisferratensi Marchionatu ipsi fuisset cessum, 50) territorium tamen adhuc Vigeuanense, & Nouarense ipse ex fœdere cum Leopoldo adhuc petebat, vna cum iure in feuda Landarum, 51) quæ cum Cæsar concedere nollet, 52) tardior erat in isto tractu belli adparatus, Daubnius, qui Cæsaris copias ducebat, Sabaudicis minime suffultus, Gallis se imparem videbat. Pace vero cum Papa concluſa, nouus ipsi miles Cæsareus accedebat, hinc Gallos in Sabaudia prope Constantiam adgreditur, eosdemque cædit, Annecy aliaque loca recuperat, sed ingruente hyeme, in Pedemontanum Ducatum reuertitur. 53)

§. XXX. Sub initium anni 1710. facto XIII. Iunii decreto Comitiali, archithesaurarii munus Electori Hannouerano consertur, de quo XII. Aprilis a Cæsare inuestitur. 54) Mirandula etiam, solutis septingentis millibus aureis, Mutinensi Duci conceditur. 55) Hinc, dum Sueci, Crassouio Duce, ex Polonia in Pomeraniam transirent, Saxones inuasionem verebantur. Imp. igitur cum Anglis Belgisque metuens, ne Dani & Saxones copias suas ex Belgio reuocarent, de milite modio, vulgo *Neutralitets-Armee* componendo, consilia capiebat, qui id agerent, ne ab vtraque parte Germanicæ prouinciæ infestarentur. Singulari pacto hoc Hagæ Comitum XXXI. Martii 1710. fuit concluſum, & licet Borussicæ atque Hannouerianæ copiæ iam præsto essent, effectu tamen totum negotium destituebantur, partim quod Sueci eandem acceptare nollent, tanquam

de bateaux, plusieurs drapeaux, etendarts & tabliers du Timbale que le Comte du Bourg envoya aux Roy. On remonta des Regimens entiers avec les chevaux pris dans cette action.

46) RINCK *p.* 471.

47) LA CLEF *Mai* 1709. *p.* 306. *Iuin p.* 371. HISTOR. DV PRINCE d' ORANGE *p. II. p.* 207.

48) RINCK *p.* 506. SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 258. LA CLEF *Iuillet* 1709. *p.* 5. *Août p.* 108. HIST. DV PRINCE d' ORANGE *p. II. pag.* 208. *outre cela, les Portugais furent battus le 7. de May, entre Fuente Maior, & Baiaios, à l' occasion d' vn fourrage que les François firent faire à dessein de les attirer au Combat. Les Alliez étoient commandez par le Marquis de Frontera, & par Milord Gallowai, qui fit des merueilles dans cette Action, quoi qu' il n' eut pas été d' avis de donner la Bataille. Le Marquis de Bai qui commandoit l' Armée du Roi Philippe ayant attaqué celle des Portugais, mit en déroute leur Cavallerie, fit trois Regimens d' Infanterie Prisonniers, & le reste s' étant formé en vn Bataillon quarré, ne se sauva qu' avec peine a Campo Maior.* LETTRES HISTOR. *Iuin* 1709. *pag.* 678. vbi vocatur *La Bataille d' Ataläya.*

49) SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 289. RINCK *pag.* 506. HIST. DV PRINCE d' ORANGE *p. II. p.* 208. *Les Alliez se dedomagérent vn peu de ces pertes, en obligeant les Troupes du Roi Philippe, de lever le Siége d' Olivença, & se rendant maitres en fuite de Balaguer qu' ils avoient assiégé, & dont ils firent la Garnison Prisonnière de guerre. Outre cela la Flote des Alliez prit dans la Mediterranée vn grand Nombre de Bateaux chargez de grains, dont on avoit grand besoin non seulement en France, mais auſſi en Espagne.*

50) *Vide supra §. XXIV.*

51) Feuda Langharum siue Landæ in locis desertis Montisferratensis Marchionarus consistentes a flumine Tanagri ad flumen Orbæ, & ad litus matis. Feuda hæc ab antiquo erant Imperii, verum concesserat Leopoldus per singulare diploma VIII. Februarii 1690. vt Sabaudiæ Dux eadem tanquam Imperii subfeuda teneret, eademque per fœdus cum Sabaudo a. 1702. initum, eidem confirmauerat. Verum, cum Marchio Carretanus & reliqui possessores feudorum Langarum demonstrarent, illa esse feuda Imperii, per singulare decretum Iosephi XXX. Decembris 1708. omnes concessiones Sabaudo desuper factæ, plane abolentur, & per aliud diploma Iosephi XXIX. Iulii 1709. pro feudis Imperii declarantur. Dum autem desuper protestarentur Sabaudiæ Dux, instantibus Anglis Belgisque, per decretum Iosephi XIX. Aprilis 1710. quædam feuda secundum §. XCV. pacis Monasteriensis ipsi adsignantur. Sed nec his contentus Dux, hæc feuda per constitutos Cæsaris Commissarios XXVIII. Martii 1711. Duci ex iure Marchionatus Montisferratensis addicuntur. Mortuo tamen paullo post Iosepho, hoc decretum executioni non fuit mandatum. Collegio Electorali Francofurti congregato, dum circa conficiendam Capitulationem essent sollicitæ, vtraque pars iura sua scriptis deducebat, petens, vt per Capitulationem controuersia componeretur, sed nihil obtinuerunt, potius *art. X.* Capitulationis Carolinæ decernitur, causam feudorum Italicorum probe esse examinandam. Vid. ZECHS *gegenwärtige Verfassung der Kayserl. Regierung in Teutschland p.* 268. *sqq.* HISTORIE RASTADTISCHEN FRIEDENS *p.* 129.

52) Quid circa hanc controuersiam actum, exponitur in LA CLEF *Sept.* 1709. *p.* 29. & HISTORIE RASTADTISCHEN FRIEDENS *p.* 125.

53) RINCK *p.* 509. LA CLEF *Octobre* 1709. *p.* 281. *Novembre p.* 370.

54) RINCK *p.* 522. ELECTA IVRIS PVBL. *Tom. II. pag.* 55. FABRI *Staats-Canzeley Tom. XII. c. XV.*

55) RINCK *p.* 523.

56) RINCK

quam sibi minus fauentem, partim etiam, quod mortuo interim Iosepho, durante Interregno, Septentrionales Fœderati Suecorum in Germania prouincias inuaderent. 56) In Bellicis vero negotiis hoc anno, dum Gronsfeldius Comes militi Germano præerat, ab vtraque parte nihil tentabatur. 57)

§. XXXI. In Belgio a. 1710. postquam Fœderati XXI. Aprilis Gallorum munimenta limitanea ad Dylam perrupissent, 58) castrum Mortaigne occupant, Duacum obsident, idemque XXVII. Iunii deditione capiunt. 59) Inde XXIX. Augusti Bethunam occupant, 60) & post hæc XXX. Septembris S. Venantii castrum, 61) quod post bimestrem obsidionem & octo millium cædem IX. Nouembris Aria sequebatur. 62) Et licet V. Augusti Galli ex improuiso Louanium adorirentur, idemque intrarent, a Ciuibus tamen mira fortitudine iterum fuerunt eiecti. 63) Dum vero post Iosephi mortem maior exercitus pars ad superiorem Rhenum hæreret, pro defendenda contra Gallorum insultus Germania, parum a. 1711. in Belgio proficiebatur.

§. XXXII. In Hispania felix hic annus erat Fœderatis. Postquam enim Philippus Andegauensis ob Segræ inundationes, & annonæ defectum, obsidionem Balaguer XVIII. Maii soluere fuisset coactus, 64) obuiam ipsi procedebat Carolus, nouis copiis firmatus, de ipso primum ad Almenaram Arragoniæ, in Cataloniæ confiniis victor, 65) post XX. Augusti ad Cæsaris Augustam, Arragoniæ Metropolim, insignem victoriam adeptus. 66) Hanc prosecuturus Carolus III. cum exercitu Castiliam intrat, & Madritum vsque pergit, Andegauensi Duce cum Magnatibus ipsi fauentibus Vallisoletum, inde Victoriam Biscaiæ, cum regni insignibus & regia familia fugiente. Facile fuisset, omnem Hispaniam Carolo subiicere, si Lusitani exercitum suum iungere voluissent. Dum vero isti hoc recusarent, Galli nouis copiis augerentur, atque Fœderatis victus necessaria deficerent, Castiliam relinquere fuerunt coacti. 67) In reditu, exercitus ob commeatus rationem, se separabat. Galli igitur Anglorum copias cum Duce suo militari, Stanhopio in vrbe Brihegua includunt. Et licet Stahrenbergius ipsis in auxilium properaret, a Gallis tamen iam ante Stahrenbergii aduentum, IX. Decembris ad deditionem fuerant compulsi. 68) Sequitur insequenti die ad Villam vitiosam prœlium, quo Galli primum superiores, post, recuperatis viribus, Stahrenbergius prœlii campum obtinet, Gallosque fugat. Hi tamen, dum copiis longe essent superiores, ipse demum, annona & reliquo

56) RINCK *pag.* 527. vbi etiam pactum de hac Neutralitate extat. *Ruhe des ietztlebenden Europa p. IV. n. I.* ZSCHACKVVITZ *Leben Iosephi p.* 771. LA CLEF *Iuillet* 1711. *p.* 61. *Oct. pag.* 268. ELECTA IVR. PVBLICI *Tom. II. p.* 306. 1011. *Tom. III. p.* 390. BVCHER - CABINET *p. IX. p.* 707. FABRI *Staats-Cantzelley Tom. XV. cap. IX. Tom. XXIX. c. III.*

57) RINCK *p.* 544.

58) RINCK *p.* 562. HIST. DV PRINCE d' ORANGE *p. II. pag.* 217. SPAN. SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. p.* 298.

59) RINCK *pag.* 564. HIST. DV PRINCE d' ORANGE *p. II. pag.* 217. Idem p. 223. *selon les Listes la Guarnison eut* 4000. *hommes tuez ou blessez; & les Assiegeans*, 2142. *morts*, & 5465. *blessez, outre les Ingenieurs, les Mineurs, & les gens d' Artillerie. On peut iuger par là que le Siège fut sanglant & difficile, & si le Ciel, par vne secheresse presque continuelle, n' avoit pas favorisé les Alliez, il leur en auroit couté bien d' avantage.* LA CLEF *Iuin* 1710. *pag.* 411. *Août pag.* 121. SPAN. SVCCESSIONS - KRIEG *pag.* 301. LETTR. HISTOR. *Iuin* 1710. *pag.* 669. *Iuillet pag.* 83. *Sept. pag.* 349.

60) RINCK *pag.* 566. HISTOR. DV PRINCE d' ORANGE *p. II. p.* 229. LA CLEF *Sept.* 1710. *p.* 213. *Oct. p.* 271. *Nov. p.* 301. SPAN. SVCCESSIONS - KRIEG *pag.* 306. LETTR. HIST. *Août* 1710. *p.* 177.

61) HISTOR. DV PRINCE d' ORANGE *p. II. p.* 239. LETTR. HISTOR. *Oct.* 1710. *p.* 441.

62) RINCK *p.* 567. HIST. DV PRINCE d' ORANGE *p.* 243. LETTRES HISTOR. *Oct.* 1710. *p.* 450. *Nov. p.* 591.

63) LETTRES HISTOR. *Août* 1710. *p.* 184. *Oct.* 1710. *p.* 461. Ob hanc fidem igitur, a Senatu Regiminis Belgici claue aurea fuerunt donati.

64) SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. pag.* 302. HIST. DV PRINCE d' ORANGE *p. II. p.* 354.

65) KINCK *p.* 568. SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *pag.* 309. HIST. DV PRINCE d' ORANGE p. II. p. 255. *Ce ne fut là qu' vn Combat de Cavallerie; mais il se donna dans le mois suivant vne Bataille en forme, qui auroit pu decider la querelle entre les deux Rivaux de la Couronne d' Espagne, si l' Armée Portugaise avoit joint celle du Roi Charles.* LA CLEF *Oct.* 1710. *p.* 229. LETTR. HISTOR. *Sept.* 1710. *p.* 312.

66) RINCK *p.* 570. HIST. DV PRINCE d' ORANGE *p. II. p.* 255. & *p.* 256. *Le plus grand effort de l' Armée du Roi Charles tomba sur l' Infanterie du Roi Philippe qui fut en route, ou faite Prisonniere. On suisoit monter le nombre de Morts à* 6000. *& celui des Prisonniers autant, outre* 15. *Etendarts* 72. *Drapeaux*, 22. *pièces de Canon, & tout le Bagage, qui furent pris.* LA CLEF *Octob.* 1710. *p.* 234. *Nov. pag.* 301. LETTRES HISTOR. *Sept.* 1710. *p.* 283. 339. *Oct. p.* 379.

67) RINCK *p.* 571. HIST. DV PRINCE d' ORANGE p. II. p. 263. *cependant le Roi Charles s' avança vers Madrid qui luy ouvrit ses Portes, il y entra, il y fut reçu avec de grands applaudissemens, & ses Troupes s' emparerent auſſi de Tolede. Mais ces grands succès furent tout à coup arrêtez & rendus presque inutiles, par le refus que la Cour de Lisbonne fit de joindre l' Armée Portugaise à celle du Roi Charles, malgré toutes les instances que ce Prince fit pour cela de sorte que son Armé diminuant tous les iours, pendant que le Roi Philippe recevoit de nouvelles troupes de tous côtez le Roi Charles fut contraint d' abandonner toute la Castille, au mois de Decembre & le Roi Philippe revint à Madrid peu de temps après.* LA CLEF *Nov.* 1710. *pag.* 318. LETTR. HISTOR. *Oct.* 1710. *p.* 433.

68) LA CLEF *Fevr.* 1711. *pag.* 154. RINCK *pag.* 573.

liquo adparatu deficiente, in Cataloniam se recipere fuit coactus. 69) Inde Cataloniæ Gironnia XV. Decembris a Gallis fuit obsessa & XXV. Ianuarii 1711. capta, 70) vt Cæsareis præter Barcellonam & Tarraconam nihil supereſſet. Mortuo interim Iosepho Imp. Carolus in Germaniam, inuitis licet Catalonis, regrediebatur, relicto apud eosdem Starhenbergio, qui, dum Galli copiis longe essent superiores, ægre Cæsaris reliquias contra Gallorum insultus seruauit. Sardiniam Galli & Orbitellum hoc anno fruſtra tentabant. 71) A Fœderatis interea quærebatur, qua ratione Galliæ bellum esset inferendum. Hinc XXV. Iolii ad Settam & Agdam Languedoci cum classe isti adpellentes, mille sexcentos homines exponebant, eo potiſſimum sinu, vt qui adhuc in Galliis reliqui Proteſtantes ipsis accederent. Verum, contra ipsos ex Catalonia properante Noaillio, pedem retro figere, & copias suas nauibus iterum imponere coguntur. Licet hæc Fœderatorum expeditio ad victorias Caroli Hiſpanicas haut parum momenti attulerit. 72)

§. XXXIII. Antequam hoc bellum finiamus, exponendum adhuc erit, quid Iosepho imperante, circa Pacis negotium fuerit gestum. Primus Gallorum de pace conatus post prælium ad Caſſanum erat, dum a. 1705. per nuntium Papalem, Viennæ, Hiſpanicæ Monarchiæ partem Auſtriacæ domui offerrent, Cæsare tamen hæc recusante. 73) Noua pacis consilia, per Marchionem d' Alegre, qui perrumpendo Brabantiæ aggeres captiuus factus, Belgis proponebantur, quibus Carolo Neapolis & Siciliæ regnum, vna cum Ducatu Mediolanensi, & pro reliquo pecuniæ summam, Belgium Electori Bauariæ offerebant,

69) Dubiæ sunt relationes, vtraque parte victoriam sibi tribuente. Galliis hanc plene tribuit LA CLEF Fevr. 1711. *quant à sa* (du Comte Stahrenberg) *retraite, il la fit du côté de Siguenca avec tant de précipitation, qu' outre le Champ de Bataille, les Drapeaux & les Etendars, en fort grand nombre il laiſſa au Vainqueur tous les Bagages, Equipages d' Artillerie, 20. pièces de Canon, deux Mortiers & 8000. fuſils des morts, priſonniers ou fuyards. Il reſta 4000. hommes ſur le Champ de Bataille, trois mille furent faits priſonniers dans l' action, parmi lesquels ſont pluſieurs Officiers Generaux & entr' autres le Général de Bekaſſel, Commandant des Troupes Auxiliaires d' Hollande, & le Maior Général de St. Amand. Mr. Valeio, qui ne ſe trouva point à la Bataille avec ſon détachement, (non plus que pluſieres autres, qui battoient l' eſtradie) ayant joint la nuit Mr. de Staremberg dans ſa retraite lui enleva encore 2300. hommes la plupart Cavalerie; de ſorte que le nombre des priſonniers que les Eſpagnols firent ce iour là où le tout prédſant a Brihuega, montoit déja à environ neuf mille hommes, ſans y comprendre les deux Regimens de Cavalerie Portugais & Allemands, dont on a parlé plus haut.* Verum hoc eſt, Cæsareos tormenta & propria & a Gallis capta in campo, ob equorum defectum relinquere coactos fuiſſe, quod anſam dedit credendi, quaſi Gallis ipſorum Galli fuiſſent potiti. Sed alia eſt relatio in HIST. DV PRINCE d' ORANGE p. II. p. 268. *La Lettre que le Comte de Staremberg écrivit au Roi Charles après la Bataille, parle plus nettement, & contredit les Relations Françoiſes à pluſieurs égars. Il reconnoit que les Eſpagnols l' attaquérent, & qu'ils l' attaquerent ſi vigoureuſement, que l' Aile gauche de ſon Armée fut d' abord miſe en déroute & 7. Bataillons avec 13. Eſcadrons des Alliez défaits au commencement de l' Action. Mais il ajoute que ſes Troupes s' étant ralliées auſſitôt, les Eſpagnols, quoi que fort ſuperieurs, furent pouſſez à leur tour, Droite & leur Gauche miſe en déroute, qu' il les pourſuivit une demilieüe, que le Carnage devint ſi grand que plus de 6000. hommes des Ennemis reſterent ſur la Place: qu' outre beaucoup de Drapeaux & d' Etendars, on prit leur Artillerie, quoi que faute de Chevaux il ne fut pas poſſible de l' emmener non plus que la ſienne, & qu' il ne ſe retira du Champ de Bataille que le lendemain du Combat. Ainſi le Roi Charles prétendit avoir gagné la Victoire, auſſi bien que le Roi de France, & on en chanta le Te Deum a Barcellonne & à Vienne, de même qu' à Paris.* Idem dicit RINCK *p.* 573. Licet his relationibus contradicat LA CLEF *Mars* 1711. *pag.* 154. LETTRES HISTOR. *Ianv.* 1711. *pag.* 87.

70) HIST. DV PRINCE d' ORANGE *p. II. p.* 269. LA CLEF *Mars* 1711. *p.* 153. LETTRES HIST. *Fevr.* 1711. *p.* 239. *Mars p.* 339.

71) SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *p.* 294. RINCK *p.* 575.

72) Hanc expeditionem tali modo describit HIST. DV PRINCE d' ORANGE p. II. pag. 252. *Vne Eſcadre des Alliez forte de 16. Vaiſſaux de Guerre & de trois Brulots, ayant debarqué quelques Troupes pour la Catalogne croiſe pendant quelques tours le longe des côtés du Languedoc pour y donner l' allarme & le 25. de Juillet, elle mit à terre 15. à 1600. hommes entre le Cap de Cette, & celui l' Agde, qui s' étant avancez vers le Fort de Cette, ils s' en emparerent. Mais ayant apris que les Milices du Pays s' avançoient, & que le Duc de Noailles étoit arrivé avec vn détachement de l' Armée de Catalogne, ils rembarquerent promptement leur monde 3. iours après à la faveur du Canon de leurs Vaiſſeaux; Mais comme les François étoient presque ſur eux, ils ne purent ſauver 50. ou 60. hommes, qu' ils avoient laiſſé dans le Fort de Cette, pour aſſurer leur Retraite, & qui furent faits Priſonniers, non plus que 30. ou 40. autres, qui s' étoient éloignez, pour lever des Contributions. Le but principal de cette Expédition étoit de faire vne diverſion en faveur du Roi Charles, & on peut dire qu' à cet égard elle reüſſit, puiſqu' elle obligea le Duc de Noailles, de quitter le Lampordan, & de ſecourir au ſecours du Languedoc.* LA CLEF *Sept.* 1710. *p.* 169. LETTR. HIST. *Sept.* 1710. *p.* 283.

73) Patet hoc ex litteris Gallorum Regis ad Papam ſcriptis: *Lorsque nous remimes à l' Arbitrage de Vôtre Sainteté de régler les droits de l' Empereur par vne compenſation ſur les Etats de la Monarchie d' Eſpagne, les Miniſtres de Vôtre Beatitude furent chargez du ſoin d' en faire la propoſition à ce Prince, mais avec quelle hauteur ne l'a-t-il pas rejettée, ayant dit des choſes exorbitantes & demandé avec fierté le rapel de nôtre Petit-Fils. Qui auroit cru, Tres-Saint Pére; qu'il ſeroit vne Reponſe ſi orgueilleuſe à vn Roi infidéle, au Miniſtre de Vôtre Sainteté & à nôtre amour pour la Paix? Car la conionCture bien loin d' être favorable à la Maiſon d' Autriche, ſembloit alors la menacer, par la ſuperiorité de nos forces & par le gain de la Bataille de Caſſano.* LETTR. HIST. *Avril* 1707. *p.* 453.

74) BVCHER.

bant, sed & hæc Belgæ Fœderati reiiciebant. 74) Noua pacis consilia, licet nondum seria ferebant post prælium ad Ramillia cum. Galli enim, post tot acceptas clades, Fœderatis se impares videntes, id potissimum agebant, vt illos inuicem diuiderent, inter eosdemque æmulationem excitarent, probe considerantes, nisi diuisis Fœderatis, conditiones se parum æquas obtenturos. Hinc per Bauarum Belgis non solum, sed etiam Marlborugio pax offerebatur, vtrisque respondentibus, ni Galliæ Rex conditiones Fœderatis æquas proponeret, nihil esse sperandum. 75) Insequenti anno 1707. a Papa petebat Gallorum Rex, vt medium se gereret inter partes litigantes. Offerebatur Belgis finium securitas, domui Austriacæ Regnum Neapolitanum & Siciliæ, vna cum Insulis maris Mediterranei & Ducatu Mediolanensi, reliquis arbitrio Papæ relictis. Sed, neque hæc Cæsari sufficere videbantur. 76) Tandem vero a Belgis id obtinuit Gallorum Rex, vt Halæ Brabantiæ prope Bruxellas, Belgarum legati Renswoudius & Bergius cum Rouillio a Gallis misso, & Comite de Bergheick Hispanorum deputato, Martio mense 1709. de capitibus, quæ Præliminaria dicuntur, agerent, 77) idque Rouillius obtineret, vt ipsi Antwerpiam venire concederetur, Gallis ipsi adhuc Voisinum adiungentibus. 78) Ibidem cum Belgarum legatis solummodo agebatur, id quod Cæsarem potissimum, Anglos etiam commouere videbatur. Postquam autem Torcius Marchio cum Rouillio præside. Maio mense Hagam Comitum venisset, accedebant a Cæsaris parte Eugenius Princeps, vna cum Sintzendorfio Comite, ab Anglis Marlborugius & Townsendius, 79) qui postquam de certis conditionibus inter se conuenissent, quæ fundamenti loco esse possent ad pacem futuram, easdem, tanquam pacis Præliminaria, quæ XL. articulis constant, XXVIII. Maii signabant. 80) Tenor illorum erat, vt omnis Hispania cum proinciis subiectis Carolo III. intra bimestre spatium cedat, & si Andegauensis renuat, ipse Gallorum Rex armata manu illum eiiciat. Argentoratum cum singulis fortalitiis & Brisacum Imperatori tradatur, reliqua Alsatia Gallis, secundum pacem Westphalicam relinquatur; Rheinfelsa, Hallo-Castellano adsignetur, de abolenda clausula IV. articuli Pacis Ryswicensis agatur. Anglorum Reginam pro legitima Galli, & successionem Protestantium adgnoscant, Terram nouam Anglis cedant, Dunckerkæ munimenta solo æquentur, Prætendenti in Angliam, Gallis interdicatur, Portugalliæ Regi cedatur, quidquid illi a Fœderatis fuerat promissum. Borussiæ Rex pro tali agnoscatur, atque in legitima possessione Principatus Noui Castrensis confirmetur. Belgium Hispanicum Carolo III. restituatur, ita tamen, vt Furnæ, Insulæ, Tornacum, Condatum, aliaque munita oppida Belgis Fœderatis in securitatem cedantur. Nonus Electoratus in Imperio adgnoscatur, Sabaudiæ Dux in integrum restituatur, concessis ipsi munimentis Exilles, Fenestrelles & Chaumont. De restituendo Electore Colonienſi & Bauaro in Tractatione Pacis Generalis agatur, in hac etiam singulis liberum sit, postulata sua proponere. Armistitium interim publicetur, dum Galli in pacis securitatem ante diem XV. Iunii Namurcum, Montes, Caroloregium, inde post quatuordecim dies, Luxemburgum, Condatum, Tornacum & Malobogium, atque ante XV. Iulii Nieuportum, Furnas & Yperam restituant. Restituta Hispania omni, armistitium duret vsque ad Pacem generalem concludam. Dum autem Torcius se ad duras hasce conditiones subsignandas instructum haut esse declararet, hæc Præliminaria ad Regem suum deferebat, relicto Hagæ Comitum Rouillio. Sed reiiciebantur ista a Rege, licet Rouillius adhuc declararet, si capita quædam ratione Alsatiæ, Sabaudiæ Ducis, & potissimum art. XXXVII. ratione restitutionis Hispaniæ mitigarentur, 81) Regem facile esse assen-

74) BVCHER-CABINET *p. XV. p. 824.*

75) Extant hæc litteræ in ACTES & MEM. DE LA PAIX D' VTRECHT *Tom. I. p. 1.* MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. p. 298.* LETTRES SVR LA CONDVITE DE LA PRESENTE GVERRE *Tom. I. p. 21.* & vernaculo sermone apud MVLLERVM *Leben Marlboroughs c. LXXIII.* HIST. DV CONGRES D' VTRECHT *p. 81.* LETTR. HISTOR. *Dec. 1706. pag. 688.*

76) Extat hæc Papæ Epistola in ACTES & MEM. DE LA PAIX D' VTRECHT *Tom. I. p. 13.* LETTRES SVR LA CONDVITE DE LA GVERRE *p. I. p. 33.* MEM. DE LA GVERRE *Tom. II. p. 308.* in quibus hæc verba: *L' Empereur donc peut seul s' expliquer à prefent, il dependra de ce Prince, que le Milanez, Naples & Sicile, avec les autres Isles de la Mediterranée dependantes d' Espagne, soient iamais reünies dans sa Maison. On conviendroit aisement d' vne Barriere pour la République des Provinces Vnies., & les deux precuxtes de la Guerre étant ainsi levez, il seroit facile de mettre fin aux malheurs dont l' Europe est depuis si long-tems accablee.* HIST. DV CONGRES *p. 86.*

77) LA CLEF *April 1709. p. 302.*

78) LA CLEF *May 1709. p. 348. Iuin p. 411.*

79) LA CLEF *Iuin 1709. pag. 412.* HIST. DV CONGRES *p. 98.* LARREY *Histor. de Louis XIV. Tom. IX. p. 239.*

80) LA CLEF *Iuill. 1709. p. 54. Aoüt pag. 82.* LETTRES *sur la Conduite de la presente Guerre Tom. I. p. 156.* ACTES & MEM. *Tom. I. pag. 77.* HIST. DV CONGRES *p. 103.* HIST. DV PRINCE D' ORANGE *Tom. II. p. 141.* ELECTA IVR. PVBLICI *Tom. I. p. 502.* FABRI *Staats - Cantzeley. Tom. XIV. pag. 749.* BVCHER-CABINET *p. VIII. p. 433. p. XII. p. 327.* LETTR. HISTOR. *Iuin 1709. p. 695.* RINCK *Leben Iosephi p. II. p. 472.* ZSCHACKWITZ *pag. 620.* Faciunt huc ELEVTHERII PATRIDOPHILI *Contemplationes super inchoato nuper, sed mox rupto vniuersalis Pacis negotio 1709. 4.* quibus hi pacis Articuli examinantur, & varia scripta hoc negotium concernentia, adiiciuntur.

81) *Art. XXXVII.* talis est: *Et en cas que le Roi Très-Chrétien éxecute tout ce qui a été dit ci-dessus, & que toute la Monarchie d' Espagne soit rendüe & cedée au dit Roi Charles III. comme il est accordé par ces Articles, dans le terme stipulé, un a accordé que la Cessation d' Armes entre les Ar-*

assensurum, cum durum potissimum videretur, vt Rex nepotem suum, Ducem Andegauensem ipse de throno turbaret. Sed, dum parum obtineret, ipse Rouillius reuocabatur. 82) Quam parum autem Gallis & Andegauensi hæc pacis negotia, Hispaniæ maxime cessio cordi fuerit, ex eo patet, quod non eodem solum tempore, quo hæc Hagæ Comitum fierent, Primogenitum suum in regno Hispaniæ successorem declarari faceret, 83) sed etiam contra Tractatus istos cum Fœderatis publico Manifesto protestaretur. 84)

§. XXXIV. Belgæ autem Anglique perspicientes, quantum momenti in ipsorum coniunctione situm, XXIX. Octobris 1709. Fœdus inter se concludunt, de securitate limitum Belgii & firmanda successione in linea Protestantium. 85) Quatuor Circuli etiam Fœderati per Recessum Heilbrunnensem XV. Maii 1709. inuicem conueniunt, vt omnis cura adhibeatur de Circulis iisdem in pristinum restituendis. 86) Torcius autem per litteras Pettecumium, Holsatorum Ducis Hagæ Comitum Residentem, vrgebat, vt a Belgis salui conductus litteras impetraret, pro nouis legatis, qui circa explicationem articuli XXXVII. agerent. Concedebatur ipsi, vt in Galliam abiret, nouas propositiones ibidem auditurus, quæ saltim in eo constabant, Regem Præliminaria ista ob XXXVII. potissimum articulum acceptare non posse, consentire tamen, vt per hyemem denuo de pace agatur. 87) Verum, dum hæc declaratio Fœderatis haut sufficere videretur, de bello continuando concludebatur. Hinc II. Ianuarii 1710. nouum pacis proiectum Torcius ad Pettecumium mittebat, de adgnoscendo Carolo III. pro Hispaniarum Rege, & copiis suis ex Hispania educendis, nec vllo auxilio amplius ferendo, in cuius fecuritatem quatuor Flandriæ, Alsatiæ vel Hispaniæ Ciuitates offerebat, restituendo Argentorato & Brisaco, adgnoscenda Anna, Magnæ Britanniæ Regina; munimentis Dunckerkæ solo aquandis, concedenda Anglis Terra Noua, cedendo Belgis & Sabaudis, quidquid per Præliminaria fuerit decretum. 88) Sed neque hæc Fœderatis acceptantibus. Torcius denuo Pettecumio declarabat, Regem Præliminaria pure acceptare, circa articulum XXXVII. saltim hærere, petere igitur, vt nouus instituatur Conuentus. 89) Acceptis salui conductus litteris, Mordicum veniebant Marchio d' Vxelles & Abbas de Polignac, cum quibus Belgarum delegati Buisius & van der Dussen IX. Martii prima vice in naui conferebant. 90) Postea per Martium & Aprilem mensem noui congressus erant Gertrudenbergi, quibus Gallorum legati, Hispaniæ quidem regno se cessuros declarabant, ita tamen, vt vel Arragoniæ regnum vel Neapolitanum & Siciliæ Philippo relinqueretur. Tandem solum Regnum Neapolitanum & Sardiniæ postulabant. Et licet Fœderati hæc facile concessissent, Galli tamen de Philippi consensu spondere nolebant, certam saltim argenti summam offerebant, ad bellum contra Philippum continuandum, dum Fœderati pacem vellent vniuersalem, facile sibi persuadentes, Gallos Philippum in retinenda Hispania quauis ope esse sustulturos, & pacem nulla alia ratione petere, quam vt a finibus suis bellum auerterent. Habito igitur XXXI. Iunii vltimo congressu Tractatus isti Gertrudenbergenses, ægre licet hæc Gallis ferentibus, abrumpebantur, dum Gallorum artes in diuidendis Fœderatis satis aperte paterent. 91)

§. XXXV. Dum

mees des Hautes Parties en Guerre, continuera iusques à la Conclusion & à la Ratification des Traitez de Paix à faire.

82) LA CLEF *Iuillet 1709. p. 21. 47. 60. 84. 92.* HIST. DV CONGRES *p. 128.* LETTR. HISTOR. *Iuillet 1709. p. 59.*

83) *Vide supra* §. *XXVIII.*

84) LA CLEF *Nov. 1709. p. 347. 423.*

85) Repetitur in ACTES & MEMOIRES *Tomo I. p. 36.* MERC. HIST. *Mars 1712. p. 300.* vocatur, *der Barriere Tractat*, in cuius VI. articulo hæc verba: *qu' à cette fin L. H. P. pourront mettre & avoir Guarnison, comme ils le iugeront à propos, dans les Places suivans à scavoir, Neuport, Furnes avec le Fort de Knocke, Ypres, Menin, la Ville & sa Citadelle de Lille, Tournay & sa Citadelle, Condé, Valenciennes, & les Places qui on pourra conquerir encore sur la France; Maubeuge, Charleroi, Namur & sa Citadelle, Liere, Hale a fortifier, les Forts la Perle, Philippe, Damme le Chateaux de Gand & Dendermonde le Fort de St. Thomas étant attaché aux Fortifications de l' Escluse, & y etant entierement incorporé, demeurera & sera cedé en propriété à l' Etat, le Fort de Rodenhuysen en deça de Gand sera rasé.* Ast, quantum ab his Belgæ remiserint, patebit ex insequentibus. HIST. DV CONGRES D' VTRECHT *pag. 35.*

86) Extant hæc Acta in FABRI *Staats-Canzelley Tom. XIV. cap. VIII.* ELECTA IVRIS PVBLICI *Tom. III. p. 1051.*

87) LETTRES SVR LES NEGOCIATIONS DE PAIX *pag. 264. 282.* HIST. DV CONGRES D' VTRECHT *p. 135.* LETTR. HIST. *Ianv. 1710. p. 109.*

88) LETTRES SVR LES NEGOCIATIONS DE PAIX *pag. 265. 293.* HIST. DV CONGRES D' VTRECHT *p. 141.* ACTES & MEMOIRES *Tom. I. p. 62.* LETTRES HISTOR. *Fevr. 1710. p. 183.*

89) LETTRES SVR LES NEGOCIATIONS DE PAIX *p. 301.* LETTR. HIST. *Mars 1710. p. 303.*

90) LETTRES ET NEGOCIATIONS *p. 301.* HIST. DV CONGRES *p. 149.*

91) HIST. DV PRINCE D' ORANGE p. II. p. 214. *ainsi pour gagner du temps, & pour d' autres vuës qu' il n' est pas difficile de deviner, il a encore recours aux Negociations, & il obtient des Conférences. Pour les commencer au plutôt, le Maréchal d' Vxelles, & l' Abbé de Polignac, qui peu de temps après fut fait Cardinal, partirent de la Cour de France, & arriverent le 8. de Mars au Moerdyk. Ils eurent dans le Iacht vne Conférence avec Mr. Buys, & Mr. Vander Dussen, Députez des Etats Generaux, après laquelle ils se rendirent à Gertruydenberg, où ils eurent encore plusieurs Conférences avec les mêmes Députez. Mais elles n' eurent pas vn meilleur Succez que les precedentes. Les François qui avoient leurs vuës & leurs raisons, les firent trainer iusqu' au mois de Iuillet qu' elles furent rompuës, selon les ordres que les Plenipotentiaires en avoient recu de la Cour. La dessus les Alliez prirent la Resolution de demeurer étroitement vnis & de faire de nouveaux efforts,*

§. XXXV. Dum igitur Gallorum artes apud Belgas parum proficerent, secreti Tractatus cum aliis Fœderatis, maxime cum Borussorum Rege agebantur de subducendo milite suo ex Belgio, qui tamen, dum Galli Principatus Arausionensis restitutionem concedere nollent, abrumpebantur. 92) Interea Tallardus, qui apud Anglos erat captiuus, magna tamen vrebatur libertate, causſam ſuſcipiebat. Hic, poſtquam auro Gallicano varios Anglorum Proceres, atque inter hos potiſſimum Harlæum Status Secretarium, poſtea factum magnum Theſaurarium & Oxonii Comitem, Bullingbrockium, antea dictum S. Iean, in ſuas partes traxiſſet, 93) in id intentus erat, vt Marlborugium, aliosque Aulæ Proceres, qui bellum eousque continuari ſuadebant, vsque dum Galli ad incitas redacti, in Pacis Præliminaria conſentirent, ab Aula removeret. Facilis oriebatur occaſio, dum Henricus Sacheuerellius, Eccleſiæ Anglicanæ Presbyter, binis ſermonibus publicis, 94) adminiſtrationem Eccleſiæ Anglicanæ periculoſam admodum eſſe profitebatur, falſis quibusdam, quos adpellabat, fratribus, Eccleſiæ quietem turbare conantibus. Maxime vero ſtatui regni Anglicani conuenire dicebat, vt Regibus ſine vlla limitatione obedientia exhibeatur. Licet autem conciones iſtæ per lictores fuiſſent combuſtæ, ipſeque Sacheuerellius per triennium ſuggeſtu prohibitus, plures tamen erant ex Proceribus, qui ipſi ſauebant, ex populo permulti. 95) Diuerſi inde Anglorum motus, binis reſtauratis factionibus, rigidorum ſiue Epiſcopalium, qui ſtrictam regi obedientiam fieri debere profitebantur, iſtique *Torris* adpellari ſolent; & mitiorum, ſiue Presbyterianorum, qui vulgo *Wighs* vocantur: 96) Hi potiores in regimine partes adhuc tenebant, Marlborugio cum reliqua familia atque amicis has partes ſouentibus. Contrariæ factionis Duces aribus ſuis tantum proficiebant, vt Reginæ per Maſhamiam, primæ apud eandem dignitatis fœminam perſuaderent, mitiores bellum prorogando non niſi propria quærere commoda, magno cum Reipublicæ diſpendio, 97) dum rigidorum factio Reginæ plurimum eſſet deuota. His perſuaſionibus mota Regina, Marlborugium cum omni familia & mitiorum factione aula mouet, rigidorum factione omnia aulæ & militiæ officia occupante, Ormondio Duce, Marlborugio in ducendo exercitu ſubſtituto. Hi igitur omnia negotia diſpo-

efforts, pour pouſſer la guerre avec viguer, & obtenir par ce moyen vne Paix ſure & honorable. Quid in his congreſſibus actum, latius exponitur in HIST. DV CONGRES D' VTRECHT *p. 150. ſqq. & p. 168.* exhibentur ſcripta hinc inde publicata, vtraque parte culpam abruptorum Tractatuum in alteram reiiciente. Galli demum XXV. Iulii Gertrudenbergo diſcedunt LETTRES *p. 302.* LA CLEF *Avr. 1710. p. 271. Mai p. 350. Iuin p. 413. Iuillet p. 41. Août p. 108. Sept. 196.* RINCK *Leben Ioſephi P. II. p. 552.* FABRI *Staats-Canzeilky Tom. XV. c. VIII. Tom. XVIII. p. 649. ſqq.* LETTRES HIST. *Août 1710. p. 191.*

92) LARREY *Hiſt. de France Tom. IX. p. 417.* totum hoc negotium inter Lauernium, nobilem Gallum & legatum Borusſicum geſtum, deſcribit, additque: *Il convinrent que moiennant vn ſubſide de douze cents mille écus, Sa Maieſté Pruſſienne retireroit toutes les Troupes qu' elle avoit au ſervice des Alliez, excepté le contingent dont elle ne pouvoit ſe diſpenſer. Ce Traité étoit à la veille d' être conclu; mais le Roi de Pruſſe demandoit la Reſtitution de la Principauté d' Orange; & la Cour de France vouloit n' en accorder que le petitoire, exigeant que celle de Berlin envoiat des Procureurs pour inſtruire ſon droit devant les tribunaux; ce que celle-ci trouvoit contraire à la Souveraineté, & à l' independance de cette Principaute.* Hoc anſam dabat Tractatus abtumpendi.

93) HISTOIR. DV CONGRES D' VTRECHT *Mons. Harley avoit déia été Secretaire d' Etat, mais il s' étoit demis lui-même de cette charge au commencement de l' an 1706. quand le Roi de France avoit envoyé vne flotte, avec laquelle le préſendu Prince de Galles, ou le Chevalier de St. George eſperoit de faire deſcente en Ecoſſe, où l' on avoit fait entendre au Roi, qu' il avoit vn puiſſant parti. Cette demiſſion volontaire, auſſi bien que celle que quelques autres firent a cette occaſion, ou lesquels on donna de leurs emplois Iuillet naturellement vne impreſſion peu favorable à la reputation des ces Meſſieurs, par raport au grand reſpect du a S. M. puisque la tentative du Pretendant n' avoit pour but, que de ſe faire recevoir en Angleterre, & par conſequent d' exclure la Reine.*

94) Primus ſermo in publico confeſſu Derbienſi XXVI. Auguſti 1709. fuit habitus, alter XVI. Nouembris Londini. LA CLEF *Fevr. 1710. p. 124.*

95) Quid in Parlamento cum Sacheuerellio fuerit actum, docet ſcriptum, *Les Avocats pour & contre le Dr. Sacheverell, à Amſterdam 1711. 8.* LA CLEF *Fevr. 1710. p. 124. Mars 1710. pag. 206 Avr. p. 264. Mai p. 334. Iuin pag. 399.* HIST. DV CONGRES D' VTRECHT *p. 216.* Facit huc etiam *Hiſtoire Secrete des intrigues de la France à Londres 1713. 8.* tribus tomis. *Fautes de deux Cocez.* LETTR. HIST. *Fevr. 1710. p. 198. Mars p. 367. Avril p. 432. Mai 1710. p. 547. Iuin p. 639. Iuillet 1710. p. 68. Août p. 164. Sept. 1710. p. 296.*

96) Imputabatur Marlborugio, quod ipſe immenſas pecuniæ ſummas magno cum Reip. diſpendio corraſerit, & quod ex Centenis Ioachimicis, quos pro comparanda annona acceperit, duos cum dimidio in proprios vſus detraxerit. Hinc diuerſa ſcripta contra ipſum fuerunt publicata, vtpote *La Lettre à l' Autheur de l' Examinateur. Hiſtoire ſecrete, d' Arlus & d' Ordolphus.* His & reliquis reſpondent *Lettres & Memoires ſur la Conduite de la preſente Guerre, & ſur les negociations de Paix, à la Haye 1712. 8.* quod etiam in vernaculum translarum fuit ſermonem. Defendit quoque Marlborugium *La Conduite de Son Alteſſe le Prince & Duc de Marlborough, dans la preſente Guerre, à Amſterdam 1712. 8.* Contra factionem illorum, qui Wighs dicuntur, prodiit: *La Conduite des Alliez & du dernier Miniſtere dans la preſente Guerre.* Ad quod reſpondet: *La defenſe des bons Alliez & du dernier Miniſtere de la Grande Bretagne contre la France & ſes Partiſans. Hiſtoire de la Reine Sarah.* Quid cum Marlborugii familia apud Anglos fuerit actum, docet LA CLEF *Août 1711. p. 130. Mars 1712. p. 194. Avril p. 268. Oct. p. 276.* Variæ artes poſtea detectæ fuerunt in *Rapport du Comité Secret nommé par la Chambre Baſſe du Parlement de la Grande Bretagne, par Robert Walpole, à Amſterdam 1715. 8.*

97) BVCHER-CABINET *p. XVI. p. 154.*

98) Leben

disponentes, accedente potissimum Iosephi morte, dum potentiæ Austriacæ metuendum esse prætexerent, animos secundum Gallorum nutum ad pacem inclinabant, quæ funesto demum consilio Traiecti fuit conclusa. 98)

§. XXXVI. Alterum quod superest bellum, post Leopoldi mortem cum Hungariæ rebellibus fuit continuatum. Licet enim Iosephus post initium statim Regiminis, Vngaros ad pacem fuisset hortatus, 99) isti tamen in proposito constantes, Iosephum quidem pro Rege se adgnituros esse declarabant, ita tamen vt Vngaria regnum imposterum esset electitium, & ipsorum Grauaminibus medela adferatur. Herbeuillius interim, postquam Waradino maiori de commeatu prospexisset, Rabutinium ab hostibus inclusum liberat, Transyluanos etiam ad obsequium reducit, ita, vt factam a. 1703. Ragotzii in Transyluaniæ Principem electionem publico edicto II. Augusti a. 1705. reuocarent. 100) Noui equidem Septembri mense 1705. Tyrnauiæ instituebantur Tractatus, mediantibus Anglis, Belgisque, cui ab Hungarorum parte Berezini & Caroli intererant, sed nihil proficiebatur, quin potius Vngari excursionibus suis Austriam terrerent atque Morauiam. 1) Postquam autem Ragotzius XI. Augusti ad Wagam ab Herbeuillio & postea XI. Decembris ad Karik in Transyluaniæ finibus, fuisset profligatus, omni plane eiicitur Transyluania. 2) Ineunte anno 1706. Edenburgum obsident rebelles, regionem istam nimium vastantes, vrbemque ignitis globulis ad deditionem adigere conati. Ast ciuibus in Cæsaris fide permanentibus, vrbemque strenue defendentibus, re infecta discedunt. 3) Inducix quidem bimestres Posonii VIII. Maii 1706. concluduntur; inde mediantibus Anglis, Belgisque, Tyrnauiæ de pace denuo agitur, quæ tamen ob nimia Vngarorum postulata, effectum haut fuit sortita. 4) Finitis induciis, Strigonium Ragotzius occupabat, a Stahrenbergio paulo post recuperatum. 5) Instituto Kl. Iunii 1707. rebellium conuentu Onothi, Ragotzius Transyluaniæ Princeps denuntiabatur atque Vngariæ interregnum publicabatur. Hinc in Transyluaniam pergens, Weissenburgi Princeps proclamabatur, 6) postquam vero Rabutinius cum exercitu Cæsareo Transyluaniam iterum attigisset, ista statim ad obsequium veri domini reducebatur. 7) Interim annus conflictibus saltim agebatur, nisi quod Leopoldinum a Ragotzio obsessum Stahrenbergius, qui ad Austriæ fines se continebat, liberaret. Conuocabantur Aprili mense 1708. Vngariæ Proceres ad Regni Comitia Posonium, ad eademque Ragotzius etiam cum sociis inuitabatur, 8) qui comparere nolens, alium cohuentum Cassouiæ, & post hæc Agriæ indicebat. Petebat equidem Ragotzius trimestres inducias, quas Cæsar ipsi denegabat. 9) Eodem anno III. Augusti Cæsarei, Heisterio Duce, de rebellibus insignem ad Trentschinum reportabant victoriam, quam occupatio Neutræ fuit insecuta. Hæc victoria pacem haut parum promouebat, dum ex rebellibus multi Cæsari se subiicerent, 10) Heisterius etiam Neuheuselium obsideret, quod Gallorum ductu, nouis munimentis fuerat adauctum, relicta tamen obsidione, arctius includit, montanas vrbes, Schemnitium, Cremnitium & Neusolium recuperat, multi Comitatus Cæsaris arbitrio se submittunt. 11) Anno 1709. Heisterius Iunio mense Vesprinum, & plures arces vna cum terra Zipsensi recuperat. 12) Post hosce Cæsareanorum progressus, Ragotzius & Berezinius criminis læsæ Maiestatis rei condemnantur, bona illorum fisco addicuntur, partim etiam Cæsareis Ministris, Illershasio Vngariæ cancellario, Palsio Comiti, Croatiæ Bano, Wratislauio Comiti; dynastia Mongatsch Lambergio Principi conceditur. 13) Anno 1710. XXII. Ianuarii rebelles ad Sadock profligantur, 14) XXIII. Septembris Neuheuselium deditur. 15) Sequebantur Octobri mense Hatwanum, Zolnockum, XXIX. Nouembris Agria, & X. Decembris Eperies. Dum igitur oppidis & arcibus essent deiecti, Cassouia arctius includeretur, 16) in dies in deterius cedebant Vngarorum res, maxime, dum Ragotzius & Berezinus ad Russos abirent.

Caroli

98) BVCHER-CABINET *c. l.*

99) Lehen Ragotzi im BVCHER-CABINET *p. III. p. 590.* Extant Estterhasii Principis Vngariæ Palatini Circulares post Leopoldi mortem, apud RINCK *p. I. p. 78.* LETTR. HISTOR. *Iuillet 1708. pag. 41.*

100) BVCHER-CABINET *pag. 892.* RINCK *p. II. p. 85.*

1) BVCHER-CABINET *pag. 593.* RINCK *pag. 86.*

2) BVCHER-CABINET *p. 594.* RINCK *p. 87.* LETTR. HIST. *Sept. 1705. p. 333. Ianv. 1706. p. 41.*

3) BVCHER-CABINET *p. 544.* RINCK *p. 103.* Extant ista LETTR. HISTOR. *Iuillet 1706. p. 139.* cum responsione ad easdem *Aout p. 160.*

4) BVCHER-CABINET *p. 594.* RINCK *p. 104.* Vtraque postulata prolixe exponunt. Tabulæ Inducianum extant in *Ruhe des ietzlebenden Europa p. III. n. VIII.*

5) BVCHER-CABINET *p. 606.* RINCK *p. 218.*

6) RINCK *pag. 339.* BVCHER-CABINET *p. IV. p. 609.*

7) RINCK *pag. 345.* BVCHER-CABINET *p. IV. p. 606.*

8) RINCK *p. 422.* BVCHER-CABINET *p. 616.* LETTR. HIST. *May 1707. p. 554. Iuillet pag. 42. Août p. 163.*

9) RINCK *p. 429.* BVCHER-CABINET *p. 617.* LETTRR. HIST. *Sept. 1708. p. 317.*

10) RINCK *p. 431.* BVCHER-CABINET *p. 618.*

11) RINCK *p. 434.* BVCHER-CABINET *p. 618.*

12) RINCK *p. 512.* BVCHER-CABINET *p. 629.*

13) RINCK *p. 520.* BVCHER-CABINET *p. 630.*

14) RINCK *p. 578.* BVCHER-CABINET *p. 630.*

15) RINCK *p. 581.* BVCHER-CABINET *p. 632.* LETTR. HIST. *Nov. 1710. p. 525.*

16) RINCK *p. 583.* BVCHER-CABINET *p. 632.*

17) RINCK

Caroli Comes, qui ex illorum capitibus supererat, post Varios Debrecini & Zatmariæ institutos congressus, hoc vltimo loco XXIX. Aprilis 1711. suo & reliquorum nomine Iosepho Imp. se subiicit, generalem amnestiam omnibus, ipsi etiam Ragorzio pactus, qui iuramentum fidelitatis præstare velint. Promittitur etiam a Cæsare tribus religionibus libertas publica, secundum leges Regni, restitutio bonorum, iis exceptis, quæ iam fuerant alienata. Hæc pacta, interueniente Iosephi morte, mater Augusta, & qui ipsi successit Carolus VI. rata habuit, cui omnes Vngari se subiiciebant, Ragorzio excepto, qui ex Russia in Galliam abiit, Regis Ludouici protectione fuit vsus. 17)

§. XXXVII. Ineunte anno 1711. Iudicium Camerale, quod durante Visitatione, adhuc clausum manserat, iterum aperitur. Postquam enim XII. Octobris 1709. a Visitatoribus sententia contra Pyrckium fuisset pronuntiata, vt ipse loco moueretur, scriptum ipsius *Echo* aboleretur, ipseque litteris scriptis sese obligaret, de adhibenda inposterum erga Moguntinum aliosque Imperii Status, horumque legatos, maiori reuerentia, 18) licet a Cæsare inter Consiliarios Adpellationum curiæ Bohemicæ a. 1710. reciperetur: 19) nunc agebatur de aperiendo iterum Iudicio Camerali, quod per Placitum Imperii iam XXVIII. Aprilis 1708. fuerat constitutum, idemque XIV. Iunii 1710. ab Imp. confirmatum. 20) Ast, dum inter Catholicos atque Euangelicæ Religionis Visitatores de modo, quo nouiter præsentandi sint recipiendi, non statim conueniret, tandem vero compositione facta, sub directione Principis Nassouii in Hadamar, Iudicium hoc Camerale XXVIII. Ianuarii 1711. solenni more iterum aperitur. 21) Demum Recessus Visitationis Wetzlariæ XVIII. Decembris 1713. fuit publicatus.

§. XXXVIII. In Episcopatu Hildesiensi noui motus suboriebantur. Postquam enim Iodocus Edmundus, Episcopus Hildesiensis, XIII. Augusti 1702. fuisset defunctus, & Colonienſis Elector, qui Coadiutor erat, ob societatem Gallicanam haut admitteretur, Capitulum Hildesiense, sede vacante, Episcopatus Regimen exercebat. Ast, dum Catholici non cessarent Euangelicis graues esse, atque Recessui inter Episcopum & Duces Brunsuicenses de libero exercitio religionis & iuribus Ciuium a. 1643. concluso, 22) per pacem Westphalicam 23) & Recessum Consistorialem anni 1651. confirmato 24) contrauenirent, nec mandatis Cameralibus obsequerentur, Elector Hannouerianus reditus Capituli Hildesiensis ex terris ipsius percipiendos a. 1703. sequestri iuri subiicit, de quo Capitulum Iunio mense 1705. apud Cæsarem non solum, sed etiam in Comitiis conquerebatur. Postquam autem Capitulum Hildesiense de tollendis Religionis Grauaminibus promisisset, perceptio istorum redituum Capitulo conceditur. 25) Verum, dum Capitulum nihilominus pergeret Protestantes turbare, immo Recessum istum Consistorialem, per quem Religionis libertati Protestantium prospectum, euertere plane conaretur, iidem reditus non solum denuo sequestri iuri subiiciebantur, sed etiam Electorales copiæ Hildesheimum & Peinam vna cum præfecturis Capituli Hildesiensis occupant. Conquerebatur equidem Capitulum in Comitiis de turbata pace publica, Electore factum suum ex pace Westphalica & Recessibus, publicis scriptis defendente. 26) Totum vero negotium per Recessum Hildesheimensem XI. Iulii 1711. fuit compositum, hac ratione, vt Recessus anni 1643. obseruaretur, ita tamen, vt simul termini decretorii secundum statum, qui anno 1624. fuerit, ratio haberetur. Instrumentum Pacis pro norma habeatur, nisi in quantum per Recessum Consistorialem de a. 1651. a termino isto decretorio fuerit recessum. Iurisdictio Ecclesiastica salua maneat Euangelicis, hi etiam Templa sua retineant, & in iisdem liberum

17) RINCK *p. 591.* BVCHER-CABINET *p. 633.* Extat ipsum Instrumentum in BLECTIS IVRIS PVBLICI *Tom. III. pag. 753.* ZSCHACKWITZ *p. 1096. Ruhe des ietztlebenden Europa p. III. n. IX.*

18) Extat sententia cum Actis in ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tom. I. p. 907.* BVCHER-CABINET *p. X. p. 844.*

19) Extat diploma in ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tom. III. p. 83.*

20) ELECTA *Tom. I. p. 915.* BVCHER-CABINET *pag. 849.* FABRI *Staats-Canzelley Tom. XV. cap. III.*

21) Solennia singulari scripto fuerunt exposita, quod etiam in ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tomo III. p. 262.* reperitur. FABRI *Staats-Canzelley Tom. XV. c. III. Tom. XVII. c. X. Tom. XVIII. c. V. Tom. XX. c. V. Tom. XXI. c. III.*

22) De hoc dictum *Super. Sect. X. §. XXII.*

23) *Art. V. §. XXXIII.* vbi confirmantur pacta de religione inita, demum additur: *& inter illa, quæ Episcopus Hildesienſis & Duces Brunſuico-Lu-*

neburgenſes de Religione eiusque Exercitio Statuum & Subditorum Epiſcopatus Hildeſienſis nonnullis pactis Anno milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo tertio transegerunt. Excipiantur vero dicto termino, & Catholicis reſeruentur nouem Monaſteria in Epiſcopatu Hildeſienſi ſita, quibus Duces Brunſuicenſes certis conditionibus eodem anno ceſſerunt.

24) Extat Recessus Consistorialis in ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tom. III. p. 31.*

25) In caussa Euangelicorum prodierunt *Antiuindicia Statuum Epiſcopatus Hildeſienſis Euangelicorum, Hildesheim 1703. f.* FABRI *Staats-Canzelley Tom. VIII. c. XII. XIII.* LONDORP *Tom. XVII. c. XII.* LVNIGS *Gerechtſame p. I. p. 639. 697. Tomo XVII. c. III.* MONATHL. STAATS-SPIEGEL *Iulio 1705. p. 51. Auguſto p. 41.* FABRI *Staats-Canzelley Tom. XV. p. 787.* BVCHER-CABINET *p. V. p. 740.* ZSCHACKWITZ *p. 977.* ELECTA IVRIS PVBLICI *Tom. III. p. 187. 357. 401. 433. 612.*

26) Extant Acta in ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tom. I. p. 1. ſqq.* vna cum specie facti BVCHER-CABINET *p. X. p. 864.*

liberum Religionis exercitium, prout Catholici, ita tamen, vt ab his noua templa & monasteria non extruantur, præter ea quæ anno 1624. fuerunt. 27)

§. XXXIX. Tandem vero fatalis dies erat XVII. Aprilis 1711. quo variolorum morbo Iosephus Imp. moriebatur, & XX. Aprilis sepulturæ mandabatur. 28) Vxor ipsius erat Wilhelmina Amalia, 29) Io. Friderici Brunsuicensis Ducis filia, nata XXVI. Aprilis 1673. septimo cognationis gradu ipsi iuncta, 30) Papa tamen dispensante. Ista per procuratorem primum, Raynaldum Ducem Mutinensem XV. Ianuarii 1699. ab Episcopo Reggiense ipsi fuerat copulata, 31) quod XXIV. Februarii in Templo Augustinianorum Viennæ per Nuntium Papalem Santa Croce denuo fuit confirmatum. 32) Liberi ipsius, Maria Iosepha Benedicta Antonia Theresia Xaueria Philippina nata VIII. Decembris 1699, Friderico Augusto, Principi Electorali Saxonico Viennæ d. XX. Augusti a. 1719. solenni more matrimonio iuncta. 33) Leopoldus Iosephus Ioannes Thadæus Narcissus Antonius Ignatius Xauerius Philippus natus XXVIII. Octobris 1700. denatus IV. Augusti 1701. 34) & Maria Amalia Anna Theresia Iosepha nata XXII. Octobris 1701. Carolo Alberto Bauariæ nunc Electori copulata. 35)

27) ELECTA IVRIS PVBLICI *Tom. II. p. 656.* FABRI *Staats-Cantzelley Tom. XVI. pag. 791. Tomo XVII. c. XIII.* BVCHER-CABINET *p. 866.*

28) RINCK *Leben Iosephi p. II. pag. 599.* BVCHER-CABINET *p. X. pag. 872.* ZSCACKWITZ *p. 1087.* in mortem ipsius, quam Medici quidam præcipitasse dicuntur, hæc ex OVIDIO *de Rem. Amoris lib. I. p. 91.* adplicantur:

prInCIpIIs obsta sero MeDICInaparatVr.

29) De aliis quoque deliberabatur. Sophia Hedwige Danica, Wilhelmina Charlotta Anspacensi, sed religio obstabat, & Maria Isabella Guastalensi: sed præferebatur Hannouerana.

30) Ludouicus V.
Hassiæ Landgrauius
Darmstadt.

Anna Eleonora
Georgii D. Brunsuico-Lüneburgi vxor
|
Io. Fridericus
|

Georgius II.
Darmstadtiensis
|
Elisabetha Amalia
vx. Philippi Guilielmi Palatini

Neoburgensis
|
Eleonora Magdalena, Iosephi mater
|
Iosephus
|
Wilhelmina Amalia

31) RINCK *Leben Leopoldi p. 1331.* LEBEN IOSEPHI *p. 331.* BVCHER-CABINET *p. IV. p. 696.* LETTR. HIST. *Ianv. 99. p. 81. Fevr 99. p. 159. Mars p. 284. Avril p. 446.*

32) RINCK *p. 347.* Quo comitatu Vienna fuerit excepta, exponit MONATHL. STAATSPIEGEL *Ianuarius 1699. p. 34. Febr. pag. 42. Martius p. 16.*

33) RINCK *p. 357.* LETTRES HIST. *Ianv. 1700. p. 52.* MONATHL. STAATS-SPIEGEL *Dec. p. 34.* Solennitates describuntur in ELETIS IVR. PVBL. *Tom. XIII. p. 148.*

34) RINCK *p. 367. 369.* EVROP. HISTOR. *pag. 2225.* LETTR. HISTOR. *Dec. 1700. p. 592.* MONATHL. STAATS-SPIEGEL *November p. 3.*

35) RINCK *p. 387.* LETTR. HISTOR. *Nov. 1701. p. 548.*

SECTIO DECIMA TERTIA
DE
CAROLO VI.

§. *I. Caroli natiuitas.* §. *II. Educatio.* §. *III. Matrimonium & gesta anteriora.* §. *IV. Vicariatus post mortem Iosephi.* §. *V. Controuersia inter ducem Saxo Vinarien sem & Schwarzburgicos.* §. *VI. Caroli VI. Electio & coronatio. Controuersia Aquisgranensium & Noribergensium de actis erendis Imperii insignibus.* §. *VII. Galli electionis negotium turbare frustra conantur. Marlborugius Arletum & Buchanium occupat. Gesta in Delphinatu & Hispania.* §. *IIX. Alsemarlius Gallorum seni borreum combusit. Eugenius Quercetum occupat, Landrecium obsidet. Anglia federatis discedunt. Prælium ad Decanium. Galli varias vrbes occupant.* §. *IX. Præliminaria pacis apud Anglos.* §. *X. Initia Tractatuum Traiectinensium interrumpuntur per negotium cum domesticis Menagerii.* §. *XI. Angli, Belgæ, Lusitani, Borussi, Sabaudi pacem signant. Gallorum propositiones Cæsari factæ. Cæsar protestatur.* §. *XII. Continuatio belli in Germania. Galli Landauium & Friburgum capiunt.* §. *XIII. Pax Rastadiensis.* §. *XIV. Quid in Imperio desuper actum. Pax Badensis.* §. *XV. Continuatio belli in Catalonia.* §. *XVI. Federati Septentrionales Suecorum prouincias in Germania inuadunt.* §. *XVII. Progressus belli in Holsatia. Sueci ad deditionem compelluntur & Twenninga.* §. *XVIII. Stetinum Borussiæ regi sub sequestri lege traditur.* §. *XIX. Congressus Brunsuicensis. Suecorum rex Stralsundam redit. Tractatus cum Borussicis.* §. *XX. Victoriæ Danorum nauales. Stralsunda occupatur.* §. *XXI. Princeps Liechtensteinius in Comitiis introducitur. Comitia Augustam transferuntur.* §. *XXII. Controuersia de successione Limburgensi.* §. *XXIII. Tractatus de la Barriere Cum Belgis.* §. *XXIV. Cæsaris Controuersia cum Genuensibus.* §. *XXV. Controuersia de restitutione Rheinfelsæ inter Landgrauium Hassо-Casselanum & Landgrauios linea Rheinfelsensis.* §. *XXVI. Turcæ Moream inuadunt, in Vngariam tendunt.* §. *XXVII. Clades Turcarum ad Peterwaradinum, occupatio Temeswari. Turcæ Belgrado obsesso veniunt in subsidium. Occupatio Belgradi.* §. *XXVIII. Pax Passarouicensis cum Turcis.* §. *XXIX. Initium Motuum Megapolensium.* §. *XXX. Commissio Cæsarea decernitur, huius Progressus.* §. *XXXI. Controuersia inter Cæsarem atque Papam. Nuntii Papalibus Vienna atque Bruxellis interdicitur.* §. *XXXII. Princeps Electoralis Saxonicus mutat religionem. De Directorio inter Euangelicos disquiritur.* §. *XXXIII. Mutatio Religionis Ducis Saxo-Numburgensis.* §. *XXXIV. Iubileum Euangelicum a. 1717. Continuatio in Palatinatu de Templo Spiritus Sancti & Catechismo Heidelbergensi.* §. *XXXV. Templa Catholicorum in Protestantium terris clauduntur. Quod inter Cæsarem atque Protestantes super Iure Repræsentiorum fuerit actum. Decretum Commissionis Cæsareæ d. 12. Aprilis an. 1720. Aliud d. 30. Iunii 1722. Quid circa Commissionem circa Religionis Grauamina fuerit actum.* §. *XXXVI.*

De cele-

De celebrando Paſchate a. 1724. conſilia. §. XXXVIII. Philippus Hiſpaniæ Rex Sardiniam atque Siciliam invadit. Bellum Siculum. §. XXIX. Conſenſus Imperii circa ſucceſſionem Florentinam & Parmenſem. §. XL. Fœdus Quadripartitum Londinenſe. Galli-Hiſpanos accedere nolentes invadunt. §. XLI. Gallorum Progreſſus in Hiſpania. §. XLII. Hiſpaniæ Rex fœderi Quadripartito accedit. §. XLIII. Controverſia de Succeſſione in Ducatu Eipontino. §. XLIV. Progreſſus huius Controverſiæ. §. XLV. Controverſia inter Principem atque ſubditos Friſiæ Orientalis. §. XLVI. Controverſia de Iure Societatis Oſtendanæ. §. XLVII. Imp. de Regno Neapolitano a Papa imueſtitur. §. XLVIII. Imp. Pragæ in R. Bohemiæ coronantur. Sanctio Pragmatica ſuper ſucceſſione in terras Auſtriacas. §. XLIX. Controverſia de ſucceſſione Mompelgartenſi. §. L. Controverſia de oppignoratione Ciuitatis Gelnhuſæ. §. LI. Tractatus Pacis Cameracenſis. §. LII. Pax Viennenſis. §. LIII. Fœdus Hannoueranum. Controverſia inter Cæſarem & M. Britanniæ Regem. Huius legato Imperio interdicitur. §. LIV. Congreſſus Sueſſionenſis. §. LV. Controverſia de ſucceſſione Holſato-Plunenſi. §. LVI. Deliberationes de nouo Officio Electori Brunſuicenſi deferendo. §. LVII. Controverſia Zwingenbergenſis. §. LVIII. Viennenſis Epiſcopatus in Archiepiſcopatum euchitur. Paſſauienſis a iure Archiepiſcopi Salisburgenſis eximitur. Imp. legatos ſuos de terris ſuis Imperii imueſtit. §. LIX. Lotharius Franciſcus El. Moguntinus moritur. Succedit ipſi Franciſcus Ludouicus. El. Treuirenſis Controverſia de Directorio in Comitiis.

§. I.

SUccedebat Ioſepho CAROLVS VI. hodiernus Imperator auguſtiſſimus, parentibus Leopoldo Imperatore, atque Eleonora Magdalena Kl. Octobris 1685. natus, nomenque adeptus Carolus Franciſcus; Ioſephus, Wenceslaus, Balthaſar, Ioannes, Antonius Ignatius, 1) princeps prudentiſſimus.

§. II. Ingenium auguſtiſſimi huius principis, natique ad Imperium magnum multa cum cura formauere Lauignius 2) vir emendatiſſimi exempli, & Antonius de Lichtenſtein 3) princeps eruditionis curioſiſſimæ. Expectationem non ſolum impleuit, ſed etiam ſuperauit virtutum, quæ ſceptra ornare debent, documentis.

§. III. Ordinem aurei velleris adeptus 1697. Hiſpaniæ rex declaratus 1703. vbi illa ſumma cum laude geſſit, quæ ſuperius explicauimus. Matrimonium iniit cum Eliſabetha Chriſtiana, Ludouici Rudolphi Ducis Guelpherbytani in Blanckenburg primogenita, quæ poſtquam Bambergæ Kl. Maii 1707. Dominicain albis, catholicam fidem coram Lothario Franciſco, Archiepiſcopo Moguntino fuit profeſſa, Viennæ XVI. Octobris pro ſponſa Caroli fuit declarata, atque XXIII. Aprilis 1708. in templo Mariæ Hizingen, peregrinationibus ſacris celebrato, Carolo, munus ipſius gerente Ioſepho Imperatore fuit 4) copulata, indeque in Hiſpaniam profecta Kal. Auguſti Barcellonam 5) feliciter intrauit. Ex ipſa feria paſchatos ſecunda d. XIII. Aprilis 1716. prognatus 6) fuit Leopoldus Iohannes Ioſephus Antonius Franciſcus de Paulo, Ermengildus, Rudolphus, Ignatius, Balthaſar, per Spinolam nuncium papalem baptizatus, verum d. IV. Nouembris 1716. iterum 7) defunctus. Die XIII. Martii 1717. nata fuit Maria Thereſia Walburgis Amalia 8) d. XIV. Septembr. 1718. nata fuit Maria Anna Eleonora Wilhelmina 9) Ioſepha, Chriſtina. Kl. Aprilis 1724. nata Maria Amalia 10) Carolina.

§. IV. Mortuo Ioſepho, Auſtriacarum prouinciarum regimen ſuſcipiebat Eleonora Magdalena, Ioſephi mater, ad Caroli vsque Aduentum, dum interea Vicariatus Regimen, ſecundum Imperii leges ſuſciperent Palatinus & Saxo. 11) Durante hoc Vicariatu, Comi-

1) RINCK *Leben Leopoldi p. 357.*

2) MEMOIRES de la TORRE laudant Lauigium p. 123. his verbis: *Celui-ci eſt vn eccleſiaſtique d' vne vertu exemplaire. Il a beaucoup de capacité & de lecture, & eſt extremement attaché a l' etude des belles lettres.*

3) TORRIVS laudibus huius principis multum adſpergit loliginis: finit tamen ita: *cependant il faut lui rendre cette iuſtice, qu'il s' applique ſerieuſement a l' education de ce ieune prince. Il faut auouer auſſi, qu'il eſt très heureux d'auoir trouue vn ſi beau naturel.* p. 123.

4) RINCK *Leben Ioſephi p. II. p. 349.* FABRI *Staats-Cantzelley Tom. XII. p. 582. Tom. XIII. cap. XV.* BVCHER-CABINET *p. VI. p. 67.*

5) SPANISCHER SVCCESSIONS-KRIEG *p. II. p. 203.*

6) LETTRES HISTOR. 1716. Avril. p. 478. *La Ioye vniverſelle, qu' a causée la naiſſance du nouvel Archiduc, dont l' imperatrice accouche fort heureuſement Lundi, ſecond iour de Pâques, a 7. heures du ſoir, eſt inexprimable. La ceremonie du baptême ſe fit le 14. entre 8. & 9. heures du ſoir, avec vne grande pompe & ſolennité, en preſence de leurs maieſtez imperiales, des quatre ſereniſſimes Archiducheſſes, des Chevaliers de l' ordre de la toiſon d' or en habits de ceremonie, du Cardinal de Saxe-Zeits, de l' Ambaſſadeur de Veniſe & d' vn grand concours de nobleſſe. Le ieune prince Archiduc d' Autriche & Prince des Aſturies, qui etoit porté par le prince Antoine de Lichtenſtein, fut preſenté ſur les fonds par le prince Maximilien d' Hanover, frere du Roy de la grande Bretagne, au nom du Roi de Portugal, & des imperatrices Douairieres, Eleonore & Amelie: il fut nommé Leopold, Iean, Ioſeph, Antoine, François de Paule, Ermengilde, Rodolphe, Ignace, Balthaſar. La fonction du baptême ſe fit par Mr. Spinola, Nonce apoſtolique aſſiſté de 24. Archevêques, Evêques, prelats &c. Après la ceremonie du baptême, le prince Eugene de Savoye porta le ſereniſſime Archiduc a l' Empereur, qui lui confera avec les ceremonies accoutumées l' ordre de la toiſon d' or, après quoi on chanta le Te Deum, au bruit des ſalves de l' artillerie.* Quid in Comitiis ſuper hac natiuitate fuerit actum, proponit FABER *Tom. XXVII. c. XIII.*

7) LETTRES HISTOR. *Novemb. 1716. p. 517.* ELECTA IVR. PVBL. *Tom. X. p. 478.*

8) LETTRES HISTOR. *Iuin. 1717. pag. 675.* FABER *Tom. XXXII. c. VII.* ELECTA IVR. PVBL. *Tom. XI. p. 13.*

9) ELECTA IVR. PVBL. *Tom. XIV. pag. 87. Tom. XV. p. 807.* FABER *Tom. XXIX. c. IV.*

10) FABER *Tom. XLIII. c. XX.*

11) Extant Edicta Vicariatus in ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tom. III. p. 421.* FABRI *Staats-Cantzelley Tom. XVII. c. XI.*

Comitia Imperii continuabantur equidem, ita tamen vt Statuum Imperii Legati, quoties a Moguntino euocati, extra ordinem saltim conuenirent. Agebatur in deliberationibus Commissarialibus de Capitulatione perpetua, de eademque IV. VI. VII. Iulii inter Collegium Electorale & Principum conuenit, vt norma esset futuræ Capitulationis, ita tamen, vt capita nonnulla superessent, de quibus nondum conuenerat. 12) Visitatio etiam Cameralis continuabatur, dum Cæsaris legatis ad eandem constitutis, Abbati Campidonensi & Zimmermanno, Consiliario aulico, nouis mandatis desuper ab Imperii Vicariis prospiceretur. 13)

§. V. Durante hoc interregno, exardescebant magis controuersiæ inter domum Saxo-Vinariensem & Principum Schwartzburgicum, Arnstadti sedem habentem. Princeps enim Arnstadtiensis feudi lege a Vinariensi Duce tenet Dynastiam Arnstadriensem, præfecturam Kefernburgensem & oppidum Plauen, terras dominio directo, & superioritati territorii Saxonicæ subiectas. Circa medium seculi XV. autem controuersia orebatur, an Schwartzburgicis ius subditos suos dictarum terrarum collectandi competat, quod Saxoniæ Duces quantum ad præstationes Imperii & Circulares non vltra, conniuendo potius quam concedendo, toleraverant, de quo lis in iudicio Camerali adhuc continuatur. Postquam autem Antonius Güntherus a Leopoldo Principis dignitate fuisset honoratus, eundemque titulum a. 1709. adsumsisset, copias conduceret, nouum Regimen formaret, contradicebant Vinarienses, ad Ius Landsassiatus Thuringici prouocantes, vi cuius omnes Vasalli etiam sint subditi, nec noua Principis dignitas iuri Vinariensi præiudicium adferre possit, quod ex legibus Imperii, Capitulatione Cæsarea, & Cæsaris potissimum declaratione satis constaret, & dum Schwartzburgici Superioritatis & Landsassiatus iuri se subducere conarentur, Vinarienses per immissos milites Prouinciales IX. Iulii 1711. Arnstadtum occupant, ibidemque mandata adfigunt, quibus iubent, ne subditi Commissioni Saxonicæ sese opponant, potius Ducem Vinariensem Dominum Superiorem adgnoscant. Cancellarius Arnstadtiensis abducitur captiuus, milites Vinarienses ex prædiis Schwartzburgicis annonam aliaque depromunt necessaria, Saxoniæ Electore, tanquam Imperii Vicario hæc singula adprobante. Ægre hoc ferens Princeps, ad Camerale iudicium causam defert, & Mandatum sine Clausula impetrat de relaxandis captiuis, restituendis ablatis, quo Vinarienses quidem moti, copias suas reducunt, causam suam tamen publicis scriptis defendentes. 14)

§. VI. Indicitur interim a Moguntino ad diem XX. Augusti 1711. Electioni dies Francofurtum. Conuenerant ibidem ipsi Electores præsentes, Lotharius Franciscus Moguntinus, Carolus Iosephus Treuirensis, Io. Guilielmus Palatinus, vna cum Ioanne Ernesto Friderico Comite de Windisch-Grætz legato Caroli III. tanquam Bohemiæ Regis, Ottone Henrico L. B. de Friesen legato Saxonico, Christophoro Burggrauio de Dohna & Friderico Guilielmo L. B. de Schlitz, dicto Görtz, legato Brunsuicensi. Admitti etiam volebant Colonienſis & Bauariæ Elector, quorum causam Papalis Nuntius Albani strenue gerebat, sed dum Collegium hoc abnueret, isti publicis scriptis desuper protestabantur. 15)

Fit

12) Extat hæc Capitulatio perpetua in FABRI *Staats-Canzelley Tom. XVII. cap. XII. Tom. XIX. c. IV.* ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tom. II. p. 583. Tom. III. p. 802.* ZSCHACKWITZ *Leben Iosephi p. 705.* SYNT. IVRIS PVBLICI *Sect. VI. §. XXVI.* BVCHER-CABINET *p. IX. p. 622.*

13) Im BVCHER-CABINET *p. XXII.* reperitur Historia Interregni. Vicariorum Confirmatio Visitationis Cameralis extat in ELECTIS *Tom. III. p. 1065.* FABRI *Staats-Canzelley Tom. XIII. c. X. pag. 583.*

14) Quid in hac controuersia actum, exponitur in ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tom. I. p. 919. 1105. Tom. III. p. 691. 786. 1077. Tom. IV. p. 661. 739. 819. 905. Tomo V. p. 553. Tom. VI. p. 6.* Prodierunt hac in causa plura scripta : Vinariensium est *Consilium Historico-Iuridicum in causa Sachsen* contra *Schwartzburg 1710.* quod tamen cum Obseruationibus Schwartzburgicorum denuo prodiit. Horum est *Gründlicher Beweis, daß das Fürstliche Haus Schwartzburg ein uralter, freyer, unmittelbahrer Reichsstand und zum voto virili im Reichs-Fürsten-Rath genugsam qualificiret sey, 1710.* cuius tenor exhibetur in ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tomo III. pag. 692.* FABRI *Staats-Canzelley Tom. XVII. c. VIII.* Vinarienses ediderunt *Vorlauffige Facti Speciem, in Sachen Sachsen-Weimar contra Schwartzburg-Arnstadt 1711. f.* cuius tenor in ELECTIS IVRIS PVBL. *Tom. III. p. 786.* qua Executio in vrbem & terras Arnstadtienses legitimatur. Schwartzburgici opposuerunt *Gründliche Beantwortung der sogenandten Vorlauffigen Facti Speciei 1712. f.* Hinc Vinarienses prolixo scripto cum multis adiunctis causam suam defendunt, sub titulo : *Deductio Iuris & Facti in Sachen Sachsen-Weimar contra Schwartzburg-Arnstadt 1712. f.* ELECTA IVR. PVBL. *Tom. IV. pag. 661. 739. 995.* Schwartzburgicorum postea scriptum est : *Quæstio Homagii in caussa Schwartzburg Arnstadt contra Sachsen-Weimar Allenmassig vorgestellet 1712. f.* per quod se ab omni homagio liberare conantur. ELECTA IVRIS PVBLICI *Tom. IV. p. 764.* Scripta hac in causa acta proponuntur in ELECTIS *Tom. V. p. 553.* vbi etiam de controuersia agitur ratione tituli Principalis, quem Vinarienses antea denegauerant. Hi etiam denuo contra Schwartzburgicorum scripta & attentata egerunt, sub titulo : *Abgemüssigte Erleuterungen in Sachen Sachsen-Weimar contra Schwartzburg-Arnstadt 1715. f.* quo non solum Quæstio Homagialis, sed etiam Responsio ad facti Speciem discutitur. FABRI *Staats-Canzelley Tom. XV. c. V. Tom. XVII. cap. IX. Tomo XVIII. c. IV. Tom. XX. c. IV.* BVCHER-CABINET *p. XXII. p. 299.*

15) Quid cum Nuntio Papali, Albani fuerit actum, exponit LEBEN P. CLEMENTIS XI. *Tomo II. p. 538. sqq.* Adde GOTTFRIED RVHLMANNS *Vnterſuchung, ob es zutreglich, daß Cölln und Bayern zur Wahl zu bewilligen.*

16) Facit

Fit XXV. Augusti in Curia Francofurtensi Propositio, atque institutuntur primum deliberationes de Capitulatione, quibus prima vice Bohemiæ legatus intereſt. Confecta Capitulatione, dies XII. Octobris electioni definitur, eademque ritu solenni Carolus VI. Imp. eligitur, proclamatur, idemque per litteras Collegii Electoralis, quas Carolus Philippus Palatinus Neoburgicus, Cæsari nouo Mediolani offerebat, significabatur. Postquam Electus Imperator XIX. Decembris Francofurtum intraſſet, in Conclaui Electorali Capitulationem, quam eo vsque secretam habuerant Electores, iuramento firmat, atque demum coronatio XXII. Decembris solenni ritu peragitur. 16) Eodem coronationis tempore Aquisgranenſes petebant, vt ipſis adſeruatio Inſignium Imperialium committeretur, de quo tamen Noribergenſes proteſtabantur. 17) Hanc de ſe factam electionem Imp. per legatum ſuum ordinarium Marchionem de Prie Romæ d. XVI. Februarii 1714. in præſentia VI. Cardinalium ſignificari fecit, obſeruantiam promittens, omniaque ea, quæ obedientiſſimum Eccleſiæ Romanæ filium, ſtrenuumque eius Aduocatum & Defenſorem, deceant, re ipſa velle præſtare, rogans vt quidquid Papæ Prædeceſſores in Rei Imperialis & Auſtriacæ commodum & Incrementum quouis modo contulerunt, ac deinceps conferendum eſſet, id quoque Papa Cæſareæ Maieſtati Auguſtæque Domui Auſtriacæ liberaliter velit impertiri. Hanc filialis Obſeruantiæ ſignificationem beneuole Papa accepit, omnia illi viciſſim, quæ Romani Pontifices Prædeceſſores erga Romanorum Reges ſeu Imperatores, iuxta veterem eiusdem Sedis morem peragere conſueuerunt cumulate ac pleniſſime reddit. 18)

§. VII. Hoc interregnum Gallos in Germaniam inuitabat, ad turbandum electionis negotium, dum Eugenius Princeps cum exercitu Germanico Gallorum inuaſionibus reſiſteret. In Belgio vero, Fœderati VI. Iulii 1711. Arletum capiunt, Duaco vicinum, quod, dum maiori cura muniunt, Comes de Gaſſion ipſis XII. Iulii aliquam cladem infert, indeque Galli XXIII. Iulii Arletum recuperant, 19) Fœderati vero Bouchainum poſt trium hebdomadum obſidionem XII. Septembris capiunt. 20) In Italia Sabaudi fides admodum erat ſuſpecta, vt Fœderati iam Cuneum, Suſam atque Yvream in fidei ſecuritatem peterent. 21) Renouato tamen fœdere, ipſe Dux Iulio menſe exercitum ſuper montes ducit, atque Sabaudia ſibi iterum vindicata, irruptionem tentat in Delphinatum, ſed fruſtraneo cum conatu, Galliæ fines defendente Berwickio Mareſchallo, 22) nec Sabaudiæ Duce, prout Fœderati contendebant, Gallos adgredi volente. 23) In Hiſpania vero Stahrenbergius ægre Cataloniæ reliquias contra Gallorum, qui copiis ipſi erant ſuperiores, defendit, Tortoſam, Ceruceram & Gironnam fruſtra tentat. 24)

§. VIII. Subſequenti anno 1712. ante veris adhuc initium II. Martii Albemarlius Comes ſœni horreum, quod Galli Atrebati comparauerant, incendio abſumit. 25) Poſtquam autem eodem anno Marlborugio ſuffectus fuiſſet Ormondius Dux, hic quidem belli continuationem primum præ ſe ferebat, aſt, dum Eugenius Gallosadoriri tentaret, declarabat, ſibi iniunctum eſſe, ne hoſtili modo contra eosdem ageret, ideoque Angli ad pacem

16) Facit huc *Gegenwartige Verfaſſung der Kayſerlichen Regierung in Teutſchland, wie ſolche entbalten in Kayſer Carl des VI. Wahl-Capitulation a. 1713.* cui non ſolum notæ, ſed etiam varia documenta ſcriptorum, durantibus de Capitulatione deliberationibus exhibitorum, ſuerunt adiectæ. Singulæ ſolennitates vna cum ſcriptis huc facientibus, deſcribuntur in *Diario Electionis & coronationis Caroli VI. Francofurti 1712. f.* FABRI *Staats-Canzelley Tom. XVIII. cap. VI.* BVCHER-CABINET *p. XXVI. p. 942.* Capitulatio extat in ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tom. IV. p. 187.* Ratificatio & Reuerſales *p. 289.* Hanc electionem Angli, Belgæque plurimum promouerunt, prout horum ſcripta teſtantur in ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tom. II. p. 998.* Proteſtatio Bauari & Colonienſis *Tom. III. p. 998.* LEBEN IOSEPHI *p. 117.* Faeit huc etiam *eines Staatsmannes curieuſer Diſcours uber die jetzige Wahl-Capitulation Franckfurt 1711. 4.*

17) Aquisgranenſes enim publicabant *kurtzen Bericht uber des Kœnigl. Stuhls und des Heil. Rœm. Reichs freyer Stadt Aachen, bey denen Crœnungen der Rœmiſchen Kœnigen und Kayſern habenden Prærogativa und Gerechtſam.* Quod ſcriptum adiectum eſt Diario Electionis Carolinæ. Cui Noribergenſes oppoſuerunt *kurtzen doch beſt-gegründeten Gegenbericht, der Lœblichen Reichs-Stadt Aachen gantz neuerlich ammaſſenden Anſpruch an die Kayſerliche und Reichs Kleinodien, ſo von der Stadt Nürnberg verwahret werden, betreffend.* Vtraque ſcripta reperiuntur in FABRI *Staats-Cantzelley Tom. XX. c. VI.* Noribergenſium etiam cauſſam ſuſcepit IO. PETRVS LVDEWIG *in Noriberga Inſignium Imperialium Tutelari, Halæ 1713. 4.*

18) Integer Actus deſcribitur MERCVRE HISTORIQVE *Mars 1714. pag. 247.* LA CLEF *Mars 1714. p. 336.* Propoſitio Legati cum Papæ reſponſione extat in ELECTIS IVR. PVBL. *Tom. VI. p. 955.* LEBEN P. CLEMENTIS XI. *Tom. III. p. 45.*

19) LA CLEF *Juillet 1711. p. 70. Août pag. 145. Sept. p. 199.*

20) LA CLEF *Sept. 1711. p. 233. Octobr. p. 286. 304.* HIST. DV CONGRES D' VTRECHT p. 237. *Le Duc de Marlborough ne laiſſa pas d' aſſieger Bouchain ſur l' Eſcaut. Cette place ouvre le chemin de Cambrai (qui n' eſt éloignée que de quelques petites lieües) la derniere de toutes celles que la France a de fortifées ſur cette frontiere laquelle par conſequent demeuroit ouverte aux Alliez. Comme les eſprits étoient déia aigris en Angleterre, on y fit peu de cas de cette expedition, & bien loin d' en remercier le Duc, comme on avoit fait les années precedentes, on ne fit que rire de ſa conquête l' appellant par fobriquet la priſe d' vn colombier.*

21) LA CLEF *Octobr. 1710. p. 247.*

22) LA CLEF *Sept. 1711. p. 174.*

23) LA CLEF *Octobr. 1711. p. 253.*

24) LA CLEF *Janv. 1712. p. 32. Août pag. 88. Janv. 1713. p. 39.*

25) LA CLEF *Avr. 1712. pag. 287.* HIST. DV CONGRES *p. 339.*

cem magis magisque inclinabant. 26) Nihilominus Quercetum Iunio menſe obſidebat Eugenius Princeps, idemque poſt quindecim dierum obſidionem IV. Iulii deditione capit. 27) Grouefteinius interea eodem menſe, cum tribus millibus, per Galliæ tractum Rhemenſem mittebatur, qui poſt villarum direptiones, variasque exactiones cum multis obſidibus Trarbacum redit. Hoc compenſaturi Galli, Paſtorio Duce, in Selandiam inſulam irrumpunt. 28) Sed, poſtquam Angli a Fœderatis plane diſceſſiſſent, armorumque ſuſpenſionem XVII. Iulii in caſtris ſuis publicari feciſſent, Germanorum copiæ, quæ Anglis hucusque militauerant, Eugenio accedebant, exceptis Holſatis. 29) Landrecium proximum erat, quod Eugenius obſidione cingebat, vt hoc capto, aditum ſibi ad antiquos Gallorum fines pararet, 30) dum interea Galli Dunckerckam, tanquam fidei pignus, Anglis præſidio firmandam relinquerent. Hi etiam Gandauum, Brugas & Nieuportum, tanquam medii inter partes litigantes, præſidio adhuc tenebant. 31) Dum autem Eugenius Princeps in Landrecii obſidione hæreret, XXIV. Iulii feralem cladem ad Denaniam acciperent Fœderati. Albemarlius enim Comes cum parte copiarum ob commeatus ſecuritatem ibidem collocatus, a Gallis, prodente Fœderatorum conſilia Ormondio, qui cum integro exercitu ipſum adoriebantur, ferali clade fuit adfectus, Eugenio Principe tardius ipſi in auxilium cum exercitu veniente, & fracto in Scaldim ponte, cum multis ſuorum millibus fuit captus. Hinc S. Amandi caſtrum, Marchienes, aliaque loca Fœderatorum præſidiis firmata Galli occupant, multa millia in captiuitatem adducunt. 32) Hoc ferale prœlium non ſolum Eugenium Principem ad ſoluendam obſidionem adigit, ſed etiam pacem cum Belgis promouet. Galli enim hac victoria vtentes, Duacum obſidione cingunt, idemque VIII. Septembris capiunt, 33) quod paulo poſt IV. Octobris Quercetum fuit inſecutum, 34) atque demum Bouchanium, 35) dum interim Belgæ Knockium caſtrum ſubito occuparent. 36) In Italia vero Maio menſe 1712. Cæſarei portum Herculis capiunt. 37)

§. IX. Dum autem per Miniſtros nouiter conſtitutos, Anglorum, Annæ potiſſimum Reginæ animi ad pacem eſſent præparati, Priorius ineunte Iulio 1711. in Galliam mittebatur; 38) Menagerius vero & Abbas du Bois in Angliam, cum quibus Oxonii Comes ſecreto congrediebatur 39) Menagerius XXVII. Septembris ſt. v. 1711. proponebat Septem articulos Præliminares generales, a priori bus iſtis a. 1709. immo ipſis Gallorum oblatis ante iamdum factis, plane differentes, quibus Rex Galliæ promittit, ſe Annam pro Regina legitima eſſe adgniturum, conceſſurum, vt Gallia atque Hiſpania in perpetuum ab inuicem ſeparentur, ſingulis in magno fœdere comprehenſis ſatisfiat, Belgii Fœderati & Germaniæ libertati proſpiciatur, Dunckerckæ munimenta ſolo æquentur. 40) Et licet Cæſareus legatus, Comes de Gallas hiſce attentatis ſeſe opponeret, ipſe tamen aula prohibebatur. 41) Straffordius Comes cum iisdem propoſitionibus in Belgium mittebatur, hoc ſimul conſilio, vt loco quædam ad pacis Tractatus proponeret, 42) dum e contrario Imp. amplis ad Belgas litteris ſcriptis, eosdem dehortaretur. 43) Mittebant equidem Belgæ legatum ſuum de Buis in Angliam, qui Anglos in viam iterum duceret. 44) Elector Hannoueranus idem per Baronem de Bothmar, ſcripto IX. Decembris 1711. exhibito, agebat. Sed ſurdis hæc narrabantur, 45) Regina coram Parlamento aſſerebat, ſe pacem facturam haut eſſe, niſi reſtituta domui Auſtriacæ Hiſpania & India. Parlamentum nouis creatis Paribus, Reginæ deuotis, paci adplaudebat. 46) Et dum Regina Aquisgranum, Leo-

26) HIST. DV CONGRES *p.312.*

27) LA CLEF *Aout 1712. pag.145.* HIST. DV CONGRES *p.341.*

28) LA CLEF *Oct.1712. p.282.*

29) LA CLEF *Sept. 1712. p.166.*

30) LA CLEF *Aout 1712. pag. 157. Sept. 1712. p.166. 199. 201.*

31) LA CLEF *Sept. 1712. p.199.*

32) LA CLEF *Sept. 1712. p.202.*

33) LA CLEF *Oct.1712. p.295. Nov. p.362.*

34) LA CLEF *Nov. 1712. p.362.*

35) LA CLEF *Nov. 367. Dec. p.419.*

36) LA CLEF *Nov. p.367.*

37) LA CLEF *Iuillet 1712. p. 25.*

38) LA CLEF *Nov. 1711. p.351. Dec. pag.411. Lettre a vn Seigneur touchant l' Etat & le Progres de la preſente Negociation de Pair.* MERCVRE GALANT *Nov. 1711. p. 80.* MERCVRE HISTOR. *Sept.1711. p.300.* BVCHER-CABINET *p.XVI.p.157.* HIST. DV CONGRES D' VTRECHT *p.225.* Extat etiam ſcriptum ſingulare ſub titulo: *Voyage de Mr. Prior d' Angleterre en France.*

39) Qua ratione populus per Menagerii aduentum Londini fuerit concitatus, traditur in MERC. HISTOR. *Octobr. 1711. p.439.*

40) MERC. HISTOR. *Nov.1711. p.528.* MERCVRE GALANT *Nov.1711. p.816.* ACTES & MEMOIRES *Tom.I. p.131.* HIST. RASTADT. FRIEDENS *p. 16.* BVCHER-CABINET *p. XVI. p. 159.* HIST. DV CONGRES *p.226.* LA CLEF *Decembr. a.1711. p.412.* Extant cum Reflexionibus in ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tom.IV. p.117.*

41) HIST. DV CONGRES *p.230.*

42) BVCHER-CABINET *p.XVI. p.122.*

43) Extant hæ litteræ in ACTES & MEMOIRES *de la Paix d' Vtrecht Tom.I. p.134.* MERC. HISTOR. *Ianv. 1712. pag. 40.* MERC. GALANT *Novemb. 1711. p.818.* BVCHER-CABINET *p.XVI. pag.163.*

44) HIST. DV CONGRES *p.232.*

45) ACTES & MEM. *de la Paix d' Vtrecht Tom.I.p.174.* LA CLEF *Mars 1712. p.207.* MERC. HISTOR. *Ianv. 1712. p. 69.* MERCVRE GALANT *Ianv. 1712. p. 125.* BVCHER-CABINET *pag. 168.* HIST. DV CONGRES *pag. 234.* ELECTA IVRIS PVBLICI *Tom.IV. p.131. 281.463.*

46) Quid in negocio Pacis in Parlamento factum, exponitur in LA CLEF *Fevr.1712. pag.122.* HIST. DV CONGRES *p.234. La Reine ayant enfin (après pluſieurs prorogations) aſſemblé ſon Parlement.*

Leodium, Neomagum & Traiectum ad Congressus locum proposuisset, victimus placebat, atque ad Congressuum initium XII. Ianuarii 1712. destinabatur, 47) Cæsare desuper protestante 48) Eugenium etiam in Angliam mittente. 49)

§. X. Ianuario mense 1712. Legati Fœderatorum sensim Traiectum veniebant. 50) Et postquam XXVIII. Ianuarii super certis articulis ratione cæremoniarum conuenissent inuicem, 51) fit XXIX. Ianuarii initium Pacis Tractatuum, quibus Anglici saltim, Belgici & Sabaudici legati intererant, quo, commutatis inuicem legitimationibus, Episcopus Bristolienſis de pacis negotio præfatur, cui per Abbatem de Polignac respondebatur. 52) In tertio congressu III. Februarii instituto, de Protocollo deliberabatur, & licet Angli per vnum suæ gentis hoc geri vellent, contradicentibus tamen reliquis, nouo more, concludebatur, vt cuilibet integrum esset, separato vti Protocollo. 53) Petebatur etiam, vt Philippi Andegauensis legati admitterentur, quod tamen haut concedebatur. 54) Nondum aderat Cæsaris legatus, qui ægre licet a Cæsare eo fuit missus, dum Gallorum legati declararent, Capita ista Londini propoſita minime tanquam pacis fundamentum debere considerari. 55) His præmissis, instantibus Fœderatis, Galli VI. Februarii Capita Pacis proponebant; quæ Anglis quidem postulata sua concedebant, Imp. vero Regnum saltim Neapolis & Sardiniæ vna cum Ducatu Mediolanensi offerebant. 56) Ast, V. Martii singuli Fœderati Postulata sua separatim erga Gallos proponebant, quæ sane erant nimia, 57) & licet XXX. Martii fixus esset, quo ad ea Galli responderent, hi tamen ſtato tempore habito congressu, id saltim declarabant, se nunc instructos esse, vt cum

ment le 18. de Decembre, elle y declara d' avoir fixé le tems & le lieu d' vn Congrés, ou l' on traiteroit de la Paix generale, nonobſtant les artifices de ceux qui ſe plaiſoient dans la guerre.

47) MERC. HISTOR. *Dec. 1711. pag. 656.* ACTES & MEMOIRES *de la Paix d' Vtrecht Tom. I. p. 188.* LA CLEF *Ianv. 1712. p. 68.*

48) HIST. DV CONGRES *p. 239.*

49) MERC. HIST. *Dec. 1711. pag. 685.*

50) Legati, qui adfuerunt, recenſentur in ACTES & MEMOIRES *Tom. I.* BVCHER-CABINET *p. XVI. p.* 182. HIST. DV CONGRES *p.* 241. LETTRES HISTOR. & GALANTES *Tomo ſexto.* A parte Imp. aderat Comes Sintzendorf & Consbruchius, atque hoc mortuo, Baro de Kirchner, a parte Gallorum Marchio d' Vxelles, Abbas de Polignac & Menagerius: a parte Anglorum, Episcopus Briſtolienſis & Comes de Strafford.

51) ACTES & MEM. *Tom. I. p.* 193. MERC. HISTOR. *Fevr. 1712. p.* 221. LA CLEF DV CABINET *Mars 1712. p.* 211. BVCHER-CABINET *p. XVIII. p.* 371. Prodierunt poſtea *Lettres de Mr.* FILZ MORITZ *ſur les Affaires du Tems Pariſiis, inde Amſtelodami* 1718. 12. in quibus R. Hiſpaniæ Iura, non obſtante ipſius renuntiatione, defenduntur. Contra has prodiit *Conference d' vn Anglois & d' vn Allemand ſur les Lettres de* FILZ MORITZ *a Cambrai* 1722. 12. in quibus p. 3. priorum litterarum Auctor detegitur *L' Abbe* BRIGAVLT *a près qu' il a été à la Baſtille pour la Conſpiration de l' Ambaſſadeur d' Eſpagne.* Inde vero abunde demonſtrant, Philippi V. renuntiationem omnino eſſe validam, atque per eandem ipſum, eiusdemque poſteros a ſucceſſione in Regnum Galliæ repelli.

52) MERC. HISTOR. *Fevr. 1712. pag.* 225. LA CLEF *Mars 1712. p.* 217. BVCHER-CABINET *p. XVIII. p.* 357. HISTOR. DV CONGRES *pag.* 246.

53) HISTOR. DV CONGRES p. 245, *outre cela on propoſa de nommer vn Protocolliſte, qui put tenir le Regitre de tout ce qui ſeroit traité, attendu qu' il n' y avoit point de Mediateur; les Anglois en preſenterent vn de leur Nation, mais il fut refuſé par la plus part des autres, qui en ayant propoſé a leur tour, ceux ci ne plurent point aux Anglois. Ainſi il fut reſolu, que chacune des Nations ſeroit & garderoit ſon protocolle à part: quoique avec cét inconvenient que comme l' interêt particulier pouvoit rendre ſuſpecte la fidelité des relations & des regitres, on ne ſeauroit obliger perſonne à y ajouter foi.*

54) HISTOR. DV CONGRES p. 248.

55) HISTOR. DV CONGRES pag. 249. *Le iour d' après ce fut le 4. de Fevrier après dinè, les Alliez eurent entr' eux vne autre conference, qui dura iusque ſort avant dans la nuit; il y fut traité des moyens de diſpoſer le Comte de Sinzendorf (qui étoit a la Haie) a venir au Congres. Pour cet effet on conclut de s' en tenir a la declaration verbale, que les Plenipotentiaires de France avoient donnée, ſçavoir, que les Preliminaires portez a Londres ne pouvoient, ni devoient être conſiderez, que comme de ſimples propiés qui n' obligeoient perſonne a y deferer, & que chacun pouvoit parler & agir, comme ſi rien n' avoit été arreté & conclu.* Et p. 254. *quelque repugnance que l' Empereur eut d' entrer en vne negotiation, qu' il voyoit bien devoir tourner entierement a ſon preiudice: il étoit cependant ſi fort preſſé de le faire, qu' il avoit enfin envoyé les ordres au Comte de Sinzendorf, de ſe porter a Vtrecht, où il parut le ſoir du 9. C' eſt a dire 3. iours après que les François eurent fait leurs propoſitions; desquelles on va parler. Il y vint avec Mons. de Consbrug ſeul, que l' Empereur avoit nommé ſon troiſiéme Plenipotentiaire: le Comte de Goes Miniſtre Ordinaire de Sa M. Imp. après des Etats Generaux (qui avoit été nommé le ſecond) n' ayant pas voulu accepter cet emploi, ſous pretexte, que comme il étoit le plus ancien Conſeiller de l' Empereur, il auroit du être le premier des Plenipotentiaires de S. M. Imp.*

56) Titulus erat: *Explication ſpecifique des offres de La France pour la Paix Generale, a la ſatisfaction de tous les Interеſſez dans la Guerre preſente.* HISTOR. DV CONGRES p. 254. LA CLEF *Avril* 1712. *p.* 281. ACTES & MEM. *de la* Paix *Tom. I. p.* 198. MERCVRE GALANT *Fevr.* 1712. *p.* 257. MERC. HISTOR. *Fevr.* 1712. *p.* 228. Diem equidem hæc scripta definiunt XI. Februarii: Verum, sequimur Historiam Congressus Traiecti impressam, quæ dies probe distinguit, & hanc propositionem ante Cæsareorum aduentum factam asserit.

57) ACTES & MEM. *de la Paix Tom. I. pag.* 203. MERC. HISTOR. *Mars* 1712. *p.* 331. MERC. GALANT *Mars* 1712. *p.* 376. FABRI *Staats Canzelley Tom. XIX. c. IX.* LA CLEF *Mars* 1712. *p.* 314. HISTOR. DV CONGRES *p.* 265. vbi *p.* 296. additur: *ſi les propoſitions où offres du Roi T. C. avoient paru bien petits & s' étendre à peu de choſes les demandes des Alliez, du moins de quelques vns en particulier, parurent d' autant plus amples & étenduës: en ſorte que l' eſperance de trouver des temperamens pour reprocher les eſprits, n' étoit pas fort grande. Entre les reflexions qu' on fit ſur la maniere de proceder des vns & des autres, il parut, que les Alliez avoient donné vn grand champ aux Fran-*

vt cum ſingulis conferant, 58) ita tamen, vt non ſcripto, ſed ore ſaltim agatur. 59) inter haſce Pacis agitationes varii oriebantur motus. Vt enim Angli eo certiorem haberent occaſionem a Fœderatis diſcedendi, XVI. Februarii 1712. in Parlamento inferiori proponebatur, nec Cæſarem, nec Luſitanos, nec Belgas potiſſimum, fœderi & officio ſuo ſatisfeciſſe, Anglosque maiores ac iſtos, feciſſe impenſas, contra Tractatum Securitatis etiam agebatur, licet Belgæ publicis ſcriptis ſe defuper defenderent. 60) Anglorum vero Regina VI. Iunii Parlamento ſuo nouum Pacis Proiectum proponebat, quid ſingulis Fœderatis in hac pace ſperandum, quod auctо Parium numero, hisque a Reginæ partibus ſtantibus, ſingula adprobabat. 61) Philippus Andegauenſis, adprobante hoc Gallorum Rege, ſub initium anni 1712. Bauariæ Electori omne Belgium Hiſpanicum concedit, qui etiam Luxenburgi & Namurci, accepto homagio, poſſeſſionem adripit. 62) In Germaniæ vero Comitiis XIII. Martii 1712. decernebatur, vt Imperii adlegati ad pacis Tractatus mitterentur, & quidem ex Collegio Electorali Moguntinus & Saxo, ex Principum collegio Auſtriacus, Palatino-Neoburgicus, Magdeburgenſis & Bremenſis. Ex Ciuitatibus, Auguſta & Lubeca, dum autem ſuper mandato Imperii delegatis concedendo non conueniret, Euangelicis poſtulantibus, vt ad normam Pacis Weſtphalicæ dirigeretur, contradicentibus Catholicis, qui ſtatum præſentem in Eccleſiaſticis ſeruari vellent, adlegatio plane ceſſauit. 63) Miſſi tamen Traiectum legati circulorum Aſſociatorum, qui licet in Fœdere cum Anglis ac Belgis comprehenſi, fœdus etiam inter circulos aſſociatos Francofurti ad Mœnum XXXI. Auguſti 1711. accedentibus Anglis Belgisque, ſuiſſet confirmatum, 64) ad ipſos tamen pacis Congreſſus admiſſi non fuerunt, 65) licet cum Anglorum legatis de compenſandis Circulorum damnis, & abolenda clauſula quarti

François, de travailler à leur deſunion: chacun ayant propoſé ſes pretenſions à part, au lieu d' avoir dû ne faire qu' un corps de toutes demandes, afin qu' on ne les pût pas deſunir; mais puisque chacun d' eux fit les ſiennes à part; on donnoit lieu aux François de traiter avec chacun en particulier, dans une eſperance d' autant mieux fondée de les deſunir, que comme quelques Alliez demandoient peu de choſes pour eux-mêmes il étoit facile au Roi de France de les contenter, & ainſi de les detacher de l' Alliance. Privatis curis prodiit *Memoire contenant les Uſurpations de la France, pendant le Regne du Roi Louis XIV.* in ELECTIS IVR. PVBL. *Tom. I. p.* 670.

58) HIST. DV CONGRES p. 299. Gallorum reſponſio ad Protocollum data, hæc erat: *Comme on s' eſt donné de part & d' autre des propoſitions reciproques par écrit, nous croyons être preſentement en état, d' entrer en negotiation avec tous les Alliez, ſuivant les formes uſitées dans les precedens Congrès.* BVCHER CABINET p. *XVIII. p.* 334. FABRI *Staats-Cantzelley Tom. XVIII. c. VIII.*

59) HIST. DV CONGRES *p.* 301. BVCHER-CABINET *p. XVIII. p.* 335.

60) LA CLEF 1712. *p.* 270. *on mit en deliberation le* 15. *Fevrier ſi la Maiſon d' Autriche, les Hollandois, & le Roi de Portugal avoient rempli les conditions & les engagemens de leurs Traitez: mais la negative l' emporta de* 237. *voix contre* 90. MERC. HISTOR. *Mart* 1712. *p.* 296. *April* 1712. *p.* 414. Sed contra hæc prodiit *Reſolution de L. H. P. Memoires & Documents ſervant a montrer, que l' eſt a tort que les Etats Generaux ſont chargez par les Reſolutions de la Chambre des Communes du Parlement de la Grande Bretagne.* Acta & ſcripta hac in re reperiuntur in ACTES & MEMOIRES *de la Paix d' Vtrecht Tom. I. p.* 342. In BVCHER-CABINET *p. X. pag.* 895. reperiur *Nachricht von denen allerneuſten Streitigkeiten zwiſchen dem Parlament in Engelland, und denen Herren General-Staaten.* Facit huc etiam *Diſcours ſur la Barriere des Hollandois, a Roterdam* 1712. 12. HISTOR. DV CONGRES *pag.* 303.

61) LA CLEF *Aout* 1712. *p.* 126. HIST. DV CONGRES *p.* 331. Facit huc etiam *Hiſtoire ſuccinčte du dernier Parlement de la Grande Bretagne* 1713. 8. & *Les Soupirs de l' Europe a la venuë du Proiet de Paix* 1712. 12. vbi ſingula hæc examinantur. Litteræ vero Belgarum, quibus Angliæ Reginam a Pace ſeparata dehortari conantur, repetiuntur in MERC. HISTOR. *Iuin* 1712. *pag.* 662. MERCVRE GALANT *Iuin* 1712. *p.* 271. ACTES & MEMOIRES *de la Paix Tom. I. p.* 502. Miniſterii vero Anglicani artes deſcribuntur in *Rapport du Comitté Secret par* ROBERT WALPOLE. HIST. DV CONGRES *p.* 314.

62) Promiſſio iamdum VII. Nouembris 1702. a Gallorum Rege fuerat facta. Poſtquam autem de pace agi cœptum, Belgii Hiſpanici prouinciæ Electori cedebantur, conceſſo deſuper diplomate Madriti II. Ianuarii 1712. quod extat ſub finem Tomi primi ACTES & MEMOIRES *de la Paix d' Vtrecht.* Hoc tamen ſub certis ſaltim conditionibus fuit factum, quæ reperiuntur *Tom II. p.* 313. LA CLEF *Ianv.* 1713. *p.* 88.

63) Poſt Pacis Præliminaria, Hagæ Comitum ſignata, Imp. iamdum per Commiſſionis, vt dicitur, Decretum XVIII. Iulii 1709. illud de pace tractanda Statibus in Comitiis ſignificauerat. Repetebatur hoc ſub initium Tractatuum Traiectenſium Kl. Martii 1712. Controuerſias vero & deliberationes in Comitiis ſuper hoc negotio recenſent ELECTA IVRIS PVBLICI *Tom. III. p.* 91. *& Tom. IV. p.* 474. Prodiit hac in cauſſa *Vnvorgreiffliches Bedencken über der Conturrentz der Fürſten des Reichs bey der bevorſtehenden Abhandlung des Friedens* 1709. 4. quod auctorem adgnoſcit perilluſtrem Dominum de RHEINBABEN. FABRI *Staats - Cantzelley Tom. XIV. pag.* 860 ELECTA IVR. PVBL. *Tom. III. p.* 387.

64) Extat in ELECTIS IVR. PVBLICI *Tom. III. p.* 1051. Denuo etiam Anglis Belgisque accedentibus. Extant Acta huius renouati fœderis in FABRI *Staats-Cantzelley Tom. XVIII. cap. VII.*

65) Quid in hac materia in cauſſa Circulorum Aſſociatorum fuerit factum, exponitur in FABRI *Staats - Cantzelley Tom. XIV. c. VIII.* Hi Circuli etiam cauſſas poſtulatorum ſuorum ſingulari ſcripto declarabant, ſub titulo: *Diſcours ſur la demande, que les Cercles de l' Empire, compris dans la grande Alliance, ont fait au Congres pour la Paix, touchant la Reſtitution de ce qui a été cedé a la France par la Paix de Munſter & les Traitez ſuivans.* Extat in ACTES & MEM. *Tom. I. p.* 244. Nitebantur Circuli iſti potiſſimum verbis fœderis cum Anglis Belgisque concluſi art. VIII. *ſtipulatur ibi, ut inter alia præprimis etiam Redintegratio ſuperiorum Imperii Circulorum mediante Reſtitutione tot ab iis auulſorum Commembrorum, Ciuitatum terra-*

http://stores.ebay.com/Historical-Collectibles

quarti Articuli plurimum agerent. 66) Angli interea haut tecte de pace cum Gallis iamdum facta testabantur, dum non solum, contra quod promiserant, copias suas, publicato armistitio, a Fœderatis seiungerent, sed etiam Bullingbrockium in Galliam mitterent, qui armistitium publicum cum Gallis XIX. Augusti Parisiis concluderet, a XXII. Augusti ad XXII. Decembris duraturum. 67) Mittebatur etiam Lexingtonius in Hispaniam, quo præsente, Andegauensis VII. Nouembris non solum iuri in successionem Gallicam renuntiabat, Sabaudiæ Ducem hæredem declarans, extincta sua posteritate, sed etiam Dux Bituricensis & Aurelianensis iuri successionis in Hispaniam, sperantes pacem hoc, omni vnione Hispaniam inter & Galliam sublata, promoturum. 68) Immo, postquam Dunckerckam tradentibus Gallis, Minorcam insulam Cæsaris nomine hactenus possessam, nunc proprio nomine Angli occuparent, 69) aperte declarabant, Reginam, dum pacis negotium parum procedere viderent, separatam cum Gallis esse concluſuram: 70) Turbabant interim pacis negotium iniuriæ a domesticis Menagerii domesticis Comitis a Rechtern verbis signisque XXVII. Iulii illatæ, postquam de Fœderatorum clade ad Denanium increbuissent. His dum Menagerius haut satisfaceret, potius Comitis a Rechtern domestici propriam vindictam exercent, Galli pacis negotium tantisper abrumpebant, vsque dum ipsis satis fuerat factum. 71) Interim Rex Galliæ, promissis Suecorum Regi per

rumque, in pristinum statum & iura quo ante anullationem ab Imperio ganiſi sunt, cura ratioque habeatur, nullumque medium ad eam obtinendam conducentium omittatur, propterea que separatos inire tractatus fas non sit, sed vt de pace communem tractetur, eaque non aliter nisi obtenta pariis, in quantum possibile, Redintegratione supra memoratorum Circulorum omni meliori quo fieri potest & tutiori quam hactenus modo satis superque prospectum fuerit, concludatur. Dilucidius hoc in articulo separato renouati a. 1711. fœderis Nordlingensis explicatur, in quo hæc verba: *quandoquidem potissimum associatorum Circulorum belli scopus fuerit, vt pro maiori securitate, diuino fauente Numine, vi armorum associatorum aut futura pace, contra continuat Coronæ Gallicæ pacis transgressiones meliorem obicem & repagulum obtinerent, hucusque ab vna quidem parte compertum sit, a Serenissima & Potentissima Magna Britannia Regina, & Dominis vnitis Belgii Ordinibus Generalibus nihil neglectum fuisse, quod ad obtinendum finem tam salutarem inseruire potuerit, ab altera tamen parte videatur, vix talem securitatem obtineri nisi recuperandi auulsa Imperii (sc. vniuerse Alsatia, Suntgouiæ & Brisgouiæ, nec non trium Episcopatuum, Metensis, Tulonensis & Verodunensis, Ducatus quoque Lotharingiæ ratio habeatur. Spondent itaque Domini Fœderati, sese tam vi armorum, quam futura pace pro virili omni cura & opera conaturos, vt prædicti status auulsi, si possibile sit, imperio reuniantur, & Serenissimus quoque Lotharingiæ Dux æquam & conuenientem satisfactionem obtineat.* Dum autem Angli, horum Circulorum cura plane nulla habita, de pace agerent, singulari scripto de XXX. Decembris 1712. desuper Circuli conquerebantur, quod extat in ACTES & MEM. *Tom. I. p.* 423.

66) FABRI *Staats-Cantzelley Tom. XV. c. II.* ELECTA IVRIS PVBLICI *Tom. II. p.* 477. ZSCHACKVVITZ *p.* 323. In Præliminaribus quidem Pacis art. XIII. insertum: *La Reyne de la Grande Bretagne & les Seigneurs Etats Generaux, soutenuant que la clause inserée dans l' article IV. du Traité de Rysvvick, touchant la Religion, est contre la teneur de la Paix Westphalie, & que conséquemment elle devoit être revoquée, il a trouvé bon que cette affaire fera remise à la Négotiation de la Paix generale.* Hac de causſa etiam Traiecti varii instituti Congressus III. Martii 1712. præsente Bristoliensi Episcopo & Sinzendorfio Comite, DIARIVM PACIS TRAIECT. *p.* 83. & alius VII. Aprilis p. 282. Inter Postulata etiam Anglorum Reginæ V. Martii 1712. exhibita, erat, vt hæc Clausula abolleretur. ACTES & MEM. *de la Paix Tom. I. p.* 213. & prolixius adhuc in postulatis Belgarum *p.* 234. Sic etiam pro Reformatis Silesiæ sollicitabatur ACTES & MEM. *Tom. III. p.* 559. & pro Hugonottis *Tom. IV. p.* 416. Sed quam contrarius fuerit Papa, patet ex litteris illius ad Patrem le Tellier, Regi a confessionibus sacris *Tom. I. pag.* 534. *ainſi que nous vous exhortons par toutes les plus vives expressions de nôtre amour Paternel, & vous conjurons que vous sollicitiez puissamment, & animiez par vos Conseils le Roi Tres Chrétien & ſes Miniſtres, a s' opposer dans vne circonſtance ſi preſſante, aux efforts des adverſaires des Catholiques, avec vigueur & fermeté; afin que dans les études Negotiations, il ne ſe paſſe rien au preiudice de la Sainte Religion, & de ceux, qui en procurent l' avancement.* In pace cum Bornſſorum Rege concluſa art. VI. Galli promittunt: *Dominus Rex Chriſtianiſſimus hanc ſibi mentem eſſe declarat, vt prædicta Pax Weſtphalica tam in ſacris quam in profanis ſurta tutaque permaneat, perinde ac ſi hic ad verbum inſerta eſſet.* Idem dicitur in pace Anglicana *art. XXI.* Belgica *art. XXIII.* quæ tamen a Gallis parum fuerunt seruata.

67) LA CLEF *Sept.* 1712. *p.* 198. *Oct. p.* 247. BVCHER - CABINET *p. XVIII. p.* 440. MERC. HISTOR. *Sept.* 1712. *p.* 311. ACTES & MEM. *de la Paix Tom. II. p.* 323. MERC. GALANT *Sept.* 1711. *p.* 91.

68) HISTOR. DV CONGRES *pag.* 349. LA CLEF *Sept.* 1712. *p.* 161. Extant renuntiationis litteræ in ACTES & MEMOIRES *de la Paix d' Vtrecht Tom. II. p.* 329. 364. *ſqq.* LA CLEF *Ianv.* 1713. *pag.* 61. *Mai. p.* 314.

69) HISTOR. DV CONGRES *p.* 343.

70) HIST. DV CONGRES p. 346. *Enfin La Reine vouloit terminer la guerre, à quelque prix que ce fut, & pour contraindre les Alliez à la Paix, elle donna non seulement ordre a ce que toutes ſes Troupes en Eſpagne & en Portugal, fuſſent promtement retirées dans ſon Royaume mais auſſi elle caſſa vne ſeule ſois trente-deux. Regimens de ſes Troupes, & fit ceſſer le travail de tous le Ouvriers furnumeraires, qu' on avoit été obligé d' occuper a Chattam, pendant la Guerre, a la conſtruction des vaiſſeaux.*

71) Causſam ſic exponit HISTOR. DV CONGRES p. 357. *Le Comte de Rechteren vn des Deputez au Congrès de la part de la Province de Over-Iſſel, paſſa en caroſſe le 27. de Iuillet (iour de la nouvelle de la défaite près de Denain) devant l' Hôtel de Mons. Ménager: quelques Laquais de celui-ci ſe trouvans à la porte, firent quelques geſtes de main, comme ſ' ils avoient voulu inſulter & ſe mocquer des Domeſtiques & des Laquais du Comte, qui etoient ſur le derriere de ſon caroſſe. Quelques iours après le Comte ayant pris dans ſon caroſſe Mons. de Marmont, Plenipotentiaire de la Province de Zelan-*

per menſem centum Ioachimicorum millibus, vt ni Pax fuerit inſecuta, Miſniam, Sileſiamque invadat, quod fœdus Benderiæ Kl. ſeptembris 1712. ſuit ſubſcriptum. 72)

§. XI. Dum igitur Angli plane a Fœderatis diſcederent, Belgæ Fœderati metuentes, ne belli onera, maxime ratione ſubſidiorum, ad ipſos ſolos deuoluerentur, æque ad pacem adſpirabant, ſollicitante eosdem Straffordio. 73) Hic etiam tantum apud eosdem promouit, vt cum Anglis XXIX. Ianuarii 1713. nouum de ſecuritate Limitum concluderent Tractatum. 74) Lite etiam cum Comite de Rechtern compoſita, Pacis Tractatus redintegrantur. Imp. licet paci vniuerſali haut accederet, ſe claſſe deſtitutum videns, de Catalonia relinquenda atque Italiæ Neutralitate XIV. Martii 1713. pacifcebatur: 75) Anglorum claſſe militem Cæſareum transferente, licet Cataloni bellum adhuc contra Gallos ſtrenue continuarent. Poſtquam autem Fœderati reliqui armiſtitio ſubſcripſiſſent; pacis conditiones cum iisdem componebantur, vt, dum ſolus adhuc ſupereſſet Imp. cui cum Gallis non conueniret, hi XI. Aprilis 1713. noua capita proponebant, quibus Galli declarabant, pacem Ryswicenſem baſem futuram pacis cum Imperio, qua ratione ſe obligabant ad Briſacum reſtituendum cum munimento Kehl, ſolo æquandis munimentis cis Rhenum extructis, Fortalitio etiam Ludouici, relinquendum Imp. Landauium, regnum Neapolitanum, Ducatum Mediolanenſem, portus in Statu Præſidii ſitos, Belgium Hiſpanicum, ita tamen, vt Boruſſiæ Regi quidquid in Geldria poſſideat, vna cum præfectura Keſſel cedatur, atque pro Vrſina Principe Principatus triginta millium redituum annuorum. Præter hoc poſtulabant, vt Colonienſis Elector pleno iure reſtitueretur, Bauariæ Elector ſingulas terras, excepto Palatinatu ſuperiori, vna cum nono Electoratu reciperet, omnia damna ipſi illata, & quidquid contra Ilbesheimenſes Tractatus 76) Imp. ex Monachienſi Præfectura percepiſſet, compenſetur, facta etiam reſtitutione pretioſorum, machinarum abductarum & rerum mobilium, Sardiniæ regnum ipſi concedatur. 77) Belgis præſidii ius in arce Leodienſi, vrbe & arce Huienſi concedatur, munimenta Bonnæ ſolo æquentur. Bauariæ Elector tantiſper Luxenburgenſi & Namurcenſi prouincia gaudeat, vsque dum ipſi de ſingulis fuerit ſatisfactum. Duci etiam S. Petri ratione Principatus Sabionetæ, aliarumque prætenſionum ſatisfiat. 78) Licet autem hæc Imp. minus probarentur, reliqui tamen Fœderati, Angli, Luſitani, Boruſſi, Sabaudiæ Dux, Belgæ, eodem die adhuc pacem ſignabant. 79) Anglis promittitur, Regem ſucceſſionem Proteſtantium adgnoſcere, nec illis, qui eam turbare vellent, vnquam auxilium laturum, Galliam cum Hiſpania nunquam vnitam iri, Dunckerckæ munimenta ſolo æquanda, Sinus & Fretum Hudſon, Inſula Sancti Chriſtophori, Noua Scotia, Terra

de, paſſa encore devant l' Hôtel du dit Miniſtre de France, & les mêmes laquais en firent a peu près autant que la premiere fois, ſes moquans des gens du Comte, par des geſtes de main & ſignes de mépris. Acta huc facientia reperiuntur in ACTES & MEM. *de la Paix Tom. II. p.* 262. ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tom. V. pag.* 3. BVCHER - CABINET *p. XVIII. p.* 459.

72) Extat hoc fœdus in ZINCKII *Ruhe des ietzlebenden Europa p. IV. p.* 102.

73) HISTOR. DV CONGRES *p.* 374.

74) Extat in HISTOR. DV CONGRES *p.*399. ELECTIS IVR. PVBL. *Tom. V. pag.* 194.

75) Extat in LA CLEF *Mai* 1713. *pag.* 306. HIST. DV CONGRES *p.* 407. 450. ELECTA IVRIS PVBLICI *Tom. V. p.* 269.

76) Præfectura enim Monachienſis per Tractatus Ilbesheimenſes, quibus Bauaria Imp. cedebatur, Electoris Coniugi pleno iure fuerat relicta, prout ſupra dictum. Sed, cum Bauari, conſcio Electore, nefaria contra Cæſareos conſilia fouerent, hi etiam Monachium occupabant XVI. Maii 1705. eiusdemque ditionis reditibus liberæ poſtmodum fruebantur, quorum reſtitutionem Galli petebant. Vide ſupra *Sect. XII. §. VII.* Cæſar tamen ſingulari deductione demonſtrauit, Bauaros potius dictos infregiſſe Tractatus, quam ipſum, quæ extat in ELECTIS *Tom. V. p.* 641. FABRI *Staats-Cantzelley Tom. XXI. p.* 631. In pace quidem cum Belgis *art. IX.* hæc inſeruntur: *on eſt auſſi convenu que l' Electeur de Bauiere conſervera la Souveraineté & les reuenus de la Ville & Duché de Luxembourg & de leurs appartenances dependances, annexes & enclavements iusqu' a ce qu' il ait eſté dedommagé de ſes pretenſions a l' égard du Traité d' Ilmersheim: & l' on eſt convenu que ce dedommagement ſera regli par les arbitres, dont on conviendra & du nombre desquels la Reyne de la Grande Bretagne a conſenti d' eſtre. Et ce reglement ſe fera par les dits Arbitres le plutôt qu' il ſera poſſible.* His etiam Raſtadti inſtabat Villarſius: verum a Cæſare plane reiiciebatur, Vid. HISTOR. RASTADT. FRIEDENS *p.* 181. ELECTA IVRIS PVBL. *Tom. V. p.* 631.

77) Huic etiam Galli inſtabant, ad idemque Belgas *art IX.* obligauerunt. Prodiit hac in cauſſa *La Sardaigne Paranymphe de la Paix aux Souverains de l' Europe a Bologne* 1714. 8. quo ſcripto auctor ſuadet, vi loco Sardiniæ Cæſar adminiſtrationem hæreditariam Belgii Hiſpanici Bauaro cedat. Sed deſiſtebant tandem Galli Raſtadti ab hoc poſtulato.

78) HISTOR. DV CONGRES *p.* 425. ELECTA IVR. PVBL. *Tom. V. p.* 431.

79) HISTOR. DV CONGRES *p.* 429. Poſtquam Gallorum articulos Cæſareis legatis propoſitos exhibuiſſet, addit: *En pleine foi de ce que ces Articles étoient cenx que le Roi de France propoſoit, les Miniſtres de la Reine d' Angleterre les ſouscrivirent en les communiquant au Comte de Sinzendorff & à ſon Collegue, qui ne trouvans pas que leurs Plein-pouvoirs les authoriſaſſent à les accepter, refuſerent d' y donner leur conſentement: ce qui n' empêcha pas que les Miniſtres des Puiſſances qui étoient convenus de leurs Traitez particuliers, ne les ſignaſſent le même iour. Les Plenipotentiaires de France s' étant trouvez à deux heures après midi chez l' Evêque de Briſtol (ou le Comte de Straffort ſe rendit auſſi) y ſignerent les Traitez de Paix & de Commerce entre la Grande Bretagne & la France; & comme les Miniſtres de Savoie y étoient ſurvenus, ils ſignerent en même tems celui de Son Alteſſe Royale avec la France. Le Comte de Straffort ayant ce iour la invité a diner les Miniſtres des Rois de Portugal & de Pruſſe, avec ceux de Etats Generaux, & ayant*

Terra Noua Anglis, cum libertate commerciorum & seruorum, Assiento dicto, 80) relinquuntur in perpetuum possidenda: Sabaudiæ Duci restitutio terrarum, Vallis Pragelas, cum munimentis Exilles & Fenestrelles, aliisque vallibus Pedemonto vicinis, vna cum regno Siciliæ ceduntur, cessiones a Leopoldo Imp. in Ducatu Mediolanensi factæ confirmantur. Lusitaniæ Regi terræ quædam Americanæ inter Fluuium Amazonum & Iapoc conceduntur. Borussiæ Regi conceditur pars Geldriæ Hispanicæ, quam copiis ipsius occupatam tenebat, vna cum tractu Kesselano & præfectura Krieckenbec. Confirmatur etiam possessio Principatus Nouicastri, ita vt Borussorum Rex cedat iuri suo in Principatum Araufionenfem, titulo tamen retento. Belgæ restituunt Regi Insulas, Ariam, Bethunam, castrum S. Venantii, in cuius vicem Galli restitutionem Belgii Hispanici in fauorem domus Austriacæ pollicentur. 81) Cæsaris vero Legati ante discessum suum, publicis scriptis exponebant rationes denegatæ subscriptionis. 82)

§. XII. Bellum igitur in Germania continuabatur, dum Cæsar copiis ex Hispania atque Italia eductis, milite Germano sussultus, exercitum, Eugenio Duce, ad Rhenum mitteret, decreto etiam in Comitiis quatuor Myriadum (*Millionen*) auxilio. 83) Ast Galli copiis longe superiores XXIV. Iunii Landauium, licet nouis munimentis instructum, gubernante illud Alexandro Würtenbergico, obsident, qui, licet vrbem strenue defenderet, demum XX. Augusti ad deditionem tuit compulsus. 84) Exeunte Augusto, noua ab Imp. contra Gallos, Bauarum & Colonienfem publicabatur belli declaratio. 85) Villarsius vero Gallorum Dux, postquam Rhenum transiisset, improuiso Germanorum aggeres Friburgo præductos, & a Vaubonnio defensos, perrumpit, 86) Friburgum XVI. Septembris obsidet, idemque per Harschium streitæ defensum, cum arcibus suis XVI. Nouembris capit. 87) Et licet Eugenius vtique oppido subuenire vellet, illud tamen, dum copiis longe esset inferior, equitatu potius præualeret, & submisse a Germaniæ Principibus copiæ ad nutum ipsius haut agerent, illud tentare non fuit ausus. 88)

§. XIII.

ayant pris avec soi ceux qui se trouvoient chez l' Evêque avec Evêque même, tous allerent à l' Hôtel du Comte. Personne ne sçait ni ce qui s' étoit passé chez l' Evêque, ni ce qu' on alloit faire chez le Comte. Le Public considere ce repas comme on de ceux que les Ministres avoient coutume de se donner mutuellement chez eux, & personne n' avoit entendu dire que la Paix fut si fort signée. Cependant elle le fût par ceux qui s' étoient trouvez chez l' Evêque de Brissol & par les autres après le diné chez le Comte de Straffort. Les Portugais la signerent sur les 8. heures du soir & les Ministres du Roi de Prusse à 11. heures. Mais comme ceux des Etats Generaux avoient à collationner deux Traitez forts longs & étendus sçavoir celui de Paix & celui de Commerce, leur signature ne se fit qu' a 2. heures après minuit dans le meme lieu.

80) Quid Assiento notet, plenius exponitur in BVCHER-CABINET *p. XIV. p.* 612.

81) Singula hæc Pacis Instrumenta reperiuntur in ACTES & MEMOIRES *touchant la Paix d' Vtrecht Tom. IV.* ELECT. IVR. PVBL. *Tom. V. p.* 355. 435. 605. 697. 819. FABRI *Staats-Canzelley Tom. XXII. c. XII. Ruhe des ietzlebenden Europa p. I. & II.* vbi cum singulis adnexis, aliisque adpertinentibus reperiuntur.

82) Extat enim *Deduction des raisons, pour lesquelles S. M. I. ne pouvoit point souscrire à cette Paix, & des preiudice qu' elle Lui causoit*, & quidem sub forma litterarum Eugenii Principis ad Ministrum Status Anglicanum; cuius contenta breuiter exhibentur in HISTOR. DV CONGRES *p.* 439. Potissimum autem hæ rationes in eo constabant, quod Pax ista Traiectensis magno fœderi sit contraria, in cuius art. II. hæc verba: *Sacra Sua Cæsarea Maiestas, Sacra Regia Maiestas Magnæ Britanniæ & Domini Ordines Generales cum nulla res ipsis magis cordi sit, quam Pax & tranquillitas generalis totius Europæ, iudicauerunt, ad eam stabilienam nihil efficacius futurum quam procurando Cæsareæ Suæ Maiestati, ratione prætensionis suæ in Successionem Hispanicam, satisfactionem aqtam & rationi conuenientem, & vt Rex Magnæ Britanniæ & Domini Ordines Generales securitatem particularem & sufficientem, pro Regnis, Prouinciis, ditionibus suis, & pro nauigatione & commerciis subditorum suorum adipiscantur.* & art. VIII. *neutri partium fas sit bello semel suscepto de pace cum hoste tractare, nisi communitim & communicatis consiliis cum altera parte, nec pax ineatur nisi adepta prius pro Cæsarea sua Maiestate satisfactione æqua & rationi conueniente, & pro Regia Sua Maiestate Magnæ Britanniæ & Dominis Ordinibus Generalibus securitate particulari Regnorum, Prouinciarum, ditionum, Nauigationis & Commerciorum suorum.* Contraria ista erat Præliminaribus Pacis, promissis Regiæ coram Parlamento fæpius iteratis, se a bello non cessaturam, vsque dum Hispania atque India in domum Austriacam fuerint translata, & quod pacis conditiones plane sint exorbitantes. Vid. etiam *Plan des Vrrechtischen parforce Friedens* in ELECTIS IVRIS PVBL. *Tom. V. p.* 186.

83) ELECTA IVRIS PVBLICI *Tom. V. pag.* 876. FABRI *Staats-Canzelley Tom. XXI. cap. X. Tom. XXII. cap. XI.*

84) LA CLEF *Août* 1713. *p.* 105. *Sept.* 177. *Oct. p.* 261. HISTOR. DV CONGRES *pag.* 465. LAGVILLE *Hist. d' Alsace Tom. II. p.* 242.

85) LA CLEF *Nov.* 1713. *p.* 303. ELECTA IVR. PVBL. *Tom. V. p.* 836.

86) LA CLEF *Nov.* 1713. *p.* 339.

87) LA CLEF *Nov.* 1713. *p.* 345. *Dec. p.* 383. *Ianv.* 1714. *p.* 45. LAGVILLE *p.* 243.

88) Status hic exercitus Germanici probe describitur in HISTOR. DV CONGRES *p.* 465. *Il y auroit peutêtre dequoi s' étonner de ce que le Prince Eugène ne tenta point le secours ni de l' vne ni de l' autre place, si on ne sçavoit, qu' il étoit non-seulement de beaucoup inferieur en monde au Maréchal, mais aussi qu' vne grande partie de la Cavalerie de quelques Princes d' Allemagne ne put ou ne voulut point agir de concert avec le reste de l' Armée, sitvant on ordre contraire de leurs Maitres qui pour prix de leur secours avoit pretendu a S. M. Imp. des graces qu' elle ne crut pas leur devoir accorder. C' est le destin de ce grand Corps de l' Empire d' allieurs si redoutable, d' être desuni & brouillé dans les besoins les plus pressans, par des interêts & des vûes differentes de se Membres, qui souvent à contre-temps se prevalant de leur independance & immunité particuliere, font les difficiles à fournir leur contingent, & retardent ainsi le bien & l' Intérêt public. Ie ne*

§. XIII. Licet autem continuatio belli in Comitiis, exeunte anno 1713. iamdum, ad eandemque Quinque Myriades XXII. Decembris denuo fuissent decreta, 89) Gallus tamen æque ac Imperator ad pacem adspirabant. Iste modo per Papam, modo Moguntino & Palatino noua capita proponebat pacis in Imperio ineundæ; Tandem obstetricante Piazza Cardinale, 89) & Hundheimio Barone, post varios ipsius cum Gallis, Metis atque Argentorati institutos congressus, Rastadti XXVI. Nouembris 1713. conuenerunt Eugenius Princeps & Dux de Villars. 90) Difficiles sub initium videbantur Pacis Tractatus, dum Galli non solum de Hispaniæ successione omnem caussam definiri vellent, sed etiam præter Landauium & Ludouici Fortalitium, quæ tamen Traiecti Imp. concesserant, postularent, vt Bauariæ Elector non solum in integrum restitueretur, sed etiam damna illata resarcirentur, Brisaci munimenta solo æquarentur: Præfectura Germersheim & Seltz Gallis cederetur: cessio Siciliæ Sabaudiæ Duci facta, confirmaretur. Dum autem, Eugenius hæc concedere nollet, 91) iam in eo erat, vt pacis Tractatus abrumperentur. Conuenerat equidem inter vtrosque de certo Proiecto, 92) quod tamen Gallorum Rex reiiciebat. Dum interim Eugenius Princeps Stutgardiam, Villarsius Argentoratum secederet, Rege tandem Cæsaris conditiones adprobante, Rastadti iterum conuenerunt, ibidemque pacis Instrumentum plane adornabant, cuius articuli quidam separati VI. Martii, ipsum vero Instrumentum VII. inter horam tertiam & quartam matutinam fuit subscriptum. 93) Constat illud XXXVII. Articulis, & quidem fundamenti loco ponuntur pax Westphalica, Nouiomagensis & Ryswicensis. Hinc Brisacum & Friburgum vna cum munimento Kehl, castrum etiam Bitsch & Homburg restituuntur, munimenta Gallorum cis Rhenum destrui promittuntur, Landauium vero cum pagis Nusdorf, Dannheim & Queichheim Gallis relinquuntur. Consentit Rex Galliæ in nonum Electoratum. Promittitur restitutio Bauariæ & Colonienſis Electoris pleno iure, cum omnibus mobilibus & pretiosis ipsi ablatis. In Bonna Imperio sit ius præsidii. Imp. promittitur restitutio Belgii Hispanici, vna cum Menena & Tornaco, ita tamen, vt quæ Borussorum Regi per pacem Traiectensem fuerint cessa, penes ipsum maneant. Conceduntur Imp. Regnum Neapolitanum, & Sardiniæ vna cum vrbibus & portubus in Statu Præsidii sitis. Hæ autem conditiones per pacem Generalem in loco medio confirmari debeant, atque ab Imperio adprobari. Adiecti sunt tres Articuli separati, quorum primus Titulos Imp. Hispanicos concernit, quod exinde nullum alteri præiudicium possit accedere. Alter idioma Gallicum, quod contra morem alias receptum, neque hoc in præiudicium possit adduci. Tertio loca Generalis Pacis decernuntur Schafhusa, Bada Ergouiæ, & Frauenfelda, optione Gallorum Regi relicta. 95)

§. XIV. Dum vero secundum Imperii leges, ad pacem ineundam, huius etiam Consensus esset necessarius, de eodemque procurando Cæsar promisisset, Cæsar pacem hanc conclusam per Commissionis Decretum, cum Imperio XXIV. Martii 1714. communicat, 96) vrgentem necessitatem adlegans, quod tempore tam breui, Imperii consensus non fuerit requisitus, nihil tamen sine consilio & consensu Moguntini, atque Statuum potentiorum, qui legatos suos Viennæ haberent, fuisse actum. Interim, dum hæc

dis rien des ordres que les Troupes particuliérement celles des Cercles, reçoivent souvent immediatement, de ne se point laisser separer, on de ne point avancer au delà de tel ou tel District, quelque besoin ou quelle convenance qu' il y ait, d' agir autrement. Vn tel ménage rompe ou retarde souvent les mesures des Generaux, ou grand preiudice de la Cause commune.

89) Extat Decretum Comitiale, Augustæ Vindelicorum XXII. Decembris 1713. in FABRI *Staats-Cantzelley Tom. XXII. p.* 588.

90) LA CLEF *Ianv.* 1714. *on prétend que cette negotiation fut menagée par Mr. le Cardinal Piazza, par ordre du Pape, qui comme Pere commun souhaitoit de voir la Paix rétablie entre les Princes Chrétiens.*

91) Quid Rastadti actum, exponitur in LA CLEF *Ianv.* 1714. *p.* 52. *Fevr.* 1714. *p.* 127. ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tom. I. p.* 29. HISTORIE RASTADTISCHEN FRIEDENS *p.* 23. HIST. DV CONGRES pag. 468. *ce fut après la prise de Fribourg & sur la fin du mois de Novembre, que le Baron de Hundheim Ministre de S. A.E. Palatine & Mons. de la Houssaye Intendant de l' Alsace, après quelques pourparles & après quelques allées & venuës auprès des Generaux des deux Armées le Prince Eugéne & le Maréchal de Villars, avoient fait si bien, que ceux-ci se rendirent tous deux en même tems à Rastadt (Château ou lieu de l' ancienne Residence des Princes de Bade) où ils commencerent à conferer sur les moyens de faire la Paix.*

92) Patet hoc ex litteris Eugenii Principis ad Lövvensteinium Principem, Cæsaris in Comitiis Commissarium, in HISTOR. RASTADTISCHEN FRIEDENS *p.* 29. & ad Circulos associatos *p.* 30. HISTOR. DV CONGRES p. 469. *Le Prince Eugéne insistoit sur ce qu' on cedât à l' Empereur non seulement tout ce qu' on lui avoit offert dans les Conferences d' Utrecht, mais encore d' autres choses qui étoient de sa convenance & neceſſaires pour la sureté de le Empire. Le Maréchal au contraire vouloit rabatre beaucoup des premiéres propositions sous le nom de nouvelles conquetes, qu' il avoit fait, & en dédommagement des dépenses que le Roi T. C. auroit du faire dans la poursuite de la guerre.* HIST. RASTADT. FRIEDENS *p.* 63. 124.

93) Exhibetur illud in HISTOR. RASTADT. FRIEDENS *p.* 52.

94) HISTOR. RASTADT. FRIEDENS *p.* 39. LA CLEF *Avril* 1714. *p.* 267. *Mai p.* 342.

95) Extat Instrumentum Integrum in HISTORIE RASTADT. FRIEDENS *pag.* 140. ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tom. VI. pag.* 319. LA CLEF *Iuin* 1714. *p.* 399. FABRI *Staats-Cantzelley Tom. XXII. c. XIII.* & in Tractatu *Ruhe des ietzlebenden Europa Tom. I. c. XI.*

96) Extat illud in HISTOR. RASTADT. FRIEDENS *p.* 41.

97) Acta

hæc in exemplum non sint trahenda, postulat ab Imperii Statibus, vt vel Imp. Pacis negotium in Conuentu vniuersali Badæ instituendo, nomine Imperii committant, vel decretam iamdum Imperii deputationem ad locum istum mittant. Catholici equidem Status Imp. integrum Pacis negotium committendum esse arbitrabantur; Euangelici vero per Votum Commune, a Magdeburgico prolatum, decretam iamdum Deputationem Imperii adornari malebant, insimul explicationem Articuli tertii ad abolendam potissimum clausulam quarti articuli Pacis Ryswicensis, petebant. Postquam autem XXI. Aprilis caussa hæc in Principum Collegio denuo fuisset agitata, Euangelici Principes consentiebant equidem, vt Imp. pacis negotium committeretur, ita tamen, vt rationem habeat explicationis dicti tertii Articuli secundum Pacem Westphalicam, ad abolendam clausulam quarti articuli Pacis Ryswicensis. Factum de eo XXIII. Aprilis placitum Imperii, cui non solum hæc Euangelicorum postulata inserebantur, sed etiam, vt Cæsar resarcitionem damnorum a Gallis post pacem Rastadtiensem illatorum, peteret. Nouo igitur IV. Maii 1714. facto placito, negotium Pacis Imp. quidem libere committitur, ista tamen bina Capita per Postscriptum fuerunt adiecta. Hoc igitur Imperii mandato munitus solus Cæsar, cum Gallis per legatos Badæ egit. 97) Fit X. Iunii Congressus initium. Plures equidem Europæ Status eo legatos suos mittebant, qui tamen ad Congressus non admittebantur, præter Bauariæ & Colonensis Electorum Commissarios, qui tamen legati dignitate sub initium non gaudebant. Euangelici quoque abolitionem dictæ clausulæ quartæ frustra petebant. Aduentantibus tandem Badam Eugenio Principe & Villarsio, etiam hæc Pax Badensis VII. Septembris 1714. subsignatur, Rastadtiensi conformis, nisi quod Colonensis atque Bauari restitutio plenius fuisset declarata. 98) Eademque ab Imperio d. IX. Octobris 1714. ratihabita. 99)

§. XV. Pace hac licet concluſa, dum pro Catalonis, licet Rastadti non solum, 100) sed etiam Belgæ instarent, & libertatem impetrare non possent, hi tamen in proposito nihilominus constantes, post Cæsareorum ex Catalonia discessum, auctore potissimum Episcopo Barcellonensi, & Neboth Tribuno, Collegium Deputationis formant, quod Prouinciæ Regimen gerat. Ab hoc Barcellona, aliæque arces præsidio firmantur, defensio contra Gallorum Hispanorumque insultus paratur. 1) Varia equidem Galli tentabant pro Catalonis ad obsequium Philippi reducendis, ipsi tamen sine restitutione atque confirmatione iurium ac priuilegiorum suorum hoc constantissime denegabant. Quod cum Galli recusarent, atque aditus omnes ad Barcellonam per menses aliquot præclusissent, tandem Maio mense, vrbs obsidione fuit cincta. 2) Multam autem in vrbe hac defendenda fortitudinis famam ciues fuerunt adepti, ipso clero populum non solum ad resistendum inuitante, sed etiam inter milites fortissime dimicante. 3) Ast, post quadrimestrem obsidionem, eandemque durissimam, omni auxilio destituti, XII. Septembris a. 1714. vrbem Gallis victoribus, qui muros iamdum adsulu occupauerant,

97) Acta in Comitiis exhibentur in DISCVRS VON REICHS-DEPVTATIONEN *zu Friedenschlüssen p.* 47. FABRI *Staats-Canzelley Tom. XXIII. c. IX-XV. Tom. XXIV. c. XI. Historie der Religions-Beschwerden Tom. II. cap. III. §. LXIII. sqq.*

98) Breuem huius Pacis historiam exhibet HISTOR. DV CONGRES *de la Paix d' Vrecht pag.* 476. his verbis: *les Conferences commencerent en effet le* 10. *de Iuin entre les Plenipotentiaires deputez de la part de Sa Mai. Imp. les Comtes de Goet & de Seilern, & le Comte du Luc & Mons. de St. Conteſt, Plenipotentiaires de France. Comme on avoit long tems attendu ces Miniſtres car il falut avoit la Ratification de ce qui avoit été conclu à Raſtadt, il s' en trouva beaucoup d' autres dés le commencement des Conferences, qui n' ayant pu obtenir à Vtrecht ni à Raſtadt, qu' on mit les interêts de leurs Maitres ſur le tapis, venoient inſiſter ſur la même choſe. Cependant ils n' eurent point lieu d' etre plus ſatisfaits à Bade, qu' ils avoient été ailleurs: ils n' y firent que perdre leurs pas & peine. Ces Miniſtres étoient ceux du Pape, du Duc de Lorraine & de quelques Princes d' Italie, des preteuſions desquels on parlera ci aprés & Le Baron de Miniſtre de l' Electeur de Cologne, & le Bar. de Malknecht de la part de celui de Bauiere ne furent admis au Congrés de Bade, non plus que les precedens, & encore moins le Comte Beretti qui venoit de la part du Roi Philipe. Ce Miniſtre ſe tint toujours incognito, pour des raiſons qu' il n' eſt pas difficile de deviner. Ces Meſſieurs ayant cependant toute liberté de traiter avec les Plenipotentiaires de France, le défaut de leurs perſonnes dans les Conferences Gener. ne retarda point la Negociation, laquelle dura prés de trois mois entiers en bien d' altercations & de diſputes: non-obſtant qu' on eut renvoyé quantité de matieres qui s' étoient preſentées au Congrés, pour y être traitées. Quoique la Reine d' Angleterre eut reſolu, auſſi bien que d' autres Puiſſances d' envoyer pareillement des Miniſtres à Bade, & que meme le bruit eut couru que le Comte de Straffort qui étoit à Vtrecht, s' y rendroit de la part de cette Princeſſe. Cependant comme l' Empereur avoit fait connoitre, qu' il ne ſouhaitoit nullement, que ſes differens avec la Frante fuſſent traitez par d' autres mains, que par celles de ſes propres Miniſtres, cet envoi n' eut point de lieu, non plus que celui d' autres Miniſtres qui devoient venir de la part de la Suede, de la Hollande, de Savoie & d' autres puiſſances qui faiſoient état d' envoyer pareillement leurs Miniſtres à Bade.* Integrum Inſtrumentum cum Plenipotentiis reperitur in Tract. *Rube des ietzlebendem Europa Tom I. n. XII.* ELECTA IVRIS PVBLICI *Tom. VII. pag.* 123.

99) ELECTA IVRIS PVBLICI *Tom. VII. pag.* 232.

100) Patet hoc ex primo Pacis Raſtadtienſis Proiecto *art. XVIII.* in HISTORIE RASTADT. FRIEDENS *pag.* 72.

1) LA CLEF *Avril* 1713. *pag.* 298. *Mai pag.* 306.

2) LA CLEF *Iuillet* 1714. *pag.* 24. *Aout pag.* 88.

3) LA CLEF *Sept. p.* 151.

uerant, dedunt, vitæ saltim & bonorum libertatem pacisentes. 4) Maiorca supererat, quæ Gallorum primum arma eludebat, ad defensionem æque fortem parata, sed insequenti anno, astu magis & proditione, quam armis Gallorum fuit occupata. 5)

§. XVI. Vltimum adhuc bellum supereſt, apud Germanos, in Holſatia & Pomerania geſtum. Poſtquam enim Fridericus IV. Daniæ Rex ex Italia redux factus, XXVI. Maii 1709. Dresdam aduentaſſet, feſtiuos inter apparatus, ludorumque ſolennia, de bello reſtaurando conſultabatur, 6) ipſo & Auguſto poſtmodum cum Boruſſorum Rege Potsdami conuenientibus. 7) Renouato igitur fœdere, Polonorum Rex Auguſtus, non ſolum Auguſto menſe 1709. Poloniam iterum intrat, 8) cauſſis ſuis publico ſcripto expoſitis, 9) ſed etiam Daniæ Rex Scaniam iuuadit, licet, poſtquam ad Helſingburgum inſigni clade Dani fuiſſent adfecti, inde iterum reiectus fuerit. 10) Dum autem Sueci in exercitum Neutralitatis conſentire nollent, 11) mortuo anno 1711. Ioſepho, Auguſtus Rex Fœderatorum copiis ſuffultus, Suecorum in Germania prouincias inuadit, idemque ſui iuris eſſe, publicis ſcriptis proponebat, vt tanquam Imperii Vicarius ſecuritati Circuli Saxoniæ Inferioris proſpiceret. 12) Primus impetus Auguſto menſe factus fuit in Pomeraniam, & poſtquam Sueci Damgartum, vbi Danos a Rebnitiæ amnis traiectu retiniere cogitabant, relinquere fuiſſent coacti, reliquam Pomeraniam, Stettino atque Stralſunda excepta, deſerebant. 13) Accedebat Danis & Saxonibus, ex fœdere Ruſſorum miles, exhibita deſuper in Comitiis declaratione. 14) Hi inſimul Stralſundam XXVI. Septembris 1711. obſident, Penamundam capiunt, inſulam Vſedom a Suecis relictam, occupant. Verum deficiente belli adparatu, Dückero ſe intra munimenta Stralſundæ præducta, ſtrenue defendente, vrbs iſta XVII. Ianuarii 1712. relinquitur. 15) Præter Pomeraniam, belli quoque theatrum in Megapolitanis terris aperiebatur, Danis Wismariam arctius includentibus. Exinde Sueci V. Decembris 1711. in Danorum caſtra infeliciter erumpentes, clade fuerunt adfecti, vt ex tribus millibus pauciores Wismariam reuerterentur, Danis eosdem ad portas vsque perſequentibus. 16) Et licet Wismaria poſt hanc cladem ignitis globulis infeſtaretur, exiguo tamen factum damno illato, 17) Megapolitanas inter hæc terras variis incurſionibus, exactionibus & militari tranſitu Sueci æque ac Fœderati vexabant, deſuper Duces in Comitiis diuerſis ſcriptis conquerente, ſed exiguo cum fructu. 18)

§. XVII. Inſequens annus 1712. deficiente belli adparatu, accedentibus inter Fœderatos diſſidiis, ſine ſingulari apud Pomeranos facto agebatur. In Rugiam equidem inſulam XX. Auguſti Fœderatorum, ipſo Rege Auguſto & Ruſſorum Monarcha præſente, copiæ traducebantur, quos tamen Steinbockius reiiciebat, vt nauibus ſe imponere iterum cogerentur. 19) Auguſto menſe Stada obſidione cincta, atque fame peſteque preſſa VII. Septembris deditione fuit capta. 20) Ducatus inde Bremenſis terris occupatis, ſubditi in verba Danorum Regis iurare fuerunt coacti, quem poſtea Hannouerano Electori, ſolutis ſexcentis Ioachimicorum millibus, ceſſit. Steinbockius tamen, nouis ex Suecia ſubſi-

4) LA CLEF *Nov. p.* 307. ZVSTAND VON EVROPA §. *Quart. p.* 710.

5) LA CLEF *Mars* 1715. *p.* 174. *Iuin p.* 410. Quid ſuper pacis ratificatione in Comitiis fuerit actum, exponitur in FABRI *Staats-Cantzley Tom. XXIV. c. X.*

6) LA CLEF *Iuillet* 1709. *p.* 40. *Oct. p.* 305.

7) LA CLEF *Août p.* 148.

8) Manifeſtum Dresdæ publicatum fuit VIII. Auguſti 1709. Singulari etiam libello, qui Gallico ſermone prodiit, factum hoc pro legitimo declaratur LA CLEF *Octobr.* 1709. *pag.* 311.

9) Extat Manifeſtum hoc in HISTOR. EINLEITVNG ZV DEM NORDISCHEN KRIEG *pag.* 212. ELECTA IVRIS PVBLICI *Tom. I. p.* 1101. cui acceſſerunt *Vnvorgreiffliche Gedancken eines Schwedischen Vnterthanen über das iüngſt heraus gegebene Daniſche Manifeſt*, 1710. 4. cuius tenorem exhibent ELECTA IVRIS PVBLICI *Tom. II. p.* 37. LA CLEF *Ianv.* 1710. *p.* 48. LETTR. HISTOR. *Nov.* 1709. *p.* 559.

10) Quid in Scania geſtum, exponitur in *Hiſtor. Einleitung zu dem Nordiſchen Krieg* exeunte, LA CLEF *Ianv.* 1710. *pag.* 55. *Mars pag.* 181. *Mai p.* 318.

11) *Vide ſupra* §. *XXX.*

12) Extat Manifeſtum in *Hiſtor. Nachricht vom Nord. Krieg p. I. p.* 21. *ſqq.* AVLANDERS *Relation vom Kœnig von Schweden p. I. p.* 139. Adecta ſunt Manifeſta Daniæ Regis & Ruſſorum Monarchæ. ELECTA IVR. PVBL. *Tom. III. p.* 987. LETTR. HISTOR. *Dec.* 1709. *pag.* 716.

13) LA CLEF *Octor.* 1711. *p.* 271.

14) Extat hæc declaratio in ELECTIS IVR. PVBL. *Tom. II. p.* 29. *Tom. III. pag.* 980. *Hiſtor. Nachricht vom Nord. Krieg p. I. p.* 58. hac potiſſimum ratione vtitur Ruſſorum Monarcha, quod Suecorum Rex Neutralitatis Tractatibus ſubſcribere noluiſſet.

15) AVLANDER *p. I. p.* 159. 174. LA CLEF *Nov.* 1711. *p.* 348. *Dec. p.* 407. *Fevr.* 1712. *p.* 119. *Mars p.* 191.

16) *Nachricht vom Nord. Krieg. p. I. p.* 120. AVLANDER *p. I. p.* 165.

17) AVLANDER *p. I. p.* 170.

18) Varia Acta ſcripta in Comitiis exhibita reperiuntur in ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tom. II. p.* 423. *Tom. IV. p.* 915. *Tom. VII. pag.* 66. 129. 494. *p.* 372. 568. *Tom. X. p.* 642. 914. *Tom. VIII. p.* 393. 858. *Tom. XI. p.* 24. 241. 425. 776. *Tom. XII. p.* 47. *Contin. I. Hiſtor. des Nord. Krieges p.* 48. *ſqq.* FABRI *Staats-Cantzelley Tom. VI. c. V. Tom. XX. c. V. VI. VII. Tom. XXII. c. VIII. Tom. XXIII. c. V. Tom. XXIV. c. VII. Tom. XXVIII. c. IV. Tom. XXIX. c. II.*

19) LA CLEF *Nov.* 1712. *p.* 349. *Dec. pag.* 411. AVLANDER *p.* 192.

20) LA CLEF *Oct.* 1712. *p.* 273. *Nov. pag.* 345. NACHRICHT VOM NORD. KRIEG *p. I. p.* 169. AVLANDER *p.* 169.

21) LA

subsidiis firmatus, perruptis Saxonum munimentis, ad Rebnitiam amnem extructis, Megapolitanas terras inuadebat, Danosque eo adigebat, vt Rostochium, castraque ad Wismariam relinquere cogerentur, 21) & publice proposito scripto, 22) quasi in Poloniam transire vellet, Danos securos reddens, tanto magis, quod factis ad quindecim dies induciis, pacem præ se ferebat. 23) Aft, finitis iisdem, Danos XX. Decembris a. 1712. Saxonum licet auxiliis firmatos, ad Megapolitani tractus vrbem Gadebusch subito adoriebatur, insigni potitus victoria, tribus Danorum millibus occisis, quatuor millibus captis. 24) Hac vt vteretur Steinbockius, Trauam transibat, in regiam Holsatiam cum exercitu Suecico irrumpens, 25) Altonauiam Hamburgo vicinam, Danorum horreum, IX. Ianuarii 1713. malo exemplo, incendio deleri iubens, quod dum alii deteftarentur, Steinbockius variis litteris excusare conabatur. 26) Et licet Steinbockius illud potissimum in animo haberet, vt, postquam exercitui suo de pecunia & equis ex Holsatia prospexisset, fatale tamen ipsi fuit, vlterius in Holsatiam perrexisse, quam grauiter exactionibus nimium vexabat. Postquam enim Fœderati Russorum milite essent firmati, pedetentim Suecos sequebantur, atque Eidoram transientes, Fridrichstadtum occupant, inde Suecos in campis primum Gardingensibus, & postquam Christiano Augusto Holsatiæ Administratore, Holsatisque fauentibus, in Tönningam vrbem fuissent recepti, in eodem includebant, 27) atque deficientibus victus necessariis ad incitas redigebant, vt tandem, dum vrbs obsidione cingeretur, XVI. Maii 1713. se dedere cogerentur. 28) Holsatis quidem vrbs fuit relicta, sed arctius a Danis cincta, quæ, cum victus necessariis destituretur, Holsati omnem adhibebant operam, qua ratione ex Belgio eadem adueherent, aft, Danis omnes vias præcludentibus, tandem VII. Februarii 1714. ad deditionem fuit coacta, & post aliquot menses munimentis destituta. 29) Tönninga igitur in Danorum potestatem redacta, omnem postea Holsatiam vna cum Eutinensi Episcopatu occupabat Danorum Rex, maxime quod Holsatorum ope, Tönninga Suecis fuerit aperta, licet de eo restituendo, in Comitiis, & apud plerosque Europæ Status potentiores varie laboraret Holsatiæ Administrator. 30) Sola supererat insula Heiligland, quam etiam, postquam per aliquot menses fuisset cincta, Dani demum capiunt. 31)

§. XVIII. Rebus sic in Holsatia compositis, in Pomeraniam pergebant Fœderati, hanc sibi subiicere, Suecosque e Germania eiicere cupientes. Stettinum eorum impetum primum experiebatur, quod Iulio mense 1713. obsidione cingebant, & vel tertia vrbis parte per ignitos globulos consumta, tandem conuenit, vt Suecis, vrbe relicta, securus transitus pateret Stralsundam, præsidium Borussicum & Holsaticum imponeretur, his conditionibus, vt postquam Russis sumtus essent soluti, quos in obsidionem impenderunt, Borussorum Rex vna cum Holsatiæ Administratore, vrbem tanquam sequestri, durante bello, tenerent, pace vero firmata, postquam ipsis fuerit satisfactum, restituerent, hac autem conditione adiecta, ne Sueci ex Pomerania in Poloniam transirent, idque si tentarent, a Borussico milite impedirentur, ideoque etiam integrum Tractum a Viadro vsque ad Panim, ad pacem vsque tanquam Sequestri tenerent. Fœderati e contrario, ex Pomerania abitum pacisceebantur. Solutis igitur Russis pro sumtibus in hanc expeditionem quadragentis Ioachimicorum millibus, tradita vrbs fuit IV. Octobris 1713. ipso Borussorum Rege in illam aduentante. Eadem ratione de Wismaria atque Stralsunda sequestris tradenda agebatur, Suecis tamen hoc plane denegantibus. 32)

§. XIX. An-

21) LA CLEF *Ianv. 1713. p. 6.* AVLANDER *pag. 194.*

22) Extat illud in NACHRICHT VOM NORD. KRIEG *p. I. p. 174.*

23) LA CLEF *Ianv. 1713. p. 57.* AVLANDER *pag. 199.*

24) LA CLEF *Febr. 1713. pag. 122. 123.* NACHRICHT VOM NORD. KRIEG *p. I. p. 195.* AVLANDER *p. 203.*

25) LA CLEF *Febr. 1713. p. 126.*

26) LA CLEF *Febr. 1713. p. 126. 155.* AVLANDER *p. 206.* Scripta hac in parte extant in ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tom. V. p. 71. 128. Tom. VI. p. 428. 521.*

27) LA CLEF *April 1713. p. 256. Mai p. 340.* AVLANDER *pag. 223.* ELECTA IVR. PVBLICI *Tom. VII. p. 651.*

28) LA CLEF *Iuillet 1713. p. 52.* AVLANDER *p. I. p. 229.* Acta inter Danos atque Holsatos reperiuntur in FABRI *Staats-Canzeley Tom. XXIV. cap. VIII. & IX.* ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tom. VII. p. 43. Tom. VIII. p. 213. 311.*

29) HISTOR. NACHRICHT VOM NORD. KRIEG *p. 339. 344. Contin. I. p. 248.* AVLANDER *p. I. pag. 270.*

30) Sub initium equidem omnem a se culpam Holsati auertere conabantur: aft Dani ex scriptis, quæ in vrbe occupata fuerunt reperta, contrarium demonstrabant. Extat de eo *Wahrhaffte und gründliche Nachricht von demjenigen, so vor und nach der am 14. Febr. 1713. beschehenen Einraumung der Vestung Tønningen an den Kønigl. Schwedischen Feld-Marschall sich zugetragen.* A parte Holsatorum vero extat scriptum: *succincte Deduction das Seine Kønigl. Maiestæt von Dennemarck des Hochfurst. Hauses Gottorf Aggressor syn, 1714. 4.* Cui tamen singulari scripto Dani respondent. Vid. etiam *Contin. I. Hist. des Nord. Krieges p. 160.* vbi vtriusque partis scripta reperiuntur. FABRI *Staats-Canzeley Tom. XXII. c. II. Tom. XXIII. cap. IV. VI. Tomo XXIV. c. IX. Tom. XXV. c. VII. Tom. XXVII. c. VII.* ELECTA IVR. PVBL. *Tom. VII. pag. 43. Tom. VIII. p. 213. 311. 441. 693. Tom. X. pag. 43. 317. Tom. XI. pag. 253. 476. 744. 939. 999. Tom. XVIII. p. 983. Tom. XXX. p. 29.* vbi Relatio extat omnium negotiorum a parte Czaris circa pacem ab a. 1715. ad 1718. gestarum.

31) AVLANDER *p. I. p. 272.*

32) LA CLEF *Novemb. 1713. p. 349. Decembr. 1713. p. 425.* CONTIN. S. NORD. KRIEGES *p. 125.*

33) AV-

§. XIX. Anno 1714. ceſſabant Fœderatorum arma in Pomerania; Imp. vero in Comitiis & per legatos ſuos hoc potiſſimum agebat, vt partes litigantes inuicem componeret. Communi etiam Imperii conſenſu de pace agebatur, Suecis non niſi ægre legatos ſuos Brunſuicum mittentibus. Poſt varia impedimenta, demum XVII. Martii 1714. fit Congreſſus initium, ſed, dum Sueci omnia, quæ ipſis ablata, vellent reſtitui, ſine fructu fuerunt conſultationes. 33) Nomine Suecorum Regis etiam publico ſcripto in Comitiis rationes proponebantur, cur Brunſuicenſem congreſſum minus probaret. 34) Suecorum vero Monarcha, vt collapſas res reſtitueret, XXII. Nouembris improuiſo, ex Bendera, vbi per quinquennium hæſerat, Stralſundæ, magno cum ſubditorum gaudio aduenit. 35) Poſtquam vero Boruſſiæ Rex dimiſſo milite Holſatico, ſibi ſoli Stettinum vindicaret, 36) inſtituebantur cum Schlippenbachio Comite, Boruſſorum Regis legato, de reſtituendo Stettino tractationes, aſt ſine effectu. Offerebant Sueci, Hasiæ Landgrauii interuentu, quadringenta Ioachimicorum millia, atque his ſolutis, Stettinum reddi poſtulabant. Dum vero Sueci reliquas conditiones non adprobarent nihil actum, Boruſſiæ Rege inſtante, vi pacti ſe ad retinendum Stettinum ad pacem vsque teneri. 37)

§. XX. Dum vero pacis Tractatus parum proficerent, Suecorum Rex non ſolum ad bellum magis magisque ſe præparabat, Stralſundam nouis operibus & aggeribus circumductis muniebat, ſed etiam Fœderati illud audebant, vt Suecos ex omni eiicerent Germania. Dani interim XXIII. Aprilis 1715. nauali prœlio ad Fridrichsort victores, multis Suecorum nauibus captis & ſubmerſis. 38) Concluſo autem inter Polonorum, Danorum, Boruſſorum & Ruſſorum Reges fœdere, Suecorum Rege Stettinenſi Tractatu teneri nolente, Fœderati aperto Marte Pomeraniam ingrediuntur, facto interim XXIII. Maii 1715. Circuli Weſtphalici decreto pro defenſione terrarum Cliuenſium. 39) Primus a Suecorum parte impetus, qui Aprili menſe Boruſſos ex inſula Vſedom & caſtro Penamundæ eiiciunt, 40) quo facto, ipſe Boruſſorum Rex, publicato Manifeſto, litteris etiam ad Imp. ſcriptis hoſtiliter contra Suecos agit, Holſatorum milites in vrbe Stettino captiuos facit, hanc vrbem ſibi vindicat: cui Saxonicæ & Danicæ copiæ ſe iungunt. 41) Dum interim Suecorum Rex pedem retro figit, atque intra munimenta, Sundæ vrbi prædicta, ſe includit. Et licet Gallorum legatus Croiſſius compoſitionem tentaret, Suecis tamen hic magis fauebat, quam Fœderatis. 42) Hinc, dum Fœderati Stralſundam obſiderent, Sueci ab XVIII. Iulii ad XXIV. Danorum claſſem minorem inter Rugiam inſulam & terram continentem adgrediuntur, eandemque plane euertere conantur: Schſtedtius tamen claſſis Danicæ præfectus, eorum conatus eludebat, dum Sueci maioribus ſuis nauibus Danicas attingere haut valerent, easdem tamen globis ignitis varie infeſtantes arctius includunt. 43) Liberatur tandem claſſis, occupato Wolgaſto vrbe & arce, quam Suecis, licet ipſo Rege præſente, acerrime reſiſtentibus, XXXI. Iulii inſula Vſedom ſequebatur, ex qua Sueci per piratas ſuos, Fœderatorum commeatum hucusque impediuerant. 44) Sueci equidem intra Penamundæ caſtrum ſe coniiciebant, ipſumque adhuc ſtrenue defendebant, illud tamen XXII. Auguſti ad deditionem fuit compulſum, 45) dum interim VIII. Auguſti vtræque claſſes maiores inter Iasmuth & Perth prœlio nauali decernerent, quo prœlio Dani equidem victoriam, non ſine clade tamen fuerunt adepti, ita, vt Suecorum claſſis Carlscronam, Danorum Hafniam rediret. 46) Schſtedtius igitur cum claſſe minori Suecorum piratas inter Rudenam & Rugiam in mari, *das Nieuwe Diep* dicto, hærentes fugat, atque Suecos in Rudena inſula includit. 47) Accedebat demum Fœderatis Georgius Ludouicus, tanquam Electior Hannoueranus, inito cum Danis pacto, quo ipſi Bremenſis ceditur Ducatus. 48) Tandem vero aduentante denuo Danorum claſſe maiore

AVLANDER *p. I. p. 253.* Receſſus ideo inter Boruſſiæ Regem & Adminiſtratorem Holſaticum de ſequeſtratione Pomeranica initus, vna cum variis ſcriptis extat in ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tomo VI. p. 35. 375. 441. Tom. VII. p. 34. Tom. VIII. p. 4. 441. 590. 608. 959. Tom. IX. p. 169.* FABER *Tomo XXVII. c. VI.*

33) LA CLEF *Mars 1713. p. 201.* Quid inter Fœderatos in hoc congreſſu actum, exponitur in ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tom. V. pag. 211. Tomo IX. p. 26.*

34) Extat in ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tom. XI. p. 61.*

35) AVLANDER *p. I. p. 280.*

36) Extant ſcripta deſuper in KERNCHRONIC *an. 1715. p. 95.*

37) AVLANDER *p. I. p. 283.* ELECTA IVRIS PVBLICI *Tom. IX. p. 26.*

38) AVLANDER *p. II. p. 35.* HISTOR. KERNCHRONIC *a. 1715. p. 90.* hoc prœlium late deſcribit.

39) Extat in MERC. HISTOR. *Iuill. 1715. p. 66.* ELECTA IVRIS PVBLICI *Tom. VIII. p. 553. 604. 844. Tom. XII. p. 286.* Refutatio Suecicæ Declarationis belli Regis Boruſſiæ extat in ELECT. IVR. PVBLICI *Tom. IX. p. 169. Tom. X. p. 81.*

40) AVLANDER *p. II. p. 46.*

41) AVLANDER *p. II. p. 41. 92.*

42) AVLANDER *p. 61.* Litteræ Croiſii extant in MERC. HIST. *Iuill. 1715. p. 27. Acta pag. 133.* Adde FABRVM *Tom. XXVII. c. VI. Tom. XXVIII. cap. III.* LETTRES HIST. *Ianv. 1716. p. 27.*

43) AVLANDER *p. 109.*

44) AVLANDER *pag. 118.* KERN-CHRONIC *1715. p. 135.*

45) AVLANDER *p. 125. 155.* LA CLEF *Oct. 1715. p. 283.* MERC. HIST. *1715. pag. 262* KERNCHRONIC *p. 165.*

46) AVLANDER *p. 130.* LA CLEF *Oct. 1715. p. 284.* MERC. HIST. *Sept. 1715. p. 259.*

47) AVLANDER *pag. 154. 180.* MERC. HIST. *Oct. 1715. p. 376.* KERN-CHRONIC *p. 199.*

48) AVLANDER *p. 163. 185.* LA CLEF *Oct. 1715. p. 281.* MERC. HIST. *Nov. 1715. p. 495.*

maiore, 49) XV. Nouembris prope pagum Strehſoh, ad Rugiam inſulam adpellunt Fœderati, loco, Suecorum milite haut munito. Et licet Suecorum Monarcha matutino tempore ſequenti Fœderatos adoriretur, cum ſuorum tamen clade fuit repulſus, vt vix Stralſundam elaberetur. Quidquid Suecorum in inſula adhuc erat reliqui, victorum arbitrio XVIII. Nouembris ſe ſubmittit. 50) Rugia occupata, Rudenam inſulam Sueci relinquunt, a Fœderatis ſtatim occupatam. 51) Antea iamdum Suecorum munimenta extra vrbem Sundenſem, per Saxonum præfectum militarem Wackerbarthium V. Nouembris improuiſo occupantur, multis Suecorum factis captiuis, & fere cum fugientibus portas Fœderati intraſſent, in tempore adhuc recluſas. 52) Hinc, poſtquam exteriora vrbis munimenta Decembri menſe adſultu fuiſſent capta, 53) Suecorum Rex amplius ſe ſecurum haut ſentiens, relicta XXI. Decembris vrbe, in Sueciam tendit, quam, Danis ipſum proſequentibus, vix attingit. Dum igitur foſſæ glacie eſſent obductæ, murus vrbis perruptus, Duces militares vrbem, poſt operoſam hanc obſidionem, XXIV. Decembris Fœderatis dedunt, militem horum arbitrio relinquentes, mille Suecis exceptis, qui primo vere in Sueciam eſſent ducendi. 54) Wismaria igitur per Fœderatos, quibus etiam Hannouerani acceſſerunt, arctius adhuc incluſa tenebatur, 55) indeque obſidebatur, 56) atque d. XIX. Aprilis 1716. ad deditionem adigebatur, militibus præſidiariis factis captiuis, exceptis mille Suecis, qui in Sueciam transportabantur. 57) Munimenta vrbi præducta, vna cum munimento maritimo, Walſiſch dicto, Fœderatorum iuſſu a. 1718. deſuper licet in Comitiis proteſtante legato Suecico deſtruebantur. 58) Licet autem in Comitiis ſuper hoc inter belligerantes Septentrionales ſæpius fuiſſet deliberatum, Congreſſus etiam Brunſuicenſis inſtitutus, nihil tamen fuit actum, vsque dum poſt Caroli XII. Suecorum Regis mortem, ſinguli cum Suecorum Rege Friderico & Regina Vlrica Eleonora ſeparatim pacem facerent. 59)

§. XXI. In Germaniæ negotiis, Antonius Florianus, Princeps Lichtenſteinius ad Cæſaris commendationem, XV. Februarii 1713. inter Imperii Principes in Comitiis ſolenni ritu introducebatur, ita tamen, vt ſibi de bonis Principe dignis proſpiciat, id vero antiquis Ducum Principumque familiis minime vergat in præiudicium. 60) Increſcente vero apud Germanos, Ratisbonæ potiſſimum, contagionis metu, in Comitiis XXIII. Auguſti 1713. decretum, vt Comitia Auguſtam translocarentur, quo etiam Legati, Cæſare adprobante, ſenſim receſſerunt, 61) quæ tamen ceſſante contagione, anno 1715. Ratisbonam iterum fuerunt redacta. 62) Auguſtæ vero per decretum Imperiale, Viennæ XXXI. Ianuarii 1714. ſcriptum, Comiti de Bolgaro, legato Sabaudico, omnis Germania interdicebatur. 63)

§. XXII. Anno 1713. exoriebatur controuerſia ratione ſucceſſionis Limburgenſis. Extincto enim XIX. Auguſti Volratho, ſuæ gentis vltimo, Fridericus Guilielmus, Borussorum Rex, ex iure expectatiuæ Friderico I. a Leopoldo an. 1695. conceſſæ, feuda Limburgenſium non ſolum Imperii adpetebat, ſed etiam ex pacto cum defuncti fratre, Georgio Eberhardo a. 1699. inito, dimidium allodii, vna cum Voto in Comitiis Imperii & Circuli petebat. Feuda equidem Imperii defuncti Comitis filiæ Borussorum Regi non denegabant, hæc tamen in iure Banni ſaltim & Regalibus conſiſtere demonſtrabant, terras eſſe allodiales, ſeparationem igitur allodii a feudo quærebant, nec pactum illud cum Georgio Eberhardo ipſis præiudicio eſſe poſſe, adlegantes; Votum etiam ipſis per Receſſum Geilndorffenſem a. 1690. in Comitiis Imperii & Circuli, extincta linea maſcula, fuiſſe reſeruatum. Et licet Borussorum Rex Comitatus poſſeſſionem adprehenderet, eandem tamen ex decreto iudicii aulici iterum reliquit, terris, tanquam allodialibus, a Iuliana Dorothea

49) AVLANDER *p. 165.*

50) AVLANDER *p. 195.* LA CLEF *Ianv. 1716. p. 54. Fevr. 1716. p. 131.* KERN-CHRONIC *p. 241.*

51) AVLANDER *p. 211.*

52) AVLANDER *p. 228.* KERN-CHRONIC *p. 225. 233.*

53) AVLANDER *pag. 246.* MERC. HISTOR. *Ianv. 1716. p. 40.* LETTR. HIST. *Ianv. 1716. pag. 31.* KERN-CHRONIC *p. 258. 273.*

54) AVLANDER *pag. 275.* MERC. HISTOR. *Ianv. 1716. p. 44.* LETTR. HIST. *Ianv. 1716. p. 33.* vbi extat Capitulatio & KERN-CHRONIC *p. 274.* Plura de hoc bello ELECTA IVR. PVBL. *Tom. VII. p. 34. 651. Tom. VIII. p. 3. 590. 698. 844. 929. Tom. X. p. 81. 691.* FABER *Tom. XXVIII. p. 284.* LA CLEF *Fevr. 1716. p. 139.* ELECTA IVR. PVBL. *Tom. X. p. 108. 387. 425.*

55) LETTRES HIST. *Mars 1716. p. 257.*

56) LETTRES HIST. *Avr. 1716. p. 380.*

57) LETTR. HIST. AVT. 1716. p. 475. *I' apprends dans ce moment que la Siege de Wismar eſt fini, par la priſe de cette Place là dont la Garniſon s' eſt rendue Priſoniére de Guerre le 23. de ce mois, excepté 1000. Suedois, avec leurs Officiers, qui doivent être transportez en Suéde, conformément à la Capitulation, dont voici le precis. Le Baron de Schütz, Gouverneur de la Place, c' eſt enfin rendu par Capitulation: Elle fut ſignée le 19.* KERN-CHRONIC *a. 1716. p. 25.* ELECTA IVR. PVBL. *Tom. X. p. 115.*

58) KERN-CHRONIC *1718. p. 7.* ELECTA IVR. PVBL. *Tom. IX. p. 639. Tom. XII. p. 259. 548.* Illud iamdum an. 1717. fuiſſe decretum, teſtantur LETTR. HIST. *Nov. 1717. p. 548.* Proteſtatio extat apud FABRVM *Tom. XXX. c. XI.*

59) Vide Acta apud FABRVM *Tom. XXIX. cap. I. III.*

60) FABRI *Staats-Canzelley Tom. XXII. c. V.*

61) FABRI *Staats-Canzelley Tom. XXII. c. IX. X. Tom. XXIII. c. III.* ELECTA IVR. PVBL. *Tom. V. p. 715. 854. 979.*

62) FABRI *Staats-Canzelley Tom. XXIV. cap. V.*

63) FABRI *Staats-Canzelley Tom. XXIII. c. VIII.* ELECTA IVR. PVBL. *Tom. VI. p. 194.*

rothea Wurmbrandi Comite, & Wilhelmina Chriſtina Solmenſi, defuncti filiabus adhuc poſſeſſis. 64)

§. XXIII. Tandem etiam poſt varios Congreſſus Antwerpiæ, Cæſaris nomine per Ioſephum Lotharium Königseckium Comitem & Belgarum Fœderatorum delegatos, inſtitutos XV Nouembris 1715. Tractatus ſecuritatis limitum *de Barrière* dictus, fuit concluſus, XXIX. articulis conſtans, per quem Belgium Hiſpanicum ante dictum, nunc Auſtriacum, a Fœderatis hucusque poſſeſſum, Imp. ceditur, his conditionibus, vt Auſtriacæ familiæ ſemper maneat innexum, nec vlla ratione vel omnes vel ſingulæ prouinciæ ab iſta queant diuelli. Imp. triginta millium millia minimum, ad eiusdem defenſionem ſemper habeat parata, Belgis in Namurco, Tornaco, Menena, Furnis, Warneton, Ypera, & munimento Knocque præſidium plene relinquatur; in Teneramunda vero vtriusque partis præſidium teneatur, conceſſis etiam ad præſidii ſuſtentationem Belgis, quingentis Ioachimicorum millibus annuis. Imp. Belgis dedit territorium quoddam in Flandria, a Scaldi vsque ad mare, Venloam, Stephanswerth, vna cum quibusdam præfecturis, Solutionem etiam debitorum, quæ Carolus II. contraxerat, promittit. Cum tamen ſuper XVII. articulo dicti Tractatus ratione limitum Flandriæ adhuc variæ orirentur difficultates, tandem etiam iſtæ fuerunt ſopitæ, & loco dicti XVII. articuli nouem alii fuerunt formati atque 1719. ſubſcripti. 65) Controuerſia equidem mouebatur de Limburgenſi Ducatu, Io. Guilielmo, Electori Palatino in compenſationem Palatinatus Superioris ceſſo, contra quod in iſto Tractatu fuerat ab Imp. promiſſum, in quam tamen ceſſionem Belgæ demum conſenſerunt. 66) Controuerſia etiam oriebatur de milite Belgarum Huii & Bonnæ præſidiario, qui, poſtquam Colonienſis Electior, XVI. Nouembris 1715. ipſe copias ſuas in vrbem iſtam introduxerat, eandem relinquere fuerat coactus, 67) dum Belgæ munimenta vrbis ſecundum tenorem pacis Traiectenſis 68) ſolo æquari vellent, Cæſare tamen & Electore Colonienſe Imperii etiam Statibus hæc abnuentibus.

§. XXIV. Eeunte etiam anno 1715. Genuenſes Cæſarem irritabant, quod Genuenſes Catalonis in eandem vrbem venientibus gladii vſum prohiberent, dum iſtum Caſtilianis concederent, ideoque præfectum quendam militarem captiuum facerent, & Conſiliarius Terrari iniurias in Cæſarem euomuerit. Mittebant equidem Genuenſes legatum ſuum Viennam, qui hæc excuſaret, iſte tamen non admittebatur, maiorem potius ſatisfactionem Cæſar petebat, vt Genuæ Dux ipſe Viennam excuſatum veniat, & iſti, qui præfectum militarem captiuum fecerat, ad remiges condemnarentur. 69) Dum hanc non ſtatim concederent, ex Cæſaris mandato Viſcontius cum ſex militum millibus Genuenſes terras inuadebat, eosque eo adigebat, vt Cæſari ſexaginta millia monetæ aureæ (*piſtolen*) ſoluenda, quatuor naues militares ad bellum Turcicum per legatum de iniuriis ſe eſſe ſatisfacturos, Catalonis gladiis vſum, & liberum ſalis tranſitum in Ducatum Mediolanenſem conceſſuros eſſe promitterent. 70)

§. XXV. Con-

64) Ante mortem Volrathi ſamdum prodiit *In Iure & facto beſtegründete Deduction und Vorſtellung, die Separation der Limburgiſchen Reichs-Lehen von dem Allodio betreffend in* FABRI *Staats-Cantzelley Tom. XVIII. c. I. T. XXVI. c. X.* Reliqua ſcripta extant in *Tomo XXIII. c. XVI.* ELECTA IVR. PVBL. *Tom. VI. p. 147. 466.*

65) Extant KERN-CHRONIC *1720. pag. 149.* ELECTA IVR. PVBL. *Tom. XIX. p. 816.* HIST. DV CARD. ALBERONI *Tom. II. pag. 893.*

66) Extat Tractatus in LA CLEF *Fevr. 1716. p. 194.* MERC. HIST. *Fevr. 1716. p. 204.* LA CLEF *Ianv. 1716. p. 68. 70.* LETTRES HIST. *Fevr. 1716. p. 194. Avril 1716. p. 242.* KERN-CHRONIC *a. 1716. ineunte.* ELECTA IVR. PVBL. *Tom. VIII. p. 787.* *Ruhe des ietztlebenden Europa Tom. I. n. XIV.*

67) LA CLEF *Ianv. 1716. p. 69. 77.* LETTRES HISTOR. *Fevr. 1716. p. 192.* MERC. HIST. *Ianv. 1716. p. 63. Fevr. p. 149.* KERN-CHRONIC *an. 1715. p. 245.* FABER *Tom. VI. cap. IV.* ELECTA *Tomo VII. p. 392. 721. Tom. VIII. p. 334. Tom. IX. p. 249. 472. 647. 918. Tom. X. p. 691. Tom. XII. p. 19.*

68) In Pacis Præliminaribus art. XXX. definitur. *Et pour ce qui regarde les Garniſons, qui ſe trouvent, où ſe trouveront ci-après de la part des Etats Generaux, dans la Ville de Huy, la Citadelle de Liege, & dans la Ville de Bonn, elles y reſteront iusques à ce qu'il ſoit convenu autrement avec Sa Maieſté Imperiale & l'Empire.* In Pace Traiectenſi cum Belgis definitur art. XXVI. *Et ſadite Maieſté ſera auſſi en ſorte que toutes les Fortifications de la Ville de Bonn ſeyent raſées trois mois après le retabliſſement dudit Electeur.* Huic etiam in Proiecto Pacis Traiectenſis *art. XII.* inſiſtebant Galli.

69) Cauſſæ exponuntur in MERCVR. HIST. *Ianv. 1716. p. 16. que le Senat de Gènes a fait publier vne Ordonnance par laquelle il eſt deffendu aux Barcellonnois où à tous autres partiſans d' Autriche de porter l' Epée, pendant que cela eſt permis aux Caſtillans établi à Genes. Que là deſſus il étoit arrivé qu' vn certain Capitaine, qui a ſervi fort fidélement l' Empereur, ayant été trouvé l' epée au coté, avoit été arreté, quoi qu' il eut fait voir ſa Commiſſion de S. M. Imperiale. Que le Juge, au lieu de reſpecter cette Commiſſion, & d' avoir égard aux proteſtations que faiſoit l' Officier en vertu d'icelle l' avoit déchirez en diſant que pour 30. ou 40. Ecus on avoit de telles Commiſſions tant qu' on vouloit.* LETTRES HISTOR. *Ianv. 1716. p. II. Mars 1716. p. 252.* LA CLEF DV CABINET Avril 1716. p. 276. *On vient d' apprendre que le 14. Fevrier ce demêle fut regle à l' amiable par des Commiſſaires authoriſez de part & d' autre; les Genois ayant accordé le libre paſſage ſur les terres de leurs Republique aux ſels que les Milanois tireront de Sardaigne & d' ailleurs: On eſt auſſi convenu des autres conditions par le libre Commerce entre les deux Etats.*

70) LETTR. HISTOR. May 1716. pag. 514. *Les Differens entre cet Auguſte Monarque & la Republique de Gènes ſont trainez, à des Conditions dont on aſſure que les principales ſont que cette Republique là payera a 60. mille Piſtoles a S. M. Qu'elle fournira 4. Vaiſſeaux de Guerre pour agir contre les Turcs: Que les Officiers de Juſtice, qui ont inſulté les Officiers Imperiaux, ſeront condamnez aux Galeres: Que les Conſeillers qui ont eu part à cette affaire*

§. XXV. Concluſa pace Badenſi, oriebatur controuerſia Rheinfelſenſis. Licet enim Rheinfelſa Carolo Landgrauio Haſſo-Caſſellano non ſolum in Pacis Præliminaribus a. 1709. ſed etiam per Pacem Traiectenſem Belgicam a. 1713. fuiſſet relicta, ita tamen vt Landgrauiis lineæ Rheinfelſenſis ſatisfaceret, 71) Landgrauius etiam Haſſo-Caſſellanus eo plurimum adlaboraret, vt in Pace Badenſi illud æque obtineret, fruſtranea tamen fuerunt ipſius conſilia, quin potius dum hoc caſtrum reſtituere tergiuerſaretur, Imp. datis ad Landgrauium Luxenburgi d. XVII. Maii 1715. litteris, ipſum de eo admoneret, dum illud pace Ryswicenſi ſit decretum, cui Badenſis Pax innitatur. Ad hasce tamen d. XV. Iunii a. 1715. reſpondebat Haſſo-Caſſellanus, ſe ſemper paratum fuiſſe ad ſatisfaciendum Landgrauiis lineæ Rheinfelſenſis, ipſos vero ſemper abnuiſſe, potius Imperio intereſſe, vt hoc caſtrum, quod contra Gallos ſit propugnaculum, ipſi relinquatur, dum Landgrauii Rheinfelſenſis lineæ illud defendere nequeant, huius reſtitutio per pacem Badenſem non ſigillatim fuerit decreta. Malsburgium etiam legatum Viennam mittebat, qui ipſius cauſſam in Aula Cæſarea ageret. 72) Verum, hoc non obſtante, poſt iteratas adhortatorias de reſtitutione, Executio d. XXIV. Iulii 1716. Circulo Rhenano Superiori demandabatur, adiunctis ad Circulum Franconicum, Electoralem Rhenenſem, Weſtphalicum & Saxonicum Superiorem auxiliatoriis, vt Circulo Rhenano, ſi requirantur ad hanc executionem, ſint in auxiliis, adiecto mandato ad omnes Duces atque præfectos militares Haſſo-Caſſellanos ne mandatæ Executioni reſiſtant. Directores etiam Circuli Rhenenſis Superioris hanc Executionem ipſis fuiſſe factam, Landgrauio Haſſo-Caſſellano ſignificabant, atque dicti caſtri reſtitutionem poſtulabant, qui tamen adhuc moram neſtebat. Accedebat d. III. Martii 1717. Monitorium ad dictum Landgrauium & Excitatorium ad Circulum Rhenanum. Dum vero Landgrauius contractis Copiis aditus Prouinciæ ſuæ defendere cogitaret, limites etiam ſublicis & munimentis firmaret, Belgæ quoque pro ipſo intercederent, Circulus Rhenanus Superior a Franconico petebat, vt ipſi adſiſteret. Inſtituebatur igitur Auguſto menſe inter Circuli Electoralis Rhenani, Franconici & Weſtphalici Directorum legatos Francofurti Conuentus, vt inuicem de modo Executionis deliberarent, coram quo cauſſam Landgrauii defendebat Conſiliarius ipſius Schäferus, rem non ita dilucide fuiſſe deciſam, prætexens, vt Executio iuſte poſſit promoueri. Nihilominus a dictis legatis dies XXIV. Septembris 1717. ad parendum ipſi Terminus præfigitur, idemque ad menſis ſpatium extenditur. Diſtributo equidem in Comitiis Scripto ius ſuum defendere conabatur Haſſo-Caſſellanus Landgrauius, ad quod tamen Rheinfelſani reſpondebant. Varie hæc cauſſa interim ſcriptis agebatur, vrgebat Cæſar per iterata Reſcripta ad Circulos Executionem, huius vero ſuſpenſionem ab iisdem petebat Landgrauius, intercedebant Rex Magnæ Britanniæ, Galliæ atque Boruſſiæ apud Cæſarem non ſolum, ſed etiam Circulos, nihil tamen efficiebant. 73) Dum igitur poſt iterata Cæſaris mandata, dictorum Circulorum copiæ ſenſim colligerentur, atque d. XXIII. Iulii 1718. Haſſo-Caſſellanas terras intrarent, fudibus & milite munitas, atque Haſſi illud impedire conarentur, d. XXVII. Iulii in pagum Erckelsdorf fere ad conflictum veniſſet, niſi Duces militares illud inhibuiſſent. 74) Landgrauii Haſſo-Caſſellani legatus Malsburgius in Aula Cæſarea declarabat, ſe Rheinfelſam cum eo pertinentibus velle reſtituere, idemque Electoris Palatini Duci militari Iſelbachio ſignificari faciebat. Tardius tamen adhuc omnia procedebant. Tandem vero medio Octobris 1718. ex Rheinfelſa & arcibus pertinentibus præſidium ſuum educebat Landgrauius Haſſo Caſſellanus cum apparatu militari, quem ipſe comparauerat, & d. XXII. Decembris vrbem S. Goar relinquebat, dum e contrario, Rheinfelſam & in dictas arces milites Cæſarei, Palatini, aliique, qui Landgrauiis fide adſtringebantur, immitterentur. 75) Hoc tamen Landgrauii Rheinfelſani minime contenti, ſed ſatisfactionem ratione deficientis Inuentarii, reſtitutionem redituum ex ipſorum terris de a. 1693. vsque ad 1697. ab Haſſo-Caſſellano perceptorum adhuc petebant, hinc Commiſſarii Cæſarei ſubdelegati Landgrauios Rheinfelſanos in Iura & reditus Haſſo-Caſſellanos inferioris Comitatus Catimelibocenſis immittebant, vsque dum Rheinfelſanis fuerit ſatisfactum, 76) qui etiam Officiales Caſſellanos deponebant, nouos ſubſtituebant. E contrario, Landgrauius Haſſo-Caſſellanus Commiſſarios ſuos Rotenburgum, Eſchwegam, Witzen-

Affaire, ſeront démis de leurs Charges; & que d'autres Conſeillers ſeront envoyez pour faire des Excuſes à Sa Maiſté.

71) Vide ſupra *Sect. XI. §. XC.*

72) Extant Acta in ELECTIS IVR. PVBLICI *Tom. XII. p. 375.*

73) ELECTA IVRIS PVBLICI *Tom. XVI. p. 317.* Statum controuerſiæ qualis tunc fuit declarat *Schreiben einer Bayriſchen von Adel über den ietzigen Zuſtand von Rheifels 1718.* in quo cauſſæ Caſſellani fauet.

74) Vid. Scripta huc facientia apud FABRVM *Tom. XXXI. c. V. Tom. XXXII. c. V.* KERN-CHRONIC *1718. p. 245. 262.* ELECTA IVRIS PVBLICI *Tom. XII. p. 574. 691. 924. Tom. XIII. p. 100. 158. 369. Tom. XIV. p. 518. 559. 762. 849. 987. Tom. XIV. p. 53. 420. 505. 736. 949. Tom. XV. p. 101. 193. 321. 610. 899. 1017. Tom. XVI. p. 262. Tom. XVII. p. 73.*

75) KERN-CHRONIC *1718. p. 263.* ELECTA IVRIS PVBLICI *Tom. XVIII. p. 34.* Mandatum de euacuanda Rheifelſa Landgrauii Haſſo-Caſſellani extat in ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tom. XVI. p. 610. Tom. XVII. p. 281. Tom. XVIII. p. 174.*

76) Scripta vtriusque partis de hac prætenſione extant apud FABRVM *Tom. XXXIII. cap. IV.* ELECTA IVR. PVBL. *Tom. XVII. p. 672. 915. Tomo XVII. p. 684. 869. Tom. XVIII. p. 275.*

Witzenhusam, Wansridum mittebat, qui præfectos illorum locorum iuramento ad fidem adstringebant, illos, qui hoc abnuerent, dimitterent, rationes huius facti publico scripto exponens. 77) D. XIV. Aprilis an. 1719. quatuor legiones Hasso-Casellanæ in terras Rheinfelsenses cedebant, Landgrauius etiam Commissarios subdelegatos inculpabat, quod contra Cæsaris mandata immissionem in ipsius Reseruata decreuerint, 78) rationesque suas scriptis defendebat, quibus tamen Rheinfelsani alia opponebant. 79)

§. XXVI. Postquam Turcæ a. 1715. Moream Venetorum tunc ditionis, priori bello occuparam, inuasissent, eandemque totam occupassent, desuper Imp. apud Sultanum conquerebatur Imp. eo quod contra pacem esset Carlouicensem, cui seruandæ Imp. esset obligatus, & dum responsum parum æquum obtineret, omnia ad bellum præparabantur. 80) Licet Sultanus videri vellet, se cum Imp. pacem velle conseruare. 81) Postquam igitur Papa Imp. decimas redituum Ecclesiasticorum ex Prouinciis suis Hæreditariis concessisset, 82) & concluso cum Venetis Martio mense a. 1716. fœdere, 83) Exercitus Cæsareus in Vngaria cum Ducibus militaribus destinatis colligebatur, 84) auxilia etiam ab Imperio petebantur, 85) eadem promittebantur, atque per placitum Imperii d. XXXI. Augusti 1716. L. menses *Rœmer-Monathe*, quæ summa in ipso Comitiorum loco soluenda, decernebantur. 86) Dum igitur Turcæ ad Vngariæ confinia se magis magisque firmarent, Eugenius Dux exercitum in Vngaria formabat. 87) Postquam iste Croatiæ Bannum, Palsium Comitem cum aliquot legionibus ad obseruandos Turcas delegasset, isteque Carlouitium versus venisset, Turcæ ipsum in Territorio Imperiali primi aggrediebantur, qui, dum copiis esset inferior, licet fortiter pugnans, subducere se cogebatur. 88)

§. XXVII. Postquam igitur Eugenius Danubium fuisset transgressus, inter Petriwaradinum & Carlouitium castra locans, cum Turcæ d. IV. Augusti in ipsius conspectum venissent, castra sua munire tentantes, quod dum impedire conaretur Eugenius, d. V. Augusti 1716. ventum ad manus, fit atrox prœlium, Turcæ vel triginta suorum millibus & vltra amissis, magna clade adficiuntur, castris suis exuuntur, Cæsareorum quater millia perierunt. 89) Hæc ipsa etiam victoria liberationem vrbis Cursa, a Turcis acerrime oppugnatæ, a Schulenburgo strenue defensæ, procurauit. 90) Hac victoria parta, XXVI. Augusti Temeswariæ obsidionem suscipit Eugenius, 91) & postquam post acerrimam defensionem & reiecta Turcarum auxilia, suburbium munitum, dictum *Palancka* adsultu fuisset captum, tandem ipsa vrbs cum arce d. XIII. Octobris a. 1716. ad deditionem fuit compulsa. 92) Post hasce victorias Papa Eugenio Duci gladium & pileum benedictum Iaurinum mittebat. 93) Inde Mercius Comes d. XI. Nouembris Bansouam & paullo post, d. XVI Nouembris Vipalanckam per deditionem Cæsari subiiciebat, 94) dum interea tempore hyberno aliæ copiæ Cæsareæ in Moldauiam, Walachiamque irrumperent. 95) Ineunte Maio 1717. prœlium nauale in Danubio fuit decertatum, in quo plures Turcarum naues fuerunt submersæ. 96) Postquam Exercitus Cæsareus ad Futack fuisset collectus, vlterius cum eodem progreditur Eugenius Princeps, atque d. XX. Iunii Belgradum obsidet. 97) Licet autem Turcæ ignem lapidem mouerent, qua ratione hanc obsidionem redde-

77) KERN-CHRONIC *1719. p. 34.* ELECTA IVR. PVBL. *Tom. XVIII. p. 397.*

78) KERN-CHRONIC *1719. p. 106.*

79) Extant apud FABRVM *Tom. XXXIV. c. X. Tom. XXXIX. cap. XI.* ELECTIS IVR. PVBL. *Tom. XVIII. p. 581. 631.*

80) LETTRES HISTOR. *Fevr. 1716. pag. 146. Avril p. 404.*

81) LETTR. HISTOR. *Août p. 152.*

82) LETTR. HISTOR. *Mars p. 243.*

83) LETTR. HISTOR. *May p. 496. Iuin p. 615.* De Cæsaris Præparatoriis ELECTA IVR. PVBL. *Tom. VIII. p. 578.*

84) LETTR. HISTOR. *Avril 1716. pag. 402. May p. 512. Iuin p. 642.*

85) LETTR. HISTOR. *Iuin p. 646.* FABER *Tom. XXVII. c. XIV.*

* 86) Extant singula Acta apud FABRVM *Tomo XXVIII. cap. IX.* ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tom. X. p. 801. Tom. XI. p. 548. 780. 919. 1013.*

87) LETTR. HISTOR. *Août 1716. p. 158. D' abord que Son Altesse y fut arrivée, elle rassembla tous les differens corps de Troupes & en forma vne seule Armée consistant en 122780. Hommes, outre les Troupes qui sont en Transilvanie.* Inde legiones recensentur.

88) LETTR. HISTOR. Août 1716. p. 159. 160. *Mais comme la partie n' étoit pas égale, le Général Palsi, qui avoit eu deux Chevaux tuez sous lui, iugea à propos de faire sa retraite, ce qu'il executa heureusement, n' ayant perdu que 400. Hommes: Les Turcs y ont perdu beaucoup plus de monde, & entr' autres quelques Officiers de remarque. Le Général Hauben a tué vn Bacha d' vn coup de Pistolet. De nôtre coté, le Colonel Comte de Breunor étant tombé de Cheval, eut le malheur d' être pris. Le Général Hauben, & Mrs Schelling & Contrecourt. furent blessez.*

89) LETTR. HISTOR. *Août 1716. pag. 161.* & plenior relatio *p. 187. 223. Sept. pag. 261.* ELECTA IVR. PVBL. *Tom. X. p. 486.* Litanias Turcarum post hanc cladem exhibent LETTR. HISTOR. *Oct. p. 430.* & Cæsaris litteras ad Belgas Fœderatos *p. 433.* KERN-CHRONIC *a. 1716. p. 156.*

90) LETTR. HISTOR. *Ianv. p. 8.*

91) LETTRES HISTOR. *Sept. 1716. pag. 272.* KERN-CHRONIC *1716. p. 173.*

92) Extat Capitulatio in LETTR. HISTOR. *Nov. 1716. p. 505.* KERN-CHRONIC *1716. p. 184. 227.*

93) LETTR. HISTOR. *Oct. 1716. p. 350. Dec. 1716. p. 172.* ELECTA IVRIS PVBLICI *Tom. X. pag. 657.*

94) LETTR. HISTOR. *Ianv. 1717. p. 64. 68.* KERN-CHRONIC *1716. p. 234.*

95) LETTR. HISTOR. *Ianv. 1717. p. 71.*

96) LETTR. HISTOR. *1717. p. 680.*

97) LETTR. HISTOR. *Iuillet 1717. p. 85.* vbi etiam Diarium obsidionis reperitur, & Août *p. 183.*

Copiæ

redderent difficiliorem, Cæsareos a Sauo retinerent, Semlini sedem figentes, ipsisque communicationem cum Danubio præscindere conarentur, immo Magnus Vezirius cum numeroso admodum exercitu, ad liberandam vrbem in conspectu Cæsareorum castra locaret, eosdemque in castris suis adgredi tentaret, eademque fere concluderet, & globis ignitis Cæsareos plurimum diuexaret, singulas tamen hasce difficultates feliciter emensus fuit Dux 98) Eugenius, dum d. XVI. Augusti 1717. primo mane e castris suis egressus, mediante nebula, Turcarum munimenta ipsorum castris præducta adoriretur, hisque separatis, in eadem irrumperet, vt Turcæ post fugam præcipitem, vel triginta suorum millibus amissis, castra sua cum pleno adparatu Cæsareis relinquere cogerentur. 99) Obsessi ad extremum iamdum redacti, arbitrio victorum se relinquunt, vrbemque d. XVIII. Octobris dedunt. 100) Sequebatur Orsoua, 1) & Belgradi munimenta magis magisque firmabantur. 2)

§. XXVIII. Post tantas clades, de pace Turcæ cogitabant, quæ tamen difficilior primum videbatur, dum Belgradi restitutionem sub initium peterent, 3) dum e contrario Cæsar, non nisi concessis præliminaribus, ad normam vti possidetis, atque, vt Veneti etiam admitterentur, Pacis congressum fieri vellet. 4) Licet autem Hispani tunc Sardiniam, Siciliamque inuadentes, per legatum suum hanc pacem plurimum impedire conarentur, 5) Turcæ tamen, vrgente potissimum populo, ad pacem magis adspirabant, istam demum normam acceptabant. 6) Mediante igitur Sultano, legato Britannico, & Colierio, legato Belgico ad portam Ottomannicam, de loco congressus prope Passarouitium in confiniis conuenit, erecto subitanco opere Palatio, (*Conferentzhaus*) in quo congressus institueretur. A Cæsare ad hanc pacis tractationem destinabantur Virmondius Comes & Baro de Dahlmann, antea Residens Cæsareus in Aula Turcica, a Venetis Nobilis Ruzzini. 7) Initio Iunii 1718. singuli legati in Passarouitii confiniis conueniebant, aft, dum per mediatores legitimationes essent exhibendæ, 8) scrupulus circa Turcicas legitimationes oriebatur, quæ a Magno Vezirio saltim erant subscriptæ, & Venetorum in iisdem nulla facta fuerat mentio, quas ideo acceptare nolebant Cæsarei. Postquam vero Sultanus ipse legitimationem subscripsisset, atque in eadem Veneti etiam fuissent comprehensi, 9) fit congressus initium d. IV. Iunii 1718. 10) quo tamen durante, belli actiones continuabantur, dum Cæsarei Semlini collecti de suscipienda expeditione cogitarent, Turcæ etiam sub Efterhasio Comite, in Transyluaniam irrumperent. 11) Sub initium statim Congressus, limites Neutralitatis loci & Territorii Congressus ad quatuor milliaria definiebantur. 12) D. XVI. Iunii Venetorum legatus Ruzzini admittebatur. 13) Difficilior sub initium videbatur Pacis Tractatio, dum Cæsar præter possessionis normam, etiam Walachiam, Moldauiam, Seruiam, Bosniam & Croatiæ reliquam partem vna cum Albaniæ portu Drino peteret, quæ tamen Turcæ plane denegabant. 14) Post varias deliberationes, demum insigni mediatorum cura, pax ista d. XXI. Iulii 1718. fuit conclusa, signataque, 15) his conditionibus, vt secundum possessionis normam, termini versus Moldauiam, Walachiam & Transyluaniam statuerentur, ita, vt Belgradum atque Temeswaria, vna cum terris ad Sauum Cæsari relinquantur, Aluta fluuius pro termino statuatur, Croatiæ limites secundum pacem Carlouicensem dirigantur, & Commissarii ab vtraque parte denominentur, qui intra duos menses limites definiant. Christiana religio in terris Ottomannicis in pristina relinquatur libertate, liberumque sit Cæsaris legato in Aula Otto-

Copiæ Turcicæ recensentur *Iuillet p. 53.* Cæsareæ *p. 70.* & *Aoüt pag. 184.* KERN-CHRONIC *1717. p. 156. 185.*

98) Diarium obsidionis a die 2. Augusti vsque ad 16. Augusti repetitur in LETTR. HIST. *Sept. 1717. pag. 280.*

99) LETTR. HISTOR. *Aoüt 1717. p. 239.* Qua ratione Eugenius Dux circa adgressum omnia disposuerit, docet Relatio Sept. *p. 287.* Relationes variæ de hoc prœlio *p. 292. sqq.* KERN-CHRONIC *1717. p. 190. 197.* Relatio de hac victoria in Comitiis facta, vna cum Cæsaris Monitorio ratione residuorum ad bellum Turcicum præstandorum, extant apud FABRVM *Tom. XXX. cap. VI.* ELECTIS IVRIS PVBL. *Tom. XII. p. 181.*

100) Capitulatio extat LETTRES HISTOR. *Sept. 1717. p. 303.* KERN-CHRONIC *1717. p. 22.*

1) LETTR. HISTOR. *Nov. 1717. p. 435.*

2) LETTR. HISTOR. *c. l.*

3) LETTR. HISTOR. *Mars 1718. p. 307.*

4) LETTR. HISTOR. *Mars 1718. p. 317.* Litteræ Magni Vezirii ad Principem Eugenium reperiuntur *Auril 1718. p. 423.*

5) Extant litteræ Sultani ad Philippum V. in ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tom. XII. p. 371.* Licet Hispani nullum inter virosque fœdus fuisse contendant. ELECTA IVRIS PVBLICI *Tom. XIV. p. 762.*

6) LETTR. HISTOR. *Avril 1718. p. 435. 440.*

7) LETTR. HISTOR. *May 1718. p. 545.*

8) Aduentus legatorum, & quæ Congressus initium præcesserint, describuntur in LETTR. HISTOR. *Iuin 1718. p. 655.*

9) LETTR. HISTOR. *Iuillet 1718. p. 57.* vbi etiam dicitur: *Le Sultan y avoit mêmie ecouté ces mots en Latin, Articulis in hac meâ perfidia Plenipotentia contentis & specificatis consensus meus integer Imperialis concessus est*, iuxta eius tenorem concedatur. KERN-CHRONIC 1718. *p. 174.* ELECTA IVRIS PVBLICI *Tom. XIII. p. 451.*

10) Extat Diarium LETTR. HISTOR. *Iuillet 1718. p. 54.* KERN-CHRONIC 1718. *p. 174.* Cæremoniæ circa aperturam describuntur ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tom. XIII. p. 451.*

11) LETTR. HISTOR. *Iuin 1718. p. 650.* Dispositio Exercitus Cæsarei describitur LETTR. HISTOR. *Iuillet 1718. p. 65.*

12) Exprimuntur in LETTR. HISTOR. *Iuill. 1718. p. 60.* KERN-CHRONIC 1718. *p. 134.*

13) *c. l. pag. 61.*

14) *cit. loc. p. 58.*

15) Solennitates circa subscriptionem vide in ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tom. XIII. p. 704.*

Ottomannica Chriſtianorum in Oriente cauſſam ſuſcipere. Captiui ab vtraque parte liberentur, Ragotzki, Berezini, Eſterhaſi, aliique Vngarorum rebelles e Turcarum finibus dimittantur, Commerciorum libertas iterum ſtabiliatur, iſtaque pax ad viginti quatuor annos debeat durare, interea vtrique parti hunc terminum prolongare maneat integrum. Ad magis ſtabiliendam hanc amicitiam legati primi Ordinis vtrinque mittantur, qui cum debita ſolennitate, ſecundum morem conſuetum recipiantur. 16) Inſequenti die XXVII. Iulii inter Fleiſchmannum a parte Cæſaris & Turcarum Plenipotentiarios etiam Tractatus Commerciorum fuit concluſus, 17) per quem Imp. nauibus plena libertas conceditur per omnes ditiones Turcicas nauigandi atque commercia agendi, ſoluto ſaltim trium Ioachimicorum pretio, pro mercibus valoris centum Ioachimicorum. 18) Inde, prout decretum, miſſis ab vtraque parte legati primi Ordinis, a Cæſare quidem Virmondius Comes, iſtique ad confinia prope Niſſam d. XV. Iunii 1719. inuicem fuerunt commutati. 19)

§. XXIX. Anno 1715. initium Motuum Megapolenſium, dum inſtante Feſtali Ducali Kohlio, Carolus Leopoldus, hodiernus Dux Megapolitanus d. XII. Februarii tres Conſules Roſtochienſes vna cum diuerſis Senatoribus cuſtodiæ mandaret, cauſſatus, ipſos iniuſſu Ducis Acciſiam introduxiſſe, exindeque magnas argenti ſummas percepiſſe, quæ tamen ſoli Territorii Domino competeret. Ciuitas Roſtochienſis cauſſam ad Iudicium Aulicum deferebat, quod Mandatum relaxatorium, reſtitutorium, caſſatorium & inhibitorium d. IX. Martii 1715. S. C. decernebat. Dum etiam Dux contra Statuum Prouincialium Priuilegia ageret, iſti coram Iudicio Aulico Grauamina ſua exhibebant, atque ab eodem Kl. Auguſti 1715. Protectorium & Conſeruatorium ad El. Brandenburgicum, Brunſuicenſem & Ducem Guelferbytanum obtinebant. 20) Accedebat noua Controuerſia ratione præſidii Roſtochienſi vrbi impoſiti, Venationis, aliorumque Grauaminum, & quod Dux vltra Prouinciæ vires copioſo delecto milite ſe armaret, 21) Statuum Prouincialium Priuilegia 22) violaret, dum Status Prouinciales ad Matriculam Cameralem, ſumptus præſi-

16) Extat Tractatus in LETTRES HISTOR. *Août 1718. p. 186.* KERN-CHRONIC *ad finem anni 1718.* apud FABRVM *Tom. XXXI. c. VIII.* RVHE DES IEZT LEBENDEN EVROPA *p. III. n. 1.* ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tom. XIII. pag. 715.* Cæſaris Ratificatio *p. 994.* Pacis Inſtrumentum cum Venetis extat ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tom. XV. p. 625.*

17) LETTRES HISTOR. *Août 1718. pag. 189.* Ipſe Tractatus reperitur in ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tom. XIV. p. 151.* LETTRES HISTOR. *Oct. p. 418. 447.*

18) LETTR. HISTOR. Sept. 1718. pag. 305. *Vn Aga Turc etant arrivé à Paſſarowitz avec la Ratification du Traité de Commerce dans le tems que Fleiſchmann y avoit aporté celle de l' Empereur, on en fit pareillement l' echange. Ce Traité qui fut enſuite aporté a Vienne parle meme miniſtre, contient en ſubſtance, que tous les Vaiſſeaux & Batimens portant Pavillon Imperial & munis des documens neceſſaires, pourront naviger dans toutes les Mers, Rivieres, & vers les Places de Turquie ; qu'ils ne payeront, que 3. pour cent de leurs marchandiſes, pour les Droits d' entrée & de ſortie ; qu' ils ne ſeront pas troublez dans leur Navigation, ſous quelque pretexte que ce ſoit : Qu'on envoyera de part & d' autre des Conſuls ou Agens, poureiller aux interets du Commerce, qu' on ne ſera pas obligé de faire des preſens aux Miniſtres de la Porte Ottomane, & que les ſuiets de l' Empereur auront la liberté, d' aller viſiter le S. Sepulcre à Ieruſalem &c.*

19) Cæremoniæ deſcribuntur in KERN-CHRONIC *1719. p. 150.* Introitus Virmondii Conſtantinopolim p. 194. Turcici Viennæ *pag. 209.* Separatim prodiit *Hiſtoriſche Beſchreibung der letzten Geſandſchafft an den Türckiſchen Sultan, durch Herrn Damian, Hugo Grafen von Virmond.*

20) Extant Acta apud FABRVM *Tom. XXVIII. c. VII.* ELECTA IVR. PVBL. *Tom. IX. p. 921.*

21) Acta extant apud FABRVM *Tom. XXIX. cap. X.*

22) Inſignia ſunt Statuum Prouincialium, maxime Equitum Megapolenſium Priuilegia. Tales ſunt Aſſecurationes & Reuerſales Io. Alberti & Vlrici Ducum d. 2. & 4. Iulii 1572. conceſſa, quibus Statuum Prouincialium Iura antiqua conſeruantur apud LVNIGIVM *Forſt. der II. Cont. p. 519.* Potiſſimum vero ad Iura Statuum facit Adolphi Friderici & Io. Alberti Aſſecuratio Guſtroiæ d. 23. Februarii 1621. apud LVNIGIVM *p. 523.* vbi decernitur, quod Contributiones non niſi in Comitiis, quæ vel Malchimi vel Sternbergæ habenda, cum Statuum conſenſu debeant imponi, Statibus ſecundum §. *VIII.* competere debeat directio Ciſtæ Prouincialis *(des Landkaſtens)* in quam Contributiones inferendæ, & §. *XXII.* quod in negotiis Prouinciæ ſine conſilio & conſenſu Conſiliariorum & Præfectorum Prouinciæ nihil poſſit decerni. Potiſſimum vero §. *XXXVII.* Statibus fauet, per quem Dux ſe obligat, ſe Conſiliariorum Prouinciæ, *der Land-Rathe*, conſenſum eſſe adhibiturum, ſi conſœdertationem inire velle t, ad quam Statuum contributio requiratur. Singulæ iſtæ Aſſecurationes, prout Status poſtulauerant, a Ferdinando II. Imp. d. 17. Februarii 1626. confirmantur, ſub pœna 50. librarum auri, ſi quis contra eadem quidpiam attentauerit. Sub Chriſtiano Ludouico & Guſtauo Adolpho, Ducibus Megapolitanis nouæ oriebantur controuerſiæ ſuper oneribus Imperii & Circuli, ſumptibus legationum atque deputationum, quos a Statibus Prouincialibus Dux poſtulabat, pronocans ad R. S. de a. 1654. & Leopoldi Imp. Decretum de a. 1670. de quibus SYNT. IVR. PVBL. *cap. XXVI. §. LXXVII.* dum e contrario Status ad priores iſtas aſſecurationes & Reuerſales prouocarent, & quod in poſſeſſione vel quaſi libertatis atque exemptionis ſint conſtituti, dum Duces eiusmodi onera ſemper ex domaniis ſuis præſtiterint. Leopoldus Imp. per Commiſſarios cauſſam examinari pertractarique volebat, coram quibus etiam a. 1680. ſuper ſumptibus ad militiam atque munimenta præſtandis controuertebatur, neque tamen per dictos Commiſſarios hæc controuerſia definiebatur. Hinc coram Iudicio Aulico hæc cauſa agebatur, quod etiam d. 7. Iulii 1698. per ſententiam pro Duce decernebat, quod Status Prouinciales ad onera Imperii, Circuli, ſumptus munimentorum, præſidiorum atque Legationum contribuere teneantur. Contra hanc ſententiam Remedium Reuiſionis Status opponebant. Imp. vero Io. Martinum Geſchwind de Peckſtein, Ducem militarem Auſtriæ anterioris, Commiſſarium conſtituebat, eius ope d. 16. Iulii 1701. omnis controuerſia inter Friderí-

cum

præsidiorum, legationum, secundum Receſſum Suerinenſem d. XVI. Iulii an. 1701. vltra centum viginti Ioachimicorum millia per annum præſtanda, Duci non tenerentur, plures Contributiones ſine Statuum conſenſu imponeret, easdemque militari manu exigeret, atque repudiata priore vxore, Sophia Hedwige, Naſſouia, ductaque Catharina Iaunowan fœdere Ruſſico firmatus, militem Ruſſicum in terras ſuas recipiebat, contra nobiles ipſi contrarios executionem decernebat, ipſos etiam per Ruſſos cuſtodiæ mancipari iubebat, 23) vt plures ſecuros ſe non videntes, ſua prædia, ipſasque terras Megapolitanas relinquerent, quorum prædia inde vi occupabantur. Roſtochienſes equidem factæ cum Nobilibus vnioni & Proceſſui coram Iudicio Aulico renuntiabant, ſe etiam ad ſumptus munitionis Warnemundæ ex parte obligabant, 24) diuerſi tamen erant ex ordine Equeſtri Megapolitano, qui in aula Boruſſica atque Hannouerana inter primi Ordinis Miniſtros locum habebant, eandemque cauſſam agebant, quorum conſilio iſta ad Cæſarem deferebantur. Dux equidem Carolus Leopoldus d. XI. Auguſti 1716. Status Prouinciales ad d. XVI. Auguſti Sternbergam, maxime illos, qui ſucceſſerant, ſub graui comminatione conuocabat, qui tamen ſe deſuper excuſabant, exceptionem loci non tuti obiicientes, potius ad ipſorum inſtantiam, Imp. de dato Viennæ XVI. Septembris an. 1716. Duci mandabat, eademque Comitia inhibebat. Hoc non obſtante, d. XVII. Iulii & XIII. Auguſti 1717. iteratæ fiebant conuocationes ad audiendam Ducis Propoſitionem, quod tamen Status Prouinciales ſemper deprecabantur. Dum igitur Status ad Comitia Prouincialia euocati comparere nollent, Dux d. III. Septembris 1717. grauiſſimam declarationem multis minis cenſurisque refertam, contra Conſiliarios Prouinciales & Status *des engern Ausſchuſſes* vbique in terris ſuis publicari faciebat, ſe contra ipſos graui cenſura eſſe acturum, comminatus, ni redeant ad obſequium, & præſtent præſtanda. Deputati vero Nobilitatis Ratzeburgi extra Territorium conuentus inſtituebant, conſilia capientes, quos ideo Dux rebelles declarabat. Hoc igitur Grauamen Status Prouinciales libello ſupplici ad Cæſarem deferebant. Hic vero d. XX. Octobris 1716. per dehortatorium Duci mandat, vt Roſtochienſes atque Nobiles vlterius prægrauari deſinat. Inde XXII. Octobris a. 1717. conſeruatoria decernebat ad Electorem Brunſuicenſem atque Ducem Guelferbytanum, Duci mandans, vt horum cognitioni atque Executioni ſe ſubmittat. Dum vero Dux milite Ruſſico ſubnixus, Cæſareis ſe nollet ſubiicere, potius obiiceret, in Legibus Imperii atque Capitulationibus 25) prouiſum eſſe, vt ſi ſubditi contra Dominos ſuos Territorii iudicio experiri vellent, iſti a limine iuſtitiæ teici debeant, nihil ſe egiſſe contra Leges Imperii, ideoque nec Cæſari in hac cauſa ius cognoſcendi atque iudicandi competere, nec ipſum ad pacta Maiorum teneri. 26) Imp. per Commiſſionis Decretum cauſſam d. XVII. Nouembris 1717. ad Comitia deferebat, vt conſilia caperent Status Imperii, quid faciendum, ſi Dux Cæſareis mandatis pergeret reniti. Non deerant Status Duci fauentes, communis eſſe vtilitatis iudicantes, ne Status Prouinciales Dominis Territorii ſe opponant. Ipſe etiam Dux ſingulari ſcripto, Cæſari non ſolum, ſed etiam Directorio Moguntino exhibito, cauſſam ſuam iuſtam reddere, Principes atque Status Imperii in ſuas partes trahere conabatur. Rex Boruſſiæ atque Electo Colonienſis ipſius cauſſam plurimum promouebant. 27) Variis inde ſcriptis inter Duces atque Status Prouinciales agebatur.

§. XXX. Dum

cum Guilielmum Ducem, atque vtriusque Ducatus Suerinenſis & Guſtrouienſis Status Prouinciales fuit compoſita, vt hi ad Matriculam Cameralem, ſumptus etiam præſidiorum, Legationum, præter centena viginti millia Ioachimicorum annua, vterius non teneantur, nec vltra ab illis poſſe poſtulari, ſi vel maxime miles augeatur, noua munimenta erigantur, maior apparatus militaris ſit neceſſarius. Tales etiam adiectæ fuerunt conditiones, vt Dux ipſe ad hanc ſummam, pro rata domaniorum, quæ in vtroque poſſidet Ducatu, concurrat, & ſi ad ſumptus Imperii atque Circuli, vltra centum menſes Romanos, (*Rœmer. Monathe*) ſint præſtanda, id quod ſupereſt, a dicta ſumma Duci ſoluenda, ſit detrahendum, ratione modi contribuendi in Comitiis Prouincialibus, quæ alternatim Malchimi vel Sternbergæ habenda, ſit agendum. Hic Receſſus a Leopoldo Imp. d. 2. Iunii 1702. fuit confirmatus, hoc adiecto: *Gebieten - - darauf inſonderheit aber Wir ſeiner des Hertzog Friedrich Wilhelms zu Mecklenburg Lbden, wie auch Ritter, und Landſchafft des Hertzogthums Mecklenburg, Schwerin und Güſtrowiſchen Antheils insgeſambt, und einen ieden derſelben inſonderheit deren Erben und Nachkommen, daß Sie auch Ihres Orts obſtehenden Vergleich in allen Punctlen, Articulen, Clauſulen, Innhalt, Meinungen und Begreiffungen, geſtracks nachkommen, und erleben, darwieder nichts thun, handeln oder furnehmen, noch das iemand andern zu thun geſtatten, in keinerley Weiß noch Weg, als lieb einen ieden ſey, unſer Kayſerliche Vngnad und Straff und darzu eine Poen, nehmlich funffzig Marck lothigen Goldes zu vermeiden.* Extat iſte Receſſus apud LVNIGIVM *Forſt. der II. Contin. p. 601.* Hunc Receſſum licet plerique Status atque Nobiles adprobarent, non deerant tamen, qui iſti contradicerent, inter quos potiſſimum erant duodecim, contra quos Dux d. 23. Iulii 1701. Declarationem euulgabat, eosdem Amneſtiæ in dicto Receſſu contentæ, omnium beneficiorum, priuilegiorum atque immunitatum declarans eſſe indignos. Extat apud LVNIGIVM *p. 605.*

23) In *Hiſtor. Archiv p. III. p. 367.* reperiuntur cauſſæ publicatæ, cur Ruſſicus Cæſar quosdam ex Megapolitana nobilitate captiuos fieri voluerit.

24) Extat Receſſus in *Hiſtor. Archiv p. III. pag. 303.*

25) R. I. Nouiſſ. §. CLXXX. CAPIT. CAROLINA *art. XIX.* KERN-CHRONIC *1719. p. 9.*

26) LETTR. HISTOR. *Maj 1718. p. 534.*

27) Extant ſingula ſcripta apud FABRVM *Tom. XXXIII. exp. IX.*

28) LETTR.

§. XXX. Dum vero Dux ad iterata Cæſaris mandata prædia nobilium vi capta reſtituere nollet, nec reliquis Grauaminibus medelam adferre, Executio a Cæſare iamdum ſæpius Electori Brunſuicenſi atque Duci Guelferbytano demandata, denuo decernitur. Poſtquam igitur horum Exercitus dictus (*die Executions-Trouppen*) Bulouio Duce militari d. XXVI. Februarii 1719. Albim tranſiuiſſet, Boitzenburgum occupabat, ibidemque mandata Cæſarea affigi faceret, Dux ſub initium ſe Cæſaris mandatis velle obſequi promiſerat, verum, dum vlterius Suerinum pergeret Bülouius, binis abinde milliaribus ipſi obuiam fiebant Copiæ Megapolitanæ Duce Schwerino, qui ipſi ſe ad Waldsmuhl opponebat, ventum etiam d. VI. Martii 1719. ad manus, vt ab vtraque parte quædam militum centena perirent. Bülouius vltra progreſſus, d. XI. Martii a. 1719. Suerinum, 28) d. XV. Martii Guſtrouiam, & d. XX. Roſtochium a Megapolitanis relictum, occupabat. Dux equidem Pacis conditiones proponebat, quas tamen Bülouius, niſi Ruſſi terras Megapolitanas dereliquiſſent, audire nolebat. 29) Dum vero Ruſſicus miles in Pomeraniam ſeceſſiſſet, ſequebatur d. XXXI. Martii 1719. Cæſaris decretum, vt Copiæ Executionis vsque ad duodecies centena educantur, quæ Roſtochii & in vicinia commorarentur, Duci Dömitium relinquatur, Suerinum reſtituatur, Commiſſarii Cæſarei per ſubdelegatos probe examinari faciunt, quænam damna a Duce nobilibus & ſubditis fuerint illata. 30) Ab Electore igitur Brunſuicenſi ad hoc negotium delegabatur Baro de Spörck & Dominus ab Aluensleben, a Duce Guelferbytano Conſiliarius intimus de Herimburg & Conſiliarius Aulicus de Steinberg, qui nobiles atque deputatos Prouinciales & vrbium ad d. VI. Iunii Roſtochium conuocabant, idemque Ducis Conſiliario Aulico de Pettecum ſignificabant, vt coram ipſis ſubdelegatis Commiſſariis controuerſiæ inter Ducem, & ipſos ſubortæ examinentur. 31) Iſta vero Commiſſio demum d. XXII. Iunii 1719. aperiebatur. Nomine Ducis comparebat ipſius Conſiliarius intimus Baro ab Eichholtz, cui Reſcripta Cæſaris atque Conſeruatoria prælegebantur, idem poſtea fiebat Deputatis nobilium atque vrbium, poſtulantes, vt omnia ſcriptis agerentur. Inde poſtquam 5. legiones Copiarum Circuli ex terris Megapolitanis fuiſſent abductæ, initium Reſtitutionis ſicbat ab vrbe Roſtochienſi, cui Acciſa in illo, quo fuerat a. 1620. ius venandi æque in ſylua Roſtochienſi & ciſta Prouincialis in priſtinum ſtatum reſtituebatur. 32) Pergebant ſubdelegati Commiſſarii & Quæſtores in vtroque Ducatu Suerinenſi atque Guſtrouienſi iuramento adigebant, vt omnes Contributiones in ciſtam Prouincialem Roſtochienſem deferant. Poſtquam ex ſingulis Præfecturis omnium rationum atque damnorum illatorum rationes fuiſſent exhibitæ, iſtæ cum Ducis Conſiliario, Domino de Pettecum communicabantur atque Ducis exceptiones expectabantur. Excipiebat equidem Dux contra dictos Commiſſarios, verum a Cæſare ad parendum obligabatur. 33) Pergebant igitur ſubdelegati, Ducique ſignificabant, vt declararet, qua ratione nobilibus atque ſubditis ratione damnorum illatorum, quæ ad vndena florenorum millia decernebantur, ſatisfaceret, tunc Commiſſioni finem fore, & reliquas Executionis copias ex terris Megapolitanis eſſe abducendas, ſin ſecus, executionem fieri debere, aſt nihil ad hæc Dux, nec vlla ratione ad ſatisfaciendum erat paratus. 34) Adolphus etiam Fridericus Dux Strelitzenſis a Cæſare non ſolum, ſed etiam in Comitiis petebat, vt ipſi reſtitutio fiat omnium damnorum a Ruſſis ipſius terris illatorum. 35) Cauſſa interea in Iudicio Aulico continuabatur, & variis ſcriptis agebatur, partim in dicto Iudicio, partim in Comitiis exhibitis, partim ad varios Germaniæ Principes miſſis, quibus cauſſam ſuam Dux commendabat. 36) Tandem vero hoc ipſo, quo hæc ſcribo, anno

28) LETTR. HIST. *Mars 1719. p. 275.* KERN-CHRONIC *1719. p. 59.*

29) KERN-CHRONIC *1719. p. 59. 101.* LETTR. HIST. *1719. p. 433.*

30) Extant ſingula ſcripta huc facientia apud FABRVM *Tom. XXXIII. c. II.*

31) KERN-CHRONIC *1719. p. 114.*

32) KERN-CHRONIC *1719. p. 163.* LETTR. HISTOR. *Mai 1710. p. 533. 544. Iuin 653.*

33) KERN-CHRONIC *1719. p. 213.*

34) MOSERS *Reichs-Fama Tom. III. pag. 93.* vbi breuis Relatio huius controuerſiæ. LETTRES HISTOR. *Nov. 1719. p. 540.*

35) Extant ſcripta atque Decreta Iudicii Aulici apud FABRVM *Tom. XXVIII. c. IV. Tom. XXIX. c. IV. Tom. XXXIII. c. II.*

36) Talia extant apud FABRVM *Tom. XXXIV. c. X. Tom. XXXVIII. c. XII. Tom. XLIV. c. XVIII. Tom. XLV. c. IX. Tom. XLVI. c. XX. Tom. XLVII. c. XIV. Tom. XLVIII. c. XIII. Tom. XLIX. cap. X. Tom. L. c. XII. Tom. LI. c. XIII. Tom. LII. c. XI. Tom. LIII. cap. XV. XVI.* MOSERS *Reichs-Fama Tom. I. p. 506.* RECTA IVR. PVBL. *Tom. XII. p. 139. 207. 415. 511. 649. 771. 912. Tom. XIII. p. 3. 238. 457. 600. 774. Tom. XIV. pag. 99. 545. 751. 1017. Tomo XV. p. 146. 309. 423. 627. 869. Tom. XVI. pag. 120. 179. 355. 517. 837. 1101. Tom. XVII. p. 123. 311. 495. 523. 699. 875. Tom. XVIII. p. 179. 355. 624. 683. 807. 958. Tom XIX. p. 258. 404. 512. 592. 663. 847.* Faciunt huc etiam COLLECTANEA MEKLENBVRGICA, eiusmodi Scripta concernentia, quorum Fasciculi IV. prodierunt 1717. 1718. Inde Conſiliarii atque Deputati Prouinciales publicari fecerunt *Hertzhafftgemüßigten, Hiſtoriſchen, Actenmäßigen Bericht, von dem, was von Anfang der im Monath Auguſto 1713. angetrettenen Regierung H. Carl Leopolds biß zu dry im Monath Martio und April 1719. ergangenen Kayſerlichen Executionen von dem Fürſtl. Mecklenburgiſchen Miniſterio, wieder die Mecklenburgiſche Ritterſch. ſtt und Stadt Roſtock ſonders beſchwerlich und unmüßiglich vorgenommen worden 1719. f.* in quo integer Status cauſſæ prolixe cum omnibus Documentis proponitur. Nouiter prodierunt *Iuſtiſſimæ Deciſiones Imperiales* in cauſſis Mecklenburgicis 1728. f. vbi omnia Decreta Imperialia & Concluſa Iudicii Aulici ab a. 1679. ad noſtram ætatem vsque videmus collecta.

37) Verba

anno 1729. per sententiam Cæsaream, quæ hactenus Electori Brunsuicensi atque Duci Guelferbytano demandata fuerat Commissio, tollitur, atque Regi Borussiæ tanquam Magdeburgensi Duci demandatur, Caroli Leopoldi vero regentis Ducis Megapolitani Regimen terrarum plane sistitur, 37) illudque Ducis fratri Christiano Ludouico conceditur, tali ratione, vt illud nomine Augustissimi Imp. sub titulo Administratoris Cæsarei gerat, ipsi præter solitum Apanagium, viginti quinque Ioachimicorum millia ex terris Megapolitanis, Carolo Leopoldo vero quadraginta Ioachimicorum millia annua adsignantur. Regi Borussiæ committitur, vt a Christiano Ludouico Duce, super dicta Administratione iuramentum suscipiat, idemque Inuentarium iustum terrarum Megapolensium, atque rationes annuas super earum reditibus Cæsari exhibere teneatur. Commissioni vero Cæsareæ, Electori Brunsuicensi atque Duci Guelferbytano ex terris Megapolitanis satisfieri debere. D. XIII. Iunii 1729. Decretum Commissionis Imp. in Comitiis publicari faciebat, vt Status Imperii per Placitum Imperii definiant, qua ratione Grauaminibus Megapolitanis medela adferri, in iisdemque terris status quietus possit reduci. Non deerant equidem Status, qui vel causam Ducis susciperent, vel quibus modus Administrationis Cæsareæ minime placeret, 38) Rex etiam Borussiæ demandatam ipsi a Cæsare Commissionem suscipiebat, vtque copiæ Brunsuico Lüneburgenses e terris Megapolitanis educerentur, agebatur, quæ tamen ius retentionis exercent, vsque dum ipsis super sumptibus Executionis fuisset satisfactum. Ipso etiam Duce Christiano Ludouico adhuc dubio hærente, dicta Administratio ad effectum nondum fuit deducta.

§. XXXI. Anno 1717. dum Clemens XI. Papa Hispanis nimium faueret, &, ipso licet contradicente, Cardinalem Alberoni Archiepiscopum Hispalensem confirmasset, Cæsari etiam nec decimas redituum de bonis Ecclesiasticis nec subsidia ad bellum Turcicum concedere, nec fœdus inire contra Hispaniæ Regem vellet, 39) per legatum suum Comitem de Gallas Papæ proponi faciebat, vt desisteret a prætenso Iure Inuestituræ Regni Neapolitani, Ducatus Beneuentanus Regno Neapolitano restitueretur, Imp. soli collatio viginti quatuor Episcopatuum Regni competere deberet, soli Episcopi ius habeant conferendi beneficia suis Diœcesanis, ita, vt Dataria Papalis alternatiuam exercere nequeat, nec sibi reseruare certas pensiones de beneficiis Ecclesiasticis, Episcopatus atque Beneficia Regni Neapolitani sint exempta ab annatis, Laici ex Regno non amplius Romam citentur, Tribunal Papale in Regno Neapolitano plane aboleatur, Alberoni dignitas Cardinalis iterum adimatur, eo quod ipse & legatus Gallicus apud Hispanos, Princeps de Cellamare nefaria tulerit consilia, & secreta negotia cum Turcis gesserit contra Imp. id quod singulari scripto detexit. 40) Dum autem Papa hisce postulatis non adnueret, non solum Papali Nuntio Viennæ indicebatur, vt Aulam Cæsaream relinqueret, sed etiam idem Nuntio Neapolitano Vicentio atque Internuntio Bruxellensi mandabatur, idemque ad effectum deducebatur. Licet autem Cardinalis Alberoni de dictis inculpationibus se apud Papam excusaret, idemque faceret Princeps de Cellamare, qui datis ad Cardinalem de Aquauiua litteris contra Conitis de Gallas inculpationes se defendebat, constans tamen in proposito erat Imperator. Licet ista controuersia demum an. 1721. fuisset composita, atque Imp. de Regno Neapolitano inuestitus.

§. XXXII. Postquam Princeps Electoralis Saxonicus an. 1712. relicta Religione Euangelica, Catholicam fuisset amplexus, idemque demum an. 1717. fuisset publicatum, atque a legato Electorali Saxonico, Kl. Nouembris 1717. legatis Euangelicorum Statuum in Comitiis fuisset significatum, cum promisso, se in negotiis Imperii Votum inter Euangelicos atque Directorium constanter velle continuare. 41) Plurimum de Directorio inter Euangelicos controuertebatur, an illud Saxoniæ Electori sit relinquendum. Mota hæc controuersia iamdum fuerat, cum Potentissimus Rex Poloniarum Augustus Religionem commutasset, nec tamen ob insecutam Regis declarationem, se in causa Religionis, circa negotia Imperii, Circuli vel Territorii nihil esse immutatorum, potius pro Euangelico Electore velle haberi; quo ipso contenti erant Euangelici. Tunc vero disquirebatur, an Saxoniæ Electori hoc ius in perpetuum conueniat? An in Domo Saxonica sit radicatum? An pro-

37) Verba Concluſi Cæsarei. *Es wird nunmehro von Kayſerl. Maieſtæt Krafft obhabenden allerhöchſten Kayſerl. Obriſt-Richterlichen Amts, aus triftigen Reichskündigen Vrſachen, die ſonſten Herren H. Carl Leopold zu Mecklenburg geburige vellige Landes-Regierung ſiſtiret, und Selbige Dero Bruder, Herrn Hertzog Chriſtian Ludwig zu Mecklenburg als Agnato proximo, biß auf weitere Kayſerl. Verordnung und auf folgende Maſſe aufgetragen, als daß* 1) *ermeldter Herr Hertzog Chriſtian Ludwig angeregte Landes-Regierung in allerhöchſten Namen Ihro Kayſerl. Maieſt. antretten, und biß zu Kayſerl. Verordnung fuhren ſolle.* 2) *Die Bedienten, Militz und Unterthanen Ihrer vorigen Pflicht erlaſſen, und in Pflicht Ihrer Kayſerl. Maieſtat, und Kayſerl. Adminiſtratoris genommen werden.*

38) Prodiit in hac causſa. *Kurtze Anzeige des Vngrundes der vorgeſchützten Beſchwerden aller Reichs-Stände über des Reich-Hof-Raths Verfahren gegen den Hertzog von Mecklenburg.* Huic opponebantur *Einige Puncte, worüber von Herrn Verfaſſer des rubricirten Vngrundes der vorgeſchützten Beſchwerden in cauſa Mecklenburgica mehrere Erläuterung erfordert werden mugte.*

39) LEBEN P. CLEMENTIS XI. *p. III. p. 668.*

40) HIST. DV CARD. ALBERONI *Tom. I. pag. 186.*

41) ELECTA IVRIS PVBLICI *Tom. XII. pag. 359.*

An proximo post Saxonem inter Euangelicos? An vero ex Statuum delatione competat? An vni saltim illud, & quidem per maiora sit deferendum? Cum non deessent, qui vel Brandenburgico vel Brunsuicensi Electori hoc deferendum esse iudicarent. Plurimum super hac controuersia scriptis agebatur. 42) Saxone vero docente, quantum inde præiudicii Corpori Euangelico accederet, si alius Director constitueretur, dum enim alterius Directorio se subiicere non posset, necesse fore, etiam in negotiis Imperii Catholicorum partibus accederet, continuatur adhuc ipsius Directorium, maxime, postquam Augustissimus Rex data Statibus suis Prouincialibus d. XXIII. Octobris 1717. singulari Assecuratione declarasset, quod Status Religionis, qui ante ipsius mutationem fuerat, in pristino debeat conseruari. 43) Idemque d. VI. Maii 1718. 44) atque IX. Iulii 1718. per legatum suum in Comitiis 45) repetiit.

§. XXXIII. Dominica Iubilate 1717. Mauritius Guilielmus Dux Saxoniæ Administrator Episcopatus Numburgensis relicta Euangelica, Lipsiæ, Catholicam amplectebatur Religionem, quo ipso, moti Capitulares Numburgenses, Augusti, Poloniarum Regis atque Saxoniæ Electoris fussulti præsidio, ex iure Reseruati Ecclesiastici, sedem Episcopalem Numburgensem pro vacante declarabant, Ducemque obligabant, vt relicta Episcopatus administratione, Weidam Osterlandiæ in terris hæreditariis sedem suam transferret, 46) Ast, postquam dictus Dux Mauritius Guilielmus d. XVI. Octobris 1718. ad Euangelicam Religionem redisset, 47) repetebat Episcopatus administrationem, dum Religio atque Reseruatum Ecclesiasticum non amplius obstarent. Eiusdem etiam cauſſam promouere tentabat Rex Borussiæ, contradicebat tamen Rex Poloniarum Augustus, dum interim Mauritius Guilielmus Kl. Augusti 1718. morbillis defungeretur. Hoc defuncto, dictus Rex Potentissimus ex iure Aduocatiæ & Protectionis, Electoribus, tanquam Thuringiæ Landgrauiis & Misniæ Marchionibus ab antiquo competentis, hunc Episcopatum terris Electoralibus adiici volebat, varie super hoc negotio cum Capitularibus agens, dum e contrario diuersis scriptis demonstraretur, publici interesse, Euangelicæ non solum sed Catholicæ Religioni, vt Status dicti Episcopatus conseruaretur, nouusque Administrator eligeretur, quibus tamen Electorales alia opponebant. 48) Prouocabant Electorales ad Iura Protectionis Saxonicæ Electoribus ab antiquo competentia, dum iamdum Augusti Electoris temporibus ipsi Episcopatus Administratio fuisset delata, hanc igitur etiam tunc Saxoniæ Electori petebat, Euangelicis tamen legatis in Comitiis plurimum contradicentibus, 49) nec concedere volentibus, vt status Numburgensis Episcopatus alteretur, dum e contrario Rex atque Electior Augustus hanc, tanquam rem domesticam, in Comitiis minime debere ventilari regereret. Tandem vero eo deuenit, vt mediante Capitulatione, Augusto Regi Poloniarum atque Saxoniæ, dicti Episcopatus Administratio mense Aprili a. 1726. sub titulo *Auftrag der Administration*, Electori, a Capitulo concederetur, atque tali ratione Augusto d. IV. Iunii 1726. Citræ homagium præstaretur, idemque hactenus in quieta dictæ Administrationis manſit possessione. 50)

§. XXIV. Eodem anno 1717. secundum Iubilæum Euangelicum d. XXXI. Octobris in Terris Euangelicorum, etiam licet Papa frustra hoc impedire conaretur, in terris Electoralibus Saxonicis multa cum solennitate celebrabatur. 51) Fatalis Reformatis erat annus 1719. dum nouus Elector Palatinus, Carolus Philippus, qui fratri Io. Guilielmo d. VIII. Iunii an. 1716. in Electoratu succesſerat, 52) qui publico edicto d. XXIV. Aprilis a. 1719.

42) Extant ista ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tom. XII. p. 464. 750. Tom. XIII. p. 48. 195. 304. 428. 457. 575. 679. 983. Tom. XIV. p. 713. Tom. XV. p. 49. 75. 139.* FABER *Tom. XXX. pag. 535. Tom. XXXI. c. V. Tom. XXXII. c. V.* Potissimum huc facit *Fasciculus etlicher Schrifften, welche bey Gelegenheit der Religions-Veränderung Ihro Hoheit des Chur-Printzens von Sachſen, über die Frage: Ob das Directorium inter Euangelicos bey Chur-Sachſen zu laſſen oder nicht? auf den Reichs-Tage zu Regensburg unter der Hand communiciret worden 1718.* & quidem tales VII. Fasciculi prodierunt.

43) Extat in ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tomo XII. p. 156.*

44) Extat noua hæc Assecuratio ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tom. XIV. p. 253.*

45) ELECTA IVRIS PVBLICI *Tom. XIV. p. 721. Tom. XV. p. 75. 638.*

46) ELECTA IVR. PVBL. *Tom. VI. pag. 209. Tom. X. p. 209.* extat consultatio, an ista sedes vacans locum habeat.

47) Extat Relatio KERN-CHRONIC 1718. *p. 263.* FABER *Tom. XXXIII. pag. 479.* ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tom. XV. p. 179.* Sigillatim prodiit *Leben H. Moritz Wilhelms, Francfurt 1720. 8.* vbi singula vberius exponuntur.

48) Extant talia scripta apud FABRVM *Tomo XXXIII. c. VII. Tom. XXXIV. cap. XI. Tomo XXXV. cap. V.*

49) Extant Acta & scripta apud FABRVM *Tom. XLVIII. c. XVI. Tom. LI. c. XIV.* Varia scripta ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tom. XV. p. 266. 433. 979. Tom. XVI. p. 83. 436.*

50) Prodiit tamen PHARAMVNDI CHLODOVARI *Vnfehlbare rechtliche Nachricht von der Naumburg Zeitzischen vom Jahr 1717. unterlaſſenen Poſſeſſation und endlich im Jahr 1726. geſchehenen Vberbringung der Landes Regierung 1726.* in qua varia contra hanc demandatam administrationem adducuntur.

51) LETTRES HISTOR. *Nov. 1717. pag. 542.* Singulas singulis in regnis & Prouinciis Europæ factas solennitates descriptas videmus in Celeberrimi Viri, ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI *Hilarii Euangelicis*, quæ prodierunt *Gothæ 1719.* Adde FABRI *Staats-Cantzeley Tom. XXX. cap. VIII.* IO. PETRVS A LVDEWIG tamen *dicam Iubilæorum* scripserat, per quam ritus & cæremonias dehortatur.

52) *Pfeltziſche Kirchen-Hiſtorie cap. XIV.*

53) Hæc

a. 1719. vt in Catechismo Heidelbergensi Reformatis vsitato, non solum titulus mutaretur, & verba *auf Befehl Sr. Churfürstl. Durchl. & cum priuilegiis Sr. Churfürstl. Durchl.* delerentur, sed etiam quæstio octogesima, qua de abusibus Missæ agitur, 53) aliaque, quæ Catholicis scandalum præbere possint, abolerentur, iussit, & singula Exemplaria cum dicta Quæstione fisco addicuntur. Idem d. II. Mai 1719. Reformatorum Consilio Ecclesiastico mandatur, vt hæc intra tres hebdomades mandent executioni. 54) Interea noua Catechismi Heidelbergensis editio per Bibliopolam Catholicum, cum omissis istis procurarur. 55) Licet autem illud apud Electorem desuper conquereretur, vt edictum reuocaretur, ore & scriptis supplices peterent, nihil tamen obtinebant. 56) Rex etiam Borussiæ Reformatorum caussam susciperet. Accedebat, quod ipsis d. XXIX. Augusti a. 1719. per Præsidem Baronem de Hildesheim iniungeretur, vt Templum S. Spiritus, 57) cuius Chorum ab a. 1705. Catholici, Nauem vero Reformati a Io. Casimiri temporibus possederant, Catholicis concederent, eo quod Templum illud a Ruperto Imp. fundatum, sit Aulicum, atque Electorum Sepulturæ destinatum, dum e contrario Elector ipsis offerret, vt aliud Templum eiusdem magnitudinis in loco ipsis commodo ipsius sumptibus extrueretur, vel ad id extruendum, se ipsis præter locum, omnem adparatum esse concessurum, hoc addito, dum Chorus Templi S. Spiritus non sufficiens sit Ecclesiæ Catholicæ, ni Reformati consentire vellent, dictam Nauem ipsis nihilominus adimi debere. 58) Dum vero Consilium Ecclesiasticum Reformatorum in hanc cessionem consentire nollet, eo quod in ipsorum potestate minime sit, Templa alienare, Catholici d. IV. Septembris murum inter Chorum & Nauem destruunt, Templum occupant, &, licet Reformati Ciues Electorem Schwetzingæ supplices adirent, nihil tamen obtinuerunt, quin potius iussu Electoris hoc factum per singulare scriptum d. XXVI. Septembris 1719. defenderetur. 59) Anfam hoc dabat diuersis Reformatorum Grauaminibus, quæ in Comitiis proponebantur. 60) Reformati etiam Principes Reformatorum causam suscipiebant, pro iisdemque gnauiter intercedebant. Landgrauius equidem Hassо-Cassellanus, datis ad Electorem Palatinum d. XV. Iunii 1719. litteris. 61) Mittebat ad El. Palatinum Rex Borussiæ legatum suum Hechtium, qui facta d. XX. Octobris 1719. Propositione, medelam omnibus Reformatorum Grauaminibus adferri volebat, idemque diuersis scriptis, 62) atque in Aula Cæsarea Vindobonensi vrgebat. 63) Accedebat Dörnbergius legatus Hassо-Cassellanus, 64) atque Haldane

53) Hæc Quæstio octogesima primæ editioni huius Catechismi a. 1562. non fuerat inserta, sed demum secundæ editioni an. 1563. prout ALTINGIVS *Hist. eccles. Palatina pag. 191.* tradit: *Cum in prima editione Catechismi non haberetur Quæstio Octuagesima, quatenus explicatur discrepantia Cœnæ Domini & Missæ papisticæ, statim altera editione huius anni 1563. ex speciali Electoris mandato addita & suo loco inserta fuerat. Absque dubio vt abominanda corruptio Cœnæ Dominicæ, quæ in Missa fit, detegeretur & hoc veluti characterismo Ecclesia Reformata a papisticis discerneretur.* Ipsa vero Quæstio sic se habet. *Was ist für ein Vnterscheidt zwischen dem Abendmahl des Herren und der Papistischen Meß? R. Das Abendmahl bezeuget uns, daß wir vollkommene Vergebung aller unserer Sünden haben, durch das einige Opfer Iesu Christi, so er selbst einmahl am Creutz vollbracht hat, und daß wir durch den Heil. Geist Christo werden einverleibet, der ietzund mit seinen wahren Leib im Himmel zur rechten des Vaters ist, und daselbst will angebetet werden. Die Meß aber lehret, daß die Lebendigen und die Todten, nicht durch das Leiden Christi, Vergebung der Sünden haben, es sey dann: daß Christus noch täglich für sie von den Meß-Priester geopfert werde, und das Christus Leiblich unter der Gestalt Brodts und Weins sey, und derhalben darinnen soll angebetet werden. Vnd ist also die Meß in Grund nichts anders, dann eine Verleugnung des einigen Opfers und Leidens Iesu Christi und eine vermaledeyte Abgötterey.*

54) ELECTA IVR. PVBL. *Tom. XV. p. 672. Tom. XVII. p. 775. Tom. XVIII. p. 706.* FABER *Tom. XXXIV. p. 158. Tom. XXXV. p. 249. Religions-Beschwerden no. XX. Pfeltzische Kirchen-Historie cap. XIV. §. IV. VI.*

55) LETTR. HISTOR. *Sept. 1719. p. 32.*

56) FABER *Tom. XXXIV. p. 159. Pfeltzische Kirchen-Historie §. VII.* LETTR. HIST. *Sept. 1719. pag. 312.*

57) Hoc Templum cum Collegio Canonicorum a Ruperto Imp. fuerat fundatum, in cuius choro etiam fuit sepultus, eiusdemque monumentum sepulcrale adhuc ibidem conspicitur. DAN. PAREVS *Hist. Palatina p. 174.* Ludouicus Elector a. 1577. illud Templum Lutheranis concesserat. Io. Casimirus vero, dum durante minorennitate Friderici IV. Reginimis administrationem gereret, hoc Templum vna cum reliquis, Lutheranis adimebat, atque a. 1583. Reformatis concedebat. *Pfaltzische Kirchen-Historie VII. Cap. §. II.* Isti etiam ab hoc tempore Templum illud continuo possederunt, vsque dum per Transactionem d. 21. Nouembris an. 1705. Chorus Templi a Nani per murum distinctus, Catholicis cederetur, nauis vero Reformatis relinqueretur. *Pfaltzische Kirchen-Historie cap. XIII. p. 118.*

58) *Pfaltzische Kirchen-Historie cap. XIV. §. VIII.* FABER *Tom. XXXIV. cap. VI.* ELECTA IVR. PVBL. *Tom. XVI. p. 958. Tom. XVIII. p. 974. Religions-Beschwerden n. II.* KERN-CHRONIC *1719. p. 215.* LETTR. HIST. *Oct. 1719. p. 432.*

59) Extat apud FABRVM *Tom. XXXIV. p. 148.* ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tom. XVIII. pag. 55. 622. 798. Pfeltzische Kirchen-Historie cap. XIV. §. X. Historie der Religions-Beschwerden p. II. cap. IV. §. XXXII.*

60) FABER *Tom. XXXIV. p. 140. Pfeltzische Kirchen-Historie §. XI.* ELECTA IVRIS PVBLICI *Tom. XVI. p. 958. Tom. XIX. p. 604.*

61) FABER *Tom. XXXIV. p. 166.* ELECTA IVRIS PVBLICI *Tom. XV. p. 657. Tom. XIX. p. 247. Pfaltzische Kirchen-Historie §. XII.*

62) Ipsius Propositio, & reliqua scripta Electori exhibita cum illius responsionibus extant apud FABRVM *Tom. XXXV. c. II.* ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tom. XVIII. p. 931. Tom. XIX. p. 121. Pfeltzische Kirchen Historie cap. XIV. §. XIII. fqq.*

63) LETTR. HISTOR. *Nov. 1719. n. 549.* ELECTA IVR. PVBL. *T. XVIII. p. 932. T. XIX. p. 765.*

64) *Pfaltzische Kirchen-Historie cap. XIV. pag. 1408.*

dane legatus Britannicus, 65) qui coniunctis viribus, Reformatorum cauſam agebant, & diuerſis cum Miniſtris Electoralibus habitis congreſſibus, de abolendis hiſce Grauaminibus tractabant. 66) Corpus etiam Euangelicum Grauamina hæc ad Commiſſarium Principalem deferebat æque ac legatum Palatinum. 67) Poſtquam igitur Reformati Principes Ius Repreſſaliarum exercerent, Rex Boruſſiæ 68) ſingulari mandato d. XXIII. Septembris 1719. iuſſit, vt Templa & Monaſteria in terris ſuis Germanicis clauderentur. & cultus Religionis Catholicæ ſuſpenderetur, reditus ſequeſtro addicerentur, Monachi Hamerslebienſes in Principatu Halberſtadtienſi ex Monaſterio ſuo eiicerentur, Electo etiam Brunſuicenſis & Landgrauius Haſſo-Caſſellanus Templa & Monaſteria Catholicorum in terris ſuis claudi feciſſet, 69) horumque legati ſæpius Electorem de abolendis Grauaminibus adiiſſent, nec Reformati eo adigi potuiſſent, vt Templum S. Spiritus Electori ex compacto cederent, licet iſte ſedem ſuam Heidelberga aliunde transferre, minaretur, 70) nec legati Proteſtantium Heidelbergæ præſentes, præter Pacem Weſtphalicam, aliam normam, quam anni 1705. vellent adgnoſcere, Elector tandem d. XIX. Februarii 1720. Templum S. Spiritus Reformatis eſſe reſtituendum, atque, vt omnia Catholicorum ornamenta Eccleſiaſtica ex dicto Templo remouerentur, decreuit. 71) Catechiſmum etiam ipſis ſub certa conditione eſſe concedendum. 72) Catholici equidem adhuc tergiuerſabantur, verum, dum etiam Imp. per litteras d. XIX. Martii 1720. concesſionem Catechiſmi atque abolitionem Grauaminum iniungeret, 73) quod d. XXV. Martii 1720. arctius Mandatum inſequebatur, 74) vt Reformatis intra quatuor hebdomades nauis Templi S. Spiritus reſtituatur, ratione Catechiſmi, Conſiliarii Eccleſiaſtici aliique docti viri de moderandis durioribus locutionibus conueniant. Licet autem Reformatis hoc Elector iniungeret, iſti tamen ſeſe excuſabant, quod ipſorum conſcientiis iugum imponi nequeat. 75) Catholici equidem cogitabant, qua ratione in dicto Templo Simultaneum introducerent, ideoque murum ſeparationis inter chorum atque nauim reſtituere tergiuerſabantur, 76) aſt, poſt iterata Cæſaris mandata, eundem reſtituendi Aprili menſe 1720. initium faciebant, quare inſtinctu legatorum, Nauem dicti Templi iterum occupabant Reformati, eandemque per paſtorem Meerenſcheid denuo faciebant conſecrari, 77) licet murus iſte demum XI. Maii perficeretur. Inde Elector ſingulari edicto Schwerzingæ d. XVI. Maii 1720. Catechiſmum Heidelbergenſem denuo edi conceſſit. ita, vt dicta Quæſtio octogeſima moderate ſine Catholicorum iniuria tractetur, & hæc declaratio Electoralis nouis Catechiſmi editionibus adiiciatur. 78) Reſtituto Templo S. Spiritus, varia non a Reformatis ſolum, ſed etiam Lutheranis 79) Electori æque ac Corpori Euangelico in Comitiis exhibebantur Grauamina, de quibus abolendis, in Comitiis non ſolum de Corpore ad Corpus inter Euangelicos atque Catholicos, ſed etiam in Aula Cæſarea fuit actum. Conquerebantur maxime Reformati, quod Catholici in Palatinatu centum triginta Templa ſoli poſſiderent, in centum triginta Templis ſimultaneum induxerint, plura bona eccleſiaſtica Reformatis competentia ſibi vindicauerint, quorum ſingulorum reſtitutionem Proteſtantium legati præſentes vrgebant. 80) Poſtquam etiam Elector in Comitiis declaraſſet, ſe d. II. Decembris 1720. Commiſſarios nominaſſe, qui intra ſpatium ſex menſium Statum Religionis, ad normam, prout tempore Pacis Badenſis fuerit, ordinarent. mittebat Corpus Euangelicum Iohannem de Reck, Conſiliarium Hannoueranum ad Electorem, 81) qui ipſi non ſolum deſuper grates ageret, ſed etiam curaret, vt omnia ſecundum dictam normam executioni mandarentur, qui tamen non niſi ægre fuit admiſſus. 82) Licet autem ad Cæſaris æque atque Electoris mandatum, vt omnia ſecundum normam Pacis Badenſis reſtituerentur, 83) reſtitutio diuerſis in locis fuerit facta, manet tamen adhuc Simultaneum, plura

65) *c. l. cap. XIV. §. XIV.*

66) Scripta & relationes, quid in congreſſibus fuerit actum, exhibentur *c. l. §. XIV. XV.* ELECTA IVR. PVBL. *Tom. XVIII. p. 974. Tom. XIX. p. 746.* LETTR. HIST. *1719. p. 645.* FABER *Tom. XXIV. c. II. n. XVI. ſqq.*

67) FABER *Tom. XXXV. cap. II. n. 9. Pfalziſche Kirchen-Hiſtorie c. XIV. §. XXIII.*

68) Exiat edictum KERN-CHRONIC *1719. pag. 48.*

69) KERN-CHRONIC *1719. p. 259. 268. 1720. p. 15.* ELECTA IVR. PVBL. *Tom. XIX. pag. 255. 347. 548.*

70) *Pfalziſche Kirchen-Hiſtorie §. XXVI.*

71) PFAELTZISCHE KIRCHEN-HISTORIE *§. XXVII.* KERN-CHRONIC *1720. p. 43.*

72) FABER *Tom. XXXV. c. II. n. XXVII. ſqq.*

73) PFAELTZISCHE KIRCHEN-HISTORIE *§. XXX.*

74) PFAELTZISCHE KIRCHEN-HISTORIE *§. XXXIII.*

75) Extat libellus ſupplex in *Pfalziſcher Kirchen-Hiſtorie cap. XIV. §. XXXVII.*

76) *c. l. §. XXXI.*

77) *cit. loc. §. XXXVIII.* Textus ex *Pſalmo LXVIII. v. 25.*

78) *Pfalziſche Kirchen-Hiſtorie cap. XIV. §. XLI. XLIX.*

79) Horum grauamina vide *l. c. §. XLIII. Hiſtorie der Religions-Beſchwerden p. II. c. IV. §. XXXVIII.*

80) *cit. loc. §. XLV. XLIX.*

81) *c. l. §. LV. Hiſtorie der Religions-Beſchwerden p. II. c. IV. §. XXXVIII.*

82) *Pfalziſche Kirchen-Hiſtorie c. l. Hiſtorie der Religions-Beſchwerden §. LXXV. ſqq.* Acta cum Reckio extant apud FABRVM *Tom. XXXVIII. c. IX. Tom. XXXIX. c. VII. VIII. Tom. XL. c. VIII. IX. Tom. XLI. c. VI. VII. Tom. XLII. cap. VI. VII. VIII. Tom. XLIII. c. VI. VII. VIII. Tom. XLIV. c. I. ſqq. Tom. XLV. c. V. ſqq. Tom. XLVI. c. VII. ſqq. Tom. XLVII. c. VI. VII. Tom. XLVIII. c. IX.*

83) ELECTA IVR. PVBL. *Tom. XIX. p. 430.*

84) Cæſa-

plura bona ecclesiastica sunt restituenda. De commissione ad locum etiam per Catholicos atque Protestantes adornanda, quo omnia tanto citius restituantur, sæpius fuit deliberatum. Dum vero Catholici adhuc tergiuersarentur, de sumptibus impendendis & Commissionis modo adhuc controuertatur, ab Augustissimi Imperatoris nostri æquissimo iudicio decisio adhuc erit expectanda.

§. XXXV. Postquam vero Reformati Principes in terris suis Catholicorum templa claudi fecissent, male hæc habebant Imp. qui ipsis mandabat, priusquam hæc restitutio fuerit facta, & Io. Reckius ab Aula Palatina fuisset reuocatus, ipsorum Grauaminibus medelam se adferre non posse. 84) Isti e contrario Grauaminum abolitionem prius fieri volebant. Inde Imp. singulare Commissionis, vt vocari solet, Decretum d. XII. Aprilis a. 1720. in Comitiis fecit publicari contra Exercitium Iuris Repressaliarum in caussis Religionis potissimum directum; nec concedi volebat, vt in Comitiis singulare Corpus formarent Protestantes, Corporis Euangelicorum Acta pro nullis declarantur, Placitum vero Imperii d. XI. Martii 1714. adprobatur, quod Religionis Grauamina per Deputationem Imperii extraordinariam examinari debeant atque diiudicari. 85) Contra hoc Commissionis Decretum Euangelici d. VIII. Decembris 1720. per Residentem Electoralem Saxonicum singulare scriptum exhiberi faciebant, quo ad singula capita respondent atque iura sua defendunt. 86) Cessabant interea Conuentus Comitiales, dum Euangelici eosdem detrectarent, quantisper ad deliberationes de Commissionis Decreto d. XII. Aprilis fuerit indictum. 87) Postquam vero d. IX. Februarii 1721. Imp. per nouum Commissionis Decretum declarasset, se ad medelam Protestantium Grauaminibus adferendam esse pronum, nec per dictum Commissionis Decretum aliud quid intendisse, Euangelici Status se Conuentibus Imperialibus inposterum interfuturos statuerunt. 88) D. XXVIII. Februarii 1722. inter Lutheranos atque Reformatos Vnio placuit politica, 89) cui tamen a quibusdam Principibus æque atque Theologis fuit contradictum. D. XXII. Augusti 1722. Imp. per nouum Edictum Electori Palatino mandat de abolendis Grauaminibus. 90) Nouum Commissionis Decretum d. XXX. Iunii 1722. publicabatur, quod tamen Euangelicis parum placebat. Inde variis scriptis agebatur, varia etiam a Cæsare decernebantur, ita tamen, vt pleraque Euangelicorum Grauamina adhuc sint reliqua. 91) Circa Pacis Cameracensis Tractationem Quæstio oriebatur, an Statui Euangelicorum magis sit proficuum, vt caussæ Religionis in Congressu Cameracensi communi paciscentium & fideiubentium ope decidentur, an vero Cæsaris diiudicationi istæ sint relinquendæ. 92) Dum vero iste Congressus cessaret, d. XXXI. Martii 1727. Corpus Euangelicum de Commissione ad locum grauatorum decernenda, Cæsarem petebat. 93)

§. XXXVI. De celebrando Paschate anni 1724. oriebatur controuersia, an illud cum Catholicis d. XVI. Aprilis secundum Cyclum Dionysianum atque Gregorianum sit celebrandum, an vero secundum verum calculum Astronomicum, prout in Concilio Nicæno sit decretum. Prolata igitur Societatis Scientiarum & variorum Mathematicorum sententia, conclusum fuit in Conferentia Euangelicorum d. XXX. Ianuarii 1724. vt non solum Calendarium emendatum in Protestantium terris conseruetur, sed etiam Paschatos festum a. 1724. d. IX. Aprilis secundum verum calculum Astronomicum celebretur, idemque a. 1744. 1778. & 1798. quibus annis terminus Paschatos ab illo Catholicorum differat, obseruandum, probeque cauendum, ne Paschа Christianorum cum Iudæorum Paschate coincidat. 94)

§. XXXVIII. Durante adhuc bello Turcico, Rex Hispaniæ Philippus, consiliis Cardinalis Alberoni persuasus, cum classe sua, quam contra Turcas instruxerat, ideoque a Papa decimas bonorum ecclesiasticorum obtinuerat, licet antea Papæ promisisset, 95) se con-

84) Cæsaris litteræ ad Regem Borussiæ ratione Monasterii Hamersleben, vna cum Regis responso extant in KERN-CHRONIC *1720. p. 15. sqq.*

85) KERN-CHRONIC *1720. p. 67.* Contenta vide in *Historie der Religions-Beschwerden p. II. c. IV. §. LX. sqq.*

86) Contenta *der allerunterthänigsten Vorstellungs-Schrifft* recensentur *Historie der Religions-Beschwerden p. II. c. IV. §. LXVIII.* Adde FABRVM *Tom. XXXVIII. c. X.*

87) KERN-CHRONIC *1721. pag. 21.* FABER *Tom. XXXVII. pag. 470. Historie der Religions-Beschwerden §. LXIX.*

88) KERN-CHRONIC *1721. p. 45.*

89) KERN-CHRONIC *1722. p. 84.* Adprobationem Georgii Guilielmi Marchionis Brandenburgici vide *p. 115.* FABER *c. l. p. 477. Historie der Religions-Beschwerden §. LXX.* Varia scripta extant apud FABRVM *Tom. XLI. c. IX. Tom. XLII. c. IX. Tom. XLIV. c. XII. Tom. XLVI. c. X. Tom. XLVII. c. X.* ELECTA IVR. PVBL. *Tom. XI. p. 815.*

90) KERN-CHRONIC *1722. p. 299.*

91) KERN-CHRONIC *1722. p. 154.*

92) Extat scriptum super hac Quæstione in MOSERS *Reichsfama Tom. II. p. 644.*

93) Extat scriptum apud FABRVM *Tomo XLVIII. cap. IX.* MOSERS *Reichsfama Tom. III. pag. 395.*

94) Extant Acta apud FABRVM *Tom. XLI. c. X. Tom. XLII. c. X. Tom. XLIII. cap. XII. Tomo XLIV. c. XIV. Tom. XLV. c. VIII. Tom. XLVI. c. XI. Tom. XLVII. c. X. Tom. XLVIII. cap. VIII.* Facit huc Collegæ nostri honoratissimi, IO. BERNHARDI WIDFRVRGII dissertatio *de imperfectione Calendarii Gregoriani, eiusdemque anno clo Io cc xxiv. discrepantia a Calendario correcto Ienæ 1724. 4.* atque VLRICI IVNII Schediasma *de Paschate Protestantium a. 1724. celebrando, Lipsiæ 1723. 4.*

95) LETTRES HISTOR. *Août 1717. pag. 234. Sept. 1717. p. 349.*

ſe contra terras Imp. quousque bellum duraret, nihil eſſe tentaturum, d. XXII. Auguſti menſe 1717. Sardiniam inſulam a Cæſareis poſſeſſam inuadebat, 96) publicato Manifeſto, in quo cauſas ſuæ expeditionis exponit, quod Cæſar integro Regis Hiſpanjarum titulo vtatur, Principi ſuo nouiter nato Principis Aſturiæ titulum conceſſerit, Molines, qui ad officium Inquiſitoris in Hiſpaniam fuerit euocatus, in Mediolanenſi Ducatu fecerit captiuum, ipſi etiam competere prouincias a Regno Hiſpanico auulſas iterum vindicare. Licet autem Papa Philippum V. ab hoc propoſito per litteras d. XXV. Auguſti a. 1717. ſcriptas reuocare tentaret, iſte tamen non ſolum per Marchionem de Grimaldo legatis ſuis apud exteros fidei rationem exponit, idemque legitimare conatur, 97) ſed etiam pergens in propoſito, metropolem Cagliari d. XXIII. Auguſti obſideri faciebat, quod d. XXXI. Septembris ſe dedebat. 98) Inde Marchio Rubi, qui Cæſaris nomine huic inſulæ præerat, ſe cum milite ſuo ex eadem ſubducebat. 99) Parum hæc expeditio placebat Principibus Europæ, Papa etiam Hiſpaniæ Regem dehortabatur, eandemque publicato Manifeſto defendere conabatur. 100) Licet autem Rex Galliæ atque Magnæ Britanniæ Mediationem ſuam ad terminandas inter Cæſarem & Philippum V. lites offerrent, iſtam etiam Cæſar acceptaret, & ſub certis conditionibus Hiſpaniæ ſe velle renuntiare, declararet, 1) nihilominus Philippus V. in claſſe inſtruenda pergebat, de inuadendis Cæſaris terris in Italia agebat, qui etiam exercitum in terris Pedemontanis colligebat, ita, vt de terris Mediolanenſibus atque Neapolitanis metueretur, quod inuaſioni forent obnoxiæ. Dum igitur omnia ad earum inuaſionem præpararentur, Rex Hiſpaniæ per Marchionem de Lede Siciliæ regnum, licet fœdere atque amicitia adhuc Sabaudiæ Duci, qui huic regno tunc imperabat, iunctus, 2) cum claſſe inſigni ex improuiſo inuadebat, 3) ſub prætextu ſecretos inter Cæſarem atque Sabaudum interfuiſſe Tractatus, de cedendo Cæſari hoc regno, 4) dum Comes de Maſſei, vrbi Panormitanæ præfectus, nihil hoſtile metueret, Hiſpanosque in portum admitteret, ſeque, poſtquam Hiſpani hoſtes ſe gererent, defenſioni parem non videns, arce ſaltim præſidio munita, Meſſinam ſe ſubduceret. Hiſpani igitur d. IX. Iulii 1719. Panormum occupabant, & poſtquam d. XIII. Iulii arx etiam Panormitana victoris arbitrio ſe permiſiſſet, & Catanenſes Sabaudos eieciſſent, 5) Hiſpani Meſſinam verſus properabant, dum interea Sabaudiæ Dux binos Miniſtros Viennam miſſos, nullo tamen caractere munitos, a Cæſare contra Hiſpanos peteret auxilia. 6) Dum igitur Hiſpani vniuerſum Siciliæ regnum ſub ſuam redigere poteſtatem tentarent, immo, cum Ragotzkio & Turcis ſecretos Tractatus fouerent, 7) non ſolum inter Cæſarem atque Sabaudiæ Ducem, per Marchionem de S. Thomas ex Sabaudiæ Ducis Miniſtris de cedendo ipſi Siciliæ regno conueniebat, 8) dum Cæſar non ſolum Sabaudiæ Duci ad obtinendum Sardiniæ Regnum eſſet in auxiliis, ſed etiam concluſo cum Magnæ Britanniæ Rege fœdere, claſſis Britannica Kl. Auguſti 1718. in portum Neapolitanum ſub Bingio Admirale aduentabat, qui ſtatim per litteras aduentum ſuum Cardinali Alberoni ſignificabat, quod ex Regis ſui mandato, Cæſari deberet eſſe in auxiliis, ad quæ tamen iſte ſuperbe ſatis

96) LETTR. HIST. *Oct. 1717. p. 377.* ELECTA IVR. PVBL. *Tom. XI. p. 661.*

97) Extant Eiusdem litteræ in LETTR. HISTOR. *Oct. 1717. p. 386.* ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tom. XI. pag. 665.* Extat etiam ſcriptum legati Hiſpanici Marchionis, Beretti Landi apud Belgas exhibitum *p. 475.* & ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tom. XI. p. 830.* Litteræ Marchionis de Grimaldo ad Principem de Cellamare, legatum Hiſpanicum in Gallia, extant in LETTRES HISTOR. *Nov. 1717. pag. 370.* HIST. DV CARD. ALBERONI *Tom. II. p. 26.* Ad Beretti Landi vero litteras reſpondetur LETTR. HISTOR. *Ianv. 1719. p. 38.* ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tom. X. p. 945.*

98) LETTR. HISTOR. *Nov. 1717. p. 331. 390. Dec. p. 647.* Quid Cæſaris legatus, Gallaſius Comes Papæ atque Cardinalibus propoſuerit, exponitur *Avril 1718. p. 427.*

99) LETTR. HISTOR. *Dec. 1717. pag. 651.* KERN-CHRONIC *1717. p. 217.* Hanc inuaſionem abunde deſcribit HISTOIRE DV CARDINAL ALBERONI *Tom. II. p. 140. 172.* ELECTA IVR. PVBLICI *Tom. XII. p. 147.*

100) Hæc omnia HISTOIRE DV CARD. ALBERONI *p. 150.* deſcribit vberius.

1) LETTR. HISTOR. *Avril 1718. p. 451. 469. Iuillet 1718. p. 9.*

2) LETTR. HISTOR. *Août 1718. pag. 154.* dicunt, Sabaudiæ Ducem primum promiſiſſe, ſe cum viginti militum millibus cum Hiſpanis velle coniungere, atque terras Imperiales inuadere, in fidei etiam pignus promiſiſſe, ſe filium ſuum Ducem Carignanum in Hiſpaniam eſſe miſſurum, dum vero fuiſſet tergiuerſatus, Hiſpanos regnum Siciliæ inuaſiſſe. Qua ratione inter Hiſpaniæ & Sardiniæ Regem, de fœdere fuiſſet actum, tradit HISTOIRE DV CARD. ALBERONI *Tom. I. p. 180.*

3) Claſſis Hiſpanica deſcribitur in LETTRES HISTOR. *Sept. 1718. p. 263.*

4) HISTOIRE DV CARDINAL ALBERONI p. 132. *En effet, on venoit de recevoir avis de France & d' Angleterre, que Sa Maieſte Sicilienne étoit en Traite avec l' Empereur, pour lui ceder le Roiaume de Sicile. Alberoni avoit eu quelques ſoupçons de cette negotiation, comme on l' a deia remarqué ci-deſſus, mais il fut aſſuré par l' avis que lui en donnerent les Miniſtres de ces deux Couronnes, par ordre exprés de leurs Maitres.*

5) LETTRES HISTOR. *Août 1718. pag. 157. Sept. 1718. p. 265.*

6) LETTR. HISTOR. *Août 1718. p. 193.*

7) Prout legatus Cæſareus Romæ in Collegio Cardinalium d. 16. Martii 1718. ſingula indicauit. ELECTA IVRIS PVBLICI *Tom. XIII. pag. 298.* Qua ratione etiam Turcas & Ragotzkium per miſſum ad ipſum legatum contra Cæſarem animare voluerit Rex Hiſpaniæ, docent LETTRES HISTOR. *Sept. 1718. p. 298.*

8) LETTR. HISTOR. *Oct. 1718. p. 428.*

9) LETTR.

fatis respondebat. 9) His igitur subsidiis munitus Augustissimus noster Imperator, copias suas ex regno Neapolitano in Regnum Siciliæ transportari faciebat. Britannica vero classis versus Hispanicam tendebat, dum Hispani interea d. XXIII. Iulii Messinam invaderent, quæ statim se dedebat, Sabaudis in arcem se subducentibus. 10) Dum igitur Hispani omnem Siciliam, excepta dicta arce, Drepanio, Termini & Melazzo occupassent, classis Britannica Hispanicam d. XI. Augusti 1718. fuit adgressa, eandemque, licet nauibus superiorem, ita defecit, vt capto ipso Admirali Castagneda, ex triginta nauibus & vltra, non nisi quindecim aufugerent, quatuordecim illarum captis, sex concrematis, dum Angli ne vnicum quidem perdidissent. 11) Pergebant tamen Hispani non solum in obsidenda arce Messanensi, quam d. XXIX. Septembris deditione capiebant, 12) sed etiam Melazzo, quod milite Cæsareo fuerat munitum, obsidebant. Huic, dum in auxilium Cæsarei venirent, d. XV. Octobris 1718. ventum ad manus, vbi Cæsarei primum victores vt Hispanorum munimenta irrumperent, sed, dum longius progrederentur, iterum fuerunt repulsi, vt in castra sua reuerterentur. 13) Continuabatur igitur obsidio vrbis Melazzo strenue. 14) Interea temporis, Dux Exercitus Hispani, Marchio de Lede cum Comite de Seckendorf agebat, vt armistitium fieret, quod, dum Cæsarei concedere nollent, petebat, vt ipsi naues concederentur ad educendum ex Sicilia Regno exercitum Hispanum cum armis, munitionibus & omni suppellectile, quod Cæsari significabatur. 15) Hispani etiam, postquam Cæsarei nouis subsidiis fuissent instructi, Melazzo relinquere cogebantur. 16) E contrario Cæsarei, Mercio Duce, Hispanos, quibus magna rusticorum pars, Cæsareis infensi, se iunxerat, persequebantur, & postquam eosdem fuissent adsecuti, fit d. XX. & XXI. Iulii 1719. ad Francouillam atrox prælium, in quo Hispani equidem primum superiores facti, Cæsareos repellerent, ideoque sibi tribuebant victoriam, 17) demum Cæsarei facti superiores, licet victoria ipsis fuerit cruenta. D. XXVIII. Iunii Cæsarei tormentis bellicis superiores, Hispanis per ignitos globulos multum damni inferebant. 18) Cæsarei igitur Hispanos ab vrbe Messina præcludere cogitantes

9) LETTR. HISTOR. Sept. 1718. pag. 257. *On fut en suite informé que le Cardinal Alberoni avoit fait vne réponse fort fiere à la Lettre que l' Amiral Bing lui avoit ecrite, pour notifier à sa Em. les ordres qu' il avoit reçûs du Roi son Maître, & l' on a publié que ce Cardinal avoit répondu sur le même fuiet au Colonel Stanhope. Mon Souverain m' a commandé de dire, que l' Amiral Bing peut executer les ordres, qu' il a de Roy son Maître, a quoy le Prélat avoit ajouté, que le Roi Philippe perdroit plutôt toute l' Espagne, que d' abandonner la Sicile.* KERN CHRONIC *1718. p.188.* Diuersæ litteræ inter Hispanos Anglosque extant in ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tom. XIV. p.901. Tom. XV. p.597.944. Tom. XVI. p.215. 266.*

10) LETTR. HISTOR. *Sept.1718. p.267.*

11) Extat de hoc prælio nauali relatio ipsius Admirali Bingii in LETTR. HISTOR. *Sept. 1718. p.268. Sept.1718. p.344.* HIST. DV CARD. ALBERONI *Tom. I. p.282.* Hispanorum Relatio extat LETTR. HISTOR. *Oct. p. 390.* KERN-CHRONIC *1719. p.489.*

12) Extat Capitulatio LETTRES HISTOR. *Nov. 1718. p.527. Dec. p.6.42.* KERN-CHRONIC *1718. p.235.* ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tom. XV. pag. 251.*

13) LETTRES HISTOR. *Nov. 1718. pag. 519.* prolixa Hispanorum Relatio extat *Dec. p.643.* HISTOIRE DV CARD. ALBERONI Tom. II. p. 276. *La maniere dont les Allemans traitoient les Liparotes dont ils mirent toute l' Isle à feu & à sang, & la vengeance qu' ils tirerent d'un Village a quelques milles de Malazzo, qu' ils sacagerent, parce qu' ils en avoient surpris les habitans sous les armes, fit revolter tout le plat pais, de sorte que tous les paisans, non seulement de la Vallée de Demona, mais encore de celle de Noto, prirent les armes & se rendirent par troupes au Camp des Espagnols où ils porterent en meme tems toutes sortes de vivres en abondance, les Esprits étoient encore dans cette aigreur lorsque l' Armée Imperiale apres vne marche des plus penibles à travers des montagnes vint attaquer celle d' Espagne mais quoique les Allemans eussent à leur tête quatre habiles Generaux, Merci, Zumiungen, Wallis & Seckendorf, l' emporta sur toute la valeur & l' adresse des autres, & les Imperiaux furent obligez de se retirer apres vne perte tres considerable & dont iusqu' à present on n' a pû savoir la verité, mais qui causa dans leur Camp vne telle consternation que si pendant l' abatement & la fatigue ou ils etoient, & la premiere fureur des Siciliens, le General Espagnol étoit sorti vaillamment de ses retranchement, il y a bien de l' apparence que c' etoit fait de l' Armée Imperiale qui etoit fatiguée, & qui ne voioit encore aucun moien d' etablir vne communication avec la Mer de Calabre ; mais ce General, en temporisant, donna le temps à ses Ennemis de s' emparer de quelques postes, & aux Paisans de moderer leur premier feu.*

14) Reperitur Diarium obsidionis a d. 9. Decembris vsque ad 15. LETTR. HISTOR. *Fevrier 1719. p.135.* aliud Diarium d. 7. Ianuarii vsque ad 28. Mars *p.263.* Aliud vsque ad 27. Februarii *Avril p.391.* HIST. DV CARD. ALBERONI *Tom. II. p.31.*

15) LETTR. HISTOR. *Mars 1719. p.267.*

16) LETTR. HISTOR. *Iuillet 1719. p.15.*

17) LETTR. HISTOR. *Iuillet 1719. p.119. Août p.132. 235.* KERN-CHRONIC *1719. p.156.*

18) Extat Diarium rerum in Sicilia gestarum a d. 17. Iunii vsque ad 30. eiusdem mensis in LETTRES HISTOR. *Août 1719. p.137. seq.* quod singulas actiones accurate describit. Idemque confirmant Litteræ Admiralis Bingii *p.144.* in quibus de priori prælio: *Le General Merci a attaqué le 20. Iuin les Retranchemens des Espagnol à Francaville. Le Combat a été fort rude depuis vne heure après midy iusqu' à la nuit. Le 21. Ce General ayant attaqué de nouveau les Ennemis, il les obligea à quitter leur poste, & à se retirer dans d' autres Retranchemens.* Sic etiam litteræ Centurionis Saunders p. 146. *Le 20. de ce mois, l' Armée Imperiale commandé par le General de Merci attaqua les Espagnols dans leur Camp de Francaville, & les chassa de plusiers hauteurs & postes avantageux, avec vne perte considerable.* In aliis litteris Cæsarei quattuor hominum millia amisisse dicuntur, licet maiori cum Hispanorum damno. ELECTA IVR. PVBL. *Tom. XVIII. pag. 850.*

19) LETTR.

tantes Kl. Iulii 1719. Taorminum, & paullo poſt, Scalettam occupabant. 19) Inde Meſſinam verſus pergebant, quæ etiam vna cum caſtris vicinis, ſola arce excepta, d. XIX. Auguſti 1719. ſe dedebat. 20) Hanc igitur arcem Cæſarei arcta obſidione cingebant, 21) quæ demum d. XVIII. Octobris 1719. ad deditionem fuit compulſa. 22) Hiſpani igitur Panormum regrediebantur, quos Cæſarei perſequebantur, atque d. XXVIII. Aprilis 1720. ipſorum munimenta adgrediebantur: ipſi quidem ſe primum defendebant, verum d. II. Maii Marchio de Lede armiſtitium petebat, ſe Siciliæ atque Sardiniæ Regnum iuſſu Regis velle relinquere, de quo etiam d. VI. Maii conuenit. 23) Hinc, poſtquam exercitus Hiſpanus in Hiſpaniam fuiſſet reductus & Rex Philippus Fœderi quadripartito ſubſcripſiſſet, Funtarabia etiam & Munimentum S. Sebaſtiani d. XXV. Auguſti 1721. a Gallis fuerunt relicta. 24)

§. XXXIX. De Pace igitur vniuerſali dum eſſet agendum, ad locum Congreſſus Cameracum placebat. Dum autem de modo Congreſſus, Cæremoniis, litteris ſalui Conductus, aliisque Præliminaribus adhuc ageretur, Imp. per Decretum Commiſſionis d. IX. Septembris hoc Statibus in Comitiis ſignificabat, poſtulans, vt ratione ſucceſſionis Florentinæ atque Parmenſis, & quod iſta tanquam feuda Imperii maſcula Carolo Hiſpaniæ Infanti debeant obuenire, conſenſum ſuum præberent, liberum Statibus relinquens, quidquid velint monendi, atque an Pacis negotium Imp. relinquere, vel ad locum Congreſſus Imperii Deputatos velint mittere. Hac cauſa igitur in ſingulis Collegiis propoſita, atque examinata, fit d. IX. Decembris 1722. placitum Imperii, per quod Status in dictam ſucceſſionem, prout in articulo V. Fœderis Quadripartiti fuerit expreſſa, non ſolum conſentiunt, ſed etiam Cæſari liberum relinquunt, ſecundum eiusdem articuli normam, pacem etiam nomine Imperii concludendi. 25)

§. XL. Dum enim Magnæ Britanniæ & Galliæ Reges dictis motibus obuiam irent, & de reſtituenda inter Cæſarem atque Hiſpaniæ Regem pace cogitarent, inter ipſos primum & fœderatos Belgas Hagæ Comitum d. IV. Ianuarii 1717. fœdus tripartitum de pace in Europa reſtituenda, conſeruandaque concludebatur, quod fundamentum præbuit fœderi Quadripartito. 26) Tractabantur varia, potiſſimum, vt Cæſar Hiſpaniæ Regno renuntiaret, dum ipſi quieta & hæreditaria poſſeſſio Prouinciarum Italicarum & Belgii vna cum Regno Siciliæ offereretur. 27) Hæc itaque poſtquam Cæſar cum reliquis conditionibus, item que mediationem Britannicam atque Gallicam acceptaſſet, 28) tractabatur de iisdem tam Pariſiis, quam Londini & d. XVIII. Iulii 1718. poſt varias difficultates, quas legatus M. Britanniæ R. Stanhopius feliciter ſuperauerat, inter M. Britanniæ & Galliæ Reges de certo Pacis Proiecto Pariſiis conuenitur, idemque ab iisdem ſignabatur. 29) Hoc cum Cæſari placuiſſet, d. XXII. Iulii 1718. inter ipſum, M. Britanniæ & Galliæ Reges celebratiſſimum illud fœdus Quadripartitum fuit concluſum, ſic dictum, quod etiam ad Belgas Fœderatos illud inſimul fuiſſet directum, licet iſti, metuentes, ne a Commerciis Hiſpanis excluderentur, adhuc tergiuerſarentur. Idem fœdus per legatos concluſum poſtea a Cæſare, M. Britanniæ & Galliæ Rege fuit ratihabitum. 30) Conditiones erant, vt Hiſpaniæ Rex intra duos menſes Cæſari reſtituat in plenam proprietatem Regnum Sardiniæ, in ſtatu, quo fuerat tempore occupationis. Hiſpaniæ atque Galliæ Regnum, prout in Congregatione Statuum Hiſpanicorum, *Les Cortes* dictorum, d. IX. Nouembris 1712. atque per pacem Traiectenſem fuerat concluſum, nunquam coniungantur, ltac conditione Imp. omnibus iuribus ſuis in Regnum Hiſpaniæ & reliqua regna atque prouincias Philippo V. per pacem Traiectenſem relictas, omnesque ipſius hæredes, maſculos & fœminas, pro legitimo Rege Hiſpa-

19) LETTR. HIST. *Août 1719. p. 193.*

20) LETTR. HISTOR. *Sept. 1719. pag. 300.* KERN-CHRONIC *1719. p. 105.*

21) LETTR. HIST. *Oct. 1719. pag. 376.* extat Diarium obſidionis a d. 19. Auguſti vsque ad d. 27.

22) Extat Diarium obſidionis a. d. 19. Sept. ad d. 2. Oct. 1719. LETTR. HISTOR. *Nov. 1719. p. 499.* Capitulatio *p. 504. 547.* Aliud Diarium vsque ad d. 19. Octobris *Dec. 1719. p. 249.* ELECTA IVR. PVBL. *Tom. XVIII. p. 249.*

23) Extant Conuentionis Capita KERN-CHRONIC *1720. p. 78.*

24) KERN-CHRONIC *1721. p. 190.* ELECTA IVR. PVBL. *Tom. XIX. p. 577. 869.*

25) KERN-CHRONIC *Dec. 1722. p. 325.* Acta Comitialia adiecta ſunt *Vortrab des Cambriſchen Friedens.* Extant etiam apud FABRVM *Tom. XLI. c. XII. Tom. XLII. c. XII.*

26) Patet hoc ex Manifeſto Gallico LETTRES HISTOR. Ianv. 1719. p. 67. *L' Abbé du Bois fut envoyé alors à Hannover, pour y traiter cette affaire avec le Roi de La Grande Bretagne; Et c' eſt là que fûrent arrêtez les Articles qui ont ſervi de fondement au Traité de La Triple Alliance, ſigné à la Haye le 4. Janvier 1717. après que le Roi de La Grande-Bretagne lui même en avoit donné part inuitlement au Roi d' Eſpagne.* KERN-CHRONIC *1717. p. 9.* Vide de eodem LETTR. HISTOR. *Avril 1717. pag. 493. Août 1718. p. 227.* Ipſum Fœdus extat ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tom. X. pag. 899.* RVHE DES IETZTLEBENDEN EVROPA *Tom. I. n. XVIII.*

27) LETTR. HISTOR. *Mars 1718. p. 314.*

28) LETTR. HISTOR. *Avril p. 442. 451. 469. Iuin pag. 666.*

29) LETTR. HISTOR. *Août 1718. p. 230. Sept. p. 354.* KERN-CHRONIC *1718. p. 54.*

30) LETTR. HISTOR. *Oct. 1718. p. 471.* Extat etiam *Vortrab des Cambriſchen Friedens in ſich faſſend die Quadruple Allianz, Iena 1723. 4.* LETTR. HISTOR. *Fevrier 1719. p. 181. Mars p. 303.* KERN-CHRONIC *1718. pag. 194. 1719. p. 40.* RVHE DES IETZTLEBENDEN EVROPA *Tom. I. p. 827.* ELECTIS IVR. PVBL. *Tom. XIV. pag. 275.* MVLLERS *Iuriſtiſch-Politiſche Electa Tom. II. p. 50.*

31) LETTR.

Hiſpaniarum cum adnexis Regnis atque Prouinciis adgnoſcit. Iſte vero Philippus e contrario pro ſe ac hæredibus ſuis maſculis atque fœminis, renuntiat omnibus Iuribus in terras Cæſaris Italicas, Marchionatum etiam Finalienſem Genuenſibus a. 1718. ceſſum, & Belgicas. Renuntiat item Iuri ſuo ipſi per pacem Traiectenſem reſeruato, vt extinctis maſculis, Siciliæ Regnum ad Hiſpanos debeat reuerti. Ad præueniendas de ſucceſſione Florentina atque Parmenſi lites decernitur, vt extincta Florentinorum Magn. Ducum & Parmenſium Ducum familia, vtraque terra ſub iure feudi maſculi dominium directum Imperii adgnoſcentis, filio primogenito hodiernæ Reginæ Hiſpanicæ Carolo, eiusdemque ſucceſſoribus maſculis, hisque extinctis, ſecundo genito, eiusdemque ſucceſſoribus maſculis, & ſic porro, deueniant. Imp. etiam de conſenſu Imperii deſuper procurando & concedendo Decreto Euentualis Inueſtituræ ſpondet. Portus Liburnus in perpetuum manere debet portus liber. Rex Hiſpaniæ etiam caſu ſucceſſionis exiſtente, cedat ſucceſſori in dictis terris Portum longum, & quidquid in inſula Elua poſſidet, hac conditione adiecta, quod dictæ terræ nunquam ab eo, qui infimul ſit Rex Hiſpaniæ, poſſint poſſideri, nec etiam iſte vnquam tutor eſſe poſſit. Hoc etiam conuenit, quod, quousque Florentini Magni Duces & Parmenſes Duces viuerent, nec Imp. nec Regibus Galliæ atque Hiſpaniæ, nec dicto ſucceſſori liberum ſit, militem, cuiuscunque fuerit nationis, nec proprium nec alienum in dictas terras introducere, vel locis munitis præſidia imponere. Vt autem deſtinato ſucceſſori ſucceſſio iſta eo certius obueniret, decretum, vt Portus Liburnus, Portoferaio, Parma atque Placentia ſex Heluetorum millia, nec vltra, ſumtibus partium contrahentium Mediatorum reciperent. Rex Hiſpaniæ cedit Cæſari Regnum Siciliæ cum renuntiatione reuerſionis ad Regnum Hiſpaniæ, quod Cæſar æque ratione Regni Sardiniæ promittit. Imp. atque Rex Hiſpaniæ promittunt ſibi inuicem guarantiam ſingulorum Regnorum atque Prouinciarum, quas poſſident. Ratificationes huius fœderis intra timeſtre ſpatium eſſe mutuo exhibendas, de reliquis adhuc conditionibus ſingulari congreſſu eſſe agendum. Generalis etiam Amniſtia omnibus atque ſingulis officialibus atque adſeclis, cuiuscunque fuerint conditionis, promittitur. Dux Sabaudiæ pro ſe ac hæredibus ſuis maſculis atque fœminis, cedit Imp. Regnum Siciliæ pleno iure, Cæſar vero Duci Sabaudiæ cedit Regnum Sardiniæ, cum conditione tamen, vt extinctis maſculis, ad Hiſpaniæ Regnum reuertatur, prout per pacem Traiectenſem de Regno Siciliæ fuerat concluſum. Confirmat Imp. omnes ceſſiones Duci per Tractatum Auguſtæ Taurinorum d. 8. Nouembris 1703. factas, non ſolum ratione Marchionatus Montisferratenſis, ſed etiam terrarum Ducatus Mediolanenſis, ea tamen conditione, vt Dux omnibus Prætenſionibus, ex dicto Tractatu ipſi competentibus, renuntiet. Adgnoſcit æque Imp. Ius ſuccedendi Ducis Sabaudiæ in Regnum Hiſpaniæ, Philippo V. eiusdemque poſteris extinctis, ea ratione, prout in renuntiatione Regis Hiſpaniæ, Ducis Biturienſis atque Aurelianenſis fuerit expreſſum, & per pacem Traiectenſem confirmatum, nec clam nec palam contra iturum ſe promittens, ea tamen conditione, ne is, qui in Hiſpania ſuccedit, terras Italicas poſſit poſſidere. Imp. & Dux Sabaudiæ ſibi inuicem guarantiam promittunt de terris, quas in Italia poſſident. Ratificationes intra bimeſtre ſpatium mutuo eſſe exhibendas. Ad has conditiones vero adimplendas conſeruandasque, M. Britanniæ atque Galliæ Reges vna cum Belgis Fœderatis in mutuum fœdus coeunt, quod Tractatus Traiectenſes atque Badenſes, niſi in his, quæ boni publici cauſa fuerint alterata, in ſuo tenore maneant, prout etiam Tractatus inter Cæſarem atque M. Britanniæ Regem Londini d. 25. Maii 1716. atque inter M. Britanniæ & Galliæ Reges, Belgasque d. 4. Ianuarii 1717. concluſus. Omnes partes contrahentes ſibi inuicem mutua auxilia ad defendendas ipſorum prouincias, nec alterius ſubditos rebelles ſe eſſe recepturos, promittunt. Imp. M. Britanniæ Rex & Belgæ Fœderati pro ſe & ſucceſſoribus ſuis, ſeſe obligant ius ſuccedendi in Regnum Galliæ, prout in Regis Hiſpaniæ d. 5. Nouembris facta renuntiatione, & per pacem Traiectenſem fuerit confirmatum, eſſe conſeruaturos. Imp. etiam, Rex Galliæ & Belgæ Fœderati promittunt, pro ſe ius Succeſſionis in Regnum M. Britanniæ ſecundum Leges Regni, & prout ad Georgium Regem, eiusdemque ſucceſſores fuerit definitum, eſſe defenſuros, nec Prætendenti nec aliis rebellibus auxilia laturos, vel receptum eſſe conceſſuros. Sic etiam Belgis auxilia pro defenſione terrarum promittuntur. Si quis vero his conditionibus nolit adquieſcere, Imp. Rex M. Britanniæ, Rex Galliæ ſinguli ad duodecim militum millia, Belgæ ad ſex millia præſtanda ſe obligant, quo communibus viribus contra ipſum agere atque ad acceptandas pacis conditiones poſſint adigere. Comprehenduntur hoc Tractatu omnes, qui eidem vellent ſubſcribere; potiſſimum vero Rex Portugalliæ. Adiiciuntur tres articuli ſeparati, quorum vnus declarat, quod ſi Belgæ huic Tractatui accedere nolint, Rex Hiſpaniæ ad ſumptus in præſidia terrarum Florentinarum & Parmenſium impendendos, ipſorum loco debeat concurrere, alter concernit titulos Regis Hiſpaniæ atque Siciliæ, quos Cæſar non adgnoſcit, tertius titulos Cæſaris Hiſpanicos, quos Galliæ Rex non adgnoſcit. Dictis articulis publici Iuris factis, adiecti eadem die fuerunt Articuli ſeparati & ſecreti duodecim, quibus continetur, Regibus Hiſpaniæ atque Sardiniæ tempus trimeſtre eſſe ſtatuendum, intra quod ſe declararent, an iſti Tractatui vellent ſubſcribere. Quod ſi vero hoc facere recuſarent, contrahentes partes promittunt, ſe Imp. fore in auxiliis, vsque dum in

quietam Regni Siciliæ poſſeſſionem mitteretur, atque in quieta poſſeſſione reliquarum terrarum Italicarum confirmaretur. Primus huic fœderi d. 25. Octobris 1718. accedebat Rex Sardiniæ, 31) dum interim Hiſpaniæ Rex, miſſo licet ad eundem Stanhopio Anglo, qui illum perſuaderet, 32) illud recuſaret pertinaciſſime, potius Siciliam atque Sardiniam Hiſpaniæ Regno in perpetuum nectli, atque vt Imp. Sabaudiæ Duci deſuper ſatisfaceret, poſtularet, atque per legatum ſuum Principem de Cellamare varia contra Aurelianenſem Ducem, tunc apud Gallos Regentem, machinaretur, 33) qui ideo apud eosdem cuſtodiæ mandabatur. Hoc ipſo motus Dux Aurelianenſis, Galliæ Regens, Manifeſtum exeunte anno 1718. contra Hiſpaniæ Regem publicabat, 34) eidemque d. 9. Ianuarii 1719. ſingulari Manifeſto 35) bellum declarabat, id quod a Magnæ Britanniæ Rege iamdum d. 27. Decembris 1718. fuerat factum. 36) Rex Hiſpaniæ e contrario declarationem faciebat publicari, per quam Gallos inuitabat, vt ipſi accedant, hoc tamen addito, ſi quid hoſtile contra Hiſpanos attentauerint, ſe ipſos, tanquam Galliæ Regis rebelles, eſſe puniturum, 37) quod ſcriptum ex Parlamenti Pariſienſis decreto d. 16. Ianuarii 1719. fuit ſuppreſſum, 38) & iuſſu Regis, a Berwickio ad illud fuit reſponſum. 39) Poſtea vero d. 23. Februarii 1719. nouum Manifeſtum, Hiſpaniæ Rex publicabat, per quod omnem belli culpam a ſe volebat declinari. 40) Poſtquam igitur Exercitus Gallicanus ſub Mareſchallo de Berwick Aprili menſe 1719. Hiſpaniam intraſſet, 41) d. 16. Maii Fontarabiam inuadebat, idemque poſt obſidionem menſtruam d. 16. Iunii 1719. ad deditionem fuit compulſum. 42) Vlterius Galli pergebant ad S. Sebaſtiani munimentum, 43) idemque d. 20. Iulii obſidebant, vrbs etiam Kl. Auguſti 1719. ſe dedebat, 44) quam d. 17. Auguſti 1719. Toloſa, Guipiſcoæ metropolis, ſequebatur. 45) Hoc moti Status dictæ Prouinciæ miſſis ad Berwickium legatis, Regi ſe Chriſtianiſſimo ſubiiciebant. 46)

§. XLI. Parem autem Gallis ſe non videns Rex Hiſpaniæ, de pace cogitabat, atque datis ad Principem de Conti litteris, quibus plurimum de amicitia ergo Gallos teſtabatur, proponebat, ſe Imp. Regnum Neapolitanum & Ducatum Mediolanenſem velle relinquere, ita tamen, vt Mantuæ Ducatum reſtituat, & Comacium Papæ. Terras Florentinas, Parmenſes & Placentinas cedi debere Infanti Hiſpanico Carolo ex fecundo matrimonio, ſine nexu tamen feudali Imperii. Dux Aurelianenſis Regens ſit Regni Gallicani, ita tamen, vt defuncto Rege minorenni, vnus ex filiis Philippi II. ſuccedat. Rex Georgius retineat Angliæ Regnum, Philippo vero de ipſius claſſe apud Siculos deſtructa ſatisfaciat, Prætendenti Scotiæ atque Hiberniæ Regnum reſtituat. Iſtæ tamen conditiones parum conuenientes merito fuerunt reiectæ. 47) Die 17. Auguſti etiam arx S. Sebaſtiani ſe Gallis dedebat. 48) Inde in Cataloniam pergebat Dux Berwickius, Vrgellam occupabat, Rhedam obſidebat 49) Interea Claſſis Britannica Octobri menſe Galliciam inuadebat, Vigos obſidebat, quæ vrbs cum arce d. 19. Octobris 1719. ſe dedebat. 50)

§. XLII. Motus hiſce Rex Hiſpaniæ, remoto ex Aula ſua Alberoni Cardinale, huius belli ſuſcitatore, per Abbatem Lundi Parmenſis Ducis legatum apud Gallos primum declarabat, ſe fœderi quadripartito ſub certis conditionibus velle accedere, dum vero iſtæ reiice-

31) LETTR. HISTOR. *Nov.* 1718. *pag.* 598. *Ianuar.* 1719. *p.* 53. 87. 113.

32) KERN-CHRONIC. 1718. *p.* 198. Quid Stanhopius apud Hiſpanos egerit, exponunt ELECTA IVR. PVBL. *Tom. XV. pag.* 83. HISTOIRE DV CARD. ALBERONI *Tom. I. p.* 259. *ſeqq.*

33) Quid cum legato Cellamare fuerit actum docent LETTR. HIST. *Dec.* 1718. *p.* 738. *Ian.* 1719. *p.* 59. KERN-CHRONIC 1728. *p.* 283. ELECTOR. IVR. PVBL. *Tom. XV. p.* 689. 934. HIST. DV CARD. ALBERONII *Tom. II. pag.* 134.

34) Manifeſtum hoc extat LETTR. HISTOR *Ianuar.* 1719. *p.* 61. in quo, quid a tempore Pacis Traiectenſis cum Rege Hiſpaniæ pro Pace tenenda fuerit actum, & qua ratione Pacis conſilia reiecerit, prolixe recenſetur. Auctor Manifeſti *pag.* 83. dicitur Mr. de Fontenelle KERN-CHRONIC. 1719. *p.* 16.

35) extat LETTR. HISTOR. *Ianuar.* 1719. *p.* 84. KERN-CHRONIC. 1718. *p.* 295.

36) LETTR. HISTOR. *Ianuar.* 1719. *p.* 99. Ipſa Declaratio extat *pag.* 102. ELECTIS IVR. PVBL. *Tom. XVI. p.* 979. HIST. DV CARD. ALBERONI *Tom. II. pag.* 146. Singulare Proiectum, quod in ſecreto M. Britanniæ Regi exhibitum fuiſſe dicitur, quis inde fructus redundare poſſit, vt Prouinciæ Americanæ inter Fœderatos diuiderentur, patet ex HISTOIR. DV CARD. ALBERONI *Tom. II. pag.* 294.

37) extat LETTR. HISTOR. *Ianuar.* 1719. *p.* 115. ELECTIS IVR. PVBL. *Tom. XVI. p.* 899.

38) extat decretum LETTR. HISTOR. *Feurier* 1719. *p.* 173. Noua Regis Hiſpaniæ declaratio per decretum Parlamenti d. 27. Aprilis 1719. fuit ſuppreſſa. LETTR. HISTOR. *Iuin.* 1719. *pag.* 677. HIST. DV CARD. ALBERONI *Tom. II. p.* 263.

39) hæc reſponſio extat in ELECTIS IVR. PVBL. *Tom. XVII. p.* 619.

40) HIST. DV CARD. ALBERONI *Tom. II. pag.* 194.

41) LETTR. HISTOR. *Maii* 1719. *p.* 589.

42) extat Diarium a. d. 30. Maii vsque ad deditionem, cum Capitulatione LETTR. HISTOR. *Iuillet* 1719. *pag.* 53. ELECTA IVR. PVBL. *Tom. XVIII. p.* 23.

43) LETTR. HISTOR. *Iuillet* 1719. *p.* 113. ELECTA IVR. PVBL. *Tom. XVIII. p.* 477. HIST. DV CARD. ALBERONI *Tom. II. p.* 271.

44) extat Diarium obſidionis in LETTR. HISTOR. *Août* 1719. *p.* 217. KERN-CHRONIC. 1719. *p.* 200.

45) ELECTA IVR. PVBL. *Tom. XVIII. p.* 857.

46) LETTR. HISTOR. *Août.* 1719. p. 221.

47) LETTR. HISTOR. *Août* 1719. *p.* 223.

48) Diarium obſidionis arcis vna cum Capitulatione repetitur LETTR. HIST. *Sept.* 1719. *p.* 311. KERN-CHRONIC. 1719. *p.* 245

49 LETTR. HIST. *Nou.* 1716. *p.* 576. *Dec. pag.* 670.

50) extat Capitulatio LETTR. HISTOR. *Nou.* 1719. *p.* 595. ELECTA IVR. PVBL. *Tom. XIX. p.* 169.

51) ex-

reiicerentur, tandem d. 17. Februarii 1720 per Marchionem de Beretti Landi legatum ſuum ad Belgas ſingulari mandato inſtructum, Hagæ Comitum illud fœdus ſubſcripſit. 51). Licet autem ſingulari oratione d. 10. Ianuarii 1719. coram Belgis Fœderatis habita illos ad ſeruandam 52) Neutralitatem adhortari tentaſſet, Papæ etiam huic definitæ ſucceſſioni Ducatus Parmenſis tanquam iuri ſuo Dominii Directi contrariæ plurimum contradicit & Magnus 53) Dux Florentinus, ex Supremo, quod in terras ſuas prætendit, Iure, ſibi potius, ius definiendi ſucceſſorem competere contendit.

§. XLIII. Defuncto a. 1718. Carolo XII. Sueciorum Rege a. 1718. in obſidione Fridrichshallenſi, ipſius morte comperta, L. B. de Hiersheim Regiminis Heidelbergenſis Præſes, Electorali mandato inſtructus, ad prætendendam poſſeſſionem Bipontum ſuit miſſus, ſed a Duce hodierno, Guſtauo Samuele Leopoldo proximiore adgnato, quiturn temporis ibidem commorabatur, ſuit præuentus, qui ex Teſtamento Wolfgangi, ius ſuum contra prætenſiones Electorales in aula Cæſarea demonſtrabat, atque inſecutus Inueſtitura Cæſarea, ſtabiliebat. Dum autem hac occaſione legatus Electoralis Viennæ degens, contra futuram ſucceſſionem in hoc Ducatu Bipontino, Principis Birckenfeldenſis, tanquam proximioris adgnati proteſtaretur, potius ex Iure lineæ primogenialis & tanquam Caput Familiæ ſucceſſionem adfectans, ſcriptis primum agebatur, in Comitiis exhibitis, 54) vsque dum Chriſtianus Dux Birckenfeldenſis de dato Biſchweileræ d. 9. Iunii 1724. facti ſpeciem 55) ad Imp. mitteret, in qua iura ſua demonſtrabat, a Cæſarea Maieſtate petens, vt Electori atque Duci Bipontino, qui in partes Electoris inclinabat, reſcribatur, vt nihil in ipſius præiudicium agatur, & ſi caſus exſtiterit, ipſi non ſit impedimento, atque officialibus & ſubditis Bipontinis iniungatur, quo in iſtum caſum, vi Teſtamenti Wolfgangi, & confirmationis Cæſareæ, nemini, quam Duci Birckenfeldenſi homagium præſtent, atque ad Electorem Moguntinum & Landgrauium Haſſo-Darmſtadtinum Conſeruatoria decernat. Inde in Iudicio Aulico de hac cauſſa agebatur. Elector equidem Proceſſum hunc declinare volebat, d. 16. Nouembris 1714. declarans, petitum Ducis Birckenfeldenſis locum habere non poſſe, cum Dux Bipontinus mediocris adhuc ſit ætatis, firmi corporis, ſo cauſſam, caſu exiſtente, Cæſaris deciſioni relinquere, petens, vt Dux Birckenfeldenſis cum petito ſuo non audiatur. Ad hæc vero d. 8. Ianuarii 1725. decernebatur, Electoris Palatini exceptionem, pro circumſtantiarum ratione, locum non habere, & terminus ipſi duorum menſium præfigebatur ad deducenda fundamenta ſua in cauſſa Principali.

§. XLIX. Dum vero hodiernus Dux Bipontinus ſub finem anni 1724. ægrotaret, atque Elector copias ſuas contraheret, vt in caſum mortis Ducis Ducatus poſſeſſionem adprehenderet, d. 10. Decembris 1724. deſuper conquerebatur Dux Birckenfeldenſis, ſupplicans pro clementiſſime decernendo Reſcripto dehortatorio. Dux Bipontinus e contrario petebat, vt Dux Birckenfeldenſis vsque ad caſum exiſtentem remittatur. Dum vero d. 26. Decembris 1724. ſexcenti milites Electorales ſub prætextu tumultus ciuium, in vrbem Bipontinam fuiſſent admiſſi, iidemque, caſſatis militibus Bipontinis, fidem Duci feciſſent iuratam, hoc Cæſari ſignificabat Dux Birckenfeldenſis atque petebat, vt in contumaciam, ab initio petita Reſcripta Cæſarea, caſſatis omnibus hactenus commiſſis attentatis, decernatur. Hinc etiam d. 23. Ianuarii 1725. cauſam ad Comitia deferebat, contra attentata Electoris proteſtabatur, atque, vt pro impetrando conſeruatorio Status apud Imp. intercederent, petebat. Ad hæc, d. 5. Februarii Dux Bipontinus ſupplicabat, pro repellendo pattem impetrantem a limine Iudicii, & nihil in præiudicium decernendo. Elector vero Palatinus ſupplicabat pro denegatione reuocationis attentatorum ſeu euentuali communicatione partis aduerſæ exhibitorum, & interim in præiudicium nihil ſtatuendo. Dum vero etiam vlterior terminus ad excipiendum Electori præfixus præteriaberetur, Dux Birckenfeldenſis d. 8. Martii 1725. ſupplicabat, vt in contumaciam procedatur, vel etiam reiectis exceptionibus forſan exhibitis, ab initio petita Reſcripta Cæſarea, atque votum maturare petebat. E contrario, Elector per procuratorem ſuum d. eodem declarationem & reſponſionem ad facti ſpeciem exhiberi faciebat, cum hac tamen proteſtatione, ſe, actione nondum nata, ad conteſtandam litem non eſſe obligatum. A iudicio Aulico vero d. 12. Martii exceptiones dilatoriæ Electoris denuo reiiciebantur, eiusdemque declaratio loco exceptionum ad replicandum ſub termino duorum menſium Birkenfel-

51) extant Acta huc facientia in ELECTIS IVR. PVBLICI *Tom. XIX. p.* 18.

52) extat in ELECTIS IVR. PVBLIC. *Tom. XVII. p.* 428.

53) extat ſcriptum Vincentii Pucci Secretarii Florentini ſuper hac ſucceſſione in ELECTIS IVR. PVBL. *Tom. XIX. p.* 921.

54) Extractus Teſtamenti Wolfgangi cum Schemate Genealogico prodibat in Comitiis 1720. Inde *Copia Schreibens an einen Miniſtrum eines Fürſtlichen Hofes ſub dato Strasburg den 26. Ianua-*

rii 1722. des Chur- und Fürſtlichen Hauſes der Pfalz. Succeſſion überhaupt inſonderheit aber die künftige Erbfolge im Fürſtenthum Zweybrücken betreffend.

55) Titulus eſt: *Kurtze in Actis & Facticis des Chur- und Fürſtlichen Hauſes der Pfaltz auch darüber ertheilten Kayſerl. Confirmationen und gegründeter Facti Species des Durchlauchtigſten Fürſten und Herrn, Herrn Chriſtiani III. Pfaltzgraffen bey Rhein &c. und Dero Hoch-Fürſtlichen Stammes Verbrs Succeſſions-Recht an das Fürſtenthums Zweybrücken vorſtellend*

kenfeldenſi communicabatur. 56) Inde d. 30. Aprilis 1725. a Iudicio Aulico abductio, militis Electoralis ex vrbe Biponto deceniebatur. D. 18. Maii a. 1723. à Iudicio aulico, vt amicabilis compoſitio tentetur, concludebatur, ad eandemque L. Baro de Hartig & Nobilis Dominus a Berger denominabantur. Iſta etiam Octobri menſe 1725. tentabatur atque a delegatis Commiſſariis d. 7. Octobris proponebatur, vt Veldentinæ atque Bipontinæ terræ in vnam cauſſam coniicerentur, atque inde ex æquo diuiderentur, quod tamen Birckenfeldenſis abnuebat. 57) Varie igitur hæc cauſſa non ſolum in Iudicio Aulico ſed etiam diuerſis ſcriptis in hanc vel illam partem fuit ventilata, 58) neque tamen adhuc dum deciſa, vix etiam ſperandum, eam ante caſum exiſtentem iri deciſam.

§. XLV. Anno 1720. magis inualuerunt controuerſiæ inter Principem Friſiæ Orientalis & Status ipſius Prouinciales, potiſſimum Ciuitatem Embdanam. A multis retro temporibus hæ lites continuarunt, dum Principatus iſte ex diuerſis Dynaſtiis conſtitus, plures ſub ſe comprehenderet nobiles atque Dynaſtias potentiores, 59) qui ad priuilegia ſua prouocantes, non in omnibus Principi ſuo ſubiici volebant. Contradicebat potiſſimum Ciuitas Embdana, immunitatem prætendens. Licet autem ſuper hac cauſſa plurimum iamdum fuerit actum, 60) reeruduit tamen controuerſia a. 1720. dum Ciuitas Emdana militem Brandenburgicum reciperet, Status Prouinciales liberam Collectarum Prouincialium diſpoſitionem ſibi vindicarent, Epiſcopo Monaſterienſi ſub prætextu Conſeruatorii a Leopoldo Cæſare a. 1681. obtenti, pro eodem continuando, ipſiſque aſſiſtendo, aliquot loachimicorum millia annua præſtarent. Motus inde Princeps d. 14. Maii 1720. cauſſam ad Cæſarem deferebat, militis peregrini abductionem, caſſationem pactorum cum exteris, & Conſeruatorii Monaſterienſis, vt Status Prouinciales a petendis ab exteris auxiliis abſtineant, Statibus Prouincialibus vt Principi ſuo ſecundum pacta antiqua & Leges Imperii obediant, iniungatur, in controuerſiis cum Principe ſuo ſolitus Cæſaris mandatis adquieſcant. Hunc primum libellum ſupplicem plures alii ſequebantur, collectas Prouinciales potiſſimum concernentes, petente Principe, vt ſuper his Status Prouinciales iuſtas exhibeant rationes, & dum Dux ad præſtationes Imperii atque Circuli concurrat, vt reſtituantur ipſi, quæ hactenus pro ſubſidiis, milite extero, vel alias per præuaricationem iniuſte fuerint impenſa, atque ad certas præſtationes annuas Principi obligentur. Ad Principis igitur inſtantiam, d. 28. Auguſt. 1726. ſequebatur Cæſaris ſententia, per quam Status Prouinciales atque Ciuitas Embdana ad obſequia Principi ſua præſtanda adiguntur, vtque pacta cum Principe aliter non, niſi ſecundum leges moresque Germaniæ intelligantur, Principique ſupremam Collectarum Prouincialium Directionem relinquant, atque omnes rationes Prouinciales ab a. 1693. coram Principis Commiſſario examinentur, nullæ impoſterum pro iuſtis habeantur, niſi a Principis Commiſſario fuerint ſubſcriptæ, reliqua capita vlteriori examini atque inquiſitioni relinquuntur. Ciuitati vero Embdanæ mandatur, vt Principi ſuo Immediato tanquam Ciuitas Municipalis ſe ſubiiciat, Priuilegia ſine ipſius conſenſu non impertiatur, in cauſſis Principis Iura concernentibus ipſius mandata Principalia adgnoſcat, eidemque ad reddendas rationes teneatur, ipſius Cancellariæ iurisdictionem adgnoſcat, ipſis non competat pacta publica pro arbitrio interpretari, in controuerſiis cum Principe neminem niſi Imp. pro iudice adgnoſcant, a noua Societate Commerciorum cauſſa formata, deſiſtat. Hoc decretum dum Embdæ, Nordæ

56) Palatini Scriptum hunc titulum præ ſe fert *Churpfeltziſchſie der Fürſtl. Pfaltz Birckenfeld entgegen geſetzte Facti Species, das Succeſſions-Recht auf das Hertzogthum Zweybrücken betreffend*, cuius contenta exhibentur in *Formula Succeſſionis Palatinæ Sect. III. §. XXXVII.* vbi etiam hæc, quæ ſcripſi exponuntur. Adde FABRVM *Tom. XLVII. c. XI. Tom. XLVIII. c. XII.* MONATHL. STAATS-SPIEGEL *April* 1700. *p.* 3. Potiſſimum, dum Electoris Palatinus fundamentum ſucceſſionis in linea Primogeniali ponere, quæ in Conſtitutione Rupertina de a. 1395. ſit firmata, Birckenfeldenſes ad hoc euertendum publicabant *Abgenæthigte Aſten- und Geſchichtmæſſige gründliche Unterſuchung einer ſo genannten Rupertiniſchen Conſtitution de Anno* 1395. *woraus erhellet, daß dieſelbe entweder ein nouum ſuppoſitum, oder allen Falls in dem Chur- und Fürſtlichen Hauſſe der Pfaltz für ein authentiſches und giltiges Statutum & Pactum Domus nicht zuhalten, noch auch iemahls dafür gehalten worden ſey.* MOSERS *Reichs-Fama Tom. II. p.* 3.

57) *Formula Succeſſionis Palatinæ Sect. III. §. XXXVIII. XXXIX.*

58) Electoris Palatinus d. 8. Iulii 1728. in Aula Cæſarea exhibebat Scriptum ſub hac Rubrica: *Gründliche Deduction des Ihro Churfürſtlichen Durchl. zu Pfaltz auf die Euentual-Succeſſion in das Fürſtenthum Zweybrücken zuſtehenden Primogenitur- und Conſolidations-Rechts* cum adiectis multis documentis. Huic vero ſcripto opponebatur *Status Cattiſſæ nebſt Rechtlicher Ausführung die dem Durchlauchtigſten Fürſten und Herrn, Herrn Chriſtian dem III. Pfaltzgraffen beym Rhein, und Dero Hoch-Fürſtlichen Hauſſe, auf die nach Gottes willen bevorſtehende Succeſſion in dem Hertzogthum Zweybrücken competirenden Gerechtſame* 1729. In huius priori parte Status controuerſiæ proponitur, atque lura Birckenfeldenſia defenduntur, in parte vero altera Scriptum Electorale denuo exhibetur, atque per adiectas obſeruationes refutatur.

59) SYNT. IVR. PVBL. *cap. III, §. XXXIII.*

60) Edidit etiam IO. ALTHVSIVS Syndicus Emdanus *Oſtfrieſiſches Accordsbuch*, licet ipſi imputetur, quod partes duas priores potioribus documentis truncauerit & partitionibus ineptis & Notis in margine adiectis, ſenſum plane contrarium elicere fuerit conatus. Inde prodiit *Hagiſch en Embliſch Verjelyck over de Gravamina tuſſchen den Doorluchtigen Hochgeboren Vorſt en Heere, Heere Georg Chriſtian Vorſt tot Ooſtvriesland, Heere tot Eſens, Stedesdorp ende Wittmond. Emden* 1665. 4. Potiſſimum vero VBBO EMMIVS *Rerum Friſica-*

Nordæ atque Aurici fuiſſet adſixum, non deerant, qui eidem ſe ſubiicerent; plures tamen adhuc ſe opponebant, cauſſam ſuam coram Cæſare defendere conati. Princeps igitur nouis libellis ſupplicibus Grauamina ſua apud Cæſarem exhibebat, præter alia queſtus, quod Collectas Prouinciales ad aggerum maritimorum reparationem ad alia quæuis Status impenderint, & Cæſaris mandatis obſequi renuant, particulares conuentus inſtituant, Principi ſuo reſiſtere pergant, in Comitiis Prouincialibus honorem ipſi debitum denegent, de negotiis Prouincialibus ſine ipſius conuentu deliberent, Principem in ſeligendis Officialibus ad Jus Indigenatus velint obligare, Leges Prouinciales pro arbitrio interpretentur, nec Principi quidpiam per annos contribuant, Iuri Sequelæ ſe opponant. Contra Ciuitatem vero Embdanam ſigillatim conquerebatur, quod Paſtores ſuos a Principe confirmari nolint, nec dies ſupplicatorios a Principe indictos ſeruare, Lutheranis exercitium Religionis denegent, Iurisdictionem in Principis officiales in arce commorantes exercere velint, mulctas pro dimidia parte Principi competentes, ſibi retineant, Principales reditus non iuſto tempore ſoluant, rationes de reditibus vrbis Principi reddere, & telonium in vrbe ipſi competens denegent, ipſiusetiam Commiſſarium ad rationes Prouinciales examinandas nolint admittere, vigeſimam partem hæreditatis collateralibus competentis exigant, per militem Brandenburgicum contributiones exigant. Pergebat Dux contra Status Prouinciales, quod omnia Onera, Acciſiam, aliasque contributiones etiam a Principis Officialibus exigant, dum e contrario Adminiſtratores redituum Prouincialium ab iisdem ſint immunes, ipſi ſibi ſumant, viros bene meritos, eo quod Cæſaris decretis ſe ſubiiciant, ex illorum conuentibus remouendi. Nec deerant Grauamina, quod Status Prouinciales Adſeſſores Iudicii Aulici corrumpant, qui ideo in fauorem Statuum Prouincialium decidant, & ſuper conductu Iudæorum in Ciuitate Embdana, quem ſibi Ciuitas vindicabat. Hæc ſingula, licet Status Prouinciales & Ciuitas Embdana coram Iudicio Aulico Cæſareo elidere tentarent, ſequebatur tamen d. XVIII. Auguſti 1722. prioris ſententiæ Cæſareæ confirmatoria, & mandatum pœnale, vt ſub pœna quinquaginta marcarum auri puri intra bimeſtre ſpatium priori ſententiæ ſatisfaciant. 61) Pergebant nihilominus Status Prouinciales, contra Cæſaris Saluaguardiam per Executionem militarem a Principis Officialibus contributiones exigebant. Decernebatur igitur a Cæſare Commiſſio, eademque Poloniarum Regi, tanquam Saxoniæ Electori, atque Auguſto Guilielmo, Duci Brunſuicenſi demandabatur, quam tamen Status Prouinciales & Ciuitas Embdana, oblato Perhorreſcentiæ Iuramento, plurimum deprecabatur, atque a ſubdelegatis Commiſſariis appellabant, plenos Adpellationis Proceſſus concedi petentes. Verum per publicatam d. XVII. Auguſti 1724. ſententiam, hæ tanquam dilatoriæ exceptiones reiiciebantur, Adminiſtratores redituum Prouincialium, horumque ſocii de obſequio admonentur, ipſorum Deductio pro demonſtrando iure ſuo de habendis citra Principis conſenſum Conuentibus, firmandis fœderibus atque conuentionibus, cum reprehenſione repudiatur. Iudicio Friſiæ Aulico mandatur ne in hac cauſſa, ad Cæſarem delata, Proceſſus decernant. Dum igitur Rex Poloniarum atque Dux Brunſuicenſis per ſubdelegatos ſuos in Friſiam miſſos, Commiſſionis initium facerent, ventum fuit ad arma, dum Status Prouinciales renitentes Principales copias adorirentur, easdemque plerumque deleret, atque in diuerſis pagis hoſtilia exercerent. 62) Graue igitur d. IX. Iunii 1726. ſequebatur Cæſaris mandatum, per quod refractarii grauiſſimis pœnis priori Reſcripto indictis ſubiiciuntur, omnesque Imperii Status atque Magiſtratus admonentur, vt ad ſopiendam hanc rebellionem prompta referant auxilia. 63) Contra Executionem etiam Saxoniæ Electori atque Guelferbytano Duci demandatum proteſtabantur Rex Boruſſiæ, Elector Palatinus atque Epiſcopus Monaſterienſis, Circuli Weſtphalici Directores, eo quod ipſis hæc Exeeutio ſecundum Leges Imp. 64) fuiſſet demandanda. Licet autem exciperetur, Boruſſiæ Regem ob militem Embdæ immiſſum, Monaſterienſem Epiſcopum ob acceptra a Statibus Prouincialibus ſubſidia, iuſte fuiſſe præteritum, nihilominus caſſata priore Commiſſione, dictis Circuli Directoribus a. 1727. Commiſſio fuit decreta, Status vero Prouinciales ad M. Britanniæ Regem, Electorem Brunſuicenſem, atque Belgas Fœderatos prouocabant, quod iſti per Compoſitionem Delfzielanam a. 1595. Receſſum Prouincialem a. 1606. Pactum Oſterhuſanum a. 1611. Receſſum Hagenſem atque Embdanum de a. 1653. & 1662. Guarantiam ipſorum Iurium ſuſceperint, & licet Princeps ſingulari ſcripto 65) declararet, qualis iſtius

Friſicarum Hiſtoria CiuitatisEmbdanæ cauſſam defendit. Huic tamen vberrime reſpondet, atque Principis cauſſam ſuſcepit ipſius Cancellarius, ENNO RVDOLPHVS BRENNEISEN *Oſt-Frieſiſcher Hiſtorie und Landes-Verfaſſung, Aurich* 1720. 2. *Vol.* vbi præter præfationem, in qua de Scriptoribus agitur, Hiſtoriam atque Ius Publicum Friſiæ Orientalis, adiectis ipſis documentis exacte exponit, & Principis ſui iura egregie defendit.

61) Species facti & Relatio ſingulorum geſtorum proponitur a BRENNEISENIO, quem ſequitur MVLERVS *Iuriſtiſch. Hiſtoriſchen Electis Tom. I. p.* 87. vbi etiam decreta Cæſarea reperiuntur.

62) Relatio extat apud FABRVM *Tom. XLIX. pag.* 780.

63) etant hæc Acta apud FABRVM *Tom. XLIX. c. XX.*

64) ORD. CAMER. *a.* 1522. *Tit. I. de a.* 1553. *p. III. Tit. XLVIII.* §. *XVI. Tit. XLIX.* §. *III.* CAPIT. CAROLI VI. *art. XX.*

65) ſub titulo: *Fürſtliche Oſt-Friſiſche kurtze Anweiſung eines mit der von der Stadt Emden und*

iſtius Guarantiæ ſit Status. Fœderati tamen Belgæ Ciuitati Embdanæ præſidium imponenebant, eiusdemque defenſionem adhuc ſuſcipiunt, vt ideo Cæſarea Reſcripta ad effectum nondum fuerint deducta.

§. XLVI. Ab anno 1720. inualuit controuerſia ſuper Societate Oſtendana. Dum enim in vrbe Flandriæ Oſtenda iſta Societas ſenſim fuiſſet ſtabilita, quæ inſtructas naues in Chinam, aliasque partes Orientales mitteret, quæ mercibus Orientalibus onuſtæ ditiſſimæ redibant, iſta demum magis firmabatur impetratis d. XIX. Decembris 1722. a Cæſare priuilegiis, Directores etiam Belgii Gubernatori Marchioni de Prié iuramentum præſtabant. 66) Grauiter hæc ferebant Directores Societatis Indiæ Orientalis apud Belgas Fœderatos, qui d. XX. Februarii 1720. apud Belgii Status libellum ſupplicem exhibebant, 67) quo demonſtrare conabantur, per hanc ſocietatem Oſtendæ erectam ipſorum commerciis graue adferri præiudicium. Prouocabant iſti ad articulum quintum & ſextum Pacis Monaſterienſis, 68) quibus ipſis Commerciorum libertas Indiæ Orientalis a Capite Bonæ Spei, & ad littora Africana vsque ad Chinam, Inſulas Moluccas atque Iapan, cum excluſione omnium ſubditorum cuiusuis Prouinciæ Hiſpanicæ, exceptis Caſtilianis ſolitarie atque in perpetuum fuerint ceſſa. E contrario Belgæ Fœderati Hiſpanis ceſſerint liberam Commerciorum atque Nauigationis libertatem in illis Indiæ partibus, quæ per Fretum Magellanicum verſus Mare Meridionale, verſus Manillas Inſulas ſe extendat: Prouocant igitur ad titulum vti poſſidetis, & quod ſecundum hanc normam Reges Hiſpaniæ ſubditos ſuos a nauigationibus atque commerciis in Indiam Orientalem ſemper prohibuerint. Inde omnes Hiſpaniæ Reges ſucceſſores hiſce teneri prætexebant. Hoc ſcriptum Directorum Viennam non ſolum, ſed etiam Bruxellas mittebatur a Belgis Fœderatis, qui inſuper petebant, vt Societas iſta Oſtendana diſſoluatur. Dum vero iſta nihilominus pergeret, atque per Cæſaris priuilegia eſſet firmanda, alterum Memoriale d. XXIV. Iulii 1721. Statibus Belgii Fœderati exhibebat Societas Indiæ Orientalis, petentes, vt illud impedirent, aſt iterum ſine effectu. Tertium igitur Memoriale d. XXXI. Iulii 1722. exhibebant, priora repetentes, in eodemque iura ſua vberius declarabant. Dum vero Societas Oſtendana, non obſtante Belgarum Fœderatorum grauiſſima contradictione, magis magisque firmaretur, quartum d. XV. Martii 1723. exhibebant Memoriale. Sequebatur d. XXIX. Iulii 1723. quintum & d. IX. Auguſti 1723. ſextum, quibus priora repetebant, atque ſignificabant, ſe Gubernatoribus Indiæ Belgicæ mandaſſe, vt huic Nauigationi ſe quouis modo opponerent. 69) Plurimum ſuper hoc negotio

ihren Anhangern, vorgegebenen Garantie, reſpective der Cron Engelland, Sr. Churfürſt. Durchl. zu Braunſchweig, Lüneburg, und der Herrn General-Staaten über die Oſt-Frieſiſche Landes Vertrage, vor eine Beſchaffenheit habe 1726. in MVLLERI *Iuriſtiſch. Hiſtoriſchen Electus Tom. II. pag.* 172. Adde *Tom. III.*

66) extat Priuilegium KERN. CHRONIC 1723. *p.* 135. Originem atque Progreſſum huius Societatis ſingulari Tractatu expoſuit Eques Scotus IOHN. KER von KERSLAND, qui ex Anglico in vernaculum fuit translatus 1727. atque multa Hiſpanorum conſilia arcana prodit.

67) extat KERN. CHRONIC 1723. *pag.* 147.

68) *Art. V. Nauigationes & Commercia in vtraque India, tum Orientali, tum Occidentali inxta priuilegia eum in finem conceſſa vel Impoſterum concedenda, integra cuique Parti reſeruabuntur; quorum ſecuritati, præſens Tractatus eiusdemque Ratihabitio ab vtraque parte exhibenda inſeruiet. Atque in præſentem Pacis Tractatum omnes Reges, Principes, Respublicæ, Nationes, quibuscumque præpotentibus Dn. Dn. Ordinibus General. vel India vtriusque tum Orientalis tum Occidentalis ſocietati intra Priuilegii ſui limites ac terminos Amicitia ſeu Fœdus quodcunque intercedit, adſiſcentur. Porro etiam ſumme dictus Rex Hiſpaniarum, atque vnitarum Belgii Prouinciarum Præpotentes Domini, Dn. ordinis General. eiusmodi Dominia, oppida, Caſtella, Fortalicia, cum ad modum propria retinebunt, atque ad vtramque Indiam tum Orient. tum Occident. in Agrum Braſilienſem, atque Oras Aſiæ, Africæ & Americæ maritimas Nauigationes & Commercia cum omni Securitate inſtituunt, quemadmodum ſupra dicta loca ab vtraque parte tam nunc retinentur ac poſſidentur, & Nauigationes inſtituuntur, commerciaque exercentur. Eiusmodi autem locis, cuiusmodi Portugalli ab Anno* 1641. *Præpotentibus Dom. Dn. Ordinibus General. ſiue dolo cripuerunt, ſeuquæ ſumme memorati Præpotentium D. D. Dn. Ordinum General. dehinc, Pacis Tractatu Saluo occupabunt atque expugnabunt, hoc Tractatu comprehenſis. Similiter quoque Indiæ veriusque tum Orientalis tum Occident. Societatis adminiſtratoribus ac Præfectis ſuperioribus atque inferioribus, militibus, nauarchis, Socijsque naualibus, quorum opera vtraque Societas hactenus vſa fuit, fuæ imposterum alicubi vtetur, adomnia & ſingula Regis Hiſpaniarum Regna, Inſulas, Ditiones ac Prouincias, Nauigationes non minore cum fecuritate inſtituere, ibidemque commorari & Commercia ſua exercere, haud minus quam reliquis Præpotentium Dom. Dom. Ordinum General. Incolis ſubditisque licebit. Inſuper etiam conuentum ac ſtipulatum eſt, vt Regis Hiſpaniarum Incolæ, ſubditique Nauigationes ſuas ad Indiam Orientalem, absque vlla tamen extenſione, eum ad modam continuent, quemadmodum hactenus eadem continuarunt, ibidemque Commercia ſua exercuerunt, ac vice verſa Præpotenti. Dom. Dn. General. Incola ſubditique omni Nauigatione, ad loca Regis Hiſpaniarum in India Orientali ſubiecta, prorſus abſtineant. Art. VI. Quantum autem ad Indis Occidentales attinet, Regnorum, Prouinciarum ac Regionum, quæ Regis Hiſpan. & Præpotent. Dom. Dn. Ordinum General. Imperio obtemperant, Incolæ ſubditique omnibus Commerciis ac Nauigationibus in portus & loca quæcunque, in quibus alterutra Pars Fortalitia Tuguria (vulgo Logien) Caſtella aut alia, qua vis poſſidet, inſtituentibs abſtinebunt: Nimirum, Regis Hiſpania ſubditi atque Incola nullas Nauigationes inſtituent aut Commercia exercebunt, quæ Rex Hiſp. poſſidet: Sub locis autem illis, qua Præpotentes Dom. Dn. Ordines General. tenent, omnia illa comprehendentur quæ, Portugalli inde ab anno milleſimo Sexcenteſimo quadrageſimo & primo, a Præpotent. Dom. Dn. Ordinibus Gener. ceperunt, quin etiam omnia illa loca, quam diu Portugallorum Imperio obtempera-*

gotio a Belgis Fœderatis cum Anglis agebatur, 70) consilia capiebantur, qua ratione huic nauigationi se opponerent, nec deerant, qui vel Societatis Ostendanæ libertatem Commerciorum, vel Belgarum causſam ſcriptis defenderent. 71) Iſti quidem demonſtrabant, Priuilegium Societatis Indicæ minime eo eſſe directum, vt in illa loca nauigationes inſtituat, in quibus Anglorum Belgarumque Commercia iamdum ſint ſtabilita, ſed in terras plerumque Chinenſes & Magni Mogolis. Diſputabatur æque, an Imperium teneatur Societatis Oſtendanæ cauſſam ſuſcipere. A parte Auſtriacorum proponebatur, 72) prouincias Belgii vi Transactionis ſub Carolo V. Imp. in Comitiis Auguſtanis a. 1548. initæ, eſſe partem Circuli Burgundici, qui ſecundum pacem Monaſterienſem, ſit maneatque membrum Imperii, Imperium vi Pacis Badenſis atque Viennenſis ad idem teneri, Imp. per Capitulationes ad promouenda Commercia obligari. Hiſce argumentis opponebatur, dictam Transactionem Auguſtanam nunquam vere ad effectum fuiſſe deductam, nec ab Imperio agnitam, potius illi tanquam Imperio inutilem, iuribus Imperii contrariam, fuiſſe contradictum. 73) Immo, ipſum Philippum II. declaraſſe; 74) *Electores & Principes falli, ſi crederent, Flandriam & reliquas prouincias ſibi ſubiectas habere aliquid commune cum Imperio. Etſi enim Pater ipſius Carolus V. qui earum Dominus itemque Imperator fuiſſet, olim prouincias illas adſtrinxiſſet ad auxilia ſubminiſtranda Imperio, quod viciſſim etiam ad reciproca auxilia neceſſitate exigente teneretur, tamen hanc obligationem in effectu neutram partem efficaciter hinc inde obſtringere atque Imperium eo iure excidiſſe.* Pacem Monaſterienſem 75) equidem vellē, Circulum Burgundicum eſſe membrum Imperii, hoc tamen adiecto: *bellis in Circulo Burgundico vertentibus nec Imperator nec vllus Imperii Status ſe immiſceat.* Hinc etiam Leopoldus Imp. per Capitulationem obligatur, quod bello, quod tunc Gallos inter atque Hiſpanos gerebatur, nec ratione Circuli Burgundici implicari nolit, quod fieri facile non potuiſſet, ſi Imp. ad defenſionem Circuli fuiſſet obligatus. Neque per Pacem Badenſem atque Vindobonenſem Imperium teneri, dum nulla in iisdem Societatis Oſtendanæ facta fuerit mentio, nec iſtam Imperii conſenſu fuiſſe erectam, ideoque illud ad eandem conſeruandam minime obligari, maxime, dum ratione Belgii ad Imperii onera nihil contribuat. Et licet de Intereſſe Imperii ſit, vt Belgii defenſio ſuſcipiatur, hic vero non de eiusdem conſeruatione, ſaltim agi de Societate Oſtendana ſuſtinenda, maxime, dum iſta a Cæſare, tanquam Auſtriæ Archi-Duce minime tanquam Cæſare fuerit erecta. 76) Cauſſam Belgarum Fœderatorum, etiam ſuſcipiebant M. Britanniæ, Galliæque Reges, eo quod etiam Societas Oſtendana ipſorum Commerciis vtilitatique minime conueniret. Licet eandem Philippus V. Hiſpaniæ Rex per Pacem Vindobonenſem promoueret. Tandem vero interuenientibus M. Britanniæ atque Galliæ Regibus pro obtinenda in Europa generali Pacificatione ſeptem Articuli Præliminares placuerunt, quibus Imp. nauigationes Societatis Oſtendanæ ad ſeptem annos ſuſpendit. 77)

§. XLVII. Poſtquam Auguſtiſſimus Imp. Inueſticuram de Regno Neapolitano ſæpius

temperabunt, ea lege, ne precedens Articulus præſenti quidquam derogaturus ſit.

69) KERN - CHRONIC. 1729. *pag.* 149. FABER *Tom. XLIII. c. IX.* vbi ſingula ſcripta extant.

70) KERN - CHRONIC. 1723. *p.* 182.

71) Pro Cæſaris iure prodibat FRIDRICH LVDEWIG, *Edlen Herrn von* BERGER *Gründliche Beweiſung, das Ihro Kayſerl. Maieſt. in Dero Oeſterreichiſchen Niederlanden, nach allerhöchſten Belieben Commercia zu ſtabiliren und zu Aufrichtung einer Oſt- und Weſtindiſchen Compagnie behörige Allergnädigſte Priuilegia zu ertheilen, bereichtiget*, apud FABRVM *Tom. XLIII. p.* 515. *Vindicie luculenti iuris ac Priuilegii in Indias atque Africam nauigandi, ibique Commercia colendi, Belgii Auſtriæ Incolis nouiſſime conceſſi, ſiue ſolida confutatio argumentorum, quæ Batauorum Reſpublica eiusque Societates Indicæ pro tuenda facultate quadam priuatiua & excluſiua, ex variis Pacis & publicarum Conuentionum tabulis documentisque adhuc arceſſierunt Lipſiæ* 1724. 4. *Refutation des Argumens avancez de la part de Mrs. les Directeurs des Compagnies d' Occident des Provinces Vnies contre la liberté du Commerce des Habitans des Pays-Bas ſuiets Autrichiens de S. M. Imp. & Cath. dans les Climats eloignez à pretexte des Articles V. & VI. du Traité de Munſter.* Cuius contenta exhibentur LETTR. HISTOR. *Dec.* 1723. *p.* 703. *La Verité de Fait, du Droit, & de l' Interêt de tout ce qui concerne le Commerce des Indes, etabli aux Paisbas Autrichiens par Octroi de Sa Maieſté Imper. & Catholique* 1726. 4. Pro Iure Belgarum Directoribus Societatis Oſtendanæ ſuit exhibita *Diſſertatio de Iure, quod competit Societati Priuilegiatæ Fœderati Belgii ad Nauigationem & Commercia Indiarum Orientalium aduerſus incolas Belgii Hiſpanici hodie Auſtriaci, Amſtelodami* 1723. quæ etiam dictis Vindiciis eſt adiecta, & reperitur apud FABRVM *Tom. XLIII. p.* 474. Extractus vero in LETTR. HISTOR. *Oct.* 1723. *p.* 458. Huic tamen Diſſertationi a Fiſcali Cæſareo Nenni fuit reſponſum LETTR. HISTOR. *Oct.* 1723. *p.* 597. LETTR. HISTOR. *Oct.* 1723. *p.* 461. IEAN de BARBEYRAC *defenſe du droit de la Compagnie Hollandoiſe des Indes orientales, contre les pretenſions des habitans des Pais-Bas Autrichiens à la Haye* 1725. 4.

72) Faciunt huc *Conſiderationes bey der Oſtendiſchen Commercien - Compagnie zu Oſtende reſpectu des Rœmiſchen Reichs.* Reſpondet Anonymus ſub titulo, *Gründlich erwieſene Richtigkeit derſelben Conſiderationen.* Vtriusque ſcripti contenta exhibet MOSER *Reichs-Fama Tom. II. p.* 87.

73) Docet hoc ADRIAN GYLMANN *Tom. VI. Symphor. c. II. §. 2.* SPEIDELIVS, qui ipſe legatus Burgundicus in Comitiis, *Thes. Pract. voce Burgund.* ANDLER *Corp. Conſtit. Imperii voce Burgund.*

74) prout tradit IO. BAPTISTA DRIANVS *Hiſt. ſui temporis lit. II. f.* 1471. apud LONDORPIVM *Tom. IX. p.* 566.

75) *Art. III.*

76) MOSERS *Reichs-Fama Tom. II. p.* 88.

77) Extant apud MOSER *Reichs-Fama Tom. I. p.* 724.

pius fruſtra quæſiuiſſet, tandem, poſt varias deliberationes, Hiſpanorum atque Gallorum contradictiones, adnuit tandem Innocentius XIII. Papa, conceſſa deſuper a. 1721. Bulla Cardinali de Althan, Cæſaris legato. 78) Dictus etiam Cardinalis d. IX. Iunii 1722. in Quirinali in Congregatione Generali Cardinalium, coram Tribunali Cameræ Papalis, præſentibus Protonotariis, Cæſaris, tanquam Regis Neapolitani, nomine, iuramentum fidelitatis præſtitit, atque a Papa de dicto Regno accepit Inueſtituram, confecto ſuper hoc actu a Protonotariis ſolenni Inſtrumento. Oblatio vero Equi Neapolitani cum cenſu ſeptem mille ſcutatorum aureorum demum d. XXVIII. Iunii 1722. per Magnum Stabuli Comitem de Colonna ſolenni pompa fiebat. 79) Eademque ſolennis Inueſtitura hactenus ſingulis annis fuit continuata.

§. XLVIII. Anno 1723. poſtquam Auguſtiſſimus Imp. vna cum Auguſta Pragam ſolenni cum pompa fuiſſet ingreſſus, Bohemiæ res cœpit ordinare. 80) Inde, poſtquam d. IV. Septembris a Bohemiæ Statibus Homagium acceppiſſet, & Comitia Prouincialia, facta Propoſitione, aperuiſſet, inſequenti d. V. Septembris ipſe magna cum pompa atque ſolennitate, a Ferdinando Archiepiſcopo Pragenſi e Comitibus de Khünburg, fuit coronatus. 81) Hunc actum d. VIII. Septembris inſecuta fuit ſolennis Coronatio Auguſtæ. 82) Finitis vero Comitiis Prouincialibus, Imp. d. IX. Nouembris Praga Viennam diſceſſit. Dum etiam Auguſtiſſimus Imp. d. VI. Decembris 1724. ſanctionem Pragmaticam feciſſet, per eandemque filiam primogenitam Mariam Thereſiem, Archi-Ducem, natam XIII. Maii 1717. omnium Regnorum & Prouinciarum Hæreditariarum, ſi ſine hæredibus maſculis fuerit extinctus, ſtatuiſſet hæredem, idemque Statibus Regnorum atque Prouinciarum ſignificaſſet, vt hunc ſucceſſionis ordinem obſeruarent, Vngari miſſa ſolenni legatione, quorum caput erat Cardinalis Czacki, in hanc Succeſſionis normam d. II. Iulii 1722. ſolenni more conſentiebant. 83) Eadem in Concilio Statuum Brabantiæ d. VI. Iulii 1723. proponebatur, & poſt aliquot dierum deliberationes, ab iisdem, tanquam Sanctio Pragmatica in Belgio acceptabatur. 84) Eadem a Flandriæ Statibus d. XXII. Auguſti fuit adprobata. 85)

§. XLIX. Leopoldo Eberhardo, vltimo Duce Mompelgartenſi d. XXV. Martii 1723.

78) KERN-CHRONIC 1721. *p.* 263.

79) KERN-CHRONIC 1722. *p.* 154. vbi ſolennis hic Actus his verbis deſcribitur. *Nach denmahlen die Sache Ihro Röm. Keyſ. Maj. wegen der Inueſtitur des Königreichs Neapolis am Pabſtl. Hofe ungeachtet aller Gegen-Bemühung des Spaniſchen Miniſters, zum gewünſchten Ende gediehen, ſo fuhr der Cardinal von Althan, als Keyſ. Ambaſſadeur zu Rom am 9. huius nach dem Quirinal, und erſchien daſelbſt in der angeſtellten General-Congregation des Collegii der Cardinele, um den gewahnlichen Eid deswegen an den Pabſtl. Stuhl abzulegen und die Inueſtitur zu empfangen, in Aſſiſtence des Tribunals der Apoſtoliſchen Kammer und derer Protonotarien, welche den gantzen Belehnungs-Actum ſchrifftlich verfaſſeten. Worauf Sr. Eminenz ſich vom Pabſte beurlaubete, um als Vice-Roi nach Neapolis abzugehen. Die Preſentirung aber des bey ſothaner Belehnung gewöhnlichen Zelters und Zinſes geſchahe erſt den 28. huius mit folgenden Solennitaten. An dieſem Tage des Nachmittags begaben ſich die Pabſtl. Nepoten Don Carlo und Don Marc Antonio Conti mit 54. Cavallieren zu Pferde, nebſt der Schweitzeriſchen Guarde und leichten Reuterey, aus ihren Pallaſt nach dem vom Groſs-Conteſtabile Colonna, welcher, in vorhergehung einer zahlreichen Cavalcade von Edel-Bedienten der Cardinele und einiger Cavaliers, wie auch Nachfolgung der Herren Petra und Caraffa, nebſt andern Neapolitaniſchen und Maylandiſchen Biſchöffe und Prælaten, unter Begleitung gedachter Pabſtlichen Nepoten und Guarden, nach der Vaticaniſchen Kirche ſich verfugte, und daſelbſt zwiſchen den beyden Theil. Waſſern dem Pabſt, der mit dem Collegio der Cardinele, und den Pralaten der Apoſtoliſchen Cammer umgeben, auf den Pabſtl. Thron ſaß, den Neapolitaniſchen Zelter nebſt der Zinſe von 7000. Guldenen Scudi im Nahmen des Kayſers, als Sr. Majeſt. Extraordinair Ambaſſadeur zu dieſer Function vermittelſt einer wohlgeſtellten Lateiniſchen Anrede præſentirte, worbey der Pratendent und ſeine Gemahlin, durch den Pabſtlichen Hoffmeiſter del Giudice bedienet, von einem Balchet zuſahen. Der Conteſtabile lieſs bey dieſer Gelegenheit eine ſchöne und koſtbahre Liverey von ſeinem mit Silber Bordirten Scharlach und einen vortrefflichen Train von Caroſſen ſehen, auch 2. Abend nach einander ſehr ſchöne Kunſt Feuer-Machinen abbrennen, imgleichen Illuminationen machen und Wain Fontainen ſpringen. Dieſe Function, welche ſonſt Iahrlich zu geſchehen pfleget, iſt von Anfang des Spaniſchen Succeſſions-Krieges zwiſchen dem Kayſer und Franckreich in 21. Iahren nicht vor ſich gangen. Man hat bey ſolcher Solennitat 2. Vorfalle angemercket, denn erſtlich ſtrauchelte das Pferd des Groſs-Conteſtabile auf der Straſſe mit einem Hinter-Fuſs, ſo daß derſelbe ab- und wieder aufſteigen muſte; zum andern ſchlug das Pferd des Don Marc Antonio Conti auf dem Vatican Platz hinten aus, und obligirte einen Schweitzer ſich Seitwerts zu retiriren, wobey derſelbe gedachten Don Marc Antonio mit ſeiner Hellebard zwiſchen der Stirn und dem Auge etwas bleſsirte, und Sr. Excell. ſich alſobald heim zu begeben genothiget ward. Des Abends ereignete ſich bey Anſteckung des Kunſt-Feuers ein anderer Vnfall, indem ein Balchet auf dem Platz der Heil. Apoſtel herunter fiel, wobey der Hoffmeiſter des Cardinals Gualtieri todt, auch viele verletzet und verlahmet geblieben.*

80) KERN-CHRONIC 1723. *p.* 131.

81) KERN-CHRONIC 1723. *p.* 198. vbi exacta reperitur deſcriptio. FABER *Tom. XLII. c. X.* Actus Coronationis ſigillatim fuit deſcriptus, *Viennæ* 1723. Prodiit hac occaſione Friderici Ludouici N. D. de BERGER *ſuccincta Commentatio de Iure conſecrandi atque coronandi Regem & Reginam Bœmiæ, Lipſiæ* 1723. 4. qua illud ius Archiepiſcopo Pragenſi tribuitur.

82) Extat ipſa conſtitutio in ZINCKII *Supplement der Ruhe des immerlebenden Europa p.* 3.

83) KERN-CHRONIC 1723. *p.* 159. ſolennem actum deſcribit.

84) KERN-CHRONIC. 1723. *p.* 154.

85) KERN-CHRONIC. *pag.* 185. vbi etiam Cæſaris mandatum, Marchioni de Prié deſuper conceſſum, extat.

86) Ex-

1723. defuncto, super Successione oriebatur controuersia, dum eandem Eberhardus Ludouicus, hodiernus Dux Würtenbergensis æque ac Fridericus & Christianus Vlricus, Duces Würtenbergenses lineæ Oelsnensis, atque defuncti filius primogenitus ex priori coniuge Anna Sabina, Io. Georgii de Hedwiger, Senatoris Olauienſis filia, quam Comitissam de Sponeck declarare fecerat, Georgius Leopoldus, Comes de Sponeck adpetebat. Hi etiam non solum, sed etiam altera Coniux Elisabetha Carolotta, libera Domina de, Esperance pro se & liberis Ducalem dignitatem adsectabat, titulumque gerebat. Cauſſa primum scriptis agebatur, a Duce Würtenbergensi demonstrabatur, quis Status Coniugum fuerit defuncti Ducis, & quod non solum defunctus Dux Mompelgartensis iamdum a. 1715. declarauerit, ipsos nec ad Ducalem dignitatem, nec ad Successionem admitti debere, idemque a Georgio Leopoldo Comite & dicta altera coniuge de l'Esperance pro se & ipsorum liberis d. XXIX. Iulii 1715. iuramento fuisse confirmatum, a dicto Comite de Sponeck d. XVIII. Octobris 1715. iteratum. Exinde, dum iamdum d. VIII. Nouembris 1721. Successionis inhabiles fuerint declarati, per sententiam Cæsaris d. VIII. April 1703. non solum ipsorum adfectata dignitas plane cassatur, sed etiam denuo pro successionis inhabilibus declarabantur. Et dum vlterius instaret Comes de Sponeck, relauationem etiam a iuramento præstito peteret, atque Inuestituram de Principatu, possessionem etiam adprehendisset, atque a subditis homagium sibi præstari vellet, d. XVI. Aprilis 1721. noua sequebatur Resolutio Cæsarea, per quam ipsius adprehensio possessionis pro nulla declaratur, potius pro Duce Würtenbergensi Regente in Summarissimo decernitur, datis tamen Reuersalibus & Decreto Cæsaris saluatorio pro linea Oelsnensi, ipsique iniungitur, vt cauſſam suam tam in possessorio ordinario, quam in petitorio in cauſſa Principali coram Cæsare protinus agant. Hinc etiam omnibus Officialibus atque subditis mandatur, vt Duci Würtembergensi præstent homagium; saluo tamen iure tertii. Electori etiam Bauariæ atque Duci Guelferbytano, tanquam Cæsaris Commissariis iniungitur, vt singula huc mandent executioni. Dum igitur iste dicti Principatus possessionem adprehendisset, d. XIV. Maii 1723. prius istud Decretum confirmatur, dicta Commissio vero cassatur. 86) Dum vero vidua Mompelgartensis, atque vtriusque coniugii liberi Ducali titulo atque insignibus nihilominus vterentur, insequebatur d. VII. Nouembris 1724. nouum Cæsaris decretum, per quod liberis defuncti Ducis denuo iniungitur, vt abstineant a titulo Ducali, alias ipsos dignitatibus, quas a Cæsare fuerint adepti, priuatum iri. Mandatum etiam restitutorium S. C. decernitur, vt Archiuum, vasa argentea, aliaque, quæ detinearit pretiosa, intra duorum mensium spatium restituant, alias ipsos alimentis, aliisque præsensionibus excidere. Dum igitur Dux Regens Würtenbergensis cum Christiano Vlrico, Duce Oelsnensi d. XXIII. Nouembris 1722. & cum Duce Carolo Friderico d. VIII. & XIII. Iulii 1723. fuisset pactus, vt dicti Duces successioni Mompelgartensi renuntiarent, suaque ipsi iura cederent, eadem pacta in dicto decreto confirmantur. D. VI. Februarii 1725. nouum sequebatur Concluſum Iudicii Aulicii, per quod Georgio Ludouico Comiti de Sponeck adhuc ex officio tertinus bimestris ad docendum de plena paritione statuitur, cum comminatione declarationis in pœnam Cassationis Mandato inhibitorio insertam. D. XV. Decembris 1724. decernitur Inuestitura Ducis de dicto Principatu, quæ etiam Kl. Februarii 1725. legato Würtenbergico, Baroni de Schültz, solenni ritu fuit concessa. 87) Inde sequebatur d. XXVII. Februarii 1725. confirmatio omnium Priuilegiorum. 88)

§. L. Noua a. 1724. oriebatur controuersia super oppignoratione Ciuitatis Imperialis Gelnhusæ, in Wetterauia sitæ. Ciuitas ista Imperialis Carolo IV. Imp. præter alias ciuitates Günthero Schwartzburgico pro renuntiatione Iuris atque dignitatis Imperialis 89) fuerat oppignorata, ita, vt quinque Marcarum millia pro hac Ciuitate fuerint computata. Consenserant in hanc oppignorationem Henricus atque Gerlacus Moguntinus, Carolus, tanquam Rex Bohemiæ, Rudolphus Palatinus, atque Rudolphus Saxo, Ludouicus Brandenburgicus. Immo, eodem anno, die Veneris post diem corporis Christi 1349. Schwartzburgici Comites in Burgum atque vrbem Gelnhusanam fuerunt immissi. Anno 1431. die Veneris post diem decem millium equitum Henricus Ernestus atque Eldiger, fratres, Comites de Hohnstein Henrico Schwartzburgico partem suam dictæ oppignorationis vendiderunt, quos insequenti anno secuti fuerunt Henricus Comes de Hohnstein, eiusdemque vxor Margaretha, qui ideo dictæ oppignorationis factus est dominus, quam vero a. 1435. Ludouico Palatino & Reinhardo Hanouiensi Comiti a. 1435. sub reseruata tamen reluitione vendidit, confirmante contractum Sigismundo Imp. A. 1496. vero Güntherus atque Henricus, iuniores Comites de Schwartzburg, Reinhardo, Hanouiensi Comiti, omnem hanc oppignorationem in dotem concesserunt, cum plena renuntiatione iurium suorum. A. 1499. Maximilianus Imp. oppignorationis summam acceptis sex millibus florenorum Rhenensium adsuxit. Ab isto tempore quoties nouus Elector Palatinus vel Comes Hanouiensis successerit, possessionem per Actus homagiales publicos atque solennes exercuerunt. Præterea vtrique Domini Præfectum atque Scul-

teum

86) extant hæc Acta apud FABRVM *Tom. XLII. c. XII.*

87) FABER *Tom. XLV. c. XXIV.*

88) extant Acta apud FABRVM *Tom. XLV. c. XX.* LVNIG: *Scriptа Scleſia p. 1088.*

89) vide supra *Part. IX. Sect. VI. §. XII.*

tetum ibidem imposuerunt. Vrgent igitur oppignorationis domini Carolum IV. cum Electorum consensu Günthero Schwartzburgico oppignorasse non saltim collectas Imperii & ius constituendi præfectum, sed vrbem Gelnhusam cum Burgo, iuribus, emolumentis atque pertinentiis,90) Cæsaris autem contractum immotum esse debere, Imperii vero oppignorationes nihil aliud esse, quam emptionem venditionem cum pacto de retrouendendo, ideoque vsque ad reluitionem dominium fuisse translatum, idemque ab ipsa vrbe per homagium, litteras & facta, a Cæsareo etiam Fiscali, ipsorum etiam confessione, cuius plura ab ipsis exempla adlegantur, adgnitum. Quin quod etiam Ciuitas Ius Sequelæ, Conducendi, Iurisdictionem, ius eligendi & constituendi Præfectos & Scultetos ipsis concedat. E contrario Ciuitas prouocat ad priorum Impp. Priuilegia, a Iosepho Imp. a. 1708. confirmata, ex quibus pateat, hanc Ciuitatem semper, etiam post oppignorationem, sine medio Imperio subfuisse, Impp. ipsis titulum concessisse *Vnsern und des Reichs lieben Getreuen*, ipsorum priuilegia confirmasse. Prouocat ad Priuilegia Wilhelmi de a. 1254. & Richardi de a. 1257. quod hæc Ciuitas ab Imperio non debeat alienari vel separari. Prouocat ad Priuilegium Ludouici Bauari, ex quo pateat, Ludouico, præter paucas Imperii Collectas, in hac Ciuitate nihil competisse. Prouocat ad vnionem inter Comites Hanouienses atque Ciuitatem Gelnhusanam, de a. 1397. ex quibus pateat, Hanouienses Ciuitati Protectionem atque exemptionem bonorum pro duodecies centenis florenis aureis vendidisse. Ad litteras Caroli IV. vero oppignorationis respondet, illas in Originali nondum fuisse productas, præterea datas in castris ad Altuel anno tertio quidem Regni Bohemici, quo vero nondum fuerit Rex Romanorum. In iisdem vero sub initium statim consensus Electorum fieri mentionem, in fine tamen addatur, quod Electorum consensus demum procurari debeat. In hac oppignoratione etiam Northusam, Goslariam, Francofurtum, Mühlhusam comprehendi, quæ tamen adhuc sint Ciuitates immediatæ Imperii, hanc adiectam fuisse clausulam, saluo Iure Imperii, *vnentgolten des Reichs-Rechten*, ipsorum etiam Iuribus atque Priuilegiis sigillatim fuisse prouisum. In ipsis litteris contineri, Carolum IV. saltim oppignorasse præstationes annuas, & licet adlegetur, in litteris oppignorationis dici vrbem cum Iurisdictione *mit denen Gerichten* fuisse oppignoratam, illud tamen de pagis Imperii ad Burgum pertinentibus esse intelligendum, qui tamen in aliorum manus peruenerint, ideoque in homagio hoc fuisse omissum. Perguntur, ipsum Carolum IV. sub iure obstagii oppignorationem intra annum reluere promisisse, ipsumque promisisse, hanc vrbem imposterum haud amplius oppignoratum iri, in hac vrbe etiam vna cum aliis Ciuitatibus Imperialibus Electori Colonienſi conductum fuisse adsignatum nouis Impp. illam semper homagium præstitisse, ad Comitia, tanquam Ciuitatem Imperii immediatam, ad Conuentus Circuli Rhenani Electorales illam fuisse conuocatam, in Imperii matricula comprehensam, ad Onera Imperii & bellum Turcicum contribuisse, Imperio semper sine medio mansisse subiectam, Sigismundi Imp. consensum sine Electorum consensu fuisse factum, ipsum potius Ciuitatis Priuilegia confirmasse, ipsos præter collectas Imperii ordinarias dominis oppignorationis nihil præstitisse, confessiones iudiciales, ad quas ipsi prouocent, esse erroneas vel extortas, vel ad complacendum prolatas, ipsos Ciuitatem pro immediata Imperii adgnouisse, contra prouocationes atque adpellationes, contra ipsos Mandata S. C. decreta, ideoque ipsos præter summam oppignorationis octo millium florenorum nihil præcendere posse, quæ tamen iam dudum, & vltra, soluta, homagium vero præstitum non fuisse subiectionis homagium. Licet ad hæc argumenta singula Palatinus atque Hanouius responderint. Inualuit superiori seculo controuersia, dum Domini Oppignorationis Ciuitati super immediato Imperii Iure litem mouerent, quæ tamen per mandata 91) Cameralia poenalia de reuocando attentato & lite pendente non amplius offendendo se defendit. A. 1708. Domini oppignorationis vrbem obsidebant, quam tamen post quinque hebdomades iterum reliquebant. Mense Octobris 1723. ducenti ipsorum milites portis partim astu, partim vi apertis, vrbem occupabant, & præsidium imponebant, ad instantiam tamen Ciuitatis, Mandatum decernebatur de abducendo milite, desistendo ab omni violentia, quod d. XXIII. Decembris paritoria sequebatur. Ad Ciuitatis igitur instantiam, Collegium Ciuitatum Imperialium apud Cæsarem pro eadem intercedebat. 92) Dum etiam Senatus a Ciuibus, qui Magistratui parum fauentes ad Palatinum Electorem potius prouocabant, inculparetur, quod Templum S. Petri Catholicis vellent concedere, ipsi se desuper excusant, per singulare etiam conclusum in Consessu Euangelicorum d. XIV. Nouembris 1722. admonentur, vt nihil plane concedant, quod Statui Religionis vel termini decretorii sit contrarium. 93)

§. LI.

90) Sic enim in dictis litteris: *Die Stadt zu Geilnhausen mit der Burg und allen Gülden, Nutzen, Steuren, Dienſten, Gerichten, Geuellen und mit allen Zugehörungen die wir und das Reich daselbſt haben.*

91) huc facit *Nachricht von der wahren Beschaffenheit der Reichs-Pfandschafft Gelnhausen.*

92) extant hæc scripta apud FABRVM *Tom. XLVI. c. XII.*

93) extant hæc Acta apud FABRVM *Tom. XLVI. c. XIII.*

94) KERN-

§. LI. Inter hæc, Cameracum conueniebant Cæſaris, Gallici, Britannici & Hiſpanici legati, neque tamen Hiſpanici Congreſſus initium fieri volebant, vsque dum litteras Inueſtituræ & Expectatiuæ ſuper ſucceſſione Florentina, Parmenſi & Placentina pro Carolo accepiſſent. Has, cum d. XXIV. Ianuarii 1724. Cæſarei legati Hiſpanicis exhibuiſſent, fit die XXVI. Ianuarii ſolenni more Congreſſus Initium. 94) D. XXII. Februarii legati Gallici atque Britannici Cæſareis exhibebant Ratificationes Guarantiæ ſuper Prouinciis Cæſari de Monarchia Hiſpanica ceſſis. 95) Poſtquam igitur 96) inter legatos de Cæremoniis conueniſſet, d. XXI. Aprilis 1724. mandata inter legatos fuerunt commutata. 97) Tardius tamen procedebant Pacis Tractatus atque deliberationes, dum non ſolum ſuper Expectatiua Caroli, Hiſpaniæ Infantis, de qua tandem conuenit, ſed etiam diuerſis conditionibus plurimum controuerteretur. Maxime vero Hiſpanus ab Anglis reſtitutionem Gibraltaris atque Minorcæ inſulæ poſtulabant, 98) in quod iſti plane conſentire nolebant.

§. LII. Durantibus Cameraci hiſce tractatibus, Philippus Rex Hiſpaniæ Io. Guilielmum Baronem de Ripperda, poſtea ab ipſo Ducem factum, Viennam ablegabat, qui, dum Cæſari æquas conditiones Regis nomine offerret, Eugenius Princeps, Philippus Ludouicus Sintzendorfius & Gundaccarus Thomas Stahrenbergius Comes deſtinabantur, qui cum ipſo agerent. Concluſum igitur primum, d. XXX. Aprilis 1725. Viennæ fuit Fœdus amicitiæ & defenſiuum inter Imp. & Regem Hiſpaniæ, per quod ex parte Sacræ Cæſareæ Catholicæque Maieſtatis declaratur reſtitutioni Gibraltaris, ſi amicabiliter fieret, ſeſe non oppoſiturum, & vbi vtile videbitur, omnia bona officia & ſi partes id deſiderarent, etiam mediationem adhibiturum eſſe. Inde libertas Commerciorum per omnem Hiſpaniam Cæſareis nauibus, vtque ipſis omnes portus pateant, conceditur. Mutua promittuntur auxilia, ſi naues ſubditorum Cæſareæ vel Catholicæ Maieſtatis a quoquam-tam cis, quam citra lineam hoſtiliter impetantur. Inde definiuntur præſtanda auxilia, & quidem ſi Cæſaris terræ invadantur, promittit Rex Hiſpaniæ quindecim naues maiores cum viginti militum millibus, ſi vero Hiſpaniæ Prouinciæ hoſtili manu inuadantur, promittit Cæſar triginta militum millia. 99) Hoc Fœdus inſecutum fuit Viennæ d. VII. Iunii 1725. Inſtrumentum Pacis inter Sacram Cæſareo-Catholicam & Sacram Regio-Catholicam Maieſtatem art. VI. conſtans, per quod Ducatus Hetruriæ, Parmæ atque Placentiæ, ſi eos defectu poſteritatis maſculæ vacare contigerit, tanquam indubia Imperii feuda, iuxta datas iam litteras Exſpectatiuæ, euentualem Inueſtituram continentis, filio Hiſpaniarum Regis ex Regina viuente, nata Principe Parmenſi, Primogenito promittuntur. Dum autem hoc Pacis Inſtrumento etiam Imperium fuiſſet comprehenſum, illud Imp. d. XX. Iunii 1725. per Commiſſionis Decretum ad Comitia deferebat, Imperii petens conſenſum. Deliberationibus in ſingulis Collegiis inſtitutis, ex Concluſis Trium Collegiorum formabatur d. XX. Iulii 1725. Concluſum commune, proteſtantibus licet deſuper in Principum Collegio legato-Magdeburgico & Cellenſi, qui vota ſua ad Protocollum dabant, inconſuetum eſſe adlegantes, vt legati in negotiis Imperii Concluſum formeut, antequam deſuper a Principalibus ſuis fuerint inſtructi. 100) Illud Placitum Imperii a Cæſare die XII. Septembris 1725. adprobatur. Licet Papa contra conceſſam Carolo Hiſpaniæ Infanti Inueſtituram Euentualem Ducatus Parmenſis atque Placentini proteſtaretur. 1)

§. LIII. Diſplicebat hoc fœdus & pax inter Auguſtiſſimum Imp. atque Hiſpaniæ Regem concluſa Magnæ Britanniæ Regi Georgio, quo potiſſimum promouente, inter ipſum, Galliæ & Boruſſiæ Regem d. 3. Septembris 1725. Hannoueræ fœdus fuit concluſum de ſibi inuicem mutuis auxiliis præſtandis, defendendisque ipſorum Regnis atque Prouinciis, idque ad quindecim annos duraturum. Addebatur articulus ſeparatus, cauſſam Thorunienſem concernens, fœderatos curare velle, vt omnia ſecundum Pacem Olienſem reſtituerentur. 2) Dum autem hoc Fœdus Hannoueranum Vindobonenſi plane eſſet contrarium, reliqui Reges Principesque ſollicitabantur ab vtraque parte, vt ipſorum fœderi accederent. Landgrauius etiam Haſſo-Caſſellanus per ſingularem tractatum d. XII. Martii 1726. ad ſuſtinenda duodecim militum millia Anglicis ſubſidiis ſe obligarat; immo etiam Suecorum Rex accedebat, 3) vt vniuerſa fere Europa Germaniaque in bina hæc fœdera eſſet diuiſa. Licet Angli videri vellent, hoc fœdus ſaltim publicæ tranquillitatis ergo fuiſſe concluſum. 4) Obiiciebatur Auguſtiſſimo Imp. a Magnæ Britanniæ Rege, quaſi

94) KERN - CHRONIC. 1724. *p.* 27.
95) KERN - CHRONIC. 1724. *p.* 46.
96) KERN - CHRONIC 1724. *p.* 46. 79.
97) KERN - CHRONIC 1724. *p.* 29.
98) extat ſcriptum ſuper hac reſtitutione in MOSERS *Reichs-Fama Tom. II. p.* 543.
99) extat in ZINCKENS *Rube von Europæ Suppl. p.* 115. Iuſtitia Pacis ac Fœderis Viennenſis defenditur in ſingulari ſcripto in quo continentur *Propoſitiones quædam de cauſſis ac diſſidiis ſummorum aliquot Europæ Principum & de horum amicabili compoſitione & ſolidæ Pacis reſtauratione in futuro Congreſſu Cameracenſi perſiendæ* 1728. 4.
100) extant hæc Acta apud FABRVM *Tom. XLVII. c. XXI.*
1) FABER *Tom. XLVII. c. XVI.*
2) Extat Fœdus Hannoueranum apud FABRVM *Tom. XLVII. c. XVII.*
3) Extat apud FABRVM *Tom. I. p.* 575. *c. l. p.* 582. MOSERS *Reichs-Fama Tom. I. p.* 401.
4) extant variæ ſcriptæ apud FABRVM *Tom. XLVII. c. XVII. Tom. I. c. XIV.*

quasi secretis pactis sese ad promouendam etiam armis, Gibraltaris restitutionem atque Prætendentem Throno Britannico restituendum, obligassent, idque solenni non solum oratione e throno Regio coram Parlamento habita, sed etiam publicis 5) in Parlamento distributis scriptis diuulgaretur, Anglorum animi plurimum commouebantur, vt omnia ad bellum præpararentur, accedente maxime Societatis Ostendanæ negotio, quam Angli tolli plane volebant. Dum autem legatus Anglicanus le Heup exhibitis in Comitiis scriptis, Imp. desuper inculparet, Imp. hæc graviter ferens, non solum per Residentem suum D. de Palm d. XXVIII. Ianuarii 1727. coram M. Britanniæ Rege se ab hisce inculpationibus esse liberum, declararbat, 6) sed etiam per Commissionis Decretum d. XVII. Martii 1727. Statibus Imperii per Commissarium suum Principalem Frobenium Ferdinandum, Principem Fürstenbergium declarari faciebat, se ab hisce inculpationibus esse immunem, Status adhortabatur, vt, dum Angli Gallique varia machinarentur, qua ratione dissidia inter Imp. atque Status disseminarent, fouerentque, potius se indies magis armarent, Cæsarisque prouincias Austriacas inuasioni esse obnoxias, ne se a Cæsare diuelli patiantur, potius coniunctis viribus cum ipso agerent, vt pax & Tranquillitas publica in Imperio conseruaretur, atque prouinciæ Germanici Imperii defenderentur. 7) Dum vero legatus Britannicus, le Heup, libellum Memorialem Moguntino exhiberet, in quo declarabat, Regis sui bellicos apparatus saltim pro securitate sua fieri, si quidem articuli quinti & sexti Pacis Monasteriensis tutelam in Belgii Fœderati Ordinum gratiam ac commodum in se recepissent & duriores quædam locutiones in isto libello occurrerent, decernebatur, hunc per Secretarium Moguntinum ipsi esse reddendum, missus etiam d. II. Aprilis 1727. ad legatum fuit Secretarius Moguntinus, qui illum redderet, quem vero acceptare noluit. Dum autem d. IX. Aprilis denuo in hunc finem ab ipso mitteretur, non admissus fuit, sed per Secretarium legationis ex litteris ipsi fuit prælectum atque significatum, Legatum hunc libellum nolle recipere. Postquam autem d. X. Aprilis Cæsar mandasset, vt dictus legatus le Heup intra duarum dierum spatium Ratisbona, atque intra quindecim dies Imperii Germanici finibus excedat, idque mandatum ipsi per Consiliarium Mareschallatus d. XIII. Aprilis 1727. fuisset insinuatum, postera die excessit. 8)

§. LIV. Postquam autem inter Cæsarem, Hispanum, Gallum atque Britannum super quibusdam articulis Præliminaribus conuenissent, 9) quibus potissimum Nauigationes Societatis Ostendanæ ad septem annos suspendebantur, placuit tandem ad vniuersalem pacem tractandam Congressus, qui primum Aquisgranum, postea Cameracum destinabatur, vsque dum Augusta Suessionum, in Insula Franciæ sita, placeret, maxime, dum Cardinalis de Fleury consiliis atque prudentiæ plurimum ad conciliandam pacem tribueretur. Decernebantur ad hunc congressum a Cæsaris parte Philippus Ludouicus, Comes de Sintzendorf, Io. Leopoldus Victorinus, Comes de Windischgrætz, & Christophorus Baro de Bentenrieder, qui tamen durantibus Tractatibus fuit immortuus, quibus ex Cæsaris concessione accedebant duo Deputati Statuum Brabantiæ atque Flandriæ, Patinus & Proly, qui societatis Ostendanæ causam ibidem agerent. A parte Galliæ Regis Cardinalis de Fleury, Marchio de Fenelon & Comes de Rothenburg. A parte Hispaniæ Regis Dux Bournonuillius, Marchio di S. Croce Mazzenade & Ioachimus Ignatius de Barenchea. A parte Magnæ Britanniæ Regis Guilielmus Stanhope, Præfectus militaris, Horatius Walpole, & Stephanus Points. A parte Belgarum, Cornelius Hop, Fridericus Adrianus, Baro de Rheede, in cuius tamen locum postmodum Dominus de Hugronie substituebatur, & Sicco de Goslinga. Præter hosce pacisentes, a Russorum Monarcha, Galloffkyn Comes, a Danorum Rege, Consiliarius intimus de Scheftædt, a Suecorum Rege,

5) Tale potissimum est *Recherche des Motifs sur les quels est fondée la Conduite de la Grande-Bretagne par rapport aux Affaires de l' Estat present de l' Europe, quod etiam in vernaculum fuit translatum. Remarques sur l' Analyse du Traité d' Hannouer Lettre d' vn Ministre à vn des membres du Parlament de la Grande Bretagne au sujet des Memoires des* 18. & 19. *Ianuier* 1727. Faciunt huc etiam *Lettres & Memoires que les Ministres des Cours de la Grande-Bretagne, de France & d' Espagne se sont de puis quelques mois ecrits, & enuoyei reciproque ment sur la situation présente des Affaires de l' Europe, à La Haye* 1727. 4. Contra hæc tamen Prodierunt *Suite de quelques Remarques sur La Conduite du Ministere Britannique dans la situation presente des Affaires de l' Europe* 1727. Et *Responce aux Remarques sur l' Analyse du Traité de Hanouer.*

6) Extat apud FABRVM *Tom. I. p.* 630. in qua: *altera huius positionis pars adstruit Articulos Decretos, in fauorem Prætendentis confectos, quorum certa, eaque fida indicia sibi adesse, asserit Maiestas Vestra, quibus conuentum esset, eundem Prætendentem ad Solium Magnæ Britanniæ euehere. Qua vero mente, qua de caussa & consilio ista falsissimis rumoribus inimica Populo Britannico exposita fuerint, facile a quouis e vulgo vedum a Sua Sacra Cæsarea Catholica Maiestate intelligitur.* Porro pergit: *Quæ subinde hic de Gibraltar addita sunt sinistra interpretatione adducentur, ad cius dissidiorum fabricandum, hostilia in Indiis, omnisis Tractatibus ac sibi, aduersus Regem Hispaniarum perpetrata nouatoria facta atque aggressiones iustissimam caussam dedisse videntur. Quæ autem Sua Maiestatis Cæsareæ Catholicæ hoc super Articulo Mens & Consentio fuerit, ex supradicto communicato Tractatu dispicere licet.*

7) extat apud FABRVM *Tom. I. pag.* 611. *Reichs-Fama Tom. I. p.* 377.

8) extant singula hæc Acta apud FABRVM *Tom. I. c. XIV.* MOSERS *Reichs-Fama Tom. I. pag.* 481.

9) extant in MOSERS *Reichs-Fama Tom. I. p.* 724. *Tom. II. p.* 19.

10) Ex-

Rege, Baro de Sparr, ab Holſatiæ Duce, Comes de Baſſewitz eo mittebantur, qui Dominorum ſuorum cauſſam ibidem agerent. In Comitiis hæc Quæſtio ventilabatur, an eriam Imperii nomine certi Status deputandi, qui per Subdelegatos ſuos Imperii cauſſam ſuſciperent, maxime Euangelici volebant, vt ipſorum Grauamina in eodem Congreſſu deciderentur, licet nihil adhuc deſuper fuit concluſum, hoc tamen a parte Gallorum fuit poſtulatum, vt etiam primus Cæſaris Plenipotentiarius Imperii nomine ſe legitimaret. Fiebat ſuperiori anno 1728. Congreſſus initium, & Statim certa capita ratione Cæremoniarum inter legatos placebant. Inde capita hactenus controuerſa proponebantur, Galli, Angli, Belgæque tolli plane volunt Societatem Oſtendanam, prohiberi eiusdem nauigationes, pro qua tamen ſub certis conditionibus conſeruanda Cæſarei laborant. Hiſpani e contrario præter ſucceſſionem Florentinam atque Parmenſem reſtitutionem Gibraltaris, 10) & Portus Mahonis, oblato prætio æquum valente atque ſatisfactionem ratione nauium Hiſpanicarum ab Anglis in Americæ Porto Bello obſeſſarum petebant. E contrario Angli reſtitutionem nauium Anglicarum ab Hiſpanis in America captarum, atque ratione abducti Ducis de Ripperda ex palatio Legati Anglici, Madriti, diſtributionem etiam mercium a claſſe Hiſpanica ex America aduectarum poſtulabant. Dum autem circa ſingula hæc tergiuerſarentur Hiſpani, neque conditiones a Gallis, Anglisque propoſitas acceptare vellent, ideoque inter pacifcentes nondum conuenerit, tardius hactenus dicti Tractatus proceſſerunt. De eo vero iamdum agitur, vt, ſi Hiſpaniæ Rex conditiones ipſi propoſitas acceptauerit, Carolus, Hiſpaniæ Infans, per claſſem Britannicam atque Belgicam, quæ in portum Spithead eſt parata, transportaretur. 11)

§. LV. Defuncto d. 25. Ianuarii 1725. Ioachimo Friderico Duce Holſato-Plœnenſi ſine hæredibus maſculis, de ſucceſſione in ipſius Ducatum inter Fridericum Carolum Dominum de Carlſtein & Io. Ernestum Ducem in Rethwiſch Religioni Catholicæ addictum oriebatur controuerſia. Petebat ſucceſſionem Fridericus Carolus, quod defuncti Ducis fratris Chriſtiani Caroli eſſet filius, ideoque in Succeſſione feudali proximior. Obiiciebatur illi, quod ex matrimonio inæquali, matre Dorothea Chriſtiana ab Aichelberg fuiſſet natus, ad quæ tamen reſpondebat, matrimonium licet fuerit inæquale, non tamen ad Morganaticam, & licet per Receſſum inter Ioachimum Fridericum Plœnenſem ipſiusque fratrem Carolum Chriſtianum Nordburgi d. XXIV. Nouembris 1702. conuenerit, vt quousque Ioachimus Fridericus atque eiusdem ſucceſſores maſculi viuerent, huius Caroli Chriſtiani ſucceſſores a titulo Ducali abſtinerent. Idemque titulo ſaltim Dominorum de Carlſtein fuerint vſi; in iſtum tamen caſum, ſi Ioachimus Fridericus ſine hæredibus maſculis fuerit extinctus, ipſis ius ſuccedendi ſaluum manſiſſe. 12) Hoc etiam pactum a Friderico IV. Danorum Rege d. V. Decembris 1702. fuit confirmatum. Idemque d. XVIII. Decembris 1722. dictum Fridericum Carolum, eiusdemque ſororem Wilhelminam Auguſtam pro Duce Holſato Nordburgenſi & Principibus ſanguinis adgnouit. 13) Cauſſa ad Cæſarem deferebatur, qui per Concluſum Iudicii Aulici d. XVI. Iunii 1723. defuncti Ducis Plœnenſis Ioachimi Ernesti filiabus ex officio Ducem Brunſuico-Gueſſerbytanum Tutorem conſtituebat. Io. Ferdinandum vero Ducem de Rethwiſch in adprehenſa poſſeſſione confirmabat, & per conſtitutos Commiſſarios plenius immitti volebat, Executionem etiam d. 12. Iunii 1723. Magnæ Britanniæ Regi, tanquam Electori Brunſuico-Lüneburgenſi & Duci Brunſuico-Gueſſerbytano demandabat. Carlſteinio vero ipſius Memoriale ob vſurpatum Ducis titulum, redditur. Dum etiam Fridericus IV. Daniæ Rex Carlſteinii cauſſam defenderet, eundemque in terras Plœnenſes immiſiſſet, eadem die a Cæſare ad ipſum reſcribebatur, vt militem ex hiſce terris, feudis Imperii abduci faciat, ni velit, contra ipſum tanquam Ducem Holſato-Glückſtadtienſem ſecundum Leges Imperii atque ordinem Executionis procedi debere. 14) Carlſteinius equidem exhibito apud Cæſarem libello d. XVI. Auguſti 1723. ipſum ſucceſſorem decerni petebat, ſe ex matrimonio legitimo prognatum adlegans, pronocans ad exemplum liberorum Io. Caroli Palatini ex Maria Eſther Witzlebia, qui etiam dignitatis atque ſucceſſionis habiles ex decreto Iudicii Aulici d. XV. Aprilis 1715. fuerint declarati, ipſi in pacto fraterno d. a. 1702. ius ſuccedendi reſeruatum, ipſeque a Rege Daniæ Dux Hollato-Nordburgenſis fuerit declaratus, nihil tamen obtinuit. 15)

§. LVI.

10) extat in MOSERS *Reichs-Fama Tom. II. p. 543. Relatio Actorum in cauſſa Regis Catholici contra Regem Magnæ Britanniæ, prætenſa Reſtitutionis urbis & arcis Gibraltar.*

11) Faciunt huc potiſſimum *Freymüthige und unpartheyſche Betrachtungen über dem gegenwärtigen Friedens-Congreſſ zu Soiſſons und über dasjenige, was auf Selbigen abgehandelt oder angebracht werden mochte.* 1728. 8.

12) Sic enim in dicto Receſſu: *Soll dieſer Vergleich nicht weiter, als auf Ihro Durchlaucht Herzogen Ioachim Friderich, und Dero Leibes-Lehns Erben ſich erſtrecken, und bleibet das Ius Succeſſionis vor Ihro Durchlaucht Herzogen Chriſtian Carls mæmlichen Erben in dem Fürſtlichen Leben vndecidirt ausgeſetzet, biß nach kurtz oder lang der Caſus ſich zutrüge, daß Ihro Durchlaucht Herzog Ioachim Friderich, Dero Leibes Lehns-Leben, ausſtehen ſolten.* Extat apud FABRVM *Tom. XLIII. pag. 773.*

13) Extat hæc declaratio cum Specie facti pro Carlſteinio, eiusdemque Genealogia a parte matris apud LVNIGIVM Selectis Scriptis Illuſtribus *n. CXVIII. CXIX. CXX.*

14) extant hæc Acta apud FABRVM *Tom. XLIII. c. XIV.*

15) extat apud FABRVM *Tom. LXV. c. X.*

§. LVI. Restituto per Badensem Pacem Electore Bauaro in pristinum Electoratus locum & cum hoc connexum Archi-Dapiferatus Officium, hoc etiam cedebat Palatinus Elector, qui illud hactenus ex decreto Comitiali d. XXIII. Iunii 1708. 16) gesserat. Isto vero officium Archi-Thesaurarii, quod Brunsuicensi Electori fuerat cessum, repetente, recusabat hoc Brunsuicensis, vsque dum ipsi de alio Imperii Officio fuisset prospectum, Augustissimus igitur Imp. per Decretum Commissionis d. XXVI. Iunii 1718. proponebat, 17) vt Electori Brunsuicensi de alio officio prouideretur. Deliberabatur igitur de Officio Archi-Stabularii Imperii Electori Brunsuicensi conferendo, idemque in Collegio Electorali decernebatur. Verum protestabatur contra illud Elector, Ducesque Saxoniæ, eo quod hoc officium ad Archi-Mareschallatum Imperii spectaret, Iuribus singulorum etiam per maiora in Comitiis nullum adferri posse præiudicium, potius officium Archi-Magistri Postarum proponebant. 18) Et licet in Comitiis super hoc officio varie fuisset agitatum, diuersa etiam officia alia in deliberationem venirent, 19) mansit tamen hæc res adhuc indecisa.

§. LVII. Anno 1726. controuersia Zwingenbergensis tractabatur. Philippus Ingenuus Elector Palatinus castrum Zwingenberg in Craichgouia situm, quod Otto Palatinus ab Hirschhorniis redemerat, Ioanni ab Hirschhorn soluto pretio duodecim millium & centenorum florenorum a. 1501. pro se & filiis, his etiam extinctis, filiabus iterum concesserat. Huic a. 1515. defuncto successit Engelhardus, huic a. 1562. Iohannes ab Hirschhorn. Post huius mortem, filii ipsius Ludouicus & Philippus ab Hirschhorn a. 1569. & 1577. soli, exclusa ipsorum sorore Maria ab Hirschhorn, atque a. 1585. horum filii impuberes Ludouicus & Fridericus de hoc castro cum pertinentiis fuerunt inuestiti. Postquam autem Ludouicus d. XXVII. Martii 1618. sine hæredibus masculis fuisset extinctus, relicta saltim filia Maria Elisabetha, Ludouico ab Eltz nuptui collocata, Fridericus ab Hirschhorn a. 1620. de nouo de hoc castro fuit inuestitus, idemque d. XXII. Septembris 1632. sine hæredibus fuit extinctus. Hoc defuncto, Fridericus V. Palatinus, per Officialem suum Heidelbergensem hoc feudum, tanquam ipsi apertum d. II. Octobris 1632. iusste occupari. Isto vero paullo post Moguntiæ defuncto, dictæ Mariæ Hirschhorniæ filius, Engelhard Gœhler de Rauenspurg a Sueciæ Cancellario, Ochsenstirno obtinuit, vt, si dicti Friderici Hirschornii viduæ, ratione Eponematum satisfeciisset, ipse in feudum immitteretur, quod etiam per Suecicum Officialem de Gemmingen, saluis iuribus Palatinis, d. V. Aprilis 1633. fuit factum, ipseque Gœhlerus a subditis homagium sumsit. Postquam vero Sueci mense Iunio 1633. terras Palatinas Ludouico Philippo Palatino, Electoratus Administratori plane cessissent, iste Gœhlerum per singulare Rescriptum d. XVII. Iulii 1633. admonuit, vt ab hoc feudo plane desisteret, quod Palatino Electori tanquam apertum vindicabat, si quid tamen iuris ipsi sit, vt causam suam coram Iudicio Feudali Palatino agat, præscribit, maxime, dum Mariæ Elisabethæ Hirschhorniæ Iacobo Lothario ab Els nuptæ, hæredes eandem succession petant. Post prælium Nordlingense, cum Maximilianus Bauariæ Elector terras Palatinas occupasset, idem factum cum hoc castro, & licet Gœhlerus ad decretum Sueticum prouocaret; Regimen tamen Heidelbergense hanc causam coram Iudicio Feudali esse examinandam, decreuit. Restituto Carolo Ludouico, ab ipso huius castri restitutionem petebat Gœhlerus, sed per sententiam d. XII. Decembris 1649. latam, ipsi, vt causam suam coram Iudicio Feudali agat, fuit iniunctum. Gœhlerus igitur causam ad Imperii Deputatos Norimbergæ congregatos deferebat, hi etiam Leopoldo Guilielmo Archi Duci & Magno Magistro Teutonico atque Eberhardo Duci Würtenbergensi demandabant, vt in factum possessionis inquirerent, & causam secundum I. P. Recessum Executionis, Edicta Executionis Cæsarea atque arctiorem modum exequendi decidirent. Hi igitur, postquam d. VII. Decembris 1680. Electorem Palatinum citassent, desuper conquerebatur Carolus Ludouicus Elector, dum hæc causa coram Iudicio Feudali iamdum prauenta, ad restituenda ex capite Amnestiæ trahi non posset. Verum, secundum art. XI. P. W. ad Curiam Feudalem, tanquam forum competens, remittenda. Hoc non attento, sequebatur d. XI. Februarii 1651. sententia in contumaciam, dum Gœhlerus factum possessionis demonstraturit, ipsum in eum statum, quo ante destitutionem militarem Bauaricam fuerit, esse restituendum. 20) Supor hac sententia apud Cæsarem conquerebatur Carolus Ludouicus Elector, excipiens, hanc causam coram Iudicio feudali iamdum pendentem ad restituenda ex Capite Amnestiæ plane referri, & coram Deputatis tractari non posse, sed secundum art. XI. P. W. ad Curiam Feudalem, tanquam forum competens, esse remittendam. Petebat igitur d. 16. Februarii 1651. a Ferdinando III. Imp. per legatum suum D. Miegium, vt sententia ista per

16) Supra *Sect. XII. §. XXIV.*

17) extat apud FABRVM *Tom. XXXIII. pag.* 675.

18) extant scripta apud FABRVM *Tom. XXXIII. c. IX. Tom. XXXIV. c. XII. Tom. XLIII. cap. XV.*

19) diuersa officia in deliberationem ducenda proponit Dominus a LVDEWIG *Erleuterung der Güldenen Bulle Tom. II. p.* 650.

20) Sic enim tenor sententiæ: *Im Reichs-Commissions-Sachen Engelhardt Gœhlers von Ravensburg des Aeltern, Klagern, eines: wieder Se. Churfürstl. Durchl. Herrn Pfaltz-Graf Carl Ludwigen zu Heidelberg, Beklagten, andern Theils, &c.*

Zum-

per Deputatos Imperii post lapsum termini incompetenter & nulliter lata, cassetur, atque d. 3. Iunii 1651. decernebatur Commissariis relationem esse iniungendam. Gœhlerus vero d. XXII. Augusti 1652. decretum obtinebat, ipsum restituendum esse in ea, quæ ipsi ex P. W. competant. Dum vero Gœhlerus executionem sententiæ Deputatorum vrgeret, Elector vero Palatinus hanc causam a Deputatis Imperii decidi non posse, opponeret, d. XXX. Septembris 1652. a Iudicio Aulico decernebatur, vt Commissarii ad petita Palatini respiciant. Anno 1724. Guilielmus Fridericus ab Horneck, de Hornberg, Pleickhard Theodericus de Gemmingen & Eberhard Fridericus Gœhler de Rauensperg vxorum vel liberorum nomine argentes, per amicam compositionem hanc dynastiam ab Electore hodierno Palatino Carolo Philippo & Comite Ferdinando Andrea de Wieser, qui illam ex Electoris beneficio tenebat, petebant, quæ tamen fuit frustranea. Hinc a. 1725. a Cæsare executionem petebant, atque d. XVII. Aprilis 1725. Concludebant, vt secundum sententiam Commissariorum Deputatorum Imperii d. XI. Februarii 1651. latam ipsis dynastia Zwingenberg restituatur. Licet autem Elector opponeret, hanc causam ad restituenda ex capite Amnestiæ referri non posse, sequebatur tamen d. XXII. Ianuarii 1726. Conclusum, per quod Electori Palatino atque Comiti de VVieser terminus duorum mensium ad restitutionem dynastiæ statuitur, secus Executionem fieri debere. Hæc tamen executio ad iteratam Electoris instantiam, per nouum Concludum d. VIII. Augusti 1726. fuit suspensa, vsque dum petentes sententiam vel in Originali vel in Copia vidimata ex Cancellaria vel Iudicii Aulici vel Moguntina produxerint. Recurrebat igitur Elector Palatinus d. XV. Decembris 1726. ad Comitia, hoc potissimum fundamento nixus, causam hanc ad restituenda ex Capite Amnestiæ minime posse referri, cum ad ista saltim sint referenda, quæ ex factis bellicis trahunt originem, & quod dicti hæredes demum post terminum trium mensium in Recessi Executionis d. XXX. præfixum, restitutionem a Commissariis petierint. 21) Licet hæredes Hirschhornii Recursum ad Comitia in hac causa locum habere non posse, singulari scripto demonstrarent. 22) Hoc non obstante, priores sententiæ a Iudicio Aulico fuerunt confirmatæ, atque Executio Episcopo Constantiensi & Duci VVürtenbergico, Circuli Sueuici primis, eo quod hæc Dynastia in Craichgoia, quæ Circulo Sueuico subest, fuerit sita, demandata, quam sæpius impedire conatus fuit Elector, datis etiam ad diuersos Status litteris, eos in partes suas trahere, 23) idque obtinuit, vt per Cæsaris Rescriptum d. VIII. Augusti 1726. Executio suspenderetur. Controuertebatur interim in Comitiis, an Recursus iste ad Comitia habeat locum. Dum d. XXVI. Septembris 1727. vota super hac materia in Comitiis colligerentur, Catholici pro admittendo Recursu vota ferebant, & quidam Euangelicorum. Hi vero a Principalibus suis melius instructi, vnanimi consilio ius eundi in partes exercebant, d. III. Octobris 1727. per Votum Commune declarabant, Recursum hunc ad Comitia plane locum habere non posse, nisi restitutis prius hæredibus Hirschhorniis secundum sententiam Deputatorum Imperii, eo quod sententia a Deputatis Imperii ad executionem P. VV. suæ in contumaciam, siue cum causæ cognitione lata, antequam ad effectum fuerit deducta, vlteriori inquisitioni non possit subiici; ideoque Imp. implorandus, vt decretam Commissionem promoueat, idemque d. X. Octobris 1727. iterabant. Salisburgensis vero d. XVII. Octobris 1727. in Circulo proponebat, quod, dum Euangelici d. 26. Septembris ad factum in Collegio Principum Propositionem, vota sua ad Protocollum singuli dederint, & nonnulli eorum Palatini Recursum ad Comicia adprobauerint, dum e contrario Catholicorum quidam illum locum non habere iudicauerint, haud ipsis nunc licere, vota sua retractare, & ius eundi in partes exercere, maxime, dum causa Zwingenbergensis non sit causa Religionis, sed causa iustitiæ, ideoque secundum maiora esse decidendam; petebat igitur, vt in hac causa a iure eundi in partes, quod secundum Imperii Leges in hoc casu locum habere nequeat, desistant, & maioribus locum relinquant. Controuertebatur igitur inter Catholicos atque Euangelicos, an ius eundi in partes in hac causa locum habeat, & præter hæc, an Elector Treuirensis & Magnus Magister Ordinis Teutonici, vtrique Electoris Palatini fratres in hac causa ob nexum agnationis vota ferre possint, qui tamen contra hanc exclusionem protestabantur. Per Salisburgensem etiam

Ad Sect. XIII. §. VI. Qua ratione Belgæ Fœderati Caroli VI. electionem promouerint, docet LAMBERTI *Tom. VI. p. 623.* ſcribens: *Les Miniſtres Imperiaux reçûrent la nouvelle de cette mort le Dimanche 26. après midi. Ils en firent quelque miſtere afin de la notifier auparavant aux principaux des Etats. Ils eurent même le lendemain Lundi 27. une conference avec les dits Etats. Ils y firent la notification de cette mort, avec d'autres circonſtances. Là deſſus LL. HH. PP. firent là deſſus une declaration en faveur de la Maiſon d'Autriche pour un ſucceſſeur à l'Empire. L'on arouva que la Sageſſe des Etats y brilloit d'une maniere admirable. C'étoit que par là ils ôtoient aux Catholiques quelque, aprehenſion qu'ils avoient d'abord conçûe. Elle étoit par raport qu'il n'y eût quelque Puiſſance Proteſtante qui s'aviſat d'aſpirer à ce Supreme degré par une alternative d'un Empereur des deux Religions. En même tems on ôta par-là bien à cette Puiſſance Proteſtante, qui en avoit formé la penſée, de ſe flatter d'être ſoutenuë dans une pareille pretenſion. D'ailleurs les Etats aprirent avec plaiſir que le Prince Eugene avoit deja porté l'Electeur de Maience à depêcher ſuivant le paragraphe 18. du premier Chapitre de la Bulle d'or des lettres circulaires en date du 20. aux Electeurs pour ſe trouver à Francfort pour une Election. Les Etats écrivirent auſſi là deſſus aux Electeurs pour preſſer cette Election, & ſans conteſtation. On écrivit auſſi à divers Princes & Etats de l'Empire pour faire des efforts pour prevenir toutes les tentatives des Ennemis. Ils écrivirent auſſi à la Reine de la Grande Bretagne, au Roi de Portugal, & à Son Alteſſe Rojale de Savoie, pour les exhorter à ſe tenir fermes dans leurs engagemens. Ils depêcherent auſſi un Exprès à Gennes pour ordonner aux Amiraux d'obeïr au Roi Charles, au cas qu'il voulut paſſer en Italie. Tout cela étoit conforme à la reſolution qu'on venoit de prendre & que voici avec les repreſentations des Miniſtres Imperaux le tout étant jugé digne de la curioſité publique.* Bauari Proteſtatio ſuper hac electione exhibetur *p. 649.* Clementem XI. tamen Papam ab initio ſtatim in Carolum VI. pronum fuiſſe, docent litteræ ipſius ad Leopoldi viduam Eleonoram Magdalenam Theſiam a. 1711. ſcriptæ, in quibus: *caterum quando Deo volente ita contigit, ut ad Electionem ſucceſſoris convertenda ſint conſilia nos in ea plane ſententia ſumus, de qua ut credimus, inter omnes qui recte ſentiunt convenit, nihil tam expedire Univerſa Chriſtianæ Reipublicæ, quam quod Auſtriaca Domus de ea plurimis titulis probe merita, pergat Imperialis Majeſtatis faſtigium tenere & quod Chariſſimus in Chriſto filius noſter Carolus, Hiſpaniarum Catholicus & Hungariæ ac Bohemiæ Rex illuſtris ad eam dignitatem liberis Electorum ſuffragiis evehatur; quod nos quidem ut eveniat, quo majori poſſumus ſtudio curabimus, quatenus ille majorum ſuorum inclitæ memoriæ Regum & Imperatorum exemplo, & ingeniæ pietatis inſtinctu & ſingularis ſui prudentiæ monitu, ita temporalia Imperii adminiſtret ut quæ orthodoxum Religionis bonum & ad verum Dei cultum pertinent, talia promoveat; & Advocati ſanctæ Matris eccleſiæ munus in ſolemni inauguratione dignitatis ei demandandum, non minori alacritate ſuſcipiat, quam Zelo & fortitudine habeat.* Quænam Albani Nuntii Papalis tunc in Collegio Electorali Francofurti factæ fuerint Propoſitiones, exponitur *p. 656. En même tems que l'on eut ces pieces, il fut repandu parmi quelques Miniſtres que l'Envoié de Savoie Mellarede avoit à Francfort fait quelques propoſitions de Paix de la part de la France au Comte de Rechteren. On vouloit que ce bruit venoit du canal du Neveu du Pape, Albani. Le Miniſtre de Portugal s'etant d'abord abouché avec le Comte de Sinzendorff, lui en parla. Après avoir bien peſé ces inſinuations, ils y trouverent ſi peu de vrai ſemblance, qu'ils n'y ajoutérent aucune foi. Ce fut ſur tout après en avoir parlé au Conſeiller Penſionnaire, qui aſſura n'avoir rien reçû qui tendit de quelque fondement à une pareille affaire. Auſſi ne pût on s'imaginer à quelle vuë ces inſinuations avoient été faites. C'étoit à moins que ce ne fut en celle de faire valoir quatre demandes extravagantes que ce Papalin avoit faites à Francfort. On les comptoit 1. d'avoir la main ſur les Electeurs comme Nevtu du Pape. 2. Qu'on eut à retablir les deux Electeurs qui étoient au Ran de l'Empire. 3. Qu'on eut à élire le Prince Electoral de Saxe pour Roi des Romains. C'etoit ſous la Condition que ſi le Roi Charles venoit à avoir des enfans mâles dans dix ans, le Saxon renoncéroit à ſa Rojauté des Romains. Et 4.e Qu'on eut à rendre à la Cour de Rome Commacchio. Les lettres de Francfort du 27. d'Aout. faiſoient connoître, qu'on n'avit le moindre égard à ces demandes. Deux jours auparavant on y avoit commencé les conferences entre les Electeurs ou leurs Ambaſſadeurs, ſur l'Election. Il paroiſſoit qu'elles devoient durer quelque tems. C'étoit ſur ce qu'on y procedoit par deliberation d'article en article ſur la Capitulation. Ily avoit pluſieurs Pretendans tant dans l'Empire qu'en Italie, qui vouloient des inſertions en leur faveur. Par là il s'ouvroit une porte à des longueurs. Auſſi mit on ſur le tapis de renvoier toutes ces prétentions au futur Empereur & à la Dieze de l'Empire. On regla cependant à Francfort les deux points, qui faiſoient le plus de peine. L'un étoit, qu'on ne feroit point de Roi des Romains que par le conſentement de l'Empereur. L'autre étoit celui du Vicariat, contre les prétentions des Electeurs Palatin & de Saxe. Le Comte de Peterborough, qui revenant d'Angleterre alloit à Francfort, tout briſé qu'il étoit d'une chûte, avoit deſſein d'y traverſer les menées peruicieuſes de la Cour de Rome. Avant cependant*

pendant que de s'y mettre en chemin, il craignit d'être en danger de la vie. Il rendoit du sang par la bouche. Pour en guerir il fit apeller un Medecin fameux de Leide. Celui ci attribua cette indisposition sanguine à sa chûte. Elle ne fut pas de durée, & ce Comte partit. On concerta avec lui de faire dire à l'oreille à ce Neveu du Pontife, que s'il ne regloit autrement sa conduite, il pourroit recevoir un affront. Aussi crût on generalement que c'étoit par une sage vûë qu'on voulut qu'il donnât par écrit ce qu'il avoit insinué debouche. Le Ministre de Prusse fut aussi averti que ce Prelat là meditoit de faire des protestations contre la Rojauté de Prusse, & le nouvieme Electorat. Le Roi de Prusse envoia là dessus des ordres à son premier Ambassadeur de s'opposer hautement à tout ce que ce Neveu du Pape pourroit proposer. Ensuite de lui faire insinuer que s'il étoit assez hardi pour faire la moindre demarche qui pût donner atteinte à la dignité Rojale de Prusse, l'on s'en vangeroit. C'étoit en ordonnant aux troupes de ce Roi en Italie d'entrer dans l'Etat Ecclesiastique, & d'y mettre autant qu'on pourroit le tout à feu & à sang. Enfin, que s'il avoit une pareille hardiesse l'on s'en vangeroit aussi sur la propre perſ me d'une maniere, qu'il auroit sujet de s'en ressentir & de s'en repentir pendant toute sa vie. Coronationis ritus describitur *p.* 664.

Ad §. IX. De primis Gallorum Pacis Propositionibus d. 22. Aprilis 1711. LAMBERTI *Tom. VI. p.* 670. qui addit : *Cependant quelques Ministres etrangers eurent des notions que ces correspondances secretes avoient été entamées par le canal d'un certain Ecclesiastique nommé Gautier, qui a joüé ensuite fort souvent son perſonage; & qui avoit été introduit pour cela aupres des Ministres Anglois par Mylord Villers ami de ce Prêtre-là.* Pergit inde & secretas Pacis negotiationes apud Anglos vberius proponit. Septem Articuli Præliminares d. 27. Septembris 1711. a Gallorum legato Menagerio subsignati, tales erant:

Le Roi voulant contribuer de tout son pouvoir au retablissement de la Paix generale Sa Majesté declare. I. Qu'elle reconnoitra la Reine de la Grande Bretagne en cette qualité, aussi bien que la Succession à cette Couronne suivant l'établissement present. II. Qu'elle consentira volontairement & de bonne foi à prendre toutes les mesures justes & raisonnables pour empêcher que les Couronnes de France & d'Espagne soient jamais unies sur la tête d'un même Prince, Sa Majesté étant persuadée que l'excès de Puissance en devoit contraire au bien & au repos général de l'Europe. III. L'intention du Roi est que toutes les parties engagées dans la Guerre presente, sans en excepter aucune, trouvent une raisonable satisfaction dans le Traité de paix à faire: Que le commerce soit retabli, & maintenu desormais à l'avantage de la grande Bretagne, de la Hollande & des autres Nations qui sont accoutumées à l'exercer. IV. Comme le Roi veut aussi maintenir exactement l'observation de la Paix lorsqu'elle aura été conclue, & que l'objet que Sa Majesté se propose est d'assurer les frontieres de son Rojaume, sans troubler en quelque maniere qui ce soit les Etats voisins, elle promet de convenir par le Traité futur de paix que les Hollandois auront entre leurs mains les. Places fortes qui seront specifiées, dans les Pais Bas pour servir desormais comme de Barriere qui assûre le repos de la Republique de Hollande contre toute entreprise de la part de la France. V. Le Roi consent aussi qu'il soit formé à l'Empire & à la Maison d'Autriche une Barriere sûre & convenable. VI. Quoique Dunkerque ait coûté au Roi de sommes très grandes, tout pour l'aquerir que pour le fortifier, & qu'il soit necessaire de faire encore une depense très considerable pour en raser les ouvrages, Sa Majesté veut bien toute fois s'engager à les faire demolir immediatement après la conclusions de la paix, à Condition qu'il lui sera donné pour les fortifications de cette Place un equivalent convenable & dont elle soit contente. Et comme l'Angleterre ne peut pas fournir ledit équivalent, la discussion en sera remise aux conferences qui se tiendront pour la negociation de la Paix. VII. Lorsque les Conferences pour la Negociation de la Paix seront formées on y disputera de bonne foi & à l'amiable toutes les pretensions des Princes & Etats engagez dans la presente Guerre, & rien ne sera omis pour les regler & pour les terminer à la Satisfaction de toutes les parties. En vertu du Pleinpouvoir du Roi nous soussigné Chevalier de son Ordre de St. Michel & Deputé au Conseil du Commerce avons arrête au nom de Sa Majesté les presents Articles Preliminaires. En foi de quoi nous avons signé.

Signé,

(L.S.) *Menager.*

Fait à Londres le 27. Sept. vieux stile & du nouveau le 8. Oct. 1711.

Il signa aussi un Article separé dans les termes suivans.

Le Roi promet de rendre au Duc de Savoie les Etats & Territoires qui appartenoient à ce Prince au Commencement de cette Guerre, & dont Sa Majesté est en Possession. Le Roi consentira de plus qu'on cede audit Duc de Savoie en Italie les autres places qu'on jugera convenables du Sens des Traitez, faits entre ce Prince & ses Alliez. En signant cet Article il declara qu'il seroit dûement executé au cas que l'on signât la Paix generale. Qua ratione vero Carolus VI. contra hæc Præliminaria egerit, docent ipsius Litteræ ad Belgas Fœderatos scriptæ, quæ extant apud LAMBERTI Tom. VI. p. 705. *Cels ac Potentes Ordines Generales Fœderati Belgii, amici charissimi. Qua novissime Hagæ Comitis allatæ sunt litteræ, nuntium de reditu Legati Anglici in Belgium vestrum & apportatos secum Londino nouos articulos Pacis præliminares a Gallorum Rege confectos attulerunt, magna arte concinnatos & plane ciusmodi quales ab hoste exsecrari oportebat. Nihil enim nisi vagum, dubium, anceps; & si latebræ eorum probe excutiantur, pro inanibus verbis, nunquam satis deplorandam Monarchiæ Hispanicæ iacturam, pro qua vna Augustæ Domui nostræ simul & libertati Europæ asserendæ, bellum susceptum, toto decennio decertatum, totque sanguinis humani effusum fuit, contiuere videntur: quo nihil acerbius, nihil luctuosius Orbi contingere posset. Quis enim hoc tantum potentiæ augmentum, si hostilibus vltro adiiciatur, non intelligit turpissimam singulis belli sociis seruitutem, quam adhuc a cerasicibus nostris depulsimus imminere? Hostem libertatis nostræ arbitrum constitui? Et quas nuper accepit leges, eas intolerabili fastu intendere, nobis vice sua imponere? Quod si bellum ita gereretur, vt aduersa fortuna fractus, victor hostis nobis inflaret, ne vel sic tam iniqua pacis præambula admitti è dignitate foret. Nunc vero quando is spectatum Exercitus confœderatorum ne quidem sustineat, ac nullis in locis vel intra, vel extra mœnia satis tutus, vtribus ac ditionibus suis indies diminutus, bellum propediem in viscera regni sui transferendum formidet, quis non iure succenseat iis qui præsagiis Gallicis toties deluſi nouum fidei, quam Gallia promittit semper, nunquam seruat, tristissimum experimentum facere, hostem erigere, fœdera, foctos, se se deferere, denique per victorias certissimum jugum posteris suis parare vellent? Sane Rex Gallorum propositis hisce vagis præliminaribus id pro more suo agere, vt obtento pacificationis Congressu, socios à sociis, solutis suis artibus, quibus semper vsuſit, se jungat, & diuidat, id si homi-*

num

num oculos effugeret; triſtis tamen ſuperiorum temporum recordatio ſit ſaperque faceret teſtatum, quod præcipue cauſa fuit, quod non aliud ſolidius futuræ pacificationis firmamentum ſtatui poſſe vniuerſi ſemper agnouimus, quam per articulos præliminares ita ſtringi ac ſigi volubilem Galliam debere, ne ſubinde in ipſo pacis Tractatu, elabi amplius poſſit. Qua in ſententia cum vos etiamnum perſtare, conſiliaque veſtra cum noſtris libenter coniungere velle, minime dubitemus, qua ratione Sereniſſima Magnæ Britanniæ Regina permoueri, & ſi opus exorari demum poſſit, vt reiectis hiſce propoſitionibus aut bello, aut ſi quando cum hoſte tractandum erit, prioribus Præliminaribus, ab eo maximam in partem conceptis, immoto inſiſtere; neque comparatam ſibi immortalem gloriam, certiſſimamque populi ſui ſalutem incertis inſidisque Gallorum pollicitationibus, quæcunque ea forte eſſent oblatæ, committere velit. Idcirco magnopere vos atque etiam peramice hortamur, vt Cauſam hanc in tantum diſcrimen adductam pro ſolita veſtra fortitudine alacriter nobiſcum defendere, neque Fallacem Galliam per noſtram concordiam ſcilicet eſſe, aut noſtris triumphis inſultare, velitis. Nos certe quicunque demum euentus ſequatur, noua iſthæc Præliminaria prout in præſens ita deinceps conſtantiſſime retinebimus. Sed & legatis noſtris, vt Tractatibus, qui ſuper illis inſtitui proponuntur, interueniant, nullo vnquam tempore concedemus, quin potius reſtauratis exercitibus noſtris eo inprimis, qui in Catalaunia militat, id operæ damus dabimusque, vt vniuerſi intelligant per nos minime ſtetiſſe, quo minus confecto feliciter bello, pax ſolida & quæ ſingulis Confœderatis digna ſit, orbi redderetur. Quod ſupereſt &c. &c. Dabantur Mediolani die 8. Nouemb. Anno 1711.

B. G. STRVVII.

B. G. STRUVII

OPVSCVLA

AD

HISTORIAM GERMANIAE

SPECTANTIA

ET

QVORVM MENTIO

IN IPSO CORPORE

FACTA.

I.

NOTITIA SVEVIAE ANTIQVAE.

§. I.

GErmania magna a Galliis olim Rhætiisque & Pannoniis Rheno & Danubio fluminibus, a Sarmatis Dacisque mutuo metu aut montibus ſeparabatur, cætera Oceanus ambiebat, latos ſinus & immenſa ſpatia complectens. 1) Hunc integrum & vaſtiſſimum tractum variæ gentes & innumeri populi inhabitarunt, inter quos celeberrima Sueuorum natio, vel ideo non vltimo ponenda loco, quod omnes reliquos & fide, & animi magnitudine, & bellica virtute, imo & numeroſitate longe ſuperaſſe, ab omnibus, quotquot extant Hiſtoricis, dicitur. 2) Vnde gentis huius origo, res dictu difficilis, omnia enim circa eam incerta & obſcura, ac ſpiſſis nebulis & denſiſſimis tenebris obducta, omnia in ambiguo poſita, omnia innumeris fabulis & inanibus figmentis referta, & tanta denique incertitudine ſuperſtructa, vt verum a falſo, maxima etiam adhibita diligentia, vix poſſit dignoſci. Nec mirum, ſi quis ruditatem priorum temporum & negligentiam in conſignandis rebus memorabilibus adhibitam vel parum perpenderit. Veteres enim Germani vna cum Sueuis, dum gloriam ſuam factis potius, quam dictis, prodere malebant, 3) origines ſuas geſtaque egregia & fortia litteris tradere parum curabant, nec de monumentis ſcriptis, faſtisque & commentariis rerum geſtarum admodum erant ſolliciti, ſed vnicum annalium genus penes eos carmina & rythmi, 4) quibus ante congreſſus præliorum inque publicis & feſtiuis conuentibus maiorum laudes & virtutes celebrabant, eorumque memoriam ad poſteros propagari omnium optime poſſe credebant. Et optandum, ſupereſſent modo adhuc eiusmodi carmina, nec ſpes maiores noſtros fefellisſet; tunc enim multa circa origines eorum, quæ nos iam fugiunt, ex iis delibari, multaque obſcura procul dubio illuſtrari poſſent: Aſt proh dolor! inuida ætas, quæ omnia conſumit, diræque ruinæ ſubmittit, nec ab iis abſtinuit; omnia enim deperdita ſunt, ac longæ obliuioni tradita, ita, vt præter dulcem eorum

1) Ita enim fines Germaniæ magnæ ſiue veteris deſcribit TACITVS *de morib. Germ. c. 1. §. 1.* a quo in tantum abit POMPON. MELA *Lib. III, c. 3.* de ſitu orbis, vt Germaniæ fines ad Alpes vsque & Rheni fontem a meridie extendat; ſed refutat eum & Tacitum defendit B. RHENANVS *Lib. I. pag. 5. rer. Germ.*

2) Sic PLVTARCHVS in vita Cæſaris inquit: *Sueuorum eſt primus inter Germanos locus*, & ipſi CAESARI *Lib. IV. c. 1. de bello Gallic.* dicuntur *gens longe maxima & bellicoſiſſima Germanorum omnium.* STRABONI *Lib. IV. Geogr. p. 194. potentia & hominum frequentia reliquos antecellent.* FLORO quoque *Lib. IV. c. 12. §. 23. validiſſima natio* audiunt & OROSIVS *Lib. VI. c. 9.* eam vocat *maximam, ferociſſimam validiſſimamque.*

3) Verba ſunt Conradi Salici in conuentu procerum prolata apud WIPPONEM in vita.

4) TACIT. *c. II. §. 3. c. l.* Sic Herculem primum omnium fortium virorum in prælium euntes carminibus celebrarunt. Id *c. II. §. 3. c. l.* & de Arminio ait *Lib. II. Annal. c. 88. §. 3. canitur adhuc barbaras apud gentes.* Conſtituti ad hoc præcipue Bardi, vt fortia virorum illuſtrium facta heroicis compoſita verſibus cum dulcibus lyræ modulis cantarent vid. AMMIANVS *Lib. XV. c. 9. rer. geſt. Rom.* & STRABO *Lib. VII. pag. 197. c. l.*

5) Lau-

rum memoriam nihil plane nobis superstes remanserit: quæ enim communiter pro talibus venduntur, 5) aut ab hominibus otiosis excogitata sunt, aut certa fide laborant, ita vt tuto eis initi non liceat. Neque etiam apud mediæ ætatis scriptores, & quando scilicet Germani nostri gesta sua litteris consignare cœperant, aliquid subsidii, ex quo Sueuicæ gentis origo illustrari posset, quin potius inepti illi monachi, penes quos omnis tum eruditio residebat, pauca, quæ adhuc supererant veritatis vestigia, nouis plane figmentis & fabulis obliterarent, ita, vt Herculeo fere labore opus, si quis Augiæ hoc stabulum expurgare aniniteretur. Dum itaque nihil auxilii penes scriptores domesticos, iam exteri sunt consulendi, Græci scilicet & Romani, quibus vnice debemus, quicquid in antiquis scimus. Sed dolendum, quod & Græci non nisi exilem 6) saltim, Romani vero ampliorem quidem, sed seram 7) admodum Germaniæ nostræ notitiam habuerint; inde enim factum, vt omissis antiquis & quæ originem gentis concernunt, non nisi gesta eum eis bella & nec hæc quidem debita semper consignarent fide, sua tantum extollentes in aliena iniurii; & non raro quoque patriæ dignitate atque amore ducti, liberalius longe & effusius dissertiusque in illius laude recensenda, quam exterorum & hostium præsertim rebus glorioſe gestis perstiterunt, quod vel innumera testantur exempla.

§. II. Inter omnes tamen CORNEL. TACITVS, Galliæ Belgicæ sub Vespasiano rationum procurator & maxime dehinc Traiano imperante florens, 8) vel solus extitit, qui in aureo suo de situ, moribus & populis Germaniæ libello, sicut de omnium Germanorum, ita etiam de Sueuorum origine, quædam, nec obscure quidem, consignauit: celebrant enim, inquit, 9) carminibus antiquis Tuistonem Deum, terra editum, & filium Manum, originem gentis conditoremque. Manno tres filios assignant, e quorum nominibus proximi Oceano Ingæuones, medii Herminones, cæteri Istæuones vocantur. Imitati itaque veteres Sueui vna cum reliquis Germanis vel alias & plerasque quidem gentes, 10) quæ quod primordia sua nescirent, siue gloriæ cupiditate, siue odio erga finitimos inflatæ, Deorum se prolem, αὐτόχθονας, indigenas, aut terra parente editos, falso gloriabantur; aut vt aliis 11) placet, lucula quædam de primi hominis creatione & quæ sub altero mundi parente Noacho gesta fuere, in cordibus eorum remansit, variis tamen inanium fabularum maculis, crescente superstitionis labe, aspersa, ita, vt sub Tuistone terra edito Adamum, sub Manno Noachum, sub eius tandem natis tres Noachi filios, inter quos eorumque posteros terrarum orbis diuisus fuit, intellexerint. Vltimum hoc Tacitus, vtpote gentilis, negat, prius vero non affirmat tantum, sed variis insuper rationibus defendere conatur, dum ait: 12) ipsos Germanos indigenas crediderim, minimeque aliarum gentium aduentibus & hospitiis mixtos: quia nec terra olim, sed classibus aduehebantur, qui mutare sedes quærebant: & immensus vltra, vtque sic dixerim, aduersus oceanus raris ab orbe nostro nauibus aditur. Quis porro præter periculum horridi & ignoti maris, Asia, aut Africa, aut Italia relicta, Germaniam peteret, informem terris, asperam cœlo, triſtem cultu, aspectuque, nisi sit patria. Ast infirmo omnes has rationes stare talo, quilibet facile videt: Sero enim ars nauigandi eo prouecta, vt classibus iretur, serius in longinqua nauigatum scimus, nec antiquitus nauigationes ad nouas sedes quærendas instituræ frequentiores erant migrationibus terrestribus; quem enim præterit expeditio Iudæorum 13) in Palæstinam suscepta, & quem fugit irruptio a Gallis, Bellouesо Duce, in Italiam 14) facta, ipsi Romanæ vrbi postea exitiabilis? quod vel vnicum absurdi Tacitum conuincere potuisset. Situm etiam Germaniæ, si curatius considerasset, quid obstitit, quo minus ex Scythia, Sarmatia & Gallia, vtpote vicinis regionibus, noui in Germaniam incolæ transmitti potuerint? ipse certe parum sibi

5) Laudat eiusmodi carmina IOH. AVENTINVS *in Annal. Boior. Lib. I. edit. Germ.* tanquam in iis Tuistonis, Manni, Hermionis aliorumque Germaniæ gentis conditorum gesta, leges & Statuta comprehensa in Monasterio S. Emerani Ratisbonensi coram perlustrasset; & si GESNERO in Bibliotheca sua fides habenda, in Libr. I. Germaniæ, quam meditatus erat, illustratæ, agere plane voluit de carminibus antiquis, quibus vsus fuit Tacitus, Carolus M. teste EGINHARDO *in vita eius c. 29.* auxit, memoriæque mandauit, recentiores vero corrupere. Ast merito eum carpit & iniuria temporum carmina hæc antiquissima veterum Germanorum perdita fuisse, testatur B. CONRINGIVS *de orig. Iur. Germ. c. 1. pag. 2. & epist. ad Serenissⁱ. Ducem Brunsⁱ. pag. 43.* editioni eius Taciti de M. G. præmissa, conf. etiam B. HERTIVS *in not. veter. Germ. popul. P. I. §. 2. præfat.* vbi docet, ne collecta quidem a Carolo M. carmina adhuc hodie extare.

6) B. CONRING *c. epist. p. m. 45.*

7) Idem *c. l. p. m. 47.* adde TACITVM *c. XXXVII. §. 3. de M. G.* vbi: *Sexcentesimum & quadragesimum annum vrbs nostra agebat, cum primum Cimbrorum audita sunt arma.* & OVIDIVM, ita canentem in consolat. ad Liuiam v. 391. & 457.

Et modo Germani Romanis cognitus orbis,
Consul & ignoti victor Germanicus orbi.

8) PLINIVS *Lib. VII. c. 16. in f. hiſt. Nat.* TACITVS *Lib. I. hiſtor. cap. 1. §. 5.*

9) *c. II. §. 3. de M. G.*

10) Sic Romani a Marte Deo origines suas mentiebantur LIVIVS *in præfat. ad hiſtor.* Athenienſes seſe αὐτόχθονας esse gloriabantur, IVSTINVS *Lib. II. c. 6.* & a Dite patre seſe prognatos etiam Druidarum opinione prædicarunt Galli. CAESAR *Lib. VI. c. 18. de B. G.*

11) GÜRTLERVS *in origin. mundi Lib. I. c. 18. §. 18.* CLVVERIVS *Lib. I. c. 9. Germ. antiqu.* qui tamen in hoc a Gürtlero recedit, vt Germanos sub Tuistone Deum immortalem intellexisse putet.

12) *c. II. §. 1. c. l.*

13) vid. quatuor posteriores libros MOSIS & librum IOSVAE.

14) LIVIVS *Lib. V. Hiſtor. c. 34.*

sibi constans passim hoc 15) confitetur: Nec informitas terræ cœlique asperitas impedire potuere, quo minus noui aduenæ sedes ibi figerent, necessitate aut finium proferendorum cupiditate ad hoc inducti. Necessitas enim, quæ eyitari haud possunt, patienter ferre docet & insatiabilis hominum habendi cupido nec vilissimos & abstrusissimos terrarum orbis occupare abhorret angulos, quod vel ipsi Romani, occupationi Germaniæ quam auidissime inhiantes, exemplo suo luculenter admodum demonstrarunt. Et si paucis dicendum, quod res est, Tacitus omnia hæc ex præconcepta aliqua opinione, aut præiudicio, protulit: imbutus enim sicut & plerique procerum Romanorum principiis Philosophiæ Epicureæ, omnia in hoc mundo atomorum instar confluxisse, hominesque in quauis regione, fungorum instar, ex gremio terræ propullulasse credidit, quod tamen, tanquam S. Scripturæ & sanæ rationi contrarium, omnino reiicimus.

§. III. Iam ante Taciti ætatem, vt quibusdam placet, BEROSVS CHALDAEVS, 16) siue potius, qui sub eius nomine hominibus illusit, illoque longe recentior, ANNIVS VITERBIENSIS, originem omnium Germanorum a Tuistone quoque deriuare conatus fuit, eosque alii, magno numero, secuti sunt. Horum ex sententia Tuisto ingens erat gigas, Iani, quem & Noachum vocant, filius, 17) vel, vt alii malunt, nepos aut pronepos, 18) eumque, Armeniæ angusto solo crescentem indies hominum multitudinem 19) non amplius capiente, vna cum ingenti agmine eorum & viginti ductibus 20) a Iano dimissum, Anno 131. ab orbe restituto in Europam venisse, omnemque regionem intra Tanaim Rhenumque occupasse, tradunt, ita, vt prædictos duces singulos certis regionibus præfecerit, eorumque nomina & terris, & montibus, & fluminibus imposuerit, quo scilicet memoriam rerum suarum ad posteros quoque propagaret. His fundamentis arenosis feliciter iactis, iam contexendo fabulam vlterius pergunt, & Tuistoni Mannum filium succesisse, hunc vero Ingæuonem, Istæuonem & Hermionem, filium, nepotem & pronepotem excepisse, fingunt, quibus & successoribus eorum, Marso & Gambriuio quoque mortuis, iam Sueuum, 21) octauum Germanorum Regem, imperium obtinuisse, validissimæque Sueuicæ genti initia dedisse, audacter satis mentiuntur. Ast omnia hæc falsa esse, a vero aliena, & sacris litteris & sanæ rationi contraria, qui rem curatius ponderarunt, iam diu agnouerunt, 22) quorum argumenta repetere hic piget, ne post Homerum Iliada canere videar.

§. IV. Dum itaque, vti ex hactenus dictis constat, nihil certi ex veterum scriptis de origine gentis nostræ hauriri potest, iam fuere nonnulli, qui coniecturis indulgendo in eam inquirerent. Inter hos alii Germanos & cum his Sueuos nostros a Persica gente deducere conati fuerunt, seducti procul dubio ab Herodoto, 23) qui sub Persarum imperio Γερμάνους quoque populos recenset. Aft hunc locum a librariis corruptum & legendum esse Καρμανίους & Καρμανίους, qui sinus Persici accolæ, iam diu demonstrauit Cluuerius, 24) vocabulum simul Germanici nominis non nisi fero inuentum, vlterius confirmans. Alii 25) porro Sueuos nostros reliquias esse exercitus Alexandri M. & mari aduectas crediderunt;

15) *c. enim XXVIII. §. 1--4. c. l.* ait: Gallos, cum res eorum adhuc validiores fuerint, in Germaniam fuisse transgressos, & inter Hercyniam siluam Rhenumque & Mœnum amnes Heluetios, vlteriora Boios, Gallicam vtramque gentem, tenuisse. *c. XLIII. §. 2. c. l.* Gothinos quoque & Osos inter Sueuiæ populos refert, quos tamen Gallica & Pannonica lingua coarguit, non esse Germanos. Et *c. XLV. §. 3. c. l.* Aestiis tradit ritus habitusque Sueuorum, linguam vero Britanniæ propiorem fuisse.

16) *Lib. IV. antiqu. totius orbis.*

17) Inuentor huius fabulæ de Noacho Tuistonis in Armenia post Diluuium genitore est ipse ANNIVS VITERBIENSIS in commentario ad Berosum *c. l.* quem sequitur ANNIVS *in Annal. Boior. L. I. c. 3. n. 8.* & FR. IRENICVS *in Exegesi Germ. Lib. II. pag. 49.* qui & nouis figmentis fabulam Berosi augent, assuentes, Tuistonem ad Rhenum consedisse, & vicum *Duitsch Deutz*, Coloniæ Agrippinæ e regione situm, condidisse. HERTZOGIVS *in Chron. Alsat. Lib. I. pag. 2.* & LATZIVS *de migr. gent. Lib. I. c. 16.* dubitant, an Tuisto post diluuium Noacho natus, an Iapheti filius ab eo adoptatus fuerit? hoc tamen certo tradunt, fuisse eum Duisburgensis, Cliuiæ Ducatus ciuitatis, fundatorem.

18) CRVSIVS *in Annal. Sueu. Tom. I. Lib. I. pag. 3.* cui idem audit ac Ascenatz Mosis. conf. STVMPFIVS *in Chron. Heluet. Lib. II. c. 2. pag. 8.* & ERICHIVS *in Chron. Iuliac. Lib. II. c. 1. pag. 62.*

19) Ne autem quis dubitet, Armeniam iam tum temporis tanta hominum multitudine abundasse, vt colonias in exteras regiones emittere necesse habuerit, singunt, singulari numinis supremi benignitate, geminos semper, fratrem & sororem, coniuges, vno partu editos fuisse, nemenem interim morte absumtum. vid. AVENTINVS *Lib. I. c. 3. n. 7. c. l.* HERTZOG *c. l.*

20) Nomina Ducum & quibus regionibus aut populis præfecti fuerint, indicant AVENTINVS *Lib. I. c. 5. n. 2--6. c. l.* HERTZOG *c. l.*

21) AVENTINVS *Lib. I. c. 6. n. 13. c. l.* IODOC. WILLICHIVS *in commeut. ad Tacit. de M. Germ. pag. 34.* & ANDR. ALTHAMERVS *in Schol. ad eund.* vterque apud SCHARDIVM *Tom. I. Script. rer. Germ.* vbi ALTHAMERVS insuper fabulose tradit: Sueuum regem Tigurinorum maius oppidum condidisse, ibique habitasse, cui consentit NAVCLERVS *in Chron. vol. II. gener. 43. pag. 954.* adde STVMPFIVM *c. l.* IRENICVM *c. l.* & CRVSIVM *c. l. & in Paralipom. c. 1. pag. 2.* vbi anno 1686. ante C. N. Sueuum regem vixisse, vicesimumque locum ab Adamo, primo homine, habuisse asserit.

22) conf. Excell. Dn. PRAESES *in Bibl. Historr. c. 2. §. 1. pag. 14. & in Diss. de Doctis impostoribus §. 25.* adde B. RHENANVM *Lib. III. Rer. Germ. pag. 179. & 350.* CLVVERIVM *Lib. I. c. 3. p. 38. Germ. antiqu.* & impimis quoque ROB. SHERINGAMVM *de Anglor. gentis origine c. 5.* vbi ex instituto commenta hæc refutat.

23) *Lib. I. Histor. pag. 60.*

24) In *Germ. antiqu. L. I. c. 3. pag. 38.*

25) Vid. THEODOR. ENGELHVSIVS *in Chron.* apud illustr. Dn. LEIBNITIVM *Tom. II. Script. Rer. Brunsuic. p. 1005. in med.*

runt; sed hæc recensere, eos iam est refutare. IOANNES BODINVS 26) homo Gallus, cum veteribus Celtarum tantum nomen cognitum fuisse perspiceret, argumento inde desumto, originem omnium Germanorum ab abundanti Gallorum multitudine deriuare voluit; ast infelici successu: cum indulgentia eum magis, quam iudicio vsum fuisse, testetur Cluuerius. 27) Eodem se habent modo tradita eorum, 28) qui Sueuorum initia ex Scantzia vel Scandinauia petierunt, ingeniosius quam verius. Nunquam enim demonstratum dabunt, nouos ex Asia aduenas primas in septentrionali illa peninsula, terra informi, cœlo aspera, siluis horrida & montibus vndique repleta, posthabita Sarmatiæ & Germaniæ continenti, terris longe cultiori, cœlo mitiori, iisque viciniori, difficiles per ambages quæsiuisse sedes, sed veritati similius videtur, eos Sarmatia & Germania primum occupata, postea demum, vi aut necessitate compulsos, comparata classe, in Scantziam traiecisse, ibique considentes in eiusmodi gentes diffusos fuisse, quæ postmodum sub Scantziæ incolarum nomine terrarum orbi innotuerunt.

§. V. Qui in perscrutandis gentium originibus sacras litteras ante oculos ponunt, communiter quidem Iaphetum, 29) Noachi filium natu maximum, omnium Europæorum conditorem appellant, ita scilicet, vt aucto mortalium genere post diluuium vniuersale & disturbatam Babylonicæ turris exstructionem, inductamque linguarum confusionem, posteros eius ex Asia in Europam venisse, seque per eam mundi regionem diffudisse credant: ast a quonam descendentium eius Germani, & sic Sueui quoque nostri originem suam duxerint, inter omnes non conuenit. CLVVERIVS 30) ab Ascenaze, filio Gomeri & Nepote Iapheti, Germanos omnes ortos fuisse asserit, autoritate scilicet Iosephi 31) & recentiorum quorundam Iudæorum fabulis seductus, quorum ille Ascenazes condidisse Ascenazas, Ἀσχήνιους Græcis dictos, & quos Rhenenses, vel Rhenigenas explicat Cluuerius, hi vero Germaniam Ascenas & Germanos Ascenazim appellatos fuisse tradunt. Ast præconceptis eum opinionibus vti, vel ideo patet, quod nondum probatum, Ἀσχήνιους Græcorum esse Rhenanos, nec nouiorum quorundam Rabbinorum authoritas tanta, quæ in antiquis fidem mereatur. Potius Ascenazes non Europæ, sed Asiæ minoris fuisse populos, qui Troiada, Æolidem, Bithyniam, Phrygiam & tractus vicinos habitarunt, 32) ex eo colligi licet, quod in Asia Ascania regio, vrbs item, fluuius & palus huius nominis haud incelebres; 33) ipse quoque Deus apud Ieremiam 34) gentes ad euersionem Babelis concitans, regni Ascenazis ciues inter alios euocat, vtpote vicinos, non vero remotissimos Germanos, quos in obsidione Babelicæ vrbis Cyro auxilium tulisse nemo vnquam veterum prodidit, bene tamen Phrygum equites huic expeditioni interfuisse nonnulli tradunt. 35) Hæc itaque obstacula videntes alii, iam Thogarmam, fratrem Ascenazis, principem gentis nostræ faciunt, 36) argumento scilicet a conuenientia nominis sumto: Verum cum Thogarmæ quoque posteri in sacris litteris 37) ab Hierosolyma versus septentrionem collocentur, equos itidem, equites & mulos Tyriis in negotiationem dedisse dicantur, Germani e contra magis occidentales, a Tyriis longe dissiti & mulis plane careant, merito & hanc opinionem reiicimus, eisque accedimus, qui sub Thogarmæ posteris Cappadoces 38) intelligunt; hos enim Iudæis septentrionales & Tyriis vicinos fuisse, horumque terram mulis

26) In *Method. Histor. c. IX. pag. 359.* de cuius fide etiam exinde iudicare licet, quod *c. IV.* præced. non erubuit talia proferre: *Iucitum sibi fuorum populorum dignitatem honesto mendacio tueri.*

27) *Lib. I. c. 3. pag. 29.* c. l. vbi in eo confutando totus est.

28) Hoc iam olim statuit auctor ANONYMVS de Sueuorum origine *apud* GOLDASTVM *pag. 15. Scriptor. rer. Sueuic.* sed de side huius asserti exinde iudicare licet, quod *pag. 17. seq. ab init.* exitum hunc gentis ex Scantzia ad tempora demum Theodorici, Clodouæi regis Francorum filii, refert. Eandem operam Germanicas gentes, & sic etiam Sueuos, ex sæpe laudata insula accersentes etiam faciunt plerique Suecici Scriptores, imprimis vero OLAVS RVDBECKIVS in sua Atlantica, SCHEFFER *in Vpsal. antiqu. c. VI. pag. 61.* & HVGO GROTIVS *in prolegom. ad histor. Goth. pag. 22.* Sed Scandinauiæ incolas Germanis Cisbalthianis, non vero hos illis originem fuam debere, egregie docet, B. CONRINGIVS *de antiq. Helmstadt. status pag. 54.* adde CHRIST. HARTKNOCH. *in Diss. de orig. Pomeran. §. 7. & 8.* & TENTZELIVM in *monatl. Vnterredungen* ad An. 1690. qui in refutando RVDBECKIO totus est.

29) Iaphetidis Europam cum parte Asiæ septentrionali obtigisse, inter veteres testatur IOSEPHVS *Lib. I. c. 7. antiqu. Iud.* Inter recentiores BOCHARTVS *in Phaleg lib. III.* vbi de Iaphetidis agit, BOCLERVS *in histor. vniuers. p. 236.* & HACHENBERG *in German. med. Diss. I. §. 2.*

30) *Lib. I. c. IV. p. 48. German. antiqu.* eiusque in sententiam transeunt CRVSIVS *Annal. Sueu. F. I. lib. I. pag. 3.* IOH. STVMPFIVS *Lib. II. c. 2. Chron. Heluet.* & LATZIVS *de migrat. gent. Lib. I. c. 1. pag. 14.* qui insuper Asciburgum Taciti, Ptolomæi montem eiusdem nominis & Comitatum Ascanienssem ab eo nomen accepisse fabulatur.

31) *Lib. I. c. VII. antiqu. Iudaic.*

32) GERH. IOH. VOSSIVS *de idololatr. gentil. Lib. I. c. 38. p. 277.* P. MERVLA *in Cosmograph. Part. I. Lib. III. c. 14.* ORTELIVS *in thesaur. Geograph. in Aschanaxi.*

33) conf. IOH. BOCHARTVS *Lib. III. c. 9.* c. l. NIC. GÜRTLERVS *in orig. Mund. lib. I. c. 3. §. 3. p. 24.* GROTIVS *in Comment. ad Ierem. c. 51.* vbi docet, in Asia esse Ascaniam partem Phrygiæ & Mysiæ.

34) *c. LI. §. 27.*

35) XENOPHON in *Cyropædia Lib. VII. pag. 128.*

36) SVFFRIDVS PETRI *de orig. Frisc. Lib. I. c. 14.*

37) EZECHIEL *c. XXXVIII. §. 6.* & *c. XXVII. §. 14.*

38) Vid. BOCHARTVS *Lib. III. c. 2.* c. l. inde etiam STRABO *Lib. Geograph. p. 567.* meminit Trocmorum, Cappadociæ populi.

39) STRA-

mulis & equis adeo abundasse, vt integras plane greges in alienas terras emittere, Persis insuper eiusmodi animalia tributum pendere 39) potuerint, omnino docemur. Vltimo fuerunt, qui 40) Germanos progeniem Gomeri, patris Thogarmæ & Ascenazis, filii Japheti, fuisse existimarunt; ast quo minus & huic sententiæ subscribamus, authoritas Ezechielis 42) prophetæ impedit, qui Gomeri regnum non Europæum, sed Asiaticum & Thogarmæ posteris, siue Cappadocibus, vicinum dicitur, manifesto indicio, Germanos ab eo deriuari quoque haud posse, sed aliunde esse deducendos.

§. VI. Nos itaque in tanto Scriptorum de origine gentis nostræ diuortio ex Asia eam & quidem per Scythiam post exstructionem Babelicæ turris eamque subsecutam linguarum confusionem gentinmque dispersionem, ductore Tuistione, 42) in has regiones immigrasse credimus, ita scilicet, vt a Japheti posteris, Scythis 43) maxime, originem traxisse arbitremur. Scythæ enim omnium mortalium antiquissima gens, ita, vt cum Ægyptiis plane de vetustate generis contenderint, 44) & Græcorum Scriptores vniuersos Septentrionales Scythas & Celto Scythas appellarunt, 45) quod & de Germanis imprimis testatur Plinius. 46) Conueniunt simplices & rudes eorum mores, corporis habitus, cultusque, conuenit etiam gentis vtriusque lingua, 47) vel hodienum non nisi dialecto diuersa; Imo cum Ptolomæus 48) inter Scythicas gentes ad Ascatancum montem consistentes etiam Sueborum & Suobenorum meminerit, nihil iam vetat, quo minus antiquam patriam gentis nostræ agnoscamus, eorumque vna cum reliquis Germanis initia ex Scythia petamus.

§. VII. Cæterum Germaniæ vt & Sueuiæ populos aliarum gentium aduentibus haud fuisse mixtos, sed propriam ac sinceram & sui tantum similem gentem extitisse, 49) indicant vel habitus corporis & morum & linguæ in tam numerosa gente similitudo, quæ vna erat omnium, vel quod populi peregrini in Germania olim considentes & antiquam suam originem seris adhuc temporibus prodidere. De Osis enim & Gothinis testatur Tacitus, 50) illos Gallicam, hos vero Pannociam linguam coarguisse, non fuisse Germanos, & Æstiis tradit 51) ritus habitusque Sueuorum, linguam vero Britannicæ propiorem fuisse. Merito igitur reiicimus Wolfgangi Latzii 52) fabulas, qui mox Ismaelis filios per orbem vagantes in Germaniam peruenisse, Iaphetique posteris immixtos vna cum eis gentem constituisse, mox vero reliquias Troianorum in mari Arctoo vectas ad Rhenum appulisse, indeque Germaniæ fines occupasse, inepte satis nugatur. Commenta enim hæc esse, omni fide historica destituta, sicut & somnia Iudæorum, 53) qui odio ducti Germanos nostros a Cananæis, sedibus suis ab Israelitis expulsis, deriuare haud erubescunt, quilibet, qui vel aliquo iudicio poller, facile videt. Nec ii 54) quoque fidem merentur, qui Ægyptios sub

39) STRABO *Lib. II.* c. l.

40) RVPERTVS *in obſeru. ad Synopſ. Beſold. hiſt. vniuerſ. c. 1. pag. 15.* MELANCHTOM *in explicat. vocab.* quæ recensentur a Tacit. de M. G. apud SCHARDIVM *Tom. I. pag. 77. Script. Rer. Germ.*

41) *Cap. XXXVIII. v. 6.*

42) Inde fabula forsan orta, quam omnes Germani de Tuistone crediderc, TACITVS vero recenſet *c. II. §. 3. de M. G.* sed an Tuisto hic iam tum sic dictus, an vero postea demum hoc nomen nouiter inuentum & a Germanis nostris eidem impositum fuerit, controuertitur adhuc: & prius quidem asserere videtur ill. LEIBNITIVS *ad Tacit. not. (c) c. l. pag. 8.* magnum eum Regem, vel Celto-Scytharum Heroem, qui pleraque Europæ, fortasse & magnam Asiæ partem, tenuit, appellans; Posterius vero affirmant FR. IVNIVS *in gloſſ. pag. 348.* & M. ALTINGIVS *in deſcript. Germ. veter. inſtr. pag. 76.* ita, vt & ipsos Germanos latissime diffusos & ab initio certo nomine carentes, postea propriæ magnitudinis admiratione, aut etiam ambitione & contemtu aliorum motos, hoc nomen Teut, quod populare rem vel populum significat, sibi solis sumsisse & quasi soli essent populus, viribus & potentia valens, & sibi, & tandem quoque primario Duci, qui eos ex Asia in Europam traduxerat, quemque pro Deo coluerunt, imposuisse coniectent.

43) Adstipulatur nobis GROTIVS *in prolegom. ad Hiſt. Goth. pag. 8.* ill. LEIBNITIVS *ad Tacit. not. (a) c. l.* & RVPERTVS *in obſeru. ad Beſold. Hiſt. vniuerſ. c. 1. pag. 15.* Ipsos vero Scythas a Magogo filio Iapheti, v. GÜRTLERVS *Lib. I. c. 18. §. 2. c. l.* aut a nepote eius Chittim deducere conantur vid. GEORG. HORNIVS *in præfat. ad Boxhornii orig. Gallic.* Ast cum S. litteræ, imprimis ESAIAE *c. 23. 24.* & I. MACCAB. *1. p. l.* Macedoniam & insulas quasdam, quas cl. CLERICVS *in pentateuch. ad c. l.* Aegæas interpretatur, a Chittim posteris inhabitatas fuisse, Magog vero EZECHIELIS *c. 38. v. 4.* cum suo exercitu expeditionem in Palæstinam fecisse, tradant, quod tamen de Scythis commode intelligi nequit, merito & hic iudicium nostrum suspendimus.

44) IVSTINVS *Lib. II. c. 1. hiſtor.*

45) Ita enim STRABO *Lib. XI. pag. 507.* Κιμμέριοι μὲν δὴ τοὺς περιβόρειοι, καθὰς οἱ παλαιοὶ τῶν Ἑλλήνων ἐνυγεφῶσι Σκύθας καὶ Κελτοσκύθας ἐκάλουν. i. e. *veteres Græcorum Scriptores vniuersos septentrionales Scytharum & Celto-Scytharum nomine affecerunt.* vid. eundem quoque pag. 511. c. l. vbi eadem tradit.

46) Lib. IV. c. 24. Hist. nat. *Scytharum nomen vsque quaque transit in Sarmatas atque Germanos, nec alius durauit prisca illa appellatio, quam qui extremi gentium harum, ignoti prope cæteris mortalibus, degunt.*

47) GROTIVS *pag. 8. c. l.* illustr. LEIBNIT. *c. l.* vid. etiam BVSBEQVIVS *in epiſt. IV. legat. Turcic.* qui ipse in itinere suo ad aulam Turcicam expertus, Scythicam linguam in plurimis cum Germanica conuenire, in dialecto tantum differre.

48) *Lib. VI. Geogr. c. 14. & 15.* conf. etiam GÜRTLERVS *in orig. mund. Lib. II. c. 9. §. 3. pag. 432.*

49) TACITVS *de M. G. c. IV. §. 1. & 2.*

50) *idem c. XLIII. §. 2. c. l.*

51) *cap. XLV. §. 3. c. l.*

52) *Lib. I. c. 1. pag. 16. de Migrat. gent.*

53) inter quos eminet ABEN-EZRA in Abdiam apud BOCHARTVM in Canaan *Lib. I. c. 23.*

54) BOCHARTVS *c. l.* quem sequitur quodammodo GÜRTLERVS *in orig. mundi Lib. I. c. 3. §. 9. pag. 25.*

55) In-

sub Hercule suo colonias quasdam in Germaniam emisisse autumant. Nondum enim cuictum, Ægyptiorum Herculem eundem esse cum Hercule Germanico, & quæ vlterius pro stabilienda sua sententia de Isíde, cui pars Sueuorum litabat, afferunt, non aliud quid probant, quam Sueuis fuisse Numen aliquod, cui ob similitudinem cum Isíde sua Romani huius imposuere nomen. Veram enim Ægyptiorum Isidem Sueuos nostros plane ignorasse, ex infra dicendis luculentius patebit.

§. VIII. Inuenta itaque vera origine gentis, iam in nomen eius etiam erit inquirendum. Sueui vnde dicti, diuersæ sunt variorum opiniones. Alii enim gentem hanc a Sueuo, octauo Germanorum rege, 55) alii a Seuo 56) monte, rursus alii a Sueuo fluuio 57) ita appellatam fuisse contenderunt. Sed improspero omnes successu. Fraudes enim Berosi, quem priores sequuntur, hodie vel lippis & tonsoribus sunt notæ, & numerosissimam insuper nationem a monte aut fluuio aliquo vocari, non est credibile, cum non flumina & montes gentibus, sed hæ illis nomina indiderint. Potius maiori similitudine Sueuorum nomen a Germanica vocula *Schweben*, vel *Schweiffen*, quod vagari aut pererrare 58) significat, deriuatur. Quod enim de omnibus Germanis refert Tacitus, 59) ingratam fuisse quietem & facilius inter ancipitia clarescere cupiuisse, hæc imprimis quoque ad Sueuicam gentem applicari possunt. Nihil eis molestius longo otio, sed latius discurrere, patriæ fines transire, finitimis bella inserre & singulis annis aliquot millia 60) armatorum contra eos educere, eorumque ope agros & vicos vastare, summæ huic genti semper fuit voluptati, maxime cum putarent, publice magnam esse laudem, quam latissime a finibus suis vacare agros & hæc re significari, magnum numerum ciuitatum vim suam sustinere non posse; 61) imo non tantum erga finitimos semper inquieti, sed & domi remanentes diutius quiescere, aut vno in loco considere, haud poterant, quin potius & illum facile mutarent, inque casis 62) vix ad vnius diei vsum exstructis habitarent. Inde cum constantius apud eos perpetua vicissitudine nihil, & cum continuis latrociniis finitimos vexarent, quid mirum, si ab iis, maxime qui primi vim eorum sensere, vagantium & ambulatorum nomen, *der Schwebenden vnd Schweiffenden*, ipsis impositum, & postea temporis lapsu in proprium gentis transiit, ita tamen, vt Romani, 63) pro more suo omnia detorquentes & ad genium linguæ suæ efformantes, in *Suiuos*, *Suibos* aut *Sueuos* illud immutarint. Hoc enim & genio linguæ & instituris Germanorum quam optime conuenire, norunt omnes, qui Germanicum sermonem & veterum mores & consuetudines, gentibus quibusdam a peculiari vitæ suæ desumta ratione imponendi nomina, non ignorant.

§. IX.

55) Inter hos imprimis eminet AVENTINVS *in Annal. Boior. Lib. I. c. 6. §. 13. pag. 18.* c. PEVTINGERVS in *fermonibus de Germ. pag. 204.* ALTHAMERVS *ad Tacit. de M. G. pag. 5. b.* & IODOC. WILLICHIVS ad eundem *pag. 34.* omnes apud SCHARDIVM *Tom. I. Script. Rer. Germ.* quos sequitur STVMPFIVS *in Chron. Heluet. Lib. II. c. 2. pag. 8.* & CRVSIVS *in Annal. Sueu. Part. I. Lib. I. pag. 5. n. 20.* ita tamen, vt addat: Sueuum regem nomen habuisse a voce *Schweben*, vel *umfchweiffen*, i. e. circumuagari siue circum proficisci, quia scilicet regiones regni sui diligenter obiens omnia bonis legibus & disciplina temperauerit: Et cum & populi ipsi subiecti sedes suas facile mutarent, & hos ab incostantia, a voce *Schweiffen*, Sueuos dictos fuisse coniectatur.

56) CAROL. STEPHANVS *in diction. Hist. Geogr.* voce Sueui, vid. etiam Chronic. ENGELHVSII apud ill. LEIBNITIVM *pag. 1005. c. l.* Sed vbi nam Seuo ille mons, vel, vt alii legunt, Sueuus, cuius PLINIVS meminit *Lib. IV. c. 13. Hist. Nat.* & SOLINVS *c. XX. in Polyhist.* situs sit, non conuenit inter authores. FELICI FABRO, Monacho Vlmensi, *Lib. I. c. 10.* Historiæ Sueuorum apud GOLDASTVM inter *Scriptores rer. Sueu. pag. 17.* Seuo mons pars dicitur Carpati, eique consentiunt ALTHAMERVS *pag. 4.* & WILLICHIVS *pag. 34. c. l.* Ast eum non alium esse, quam montium illud continuum iugum, quo hodie Norwegia & Suecia separantur, quam euidentissime docent CLVVERIVS *Lib. III. c. 24. pag. 99. & c. 34. pag. 155. Germ. antiqu.* B. CELLARIVS *Lib. II. c. 5. pag. 489. notit. orb. antiqu.* & GROTIVS *in prolegom. ad Hist. Goth. pag. 7.* cui insuper ita dictus a septem eminentibus iugis, quomodo & Daciæ pars vulgo latine loquenti Transyluania, Germanis Seuenbergia.

57) CLVVERIVS *Lib. III. c. 25. pag. 102. c. l.* MVNSTERVS *in Cosmograph. Lib. III. c. 292.* sed, quinam hic fluuius, non satis apparet, inquit ill. LEIBNITIVS *in not. ad Ptolom. Lib. II. c. 11. Geogr. Tom. I. pag. 16.* S. R. Br. ALTHAMERO quidem *p. 5. c. l.* PIRCKHAIMERO *in locorum per Germ. explic. pag. 92. b.* & MVNSTERO *in descript. Germ. p. 242.* a apud Schardium *Tom. I. S. R. G.* STVMPFIO item *in Chronic. Heluet. Lib. II. c. 2. pag. 18.* & PRIERNICO *in exegesi Germ. Lib. IX. pag. 349.* Sueuus dicitur Spreuus, *die Spree*; Ast CLVVERIVS *Lib. III. c. 25. p. 101.* & CELLARIVS *L. II. c. 5. p. 457. c. l.* rationibus non spernendis contra demonstrant, Spreuum non esse Sueuum Ptolomæi, vtpote qui se in finum Codanum (quod tamen de Sueuo testatur Ptolomæus,) non effundit; sed Sueuum esse verum Viadri inter Vsedom & Wollin insulas ostium, vulgari vocabulo Suine dictum & accolis forte Suene appellatum, quod Romani, ore suo tam incompositа enunciare haud valentes, in Sueuum postea, vti credunt, immutarunt.

58) conf. KIRCHMAIER *in not. ad Tacit. de M. G. c. 38. p. 399.* GROTIVS *in prolegom. ad Hist. Gothic. p. 24.* & imprimis quoque ill. LEIBNITIVS *not. (c) ad Tacit. c. l. pag. 9.*

59) *c. XIV. §. 4. de M. G.*

60) CAESAR *Lib. IV. c. 1. de B. G.*

61) idem *Lib. IV. c. 2. c. l.*

62) STRABO *Lib. VII. Geogr. p. 291.* Κοινὸν δὲ ἐπὶ πάντα τοῦτο, τὸ περὶ τὰς μεταναστάσεις ὁμοίως, διὰ τὴν λιτότητα τοῦ βίου, καὶ διὰ τὸ μὴ γεωργεῖν, μηδὲ συναγείρειν οἶκόν τε καλύβιον ἐπιμέλειαν ἔχειν παρακινεῖ. i. e. *commune omnium est, qui istis in locis degunt, facilis & expedita soli mutatio, ob tenuitatem victus & quod neque colunt agros, neque fructus recondunt, sed in casis habitant, structura in vnum diem constantibus.* & paullo post: Τὰ οἰκία ταῖς ἁμαξοστέγοις ἐπάγοντες, οἷπερ ἂν δόξῃ τρέπονται μετὰ τῶν βοσκημάτων. i. e. *rebus suis in currus impositis facile cum pecore suo abeunt, quo visum fuerit.*

63) Sic Σκύθαι & Σκύθαι dicuntur STRABONI *c. l.* & *lib. IV.* PTOLOMAEO *Lib. II. c. 11.* Σούηβοι audiunt, TACITVS vero *c. 38. §. 1.* & PLINIVS *Lib. IV.* H. N. habent Sueuos.

64) CAE-

§. IX. Erat autem Sueuorum populus Germaniæ longe maximus, 64) alios & potentia & hominum frequentia facile antecellens. 65) Neque enim vna eorum gens, vt & aliorum Germaniæ populorum, sed qui in commune Sueui dicebantur, propriis adhuc nationibus & nominibus erant discreti. 66) Horum numerum ad quinquaginta quatuor extendit Aethicus Cosmographus, 67) eique adstipulatur Orosius; 68) Tacitus 69) vero, qui omnium accuratissime veteris Germaniæ statum & populos conscripsit, XXVI. tantum recenset, ita tamen, vt his tres addat populos, cultu & moribus referentes Sueuos, eosque inter habitantes, lingua tamen & quod tributa patiebantur, prodentes, se non esse Sueuos, sed aliunde aduenisse, quibus Cluuerius, 70) inter veteris Germaniæ Geographos facile princeps, Carinos insuper, Seduſios, Harudes, Sidinos, Burgundiones & Scanziam inhabitantes Hilleuiones, Plinio, Cæsari & Ptolomæo gentes notissimas adiungere haud dubitat, Nec desunt, qui & Heluetios 71) & Catros 72) quoque Sueuis nostris annumerant; ast cum Tacitus 73) hos diserte ab iis separet, illos vero vel omnes Gallicæ originis fuisse affirment, 74) merito hic abstrahimus, & potius, quæ singulorum antea memoratorum Sueuiæ populorum sedes, mores & instituta publica ac priuata fuerint, paucis nunc indicare aggredimur.

§. X. Inter omnes Sueuos SEMNONES 75) dicuntur vetustissimi nobilissimique, 76) magna certe natio, 77) quibus secundissima fortuna tantam adiecit authoritatem, vt se Sueuorum caput plane crederent, 78) Nomen gentis inde deducit Latzius, 79) quod agros sole illustratos coluerint, quasi dicti *die Sonnawer*. Hermundurorum erant finitimi 80) & centum pagis trans Albim, a medio huius amnis, ortum versus, ad Sueuum vsque fluuium habitabant. 81) Inde Cluuerius 82) terminos eis assignat ab occidente Albim amnem, ab aquilone tractum inter Salæ & Viadri Vartæque confluentes, ab oriente dictum Viadrum flumen, a meridie denique iuga montium Bohemicorum, a Marcomannis eos dirimentia, ita tamen, vt angusto illo tractu ingentem multitudinem gentis non amplius capiente, eam Viadrum transisse & ad Vartam vsque coluisse, haud dubitet asserere. Possidebant itaque secundum eum Poloniæ minoris partem, Crossienſem & Sternbergienſem Ducatus Silesiæ & Marchionatus Brandeburgici portiunculas, Lusatiam, Anhaltini itidem principatus, nec non Saxoniæ superioris & Misniæ partes; quibus addit illustris Leibnitius 83) tractum ad Hauelam & Spream vsque amnes, atque adeo Marchiam transalbinam & Pomeraniæ partem. Neque enim minori spatio opus esse, vt centum pagis habitasse dicantur.

§. XI. LANGOBARDOS, 84) gentem Germana feritate ferociorem 85) etiam Sueuos

64) CAESAR *Lib. IV. de B. G. c. I.* OROSIVS *Lib. VI. c. 9. Hist.* Inde CLAVDIANVS contra Ruffinum, quo vno verbo fœcunditatem Sueuiæ populorum exprimeret, *Danubii*, inquit, *ripas euomuisse gentes, ac in Romanos effudisse arctos suos*; & AMMIANVS Lib. XXVIII. c. 5. *immanis*, inquit, *natio Alemannorum iam inde ab incunabulis primis varietate casuum immissa, ita sæpius adoleuit, vt fuisse longis Saeculis æstimetur intacta.* Adde A. VICTOREM, qui de Caracalla ait: Alemannos, gentem populosam, eum vicisse, & CASSIODORVM, *Lib. II. var. ep.* 41. penes quem Theodoricus Ostrogothor. rex ad Clodoueum Francorum regem scribit: *innumerabilem nationem* Alemannorum *partim ferro, partim seruitio, subiugatam.*

65) STRABO *Lib. IV. Geogr. p.* 194.

66) TACIT. *de M. G. c. XXXVIII.* §. 1.

67) *pag.* 58. *edit.* GRONOVII.

68) *Lib. I. c. 2. histor. sed Lib. VI. c.* 9. hanc suam sententiam rursus mutare videtur, dum ait: *Sueuorum esse centum pagos & populos multi prodidere.* Et hos populos numero LIV. ex Spangenbergio, longa serie recenset CRVSIVS *Lib. I. P. I. c.* 3. *pag.* 8. *Annal. Sueu.* licet haud paucos eis annumeret parum cognitos & qui nunquam Sueui fuere, ceu Cattorum exemplo & Heluetiorum imprimis patet.

69) ac. XXXVIII. de M. G. ad finem fere vsque libelli

70) *Lib. III. c.* 3. 35. 36. *& 41. Germ. antiqu.*

71) PEVTINGERVS apud Crusium P. I. *Lib. II. c.* 5. *c. l.* & ipse CRVSIVS c. l.

72) CRVSIVS P. I. *Lib. I. c.* 3. *c. l.* seductus procul dubio a Cæsare, qui suo tempore Sueuos Vbiis vicinos commemorat; inde posteriori æuo non alios iis viciniores Cattis videns mox & hos Sueuos fuisse credidit.

73) *c. XXX. de M. G.*

74) CAESAR *Lib. I. c.* 1. *de B. G.* TACITVS *c. XXVIII. c. l.*

75) Semnones STRABO *Lib. VII. pag.* 190. Geogr. Σήμνωνες, PTOLOMAEVS *Lib. II. c.* 11. Geogr. Σήμωνες, VELLEIVS vero *Lib II. hist. c.* 106. §. 2. Senones vocat, quem vltimum tamen locum a librario imperito corruptum fuisse putat CLVVERIVS *Lib. III. c.* 25. *pag.* 100. *c. l.*

76) TACITVS *c. XXXIX.* §. 1. de M. G. incipit autem hic Tacitus recensere Sueuiæ populos a media Albis parte eum inter & Viadrum amnes septentrionem versus habitantes.

77) STRABO *c. l.*

78) TACITVS *c. l.* §. 5.

79) *lib. VIII. p.* 362. *de Migrat. gent.*

80) VELLEIVS *lib. II. c.* 106. §. 2. *hist. a Rheno vsque ad flumen Albim, qui Semnum Hermundurorumque fines præterfluit, Romanus cum signis perductus exercitus.*

81) PTOLOMAEVS c. l. ἀφ' ὧν τὸ τῶν Σουήβων τῶν Σημνονῶν, οἵ τινες διήκουσι μεταξὺ τοῦ Ἄλβιος καὶ τοῦ ὁμωνύμου μέρους πρὸς ἀνατολὰς, μέχρι τοῦ Σουήβου ποταμοῦ. i. e. *tum Sueui Semnones, qui habitant post Albim a præfata parte* (sc. media Albis fluminis, quo vsque Anglorum fines in præcedentibus extenderat) *versus ortum vsque ad Sueuum fluuium.*

82) In Germ. antiqu. c. l. pag. 102. Lusatiam eos inhabitasse testatur GOLDASTVS *lib. I. c.* 16. *pag.* 48. *de Reg. Bob.*

83) *Ad Tacit. not.* (1.) *pag.* 13. *Tom. I. Script. Rer. Brunsf.*

84) In authographis semper legi Langobardi, nunquam Longobardi, testatur MABILLON *lib. II. de re diplom. c.* 3. §. 11. & iam ante eum hoc obseruauit CLVVERIVS *lib. III. c.* 26. *p.* 103. *c. l.*

85) VELLEIVS *lib. II. c.* 106. *Histor.*

Sueuos fuisse, præter Tacitum testantur Ptolomæus 86) & Strabo. 87) Vnde autem nomen traxerint, varie inter eruditos disceptatur, aliis a longis bardis, i. e. bipennibus, aliis a longis barbis, rursus aliis a Germanica voce *Landwarter*, quod custodes regionis denotat, nomen eorum deducentibus. 88) Verum omnium verosimillima eorum opinio, qui a vocibus, *Bærden*, quod Germanis frugiferum & planum audit agrum & *lang*, quod amplum significat, eos ita dictos fuisse autumant, 89) quasi amplos & frugiferos agros possidentes. Populus erat Cisalbinus, 90) a Lüneburgis per veterem Marchiam ad Magdeburgenses vsque porrectus, quod vrbs Bardewic, ex cuius ruinis Lüneburgum creuit, & Bardungau vicina regio, vel adhuc hodie indicat. 91) Ex his terris a Tiberio, sub auspiciis Augusti, bello fracti in vlteriorem ripam concessere, 92) vbi plurimis & valentissimis nationibus cincti, non per obsequium, sed præliis & periclitando erant tuti 93) Vicinos namque a meridie ad confluentem Salæ Semnones habuere, 94) ad occasum Cheruscos, a septentrione Hauela, Rinus & Fora flumina a Reudingis & Nuithonibus eos dirimebant, & ab ortu demum Burgundiones occurrebant; vt sic Marchiam Brandenburgicam, cognomento mediam, & Archi-episcopatus Magdeburgensis partem ad dextram Albis ripam accoluerint. 95) Falsa itaque, quæ de iis fabulatur P. Diaconus, 96) Scanziam inhabitasse, inde vero Theodosio imperante pergressos in Germaniam traiecisse. Nec fidem merentur, qui ex Lingonum Germanica, & Bardorum, Gallica natione, eos commixtos vnam gentem constituisse somniant. 97) Potius certum, eos sedibus patriis in Marchia & post ad Danubium relictis, Audoino Duce, Sec. VI. in Pannoniam migrasse, ibique victis Gepidis, validissima natione, terræ huius insedisse tractum, 98) donec precibus Narsetis, aut deliciis Italiæ inuitati, Alboini auspiciis, eodem Seculo, ipsam Italiam peterent, omnibusque ad Apenninos vsque occupatis, celebre Langobardorum regnum conderent, 99) cui ducentos post annos finem tandem fecit Carolus M. omni potestate & iuribus regni in se & posteros suos translatis, 100)

§. XII. Post Langobardos Tacitus 1) meminit REVDIGNORVM, 2) AVIORVM, 3) ANGLO-

86) *lib. II. c.* 11. *Geogr.*

87) *lib. VII. Geograph. p.* 290.

88) *Conf.* HARTKNOCH *in Diss. de orig. Pomer.* §. 5.

89) *Illustr.* LEIBNITIVS *in not.* (*u*) *ad Tacit. p.* 13. *c. l.* SCHLOPKEN *in Beschr. der Stadt und des Stiffts Bardewic P. I. c.* 3. §. 18. - 24. & §. 27.

90) PTOLOMAEVS *lib. II. c.* 11. *c. l.* STRABO *lib. VII. Geogr. p.* 290. μέγιστον μὲν τὸ τῶν Σουήβων ἔθνος, διήκει γὰρ ἀπὸ τοῦ Ῥήνου μέχρι τοῦ Ἄλβιος, μᾶλλον δὲ τι αὐτοῦ καὶ πέραν τοῦ Ἄλβιος· οἰκοῦσι δὲ Ἐμήνιόν τε καὶ Λαγγοβαρδοὺς καὶ τοὺς ἑξῆς μέχρι τῶν πρωτέων ἤδη τῶν ὑπερβορείων φύντων. i. e. *maxima est Suevorum natio, nam & a Rheno ad Albim vsque pertingit, & trans Albim habitat pars eorum, vt Hermunduri & Langobardi; atque nunc quidem hi fuga facta omnino in vlteriorem regionem se coniecerunt.*

91) *Il.* LEIBNITIVS *c. l.* MEIBOMIVS *in not. ad Hist. Bardewici Tom. III. Rer. Ger. p.* 78. vbi vestigia Langobardorum in tractibus *Holtzwarde & Hohenwarde*, & in pagis *Bardeleben, Ekenbardeleben, Bardenbeke &c.* in Ducatu Magdeburgico sitis, adhuc hodie superesse, & a dicto *Bærden*, quam vocem terram culmi aptam pag. præced. 56. interpretatus fuerat, nomen eos adeptos fuisse tradit. adde cl. ECCARDVM in program. de antiquiss. stat. Helmstad. & SCHLOPKEN *cit. loc.* §. 24. - 26.

92) STRABO *c. l.* cui iunge SVETONIVM in Augusto, *c.* 21. vbi: *coercuit & Dacorum incursiones, Germanos vltra Albim summouit*; & VELLEIVM lib. II. *c.* 106. *fracti Longobardi, gens Germana feritate feruidor.*

93) TACIT. *c. XL.* §. *I. de M. G.*

94) B. CELLARIVS tamen in tab. Geogr. Germ. antiqu. Langobardis a meridie Spream amnem assignat, vid. ipsius *not. orb. antiqu. lib. II. c.* 5. quod conuenit cum iis, quæ de finibus Semnonum tradit. ill. LEIBNITIVS *c. l.* fuisse autem Langobardos conterminos Semnonibus, colligi licet ex TACITO *c. l. de M. G. & lib. II. Annal. c.* 45. *l.*

95) CLVVERIVS *lib. III. c.* 26. *p.* 102. *Germ. antiqu.*

96) *lib. I. c.* 2. *de gest. Longob.* quem sequitur GROTIVS *in prolegom. ad Hist. Goth. p.* 26. neque hunc Strabonis, Taciti & Ptolomæi testimonia ab hac semel concepta opinione auocare possunt, quia potius eos cum Paulo ita conciliare studeat, vt Tacito & reliquis sub Langohardorum nomine non nisi agmen hominum promiscuis barbis incedentium venisse, & eam ob causam, propter nouitatem rei, ita appellatum fuisse putet. Sed nego Tacitum cum Ptolomæo & Strabone per Langobardos eiusmodi viros intellexisse. Certe omnes linguæ Germanicæ erant igitari, & sic tale nomen eis imponere haud potuerunt; nec ex sua lingua vernacula id componisse verosimile, vox enim Langobardorum cum Græco nullam plane habet connexionem; nec ex latino defumta, quod tunc non Langobardos, sed longas barbas eos appellassent: vt taceam fabulosa esse, nec inuicem cohærere, quæ de aduentu gentis in nostram Germaniam, IORNANDES sæpe laudatus & P. DIACONVS, ipse Langobardus, referunt. Hic enim *lib. I. c.* 3. Ibore & Aione, fratribus & Ducibus, ingenti exercitu post N. C. ex Scanzia egressos in Germaniam Cis-halthianam venisse, ibique consedisse tradit; ille vero c. 12. facto diffidio ex Gepidis eos ortos, & hos rursus a Gothis descendisse, idcoque Gepidos appellatos fuisse fabulatur, quod cum Gothi ante Troiana tempora ex Scanzia tribus nauibus exiissent, pars horum, tertiæ naui imposita, tardius aduenerit, & dissociato postea a cæteris gentilibus consilio, Vistulæ amnis insederit insulam. vide etiam *infr.* §. *XIX.*

97) *c.* STEPHANVS *in dictionar. hist. Geogr.* voce Langobardi *p.* 1215.

98) PROCOPIVS *lib. IV. hist. Goth. p.* 462. *edit. Grotii.* P. DIACONVS *lib. I. c.* 22. *de gest. Langob.*

99) Idem DIACONVS *lib. II. c.* 5. *seqq.*

100) EGINHARDVS in vita Caroli M. *c.* 6. MONACHVS EGOLISMENSIS ad An. 774.

1) *C. XL. §. 2. de M. G.*

2) CLVVERIVS *lib. III. c.* 27. *pag.* 105. *c. l.* legit Reudingi, quod hæc scriptio Germanorum vtitatissimæ terminationi in ing magis conformis.

3) Hic rursus legit CLVVERIVS *c. l.* Cauiones, inductus MAMERTINI Genethliaco II. Maximiano Augusto inscripto *c.* VII. vbi: *hic gens Cauionum Erulorumque deleta transrhenana victoria.*

Et in

ANGLORVM, 4) VARINORVM, 5) EVDOSVM, SVARDONVM 6) & NVITHONVM. Hi fluminibus aut ſiluis muniebantur, nec quicquam notabile in ſingulis, niſi quod in commune Hertham, id eſt, terram matrem, coluerunt, 7) indicio procul dubio arctiſſimæ inter eos contractæ ſocietatis, qua paruæ hæ & per ſe inualidæ nationes in vniuerſum collectæ contra omnes valuere. Certas ſedes vix eis aſſignat Tacitus, 8) niſi quod in ſecretiora Germaniæ eos porrectos & in inſula oceani feſtiuo quodam die numini ſuo dicato conueniſſe affirmet; vnde eos a mari haud longe diſſitos fuiſſe conſtat. Et Ptolomæus 9) Varinorum tantum & Anglorum meminit, quorum hos a ſeptentrione ad medium vsque Albis protenſos Semnonum finitimos facit, illos vero a Chaluſo, qui hodie Traua dicitur, ad Sueuum vsque habitaſſe tradit, quinam vero reliquorum termini, nec hic, nec alii veterum indicant. Inde nec B. Cellarius 10) eos definire audet, & Anglis Varinisque exceptis ſe Auionum, Suardonum, Eudoſum & Nuithonum ſedes ignorare confitetur illuſtris Leibnitius. 11) Has tamen difficultates, coniecturis indulgendo, ſpernere videtur Cluuerius, 12) Reudingis enim in Marchia Brandeburgenſi, vbi oppida Hauelberg, Ruppin & Pruzwalck; Auionibus in eiusdem Marchiæ, qua oppidum Dalmin, Dannebergenſis itidem comitatus & Megapolitani Ducatus portione; Varinis in Ducatus Mecklenburgenſis parte, vbi Roſtock & Guſtrou vrbes, Pomeraniæ itidem, inter amnes Reconitium & Baritium tractu; Eudoſibus vero in Pomeraniæ citerioris parte, ad inſulam vsque Vſedom, in mari poſitam, ſedes tribuit; quibus ſubiungit Suardones, Pomeraniæ regionem, qua oppida Stettin, Paſewalck, Vckermünde & Vſedom, Megapolitani etiam Ducatus portionem, inter Tullium lacum & flumen Hauelam ſitam, inhabitantes, Nuithones tandem in Marchiæ & Ducatus Pomeraniæ, Megapolitanique partibus, vbi oppida Prenzlau, Templin, Tangermünde, Nye, Förſtenee & Garz, collocat. Anglos vero Lüneburgenſis Ducatus partem, dextræ Albis ripæ affixam, Megapolitani itidem occidentalem inſediſſe autumat. Sed coniecturæ ſunt, certis indiciis deſtitutæ, quas approbare vel improbare non eſt animus: Hoc potius certum, omnes has nationes, more veterum Germanorum, antiquas ſedes circa Sueuicum mare, nouis permutaſſe. De Varinis enim conſtat, eos tranſito Albi haud procul a Rheno incoluiſſe, 13) vbi victi a Francis, Childeberti minoris auſpiciis, Francico regno acceſſere. 14) Eandem ſortem iam antea, Maximiano imperante, experti erant Auiones, 15) & Angli quoque, relictis patriis ſedibus, aut motu proprio, aut ab aliis pulſi, in illam Cherſoneſus Cimbricæ regionem inter Sleswigum & Flensburgum conceſſere, 16) quæ adhuc hodie Angelen, vel Anglen vocatur; ibi perpetui Saxonum in bellis ſocii, vna cum eis Sec. V. in Britanniam migrarunt, 17) quo condito nouo regno, nomen eorum vel adhuc hodie celebratur. Nuithones porro vna cum Burgundionibus in Galliam migraſſe, & prouinciæ, quæ adhuc hodie Vchtlandia apud Heluetios dicitur, nomen dediſſe, author eſt B. Rhenanus, 18) ſed vanam hanc eſſe coniecturam, ab aliquali tantum vtriusque nominis conuenientia deſumtam, quilibet facile videt. Maiorem potius veritatis ſpeciem habent tradita Cluuerii, 19) ſcilicet Reudingorum vocabulum ab imperitis Librariis corruptum in Deuringorum i. e. Thuringorum mutandum. Certe enim Reudingorum

Et in Panegyrico eidem dicto c. 5. Chaibones, qui iidem cum Cauionibus, Erulis coniungit, tanquam virtibus primos barbaros, locis vltimos. Cluuerio adſtipulatur ill. LEIBNITIVS ad *Tacit. mor.* (u.) *pag.* 13.

4) PTOLOMAEO *lib. II. c.* 11. *e. l.* dicuntur Ἀγγιλοὶ, PROCOPIO vero *lib. IV. c.* 20. de bello Gothico Ἀγγίλοι.

5) Varini etiam PLINIO noti, qui eos partem Vindilorum facit. *lib. IV. c.* 13. *H. N.* PTOLOMAEO *l. II. c.* 11. audiunt Οὐιρῖνοι & Φαρόδινοι. AETHICVS *pag.* 39. *edit.* Gronouii, corrupte eos vocat Varros, PROCOPIVS *lib. IV. c.* 2. *c. l.* eos Οὐάρνους. CASSIODORVS vero Ill. var. 3. Guarnos appellat. Veteres leges Germanorum reddunt Werinos vid. ill. LEIBNITIVS *pag.* 81. *Tom. I. Script. rer. Brunſuic.*

6) Ita dictos fuiſſe a Germanica voce *Sward, Schward, Schwerd*, i. e. gladius, putat IVNCKER *in ſeiner Einl. zur Geogr. Mittl. Zeiten pag.* 115. *P. II. c. l.* aſt CONRINGIO *in not. ad Tacit. p. m.* 51. Suartones & Vithones populari lingua, *Schwarten und Witten*, Nigri & Albi audiunt.

7) *C. XL.* §. 3. *c. l.*

8) *C. XL.* §. 4. *c. l.*

9) *lib. II. c.* 11.

10) *In not. orb. antiqu. lib. II. c.* 5. *pag.* 478.

11) *Ad Tacit. not.* (u.) *c. l. pag.* 13.

12) *lib. III. c.* 27. *p.* 104. *Germ. antiqu.* eique quoad Eudoſes, Suardones, Varinos & Nuithones conſentit HARTKNOCH *Diſſ. de orig. Pomer.* §. 5.

13) PROCOPIVS *lib. IV. c.* 20. *e. l.*

14) FREDEGARIVS *in Chron. ad An.* 595.

15) MAMERTINVS in genethliaco c. l.

16) BEDA lib. I. hiſt. Eccleſ. c. 13. *adauenerunt autem de tribus Germaniæ populis fortioribus, i. e. Saxonibus, Anglis, Vitis --- porro de Anglis, h. e. de illa patria, quæ Anglia dicitur, & ab eo tempore vsque hodie manere deſertus inter prouincias Vitarum & Saxonum perhibetur, orientales Angli, Mediterranei Angli.* ETHELVVERDVS SAXO: *Anglia vetus ſita eſt inter Saxones & Giotos, habens oppidum capitale, quod Sermone Saxonico Slesvvic, ſecundum vero Danos Haithby.*

17) BEDA l. c. *anno ab incarnatione Domini quadringenteſimo nono -- Anglorum ſiue Saxonum gens inuitata a Rege præfato (Vortigerio) in Britanniam tribus longis nauibus aduehitur, & in orientali parte inſulæ, inbente eodem rege, locum manendi, quaſi pro patria pugnatura, re autem vera hanc expugnatura, ſuſcepit.*

18) *lib. III. Rer Germ. p.* 134. & *lib. I. p.* 55. ſed vid. NIC. VIGNIERIVM *in Chron. Burgund. pag.* 9.

19) *Cit. lot.* conf. ill. LEIBNITIVM *ad Procop. de bello Goth. not.* (a.) *Tom. I. Script. rer. Brunſuic. pag.* 51.

gorum post Tacitum nemo veterum memigit, & cum hi ab eodem Anglis Varinisque iungantur, qui postea in veterum Germanorum legibus 20) cognatis Thuringis populis intermixti expresse leguntur, vero admodum vicinum est, Reudingos Tacito eosdem esse, qui postea Thuringi dicti fuere; ad minimum Varinorum reliquias partem Thuringorum constituisse, dicta Legum inscriptio docet, qua cum si iungas, quæ Procopius de Varinis, Wittichindus vero de Thuringis, littora maris olim accolentibus, refert, res paulo erit euidentior. 21)

§. XIII. A Septentrione iam ad partes Sueuiæ meridionales progreditur Tacitus, populos Danubii ripam insidentes recensendo. Initium ab HERMVNDVRIS facit, quos ob incorruptam erga Romanos fidem 22) laudare haud neglexit. Proximi erant splendidissimæ Rhætiarum coloniæ, dulcissimæ nempe patriæ, vbi commercia cum Romanis exercebant, & ab ortu Albis eorum a Semnonibus terminabat fines, 23) a quo ad Salam vsque & Salinarios fontes protendebantur, quorum ratione perpetuum ipsis cum Cattorum gente negotium. 24) Comprehendebat itaque hic tractus, quem inhabitabant, Anhaltini principatus partem, Ducatusque Saxonici, Misniam fere totam, Voigtlandiam, Gobergensis principatus particulam, Brandeburgicæ ditionis oppida Franconica Barreut, Culmbach & Cronach, Franconiæ partem ad læuam Mœni ripam, Palatinatus superioris portionem, Sueuiæ denique tractum, qua oppida Nördlingen & Dünckelspühl. 25) Dicuntur autem Hermunduri, vt quidam 26) volunt, quasi *die Erdmænner*, quod Hermionum Germanorum, *der Erd- oder Mittelander*, qui mediterranea Germaniæ inhabitarunt, progenies; vel vt alias 27) placet, *die Wassermænner*, qui circa flumen habitant, Herniones ripenses, quod Albim, vti falso putant, circumsederint. Sed omnium verosimillima eorum 28) opinio, qui eos *die Heermænner*, a laude & fortitudine militari, qua reliquis Germanis haud erant inferiores, ita dictos fuisse coniiciunt, vltimis tamen Syllabis, Romano more, in *Mander* vel *Munder* corruptis: Hoc enim & genio linguæ & consuetudini Germanorum, desumta sibi a virtute militari imponendi nomina, quam optime conuenire, certissimum est.

§. XIV. Medii inter Hermunduros & Marcomannos erant NARISCI, 29) vna cum iis Danubii ripam incolentes, ab Ingolstadio vrbe ad confluentem vsque Oeni, vbi hodie Palatinatus superior & Landgrauiatus Leuchtenbergensis, 30) ita tamen, vt hisce terris alii 31) addant Voigtlandiæ partem, similitudine nominis, quo incolæ Varisci adhuc hodie dicuntur, inducti. Secabantur transuerse a Nabo fluuio, vnde etiam gentis

20) Vid. inscriptio L. Angliorum & Werinorum apud ill. LEIBNITVM c. l. p. 82. vbi: *incipit Lex Angliorum & Werinorum h. e. Thuringorum.* Conf. etiam HACHENBERG in *Germ. med. Diss. III.* §. 11.

21) Conf. ill. LEIBNITIVM *c. l. pag.* 82. & *pag.* 51. vbi duo fuisse regna Thuringorum putat, vnum Werinorum, i. e. maritimorum, alterum mediterraneorum, quod Franci victo Herminfredo subiugarunt.

22) TACIT. c. XL. §. 1. 2. de M. G. *propior (vt quo modo paulo ante Rhenum, sic nunc Danubium sequar) Hermunduorum ciuitas, fida Romanis, eoque solis Germanorum non in ripa commercium, sed penitus atque in splendidissima Rhætiæ provinciæ colonia.*

23) VELLEIVS lib. II. c. 106. Histor. *a Rheno vsque ad flumen Albim, qui Semnonum, Hermunduronumque fines præterfluit, Romanus cum signis perduxit exercitus.* STRABO quidem trans Albim Hermunduros consedisse tradit *lib. VII. Georg. p.* 290. Verum maior fides habenda citato Velleio, ipsius coæuo, qui Tiberio Duce in Germania militauit, eosque coram adiit. Neque obstant verba TACITI §. 3. c. l. *in Hermunduris Albis oritur flumen inclitum & olim notum:* Egræ enim Albisque fontes, antequam miscentur parum differentes, confundere cum, iam diu obseruarunt CLVVERIVS *lib. III. c.* 28. *pag.* 109. *c. l.* B. CELLARIVS *lib. II. c.* 5. *pag.* 484. *c. l.* & ill. LEIBNITIVS *not.* (x). *ad Tacit. c. l.*

24) TACITVS lib. 13. Annal c. 57. §. 3. *eadem æstate inter Hermunduros Cattosque certatum magno prælio, dum flumen gignendo sale fecundum & conterminum vi trahunt.* Hos autem Salinatios fontes eosdem esse, qui adhuc hodie Halæ Saxonum florent, constans Scriptorum traditio est. Vid. B. CELLARIVS *lib. II. c.* 5. *p.* 484. *c. l.* HERTIVS *in not. vet. Germ.* populorum *P. II. c.* 2. §. 19. & qui nuperrime Schediasma *vom Alterthum der Stadt Halle* publicauit Excell. I. P. GVNDLINGIVS §. *IV.*

25) Has sedes eis tribuit CLVVERIVS *c. l.* B. CELLARIVS *c. l.* & qui hunc sequitur B. IVNCKERVS *P. I. c.* 1. *p.* 99. *c. l.* Dissentit vero KIRCHMAIERVS in *not. ad Tacit. c.* 41. *p.* 411. Misniæ, Thuringiæ & Bohemiæ augustis partibus eos includens.

26) Vid. GOLDASTVS *de reg. Bohem. p.* 29.

27) HAGECIVS in procem. Chron. Bohem. GOLDAST. *c. l.* vbi insimul ex CAMBDENI descript. Britan. probare contendit, Dur veteribus Germanis dictam fuisse aquam, & Hermunduros ante Boiorum aduentum Boiohemum inhabitasse.

28) KIRCHMAIER *p.* 413. *c. l.* & ill. LEIBNIT. *ad Tacit. not.* (d.) *c. l.* vbi in super docet, vnice eos Hermionum, qui genus Germanorum, generale nomen retinuisse; hoc enim & Hermunduros vnam esse vocem, nunc latius, nunc augustius, sumtam, vtramque *Heermanner* denotare, & ab hac voce Hermionum, Hermundurorum, vel Heermannorum vocabulum quoque Germani descendere, litteris initialibus G. & H. saltim mutatis.

29) TACIT. c. XLII. de M. G. *iuxta Hermunduros Narisci -- eaque velut Germaniæ frons est, quatenus Danubio pergitur* vid. etiam CAPITOLINVS in vita M. Antonini c. 22. & infra Sudetes montes (qui in Thuringia exsurgentes, effusis Visurgi, Sala, Mœno, Egra ac Nauo amnibus, Bohemiæ latus occidentale cingunt ad Danubium) eos habitasse tradit PTOLOMAEVS *lib. II. c.* 11. *Geogr.*

30) CLVVERIVS *c. l. lib. III. c.* 29. *p.* 113.

31) IVNCKER *P. II. c.* 1. *pag.* 108. *c. l.* KIRCHMAIER *p.* 417. *c. l.*

32) *pag.*

tis nomen deriuare ſubit Cluuerius, 32) quaſi dicti accolæ Nabi, *thi Nabiſchen*, & a Romanis corrupto ore Nariſci, *thi Nariſche*; quod tamen non concedit Auentinus, 33) a Regione potius, quæ *Nordweg* & *Nordge*, vel contracte a vulgo *Narca* nuncupari ſolet, eos ita dictos fuiſſe augurans. Clarum hoc gentis nomen poſt tempora M. Antonini plane euanuit, & Armalauſii vel Armolai hiſce in locis in tabulis itinerariis occurrunt; inde hos eosdem eſſe cum Nariſcis coniicit ſæpe laudatus Cluuerius. 34)

§. XV. Nariſcis vicini erant MARCOMANNI. 35). Horum nomen varie a variis deriuatur: alii enim a flumine Morauiæ Marca, 36) alii a voce Celtica Mar, 37) quæ equum ſignificat, rurſus alii a Germanico vocabulo Marc, 38) quod limitem audit, alii denique a vocula Marco, 39) i. e. malleo, quaſi ſcilicet viri eſſent, qui virtute ſua bellica omnia mallei inſtar contunderent, eos ita dictos fuiſſe coniiciunt; quibus poſteriores ibus vel ideo ſubſcribere placet, quod fortitudo eorum incomparabilis vbique celebrata, nec veteribus infrequens erat, deſumta ab ea imponere ſibi nomina, quod vel ipſum Hermundurorum Celticum & Francicum quam luculentiſſime teſtantur. Quemadmodum vero de origine nominis non eadem omnium opinio, ita nec de antiqua patria, quam ſcilicet gens illa, ante expeditionem Bohemicam inhabitauit, inter omnes conuenit, alii enim Transmarcanum tractum, qui hodie Morauia dicitur, eos inſediſſe, indeque Boiohemum imigraſſe tradunt; 40) alii contra, numero potiores, & quidem haud incongrue, ex tractu Mœnum, Rhenum & Danubium inter progreſſus in incinctos Hercyniæ campos irruptionem feciſſe ibique concediſſe contendunt. 41) Et certe accolas Rheni fuiſſe Marcomannos vel exinde ſuſpicari licet, quod Sequanis aliquando contra Aeduos auxilio venere in Galliam. 42) Illi enim procul dubio non remotiſſimos Germaniæ populos, ab extremis eius angulis, ſed proximos & finitimos, vt vel Tribocci, Nemetes & Vangiones, 43) eorum quoque in hoc bello, Arioviſto Duce, ſocii, teſtantur, euocarunt. Neque auxiliares tantum eorum copias, vt diſſentientes volunt, numero pauciores, tota pene Germania peruagata & emenſis Boiorum, Nariſcorum, Hermundurorum aliarumque validiſſimarum nationum finibus, hanc expeditionem in gratiam Sequanorum ſuſcepiſſe, facile mihi perſuaderi patior; qui enim ipſi inſatiabili cupiditate Galliæ agris ſemper inhiabant, proximi Germaniæ populi, agminibus a Marcomannis longe diſſitis eruiſſis tranſitum ad eos per terras ſuas procul dubio haud permiſiſſent, ipſimet ſibi proximi. Collocandi itaque omnino circa Rheni ripas, in illo ſorte terræ tractu, quem Heluetii olim poſſederant, 44) vnde poſtea Maraboduo Duce, ſociis HARVDIBVS & SEDVSIIS 45) egreſſi, Auguſto imperante, in Boiohemum 46) conceſſerunt, pulſisque Boiis, priſcis incolis, nouum ibi condidere regnum, quod ad finem vsque fec. V. non ſine exitiabili Romani imperii detrimento, mira felicitate, conſeruarunt, ceu ex infra dicendis vberius patebit.

§. XVI.

32) *pag.* 113. *c. l.* IVNCKER *c. l.*

33) *lib. I. Annal. Baior. c. II. n.* 1. *pag.* 3.

34) *pag.* 114. *c. l.*

35) TACITVS c. XLII. §. 1. de M. G. *iuxta Hermunduros Nariſci, ac deinde Marcomanni & Quadi agunt; præcipua Marcomannorum gloria virisque atque ipſa etiam ſedes, pulſis olim Boiis, virtute parta.*

36) Ill. LEIBNITIVS not. (y.) ad Tacit. c. 14. c. l.

37) Quaſi præcellentes equitatu vid. ANDR. ALCIATVS *lib. I. parergar. iurid. c.* 27. ſed plus penes peditem roboris eſſe credebant veteres Sueui TACITVS *c. VI.* §. 6. *c. l.*

38) Quaſi eſſent homines limitanei *Grentzmænner* & *Marckmænner*, quibus defenſio finium contra irruptiones hoſtium concredita. ALTHAMERVS ad Tacit. apud SCHARDIVM *Tom. I. Script. rer. Germ. pag.* 16. LATZIVS *de migrat. gent. lib. VIII. pag.* 503. & *p.* 362. CRVSIVS *Annal. Sueu. P. I. lib. III. c.* 3. KIRCHMAIERVS *pag.* 418. *c. l.* IVNCKER *P. II. c. I. pag.* 102. *c. l.* ſed & aliæ gentes præter Marcomannos in limitibus Germaniæ erant conſtitutæ.

39) GOLDASTVS *de reg. Bohem. lib. I. c.* 5. *pag.* 41. Sic Carolus Pipini I. filius eadem ratione dictus fuit Marcellus ſiue Martellus MEVRSIVS in gloſſ. voce *μάχη*, BALBVS in Catholic. verbo Marcus & Marcellus. Et hinc etiam Marcellator, qui & Malleator, i. e. percuſſor.

40) Ill. LEIBNITIVS *c. l.*

41) CLVVERIVS *lib. III. c. p.* 5. & *c.* 30. *p.* 117. *c. l.* CELLARIVS *lib. II. c.* 5. *p.* 482. *c. l.* ZEILERVS *in præfat. ad Chron. Sueu.*

42) Hiſtoriam integram habet CAESAR *lib. I. de B. G.* vbi imprimis vide *c.* 51.

43) Egregie hoc præter alios demonſtrat CLVVERIVS *lib. II. c. X. p.* 35. *c. l.*

44) TACITVS c. 28. §. 3. c. l. *igitur inter Hercyniam ſiluam Rhenumque & Mœnum Heluetii.* adde CLVVERIVM *lib. III. c.* 3. *c. l.*

45) Harudes & Seduſios vna cum Marcomannis in Boiohemum traduxiſſe Marabodum, vel ideo credibile, quod poſtea eorum nomen plane incognitum & STRABO *lib. VII. p.* 290. tradit, eum & alias plures gentes, præter gentiles ſuos Marcomannos, in Boiohemum tranſtuliſſe; quod de Harudibus & Seduſiis quoque intelligunt CLVVERIVS & CELLARIVS *c. l.* accedit, quod Marcomannorum ſocii in expeditione Gallica, Arioviſti auſpiciis, fuere, quod cum in Boiohemum mouerent iidem, facere procul dubio haud omiſerunt.

46) VELLEIVS lib. II. c. 108. *nihilque erat in Germania, quod vinci poſſet, præter gentem Marcomannorum, que Marabodvo Duce exita ſedibus atque in interiora refugiens, incinctos Hercynie ſiluæ campos incolebat.* Conf. eundem *c.* 109. STRABONEM *c. l.* TACITVM *Annal. II. c.* 45. §. 5. *it. c. XXVIII.* §. 4. & *c. XLII.* §. 1. de M. G. Boheniæ addit CLVVERIVS *c. l.* Auſtriæ inferioris partem, a loco Hatſinercella, VIII. millibus paſſuum ſupra Paſſauium ſito, ad oppidum vsque Greim, quia TACITVS *c. l. c.* 42. §. 2. Danubii ripam eos accoluiſſe tradit. Conſentit LATZIVS *lib. VIII. p.* 503. *de migrat. gent.*

§. XVI. QVADI Germanorum verſus orientem extremi, 47) perpetui fere Marcomannorum in bellis erant ſocii, & in corruptis codicibus nunc Qualli, Squalli & Squadi dicuntur, qui omnibus infeſti, moleſti, & aliorum, maxime hoſtium, praui vexatores & oppreſſores, *die böſen unverſchmliche Schwaben.* 48) Hiſce in Sileſia communiter aſſignant ſedes, 49) aſt male, vt egregie demonſtrat Cluuerius, 50) accolas enim Danubii eos fuiſſe & Marcomannos inter Getasque Dacas, ſub Hercynio ſaltu, ad Marum vsque amnem incoluiſſe, conſtans veterum traditio eſt; 51) inde merito fines eorum a ſæpe laudato Cluuerio 52) Danubio, Cluna amne, montibus Bohemicis & Maro, ſeu Moraua flumine, circumſcribuntur, qui tractus hodie omnem fere Moraſiam & Auſtriæ inferioris haud exiguam portionem continet. Neque tamen hi fines perpetui, ſed mirum in modum, orientem verſus, protracti. Vnita enim cum Quadorum gente Sueuorum illa manu, quam Maraboduum & Catualdam, fugitiuos Reges, comitantem Romani intra Cuſum Marumque amnes collocauerant, 53) mox dictus fluuius Cuſus, ſiue Waga, limes erat Quadorum regni; & nec illo tractu bellicoſam hanc nationem amplius capiente, iam ad Granuam 54) vsque flumen hi termini extendebantur; vt ſic florentibus ſuis rebus, præter iam dictas Moraſiæ & Auſtriæ inferioris prouincias, non exiguam quoque Sarmatiæ, vel Hungariæ ſuperioris partem poſſederint, quam feliciter Quanſtad & Quahou oppida, antiquiſſima gentis habitacula, vel adhuc hodie ornare dicuntur. 55)

§. XVII. MARSIGNOS, GOTHINOS, OSOS, BVRIOS terga Marcomannorum Quadorumque clauſiſſe annotat porro Tacitus. 56) Omnes hi populi pauca campeſtrium, ceterum ſaltus & vertices montium iugumque inſederunt. 57) Et Gothinos quidem Oſoſque Iazigibus Sarmatis & Quadis vicinos facit Cluuerius, 58) quod vtraque gens tanquam alienigenis tributa eis impoſuerit, 59) Gothinos tamen ad Danubium magis extenſos fuiſſe, vel ideo credit, quod ferrum effodiſſe dicantur, quod non alibi in ea regione inuenitur, niſi in Sarmaticis montibus, inter Mari Teiæque confluentem, ad oppidum *Twardoszyn.* Habitarunt itaque ſecundum eum Gothini Moraſiæ, Poloniæ & Sileſiæ portiunculam in confinio. Oſos vero Gothinis ſeptentrionaliores reddit, ad vtramque Viadri ripam ſatis late colentes, qui tractus hodie Sileſiæ & Poloniæ partem comprehendit. 60) Gothinos non pauci Boiorum reliquias fuiſſe credunt, quod Gallico ſermone vterentur, ſicut & Oſos Pannonica lingua coarguebat, non eſſe Germanos. 61) Marſingi 62) contra & Burii 63) ore cultuque Sueuos referebant, 64) & illi quidem hanc Sileſiæ partem, vbi Vratislauia vrbs, nec non Comitatus Glacenſis, hi vero eiusdem Ducatus trans Viadrum partem, vbi Dynaſtia Trachenberg, cum vicina Poloniæ portiuncula, inhabitaſſe dicuntur. 65)

§. XVIII.

47) TACITVS *c. XLII. §. 1. de M. G.* cui iunge ARRIANVM *lib. I. in vita Alexandri M.*

48) GOLDASTVS *lib. I. c. 12. p. 82. de reg. Boh.* adde GROTIVM *in prolegom. ad Hiſtor. Goth.* cui dicuntur inhumani in hoſpites.

49) Magno numero eos recenſet GOLDASTVS *lib. I. c. 14. pag. 91. c. l.*

50) *Lib. III. c. 31. p. 218. c. l.*

51) TACITVS *c. l.* STRABO *lib. VII. Geogr. p. 290.* Πλὴν τὰ γε περὶ Σκύθας ὀλιγάνθρωπα, τὰ μὲν ἐντὸς ἄκρα, τὰ δὲ ἐκτὸς τῆ ἐρήμῃ, ὑπερκειμένη τοῖς Γέταις. i. e. *Enim vero, Sueuorum, vt ante dixi, alii in ſylua* (Hercynia) *habitabant, alii extra, Getis finitimi*; vbi ſub finitimis intelligit Quados CLVVERIVS *c. l.* nam PTOLOMAEVS *lib. II. c. 11.* inquit: Ὑπὸ δὲ τοὺς Σηδόσιους ἔρημοι Κοσσῖνοι ὄρη, ἐν τὰ ἀνδρομήσια, καὶ ἡ Λυγίων ὕλη. i. e. *ſub Hercynio, ſaltu Quadi, ſub quibus ferri effluuia ac luna ſylua.* adde PLINIVM *lib. IV. Hiſt. Nat. c. 12.* qui *ſuperiora autem*, ait, *inter Danubium & Hercynium ſaltum vsque ad Pannonica hyberna Carnunti, Germanorumque ibi confinium, campos & plana Iazyges Sarmatæ, montes vero & ſaltus, pulſi ab his Daci ad Pathiſſim amnem a Maro, ſiue is Dierna eſt, a Sueuis regnoque Vannianno diriments eos* conf. TACITVM *II. Annal. 63. 7.*

52) Conſentit eidem LAMBECIVS *Tom. I. commentar. Bibloth. Vindobon. p. 87. & Tom. II. pag. 11.* CELLARIVS *lib. II. c. 5. pag. 486. c. l.* Moraſiam autem eos tantum inhabitaſſe tradit GOLDAST *lib. I. c. 12. p. 82. c. l.*

53) TACIT. *lib. II. Annal. c. 63. §. 7.* conf. CLVVERIVS *lib. III. c. 31. c. l.* vbi Marum & Cuſum amnes Moraſam & Wagam interpretatur, licet STEPHANO ZAMOSIO *in Analectis lapidum veter. in Dacia p. 11.* & B. RHENANO *lib. I. pag. 26.* Daciæ flumina, illi Marus & Tiſſus, huic vero Mariſus & Chryſa audiant.

54) Teſtatur hoc M. ANTONINVS Imper. teſtis huius rei oculatis, qui cruentiſſima cum Quadis in hac regione geſſit bella *lib. I.* ſuæ vitæ, vbi: τὰ ἐν Κουάδοις πρὸς τῷ Γρανόᾳ i. e. *hæc in Quadis ad Granuam.*

55) LATZIVS *lib. VIII. p. 503. de migr. gent.*

56) *De M. G. c. XLIII. §. 1.*

57) Idem *c. l. §. 3.*

58) *Lib. III. c. 32. pag. 124. c. l.*

59) TACITVS *c. l. §. 2.* vbi ſimul indicat, Gothinos, quo magis pudeat, ferrum effodiſſe.

60) Vbi Oppeln, Ratibor, Troppa & Poloniæ oppida *Dlugoszyn, Mszyglod, Olszyn* &c. CLVVERIVS *c. l.* ſed ad dextram tantum Viadri ripam eos ponit B. CELLARIVS *lib. II. c. 5. in notis. orb. antiqu.* vbi vide tabulam.

61) TACITVS *c. l. §. 2.*

62) Rectius hic legit CLVVERIVS *c. l.* Marſingi, quod melius hoc conuenit Germanicæ terminationi in ing. PTOLOMAEO *lib. II. c. 11.* dicuntur Μαιδίγγοι. & apud AETHICVM *pag. 39.* edit. Gronouii vitiato vocabulo legi Marnianos putat CLVVERIVS *c. l.*

63) PTOLOMAEO *lib. II. c. 11.* dicuntur Βοῖοι, ſed male eos inter Lygios, quos Λυγίους vocat, refert. Buros habet CAPITOLINVS *in vita M. Antonini c. 22.* ſed idem quoque falſo eos Sarmatis annumerat.

64) TACITVS *c. l. §. 1.*

65) CLVVERIVS *c. l.*

66) TA-

§. XVIII. Sueuiam dirimebat scindebatque continuum iugum montium, 66) Asciburgum a Ptolomæo appellatum, 67) & in confinio Silesiæ hodiernæ Poloniæque situm. 68) Vltra hoc plurimæ agebant gentes, ex quibus latissime patebat LYGIORVM 69) nomen, qui, vt quidam 70) volunt, a Germanica voce *Lugen*, *die Luger*, quod in limite Germaniæ positi Venedos obseruarent arcerentque, ne eum turbare possent, ita fuerunt dicti. Hos a Sueuis quidem distinguit Strabo; 71) ast turpi errore labitur, alias non raro summa imis in Germania miscens; Tacitus enim diserte eos Sueuis annumerat, cui vel ideo credere malo, quod omnia Germaniæ curatius perquisiuit, Strabo contra ipse fatetur, incognita sibi quæ trans Albim esse. Ingens erat natio & vis innumera, in plures tamen ciuitates diuisa, inter quas validissimæ gentes ARII, HELVECONAE, MANIMI, ELYSII & NAHARVALI. 72) Arii, quos falso Marcomannorum tribum facit Latzius, 73) a viribus laudantur & quod insitæ feritati arte ac tempore lenocinari calluerint. 74) De reliquis propemodum silent Historici, nisi quod Elysios, mutatis pristinis sedibus, Silesiam imigrasse huicque terræ nomen dedisse, aliqui recentiorum opinentur. 75) Omnes hi populi inter Asciburgum montem, vti dictum, & Vistulam amnem, habitarunt, 76) qui tractus hodie Polonis paret. Dacis vero a Traiano euersis, Lygios in horum loca successisse, commoraque omni barbarie Marcomannico bello, ad Euxinum progressos Danubium inter & Tanaim Gothorum regna condidisse, author est illustris Leibnitius. 77)

§. XIX. Trans Lygios GOTHONES regnabantur, 78) ad Sueuici maris littora, vt Pytheas 79) Græcus Scriptor refert, legentes succinum, vel vt Tacito, 80) longe recentiori, placet, infra Rugios Lemouiosque, oceani accolas, consedentes. Hinc Cluuerius 81) in sinistra Vistulæ ripa eos collocat, vbi hodie Pomerellia, ita tamen, vt antiquitus eos littora oceani insedisse, indeque vi aut motu proprio pulsos in interiora concessisse haud neget. Hos Gothones eosdem esse, cum illa Gente, quæ postea sub Gothorum nomine inclaruit, vel omnes consentiunt, 82) an vero origo gentis ex Scanzia, vel Germania petenda, inter eruditos non conuenit. Primum quidem Iornandes 83) Rauennatensium Episcopus, vel forsan etiam, qui ante eum Gothorum gesta consignarunt, & ad quos prouocat, Ablabius & Dexippus, statuunt, omnesque Gothos ex Scantzia, vagina illa gentium & officina nationum, repetunt; quos alii scriptores magno numero sequuntur. Ast fabulosa hæc esse, falsa, nec bene cohærentia, quæ Iornandes de origine Gothorum meminit, non pauci contra asserunt, 84) nec absque ratione. Quis enim ante Troiana, Herculeaque 85) tem-

66) TACITVS *c. XLIII. §. 3. de M. G.*

67) *Lib. II. c. 2. Geogr.*

68) CLVVERIVS *lib. III. c. 32. pag. 124.* CELLARIVS *lib. II. c. 5. pag. 461. c. l.*

69) Ita TACITVS *c. l.* PTOLOMAEO *lib. II. c. 11.* Λυγίοι, STRABONI vero *lib. VII. p. 290. c. l.* Λυκίοι audiunt, & Logionex ZOSIMI *lib. I. c. 67.* eosdem esse cum Lygiis docet CELLARIVS *c. l.*

70) KIRCHMAIER *ad Tacit. c. 43. p. 424.*

71) *Lib. VII. Geogr. p. 290. c. l.*

72) TACITVS *c. l. §. 4.*

73) *Lib. VIII. pag. 495. de migrat. gent.*

74) TACITVS *c. l. §. 6.*

75) GOLDASTVS *lib. I. c. 14. pag. 91. de regn. Bohem.* vbi eos ita dictos fuisse putat, quasi extra læsionem positi, loco & virtute ita muniti, vt inuicti & insuperabiles haberentur ab hostium incursionibus.

76) CLVVERIVS *c. l.* CELLARIVS *c. l.*

77) *Ad Tacit. not. (y) pag. 14. c. l.*

78) PLINIO *lib. IV. c. 14.* & *lib. XXXVII. c. 7.* H. N. Guthones, STRABONI *lib. VII. Geogr. p. 290.* Βίτονες, PTOLOMAEO vero *lib. II. c. 11.* Τεύθονες dicuntur, quasi *die Guten* KIRCHMAIER *pag. 428. c. l.* & ob summam in hospites lenitatem. GROTIVS *in prolegom. ad hist. Goth. pag. 14.*

79) Ad PLINIVM *lib. XXXVII. c. 11. c. l.* qui, PYTHEAS inquit, credidit, *Guttonibus Germaniæ gentibus accoli æstuarium oceani, Mentonomon nomine, spatio stadiorum sex millium; ab hoc diei nauigatione insulam abesse Abalum, illuc vero fluctibus aduehi, & esse concreti maris purgamentum, incolas pro ligno ad ignem vti eo, proximisque Teutonibus vendere. Hulc & Timæus credidit.* Adde PTOLOMAEVM *lib. II. c. 11.* qui penes Vistulam sub Venetis Gythones collocat, non longe a Burgundionibus & Varinis habitantes.

80) Cap. XLIII. *§. 7. de M. G. trans Lygios Gothones regnantur, paulo cum adiunctis, quam cæteræ Germanorum gentes, nondum tamen supra libertatem. Protinus deinde ab oceano Rugii & Lemouii.*

81) *Lib. III. c. 34. pag. 128. c. l.* eique adstipulatur CELLARIVS *lib. II. c. 5. p. 480. c. l.* HARTKNOCH *§. 5. c. l.*

82) GROTIVS *in prolegom. ad Hist. Gothic. pag. 13.* B. HERTIVS *not. veter. Germ. pop. P. II. c. 2. §. 13.*

83) c. IV. de reb. Getic. *ex hac igitur Scandza insula, quæ officina gentium, aut certe velut vagina nationum, cum rege suo, nomine Berig, Gothi quandam memoranntur egressi.* vide etiam *c. XVII.* eique præter plerosque Suecicos Scriptores, in gratiam Suecorum, adstipulatur GROTIVS *in prolegom. ad Hist. Goth. p. 14. &c.* quem tamen brauter, vt alios taceam, refutat MATTHAEVS PRAETORIVS *in orbis Gothici lib. I. c. 4. §. 13.*

84) CLVVERIVS *c. l.* qui in eo demonstrando totus est; cui iungendus HARTKNOCH *c. l. §. 7. & 8.* ANT. BONFINIVS *decad. I. lib. II. Rer. Hungar.* & imprimis CONRINGIVS *de antiqu. Helmstad. statu pag. 54.* vbi ex similibus oppidorum vicorumque nominibus priusquam Scandinauiam peterint in Cisbaltica Germania, imo in his ipsis terrarum tractibus, quibus Helmstadium & vicina ibi oppida dithonesque sita sint, Gothos olim consedisse probare annituntur: quod vtrimum tamen negat cl. ECCARDVS *in programmate de antiquissimo Helmstadii statu 1709. publicato*, in reliquis nobis consentiens.

85) Recensetenim IORNANDES *c. VII. & VIII.* ortas a Gothis Amazones, contra quas pugnauerat Hercules, quarumque regina Penthesilea in bello Traiano occubuisse dicitur. Sic etiam *c. IX.* Telephi regis eorum meminit, quem filium Herculis & Augis, Priami sororis, facit, & ex eo natum Eutypiphum, in eodem bello Troiano interfectum fuisse tradit. Vt taceam & reliqua, dum pleraque, quæ de Scy-

tempora Gothorum illas in Cisbalthianas oras annotauit migrationes, & vnde bis mille circiter post annos Iornandi, vel qui ante eum vixere, Ablabio & Dexippo, eæ innotescere potuere? Certe carmina, ad quæ prouocant, expeditiones tantum Pontum 86) versus susceptas referunt & tempora natiuitatem Saluatoris nostri subsecuta respiciunt, nec ex vnico veterum probari potest, Gothos antiquissimis temporibus Scanziam incoluisse insulam. Contra supra laudatus Pytheas Massiliensis, Scriptor fide dignus, & qui CCC. annis ante Christum natum floruit, Gothos non in Scanziam, ipsi haud incognitam, locat, sed Sueuici maris littora eos accoluisse, eo fidentius tradit, quod ipse septentrionalem Europam vniuersam perlustrauit, & curatiorem insuper huius rei notitiam a gentilibus suis habere potuit, quibus haud infrequens, nauibus 87) Oceani septentrionalis oras adire, indeque electrum petere. Ipse quoque Iornandes 88) negare haud potest, Gothos aliquando circa Vistulæ ostia egisse, & ex his oris, crescente indies multitudine gentis, eos demum in trans-Balthianas terras colonias quasdam misisse, vel ideo credibile, quod primus tantum Gutarum quoque in Scanzia Ptolomæus 89) meminit. Nec abnuerim, partem eorum temporis lapsu ad ciues suos remeasse, eamque migrationem ansam dedisse, primordia gentis ex Scanzia petendi, integram vero nationem ex sæpius laudata insula deducere & allatæ causæ & ratio migrationum gentium, quæ non ex Scanzia in Germaniam, sed ex hac in partes septentrionales institutæ fuere, vetant. Derelictis autem his sedibus circa Vistulam amnem, Gothi iunctis sibi vicinis nationibus, maxime Lygiis, 90) orientem versus, ad Meotidem lacum, Sec. II. migrarunt, inde vero paulo post reuersi ad Boryſthenem & Pontum, 91) vbi Getarum fines, consederunt, quod procul dubio non paucis ansam dedit, confundendi eos cum Getis, Sarmatarum populis. 92) Hic diuidebantur in Ostrogothos & Westrogothos, i. e. orientales & occidentales. Hi Alarico Duce Sec. V. Italiam inuaserunt, &, capta ac direpta vrbe Romana, per Gallias in Hispaniam vsque penetrarunt, vbi, condito nouo regno, ad Sec. VIII. vsque initium & Saracenorum in Hispaniam aduentum varia fortunæ vicissitudine regnarunt. Illi vero Theodorici auspiciis ex Illyrico profecti Italiam occuparunt, eamque sexaginta per annos, mira felicitate, tenuerunt, donec dissidiis internis eneruati victricibus Græcorum armis, Bellisario & Narsete Ducibus, ita attererentur, vt sceptra Iustiniani Augusti agnoscere, seque gratiæ ipsius tradere, dura plane sorte, necesse haberent. 93)

§. XX. Protinus ab oceano RVGII 94) & LEMOVII 95) habitarunt, in Pomeraniæ & citerioris Cassubiæ littoribus; illi quidem a Vistula amne ad Viperam vsque flumen, vt non inepte putat Cluuerius, 96) hi vero a vix nominato fluuio ad Viadri vsque ostium. Lemouiorum enim vestigia in vrbe *Lebenburg*, vel *Lewenburg*, lacu *Lebe*, flumine *Lewe*, & in pagis *Lebe*, *Lebene*, *Lebine* & *Lebune* adhuc hodie deprehenduntur, 97) & de antiquis Rugiorum sedibus *Regewalde* & *Rügenwalde* vrbes, *Roge* item fluuius testantur. 98) Vnde Lemouii ita dicti, non constat, Rugiorum vero nomen vel a *Roge* Pomeraniæ flumine deducunt, 99) vel quod homines hirsuti, i. e. setis horridi, fuerunt (*weil sie rauhe, oder wie*

es

Scythis Scriptores referunt, Gothis suis attribuere contendit.

86) Ita enim *c. IV.* loquitur IORNANDES: *Hæc igitur pars Gothorum, quæ apud Filimer dicitur in terras Ouim, emenso amne, transposita, optatum potita solum. Nec mora, ilico ad gentem Spalorum aduenium, consertoque prælio, victoriam adipiscuntur: exindeque iam velut victores ad extremam Scythiæ partem, quæ Ponticæ mari vicina est, properant: quemadmodum & in priscis eorum carminibus, pene historico ritu, in commune recolitur: quod & Ablabius, descriptor Gothorum gentis egregius, verissima attestatur historia.*

87) Germaniæ septentrionem versus ora veteribus haud incognita fuisse, pluribus comprobari potest; Sic Carthaginenses, PLINIVS ait *lib. II. c. 67.* H. N. Himilconem misisse, ad extera Europæ, versus septentrionem sita, noscenda; eamque expeditionem cæminice exponit FESTVS AVIENVS *in descriptione oræ maritimæ*, vbi inter alia:

Tartessios in terminos Oestrumnidum
negotiando mos erat; Carthaginis
etiam colonis: - - -

Electrum quoque ab Erydano amne, in mare septentrionale exeunti, ad Græcos suo iam ævo perlatum fuisse, testatur HERODOTVS *lib. III. Histor.*

88) c. IV. c. l. *vnde mox promouentes ad fines Vimerugorum, qui tunc Oceani ripas inhabitant, castra metati sunt, eosque commisso prælio propriis sedibus pepulerunt, eorumque vicinos VVandalos iam tunc subiugantes, suis applicuere victoriis.*

89) *Lib. II. c. 11. c. l.*

90) Ill. LEIBNITIVS *ad Tacit. not. (y) pag. 14.* c. l. Rugiorum & Herulorum quoque partem addit ex Procopii *lib. III. rer. Goth.* CLVVERIVS *lib. III. c. 35. pag. 143.* c. l. quia Rugii Gothica natio expresse dicuntur.

91) IORNANDES *c. IV. c. l.* cui consentit STEPHANVS *in Lexico Geogr.* Γότθοι ἔθνος πάλαι ἐκεῖσε ὑπὸ τοῖς Μαιώτιδι. ὕστερον δὲ πρὸς τὸν ἴστρον Θράκην μετῳκίσθησαν. i. e. *Gothi, gens olim habitans intra Meotim: postea vero in interiorem Thraciam transgressa.*

92) CLVVERIVS *c. l. pag. 129.*

93) Fata hæc Westrogothorum & Ostrogothorum breuiter, sed accurate, vt solet, describit HERTIVS *in not. vet. Germ. popul. P. III. c. 7. & 8.*

94) Ῥούγιοι corrupte dicuntur PTOLOMÆO *Lib. II. c. 11.*

95) TACITVS *c. XLIII. §. 8. de M. G.*

96) *Lib. III. c. 37. c. l.* eique consentit HARTKNOCH. *Diss. de orig. Pomer. §. 5.* B. CELLARIVS *lib. II. c. 5. p. 479. c. l.* IVNCKER *in Einl. zur Mittl. Geogr. P. II. c. I. p. 112.* & IO. HERTIVS *in not. veter. Germ. pop. P. II. c. II. §. 21. & 30.*

97) MICRAELIVS *lib. I. Chron. Pomer.* IVNCKER *c. l.*

98) IVNCKER *c. l.* HARTKNOCH *§. V. pag. 16. c. l.*

99) CLVVERIVS *c. l.*

100) MI-

es die Pommern ausſprechen, rugge Lude an Kopff und Bærten geweſen) ita appellatos fuiſſe credunt. 100) Dicuntur Vlmerugi a lornande, 1) ad differentiam Ethelrugorum, quos in Scandinauia ponit idem. Inhabitarunt etiam dictam ab iis inſulam Rugiam, an vero ex hac in Pomeraniæ continentem ante Taciti tempora proceſſerint, aut poſtea ex oris maritimis demum in dictam inſulam migrauerint, dubium eſt. 2) Maiori probabilitate Lemouios poſtea Herulos dictos fuiſſe coniicit Cluuerius, 3) cum poſterioris ævi Scriptores Lemouios plane omittant, Herulos contra perpetuos Rugiorum 4) belli ſocios faciant. Hi populi patriis ſedibus relictæ Sec. V. Odoacro Duce Italiam inuaſerunt, vbi etiam ad aduentum vsque Oſtrogothorum ſumma rerum potiti ſunt. 5)

§. XXI. Inter Germaniæ populos in continenti commorantes Ptolomæus 6) etiam recenſet SIDINOS, quos Suardonibus finitimos, ad Viadrum amnem, Rugios infra, vel vt eos corrupte vocat Rutilios, locat. Sedes itaque Cluuerius 7) eis adſcribit Marchiæ partem inter Tragum, Notæſium, Vartam & Sueuum amnes, Pomeraniæ item portionem, qua oppidum Piriz; ſecus ac Hartknochius, 8) qui argumento a ſimilitudine nominis ſumto, eos in hodierno Stetinenſi Ducatu conſediſſe autumat. Nomen Sidinorum a voce *Sitzen* deriuat Grotius, 9) quaſi fuerint ſedentarii, pigri & otium amantes homines. Sueuos autem fuiſſe, vel ideo credibile, quod Sueuicis gentibus vndique cinčti, Sueuum flumen accoluerunt & Marabodui etiam in ſe imperium haud dubitarunt agnoſcere. 10) Non longe ab his Plinii 11) CARINOS coluiſſe, multi 12) ſunt, qui exiſtimant, Sueuis inſuper eos annumerantes. Vtriusque autem gentis nomen dictis tantum auctoribus cognitum; inde eos ſuſcepta expeditione in terras peregrinas in alius cuiusdam gentis tranſiiſſe nomen, non inepte coniectat Cluuerius. 13)

§. XXII. Præter iam memoratas gentes Tacitus etiam omittit BVRGVNDIONES, Plinio 14) haud incognitos, & Ptolomæo 15) Buguntas dictos; Rationem non aliam dari poſſe, putat Cluuerius 16) quam quod gens illa tum adhuc exigua, eiusque ciuitas humilis fuerit, ſub alius forte gentis tutela, Lygiorum puto, latens. Agros itaque Polonię eos infediſſe exiſtimat, vbi hodie oppida Gniezno, Wagrowiec, Rogozno, Vſcie, Nakiel, Radzieyowo & lacus Gopſo, & quidem non male, cum Ptolomæus 17) Buguntas ſuos poſt Semnones coluiſſe & ad Viſtulam vsque extenſos fuiſſe tradat. VANDALIS communiter accenſentur, 18) ſed & hos ad Sueuicas pertinere gentes, 19) non vna ratione demonſtrari poteſt. Certe qui primus eorum poſt Tacitum mentionem facit Plinius, præter Burgundiones etiam Varinos & Guttones eis adnumerat, quibus alii 20) Lemouios, Rugios, Sidinos, Suardones, Eudoſes, Anglos, Auiones, Reudingos, Nuithones & Langobardos addere haud dubitant; omnes autem has gentes Sueuicæ originis fuiſſe, ex Tacito, vel hactenus dictis, conſtat. In Vandalis præterea fuit Sueuus, fluuius 21) & Vandali oras Sueuici 22) maris

100) MICRAELIVS *pag. 55. c. l.*

1) *C. III. de reb. Getic.* quaſi *Holm und Strand-Rugianer, ſo im Feſten Land gewohnt.* Holm enim dehotat *einen ausgepfehlten Ort*, in paludibus, MICRAELIVS *pag. 35.* Ethelrugi vero ipſi ſunt *die edle Rugianer.*

2) Plius credit BEVTHERVS *ad Taciti Germ. pag. 206.* poſterius ſtatuunt HARTKNOCH & CLVVERIVS *c. l.*

3) *c. l.* quod approbare videtur HERTIVS *c. l.*

4) P. DIACONVS Lib. I. c. 1. de geſt. Longob. *Gothi, VVandalique, Rugi, Heruli atque Turcilingi - - c Germania prodierant.* IORNANDES *de regnor. ſucceſſ. pag. 140. & 5c.* Odoacrum genere Rugum vocat, & Herulor. ſimul Regem.

5) IORNANDES *c. 46. de reb. Gotic.*

6) Lib. II. c. 11. μετὰ δὲ τοὺς Σάξονας ἀπὸ τῶ Χαλύβος ποταμῶ, μέχρι τῶ Σουήβων πολυανθρώπου φασὶ ἔθνους. Εἶτα Σουήβοι, μέχρι τῶ Λάβιος πόλεως: Καὶ ὑπ' αὐτοὺς Ρευγίλιοι, μέχρι τῶ Οὐιστύλα πόλεως. i. e. *Poſt Saxones vero a Chalubſo fluuio vsque ad Sueuum fluuium tenent Phadusii. - Poſt Sidini vsque ad Viadrum fluuium. Sub ipſis Rutilii, vsque ad fluuium Viſtulam.* STRABONI *lib. VII. Geogr.* Σιδῖνοι, PLINIO vero *lib. VI. c. 4.* H.N. Sidini audiunt.

7) *lib. III. c. 5. pag. 145. c. l.*

8) *In Diſſ. de orig. Pomer. §. 5.*

9) *In prolegom. ad Hiſt. Goth. pag. 7.*

10) STRABO *lib. VII. Geogr.*

11) Lib. IV. c. 14. *Germanorum genera quinque, Vindili, quorum pars Burgundiones, Varini, Carini, Guttones.*

12) CLVVERIVS *c. l.* qui eis Poloniæ & Marchiæ portionem aſſignat, inter flumina Tragum & Gudam. HARTKNOCH *c. l.* qui maximam Carinorum partem Poloniæ accenſet, non niſi exiguam Pomeraniæ.

13) *c. l. pag. 145. in f.*

14) Lib. IV. c. 14. H.N. *Germanorum genera quinque Vindili, quorum pars Burgundiones, Varini, Carini, Guttones.*

15) *lib. II. c. 11. Geogr.*

16) *lib. III. c. 26. p. 145. c. l.*

17) *c. l.* οἱ τὸ τῶν Βουγοντῶν τὸ ἔθνος, καὶ μέχρι τῶ Οὐιστύλα κατέχοντες. i. e. *Præterea qui protenduntur ad Buguntas, qui extera tenent, quæ inde ſequuntur vsque ad Viſtulam.* Conſentiunt CLVVERIO & GELLARIVS *lib. II. c. 5. p. 480. c. l.* HARTKNOCH §. *IV. c. l.* & GOLLVT *lib. II. c. 1. p. 608* dans ſes memoires hiſtoriques de la republique Sequanoiſe, qui tamen eos Gallos fuiſſe & ex Gallia migrantes tantum ad tempus aliquod circa Viſtulam conſediſſe tradit.

18) P. SCHVERTZFLEISCHIVS *in hiſtor. veter. regni P. Q. Burgundici c. l. §. 1.* CHIFLETIVS *de Veſont. pag. 193.*

19) Conſentiunt CROMERVS *lib. I. c. 5. de rep. Polon.* MERTIVS *P. II. c. 2. §. 1. not. veter. Germ. pop.* HARTKNOCHIVS §. *3. & 4. c. l.*

20) CLVVERIVS *lib. III. c. 46. p. 205. c. l.* HARTKNOCH *c. l.* Boreales enim gentes Germaniæ veteribus dictos fuiſſe Vandalos ex antiquis martyrologiis, actis Sanctorum, Hincmaro itidem & Flodoardo probat PETR. FR. CHIFFLETIVS *in Paulino illuſtrato P. I. c. 27.*

21) *Vid. ſupra §. VIII. not. (l)*

22) Accolas Sueuici maris dictos fuiſſe Vandalos vel ex vnico teſtimonio conſtat, quod ex Dexip-

maris accoluerunt, vt ex situ mox dictorum populorum apparet; quis autem credat, ingenti mari, aut non ignobili fluuio, eiusmodi nomina ab aliis, quam Sueuicis populis imposita fuisse. Etymon quoque Vandalicæ & Sueuicæ gentis, si quis consideret, facile deprehendet, eandem pene vtriusque esse vim. 23) Sueui enim cum vagabundi audiant, Vandalorum nomen non alios, nisi ambulatores notat, manifesto forsan indicio, integram nationem antiquitus modo Vandalos, modo Sueuos, duplici eiusdem significationis nomine, fuisse appellatam; ita tamen, vt Vandalorum nomen Sueuis tantum maritimis postea remanserit proprium, Sueuorum vero omnibus generale. Hi Vandali ab Oceani oris ad Danubium profecti, 24) primum in veteri Dacia, post a Geberico Gothorum rege victi, in Pannoniæ 25) agris, ex permissu Constantini M. confederunt; vnde rursus vna cum Alanis, Gunderico rege, sub principatu Honorii, egressi, in Galliam, postea & in Hispaniam 26) penetrarunt: Eumque etiam relinquentes & a Bonifacio Patricio euocati, circa A. C. 427. Genserico Rege, in Africam traiecerunt, 27) vbi condito regno CVII. per annos imperium tenuerunt, donec tandem a Iustiniano Augusto variis præliis superati, omni plane Africa excedere cogerentur. 28) Burgundiones contra, qui pars eorum, occidentem versus, ad Rhenum, migrationes suas instituerunt, eumque Honorio & Theodosio iuniore imperantibus, facili negotio, transeuntes, Galliæ partem ex concessione eorum 29) obtinuerunt; aft mox Belgarum limites, Gundicario rege, turbantes, ab Ætio Romano, ingenti prælio, superati in interiora Galliæ & Sabaudiæ agros translati fuere, 30) vbi crescentibus opibus & finitimis subactis, fines regni latissime extenderunt, 31) donec eos inter Francorumque reges grauissimo orto bello, ab his deuicti, Francicæ sese ditioni subiicere, eorumque imperium circa A. C. 532. agnoscere cogerentur. 32)

§. XXIII. In dextro maris Sueuici littore ÆSTIORVM gentes alluebantur, quibus ritus habitusque Sueuorum, lingua Britannicæ propior erat. 33) Succinum ibi legerunt, 34) indubio argumento, Boruſſiam & Liuoniæ partem incoluisse; 35) in hisce enim regionibus electrum tantum colligitur. Et Estonia, Liuoniæ pars, vel adhuc hodie veterum incolarum nomen seruat, quod procul dubio a sedibus suis acceperunt; orientem enim vergebant, & Est vel Æst Germanis orientalem plagam audit; inde Æstius idem est, ac orientalis. 36) Caroli M. ætate priscam hanc patriam eos adhuc incoluisse, ex Eginhardo discimus, 37) quo autem postea migrauerint, certo dici nequit.

§. XXIV. SVIONVM 38) ciuitas, & quæ ab his porrigebantur SITONVM 39) gentes in ipso Oceano vel Sueuico 40) mari habitarunt, illa scilicet in insula, vel peninsula potius, quam Plinius 41) Scandinauiam appellat, hodie vero non minimam Suecici & Danici regnorum portionem constituere videmus, 42) ita, vt secundum quosdam 43) Suiones Scandinauiæ partem orientalem, vbi hodie prouinciæ Scania, Hallandia, Bleckinga, Gothia, Suedia, Botnia occidentalis, Biarnia & Lapponia; Sitones vero occidentalem, vt Nor-

pt historiis citat IORNANDES *c. 22. de reb. Getic.* vbi: *Vandalos ab Oceano ad Romanum limitem vix anni spatio peruenisse.*

23) Vid. GOLLVT *lib. II. c. 1. p. 60. c. l.* & GROTIVS *in prolegom. ad Hist. Goth. p. 24.* quorum prior tamen, vti dictum *c. 2. sque p. 62.* originem Burgundionum ex triuolis rationibus a Gallis, posterior vero ex Scanzia petit.

24) IORNANDES *de reb. Getic. c. l.* DIO CASSIVS *lib. LXXII. histor.*

25) IORNANDES *c. l.* conf. etiam ANT. BONFINIVM *Decad. I. lib. II. p. 39. Histor. Pannon.*

26) PROCOPIVS *lib. I. pag. 9. Vandal. apud Grot. inter Script. Histor. Goth.* & ISIDORVS *in histor. Wandal. apud eundem pag. 732.*

27) Idem PROCOPIVS *lib. I. pag. 11. c. l.*

28) Idem *lib. II. pag. 83. c. l.*

29) P. AQVITANVS *ad An. 415.* & EX EO CASSIODORVS *in Chron. sub Honorio & Theodos. II.* adde GOLLVT *pag. 67. c. l.*

30) P. AQVITANVS *ad An. 435.* VIGNIERIVS *in Chron. Burgund. ad An. 434. pag. 11.*

31) CASSIODORVS *lib. I. epist. vlt.*

32) GREGORIVS TVRONENSIS *lib. III. c. 6. hist. Franc.* VIGNIERIVS *d. l. p. 21.* HADR. VALESIVS *lib. VII. rer. Franc. pag. 379.*

33) TACITVS *c. XLV. §. 3. de M. G.*

34) *Idem §. 6. c. l.*

35) CLVVERIVS *lib. III. c. 44. p. 188. c. l.* B. CELLARIVS *lib. II. c. 5. p. 488.*

36) GROTIVS *in prolegom. ad Hist. Goth. p. 3. & pag. n.* IVNCKER *P. II. c. 1. p. 79. c. l.*

37) In vita Caroli M. *ad latus Australe* Baltici maris *Slani & Æsti* (*Æsiones*) *& alia diuersæ incolunt nationes.*

38) TACITVS *c. XLIV. de M. G. §. 1.*

39) Idem *c. XLV. §. 1. c. l.*

40) Idem *c. XLV. §. 3. c. l.*

41) Lib. IV. c. 13. H. N. Sinus, *qui Codanus vocatur, refertus insulis, quarum clarissima Scandinauia est, incomperta magnitudinis; portionem tantum eius, quod sit notum, Hilleuionum gente quingentis incolente pagis, qua alterum terrarum orbem esse appellat.* Hæc Scandinauia insula XENOPHONTI LAMPSACENO *Baltia* dicitur PYTHEA *Basilia* vid. idem PLINIVS *c. l.* IORNANDES *c. 3. de reb. Getic.* SCANZIAM habet.

42) Vid. CLVVERIVS *lib. III. c. 38.* GROTIVS *in prolegom. ad Hist. Gothic. p. 2.* B. CELLARIVS *lib. II. c. 5. p. 488. c. l.* aliosque plures. Veteres enim Borealis Germaniæ antiquæ partes, ipsis parum cognitas, ex insulis consistere & ex sinu Bornico in oceanum Septentrionalem transitum patere, falso credidere. (Vid. TACITVS *c. l. §. 2. de M. G.* & PLINIVS *c. l.*) percipientes etiam oras illas freto Danico adiacentes Scandiam appellari, mox & vlteriora eiusdem peninsulæ eodem nomine vocarunt. Ill. LEIBNITIVS *in not. ad Plin. Tom. I. Script. rer. Brunsuic. pag. 7.*

43) CLVVERIVS *lib. III. c. 41. p. 174. c. l.* B. CELLARIVS *pag. 489. c. l.* IVNCKER *P. II. c. 1. pag. 114. & 116. c. l.* GROTIVS *pag. 7. c. l.* a quibus tamen dissentit VALESIVS *in notit. Galliarum voce Nortmannia*, Norwegiam eos tantum inhabitasse, & sic Norwegos, non vero Suedos, eorum nomine intelligendos esse, tradens *p. 338.*

44) KIRCH-

Norwegiam, Finnomarchiam & Scritofinniam incoluerint, Seuo monte, à faucibus Codani Sinus ad lacum vsque Album; vtramque gentem terminante. Suionum, quos alii 44) a modo dicto monte, vel Sueuo fluuio, aut rursus alii 45) ab eodem nomine, quo & reliquos Sueuos, maiori verosimilitudine, dictos fuisse putant, vna quidem erat natio, sed in plures gentes diuisa, quænam vero illæ nominatim fuerint, non constat, nisi quod Plinius 46) HILLEVIONVM, quos quingentos pagos inhabitasse tradit, mentionem facit, quibus Ptolomæus 47) CHÆDINOS, PHÆVONAS, PHIRÆSOS, GVTAS, DAVCIONES & LEVONOS, obscuras plerasque gentes, adiungit. Idem de Sitonibus dicendum, quorum tantum nomen nobis cognitum. Omnes autem hæ gentes Sec. IX. & sequentibus Normannorum 48) nomine claruerunt, maximamque Germaniæ, Italiæ, Galliæ & Angliæ partem victricibus suis armis impleuerunt, ita, vt nec apud seros posteros vnquam memoria eorum intermoritura sit. Hic Sueuiæ finis. Trans Suiones etenim & Sitones aliud mare pigrum ac plane immotum, glaciale scilicet illud, ob frigiditatem concretum, quod hodie Norwegiam & Moscouiam ambit, quo cingi claudique terrarum orbem veterum plerique crediderunt. 49)

§. XXV. Ex hactenus traditis, quam euidentissime patet, Sueuos olim & Taciti imprimis tempore maximam 50) Germaniæ partem possedisse. Quicquid enim a meridie Danubio, ab oriente ducta linea ab vrbe imperiali Nordlinga ad Salæ fontes, hoc amne, Albi & Traua fluminibus, Sinu Codano & mari Germanico; a Septentrione mari glaciali; ab oriente denique Sinu & lacu Albo, Sinu Botnico, mari Codano & Vistula Maroque fluminibus includitur, Sueuia dicebatur & a Sueuicis populis incolebatur. Qui vastissimus tractus hodie comprehendit Sueuici circuli portiunculam, vbi Nordlinga & Dünckelspihla ciuitates, Palatinatum superiorem, Franconiæ partem, vbi Noriberga vrbs, Marchionatus Culmbacensis & Coburgensis principatus partem, Terram Aduocatorum, Bauariæ partem, ad sinistram Danubii ripam, Bohemiam, Austriam inferiorem, Morauiam, Poloniam Cis-Vistulanam, Silesiam, Lusatiam, Misniam, Saxoniam superiorem, Anhaltinum principatum, Marchionatum Brandeburgicum, excepta ea parte, quæ cis Albim, Pomerelliam, Cassubiam, Pomeraniam, Ducatum Megapolitanum, & trans Sinum Codanum Suecici regni prouincias, Bleckingam, Scaniam, Hallandiam, Suediam, Botniam occidentalem, Finnomarchiam, Scritofinniam, Lappiam, Biarniam & Norwegiam; 51) quibus etiam maritima in parte huius Sinus Australi addenda, scilicet Borussiæ & Liuoniæ non leuis portio, 52) vbi Æstii, succinum colligendo operam dederunt, nec non omnis Hungariæ regio inter Matum & Granuam amnem, quam virtute sua & lapsu temporis veteri Sueuiæ Quadi adiecerunt. 53) Antiquitus quidem etiam Cis-Albinam Germaniæ partem insederunt, & Langobardi quidem 54) Borealem, Marcomanni 55) vero & alii Sueui Rhenum vergentem; ast his in Boiohemum concessis, illis vero Tiberio Duce, a Romanis trans Albim pulsis, non nisi Hermunduri in Cis-Albina terra restitere, vt sic merito culpandus Strabo, 56) qui maximam Sueuorum partem Albim inter Rhenumque suo tempore habitasse fidentius asserit, cum non hunc fed trans Albinum tractum innumeras gentes, Sueuico nomine superbientes, incoluisse, ex hactenus dictis certissimum sit.

§. XXVI. Omnis autem Sueuia, sicut & reliqua Germania, terra erat informis, aspera cœlo, tristis cultu aspectuque 57) & licet aliquando specie differret, in vniuersum tamen aut paludibus erat fœda, aut horrida siluis, 58) inter quas Martiana 59) Lutnæ

44) KIRCHMAIERVS *ad Tacit. c. XLIV. pag. 432.*

45) REINER. REINECCIVS P. III. Syntagm. Heroic. f. 434. *Nec dubitarim de Sueuis & Sueuonibus nomen a Sueuis, sed prolatione fiue Sauo nonnihil variatum;* conf. etiam GOLDASTVM *de regno Bohem. lib. I. c. 5. pag. 37.* & GROTIVM *pag. 11. c. l.* qui tamen Sueones seu Suethi etiam laboriosi dicuntur eisque oppositi Sitones, siue Sedentarii aut pigri. vid. etiam *pag. 6. in f.*

46) *Lib. IV. c. 13. c. l.*

47) *Lib. II. c. 11. Geogr.*

48) EGINHARDVS in vita Caroli M. *Sinus quidam ab occidentali oceano orientem versus porrigitur, longitudinis incognitæ, latitudinis, quæ nusquam centum millia passuum excedat. Hunc multa circumsident nationes. Dani siquidem ac Sueones, quos Normannos vocamus, & Septentrionale latus & omnes in eo insulas tenent.* AD. BREMENSIS Lib. I. c. 13. hist. Eccles. *Dani vero & Sueones, cæteræque trans Daciam populi ab historicis Francorum omnes Nortmanni vocantur.* Conf. etiam GROTIVM *p. 7. & 11. in prolegom. ad Hist. Goth.* vbi simul contra Cluuerium disputat, sub Normannis Sitones tantum, vel hodiernos Norwegios veteribus venisse, assertentem.

49) TACITVS *c. XLV. §. 11. & §. 1. de M. G.*

50) TACITVS *de M. G. c. XXXVIII. §. 1.* ait enim: *maiorem Germaniæ partem obtinent* Sueui.

51) Hactenus conſentiunt CLVVERIVS *lib. III. c. 24. c. l.* KIRCHMAIER *ad Tacit. c. 38. p. 395.* MARTKNOCH *§. 2. c. l.* HERTIVS *in not. veter. Germ. popul. P. II. c. 2. §. 1.* aliique plures.

52) *Supr. §. 23.*

53) *Supr. §. 16.*

54) *Supr. §. 11.*

55) *Supr. §. 15.*

56) *Lib. VII. Geogr. pag. 290.* quem locum integrum supra adduximus §. 10. sed Albim Sueuiæ occidentalem terminum fuisse, testatur etiam VIBIVS SEQVESTER, dum ait: *Albis Germaniæ fluuius Sueuos a Cheruscis diuidit, mergitur in oceanum.* Et LVCANVS *lib. II. Pharsal. c. 51.* canit:

Finditi ab extremo fluuius aquilone Sueuos
Albis.

57) TACITVS *c. II. §. 2. de M. G.* MELA *lib. III. c. 3.* qui, *terra ipsa,* inquit, *multa impedita fluminibus, multis montibus aspera & magna ex parte fluuis ac paludibus inuia.*

58) TACITVS *c. V. §. 1. c. l.*

59) Huius imprimis meminit, AMMIANVS *lib. XXI. c. 8.* & est eadem silua, quam hoc nigram

næ 60) & Hercynia 61) silua imprimis erant celebratæ, huiusque tanta vastitas, vt plus quam LX. dierum itinere longa, IX. vero dierum itinere lata fuisse dicatur. Satis præterea omnis quidem tellus erat ferax, sed frugiferarum arborum impatiens, 62) non quidem sua natura, sed ob culturæ defectum, cum vbertate & amplitudine soli labore haud contenderent incolæ, vt pomaria conferrent, & prata sepirent, & hortos rigarent, solam terræ fegetem imperantes. 63) Argentum denique & aurum an propitii aut irati Dii Germaniæ vna cum Sueuia negauerint, determinare dubitat Tacitus; 64) ferrum autem non superfuisse ex genere telorum cognosci posse asserit. 65) Sed omnia hæc iam hodie esse mutata, & Germaniam nostram eamque regionem, quam Sueui olim incoluerunt, & omni genere metallorum, & soli fertilitate omniumque rerum copia quam vberrime abundare, vel omnes, quotquot aliquam eius notitiam habent, quam lubentissime fatentur.

§. XXVII. Sicut autem antiqua Sueuia non vt hodierna in certas prouincias, sed secundum ciuitates & populos 66) erat diuisa, ita hi quoque in certos pagos, 67) Germanis Gaw, Gäw, Gew, Göw, Gouæ, Gowe vel Gobiæ 68) dictos, fuerunt distributi, qui non aliud erant, quam integra amplioris alicuius regionis portio, modo maior, modo minor, prout scilicet plures vel pauciores sub se contineret vicos. Horum numerum ad centum quidem extendit Cæsar, 69) aft cum Tacitus, 70) rerum Germanicarum longe peritissimus, vel solis Semnonibus centum pagos tribuat, & Hilleuiones 71) Scandinauiæ gentes, quingentis plane habitasse dicantur, merito in hoc Cæsaris fides nobis suspecta, maxime cum integram & numerosissimam nationem immensum plane tractum insedentem in centum tantum pagos diuisam fuisse, vix sit credibile. Hoc interim certum, Sueuos & Alemannos 72) in Rhætiam, Vindeliciam & Galliam immigrantes, ibique considentes, antiquum hunc morem & ibidem obseruasse, pagisque vel a se ipsis, vel a fluminibus & vrbibus in eo præcipuis imposuisse nomina, vt vel vocabula Algöwe, Linzgöwe, Rhetigaw, Rheingaw, Donaugaw, Turgow, Argow, Wirngow, Uhergow, Kreichgow, Zürichgaw, Breisgaw, Suntgaw, Wasgaw, Klettgaw & innumera alia indicant & adhuc hodie quam manifestissime testantur. 73)

§. XXVIII. Habitarunt autem hisce in pagis discreti ac diuersi, vt fons, vt campus, vt nemus placuit, 74) diuersos per vicos. 75) Vrbes enim & oppida, iunctasque sedes, Tacito teste, inter se haud passi fuerunt, 76) cum muros munimenta seruitutis, 77) & in genere plus roboris in virtute, quam vrbibus reputarent. Neque in contrari-

gram dicimus vid. CELLARIVS *in not. orb. antiqu. lib. II. c. 5. p.* 463.

60) Lunæ siluæ situm describit PTOLOMAEVS *lib. II. c.* 11. *Geogr.* & ex ea B. CELLARIVS *c. l.* ad fontes Mari, nunc March, in Morauia, qui contra Carnuntum Danubio insinuatur.

61) Hanc siluam egregie depingit CAESAR *lib. VI. c.* 24. *de B. G.*

62) TACITVS *c. V.* §. 2. *c. l.*

63) Idem *c. XXVI.* §. 3. *cit. loc.* nisi quod de Aestiis *c. XLV.* §. 5. refert, *frumenta, cæterosque fructus patientius, quam pro solita Germanorum ingertia, laborant.*

64) c. V. §. 4. c. l. addit enim: *nec tamen affirmauerim, nullam Germaniæ venam argentum aurumue gignere, quis enim scrutatus est?*

65) *c. VI.* §. 1. cum quibus tamen non conueniunt, quæ *c. XLIII.* §. 2. de Gothinis refert: *Gothini, quo magis pudeat, & ferrum effodiunt.*

66) Hoc ex hactenus dictis quam manifestissime patet, semper enim Tacitus Sueuos secundum populos distingit, nunquam secundum prouincias: ita notissimi ei Hermunduri, Semnones, Quadi & Lygii, nullibi autem mentionem facit Hermunduriæ, Semnoniæ, Quadiæ & Lygiæ, quod & de aliis authoribus intelligendum. Ciuitatem denique & populum Synonymice hic sumi, ex eodem TACITO disci potest, cui *cap. XLI.* §. 1. *de M. G.* Hermundurorum *c. XXXVII.* vero §. 1. Cimbrorum ciuitates haud incognitæ, quocum conferri possunt, quæ habet CAESAR *lib. VI. c.* 23. *de B. G.*

67) Horum pagorum meminit CAESAR *c. l. principes regionum*, inquiens, *atque pagorum inter suos ius dicunt.* Et TACITVS c. XII. §. 5. *principes, qui iura per pagos vicosque reddunt.*

68) *Conf.* GOLDASTVS *in not. ad Eccard. Iun. c.* 1. *p.* 141. *Tom. I. Script. rer. Alem.* & SAGITTARIVS *in antiqu. Ducat. Thuring. Lib. IV. c.* 2. *p.* 203. qui ex Rudbeckii Atlantide vocem pagus a Gothico vocabulo Gioe, quod terram fuereregionem significat, deducit.

69) lib. IV. de B. G. c. 1. *ii* (Sueui) *centum pagos habere dicuntur.* Eique adstipulantur OROSIVS l. VI. c. IX. hist. dum ait: Sueuorum *esse centum pagos & populos multi prodidere.*

70) C. XXXIX. §. 5. *adiicit auctoritatem fortuna Semnonum, centum pagis habitantur.*

71) PLINIVS lib. IV. c. 13. H. N. *Hilleuionum gente quingentis incolente pagis.*

72) Alemannorum pagorum imprimis meminit AMMIANVS l. XV. c. 4. vbi: *Lentiensibus Alemannicis pagis indictum est, bellum.* Et lib. XXI. c. 3. *didicit enim Alemannos a pago Vadomarii exorsos, vnde nihil post dictum fadus sperabatur incommodum, vastare confines Rhætiis tractus.* Conf. enndem quoque *lib. XXVII. c.* 2. & *lib. XXIX. c.* 4.

73) De hisce Sueuiæ pagis speciali Diss. egit HENR. BEBELIVS Iustingensis, quæ extat inter Miscellanea eius 1570. in fol. edita; & de Creichgouiensi pago peculiarem orationem habuit CHYTRAEVS. Conf. etiam FREHERVS *de orig. Palat. lib. I. c.* 5. vbi Catalogum pagorum sub Carolingis & inter hos & Sueuiæ exhibet, & H. VALESIVM in not. Galliarum, vbi & Neustriæ & Austrasiæ pagos recenset.

74) TACITVS *c. XVI.* §. 1. *de M. G.*

75) Villas vocat AMMIANVS. *lib. XVII. c. l.*

76) TACITVS c. XVI. §. 1. c. l. *nullas*, inquit, *Germanorum populis vrbes habitari, satis notum est, ne pati quidem inter se iunctas sedes. v. id. c. XII.* §. 5. *c. l.*

77) Ita enim Tencteri Agrippinensium concilium apud TACITVM *lib. IV. Hist. c.* 64. §. 4. alloquun-

trarium nos ducit Cæſaris 78) auctoritas, longe ante Tacitum Sueuicos populos oppida incoluiſſe tradentis; negligenter enim, vt multa alia, more ſuo, Sueuis noſtris ea tribuiſſe, quilibet facile videt. Neque qui poſt eius & ipſius Taciti ætatem vixit, Claudius Ptolomæus, 79) quando in opere ſuo Geographico amplius XC. in Germania magna πόλεων nomine recenſet loca, de oppidis & locis munitis intelligendus; quippe vix probabile, omnes has vrbes intra LX. annos poſt Taciti Germaniæ deſcriptionem fuiſſe conditas; quin potius capita tantum ciuitatum & principes locos, in quos ad concilia habenda, quoties negotia publica poſtulabant, vniuerſi conuenerunt, indicare voluiſſe credibile. Vt taceam, neque ἡ πόλις, neque oppidum, locum munitum & muris cinctum ſemper denotare, ſed non raro quoque vicum & locum ſaltim ab hominibus inhabitatum, ceu vel ex vnico Herodiano 80) quam luculentiſſime conſtat. Negari tamen nequit & ex ipſo Tacito liquet, 81) etiam apud Marcomannos & Quados caſtella quædam fuiſſe, quæ procul dubio reges eorum deſpotiam affectantes turbulento rerum ſtatu, exſtrui fecerunt, quo nempe eo melius ſub iugo eos retinere & neceſſitatis tempore ſuſfugium habere poſſent; aſt & hæc mutata facie rerum fuiſſe deſtructa, & ſolo æquata, vel exinde colligere licet, quod poſt Taciti tempora nemo Romanorum, prolixe licet expeditiones gentis ſuæ in Germaniam ſuſceptas deſcripſerint, vel vllo verbulo eorum mentionem facit. Acrior nempe Arſacis regno & Germanorum & Sueuiæ gentis libertas, inde loca firmiora vt feræ, quæ circumdatæ retibus buſta declinant, euitabant. 82) Nec odium hocce in prouincias Romanas irruentes depoſuiſſe videbantur; licet enim varias vrbes victricibus ſuis armis expugnarent, ſibique appropriarent, hiſce tamen dirutis atque neglectis, in campis patentibus, more priſco, habitare maluerunt, quam munimentis includi; 83) vnde etiam non niſi ſeris temporibus a Francicis regibus deſtructa ab eis loca in Germania Cis-Rhenana reſtaurari, in Trans-Rhenana 84) vero ſerius adhuc a Germanicis Impp. muris circumdari ceperunt vici, vt vel hiſtoria eorum quam luculentiſſime teſtatur.

§. XXIX. Hi autem vici veterum Sueuorum non in morem Romanorum, connexis & cohærentibus ædificiis, erant locati, ſed ſuam quisque domum ſpatio circumdabat, ſeu aduerſus caſus ignis remedium, ſeu inſcitia ædificandi. Ipſæ domus ſimplices erant & agreſtes; cœmentorum enim & tegularum apud eos nullus vſus, & materia ad omnia vtebantur informi, & citra ſpeciem aut delectationem. 85) Stramina potius & cæſpites tegularum erant loco, quibus tecta intexebant, & lignis quoque ex arboribus ſuccisis parietes, tabulataque componebant. 86) Quædam loca diligentius illinebant terra, ita pura & ſplendente, vt picturam & lineamenta colorum imitaretur. Solebant & ſubterraneos ſpecus aperire, eosque multo inſuper fimo onerare, ſuffugium hiemi & receptaculum frugibus, quia rigorem frigorum eiusmodi locis molliebant, & ſi quando hoſtis adueniebat, aperta populabatur, abdita autem & defoſſa ignorabantur, aut eo ipſo fallebant, quod quærenda erant. 87) Hic ſimplex ædificandi modus ad tempora vsque Sec. IV. remanſiſſe videtur, tunc enim iam lautius viuere, & domibus in morem Romanum extructis

loquuntur: *ſed vt amicitia ſocietasque noſtra in æternum rata ſit, poſtulamus a vobis, muros Colonie, monimenta ſeruitii, detrahatis. Etiam fera animalia, ſi clauſa teneas, virtutis obliuiſcuntur.*

78) lib. IV. c. 19. de B. G. *Sueuos poſtquam per exploratores pontem fieri comperiſſent, more ſuo conſilio habito, nuntios in omnes partes dimiſſe, vti de oppidis demigrarent, liberos, vxores, ſuaque omnia in ſiluas deponerent.*

79) *lib. II. c. 11. Geogr.* Situm horum oppidorum Ptolomæi omnium optime deſcribit & adſtatum hodiernum accommodat M. ALTINGIVS peculiari Diſſert. Germaniæ ſuæ veteri inferiori præmiſſa.

80) Hic enim cum ſcripſiſſet in hiſtoria Maximini lib. VII. c. 2. *vicos omnes (τὰς τῶν κώμας) incendendos diripiendosque militibus conceſſit*; mox addit: *namque oppida eorum, (τὰς πόλεις αὐτῶν) atque ædificia ignis deprædaſſet.* Ex quo liquet, τὰς πόλεις Herodiano eſſe idem, quod *τὰς κώμας*. conf. CONRINGIVS de *vrbib. Germ.* §. 21.

81) *lib. II. Annal. c.* 62. §. 3. vbi de expeditione Catualdæ contra Marabouum ſuſcepta hæc refert: *Is* Catualda *valida manu fines Marcomannorum ingreditur, corruptisque primoribus ad ſocietatem, irrumpit regiam caſtellumque iuxta ſitum. Veteres illic Sueuorum prædæ - - - reperit. Et lib. XII. Annal. c.* 29. §. 6. tradit: Vannium Quadorum Regem imparem multitudini hoſtium, caſtellis ſeſe defenſare, bellumque ducere ſtatuiſſe.

82) Verba ſunt AMMIANI *lib. XVI. c.* 12. qui hæc de Alemannis refert.

83) Egregie hæc docet FR. GVILLIMANNVS de Epiſc. Argentinenſ. c. 3. *in agriculturam*, inquiens, *relicto deinceps bellandi ex parte ſtudio, conceſſi Alemanni, Francique, vicos incoluere; neque quas recuperarunt vrbes, vel munimenta inſtaurarunt, aut vero habitauere. Siue, ne rurſus illis, vt antea ſæpius, eiicerentur a principio formidarint, aut vetere & ex Germania allata conſuetudine, manendi in aperto.*

84) Loquor ſtilo Romano. Sic BRVSCHIVS in deſcript. monaſterii Campidunenſis recenſet, circa A. C. D C C C. præter Auguſtam, Pfullindorff & Kempten, paucas aut nullas in Suenia vrbes fuiſſe; bene tamen vicos ingentes, vt Vlmam, Grunefurt, hodie Memmingam, Biberach, Leutkirch, Isni &c.

85) Verba ſunt TACITI *c. XVI.* §. 2. & 3. *de M. G.* quibus iungenda quæ habet STRABO *lib. VII. Geogr. p.* 291.

86) HERODIANVS *lib. VII. c.* 2. λίθοις γὰρ καὶ γῇ τοῖς οἴκοις ἢ πλέθρου τινὸς σπάνις ὕλης ἢ ἀμελείας ἔδειμεν ἕκαστοι ὅσοι ἐντὸς ἦσαν ἐπικαιρότατον, ἄντρα τινὰ ἐξορύσσοντες ὑπερκαλύπτουσιν. i. e. *rara apud eosdem (Germanos) ſtruibura e lapide ac lateribus coctilibus; denſiuae potius ſiluis, quorum conſcitis congmentatiique ignis, quaedam quaſi tabernacula adiſicant.*

87) TACITVS *c. XVI.* §. 4. - - 6.

extructis habitare cœpisse Alemannos, ex Ammiano, 88) teste huius rei oculari, omnium optime perspici potest.

§. XXX. Hisce in domibus nudi ac sordidi agebant, & in illa corpora inque illos artus excrescebant, quæ mirabantur Romani, 89) multi vero ne Dii quidem immortales pares esse posse credebant. 90) Omnibus enim procera & gigantea erant corpora, 91) candida cutis, 92) truces & cærulei oculi, 93) rutilæ comæ 94) & horridus sermo, 95) quibus tantum hostibus suis incutiebant terrorem, vt vel nudo aspectu in fugam eos haud raro verterent. 96)

§. XXXI. Terribilem hunc aspectum non parum auxisse videtur horridus eorum vestitus. Tegumen enim omnibus erat sagum, 97) fibula, aut si deerat, spina consertum, cætera intecti. 98) Locupletissimi veste distinguebantur, non fluitante, sicut Sarmatæ ac Parthi, sed stricta & singulos artus exprimente. Gerebant & ferrarum pelles, 99) proximi ripæ Danubii negligenter, vlteriores exquisitius, vt quibus nullus per commercia cultus. Eligebant feras, & detracta velamina spargebant maculis, pellibusque belluarum, quas exterior oceanus atque ignotum mare gignebat. 100) Insigne præterea solius Sueuicæ gentis obliquare crinem nodoque substringere: Sic enim a cæteris Germanis, sic eorum ingenui a seruis separabantur. Vsque ad canitiem horrentem hunc capillum retro sequebantur, ac sæpe in ipso solo vertice religabant. Principes & ornatiorem habebant. Ea cura formæ, sed innoxiæ. Neque enim vt amarent amarenturue; in altitudinem quandam & terrorem, adituri bella compti, vt hostium oculis, ornabantur. 1) Nec alius fœminis quam viris habitus, nisi quod fœminæ sæpius lineis amictibus velabantur,

88) lib. XVII. c. 1. *extractisque captiuis, domiciliis cunctis, curatius ritu Romano constructa, flammis subditis urebat.*

89) TACITVS *c. XX.* §. 1. *de B. G.*

90) Ita enim legati Tencterorum & Vsipetum apud CAESAREM *lib. IV. c. 7. de B. G.* loquuntur: *sese vnis Sueuis concedere, quibus ne Dii quidem immortales pares esse possent. Reliquum quidem in terris esse neminem, quem non superare possint.*

91) TACITVS c. IV. §. 2. c. 1. *vnde habitus corporum, quamquam in tanto hominum numero, idem omnibus, truces & cærulei oculi, rutilæ comæ, magna corpora.* MELA lib. III. c. 3. de situ orb. *immanes animi atque corporibus* eos vocat, FLORO lib. III. c. 10. §. 12. *immania corpora* audiunt. & HERODIANO lib. VI. c. 7. dicuntur *prægrandia corpora.* SIDONIO APOLLINARI carm. V. v. 244. & carm. 12. v. 11. *Septipedum & gigantum* nomine insigniuntur Burgundiones, & AMMIANVS *lib. XVI. c. 12.* Chnodomarium Alemannorum regem ita describit: *fidens ingenti robore lacertorum.* Idem comparens Alemannos cum Romanis militibus eod. cap. *robustos & celsiores, feros & turbulos, grandissimisque corporibus fretos* eos dicit. Et VEGETIVS lib. I. c. 1. de re milit. *quid aduersus Germanorum proceritatem breuitas potuisset audere* interrogat? In hanc proceritatis causam inquirit CONRINGIVS peculiari Tractatu de habitu corporis Germanorum noui & antiqui causis, eamque tribuit, partim fetæ Veneri, partim quod aliarum gentium connubiis haud infecti, vna eademque inter omnes victus, viuendique ratio fuerit. conf. etiam CAESAR *lib. IV. c. 1. de B. G.*

92) VITRVVIVS: *sub Septentrionibus nutriuntur gentes, immanibus corporibus, candidis coloribus, directo capillo & rufo, cæsis oculis, sanguine multo.*

93) Ita enim præter iam allegatos de oculis eorum canit IVVENALIS Satyr. XIII.

Cærula quis stupuit Germani lumina? - -

94) CLAVDIANVS lib. I. in Eutrop.

Arduus & flauis ignabat iuga Sueuis.

Climati hoc tribuit PLINIVS *lib. II. c. 78. H. N.* MARTIALIS vero *lib. VIII.* Spumæ seu Saponi, quo vngebant & lauabant capillos hoc adscribit, dum canit:

Cauſſica Teutonicos accendit Spuma capillos.

95) TACITVS *lib. II. histor. c. 74. §. 3.*

96) Ita enim CAESAR lib. I. c. 39. c. 1. *dum paucos dies ad Vesontionem rei frumentariæ commeatusque causa moratur, ex percunctatione nostrorum vocibusque Gallorum ac mercatorum, qui ingenti magnitudine corporum Germanos, incredibili virtute atque exercitatione in armis esse prædicabant, sæpe numero sese cum iis congressos, ne vultum quidem atque aciem oculorum ferre potuisse; Tantus subito timor omnem exercitum occupauit, vt non mediocriter omnium mentes animosque perturbaret.*

97) MELA lib. III. c. 3. c. 1. *viri sagis velantur a libris arborum, quamuis sæua hiems.*

98) Inde SENECA de ira c. 11. *Germanis quid induratius ad omnem patientiam, vt quibus magna ex parte non tegumenta corporum prouisa sunt, non suffugium aduersum perpetuum cœli, rigorem.* Et AMMIANVS *lib. XV. c. 5.* Alemannis prope Brigantiam a Romanis illatam cladem describens, *corpora*, inquit, *nudantes intecta, gladiorum hastarumque densis ictibus truncabantur*; quibus etiam conueniunt tradita OROSII *lib. VI. c. 7.*

99) CAESAR lib. IV. c. 1. de B. G. *in eam se consuetudinem adduxerunt, vt locis frigidissimis neque vestitus, præter pelles, habeant quicquam, quorum propter exiguitatem magna est corporis pars aperta.* conf. eundem *lib. VI. c. 21.*

100) Hactenus sunt verba TACITI *Cap. XVII.* §. 1. 4. de *M. G.* circa quæ conf. CLVVERIVS *lib. I. c. 16. c. 1.* qui tamen hoc capite magna cautione legendus, dum Germanos veteres nudos admodum describit, & depingi curauit, vt iam diu annotauit CONRINGIVS *de Rep. antiqu. vet. Germ.* Alemannorum corporis Cultum delineat AGATHIAS *lib. II. hist. vid. etiam infr.* §. 58. & pellitos passim Gothos vocant CLAVDIANVS, SIDONIVS aliique. Idem SIDONIVS Westrogothorum etiam habitum describens, pedes, ait, primos perone setoso talos ad vsque vinctos: genua, crura, suras sine tegmine, vestem altam, strictam, versicolorem, vix appropinquantem poplitibus exsertis: manicas sola brachiorum principia velantes. At Langobardorum vestes P. DIACONVS *lib. IV. c. 23.* describit laxas & lineas, ornatas institis latioribus vario colore contextis: calceos ad summum pollicem pæne apertos & alternatim laqueis corrigiarum retentos. vid. GROTIVS *in prolegom. ad Hist. Goth. p. 37. &c.*

1) Ita TACITVS *c. XXXVIII.* §. 2. 3. 4. *de M. G.* ab hoc tamen more recessisse videntur Langobardi. De his enim ait P. DIACONVS lib. IV. c. 23. *Siquidem ceruicem vsque ad occipitium radentes nudabant, capillos a facie vsque ad os demissos habentes, quos in vtramque partem in frontis discrimine dinidebant.*

2) TACI-

bantur, eosque purpura variabant, partemque vestitus superioris in manicas non extendebant, nudæ brachia & lacertos. Sed & proxima pars pectoris patebat. 2)

§. XXXII. Corporis ob hanc proceritatem & cultum inordinatum feritatis 3) plerumque a Scriptoribus Romanis accusantur, maxime cum & latrocinia 4) in vicinos exercere, eorumque agros & terras depastare nullo plane modo omitterent. Sed communi hoc omnium bellicosarum nationum antiquitus erat vitium, a quo cum nec ipsi Romani immunes, nec Sueuis nostris hoc vitio verti poterat. Ignauiæ porro inertiæ & impatientiæ non desunt, qui eos arguunt, 5) qui somno & otio dediti omne tempus circa ignem & focos consumsissent; ast non pauci contra ab his criminibus eos non solum absoluunt, sed exemplum plane omnis industriæ & constantiæ commendant. 6) Imprimis vero obrietas eorum & aleæ studium vel ab omnibus notatur, quarum tanta erat consuetudo, vt diem noctemque continuare potando nulli esset probrum, 7) aleam vero sobri inter seria exercerent, tanta lucrandi perdendiue temeritate, vt cum omnia defecerint, extremo ac nouissimo iactu de libertate & de corpore contenderent. Nec vlcus promissa retractabat, quin potius voluntariam seruitutem adiret, quamuis iunior, quamuis robustior, alligari se ac venire patiebatur. Tanta in re praua erat pertinacia, ipsi fidem vocabant. 8) Vt autem inter aleam & pocula non raro bella oriri solent, ita crebræ quoque inter eos rixæ, quæ raro conuiciis, sæpius cædæ & vulneribus transigebantur. 9) Hæc maxima gentis nostræ vitia.

§. XXXIII. Inter virtutes vero veterum Sueuorum vel ab omnibus eximius eorum candor primo loco recenseur. Gens enim erat non astuta, nec callida, 10) sed facile aperiens secreta pectoris & ideo fidem seruans. 11) Hanc ob rem Romani Imp. custodiæ 12) corporis haud raro eos adhibebant & Hermunduris imprimis adeo fidebant, vt non solum in ripa Danubii, sed penitus atque in splendidissima Rhætiæ prouinciæ colonia commercia exercere permitterent passim & sine custode transeuntibus; imo cum cæteris gentibus arma modo & castra ostenderent, his domos villasque plane patefacerent,

2) TACITVS *c. XVII.* §. 5. *c. l.* cum quo conferri possunt, quæ habet STRABO *lib. VII. p.* 294. de vestitu fœminarum Cimbricarum, Sueuis vicinarum.

3) AMMIANVS lib. XVI. c. 12. ait: *ductabat autem populos omnes pugnaces & suos Chnodomarius & Serapio.* Et DROSIVS lib. VI. c. 9. *maximam & ferocissimam gentem* Sueuos vocat; quibus consentit VELLEIVS *lib. II. c.* 106. §. 2. *Hist. Rom.* cum Langobardi ei *gens Germana feritate ferocior* dicuntur. Sed non adeo feroces eos fuisse, ex eodem VELLEIO constat *lib. II. c.* 108. §. 2. qui Morabadium Marcomannorum regem *natione magis quam ratione barbarum* vocat. conf. etiam TACITVM *c.* 30. §. 3. *de M. G.*

4) CAESAR *lib. VI. c.* 23. MELA *lib. III. c.* 3. *de sit. orb.*

5) TACITVS c. IV. §. 3. de M.G. *magna corpora & tantum ad impetum valida, laboris ac operum non eadem patientia, minimeque sitim æstumque tolerare, frigora atque inediam cælo solone assuerunt.* Et lib. II. Annal. Cap. 14. §. 5. *corpus ad breuem impetum validum, sic nulla vulnerum patientia.* Rursus c. XV. §. 1. de M. G. *quotiens bella non ineunt non multum venatibus, plus per otium transigunt, dediti somno ciboque.* Et c. XVII. §. 1. c. l. hoc confirmat: *cætera intecti totos dies iuxta focum atque ignem agunt.*

6) Sic ipse TACITVS dum *c. XII.* §. 2. *de M. G.* torporem ab eis morte punitum tradit; *c. XIV.* §. 1. *c. l.* in præliis strenue eos duces suos fuisse imitatos; & *lib. II. Annal. c.* 8. §. 1. de Cheruscis, Sueuorum genti finitimis, testatur, eos ab hora quinta diei ad noctem vsque cum Germanico pugnauisse, hoc ipso superius dicta refutare videtur. SENECA porro c. 11. de ira exclamat: *Germani quid cursu acrius, quid induratius ad omnem patientiam!* & VEGETIVS *lib. I.* de re milit. ob id a Septentrione, i. e. Germanis, militem eligendum suadet, quod hi sitis & famis patientes, laborem quemcunque tolerare possint. adde CAESAREM lib. VI. c. 21. de B. G. vbi ait: *a parvulis labori ac duritiei student*, & MELAM *lib. III. c.* 3. *c. l.*

7) Ita TACITVS *c. XXII.* §. 2. *de* M. G. *c. IV.* §. 3. *& c. XXIII.* §. 3. idem vitium eis obiicit SALVIANVS *lib. IV.* de gubernat. Dei, vbi inquit: *numquid tam reprehensibilis ebrietas Alemanni, quam ebrietas Christiani?* quibus iungi possunt, quæ habet n. RHENANVS *lib. I. p.* 7. *rer. Germ.* qui exinde forsan esse, quod adhuc hodie Germani omne negotium potationibus inchoare & claudere soleant, coniicit. Licet hoc vitium Germanis non solum, sed omnibus bellicosis nationibus commune fuisse & huius culpam in Septentrionalibus populis cœlo, quod circumfuso frigore calorem penitus in corpora adigens sitire cogat, adscribendam esse, tradat GROTIVS *in prolegom. ad Hist. Goth. pag.* 19.

8) verba sunt TACITI *c. XXIV.* §. 3. & 4. de M. G.

9) TACITVS *c. XXVII.* §. 3. *c. l.*

10) TACITVS *c. XXII.* §. 5. de M. G.

11) Inde Frisiorum legati in theatro populi Romani exclamabant apud TACITVM lib. XII. Annal. c. 54. *nullos mortalium armis aut fide antè Germanos esse*, & *lib. eod. Annal. c.* 30. §. 2. Vangionem & Sidonem Sueuorum reges ab egregia erga Romanos laudat fide. SALVIANVS præterea *lib. IV.* de gubernat. Dei: *gens*, inquit, *Alemannorum impudica, sed minus perfida*, & CLAVDIANVS de laudibus Stiliconis ita canit:

> *quoties fociare cateruas*
> *orauit, iungique tuis Alemannia signis?*
> *Non doluit, contemta tamen spretoque recessit*
> *auxilio, laudata fides.*

His tamen non obstantibus perfidiæ maculam eis aspergere conatur VELLEIVS *lib. II. c.* 118. *Hist. Germanos in summa feritate perfuetissimos, natumque mendacio genus* vocans; & IDACIVS Episcopus in Chron. Olympiad. 311. *Sueuos promissionum suarum ve semper fallaces, & perfidos* appellans. Ast plus odio aduersus eos, vtpote exteros, scriptores hos indulsisse, ex supra relatis constat.

12) Multa exempla huc pertinentia congessit FR. IRENICVS *Exegef. Germ. lib. IV. p.* 191. quibus vel vnicum HERODIANI de Caracalla testimonium addere placet *lib. IV. c.* 7. ἀγάμως δὲ τῆ ἡγεμονίᾳ ἐπὶ τῷ τῶν ὀχθῶν τῷ ἴστρῳ γενόμενος. - - ἀκούσατο δὲ καὶ πάντας τοὺς ἐπέκεινα Γερμανοὺς ἐς τὰ φίλια ἐπαγόμενος, ὡς καὶ συμμάχους καὶ αὐτοὺς λαμβάνοντος τὰ σώματος ἐπὶ τῷ φύλακι

facerent, non conculpiscentibus. 13) Fides hæc si iuramento firmanda, per arma fuit, vtpote gens bellica, præstare hoc solebant; 14) neque a pactorum hac religione vllo modo abduci sese permiserunt, antequam a Romanis amicitiæ & odii consilia, prout vtilitas & occasio poscit, esse ineunda, didicissent. Egregia porro hac fidei incorruptæ virtute non minor erat larga eorum hospitalitas. Conuictibus enim & hospitiis non alia gens effusius indulgebat. Quemcunque mortalium arcere tecto, nefas habebatur. Pro fortuna quisque paratis epulis excipiebat. Cum defecere, qui modo hospes fuerat, monstrator hospitii & comes, proximam domum non inuitati adibant. Nec intererat, pari humanitate accipiebantur. Notum ignotumque, quantum ad ius hospitii, nemo discernebat. Abeunti, si quid poscebat, concedere moris; & poscendi inuicem eadem facilitas. 15) Tanta eorum comitas,

§. XXXIV. Laudatur præterea contemtus eorum omnis suauitiæ Generis & voluptatis. Argentum enim & aurum primis temporibus adeo parum curarunt, vt vasa aurea & argentea, principibus & legatis suis a Romanis muneri data, non in alia vtilitate haberent, quam quæ humo figerentur. 16) Et quomodo etiam aurum vel argentum & ex eo conflatam pecuniam impenderent, antiquissima mercium permutatione 17) vtentes, quibus insuper fœnus agitare & in vsuras extendere ignotum? 18) Postea vero vt plura alia, sic & eiusmodi metalla pecuniamque in præcio habere a Romanis 19) didicerunt, ita, vt iam nulla gens auidior illis inhiaret nummis, ipsisque hostibus non raro pacem venderent, vt vel innumeris exemplis quam luculentissime demonstrari potest. 20)

§. XXXV. In primis autem vitæ eorum castimonia quam maxime celebratur. Licet enim nulla apud eos sexus occultatio & in fluminibus cum fœminæ, tum mares, promiscue perluerentur, 21) omnia tamen septa pudicitia agebant, nullis spectaculorum illecebris, nullis conuiuiorum irritationibus corrupti. Litterarum secreta viri pariter ac fœminæ ignorabant. 22) Sera iuuenum Venus, 23) & qui diutissime impuberes permanserant, maximam inter suos ferebant laudem, hoc enim ali statuarum, ali vires, neruosque confirmari putabant: Intra annum vero XX. fœminæ notitiam habuisse, in turpissimis habebant rebus. 24) Neque virgines festinabantur, eadem iuuenta, similis proceritas. Pares validique miscebantur, ac robora parentum liberi referebant. 25) Dotem non vxor marito, sed vxori maritus offerebat. Intererant parentes, & propinqui ac munera probabant. Munera non ad delicias muliebres quæsita, nec quibus noua nupta comeretur, sed boues & frenatum equum, & scutum cum framea gladioque. In hæc munera vxor accipiebatur, atque inuicem ipsa armorum aliquid viro afferebat. Hoc maximum vinculum, hæc arcana sacra, hos coniugales Deos arbitrabantur. Ne se mulier quoque extra virtutum cogitationes, extraque bellorum casus putaret, ipsis incipientis matrimonii auspiciis admonebatur, venire se laborum periculorumque sociam, idem in pace, idem in bello passuram,

---

φεύγειν ἀκίνδυνος, γυναῖός τι καὶ ὀφθῆναι ἐπιλελησμένος. i. e. *igitur Italia decedens ad ripas Danubii peruenit - - Cæterum Germanos sibi illinc omnes adiunxit, atque in amicitiam conciliauit, sic, vt ex his socios belli rum & custodes corporum validissimum quemque & pulcherrimum sibi adscisceret.* Hoc autem de Sueuis intelligendum, vel ideo constat, quod longum Danubium, in Pannoniam vsque, non nisi Sueui inhæderunt.

13) TACITVS *de M. G. c. XXI. §. 2. & 2.*

14) Ita de Quadis hæc refert AMMIANVS Lib. XVII. c. 12. *eductis micronibus, quos pro numinibus colunt, iurauerant* Constantio Imp. *se permansuros in fide.* De Alemannis vid. DV FRESNE *in gloss.* voce: iurare per arma.

15) TACITVS *c. XXI. §. 3--5.* consentit CAESAR *lib. VI. c. 23. de B. G.* & MELA *lib. III. c. 3.* Eamdemque liberalitatem erga aduenas septentrionales populos, maxime Sueones, suo tempore adhuc exercuisse, testatur AD. BREMENSIS *libr. de situ Dan. apud Grot. inter Script. Goth. p. 102.*

16) Ita TACITVS *c. V. §. 5. de M. G.* inde etiam AD. BRENENSIS *de situ Dan. apud Grotium p. 101. c. 1.* de Suionibus ait: *omnia enim infirmum ta vana gloriæ, h. e. aurum, argentum, supidepedes regios, pelles easdorum & martarum, quæ nos admiratione sui dementes faciunt, illi pro nihilo ducunt.*

17) TACITVS c. l. §. 6. *interius simplicius & antiquius permutatione mercium viuuntur.*

18) Idem *c. XXVI. §. 1. c. l.*

19) Ita enim TACITVS c. XV. §. 5. c. l. *iam & pecuniam accipere docuimus.* Conf. eund. *c. V. §. 6. & lib. II. Annal. c. 62. §. 4.*

20) Ita enim HERODIANVS *lib. I. c. 6.* Commodum, refert, barbaros Danubii accolas præmiis magnis magis, quam armis deuicisse, addens porro: φύσει γὰρ τὸ βάρβαρον φιλοχρήματον καὶ πάθους κατωφεροῦς ὄντος ἢ δι' ἀνάγκης καὶ ὀφθῆναι τὸ χρυσοῦς ἤρας τοῦ βίου πεποίηται, ἢ μεγάλαι μοῖραι τῶν ὁρίων αὐτοκράτορι ὑπόκεινται i. e. *quippe barbari suapte natura pecuniæ auidi, periculorum deficientes, aut incursionibus populationibusque victum parent, aut proposita mercede venales habent.* Eadem de Alexandro Seuero tradit idem *lib. VI. c. VII.* dum ait: Ἀλέξανδρος αἰεὶ τὰ τέλεια ἦν, πλὴν ὅσῳπερ αὐτῷ ἀκριβέστατα πάντα περὶ αὐτὸν καὶ περὶ ὁρίων διαλογίζεται, πάντα τε ὑπισχνεῖτο πεισθεὶς ὅσα δίκαια, καὶ χρυσάσπιδι ἐφοδίῳ ἔχων. τάτε γὰρ μάλιστα Γερμανοὶ πεῖθονται, φιλάργυροί τε ὄντες καὶ τὰ ὁρίσια ὑπὲρ τοῦς Ῥωμαίοις χρυσίῳ καπηλεύοντες. i. e. *Cum in his Alexander verfaretur, decreuit tamen oratores ad illos de pace mittere, qui pollicerentur omnia illis principem Romanum, quorum foret opus, præbiturum, pecuniasque daturum magna copia. Sunt enim Germani pecuniæ imprimis auidi, nunquam non auro pacem Romanis canponantur.* Adde excerpta DIONIS COCCEIANI, quæ HENR. VALESIVS edidit *pag. 751.* AMMIANVM *lib. XXVI. c. 5.* SALVIANVM *lib. VI. de gubernatione Dei* & CLAVDIANVM *lib. I. Stilic.*

21) CAESAR *lib. VI. c. 21. de B. G.*

22) TACITVS *c. XIX. §. 1. de M. G.* loqui etiam hic Tacitum de litteris amatoriis, circumstantiæ docent, secus ac CLVVERIVS *lib. I. c. 19. p. 167. G. A.* putat, qui de litteris in genere hoc interpretatur.

23) TACITVS *c. XX. §. 4. c. l.* MELA *lib. III. c. 3.*

24) Ita loquitur CAESAR *lib. VI. c. 21. de B. G.*

25) Verba sunt TACITI *c. XX. §. 4. c. l.*

26) Ita

furam, auſuramque. Hoc iuncti boues, hoc paratus equus, hoc data arma denunciabant. Sic viuendum ſic pereundum; accipere ſe quæ liberis inuiolata ac digna reddat, quæ rurſus accipiant, rurſus ad nepotes referant. 26) Quibusdam in ciuitatibus virgines tantum nubebant, & cum ſpe votoque vxoris ſemel tranſigebatur. Sic vnum accipiebant maritum, quo modo vnum corpus, vnamque vitam, ne vlla cogitatio vltra, ne longior cupiditas, ne tanquam maritum, ſed tanquam matrimonium amaret. 27) Cæterum ipſa matrimonia ſeuera, nec vlla pars morum magis laudanda, quam quod prope ſoli barbarorum ſingulis vxoribus eſſent contenti, exceptis admodum paucis, qui non libidine, ſed ob nobilitatem plurimis nuptiis ambiebantur. 28)

§. XXXVI. Contracto iam ita matrimonio, numerum liberorum finire, aut quemquam ex agnatis necare, flagitium habebatur. 29) Natum ex eo mater vberibus ſuis alebat, nec ancillis ac nutricibus delegabat. Dominus a ſeruis nullis educationis deliciis dignoſcebatur; 30) maximo frigore nudi agebant, antequam puberes fierent, 31) & inter eadem pecora, in eodem humo, degebant, donec ætas ſepararet ingenuos, virtus agnoſceret. 32) Si parum adulti, ſtatim quidem arma tractare docebantur, & in omni arte militari inſtruebantur, 33) ſed ſumere ea, non antea eis moris, quam ciuitas ſuffecturos probauerat. Tum in ipſo concilio, vel principum aliquis, vel pater, vel propinquus, ſcuto frameaque iuuenem ornabant. Hæc apud illos toga, hic primus iuuentæ honos: Ante hoc domus pars videbantur, mox reip. 34)

§. XXXVII. Cæterum non ipſi, tanquam gens bellicoſa, negotia domus procurabant viri, ſed omnem curam fœminis ſenibusque & infirmiſſimo cuique ex familia delegabant, 35) Seruis enim non in morem Romanum deſcriptis per familiam miniſteriis vtebantur, ſed ſuam quisque ſedem, ſuos penates regebat. Frumenti modum dominus, aut pecoris, aut veſtis, vt colono, iniungebat, & ſeruus hactenus parebat; Verberare autem ſeruum, ac vinculis & opere coercere, rarum. Occidere ſolebant, non diſciplina & ſeueritate, ſed impetu, & ira, vt inimicum, niſi quod impune. 36)

§. XXXVIII. Quotidianum victum ſi ſpectes, potui erat humor ex ordeo & frumento in quandam ſimilitudinem vini corruptus. 37) Vinum enim ad ſe omnino non importari ſinebant, quod ea re ad laborem ferendum remolleſcere homines atque effœminari arbitrabantur. 38) Cibi ſimplices, 39) agreſtia poma, recens fera, 40) aut lac concretum, 41) ſine apparatu, ſine blandimentis expellebant famem, lautique cibum capiebant. Separatæ ſingulis ſedes, & ſua cuique erat menſa. Si magna conuiuia inſtituta, armati ad ea procedebant, diemque noctemque potando conſumebant. Inde vero haud raro, vt inter

26) Ita quæ circa matrimonia eorum notatu digna occurrebant, recenſet idem *c. XVIII. §. 2--6. c. l.*

27) TACITVS *c. XIX. §. 4. 5. c. l.* & de Varnis plane ait PROCOPIVS Lib. IV. Hiſt. Goth. *tanto honore pudicitia apud barbaros colitur, vt fœmina, de cuius nuptiis altum eſt, etiamſi corpore ſit integro, pro corrupta habeatur.*

28) Hæc rurſus ſæpe laudatus TACITVS *c. XVIII. §. 1.* Exemplum exercitæ inter eos Polygamiæ præbet Arioviſtus Sueuorum rex, de quo ita CAESAR Lib. I. c. 53. de B. G. *duæ fuerunt Arioviſti uxores, una Sueua natione, quam domo ſecum adduxerat, altera Norica, regis Vocionis ſoror, quam in Gallia duxerat, a fratre miſſam.* Et a priſtino laudabili inſtituto etiam receſſiſſe videntur Suiones, de his enim AD. BREMENSIS de ſitu Dan. pag. 101. c. 1. *in ſola*, inquit, *mulierum copula modum neſciunt, quisque ſecundum facultatem virium ſuarum duas, aut tres, vel amplius ſimul habet; diuites & principes absque numero. Nam & filios ex tali coniunctione genitos habent legitimos.* Imo Alemannos poſtea & ipſas caſtitatis Leges transgreſſos paululum fuiſſe, colligi licet ex SALVIANO *lib. IV. c. 1.* cui *gens impudica* audiunt.

29) TACITVS *c. XIX. §. 6. de M. G.*

30) Idem *c. XX. §. 2. & 3. c. l.*

31) MELA *lib. III. c. 3. c. l.*

32) TACITVS *c. XX. §. 3. c. l.* memorabile exemplum huius ritus, quo veteres Sueui liberos ſuos palam ad ſe venire haud paſſi fuerunt, antequam ſcilicet heroico facto id meruerint, aut armorum conceſſione in comitiis maiorennes declarati, eſt Alboini, Adoini Langobardorum regis filii, quod exhibet CRANZIVS *lib. III. Dan. c. 3.* & BONFINIVS *in Hiſt. Hungaric. lib. VII. decad. 1.*

33) TACITVS *c. XXIV. §. 1.* SENECA *ep. 63.* vbi: *ſi in Parthia natus eſſet, arcum infans ſtatim tenderet, ſi in Germania, protinus puer tenerum haſtile vibraret.*

34) Ita ſæpe laudatus TACITVS *c. XIII. §. 2. c. l.*

35) TACITVS *c. XV. §. 2. de M. G.* & *c. XXV. §. 2.* vbi: *cætera domus officia vxor ac liberi exſequuntur.*

36) Idem *c. XXV. §. 1. 3. c. l.*

37) TACITVS *c. XXIII. §. 2. de M. G.*

38) CAESAR *lib. IV. de B. G. c. 2.*

39) TACITVS *c. l.* CAESAR *lib. IV. c. 1. c. l.* vbi: *neque multum frumento, ſed maximam partem lacte atque pecore viuunt.*

40) Recentem feram CLVVERIVS *lib. I. c. 17. pag. 150.* crudam vel ideo interpretatur, quod MELA *lib. III. c. 3.* victu ita aſperos inculcoſque fuiſſe Germanos tradat, vt cruda etiam carne veſcerentur, aut recenti, aut cum rigentem in ipſis pecudum feramque coriis manibus pedibusque ſubigendo renouarunt. Sed hunc nonnunquam fabuloſas vulgi voculas pro vero referentem reprehendit CONRINGIVS *de habit. corp. Germ. &c. pag. 76.* cocta inſuper & potiſſimum aſſa carne Germanos veteres vſos fuiſſe docens. Adde quæ B. HIERONYMVS refert: quosdam, ſcilicet Sarmatas, Quados, Vandalos & innumerabiles alias gentes, equorum & vulpium carnibus delectatas fuiſſe.

41) Hoc reddit quidem caſeum CAESAR *lib. VI. c. 22.* dum ait; *maiorque pars victus eorum lacte & caſeo & carne conſiſtit:* Aſt cum tacite ab eo diſſentiat TACITVS & PLINIVS inſuper *Lib. XI. c. 41.* & *lib. XXVIII. c. 9. H. N.* caſei dotem barbaris gentibus aut ignotam aut neglectam fuiſſe, tradat, CLVVERIVS *c. l.* ſub lacte concreto haud immerito butyrum deſignari coniicit. Conf. etiam CONRINGIVS *p. 63. c. l.*

ter vinolentos, rixæ, quæ raro conuiciis, sæpius cædæ & vulneribus transigebantur. Sed & de reconciliandis inuicem inimicis, & iungendis affinitatibus, & adscifcendis principibus, de pace denique ac bello, plerumque in conuiuiis consultabant, tanquam nullo magis tempore, aut ad simplices cogitationes pateret animus, aut ad magnas inualesceret. 42)

§. XXXIX. Quo autem haberent, quæ mensæ apponerent, integra pecorum alebant agmina, quæ licet improcera, plerumque tamen solæ & gratissimæ erant opes. 43) Multum quoque in venationibus erant, 44) quo & exinde, quæ ad victum necessaria, acquirerent. Nec deerant agri & arua, vnde panem sumerent, quo tamen, vti dictum, parcius vtebantur. Agriculturæ 45) enim parum studebant, neque quisquam agri modum certum, aut fines proprios habebat, sed magistratus & principes in annos singulos gentibus cognationibusque hominum, qui vna coierant, quantum eis, & quo loco visum erat, attribuebant agri. 46) Hos, aliquot millibus bellandi causa quotannis eductis, qui domi remanserant, colebant, illis vero reuersis & his sequenti anno in expeditionem missis, priores iam curabant agros, ita, vt nec agricultura, neque vsus belli vnquam intermitteretur. 47) Priuati autem & separati agri vel ideo nihil erat, nec longius anno remanere vno in loco incolendi causa permissum, ne assidua consuetudine capti studium belli gerendi agricultura commutarent, aut latos fines parare studerent, potentioresque humiliores possessionibus expellerent, vel accuratius ad frigora æstusque vitandos ædificarent, denique ne oriretur pecuniæ cupiditas, qua ex re factiones dissensionesque nascuntur, sed animi æquitate plebs contineretur, quum suas quisque opes cum potentissimis æquare videret. 48)

§. XL. Reliquum temporis præter agriculturæ, venationis, & pecoris curam, sæua licet hieme, in fluminibus transigebant, exercendo sese in nando; 49) inde etiam tantum in hac arte habitum sibi acquirebant, vt maxima quoque flumina tranarent, & ab omnibus nandi peritissimi 50) dicerentur. Producebat hoc exercitium & aliud commodum, quod scilicet corpora eorum adeo indurata redderentur, vt vel acerbissimum frigus 51) tolerare, nec facile ab eo corrumpi possent, maxime, cum & omnis luxuriæ & mollitiei adeo essent insensissimi hostes, vt nec spectacula, quibus tamen aliæ gentes & imprimis Romani, impense oblectabantur, in pretio haberent, eorumque non nisi innocentissimum, & quod in bellis vsum præberet, admitterent. Nudi scilicet iuuenes, quibus id ludicrum erat, inter gladios se atque infestas frameas iaciebant, nec tamen in quæstum aut mercedem, cum audacis lasciuiæ pretium voluptas spectantium esset. 52) Hoc vnicum spectaculorum genus, hæc vnica omnium delectatio.

§. XLI. Cæterum vti in tota vita ab omni luxu erant alienissimi, ita etiam post mortem & funerum nulla ambitio. Id solum obseruabatur, vt corpora clarorum virorum certis lignis cremarentur. Struem rogi nec vestibus, nec odoribus cumulabant; sua cuique arma, quorundam igni & equus adiiciebatur. Sepulchrum cespes erigebat, Monumentorum arduum & operosum honorem, vt grauem defunctis; aspernabantur. Lamenta ac lacrymas cito, dolorem & tristitiam tarde ponebant. Fœminis lugere honestum erat, viris meminisse. 53) Hæredes successoresque sui cuique liberi & nullum testamentum. Si liberi non erant, proximus gradus in possessione, fratres, patrui, auunculi. Non tamen in bona tantum & iura defuncti, sed & in inimicitias & amicitias eius succedebant. Has enim seu patris, seu propinqui suscipere, omnino erat necesse. Nec tamen implacabiles

42) Hactenus TACITVS c. *XXII.* §. 2-4. *de M. G.* egregium vero exemplum Alemannorum inter epulas de grauioribus rebus deliberantium eosque in tertiam vsque vigiliam noctis agitantium exhibet AMMIANVS *lib. XVIII. c. 2.*

43) TACITVS c. *V.* §. 1. *de M. G.* CAESAR *lib. IV. c. 2. de B. G.*

44) CAESAR *lib. IV. c. 1. v. l. & lib. VI. c. 2.* cum quo consentit TACITVS *c. XV.* §. *1. c. l.*

45) TACITVS c. XIV. §. 7. c. l. *nec arare terram, aut exspectare annum tam facile persuaseris, quam vocare hostes, & vulnera mereri.* Huc etiam respexisse videtur CLAVDIANVS, qui quo magis gesta Romanorum contra Alemannos extolleret, ita canit:

Cornibus infractis adeo mitescere cogis,
vt Sueuus iam rura colat, flexoque Sicambri
in falcem curuent gladios, geminasque viator
cum videat ripas, quæ sit Romana requirit.

46) Ita CAESAR Lib. VI. c. 22. c. l. & TACITVS c. XXVI. §. 2. & 3. c. l. *agri*, inquit, *pro numero cultorum ab vniuersis per vicos* (vti legit CLVVERIVS Lib. I. c. 13. pag. 108.) *occupantur, quos mox inter se, secundum dignationem, partiuntur. Facilitatem partiendi camporum spatia præstant. Arua per annos mutant, & superest ager.*

47) CAESAR *lib. IV. c. 1. c. l.*

48) Verba sunt eiusdem CAESARIS *lib. VI. c. 22. c. l.*

49) CAESAR Lib. IV. c. 1. de B. G. *lauantur in fluminibus* & MELA Lib. III. c. 3. *nandi non tantum patientia illis, sed vsus etiam est.*

50) HERODIANVS Lib. VII. c. 2. fic TACITO Lib. V. Hist. c. 14. §. 4. dicuntur *fluminibus fecti.* & AMMIANVS Lib. XXV. c. 6. *flumina transmeare a prima pueritia eos instituto* fuisse ait; cum iam antea Lib. XVI. c. 12. *nandi peritos & nandi strenuos* eos vocasset. Adde DIONEM *lib. LX. p. 678.* qui eos solitos fuisse etiam rapidissima flumina in armis tranare refert.

51) TACITVS c. IV. §. 3. de M. G. *frigora atque inediam cælo solique assueuerunt.* Conf. etiam CAESAR *lib. IV. c. 1. de B. G.* & AGATHIAS *lib. I. hist. Gothic.* qui, Alemannis & Francis, ait, gelida patria natis, familiare & velut cognatum, algere.

52) TACITVS c. *XXIV.* §. 1. & 2. c. l.

53) Verba sunt TACITI c. *XXVII.* §. 1-4. *de M. G.*

54) Idem

cabiles durabant, sed potius vniuersa domus satisfactionem recipiebat, vtiliter in publicum, quia periculosiores sunt inimicitiæ iuxta libertatem. 54)

§. XLII. Perlustratis hoc modo, quæ circa domus, pagos, mores, cultum & victum ipsumque rem œconomicam veterum Sueuorum occurrunt, iam ad sacra eorum accedimus. Deos enim coluisse priscos Suevos, eorumque notitiam & studiosiorem habuisse, vel ideo certum, quod nulla vnquam gens adeo extra leges moresque fuerit projecta, quæ non aliquos credidit Deos. 55) Neque in contrarium adducere iuuat verba Cæsaris: 56) Neque Druides habent Germani, qui rebus diuinis præsint, neque sacrificiis student; qui enim exinde atheismum veterum Germanorum demonstrare satagunt, mala fide plerumque præterire & dissimulare solent, quæ mox de Diis eorum subiungit idem, vt taceam, hunc auctorem & pleraque Germaniæ institutа ignorasse, vtpote qui in limine eius saltim substitit, neque recte in hoc asserto sibi constare; dum enim Deos coluisse veteres Germanos ipse concedit, nec cultum & sacrificia eis denegare potest, maxime cum nulla vnquam gens Deos habuerit sine cultu, & cultum sine administratione sacerdotum. Hic autem cultus primum quidem videtur fuisse simplicissimus, qualem forte ex Asia secum attulerunt, ita scilicet, vt Diis suis nullas planestatuas posuerint, neque simulacra fabricauerint. Deos enim nec cohiberi parietibus, nec in vllam humani oris speciem assimilari ex magnitudine cœlestium arbitrabantur, Deorumque nominibus secretum illud tantum, quod sola reuerentia videbant, appellabant. 57) Postea vero crescente indies superstitione, omniaque in peius vertente, & imagines Deorum eos efformasse, & sub Symbolis quibusdam Numina sua adorasse, eisque diuinos exhibuisse honores, vel omnes, quotquot extant vitæ & acta Sanctorum, martyrum & Antistitum & Propagatorum religionis in Germania docent, & quæ passim in aulis & cimeliarchiis principum adhuc hodie asseruantur idola & statuæ Deorum quam manifestissime testantur.

§. XLIII. Hi Dii vero vel generales erant, & omnibus Germaniæ populis communes, vel speciales, a Sueuis tantum culti. Cæsar 58) quidem tria tantum Numina omnibus Germaniæ populis fuisse tradit, Solem, scilicet Lunam & Vulcanum, ex quo Cluuerius 59) vnum verum & æternum Deum in trinitate eos coluisse colligit; sed in eo fallit, ac fallitur vterque: Hic quidem, quod non perpendit, Cæsarem diserte tradere, alios Deos non agnoscere Germanos, quam quos vident; ille vero, quod præcipiti pro more nimis iudicio tres tantum Deos Germanis assignat, reliquos ne fama quidem acceptos asserens, cum qui post eum Germaniam adierunt, eiusque mores & ritus curatius perspexerunt, qualis inprimis Tacitus, longe plures eis adnumerent. Et primum quidem præter Vulcanum, Solem ac Lunam, quos pleræque gentes, ad naturam prolapsæ, tanquam præcipua & præstantissima inter reliqua elementa & sidera veneratæ fuerunt, etiam Tuistonem eiusque filium Mannum, conditores gentis, pro Diis coluerunt, eorumque memoriam carminibus celebrarunt; 60) Postea vero eodem Tacito teste, nec Herculis, 61) Mercurii 62) ac Martis, 63) Deorum omnibus Germanis communium, nec Castoris & Pollucis, 64) Herthæ 65) itidem, matris Deum 66) & Isidis 67) Sacra, Sueuis tantum peculiaria,

54) Idem *c. XX. §. 6. & c. XXI. §. 1. & 2. c. l.*

55) SENECA *ep. 107.* quo cum iungi merentur dicta CICERONIS *Lib. I. De nat. Deor. n. 43.*

56) *Lib. VI. c. 21. de B. G.*

57) TACITVS *c. IX. §. 3. & 4. de M. G.* idem *c. XLIII. §. 5.* de Naharualis ait: *apud eos nulla simulacra.* Conf. etiam hic S. R. Dominum MELLINVM in Diss. *de Sueuia gentili* 1695. Ienæ habita, vbi a §. 4. ad 10. in eo totus est, vt primum simplicissimum Sueuorum cultum exponat, mox vero quomodo ad idololatriam prolapsi demonstret.

58) Lib. IV. c. 21. de B. G. *Deorum numero eos solos ducunt, quos vident, & quorum opibus iuuantur. Solem & Vulcanum, & lunam, reliquos ne fama quidem acceperunt:*

59) *Lib. I. c. 29.* sed notatur eapropter a S. R. MELLINO §. 14. *c. l.* vid. etiam WERLHOFF *in notit. S. R. I. Spec. I. Lib. I. c. 2. §. 40. not. (c)*

60) TACIT. c. II. §. 3. de M. G. *celebrant carminibus antiquis Tuistonem Deum, terra editum, eiusque filium Mannum, originem gentis, conditoresque.*

61) TACITVS c. II. §. 8. de M. G. *fuisse apud eos & Herculem memorant, primumque omnium virorum fortium ituri in prælia canunt.* Idem, c. IX. §. 1. c. l.

62) TACITVS c. IX. §. 1. de M. G. *Deorum maxime Mercurium colunt,* & Lib. XIII. Annal. c. 57. §. 3.

63) Idem c. IX. §. 1. *Herculem ac Martem concessis animalibus placant.* vid. etiam *Annal. XIII. c. 57. §. 3.* & imprimis *Lib. IV. c. 64. §. 2.* vbi legati Tencterorum sic alloquuntur Agrippinenses: *redisse vos in corpus nomenque Germaniæ, communibus Deis, sed præcipuo Deorum Marti, grates agimus.*

64) TACITVS c. XLIII. §. 5. de M. G. *apud Naharualos antiqua religionis lucus ostenditur; Præsident sacerdos muliebri ornatu, sed Deos interpretatione Romana Castorem, Pollucemque memorant. Eius numinis Alcis nulla simulacra, nullum peregrinæ superstitionis vestigium, vt fratres tamen vt iuuenes venerantur.*

65) TACITVS c. XL. §. 4. *nec quicquam notabile in singulis* (Reudingis, Auionibus, Anglis, Varinis, Eudosibus, Suardonibus & Nuithonibus) *nisi quod in communi Herthum, i. e. terram matrem colunt, eamque interuenire rebus hominum, inuehi populis arbitrantur.* Hanc Ingæuonem Tuistonis nepotem in numerum Deorum retulisse tradit CRVSIVS *P. I. Lib. I. c. 1. Annal. Sueu.* sed fabulose, vt recte obseruat S. R. MELLINVS §. 20. *c. l.*

66) TACITVS c. XLV. §. 4. (Aestii) *matrem Deum venerantur.*

67) Idem c. IX. §. 2. c. l. *Pars Sueuorum & Isidi sacrificat; vnde caussa & origo peregrino sacro parum compert, nisi quod signum ipsum, in modum liburnæ figuratum, docet, religionem adscitam.*

ria, ipſis fuere incognita: Quin & Suiones Thor, Wodan & Friceo pro Diis coluiſſe, Scriptores rerum Septentrionalium vnanimi ore teſtantur. 68)

§. XLIV. Vnde autem hi Dii, quorum Tacitus meminit, eorumque cultus ad Sueuos noſtros, vti & reliquos Germanos, peruenerit, non paucis demonſtratu res eſſe videtur difficilis, maxime cum nomina illa peregrina, latina ſcilicet & Græca, Germanis vero antiquiſſimis cum Latinis & Græcis vel nullum plane, vel exiguum ſaltim, & cum his non niſi maritimum aliquando interceſſerit commercium. Sed facile omnem hanc difficultatem tolli, totumque myſterium ſolui poſſe, quilibet ſtatim intelligit, qui modo conſideret, Romanos, ſicut & reliquas gentes, Deos cæterorum populorum cum Diis vniuerſi plerumque confudiſſe, & videntes ſingularum idola gentium ſimile aliquid cum ſuis habere, eademque de vtriſque narrari, mox eadem cum ſuis eſſe credidiſſe; Tacitum præterea in libello ſuo de moribus Germanorum in hoc totum eſſe, vt Germanorum cum Romanis contendat moribus, inſtitutis & ritibus, eosque inuicem comparet, vel, ſi opus, interdum quoque perſtringat. Inde audientes Romani Mannum Tuiſtonis filium, vel nepotem eius Irmin, aut Hermionem, inclytæ fortitudinis aut magni animi heroem ab omnibus celebrari laudibus, mox Herculem 69) ſibi concepere animo. Percipientes Tuiſtonem, qui gentem noſtram ex Aſia in Europam traduxiſſe dicitur, etiam Teut a nonnullis appellari, & tanquam parentem gentis, itinerum Ducem, omniumque artium inuentorem ab omnibus coli, mox diuerſum a Tuiſtone Deum ſibi finxere, eumque Mercurium vel ideo appellare non dubitarunt, quod ipſis haud incognitum, etiam Ægyptiis 70) Mercurium dici Teut, eiusque gentis & conditorem, & omnium artium inuentorem laudari: Cernentes denique idem Numen a quibusdam quoque bellis præſici, quod forte olim egregius belli Dux & ſtrenuus bellator fuerit, iam Martem quoque ſe inueniſſe putarunt. Martem enim & Mercurium Germanorum vnum eosdemque eſſe Deos, vel ideo veroſimile, quod vterque deorum dicitur maximus, 71) vterque præpoſitus bellis, 72) vtrique hoſtiæ humanæ 73) immolabantur, vterque tandem ſub Wodan 74) nomine, ſequenti tempore, terrarum orbi innotuit. Confirmant hactenus dicta, quæ porro idem Tacitus de peculiaribus Sueuorum Diis, Alcis maxime, Naharualorum Numine, tradit; hoc enim, quod vt fratres, vt iuuenes venerabantur, interpretatione Romana Caſtorem Pollucemque fuiſſe dictum, expreſſe aſſerit, cum tamen non geminos, ſed genios fuiſſe, Alſter 75) Cimbris dictos, & ex hac

68) Ita enim AD. BREMENSIS *de ſitu Daniæ apud Grot. Script. rer. Goth. p. 104.* de templo Suionum, quod Vbſola dicebatur: *in hoc templo, quod totum ex auro paratum eſt, ſtatuæ trium Deorum veneratur populus, ita, vt potentiſſimus eorum Thor in medio ſolum habeat triclinium. Hinc & inde locum poſſident Wodan & Fricco, quorum ſignificationes eiusmodi ſunt. Thor, inquiunt, præſidet in aere, qui tonitrua & fulmina, ventos, imbresque, ſerena & fruges gubernat. Alter Wodan, i. e. fortior, bella regit, hominumque miniſtrat virtutem, contra inimicos. Tertius eſt Fricco, pacem, voluptatemque largiens mortalibus, cuius etiam ſimulacrum fingunt ingenti priapo. Wodanum vero ſculptum armatum, ſicut noſtri Martem ſculpere ſolent. Thor autem cum ſceptro Iouem videtur exprimere. - - Si peſtis & fames imminet, Thor idolo immolant: Si bellum Wodini; Si nuptiæ celebranda ſunt Fricconi.* Ex dictis colligas, præter Thor & Wodan, quos ipſe Adamus Iouem & Martem explicat, Fricconem non aliud eſſe numen, quam quod Romanis Venus dicebatur; hæc enim & voluptatis & nuptiarum erat Dea.

69) Confirmant hæc, quæ habet idem TACITVS *c. XXXIV. §. 3. de M. G.* nit enim: *ipſum quin etiam Oceanum illa tentauimus* (in finibus Friſiorum) *& ſupereſſe adhuc Herculis columnas fama vulgauit, ſiue adiit Hercules, ſiue quicquid vbique magnificum, in claritatem eius referre conſueuimus.* An autem eum Hercule Alemanno, cuius ſimulacrum ab Alemannis cultum antiquitus in Eccleſia Nidercellenſi diuitis Augiæ ſteterat, & circa 1510. glorioſiſſimus Imp. Maximilianus I. Oenipontem transferri curauerat vid. CRVSIVS *in Annal. Sueu. T. III. p. 336.* & STVMPF. *L. II. c. 2. p. 18. c. l.* idem hoc veterum Germanorum numen, quod Tacitus Herculem interpretatur, aſſerere vix audeo, maxime cum Alemannicum nomen non niſi poſtea demum orum: Niſi quis dicere velit, Numen eſſe antiquiſſimum, ſed Alemannici cognomen recentiori demum ætate additum. Neque Hercules Alemannus XI. Germanorum rex ſub eo intelligendus, vti volunt I. WILLICHIVS *ad Tacit.* apud SCHARDIVM *Tom. I. Script. rer. Germ. p. 45.* & AVENTINVS *Lib. I. c. 3. n. 1. Annal. Boior.* quippe hunc tantum in cerebro Annii Viterbienſis regnaſſe, iam diu demonſtrarunt B. RHENANVS *Lib. III. rer. Germ.* & CLVVERIVS *lib. I. c. 28. c. l.*

70) Mercurium ab Aegyptiis appellari Teut docet CICERO *lib. III. de Diuinat.* Eumque litteras & artes apud eosdem inueniſſe, teſtatur PLATO in Philebo & PLVTARCHVS *Lib. IX. Queſt. 3. conuiual.*

71) TACITVS *c. IX. §. 1. de M. G. & Lib. IV. Hiſt. c. 64. §. 2.*

72) TACITVS *Annal. XIII. c. 57. §. 3.*

73) Idem *c. l. & c. IX. §. 1. de M. G.*

74) Martem Germanis Wodan fuiſſe dictum ex §. præced. not. (68) apparet. Et Mercurium eis quoque Wodan audiſſe, teſtatur P. DIACONVS *lib. I. c. 20. de geſt. Longob.* vbi: *Wodan Jane, quem adiecta littera Godan dixerunt, ipſe eſt, qui apud Romanos Mercurius dicitur, & ab vniuerſis Germaniæ gentibus vt Deus adoratur.* Hisce etiam quam apprime conueniunt, quæ habet GROTIVS in proleg. ad Hiſt. Goth. p. 22. *alius ab hoc eſt Wodan, a Woden, quod eſt ferocior, creditus Germanis veteribus præſidere paci ac bellis Deus, quem ob duplicem poteſtatem Latinorum alii Mercurium, alii Martem dicere maluerunt.*

75) Hæc ex EDDA refert TROGILVS ARNKIEL *in Cimbr. Heid. Relig. lib. I. c. 16.* eique Alſter idem eſt ac Helffer. VOSSIVS contra *lib. I. Theol. gentil. p. 280.* per duo hæc Numina veteres Sueuos principium vnum boni, alterum mali intellexiſſe exiſtimat; & CHRIST. WARGEMANN *in Entwurff vom Druidenfuß p. 17.* Naharualos contra expreſſa Taciti verba in Nordgauia collocans, Alcis vocem, *ad iſt*, interpretatur, quaſi omnium rerum ſub-

hac voce Alcis deſcendiſſe corruptam, admodum ſit credibile. Herthum poſtea, ſiue vt rectius loqui debuiſſet, Erda, vel Erde, quam Tuiſtonis matrem veteres Germani credebant, & ab Æſtiis, Reudingiis itidem & aliis vicinis populis in inſula Oceani imprimis culta fuit, Deam matrem & terram Matrem, vel ideo interpretatur, quod feſtum eidem dicatum iisdem ferme cæremoniis & ſolennibus, quibus apud Romanos 76) a dictis gentibus celebrari videret, eamque bobus fœminis vehiculo vehi, lacuque ſecreto ablui audiret. Iſidi tandem Ægyptiacæ Sueuorum partem ſacrificaſſe, eiusque ſacra mari aduecta, ex eo colligit Tacitus, quod fœminam quandam, quæ forte variis artibus & ſcientiis eos erudituerat, cuique multum in œconomicis debebant, ſub ſpecie liburnæ adorari cerneret, Iſidis vero nauigium 77) Romanis haud incognitum, eamque cannabis, lini, oleæ, agriculturæ, vini ac metallorum rationem mortalibus oſtendiſſe, omnino crederet. Sed male eum concludere & diuerſiſſima confundere Numina, vel exinde patet, quod nullum vnquam Sueuis noſtris cum Ægyptiis commercium, & ipſis Romanis vna cum Græcis, a quibus tamen præter illos hunc cultum accipere potuiſſent, non niſi ſeris admodum temporibus, innotuerunt: quid quod etiam quæ communiter de Iſidis ſuſcepta in Germaniam peregrinatione, 78) eiusque cum Gambriuio rege contracto matrimonio pro ſtabilienda hac ſententia in medium proferri ſolent, nec fidem hisce conciliare, ſed fabulas eſſe & figmenta, iam lippis & tonſoribus notum. Potius Sueuos fœminam quandam, Ciſam, Iſſam vel Itham 79) dictam, cui multa ob accepta beneficia debebant, ſub ſigno nauiculæ coluiſſe, vel, vt Voſſio 80) placet, Euam primam omnium matrem, ſub Numine illo honoraſſe, eiusque nomen Iſcha ex longa traditione Hebræorum retinuiſſe, omnino credibile.

§. XLV. Templa autem veteres Sueui vna cum reliquis Germanis hiſce Diis ſuis haud extruxerunt. Parietibus enim Deos non cohiberi ex magnitudine cœleſtium arbitrabantur. 81) Nemora lucique penes eos templorum vicem ſubibant, quos deuota mentis ſubmiſſione Diis ſuis conſecrare ſolebant. Non tamen quoslibet lucos ad hoc eligebant, ſed eos tantum, in quibus veruſtiſſimæ & maximæ molis quercus & robora floreſcebant; Nihil enim ſacratius iſtis arboribus credebant, nec vlla ſacra ſine hac fronde conficiebant. 82) Luco ſemel certo Deo conſecrato, omne quidem nemus late patens erat ſacrum, in medio tamen eius penetrale, 83) templo inſtar, denſis ſepimentis cinctum, erat exſtructum, quo ſcilicet maior ſanctimonia loco conciliaretur, neque omnibus tam facilis ad intpriora pateret aditus. Plura autem genti fuerunt eiusmodi nemora ſacra. In inſula oceani caſtum erat nemus, in quo Reudingi, Auiones, Angli, Varini, Eudoſes, Suardones & Nuithones certo tempore conueniebant, Deamque Herthum in commune colebant. 84) Apud Naharualos antiquæ religionis lucus oſtendebatur; 85) Et Suionibus prope Vbſolam lucus erat tam ſacer, vt ſingulæ arbores eius ex morte vel cibo immolatorum diuinæ crederentur. 86) Maxime autem apud Semnones ſilua cernebatur, auguriis patrum & priſca formidine ſacra, in qua ſtato tempore omnes eiusdem ſanguinis populi legationibus coiueniebant, cæſoque publice homine, barbarici ritus horrenda primordia celebrabant. Tanta huic reuerentia, vt nemo, niſi vinculo ligatus, eam ingrederetur, vt minor & poteſtatem numinis præ ſe ferens. Si forte prolapſus, attolli

ſubſtantia, eique Allesheim Nordgopiæ pagum omnino conuenire putat,

76) Veſtam ſeu matrem Deum etiam apud Romanos vehiculo bobus fœminis vectam & flumine ablutam fuiſſe teſtatur OVIDIVS *lib. IV. faſtor.* & AMMIANVS *lib. XXIII. c.* 3.

77) LACTANTIVS lib. I. c. XI. *eorum dies habetur in faſtis, qua Iſidis nauigium celebratur.*

78) Fabulam recenſet CRVSIVS *P. I. lib. I. c.* 1. *Annal. Sueu.* ERICHIVS *in Chron. Iuliac. lib. II. c.* 3. *p.* 64. & FR. IRENICVS *lib. II. p.* 49. ſed refutat CRVSIVM S. R. MELLINVS §. 22. *c. l.* in hoc tamen a nobis recedens, quod Iſidem ab Hermunduris Sueuis omnino cultam fuiſſe, eiusque ſacra ad eos a Pannonibus & Græcis, ad hos a Syris, ad Syros vero ab ipſis Aegyptiis manaſſe arbitretur: Secus ac KIRCHMAIERVS ad Tacit. p. 156. qui Semnones eam coluiſſe putat, & CLVVERIVS *lib. I. c.* 27. *p.* 230. qui eandem eſſe cum luna falſo perſuaſus, ex Aſia eum ipſa gente translatam fingit.

79) Conjectura eſt ANONYMI cuiusdam *in ſeinem Antwort Schreiben an einen Preuſſiſchen Edelmann pag.* 50.

80) *vid. ipſius Theolog. gentil. lib. II. c.* 28.

81) TACITVS de M. G. *c. IX.* §. 3. meminit tamen templi apud Suionas AD. BREMENSIS *ſupr. c. l.*

82) PLINIVS *lib. XVI. c.* 44. H. N. conf. etiam AVENTINVS *lib.* 16. *c.* 1. *n.* 24. *Annal. Boior.* qui in ripa Danubii & ora Germaniæ, vbi hodie monaſteria & templa Alteich, duas veteriſſimas quercus, prodigioſæ magnitudinis, olim extitiſſe, gentilique ceremonia a populis cultas fuiſſe gradit, & CLAVDIANVS de laudibus Stiliconis *lib. I. v.* 228. de cultu arborum in Hercynia ſilua ſic canit:

Vt procul Hercynia per vaſta ſilentia ſluat
venari tuto liceat, lucoſque vetuſta
religione truces, & robora nūminis inſtar
barbarici noſtræ feriant impune ſecures.

83) TACITVS c. XL. §. 4. de M. G. *eſt in inſula oceani caſtum nemus, dicatumque in eo vehiculum, veſte contectum, attingere vni ſacerdoti permiſſum. Is adeſſe penetrali Deam intelligit.* Hoc penetrale quoque mox templum vocat: *donec idem ſacerdos ſatiatam conuerſatione mortalium Deam templo reddat.*

84) TACITVS paulo ante cit. loc. Hanc inſulam hodiernam inſulam Rugiam eſſe, Pomeraniæ citeriori proximam, multis argumentis docet CLVVERIVS *lib. III. c.* 27. *pag.* 107. *c. l.* HARTKNOCH §. *V. c. l.*

85) TACITVS *c. XLIII.* §. 5. *c. l.*

86) AD. BREMENSIS *de ſit. Dan. c.* 234.

attolli & insurgere haud licitum. Per humum evoluebantur. Eoque omnis superstitio respiciebat, tanquam inde initia gentis, ibi regnator omnium Deus, cætera subiecta atque parentia. 87) Præter lucos & nemora, flumina quoque, lacus, fontes, specus, colles, montesque excelsos, vel quicquid tandem tacitum & religiosum horrorem animis incutere poterat, sacra habuerunt, 88) maxime autem locos sale gignendo fœcundos cœlo propinquare, precesque mortalium a Diis nusquam propius audiri, firmiter erant persuasi, prout exemplo Hermundurorum docet testis omni exceptione maior C. Tacitus. 89)

§. XLVI. His in lucis aræ 90) ex lapidibus, gramine viridi, vel cespitibus, erant exstructæ, quarum posteriorum ex medio sacra quædam quercus in altum surgebat, & in quas sacrificia oblata deponebant. 91) Hæc sacrificia varia erant. Hostias humanas, maxime ab hostibus captos, Mercurio præsertim & Marti Deo immolabant, 92) reliquos vero Deos concessis animalibus placabant. 93) Ordinarie fiebant statis diebus, 94) vel, necessitate ita postulante, ante congressus præliorum, aut pro exsoluendis votis post reportatam ab hostibus victoriam. 95) Hominem immolantes, libamine perfusum gladio feriebant, cæsique ex lapsu, palpitatione membrorum, sanguinis fluxu, extis itidem, futura diuinabant, tandem pyræ impositum cremare, aut arbori suspensum, aut in senticeta & vepres proiectum, diremptique solebant. 96) Eundem pene morem etiam in animalibus mactandis obseruabant: hostiæ enim liquorem quendam inter media cornua fundebat Sacerdos, mox manu læua capillos eius in vertice comprehendens, flammis altari impositis libamina instillabat, precesque Dijs peragens, victima vel fuste, vel ferro feriebatur, donec extis inspectis flammis traderetur, vel arbori quoque suspenderetur. 97) Speciale vero quid, præter hæc, circa cultum Herthæ, occurrit. Huic in insula oceani castum erat nemus dicatum, inque eo vehiculum veste contectum, attingere vni sacerdoti concessum. Is adesse penetrali Deam intelligebat, vectamque bobus fœmininis multa cum veneratione prosequebatur. Læti tunc dies, festa loca quæcumque aduentu hospitioque dignabatur. Non bella inibant, non arma sumebant, clausum omne ferrum, pax & quies tunc tantum nota, tunc tantum amata, donec idem sacerdos satiatam conuersatione mortalium Deam templo redderet. Mox vehiculum & vestes, quem admodum credebant, numen ipsum secreto lacu abluebatur. Serui ministrabant, quos statim idem lacus hauriebat. Arcanus hinc terror, sanctaque ignorantia, quid sit illud, quod tantum perituri videbant. 98)

§. XLVII.

87) Verba sunt TACITI *c. XXXIX.* §. 2. - 4. de M. G.

88) Inde de Alemannis hæc refert AGATHIAS lib. I. Hist. Gothic. *Arborum illis cultus, & ammium, collumque & valliam. Hæc numina placant equis aliisque animalibus, quæ deficiti cruciabus sacrant.*

89) *lib. XIII. Annal. c.* 57. §. 1. & 2.

90) Aras habuisse veteres Germanos & sic & Sueuos ex TACITO constat, campum cladis Variane describente, lib. I. Annal. c. 61. §. 4. vbi: *Iucis propinquis barbara ara, apud quas tribunos, ac primorum ordinum centuriones mactauerunt.* conf. etiam PLINIVS *lib. XIX. c.* 46. *Hist. Nat.*

91) CLVVERIVS *lib. I. c.* 35. *p.* 293. SCHEDIVS de Diis Germanorum *Syngr. II. c.* 25. & 26. ARNKIEL *Cimbr. Heiden Relig. c.* 30. qui figuras eiusmodi aratum æri incisas exhibet.

92) TACITVS de M. G. c. IX. §. 1. *Deorum maxime Mercurium colunt, cui certis diebus humanis quoque hostias litare fas habent.* Idem lib. XIII. Annal. c. 57. §. 3. *Sed bellum Hermunduris prosperum, Catti exitiosius fuit, quia victor diuersam aciem Marti ac Mercurio sacrauerat, quo voto equi, viri, cuncta victa occidioni dantur.* De Semnonibus sacra sua homine publice prius interfecto incipientibus, §. præced. egimus &c de Suionibus reliquisque Scandinauiæ incolis eadem refert AD. BREMENS. de situ Dan. pag. 105. apud Grot. c. l. dum ait: *ex omni animante, quod masculinum est, nouem capita afferuntur, quorum sanguine Deos tales placari mos est.* conf. etiam PROCOPIVS *lib. II. Hist. Goth.*

93) TACITVS de M. G. c. IX. §. 1. *Herculem ac Martem concessis animalibus placant.* adde paullo antea allata AD. BREMENSIS de Suionibus.

94) TACITVS *c. IX.* §. 1. & *c. XXXIX.* §. 2. de M. G.

95) TACITVS *lib. XIII. Annal. c.* 57. §. 3.

96) DIODOR. SICVLVS *lib. V. Biblioth.* Οὗτοι δὲ διὰ τε τὰς διπτυχείας, καὶ διὰ τὸν τῶν ἱερείων θυσίας τὰ μάλιστα σεμνύονται, καὶ παὶ τὸ πλῆθος ἴσχυειν ὑπάρχει. Μάλιστα δ' ὅταν περὶ τῶν μεγάλων ἐπιπεσεῖν τοῦ παραβόξου καὶ ἄπιστον ἴσχειν νόμου. αὐξάνειν γὰρ καταπίπτοντες τῶν τότων μαχόμενοι κατὰ τὸν ὑπὲρ τὸ διάφραγμα τόπον, καὶ πατάσσοντες τὸ πλησίον ὡς τὸ πτῶσιν καὶ τὸ σπαραγμὸν τῶν μελῶν, ἔτι δὲ τῆς τῶ αἵματος ῥύσεως τὸ μέλλον τοῦτο. i. e. *Hi* Sacerdotes *ex auspiciis & victimarum extis de futuris diuinant, eisque plebs vniuersa morem gerit, imprimis, vbi de magni momenti rebus consultatio incidit, mirandum & incredibilem quendam ritum obseruant. Hominem immolantes supra transuersum pectoris septum gladio feriunt, quo caso prolapsoque e casu & conuulsione membrorum simulque e cruoris fluxu de futuro præsagiunt.* conf. etiam STRABO *lib. VII. & lib. IV.* AGATHIAS *lib. I. c. l.* & ADAM. BREMENSIS *c. l.* vbi: de Suionum sacrorum ritu hæc refert: *corpora autem suspendunt in lucum, qui proximus est templo. Is enim lucus tam sacer est gentilibus, vt singula arbores eius ex morte vel cibo immolatorum diuina credantur. Ibi etiam canes, qui pendent cum hominibus, quorum corpora mixtim suspensa narrauit mihi quidam Christianorum se LXX. vidisse.* adde SCHEDIVM *Syngr. II. c.* 31. *c. l.*

97) PLINIVS *lib. XVI. c.* 44. *H. N.* AGATHIAS *lib. I. c. l.* de Alemannis: *numina placant equis aliisque animalibus, quæ defetlis cruciabus sacrant.* conf. CLVVERIVS *lib. I. c.* 35. *c. l.*

98) Verba sunt TACITI *c. XL.* §. 6. de M. G. quibus cum quoad epulas post sacra peracta institutas iungi possunt, quæ de diebus festis Sueonum habet AD. BREMENSIS de *sit. regn. septentr. c.* 234. vbi: *solet quoque post nouem annos communis omnium*

§. XLVII. Sacrorum miniſtri Sacerdotes erant. Hi candidis veſtibus induti 99) pedibus nudis, 100) ſacra peragebant. Apud Naharualos vero Sacerdos muliebri ornatu antiquæ religionis luco præſidebat. 1) . Tanta horum auctoritas erat, vt in conſortium regiminis plane admitterentur, omnisque magiſtratus ab eorum nutu dependere videretur. Scire enim eos Deorum voluntatem, eorumque iuſſa per Sacerdotes ad mortales perferri, omnino credebant. 2) Hinc Deorum voluntatem in omnibus negotiis ſuſcipiendis per ſacerdotes ſedulo explorabant, 3) neque quicquam eis inconſultis gerebant. Sacerdotes præterea inuiolabiles erant, 4) comitiis intererant, ſilentium in eis imponebant, 5) omnisque penes eos coercendi, inque delinquentes animaduertendi poteſtas, 6) vt ſic omnino maior eorum auctoritas ipſa regum. Varii eorum erant ordines, & inter hos nobiliſſimi Bardi, Poëtæ ac Muſici, 7) qui fortia virorum illuſtrium facta, bella item domeſtica & cum extraneis geſta, facundia ſua in carmina referre, eaque dulcibus lyræ modulis ante congreſſus præliorum 8) inque publicis & feſtiuis conuentibus 9) cantare ſolebant. His ſecundi erant Druides; Sed an Germani & ſic etiam Sueui noſtri Druides habuerint, controuertitur adhuc, maxime cum Cæſar 10) Druides apud Germanos fuiſſe diſerte neget. Aſt falua res eſt, qui enim circa Deos & ſacrificia Germanorum non leuiter errauit, non potuit non circa ſacerdotes eorum enormiter quoque labi. Certe Diogenes Laertius 11) Germanos Druides habuiſſe perſpicue tradit, & ſuperſtitio veterum Sueuorum erga lucos & arbores, vota ibi nuncupata & ſoluta, ramorum quoque frondumque diuinandi cauſſa veneratio, cultum a Druidibus acceptum omnino indicant, 12) qui in eo omne vitæ tempus impendebant, nec quicquam robore ſacratius habebant. 13) Hi Druides ex prima erant nobilitate, 14) & ob Sanctitatem ab omnibus ſeruitiis bellicis & tributis immunes. 15) Sedes ſibi legebant abditas ſiluas & ſpecus; 16) hic, maxime ſub roboribus Diis ſacratis, quæſtionibus diuinarum rerum occulta ac alta ſcrutabantur, 17) de moribus diſputabant, 18) in terræ mundique magnitudinem & formam inquirebant, cœli tandem motus & ſiderum obſeruabant, eorumque ex influxu futura prædicebant. 19) Maxime autem & auditoribus ſuis, quos viginti 20) per annos omni eruditionis genere erudiebant, & reliquæ plebi, perſuadere allaborabant, animas non eſſe mortales, 21) ſed ab aliis poſt mortem ad alios tranſire. Præterea quoque ſacrificiis, vt & alii ſacerdotes, maxime hominibus immolandis, adhibebantur, 22) nec a reliquis negotiis ciuilibus, publicis & priuatis, arcebantur; 23) imo

am Sueuiæ pronunciarum ſolennitas celebrari, ad quam videlicet ſolennitatem nulli præſtatur immunitas; reges & populi omnes & ſingula dona ad Vſpolam transmittentur.

99) PLINIVS *lib. XVI. c. vlt.* de H. N.

100) Hinc STRABONI *lib. VII. Geogr. γυμνοποδες dicuntur.*

1) TACITVS *c. XLIII. §. 5.* de M. G.

2) TACITVS *c. X. §. 6. c. l.*

3) Idem *c. X. §. 2. c. l.*

4) AMMIANVS *lib. XXVIII. c. 6.*

5) TACITVS c. XI. §. 5. c. l. *Silentium per ſacerdotes, quibus tum & coercendi ius eſt, imperatur.*

6) TACITVS c. VII. §. 2. c. l. *ceterum neque animaduertere, neque vincire, neque verberare quidem, niſi ſacerdotibus, permiſſum, non quaſi in pœnam, nec Ducis iuſſu, ſed velut Deo imperante, quæ adeſſe bellantibus credunt.*

7) DIODOR. SICVLVS *lib. V. pag.* 508. *Bibliothec. ειτι δε και παρ αυτοις τοις βαρβαροις μελων, ους βαρδους ονομαζουσι. ουτοι δε μετ αδοντων ταις λυραις ομοιων αδουσιν ας δε διαθρυλλουσι.* i. e. *ſunt etiam apud hos carminum Melicorum poëtæ, quos Bardos vocant. Hi ad inſtrumenta lyris non diſſimila aliorum laudes, aliorum vituperationes decantant.* STRABO lib. IV. p. 197. *Bardi hymnos canunt poëtaque ſunt.* Vid. etiam AMMIANVS *lib. XV. c. 9. & inſr.* §. 61. adde SCHLÖPKEN *Beſchr. der Statt und Stiffts Bardewick P. I. c.* 3.

8) Ex quo forſan Germanorum Barditus originem duxiſſe videtur, quo in prælium ituri animos ſibi accendebant, futuræque pugnæ fortunam ipſo cantu augurabantur. TACITVS *c. III. §. 1.* de M. G. conf. etiam AMMIANVM *lib. XXXI. c. 7.* & DIODORVM *c. l.*

9) Latius hoc demonſtrauit *Magnif. Dominus* PRASES *in obſeruat. Halenſ. Tom. III. Obſ. I. §. 15*

10) lib. VI. c. 21. de B. G. *Germani multum ab hac conſuetudine* Gallorum *differunt: nam neque Druides habent, qui rebus diuinis præſint, neque ſacrificiis ſtudent.*

11) In Proœmio ad vitas Philoſophorum: παρα τε Κελτοις και Γαλαταις τους καλουμενους Δρυιδας. i. e. *apud Germanos quoque & Gallos, qui Druidæ appellantur.* Ita enim rectiſſime Celtas interpretatur CLVVERIVS *lib. I. c. 24. c. l.* quos Galaeis, ſeu Gallis, hic opponit Diogenes, eique conſentit DIODORVS SICVLVS, Cæſaris coætus, qui mores Celtarum ad Scythas vsque perquirens, inter eos diſtincte Druidarum meminit *lib. V. Biblioth.* Celtas autem etiam Germanos antiquitus appellatos fuiſſe, ſuſius docet CLVVERIVS *L. I. c. 2. de Germ. antiqu.*

12) Præter iam dicta vid. etiam AVENTINVS *lib. II. Annal. Boior. c. VI. n. 24.* & ERICHIVS *in Chronic. Iuliac. lib. I. c. 17. p. 34.* qui memiserunt locorum *Alteich, Schweesch, zum Eichen, zu dreyen Eichen, zum Hohen-Eichen &c.* vbi veteres Germani ſacra ſua faciebant, poſtea in coenobia conuerſorum: adde quod ſequenti tempore capitularibus regum Francorum hoc religionis genus grauiſſimis ſub pœnis prohibitum fuerit.

13) PLINIVS *lib. XVI. c. 44. c. l.*

14) MELA *lib. III. c. 2. de ſit. orb.* CAESAR *lib. VI. c.* 13. de B. G.

15) CAESAR *c. l. c.* 14.

16) MELA *c. l.*

17) CAESAR *c. XIV. c. l.*

18) STRABO *lib. IV. Geogr. pag.* 197.

19) CAESAR & 14. *c. l.* MELA *c. l.*

20) CAESAR & MELA *c. l.*

21) CAESAR & MELA *cit. loc.* AMMIANVS *lib. XV. c. 9.* LVCANVS *lib. I. Pharſal.*

22) CAESAR *c. 13. & l.* PLINIVS *c. l.* STRABO *cit. loc.*

23) CAESAR *c. 13. c. l.*

24) STRA-

imo in bellis dirimendis & in pace concilianda tanta eorum apud aduerſam iuxta ac ſuorum aciem erat auctoritas, vt non raro, cum iam extra teli iactum ventum, vel omnia ſua facundia componerent. 24)

§. XLVIII. Praeter iam dictos viros Sacerdotes Sueui etiam vna cum reliquis Germanis fœminas fatidicas in conſortium ſacrorum admiſere. Hæ tanta apud eos auctoritate pollebant, vt in omnibus belli pacisque negotiis nihil plane eis inconſultis molirentur. Secretiora enim eas cum Diis colloquia agitare, ſacrumque aliquid prouidumque fœminis ineſſe, conſtanti fide putabant. 25) Augebat hanc ſuperſtitionem, vt Deas plane arbitrarentur, quod plerumque a reliquis hominibus ſeiunctæ edita in turri habitabant, nec niſi per nuncios, ex propinquis delectos, conſulentibus reſponſa dabant. 26). Hæc conſilia nec aſpernabantur, nec negligebant; ſi quid etiam diſſidii inter eos ortum, integram cauſſæ deciſionem earum arbitrio committebant. 27) Dabant autem reſponſa non domi tantum, ſed etiam cum exercitu proficiſcentes in expeditionibus 28) bellicis, tunc enim aut Martios heroum animos clamoribus ſuis ad prœlium accendebant, fauſtaque quæuis ominabantur, aut ſi indicia irati numinis aderant, a bello eos reuocabant. Omnium inter has celeberrimæ erant Aurinia 29) & Velleda 30) virgo apud Bructeros, Ietta 31) itidem eodem tempore circa Nicri ripas clara, & quibus haud inferior Ganna, 32) Domitiano imperante in gente ſua magna laude florens, atque imperitans.

§. XLIX. Sortibus, præſagiis & auſpiciis imprimis quoque dediti erant Sueui. Sortium conſuetudo ſimplex: virgam frugiferæ arbori deciſam in ſurculos amputabant, eosque notis quibusdam diſcretos ſuper candidam veſtem temere ac fortuito ſpargebant. Mox, ſi publice conſulebatur, ſacerdos ciuitatis, ſin priuatim, ipſe pater familiæ precatus Deos, cœlumque ſuſpiciens, ter ſingulos tollebat, ſublatos ſecundum impreſſam ante notam interpretabatur. Si prohibuerunt, nulla de eadem re in eundem diem conſultatio, ſin permiſſum, auſpiciorum adhuc fides exigebatur. 33) Nec incognitum apud eos, auium voces volatusque interrogare. 34) Proprium gentis equorum quoque præſagia ac monitus experiri. Publice alebantur in ſupra dictis nemoribus ac lucis candidi & nulla mortali ope contacti, quos preſſos ſacro curru ſacerdos, ac Rex, vel princeps ciuitatis, comitabantur, hinnitusque ac fremitus obſeruabant. Nec vlli auſpicio maior fides, non ſolum apud plebem, ſed apud proceres, apud ſacerdotes: ſe enim miniſtros Deorum, illos conſcios putabant. 35) Si bellum gerendum, cuius exitus incertus, eius gentis, cum qua bellum erat, captiuum, quoque modo interceptum, cum electo popularium ſuorum, patrijs quemque armis committebant, victoriamque huius vel illius pro præiudicio accipiebant. 36).

§. L. Hunc

24) STRABO *c. l.* DIODORVS *lib. V. c. l.* conf. etiam de Druidibus omnino ES. PVFENDORFIVS & SCHVRZFLEISCHIVS, qui peculiares de iis conſcripſerunt Diſſertationes.

25) TACITVS *lib. IV. hiſtor. c.* 61. §. 4. *&c. VIII.* §. 3. de M. G.

26) TACITVS *lib. IV. hiſtor. c.* 65. §. 8.

27) Idem *c. l.* §. 7.

28) Eiusmodi fœminæ fatidicæ erant in Exercitu Ariouiſti, ait enim PLVTARCHVS in vita Cæſaris: *auxerunt terrorem* Germanorum *vaticinia mulierum ſacrarum, quæ in vortices fluminum inſicientes, ex ſtrepituque & fluctuatione amnium futura præſagientes, pugnare eos ante nouam lunam petabant.* Conf. etiam CAESAR *l. I. c.* 50. de B. G. & AGATHIAS *lib. II.* cum ſubſidii Gothis a Francorum rege Theobaldo aduerſus Narſetem miſſi *meminerit, erant*, inquit, *in exercitu vates Alemannica, quæ prædicebant incipiendi prœlii tempus & euentum.* Et de Sueuorum fœminis etiam P. DIACONVS *lib. III. c. 7. de geſt. Longob.* refert: Sueuos, dum contra Saxones, quorum terras occupauerant, pugnare voluerint, fœminas conſuluiſſe, quæ prædixerunt quidem, ſed aliter, quam futurum erat. Conf. hic omnino SCHATENIVS in *hiſt. Weſtph. lib. II. p.* 125. & M. ALTINGIVS *deſcript. Germ. veter. inf. p.* 87. & 102.

29) TACITVS de M. G. *c. VIII.* §. 5.

30) Idem *c. VIII.* §. 4. *c. l.*

31) HVB. THOM. LEODIVS in antiqu. Heidelberg. pag. 296. *quo tempore Velleda virgo in Bructeris imperitabat, vetula quadam, cui nomen Ietha, cum collem, vbi nunc eſt arx Heydelbergenſis, & Ietha collem etiam nomen habet, inhabitabat; veteriſſimumque phanum incolebat, cuius fragmenta adhuc nuper vidimus, dum comes Palatinus Fridericus faſtus electior egregiam domum conſtruxit, quam nouam aulam appellant. Hæc mulier vaticiniis inclyta & quo venerabilior foret, raro è phano in conſpectum hominum prodiens, volentibus conſilium ab ea petere, de feneſtra, non prodeunte vultu, reſpondebat. Et inter cætera prædixit, vt inconditis verſibus canebat, ſuo colli a fatis eſſe datum, vt futuris temporibus regiis viris, quos nominatim recenſebat, inhabitaretur, colereturque & ornaretur, vallisque ſub ipſa multo populo inhabitaretur, & templis celeberrimis ornaretur.*

32) DIO *lib. LXVII. p.* 761. Μάνν@ Νασκιώνιος βαρβάρους τοὺς Γάννα παρδών@ (ἐν δὲ μαντεῖον τῆς βαρβάρου ἐν κελτικῇ διωδέκατον) ἔλθον πρὸς τὸν Δομιτιανὸν ἐ. c. *Maſyus rex Semnonum & Ganna virgo (ea poſt Velledam in Celtica vates oraculi reddebat) Domitianum adierunt.*

33) Verba ſunt TACITI *c. X.* §. 1. - 3. de M. G.

34) Idem §. 4. *c. l.*

35) Idem §. 5. & 6. *c. l.*

36) Idem §. 7. *c. l.* Hæc procul dubio cauſa fuit, quod Alemanni, omiſſo bello, vltro a Conſtantio pacem aliquando petierint, inquit enim AMMIANVS lib. XIV. c. 10. *aſt Barbari ſuſcepto pro inſtantium rerum ratione conſilio, dirimentibus forte auſpiciis, vel congredi prohibente auctoritate ſacrorum mollito vigore, quo fidentius reſiſtebant, optimates miſere, delictorum veniam petituros & pacem.* conf. hic omnino AGATHIAS *lib. II. Hiſt. Goth.*

37) TRE-

§. L. Hunc cultum, hæc ſacra veteres Sueui ad ſeros vsque annos conſeruarunt, nec vllo modo a patriis inſtitutis & moribus ſeſe auocari permiſerunt. Licet enim iam Sec. II. in Germania Cis-Rhenana 37) euangelium de Chriſto prædicaretur, & ſic in finibus haberent, qui ad ſuauiſſimum Chriſti iugum ſubeundum eos alliciebant, antiquæ tamen ſuperſtitionis adeo erant tenaces, vt non ſolum a gentili cultu & falſa religione non diſcederent Chriſtoque nomina darent, ſed inſuper expeditionibus ſuis in Rhætiam & Gallias ſuſceptis ſacra Chriſtiana vndiquaque excinderent, & tam in ipſos homines, quam in templorum parietes & altaria quam immaniſſime ſæuirent. 38) Nec deuictis iam a Chlodouæo Francorum rege pronior erga ſacra Chriſtiana erat animus, licet enim hoc tempore Fridolinus, 39) gente Hibernus, in Heluetia & Alſatia diu verſatus, nomen Chriſti fidemque penes eos multis rebus diuinitus patratis aſſereret, inque ea ſedulo eos eruditet, adeo tamen præfractæ erant mentis, tantasque in cordibus eorum ſuperſtitio vetus radices egerat, vt ab arborum, fontium, collium valliumque cultu nullo plane modo abduci, 40) nec non niſi pauci Chriſtianis ſacris initiari poſſent, quorum tamen fides etiam tantum temporaria erat. Mox enim ad priſtinum paganiſmum prolapſi, ſpurcitie gentili verum Dei cultum contaminarunt. 41) Donec tandem Epiſcopatibus 42) & monaſteriis in Alemannia ſub finem Sec. VI. & initium Sec. VII. a Francorum regibus inſtitutis, reſtauratis, & in loca magis commodiora translatis, iam mollior gentis conſuetudo valeret, multique horum antiſtitum & monachorum cura gregi Saluatoris noſtri annumerarentur, quem laborem ſacrum imprimis non parum promouiſſe videntur B. Columbanus & diſcipulus eius Gallus, qui ex Scotia circa A. C. DCXVI. in Alemanniam venientes, miſeræ genti, maxime circa Bodamicum lacum habitanti, verum ad Chriſtum viam indefeſſo ſtudio, ſumma dexteritate, monſtrarunt, eamque reiectis idolis in rectum tramitem duxerunt; 43) & licet non pauca eis ab initio occurrerent obſtacula, dum Gunzo Sueuiæ Dux eos non ſolum aliquando grauiter perſequeretur, ſed inſuper plures ex plebe, ira ac inuidia commoti, eos veluti Sacrorum ſuorum viola-

37) IRENAEVS lib. I. aduerſus hæreſ. c. 3. *nam etſi in mundo loquelæ diſſimiles ſunt, virtus traditionis tamen vna & eadem eſt, & neque ha, quæ in Germania fundata ſunt Eccleſiæ, aliter credunt, aut aliter tradunt.* Conf. etiam TERTVLLIANVS lib. I. aduerſ. Iudæos c. 7. vbi: *Chriſti regnum etiam in Germaniam porrigi.*

38) AMMIANVS *lib. XXVII. c.* 10. Inde paſſim de tyrannide & impietate Alemannorum in Chriſtianos eorumque ædes ſacras exercita conqueritur HIERONYMVS in operibus ſuis, & imprimis ad Geruntium de Monogamia epiſtola. Conf. etiam AGATHIAM *lib. II. ab init. Hiſt. Gothic.* vbi de expeditione illa Butilini & Leutharis, fratrum & Ducum Alemannorum, in gratiam Gothorum ſuſcepta loquitur, & quam impie ſeſe contra Chriſtianos in ea geſſerint, fuſius demonſtrat.

39) Conf. hic Fridolini incerti authoris hiſtoria apud *Goldaſtum T. I. S. R. A. p.* 254. GVILIMANNVS in *Heluet lib. I. c.* 15. *n.* 4. & COCCIVS in Dagoberto *cap. VI. pag.* 49.

40) Ita enim de Alemannis loquitur AGATHIAS Scriptor Sec. VI. lib. I. c. I. *circa diuina diſcrepant* a Francis: *arborum illis cultus, & amnium, colliumque & vallium; hæc numina placant equis, aliisque animalibus, quæ deſectis ceruicibus ſacrant. Verum perpetua cum Francis conſuetudo, ſenſuſque beneficiorum prudentiores emollit, trahitque in rectiora, & puto, paulatim vniuerſos euincet. Inſanum enim illud & a ratione abhorrent opinionis, etiam ipſis ſectantibus, ni ſtulti plane ſint, in aperto eſt, vt arbitror, vtque deprehenſu, ita exſtinctu facile; Miſericordia magis ac venia, quam ira eos proſequi par eſt, qui a vero ſunt deuii. Non enim volentes erant labunturque, ſed cum id, quod bonum eſt, expetant, iudicio decepti, inſtant ſemel creditis, qualiacunque ſint, pertinacius.* Et de accolarum lacus Turicini circa aduentum B. Columbani & S. Galli conditione, etiam hæc refert VVALAFRIDVS STRABO lib. I. c. 6. apud GOLDASTVM Tom. I. Script. rer. Alem. *homines ibidem commanentes crudeles erant, & impii, ſimulacra colentes, idola ſacrificiis venerantes, obſeruantes auguria & diuinationes & multa, quæ contraria ſunt cultui diuino, ſuperſtitioſa ſectantes.*

41) confirmant dicta, quæ habet VVALAFRIDVS STRABO *lib. I. c.* 6. in vita S. Galli de templo S. Aemiliæ Brigantiæ exſtructo: *reperierunt*, inquit, B. Columbanus & S. Gallus *in templo tres imagines aureas deauratas parieti affixas, quas populus, dimiſſo altaris ſacri cultu, adorabat, & oblatis ſacrificiis dicere conſueuit: iſti ſunt Dii veteres, & antiqui huius loci tutores, quorum ſolatio & noſtra durant vsque in præſens.*

42) Huc pertinet Epiſcopatus Auguſtanus & Conſtantienſis. Illum enim Sec. VII. a Francorum regibus fundatum, eiusque primum Epiſcopum Sozam im circa annum 618. clarum fuiſſe, docent BEATIVS *lib. III. c.* 6. *comment. rer. Germ.* ZEILER *in Chron. Sueu. p.* 2. *& itiner. Germ. c.* 12. Hunc vero Vindoniſſa Conſtantiam, auſpiciis Clotarii II. 570. translatum fuiſſe, communiter quidem tradunt, vid. STVMPFIVS *lib. V. cap.* 11. *Chron. Helvet.* BVCELINVS *P. I. Germ. ſacr.* COCCIVS *c.* 22. *p.* 198. *c. l.* aſt contra omnem fidem hiſtoricam; tum temporis enim in Auſtraſia, cuius Alemannia pars erat, ſumma rerum adhuc potiebatur Sigebertus, cui 575. ſucceſſit filius Childebertus II. quo, eiusque quoque filiis Theodorico & Theoberto An. 613. mortuis, Auſtraſiam demum Clotarius II. vna cum vniuerſa Monarchia Francica obtinuit. Vt taceam, Clotarium ne tum quidem ad clauum regni Sueſſionum ſediſſe, patre Chilperico adhuc viuente. Maiori potius probabilitate ad An. 597. hanc translationem refert, eamque Childeberti II. Auſtraſiæ regis iuſſu factam fuiſſe tradit GVILLIMANNVS *in Habsp. lib. II. pag.* 42. & de rebus *Heluet. l. I. c.* 3. *n.* 18. cui additipulatur ZEILER *in Chron. Sucu. pag.* 1. & 2. primum Conſtantiæ Epiſcopum Maximum ſeu Maximinum vocans.

43) VVALAFRIDVS STRABO c. IV. c. I. *Sancti igitur homines cum capiſſent inter illos habitare, docebant eos adorare patrem, filium & Spiritum Sanctum & cuſtodire fidei veritatem. B. quoque Gallus, Sancti viri diſcipulus, zelo pietatis armatus, fana, in quibus demoniis ſacrificabant, igni ſuccendit, & quæcunque inuenit oblata demerſit in Lacum.* Conf. etiam STVMPFIVS *lib. IV. c. I.* CRVSIVS *Tom. I. pag.* 245. *c. l.* & GVILLIMANNVS *lib. IV. c. I. c. l.*

violatores infectarentur, conſilioque communi occidere geſtirent; 44) omnes tamen has difficultates, Deo adiuuante, feliciter ſuperarunt, & quæ fauſto omine cœperant, per ſucceſſores, vita ac factis claros, omni modo ad optatum finem perducere allaborarunt. Negari quidem nequit, etiam poſt hæc tempora non exiguas ſuperſtitionum gentilium reliquias in plurimis Alemanniæ partibus remanſiſſe, quæ non minima Wunefrido Anglo, Bonifacio aljas dicto, poſtea Archiepiſcopo Moguntino, negotia faceſſere; 45) aſt & hæ in ſynodo Liptinenſi 46) A. C. DCCXLIII. ſub Carolomanno habita & aliorum Franciæ regum capitularibus 47) penitus abrogatæ & grauiſſimis ſub pœnis prohibitæ fuerunt, tantaque Sueuorum, poſteriori tempore, verſus religionem Chriſtianam Zelus inualuit, vt non ſolum deſtructa antea loca ſacra rurſus exſtruerent, ſed nouas plane ex fundamentis erigerent ædes ſacras, cœnobia & collegia, eaque pro more illorum Seculorum, prædijs, agris, fundis & decimis, pro remedio & redemtione animarum ſuarum, quam munificentiſſime donarent, vt vel hodie innumeræ, quæ adhuc extant donationum & fundationum chartæ & monumenta publica, ipſaque monaſteria & loca ſacra, vbiuis obuia, quam manifeſtiſſime teſtantur. 48)

§. LI. Sed a ſacris iam recedimus, publicum nunc conſiderantes ſtatum. Vt vt autem iam ſupra oſtendimus, Sueuicam gentem in plurimos populos fuiſſe diſterminatam; ita iam vlterius tenendum, omnes hos populos non integrum aliquod, aut commune Reip. ſyſtema, ſed quotquot populos, tot ſeparatas & a ſe inuicem independentes Reſp. aut regna conſtituiſſe, quæ commune nihil, in quantum niſi ſpeciali aliquo pacto vel fœdere iunctæ. Cauſſam vniuerſalis huius ſeparationis ſi quæras, forte non alia inueniri poterit, quam nimium libertatis 49) ſtudium, cui plerique Sueuorum adeo erant dediti, vt pro aſſerenda ea nihil non auderent; hanc enim lædi & amitti poſſe, ſi ſeparatæ cuiusque gentis rationes vnirentur, falſo erant perſuaſi; & eodem ex capite dubio procul etiam erat, quod in plerisque ciuitatibus democratica 50) præualeret forma; hanc enim libertatem affectantibus gratiſſimam eſſe, & quouis modo amplecti, nemo non nouit. Quemadmodum autem, vbi gens rudis, auida tamen bellorum, plerumque fieri ſolet, vt pedetentim a pura Politiæ forma recedatur, & non minima poteſtatis pars ad nobiliores & potentiores transferatur; ita etiam plerisque gentis noſtræ democratiis accidit, ſemper enim vel Ariſtocratice & regie erant temperatæ, aut in abſolutam plane degenerarunt Monarchiam. Et vbi quidem popularis forma ariſtocratice erat mixta, regimen penes principes 51) erat, ita tamen, vt poteſtas eorum haud abſoluta, ſed reſtricta admodum & adeo limitata, vt non plus juris in populum, quam hic in illos, haberent. 52) Neque enim hi principes ſub hæreditario aliquo iure in pagos ſuccedebant, neque ex factione aliqua plebis, aut ſtudio priuato, coeco impetu, ſed publica totius Reip. authoritate ex omni nobilitate in comitiis eligebantur, 53) ita tamen, vt dignitas parentum ad liberos 54) eorum haud raro quoque redierit. Horum iam erat iura per pagos

44) VVALAFRIDVS *c. l.*

45) Vid. OTHLO *in vit.* vitæ Bonifacii *l. I. c.* 24. & epiſtola Gregorii P. R. ad Bonifacium, quam inſeruit antiquitatibus gentilitiſmi Thuring. SAGITTARIVS *c. III. n.* 4. Inde etiam NOTKERVS Monachus apud STVMPFIVM *lib. IV. c.* 4. *c. l.* Caroli M. adhuc & Ludouici Pii ætate de pertinacia gentis conqueritur, dum canit:

Dura virûm, & dura fide duriſſima gleba.

46) Canones huius Synodi exhibet BALVZIVS in capitular. pag. 150. & COINTIVS ad An. 744. *n.* 19. *Annal. Franc. Eccl.*

47) Sic in capitulari Caroli M. primo ad An. 769. c. 6. legitur: *decreuimus, vt ſecundum canones vnuſquiſque Epiſcopus in ſua parrochia ſollicitudinem adhibeat, adiuuante Gr[illegible]phione, qui defenſor Eccleſiæ eſt, vt populus Dei paganias non faciat, ſed vt omnis ſpurcitia gentilitatis abiiciat, & reſpuat, ſiue profana ſacrificia mortuorum, ſiue ſortilegos, vel diuinos, ſiue Phylacteria & auguria, ſiue incantationes, ſiue hoſtias immolatitias, quas ſtulti homines iuxta Eccleſias ritu pagano faciunt, ſub nomine ſanctorum martyrum vel confeſſorum Domini, qui potius quam ad miſericordiam ſanctos ſuos ad iracundiam prouocant.*

48) Conf. hic omnino VADIANVS in præfatione ad Farragin. antiqu. apud Goldaſtum *Tom. III. c. l.* & FR. PETRI Sueuia Eccleſiaſtica, vbi numerum monaſteriorum & collegiorum ſacrorum, quæ tantum in hodierno Sueuico circulo conſpicuntur, ad 628. extendit. Vid. etiam quoad ſtatum Chriſtianismi in Sueuia abtiquum ſæpe laudatum §. R. MELLINVM in peculiari Diſſ. Ienæ 1695. ſub tit. Sueuia Chriſtiana, habita.

49) De hoc libertatis ſtudio teſtantur tot bella, quæ pro conſeruanda ea cum Rom. geſſerunt. Inde IOSEPHO *lib. II. c.* 16. belli ſud. omnes Germani *pro libertate pugnaces* dicuntur, & SENECA lib. II. de ira Germanos *liberas gentes* pronunciat omnes. Sic & AMMIANVS lib. XIX. *libertatis & ingi impatientes* vocat Alemannos, & PROCOPIVS lib. I. *Alemanni*, inquit, *gens valida, habitant liberi omnes.* Huic etiam ſtudio tribuendum, quod Langobardi apud P. DIACONVM lib. I. in f. Legatis Vandalorum tributum aut bellum poſcentibus reſponderent: *ob libertatem tuendam potius ſe armis res commiſſuros eſſe:* & metu eius amittendæ iam ſæpius inclinantes & laborantes acies reſtitutas fuiſſe, teſtatur TACITVS *cap. VIII.* §. 1. de M. G.

50) TACITVS *c. XI.* de M. G.

51) Idem c. XI. §. 1. *de minoribus rebus principes conſultant, de maioribus omnes.* Hos principes Sueuis Grauen h. e. Senes, ſiue ſeniores, a Canitie, quod plerumque homines periti & grandæui huic muneri adhiberentur, dictos fuiſſe, & exinde Grauionum nomen, apud Francos adeo celebre, originem traxiſſe, nullus dubito; vid. omnino B. HERTIVS in *not. veter. Germ. popular. P. I. c. IV.* §. 7.

52) TACITVS *c. XI.* §. 6. de M. G.

53) Idem c. XII. §. 5. *eliguntur in iisdem Comitiis & principes.*

54) Idem c. XIII. §. 4. c. l. *inſignis nobilitas, aut*

pagos vicosque reddere, 55) in causis scilicet minoribus & priuatorum, publica enim & quæ maioris momenti, ad comitia ablegabantur. 56) Certi singulis ex plebe aderant Comites, 57) quo in negotiis cuiuslibet pagi & consilium ipsis & auctoritas esset. Hi enim non seruilis erant, nec libertini sanguinis, cum serui & liberti nunquam aliquod momentum in Rebusp. liberis facerent, 58) sed ex numero ingenuorum desumebantur. Bellum 59) si gerendum ciuitatibus istis, qui reges non habebant, Duces ex virtute eligebantur, 60) qui non raro quoque & reges dicuntur; 61) Hi exemplo potius, quam imperio, si promti, si conspicui, si ante aciem agebant, admiratione præerant. Cæterum neque animaduertere, neque verberare, nisi sacerdotibus permissum, non quasi in pœnam, nec Ducis iussu, sed velut Deo imperante, quem adesse bellantibus credebant. 62)

§. LII. Haud paucioribus porro ciuitatibus, quo illustrior splendor, & reges fuere. Nobile enim antiquitus apud Marcomannos & Quados Marabodui & Tudri regum genus; clara apud Hermunduros & eosdem Quados Marcomannosque Ariouisti, Iubilii, Catualdæ, Vannii, Sidonis & Vangionis, regum nomina; nec ignori porro Gothonum, Rugiorum, Lemouiorum, Suionum & Sitonum aliorumque populorum reges, sed non omnium erat eadem authoritas & potestas. Apud Suiones quidem vnus tantum imperitabat, nullis iam exceptionibus, non precario iure parendi; 63) & Sitones 64) in tantum non a libertate, sed etiam a seruitute degenerabant, vt fœminam plane dominari patiebantur; sed Rugiis & Lemouiis 65) erga Reges suos modo obsequium erat; & Gothones 66) licet adductius paulo cæteris Sueuiæ populis regnarentur, nondum tamen & supra libertatem regum in eos imperium. Idem quoque de Marcomannorum & Quadorum 67) regibus dicendum: licet enim dignitas eorum ab initio hæreditaria 68) & postea quoque extraneos patiebantur reges, quibus vis & potentia ex auctoritate Romana, nunquam tamen perfectam & illimitatam potestatem consequi poterant, quin potius tale quid audentes ab acerrima illa gentis libertate statim oppressos, aut extinctos, vel saltim pulsos fuisse, notissima Marabodui, Catualdæ & Vannii regum exempla quam manifestissime testantur. Neque etiam reliquis Sueuiæ gentis regibus plena erant maiestatis iura, sed coarctata admodum & cum plebe quoque communicata; 69) solis enim regibus haud licitum, in causis publicis & maioribus decernere, aut certum quid statuere, 70) ipsi non poterant in delinquentes animaduertere 71) & in conciliis quoque auctoritate suadendi magis, quam iubendi potestate ab omni multitudine audiebantur.

aut magna patrum merita principis dignationem etiam adolescentulis assignant.

55) TACITVS c. XII. §. 5. *principes, qui iura per pagos vicosque reddunt.* Adde CAESAREM *lib. VI. c.* 23. de B. G.

56) TACITVS *c. XI. §. 1. c. l.*

57) Idem *c.* XII. §. 5. *ceteri singulis ex plebe comites, consilium simul & auctoritas adsunt.*

58) Idem *c. XV.* §. 4. *c. l.*

59) Tempore enim pacis ciusmodi ciuitatibus Duces non fuisse, ex CAESARE lib. VI. c. 23. colligo, vbi ait: *cum bellum ciuitas aut illatum defendit, aut infert, magistratus, qui & bellis præsint, vt vitæ necisque habeant potestatem, deliguntur. In pace nullus communis est magistratus, sed principes regionum atque pagorum inter suos ius dicunt, controuersiasque minuunt.*

60) TACITVS c. VII. §. 1. *Duces, ex virtute sumunt.*

61) Testatur hoc PROCOPIVS de Bello Goth. lib. I.

62) Verba sunt TACITI *c. VII.* §. 1. & 2. de M. G. & licet CAESAR *c. l.* ipsis Ducibus hanc animaduertendi potestatem tribuat, facile tamen credendum, eos declinandæ inuidiæ caussa ope sacerdotum in puniendis delinquentibus fuisse vsos.

63) Ita TACITVS c. XLIV. §. 3. de M. G. qui vlterius addit: *nec arma, vt apud cæteros Germanos, in promiscuo, sed clausa sub custode, & quidem seruo: quia subitos hostium incursus prohibet oceanus, otiosæ porro armatorum manus facile lasciuiunt. Eminuero neque nobilem, neque ingenuum, ne libertum quidem armis præponere regia utilitas est.* Inde ex hactenus dictis & sequentibus non incongrue concludit SCHATENIVS *in Hist. Westph. pag.* 8. accolas maris Balthici & Septentrioni propiores Germaniæ populos magis ad monarchicam publicæ rei formam propendisse; quanquam postea huius seruitutis pertæsi Suiones sese in pristinam libertatem vindicarunt, ita vt popularis forma præualuerit regiæ, ceu ex AD. BREMENSI, scriptore huius rei solertissimo, quam luculentissime constat, vid. ipsius hist. Eccles. c. 230. & quæ de situ Daniæ scripsit apud Grot. inter Script. Hist., Goth. pag. 102. &c.

64) TACITVS *c. XLV.* §. 11. *c. l.*

65) Idem *c. XLIII.* §. 8. *c. l.*

66) Idem *c. XLIII.* §. 7. *c. l.* Ab hoc obsequio Gothi potestate recessisse videntur: de iis enim tetatur AIMOINVS lib. II. Hist. Franc. c. 20. *Gothi iam olim vitium hoc in consuetudinem vertere, vt, dum eis rex proprius displicuerit, a suis interimatur.* conf. etiam GREGOR. TVRONENSIS *lib. III. c.* 30. *Hist. Franc.* Non sanctior quoque apud Burgundiones, eorum olim vicinos, persona erat regis, de ea enim ita AMMIANVS Lib. XXVIII. c. 5. *Apud hos generali nomine rex appellatur Hendinos, & ritu veteri potestate deposita remouetur, si sub eo fortuna titubauerit belli, vel segetum copiam negauerit terra.*

67) Plures posteriori tempore Quadis fuisse reges, constat ex AMMIANI *lib. XVII. c.* 12. vbi de expeditione Constantii Imp. contra eos suscepta, sic loquitur: *perrexit in regna Quadorum.*

68) TACIT. c. XLII. §. 3. c. l. *Marcomannis Quadisque vsque ad nostram memoriam reges manserint ex gente ipsorum, nobile Marabodui & Tudri genus: iam & externos patiuntur, sed vis & potentia regibus ex auctoritate Romana. Raro armis nostris, sæpius pecunia iuuantur.* adde VELLEIVM *lib. II. c.* 108. §. 3.

69) TACIT. c. VII. §. 1. *nec regibus infinita aut libera potestas.* Quibus iungi possunt, quæ habet idem *c. IX. c. l.*

70) Idem *c. XI.* §. 1. *c. l.*

71) Idem *c. VII.* §. 2. *c. l.*

72) Idem

tum, 72) quid quod nec dignitas eorum hæreditaria, 73) sed facili negotio in alium ex nobilitate transferri poterat, quem scilicet plebs ad eam sustinendam iudicabat dignum. Omnis potius eorum potestas in eo constabat, quod consultarent de causis minoribus. 74) Negotia in comitiis dirigerent 75) & ea quoque, quorum penes plebem arbitrium erat, apud eos prætractarentur. 76) Imprimis vero magna eorum auctoritas 77) in bello, tunc enim multitudinem in finitimorum agros educebant, aut hostem quoque a ciuitatis suæ limitibus arcebant, & quo eo melius hoc exequi valerent, stipati semper erant numerosa Comitum turba, quorum magna æmulatio, quibus primus apud regem suum locus, & regum quoque, cui plurimi & acerrimi Comites. Hæc enim dignitas, hæ vires, magno semper iuuenum globo circumdari, in pace decus, in bello præsidium. Neque solum in sua gente cuique, sed apud finitimas quoque ciuitates id nomen, ea gloria erat, si numero ac virtute comitatus eminebat, expetebantur enim legationibus, & muneribus, & ipsa plerumque fama bella profligebant. 78) His ex donis & muneribus Comitibus posteа epulæ, & quamquam incomti, largi tamen apparatus, pro stipendio cedebant. 79) Neque etiam ipsis regibus certi annui reditus, sed ciuitatibus mos erat, vltro ac viritim conferre principibus vel armentorum & frugum aliquid, quod pro honore acceptum, etiam necessitatibus subueniebat. 80)

§. LIII. Quæ posteа Sueuorum circa Rhenum habitantium, seu vti plerumque dicuntur, Alemannorum Reip. fuerit forma, in tanta scriptorum sterilitate definiri vix potest. Reges eos habuisse, & quidem vno tempore plures, diuersis pagis præpositos, ex Ammiano 81) constat, qui vel solius Iuliani Apostatæ ætate, plus decem eorum meminit. Horum etiam dignitatem non per electionem, sed hæreditario iure ad successores translatam fuisse, exinde colligitur, quod Vithicabius Rex Vadomarii Regis 82) filius diserte dicitur, nec raro duo fratres 83) reges occurrunt, principes insuper iuuentutis regales 84) semper audiunt, & vel omnibus optimatibus præferuntur. 85) An vero omnium Regum eadem semper auctoritas, vel omnium Alemannorum vna tantum Ciuitas, vel ideo dubitare licet, quod Chnodomarius & Serapio reges potestate ante alios excelsiores 86) fuisse dicuntur, & frequenter admodum regulorum 87) quoque & plurium 88) regnorum fit mentio. Neque asserere audeo, regibus hisce in populos suos absolutum & illimitatum fuisse imperium; qui enim pro vindicanda Germaniæ libertate in vnum nomen & fœdus coiuere, cruentissima cum Romanis bella gessere, tot clades accepere aut intulere, & pro conseruanda ea contra exteros nihil non fuere ausi, hi profecto domesticæ 89) seruituti colla sua haud subdidere; quin potius regiminis partem veteri more plebem sibi vindicasse, & regum quoque potestatem valde fuisse restrictam, omnino

72) Idem *c. XI.* §. 6. *c. l.* inde etiam AD. BREMENSIS de situ Daniæ c. 1. de liberis iam Sueonibus ait: *reges habent ex genere antiques, quorum tamen vis pendet in populi sententia, quod in communi laudauerint omnes, illum confirmare oportet, nisi eius decretum potius videatur, quod aliquando sequuntur inniti.*

73) Ait enim sæpe laudatus TACITVS c. VII. §. 1. *Reges ex nobilitate sumunt.*

74) Idem *c. XI.* §. 1. *c. l.*

75) Idem *c. XI.* §. 6. *c. l.*

76) Idem *c. XI.* §. 1. *c. l.*

77) Ait enim AD. BREMENSIS c. 1. de Suionibus: *in prælium omnes omnem præbent obedientiam Regi, vel ei, qui doctior ceteris a Rege præfertur.*

78) Verba sunt TACITI *c. XIII.* §. 5. - - 7. quibus conferri merentur quæ sequuntur *c. XIV.* §. 4. apud eund.

79) Idem *c. XIV.* §. 6. *c. l.*

80) Idem *c. XV.* §. 3. *c. l.*

81) Sic *lib. XVI. c.* 12. Prælium ad Argentoratum inter Iulianum & Alemannos commissum describens, *hos* Chnodomarium & Serapionem Reges, inquit, *sequebantur potestate proximi reges numero quinque.* Et lib. XVII. c. 1. ad Julianum, ait, *tres immanissimi venerunt reges.* lib. XIV. c. 16. Constantius Imp. sic alloquitur milites suos: *Alemannorum reges & populi formidantes per oratores, quos videtis, summissis cervicibus concessionem præteritorum poscunt & pacem.* Et *lib. XVIII. c.* 2. Hortarius, Suomarius, Macrianus, Hariobaudus, Vadomarius, Vrius, Vrsicinus & Vestralpus reges memorantur. vid. etiam *lib. XVII. c.* 10. & *lib. XX. c.* 10. vbi plura exempla plurium Regum Alemannorum.

82) AMMIANVS lib. XVII. c. 10. *Vithicabius Rex Vadomarii filius - - fraude citerioris vitæ minifri, studio sollicitante nostrorum, occubuit.*

83) AMMIANVS lib. XVIII. c. 2. *Macrianus & Hariobaudus germani fratres & reges.* Idem lib. XXI. c. 3. *cum hoc Vadomario & Gundomado eius fratre, itidem rege, Constantius firmauerat pacem.* vid. etiam *lib. XIV. c.* 10. & *lib. XVI. c.* 12. vbi Serapio Rex dicitur Mederichi, fratris Chnodomarii regis, filius.

84) AMMIANVS lib. XVI. c. 12. *Regales decem.* & lib. XVIII. c. 2. *omnes reges & regales, & regulos ad continuum corrogatos venisse* Hortarius Rex. vid. etiam *lib. XXV. c.* 10. vbi: Randonem quoque Alemannum, qui Mogantiam furto occupauerat atque diripuerat, Regalem appellat. Regales autem olim dictos fuisse principes iuuentutis ex veteri *Grammatico* de differentiis vocum constat, qui, *inter regem*, inquit, *& regalem hoc interest, quod regis puer regalis est, Rex qui regnum regit.* conf. annot. VALESII ad d. pr. l. Ammiani & BRHENANVM *lib. III. p. 202. Rer. Germ.*

85) AMMIANVS lib. XVI. c. 12. *hos sequebantur potestate proximi reges, numero quinque, regales decem, & optimatum series magna.*

86) Idem lib. XVI. c. 12. *Chnodomarius & Serapio potestate excelsiores ante alios reges.*

87) AMMIANVS *lib. XVIII. c.* 2.

88) Idem lib. XX. c. 4. *post Alemannia quadam regna prostrata.*

89) Confirmant dicta, quæ habet sæpe laudatus AMMIANVS lib. XIX. dum *libertatis cupidos & ingi impatientes* eos vocat, & PROCOPIVS lib. I. qui *Alemanni*, inquit, *gens valida liberi habitant omnes.*

90) Ita

omnino sit credibile. Hoc interim certum, Regibus Alemannorum ficut & veterum Sueuorum plures fuisse comites, 90) qui pro gloria & salute sui principis nihil non tentare & in bello & pace perpetuo eos comitati fuere.

§. LIV. Quemadmodum autem in Rep. viuentium semper diuersæ sunt classes, ita etiam quatuor 91) in Ciuitatibus Sueuorum fuere ordines, Nobilium scilicet, ingenuorum & libertorum. Nobiles erant, quorum maiores principis; Ducis vel regis quoque in Rep. gesserant dignitatem, & ex his rursus magistratus suos desumere solebant. 92) Ingenuis accensebantur omnes, qui ex parentibus liberis nati. Serui autem duplicis erant conditionis, 93) alii natiuitate tales, alii, qui libertatem alea amiserant, hos per commercia tradebant, illi vero annuum censum Domino soluebant. Liberti denique non multum supra seruos erant, raro aliquid momentum in domo, nunquam in ciuitate, exceptis duntaxat iis gentibus, quæ regnabantur; ibi enim & supra nobiles & supra ingenuos adscendere solebant. 94)

§. LV. Has inter personas si quid controuersiæ ortum, tota causa pro diuersitate rerum vel coram iudice priuato, vel in comitiis publicis agebatur. Et ad principes quidem & iudices cuiuslibet pagi res pertinebant minoris momenti, 95) seu exigui sultim præiudicii. Has diiudicabant ex æquo & bono, pro ratione circumstantiarum. Nullæ enim veteribus Sueuis, sicut & reliquis Germanis, leges erant scriptæ, sed plus apud eos valebant boni mores, quam alibi bonæ leges. 96) Ratio processus erat simplex, cum nec legum multitudo, nec malitia aduocatorum, neque lucri cupido, cum protelaret; & ipsæ quoque grauissimæ lites & inimicitiæ cito tum componebantur. 97) Res publicæ autem & maioris momenti comitiis erant referuatæ, quæ duplicia fuisse videntur. Maiora scilicet & minora. In minoribus principes tantum consultabant; in maioribus omnes: ita tamen, vt ea quoque, quorum penes plebem arbitrium erat, apud principes prætractarentur. Coibant, nisi quid fortuitum incideret, certis diebus, cum aut inchoaretur luna, aut impleretur. Nam agendis rebus hoc auspicatissimum initium credebant. Illud ex libertate vitium, quod non simul, nec iussi, conuenirent, sed & alter, & tertius dies cunctatione coëuntium absumeretur. Vt turbæ placuit consedebant armati. Silentium per sacerdotes, quibus tum coercendi ius erat, imperabatur. Mox rex, vel princeps, prout ætas cuique, prout nobilitas, prout decus bellorum, prout facundia erat, audiebantur, auctoritate suadendi magis, quam iubendi potestate. Si displicebat sententia, fremitu aspernabantur, sin placebat, frameas concutiebant. Honoratissimum enim assensus genus, armis laudare. 98) His in comitiis principes eligebantur, 99) & apud ea quoque licebat accusare & capitis crimen intendere. 100)

§. LVI. Distinctio autem pœnarum ex delicto erat. Proditores & transfugas arboribus suspendebant. Ignauos, imbelles & corpore infames cœno ac palude, iniecta insuper crate, mergebant. Quæ diuersitas supplicii illuc respiciebat, tanquam scelera ostendi oporteat, dum puniuntur, flagitia abscondi. 1) Qui in concilio professus, se Ducem in bello secuturum, nec promissis steterat, in desertorum quidem & proditorum numero ducebatur, sed non eadem ipsi irrogabatur pœna, cum tantum omnium rerum fides ipsi postea abrogaretur. 2) Scutum reliquisse in prælio, præcipuum flagitium, nec aut sacris adesse, aut concilium inire ignominioso fas erat: Multique superstites bellorum infamiam laqueo finiebant. 3) Adulterii pœna erat præsens, & maritis permissa; accisis crinibus nudatam coram propinquis expellebat domo maritus, ac per omnem vicum verbere agebat. Publicatæ enim pudicitiæ nulla venia: non forma, non ætate, non opibus maritum inueniebat; nemo enim illic vitia ridebat, nec corrumpere & corrumpi seculum vocabatur. 4) Homicidium certo armentorum & pecorum numero luebatur, recipiebatque

90) Ita enim AMMIANVS lib. XVI. c. 12. *quibus vi sis compulsus* Chnodomarius *ad ultimos metus, vltro se dedit, solus egressus; comites eius ducenti numero & tres amici inmitissimi flagitium arbitrati post regem viuere, vel pro rege non mori, si ita tulerit casus, tradidere se vinciendos.* Et lib. XVII. c. 2. *quatuor comites eius* (Hortarii) *quorum ope & fide maxime vtebatur, non ante absolutis* Iulianus, *dum omnes rediere captiui.* vid. etiam lib. XXI. c. 4. vbi: *Vadomarius Rex captur comitibus eius ad sua redire compulsis.*

91) Hoc discrimen facit TACITVS *c. XXV.* §. 4. & *c. XLIV.* §. 5. de M. G.

92) Idem *c. XIII.* §. 4. iuncto *c. VII.* §. 1. de M. G.

93) vid. supra. §. 36. & 37.

94) TACITVS *c. XXV.* §. 4.

95) TACITVS *c. XII.* §. 5. & *c. XI.* §. 4. *de M. G.*

96) Idem *c. XIX.* §. 6. *c.l.*

97) Idem *c. XXI.* §. 1. & 2. *c. l.*

98) Verba sunt eiusdem *c. XI. per tot. de M. G.* conf. CLAVDIANVS *de Bello Getico* & SIDONIVS APOLLINARIS *in panegyrico sacro Anto Augusto dicto*, qui eadem fere de comitiis Gothorum publicis referunt. adde PROCOPIVM *Lib. II. & III. Hist. Gothic.*

99) TACITVS *c. XII.* §. 5. *c. l.*

100) Idem *c. XII.* §. 1. *c. l.*

1) TACITVS *c. XII.* §. 2. & 3. *de M. G.*

2) CAESAR *Lib. VI. c. 23. de B. G.*

3) TACITVS *c. VI.* §. 9. *c. l.*

4) Idem *c. XIX.* §. 2. 3. *c. l.* inde etiam de Suionibus, AD. BREMENSIS de situ Daniæ apud Grot. inter Script. Hist. Goth. p. 101. *capitali vero*, inquit, *multatur facto, si quis alterius vxorem cognouerit, aut vi stupruerit virginem.* Et de Vandalis hæc refert SALVIANVS Lib. VII. de gubernat. Dei: *addiderunt quoque hoc ad libidinem comprimendam, fœneras pudicitiæ sanctiones decretorum, gladio impudicitiam cohercentes, vt pudicitiam virtusque locus*

batque ſatisfactionem vniuerſa domus. 5) Qui vero alterum bonis ſuis ſpoliauerat, aut iniuriam fecerat, capitali afficiebatur pœna. 6) Leuioribus denique in delictis pro modo pœnarum equorum pecorumque numero conuicti mulctabantur. Pars vero mulctæ regi, vel ciuitati, pars ipſi, qui vindicabatur, vel propinquis eius, exſoluebatur. 7)

§. LVII. Sicut autem veteres Germani omnem Reip. ſalutem in armis conſiſtere communiter credebant: ita etiam primarius ciuitatum Sueuicarum ſcopus erat bellum. 8) Huic procul dubio anſam dedit commune ſacerdotum eorum dogma, quo animas hominum eſſe immortales 9) & ſtatim poſt corporis mortem in aliud tranſire, nullo non tempore ſimplici plebi perſuadere ſatagebant. Hisce enim principiis imbuti, quouis modo contemnebant mortem, & in acie quoque verſantes, tanquam glorioſe ac fortiter vita exceſſuri, exultabant, cum qui morte occumbebant, quaſi turpiter & miſere morituri, lamentarentur; imo non tam facile perſuaderi poterant, terram arare & annum exſpectare, quam hoſtes vocare & vulnera mereri, pigrum quin imo & iners videbatur, ſudore acquirere, quod ſanguine poſſis parare. 10) Hinc nec latrocinia vllam habebant infamiam, quæ extra fines cuiusque ciuitatis fiebant, cum ea iuuentutis exercendæ & deſidiæ minuendæ cauſa fieri prædicarent; 11) & ipſæ quoque bellorum cauſæ ex libidine accerſebantur: 12) vbi enim aliquis ex principibus in comitiis ſe dicebat ducem fore, & vt qui ſequi vellent profiterentur, ſtatim conſurgebant, qui cauſam & hominem probabant, ſuumque auxilium pollicebantur, 13) ita, vt quotannis ſingula millia armatorum ex finibus ſuis 14) educerent, eorumque ope & vicos & agros finitimorum vaſtarent; publicè enim maximam putabant eſſe laudem, quam latiſſime a finibus ſuis vacare agros, & hac re ſignificari, magnum numerum ciuitatum vim ſuam ſuſtinere non potuiſſe: 15) imo tantus gentis belli furor, vt ſi ciuitas, in qua orti, longa pace & otio torpebat, plerique nobilium adoleſcentum, vltro eas peterent nationes, quæ tunc bellum aliquod gerebant, quia & ingrata genti quies, & inter ancipitia facilius clareſcebant. 16)

§. LVIII.

& domi connubii feruaret affectus, & in publico metus legum: ac ſi duplici præſidio caſtimonia tueretur, cum & intus eſſet, quod amaretur, & foris, quod timeretur.

5) TACITVS *c. XXI. §. 2. c. l.*

6) Ita de Suionibus AD. BREMENSIS *c. l.*

7) TACITVS *c. XII. §. 4. c. l.*

8) Inde ait CAESAR *Lib. VI. c. 21.* de omnibus Germanis: *vita omnis in ſtudiis rei militaris conſiſtit. &* SENECA Lib. I. c. 10. de ira iudicat: *Germanis quid animoſius, quid ad incurſum acrius? quid armorum cupidius? quibus innaſcuntur, inuentiuntur, quorum vnicum illis cura eſt, in alia negligentibus.* CAESAR porro Lib. IV. c. 1. c. l. inquit: *Sueuorum gens eſt longe maxima & bellicoſiſſima omnium Germanorum &* Lib. I. c. 36. eidem dicuntur *inuicti Germani; exercitatiſſimi in armis, qui intra annos XIV. tectum non ſubiiſſent.* Imo incompatabilis hic belli ardor & virtus militaris Sueticæ genti non tantum priſcis temporibus quaſi innata fuit, ſed feros ad vsque poſteros plane propagata. Inde glorioſiſſimus Imperator Rudolphus Habspurgicus, teſte FVGGERO *im Spiegel der Ehren des Hauſes Oeſterreich* Lib. I. c. 16. p. 138. non raro in ore habuit: *Wenn er vier tauſend Helme und vierzig tauſend Fußgenger aus Schwaben bey ſich hatte, getraute er ihm in der gantzen Welt mit Sieg zu beſtehen.* Et huic inſuper inuictæ fortitudini tribuendum, quod ipſis in omni expeditione regis Teutonici aciem præcedere & primis quoque prœlium committere, per modum priuilegii, conceſſum; quod ad tempora Caroli M. quidem, & quod ab eo Geroldus, Sueuorum Dux, eo fuerit donatus, refert SPECVLVM SVEVICVM *c. 272.* eiusque authoritate freti vlterius affirmant STVMPFIVS *Lib. VI. c. 19. Chron. Heluet.* HERTZOG *Lib. V. pag. 109. Chron. Alſat. &* CRVSIVS *Tom. II. pag. 14. Annal. Sueu.* alii vero in dubium vocant. Hoc interim certum, antiquiſſimum hoc eſſe priuilegium, ita enim iam illud vocat LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS *ad An. 1075. de reb. Germ.* vid. etiam CRVSIVS *Tom. II. p. 233. & 234. c. l. &* poſt Eum canit GOTHOFREDVS VITERBIENSIS:

Iudicio cœli dominantur in orbe Sueui
nunc vbicunque; Gero reſpublica prolia quærit,
ordine primus erit, gladio vult primus haberi,
morcque ſigniferi primus in hoſte fuit.

adde KOENIGSHOVEN *in Chron. Alſat. c. II. pag. 147. c. V. p. 327. & ſupplem. ad eum pag. 434.* LAZIVM *Lib. VIII. p. 360.* GVILLIMANNVM *Lib. V. c. 1. p. 216.* in Habspurg. CRVSIVM *Tom. III. p. 262. c. l. &* LEHMANNVM *in Chron. Spir. Lib. V. c. 29.* vbi plura exempla, quod Sueui noſtri hoc priuilegio in congreſſibus prœliorum vſi fuerint, occurrunt.

9) Sic APPIANVS in Celticis pugnam Cæſaris cum Arioviſto habitam deſcribens, Marcomannos fuiſſe inquit: τὸ θαυμαζόμενον ὑπ' αὐτῶν ἀνδρεῖον, i. e. *mortis contemtores, ſive remuniſcentia.* Et LVCANVS *in Pharſalicis Lib. I. p. 457.* de populis Germaniæ Septentrionalibus, qui maximam partem Sueui, ita canit:

- - Certe populi, quos deſpicit Arctos,
felices errore ſuo: quos ille timorum
maximus haud vrget lethi metus. Inde ruendi
in ferrum mens prona viris, animæque capaces
mortis: & ignauum, redituræ parcere vitæ.

10) TACITVS *c. XIV. §. 7. de M. G. &* AMMIANVS *Lib. XVI. c. 2.* cui Alemanni prodigere vitam pro victoria contendentes audiunt.

11) CAESAR *Lib. VI. c. 23. c. l.*

12) MELA *Lib. III. c. 3. c. l.*

13) CAESAR *Lib. VI. c. 23. c. l.*

14) Idem *Lib. IV. c. 1. c. l.*

15) Idem *Lib. IV. c. 2. c. l.*

16) TACITVS *c. XIV. §. 4.* hoc ſtudium, pacis tempore etiam extraneis nationibus, quæ bella gerebant, ſubſidia ferendi, adeo inuaſerat veterum Sueuorum animos, vt & ſub Romanis, eiuratis plane hoſtibus, ſtipendia merere haud detractarent. Inde Sido & Italicus Sueuorum Reges, cum delectis popularium primoti in acie Veſpaſiani, cum Vitellio de imperio contendentis, verſabantur, TACITVS *lib. III. Hiſt. c. 21. §. 4.* & iam antea Iul. Cæſar Germanorum opem & fortitudinem in prœlio Pharſalico contra Pompeium erat expertus, cum præcipue eorum auxilio. Pompeianum equitatum ſuperaſſet. FLORVS *lib. IV. c. 2.* Sic Caracalla validiſſimum quemque & pulcherrimum ex Danubianis Sueuis inter corporis cuſtodes ſibi adſciuerat, vt iam ſupra ex

HERO-

§. LVIII. Arma non eadem erant omnibus. Communiter, sed rari gladiis, aut maioribus lanceis vtebantur, & hastas quoque, vel ipsorum vocabulo, frameas gerebant, angusto & breui ferro, sed ita acri, & ad vsum habili, vt eodem telo, prout ratio poscebat, vel cominus, vel eminus pugnarent. 17) Porro & missilia habebant, quæ pedites, & plura quidem singuli, nudi ac fagulo leues, spargebant, & in immensum vibrabant. 18) Neque deerant scuta immensa, 19) vel tenues & fucatæ colore tabulæ, 20) non quidem ferro, neruoque firmatæ, sed viminum textus. 21) Hæc inter se ita conferere, & capita & pectora eorum ope munire callebant, vt integra acies ab hostium telis esset tuta, nec non nisi cursu insultantium manibus pedibusque difficili negotio reuelli & proturbari possent. 22) Paucis præterea erant loricæ, sed vix vni alteriue cassis aut galea; 23) Secus ac Quadis, qui loricas ex cornibus rasis & leuigatis plumarum specie linteis indumentis innexas habebant. 24) Rugiorum Lemouiorumque insigne erant scuta rotunda, breuesque gladii, 25) & Arii super vires truces, insitæ feritati arte ac tempore lenocinabantur; nigra enim scuta, tincta corpora, atras ad proelia noctes legebant, ipsaque formidine atque vmbra feralis exercitus terrorem inferebant, nullo hostium sustinente nouum ac velut infernum aspectum. 26) Hisce quoque partim conueniebant, partim diuersa erant arma & cultus militaris Alemannorum. Loricas enim & tibialia plane ignorabant, intecti caput plerique, pauci galeati, præliabantur. Pectus & terga nudi lumbos vsque, inde femina induebantur ad tibias descendentia, e lino alii, nonnulli e corio. Ensis a femore, a sinistro latere clypeus dependebat. Arcus, fundas & quæ alia eminus feriunt, non habebant, sed ancipites secures & angones, maximorum operum instrumenta. Et parabilis erat hæc gentis armatura, nec multis opificibus indigens, sed ab ipsis, quibus gestabatur, facilis, si quid luxatum esset, recohibinnabatur. 27)

§. LIX. Hæc arma communia erant peditum. Eques vero scuto frameaque contentus 28) hostem quærebat. Equi ipsi, proprio solo nati, 29) non forma, non velocitate conspicui, non variare gyrum in morem Romanum docebantur. In rectum, aut vno flexu

HERODIAN *lib. IV. c. 7.* monumus, & Maximinus quoque auxiliares ex Germania equites sibi elegit, quos præcipue opponere hostibus: idem *Lib. IV. c. 7.* vt taceam, & Antoninum Philosophum Marcomannos in suo exercitu fuisse, quorum ope Germanos deuicit. SPARTIANVS *in eius vita c. 22.* conf. etiam in genere hic HENR. BEBELIVM *de veter. Germ. encomiis c. 4. pag. 120.* apud SCHARDIVM *Tom. I. c. I.* Neque tamen tantum vt gregarii milites signa Romanorum secuti sunt, sed non raro quoque primarias vices in aulis & castris obtinuerunt: Clara enim nomina Latini, domesticorum Comitis, Agilonis tribuni stabuli, & Scudilonis rectoris Scutariorum, qui omnes Alemanni, sub Constantio Imperatore, veluti dextris suis Rempublicam gestantes, colebantur. AMMIANVS *libr. XIV. c. 10.* ZOSIMVS *lib. II.* nec ignotus Recimer ex eadem gente, magister militum, qui tanta polluit auctoritate, vt mortuo Valentiniano III. pro lubitu de imperio occidentali disponeret. Vide CASSIODORVS *in Chronic.* Sic Etocus Alemannorum Rex, captus a Constantio Chloro, præcipuus Constantino M. auctor fuit capessendi imperium, CRVSIVS *Tom. I. pag. 129. c. I.* & Vadomarius quoque Alemannorum Rex, captus a Iuliano Imp. Ducis munere apud Romanos diu fuit functus, eisque vtiles contra Persas præstitit operas vid. AMMIANVS *lib. XXIX. c. I.*

17) Verba sunt TACITI *c. VI. §. 23. de M. G.* eiusmodi præloingas Germanorum hastas in proelio Arioustii cum Cæsare habiti appellat DIO *lib. XXXVIII.* vbi & AMMIANVS *lib. XVII. c. 12.* de Quadis ait: *quibus ad latrocinia magis, quam apto habilibus Marti, hastæ sunt longiores.*

18) TACITVS *c. VI. §. 3. c. I.*

19) Ita ex vocat TACITVS *lib. II. Annal. c. 14. §. 3.*

20) Idem *c. I.* & *c. VI. §. 4. de M. G. Scuta tamen lectissimis colaribus distinguunt.*

21) Idem *c. XIV. §. 4. lib. II. Annal.*

22) Ita enim CAESAR *lib. I. c. 52. de B. G.* de Arioustii Marcomannorum regis acie: *Germani celeriter ex consuetudine sua, phalange facta, impetus gladiorum exceperunt. Reperti sunt complures nostri milites, qui in phalangas insilirent, & scuta manibus reuellerent, & desuper vulnerarent.* Conf. OROSIVS *lib. VI. c. 6.* DIO *lib. XXXVIII.* & AGATHIAS *lib. I. in f. & Lib. II. Hist. Gothici* qui de acie Alemannorum & Francorum sub auspiciis Butilini Ducis contra Narsetem instructa sic ait: *aiunt enim inter se stabant, vti hostibus aduersi essent, & ex tuto confligerent, scutis protecti.*

23) TACITVS *c. VI. §. 4. de M. G. & lib. II. Annal. c. 14. §. 4.*

24) AMMIANVS *lib. XVII. c. 12.*

25) TACITVS *c. XLIII. §. 5. de M. G.*

26) Idem *c. XLIII. §. 6. c. I.*

27) Verba sunt AGATHIAE *lib. II. hist. Goth.* qui hoc modo armaturam exercitus Butilini, Ducis Alemannorum, describit. *Sunt autem eodem tempore c. I. augones hostes, neque magno omnino, neque minimum exiguæ, tales, vt & eas possint, & se ipsos tegere manu pugnandum sit, incussu valide. Pars harum maxima ferro obducta est, vix vt hastile apparet, & id, qua ferro infigantur. In summo ad cuspidis latera spiculæ prominent, huiusmodi vt modum ad inferna se spiculæ insectentia. Non tenere inter pugnandum angonem emittit Francus. Si corpus intrauerit, penetrat cuspis, nec facile se auellere queat, qui vulnus accepit. Prohibebant enim vnci inhærentes carni, tantosque excitant cruciatus, vt etiamsi caterum ictus letbales non fuit, dolor ad interitum fatis sit. Quod si impactus sit clypeo, dependet, & cum eo circumagitur, parte extima solum verrens. Itaque potest, qui impetitus est, aut euellere hastam, spiculis retinentibus, aut gladio abscindere, quod ad lignum pertingere nequeat, ferro intercedente. Id simul conspexit Francus, partem angonis inferiorem ipsius ac premens pede, progressutum deducit clypeum, ita vt ferentis cedat impetus, capuque eius & pectus nudetur. Sic patefactum nactus, nullo negotio interficit, aut securi in frontem adacta, aut hasta alia quam verberans.*

28) TACITVS *c. VI. §. 3. de M. G.* CLVVERIVS *lib. I. c. 45. p. 364.* gladios quoque eis tribuit, nec temere; ipse enim TACITVS *c. XVIII. §. 4.* inter munera, quæ dotis loco maritus offerebat vxori, gladium numerat.

29) CAESAR *lib. IV. c. 2. de B. G.*

flexu dextros agebant, ita coniuncto orbe, vt nemo posterior esset. 30) Quadis porro ex vsu plurimi equi erant castrati, ne a fœminarum visu exagitati raptarentur, aut in subsidiis ferocientes proderent hinnitu densiore vectores. 31) Ephippiis non vtebantur; 32) aut frenis & phaleris, 33) & licet mirifice ex equis pugnarent, 34) in vniuersum tamen plus penes peditem 35) roboris æstimabant, eoque mixti 36) prœliabantur, apta & congruente ad equestrem pugnam velocitate peditum, quos ex omni iuuentute delectos ante aciem locabant. Ipsi etiam equites sæpius ex equis in prœliis desiliebant, ac pedibus prœliabantur, equosque eodem vestigio remanere assueſaciebant, ad quos se celeriter, cum vsus poscseret, recipiebant. 37) Hæc munera equitum.

§. LX. Neque tamen, vti iam supra ostendimus, integra ciuitas, si bellum ortum, in expeditionem proficiscebatur, sed definiebatur numerus: Centeni singulis ex pagis erant, idque ipsum inter suos vocabantur, & quod primo numerus, postea nomen & honor erat. 38) Viros sequebantur mulieres. Hæ vna cum reliqua familia præcipuum fortitudinis incitamentum, cum in prœliis fœminarum vllulatus & infantium vagitus audirentur. Hæ cuique sanctissimi testes, hæ maximi laudatores. Ad matres, ad coniuges vulnera ferebant, nec illæ numerare, aut exſugere plagas pauebant: cibos quoque & hortamina pugnantibus gestabant; imo memoriæ proditum, quasdam acies inclinatas iam & labentes a fœminis restitutas, constantia precum, & obiectu pecorum, & monstrata cominus captiuitate, quam longe impatientius fœminarum suarum nomine timebant. 39) Castra enim rhedis & plaustris 40) circumdare solebant, ne scilicet quis aufugere posset, eisque fœminas 41) imponebant, quæ & exeuntium in prœlia animos accendebant, & si opus, contra hostium incursus ea quoque defensabant. Et ne diuino quoque, dum pugnarent, destituerentur auxilio, effigies & signa quædam detracta lucis in prœlia ferebant, 42) Diisque suis diuersam aciem sacrabant, quo voto equi, viri, cuncta victa, occidioni dabantur. 43)

§. LXI.

30) TACITVS c. VI. §. 5. c. l. ita etiam AMMIANVS de Quadis Lib. XVII. c. 12. *& per spatia discurrunt amplissima sequentes alios, vel ipsi terga vertentes, insidendo velocibus equis & morigeris, tractentesque singulos, interdum & binos, vti permutatio vires foueat iumentorum vigorque otio integretur alterno.*

31) AMMIANVS *Lib. XVII. c. 12.*

32) CAESAR Lib. IV. c. 2. c. l. *neque eorum moribus turpius quidquam, aut inertius habetur, quam ephippiis vti; itaque ad quemuis numerum ephippiatorum equitum, quamuis pauci, audire audeant.*

33) Inde TACITVS *c. XV. §. 4.* inter dona a ciuitatibus finitimis principibus transmissa refert phaleras; & *c. XVIII. §. 3.* inter munera a sponſo nouæ nupæ oblata, frenatum equum; adde CLAVDIANVM in panegyrico III. Honorii consulat. vbi inter spolia Germaniæ recenſet:

\- - *frena Sueui.*

34) AVRELIVS VICTOR de Caracalla: *Alemannorum gentem populosam, ex equo mirifice pugnantem, prope Mœnum amnem deuicit.* Et ADAMVS BREMENSIS *de sitv Dan. pag. 102. c. l.* Suiones vocat: *optimos ex equo bellatores.*

35) TACITVS *c. VI. §. 6. c. l.* quibus concordat, quæ habet AGATHIAS Lib. II. hist. Goth. de Alemannis: *equis, nisi pauci admodum, non vtuntur, auito more & educatione ad pedestrem pugnam exercisi.* Et de suo tempore eadem adhuc refert GVILIELMVS APVLVS *de rebus Normannorum* apud ill. LEIBNITIVM *Tom. I. S. R. Br. p. 592.* incomparabilem insuper eorum bellicam virtutem laudans:

\- - *Hæc gens animosa feroces*
fert animos, sed equos adeo non ducere cauta;
Illibus illorum, quam lancea, plus valet ensis;
nam nec equum dolle manibus giratur eorum,
nec validos illus dat lancea, præmines ensis:
Sunt etenim longi specialiter & peracuti
illorum gladii, percussum a vertice corpus
fiindere sæpe solent, & firmo stant pede, posquam
deponuntur equis, potius certando perire,
quam dare terga volunt, magis hoc sunt Marte timendi,
quam dum sunt equites. \- -

36) Ita enim CAESAR Lib. I. c. 48. de B. G. *Arioustus his omnibus diebus exercitum castris continuit, equestri prœlio contendit. Genus hoc erat pugnæ, quo se Germani exercuere equitum millia erant sex, totidem numero pedites velocissimi, ac fortissimi, quos ex omni copia singuli singulos, sua salutis causa delegerant. Cum his in prœlio versabantur, ad hos se equites recipiebant: hi, si quid erat durius, concurrebant, si qui grauiore vulnere accepto equo deciderant, circumsistebant: si quo erat longius prodeundum, aut celerius recipiendum, tanta erat horum exercitatione celeritas, vt iubis equorum subleuati cursum adæquarent.* Conf. etiam AMMIANVS *lib. XVI. c. 12.* qui Alemannos, ait, ideo pedites immiscuisse Equitibus, quo humi occulte reptantes, latere forato iumenti, incautum rectorem hostem præcipitem agere, leuique negotio trucidare possent.

37) CAESAR *Lib. IV. c. 2. c. l.*

38) TACITVS *c. VI. §. 7. de M. G.*

39) Ita TACITVS *c. VII. §. 3. & 4. & c. VIII. §. 1. de M. G.* adde OROSIVM *Lib. VI. c. 21.* qui Cheruscorum, Sueuorum & Sicambrorum fœminas tradit in prœlio cum Druſo habito intra plaustra conclusas, deficientibus telis, paruos filios, collisos humi, in ora hostium proiecisse. Licet hoc immane factum non his, sed Alpinis fœminis tribuat FLORVS *Lib. IV. c. XII. §. 5.* & inter caduaera barbarorum, in Marcomannico bello, corpora mulierum armata reperta fuisse, testatur XIPHILINVS *in Excerpt. Dionis Lib. LXXII. p. 803.*

40) CAESAR *Lib. I. c. 51. de B. G.* testatur hoc de exercitu Arioustí; & de Butilini Alemannor. ducis acie ait AGATHIAS Lib. II. hist. Goth. *sed & rotas curruum, quos habebat plurimos: contiguas inter se stantes, immersit sola, medioloo tenus, ita, vt pars tantum orbis altera emineret.*

41) CAESAR Lib. I. c. 51. c. l. *aciem suam rhedis & carris circumdederunt copiæ* Arioustí, *ne qua spes in fuga relinqueretur. Eo mulieres impositæ erant, quæ in prælium proficiscentes milites passis crinibus flentes implorabant, ne se in seruitutem Romani traderent.*

42) TACITVS *c. VII. §. 2. de M. G.*

43) Idem *Lib. XIII. Annal. c. 57. §. 3.*

44) CAE-

§. LXI. Prælii tempus ſub initium nouæ 44) lunæ eligebant; quia hoc auſpicatiſſimum rebus gerendis eredebant. Acies vero per cuneos componebatur, 45) quos non caſus, nec fortuita conglobatio, ſed familiæ & propinquitates faciebant, 46) ita, vt ipſi cunei vel turmæ ſecundum nationes quoque diſtinguerentur. 47) Hos ante ipſum prælium dux obequitando ſingulos ad virtutem & facta heroica adhortabatur, 48) & bono animo eſſe iubebat, ſpe potiundæ prædæ. Ipſum prælium per cantus & ingentes clamores auſpicabatur, 49) primum quidem vagis incurſibus, & diſiectas per cateruas, poſtea vero longa aduerſus Romanos militia & ſigna ſequi, & ſubſidiis firmari, & dicta imperatorum accipere inſueuerunt; 50) ita tamen, vt magna alacritate in hoſtem irent, non placide & compoſito gradu, ſed cum impetu ac violentia, velut illico, quicquid hoſtium erat, diſcerpturi. 51) Manibus iam confertis, Dux manu, voce, vel vulnere quoque, pugnam ſuſtentabat, & prout ratio poſtulabat, mox has vel illas acici partes adequitabat. 52) Turpe enim principi, virtute vinci, turpe quoque comitatui, virtutem principis non adæquare: Iam vero inſame in omnem vitam & probroſum, ſuperſtitem principi ſuo ex acie receſſiſſe, illum defendere, tueri, ſua quoque fortia facta gloriæ eius aſſignare, præcipuum erat ſacramentum. Principes pro victoria pugnabant, Comites pro principe. 53) Nec minor reliquæ plebis fortitudo: Cedere loco, dum modo inſtes, conſilii potius, quam formidinis arbitrabantur, 54) ſeutum vero reliquiſſe, præcipuum erat flagitium. 55) Hoc enim vltimum in prælii difficilioribus remedium, quo ſe phalange 56) ſacta,

44) CAESAR Lib. I. c. 50. de B. G. *quum ex captiui quæreret Cæſar, quamobrem Arioviſtus prælio non decertaret, hanc reperiebat cauſam: quod apud Germanos ea conſuetudo eſſet, vt matres familias eorum ſortibus & vaticinationibus declararent, virum prælium committi ex vſu eſſet, nec ne? eas ita dicere; non eſſe fas Germanos ſuperare, ſi ante nouam lunam prælio contendiſſent.* Conf. etiam TACITVS *c. XI. §. 2. de M. G.*

45) TACITVS *c. VI. §. 3. de M. G.* eundem morem, acies per cuneos componendi, ad ſera vsque tempora obſeruarunt Alemanni: ita enim AGATHIAS *Lib. II. c. I.* de prælio inter Butilinum Alemannorum Ducem & Narſetem, vices Iuſtiniani Imp. ſuſtinentem, in Italia commiſſo: *acies ipſis Alemannis & Francis cunei aut Delphi in ſpeciem a latitudine in arctum procurrebat, ferme vt caput ſuillum, cuius velut os denſum frommque ſcutis vallabatur. Latera per ordines cohortesque in longum porrigebantur, transuerſo ferme poſitis, paulatimque magis ac magis diducebantur, vt in fine ampliſſimum occuparent ſpatium, tanta ubi raritate, vt multum loci inanis interponeretur, tergaque hominum aperta conſpicerentur. Stabant auerſi inter ſe, vt recta ſe hoſtibus obiicerent, pugnarentque intiores ſcutis protecti, terga autem mutuo illo contrapoſito munita eſſent.*

46) TACITVS *c. VII. §. 3. c. l.*

47) Ita enim CAESAR de exercitu Arioviſti Lib. I. c. 51. de B. G. *tunc demum neceſſario Germani ſuas copias e caſtris eduxerunt, generatimque conſtituerunt, paribus interuallis, Harudes, Marcomanos, Triboccos, Vangiones, Nemetes, Sedusios, Suebos.*

48) Ita enim TACITVS *Lib. II. Annal. c. 45. §. 4.* de prælio inter Arminium & Maraboduum commiſſo: *At tunc Arminius equo conluſtrans cuncta, vt quoſque aduectus erat, recuperatam libertatem, trucidatas legiones, ſpolia adhuc & tela Romana directa in manibus multorum oſtentabat.* Et mox addit c. ſeq. §. 1. *neque Maraboduus iactantis ſui a probris in hoſtem abſtinebat*, tandem §. 4. *his vocibus inſtinctos exercitus propriæ quoque cauſæ ſtimulabant*; adde quam de Butilino Duce ad Alemannos ſuos & Francos habitam allocutionem refert AGATHIAS *Lib. II. c. I.* & de Chnodomario corundem Rege AMMIANVS *Lib. XVI. c. 12.*

49) Ita TACITVS c. II. §. 8. & c. III. §. 1. & 2. de M. G. *fuiſſe apud eos & Herculem memorant, primumque omnium virorum fortium ituri in prælia canunt. Sunt illis hæc quoque carmina, quorum relatu, quem Barditum vocant, accendunt animos futuræque pugnæ fortunam ipſo cantu augurantur. Terrent enim trepidantue prout ſonuit acies. Nec tam voces illæ, quam virtutis concentus videntur. Affectatur præcipue aſperitas ſoni & fractum murmur; obiectis ad os ſcutis, quo plenior & grauior vox repercuſſu intumeſcat.* Hunc cantum quoque egregie deſcribit AMMIANVS *Lib. XVI. c. 12.* dum ait: *barritum cimere vel maximum, qui clamor ipſa feruore certaminum, a tenui ſuſurro exoritur, paulatimque ualeſcens, ritu exoriturae ſtridentis cautibus illiſionis.* Adde VEGETIVM *lib. III. c. 18. c. l.* qui *clamor autem*, inquit, *quem horritum vocant, non debet attolli, quam acies veraque ſe iunxerit.*

50) Verba ſunt TACITI *lib. II. Annal. c. 45. §. 3.* ſic Maraboduus in aula Auguſti educatus, STRABO *lib. VII. p. 290.* ibi didicit artem militarem, ita, vt exercitum haberet LXXIV. millium in armis ad Rom. militiæ diſciplinam vſumque armorum pene inſtitutum VELLEIVS *Lib. II. c. 109.* Et cum Germanicus inuenturi inſtitum, vltro eas petere nationes, quæ bellum aliquod gerebant, dubio procul ſub Romanis nutrientes, eorumque diſciplinam aetem que militarem condoceſcebat, in patriam reuertentes, has artes quoque bellandi ſecum retulerunt, easque conterraneis ſuis communicarunt, quæ poſtea ipſis Romanis exitio fuere.

51) Verba ſunt AGATHIAE *c. l.* prælium Narſetem inter & ſæpe laudatum Butilinum in Campania commiſſum recenſentis; Eadem quoque habet AMMIANVS *lib. XVI. c. 12.* pugnam inter Alemannos & Iulianum Cæſarem prope Argentoratum habitam deſcribens, dum ait: *properantes cito, quam conſiderato curſu Germani.* Et in primo cum Caracalla commiſſo prælio tanta ira incitatos in Romanos irruiſſe Alemannos teſtatur XIPHILINVS *ex Dion. Lib. LXXVII.* vt tela, quibus ab Oſroënis vulnerati erant, dentibus euellerent e corporibus, ne interea manus a cædendis Romanis auerterent.

52) TACITVS *Annal. Lib. II. c. 17. §. 4.* AMMIANVS *L. XVI. c. 12.*

53) Verba ſunt TACITI *c. XIV. §. 1. 2. de M. G.* quibus iungenda AMMIANI *lib. XVI. c. 12.*

54) TACITVS *c. VI. §. 3. de M. G.*

55) Idem *c. VI. §. 3. c. l.*

56) De hac re ita DIO *lib. XXXVIII. p. 83.* in deſcriptione Arioviſti contra Cæſarem inſtructæ acici: *itaque treceni quique agmine facto, aliquando plures, nonnumquam pauciores, ſcutis undiquaque ſeſe ſepientes, erectique ſtantes, neque intiadi, quod grauare conferti atque concluſi, neque diſſurbari, ob denſitatem, poterant. Idcirco neque agebant quicquam, neque patiebantur, atque ita uno loco manentes veluti turribus ſepti ſtabant.*

facta, defenderent & inter se consertis ita protegerent, vt nulla pars corporis ab hostibus irruentibus facile lædi posset. Hoc modo aut moriendum, aut vincendum. In dubiis prælüis corpora suorum referebant, 57) obtenta vero victoria, festis epulis, & læto cantu, dies noctesque consumebant, 58) diisque suis, captiuis mactatis, persoluebant grates. Neque tamen terrestribus tantum exercitibus, sed & classibus valebant Sueui, & inter eos imprimis Suiones, 59) quorum nauium talis erat forma, vt vtrimque prora paratam semper appulsui frontem ageret, nec velis ministraretur, nec remos in ordinem lateribus adiungeret, sed solutum, vt in quibusdam fluminum, & mutabile, vt res poscebat, hinc vel inde remigium. Hæc de re militari veterum Sueuorum dicta sufficiant.

§. LXII. Ipsa autem quod attinet gentis bella & facta heroica eaque immortalia, multi 60) quidem, iisque doctissimi viri, circa antiquissima occupati, celebre illud Romanæ vrbis, Brenno duce, a Gallis patratum incendium, expilationem Delphici templi, & quicquid modo egregium & gloriosum a Scythis, Celto-Scythis, Celtis & Gallis in Europa & Asia gestum fuit, eidem tribuere & adscribere solent; ast nos consilio hæc prætermittimus, vtpote incerta, dubia, & non nisi ambiguis coniecturis superstructa, inchoantes potius a temporibus natiuitatem Saluatoris nostri paulo antecedentibus, quibus iam gentis nostræ migrationes & expeditiones certiores instituere. Causam tunc latius inclarescendi dederat contentio quædam Sequanos inter & Æduos Gallos agitata. Arar fluuius huius vtriusque gentis fines discriminabat: hunc eiusque vectigalia vtraque cum sibi facilius vindicaret, 61) cruentissima exinde orta bella, omnisque Gallia in duas factiones diuisa fuit, quarum alterius principatum Ædui tenebant, alterius Auerni atque Sequani. Hi cum de imperio vtrimque multos annos contendissent, factum, vt ab Auernis, Sequanisque Germani, Sueui maxime, mercede accerserentur; quibus cum ad CXX. millium numerum Rhenum traiectis Ædui sese eorumque clientes semel atque iterum opponerent, ingenti clade facta, omnem nobilitatem, omnem Senatum, omnem equitatum amiserunt, ita, vt Sequanis obsides dare nobilissimos ciuitatis, & iureiurando ciuitatem obstringere cogerentur, sese neque obsides repetituros, neque auxilium a Populo Romano, eorum amicis, imploraturos, neque recusaturos, quo minus perpetuo sub illorum ditione atque imperio essent. 62) Misera itaque hæc gentis conditio, quam vero paulo post peior victorum Sequanorum subsecuta est. Qui enim hactenus pro socio sese gesserat Ariouistus, Sueuorum & plurium aliarum Germaniæ gentium rex, iam occupata tertia agri Sequanici parte, mox alteram quoque tertiam pro Harudibus amicis postulabat, & victis ad Magetobriam 63) Gallorum copiis prœlio, superbius & crudelius omnibus imperare, obsides nobilissimi cuiusque liberos poscere, & in eos omnia exempla cruciatus edere, si qua res non ad nutum aut voluntatem eius facta fuerit, incipiebat. Inde vero & hostium & amicorum non parum ab eo alienati animi, ita, vt defectionem plane molirentur, & missis ad Cæsarem, tunc victrici cum exercitu Rom. in vicinia commorantem legatis, auxilium eius & precibus & lacrymis implorarent. 64)

§. LXIII. Cæsar iam diu occasionem aditum sibi in Galliam patefaciendi optans, nec vllam accommodatiorem ea, quæ se nunc sub auxilii specie 65) offerebat, videns, Gallos

57) TACITVS *c. VI. §. 9. de M. G.*

58) Idem *Lib. I. Annal. c. 65. §. 1.*

59) Idem *c. XLIV. §. 12. de M. G.* adde AD. BREMENSEM *de situ Daniæ pag. 102. c. 1.* cui dicuntur *in nauibus optimi bellatores.*

60) Vid. inter veteres GOTFRIDVM VITERBIENSEM *in Chronic. P. IX. circa f.* inter recentiores, H. BEBELIVM *pag. 101. de Laud. Germ. & p. 127. de veter. Germ. encom.* apud SCHARDIVM *Tom. I. S. R. Germ.* AVENTINVM *lib. I. c. IX. Annal. Boi.* qui plane Alexandro M. & Dario Codomanno stipendia eos feciſſe ex Arriano & Curtio probare contendit; FR. IRENICVM *in Exegeſ. Germ. L. VI. p. 273.* CRVSIVM *Tom. I. Lib. II. c. 5. c. 1.* SCHEDIVM *de Diis Germ. Syngr. I. c. 1. p. 7.* CHIFFLETIVM *in Veſontio P. I. c. 33.* & imprimis ill. COCCEIVM *in prudent. Iur. publ. c. III. Seſt. II. §. 17. & prolegom. §. 17.* Sueuis tamen hæc geſta attribui poſſe, negant, maxime quod incendium vrbis Romanæ concernit, B. RHENANVS *lib. I. Rer. Germ.* GVILLIMANNVS *lib. I. c. 6. in Helvet.* & CLVVERIVS *lib. III. c. 25. Germ. antiqu.*

61) STRABO *lib. IV. Geogr. pag. 192.*

62) Hactenus CAESAR *Lib. I. c. 31. & Lib. I. c. 44. de B. G.*

63) Idem *c. l.* In hunc locum, quinam hodie ſit, vbi Arioviſtus victo prœlio Gallorum copias fudit, inquirit CHIFFLETIVS *P. I. c. 35. c. 1.* & refutatis diſſentientium opinionibus, ſitum eius ſe inueniſſe putat in ipſo agri Sequanici limine, verſus Aeduos, ad Araris ripam, vbi Lignonem fluuium ſuo ſinu excipit, non procul a ponte Gallorum, corrupte, Pontallie, vbi pagus Broye, iuxta quem collis planus amplisſimus, aptisſimus prœlio viſitur, latebrit & humanis oſſibus ſcatens, quo loco antiquitus vrbem fuiſſe, conſtans incolarum traditio, qui ſpatium illud adhuc hodie, antiquo Magetobriæ nomine tantillum immutato, vocant la moigte de Broye.

64) Hactenus rurſus CAESAR *Lib. I. c. 31. c. 1.* conf. etiam FLORVS *lib. III. c. 10. §. 10.* & PLVTARCHVS *in vita Cæſaris pag. 717.*

65) Aliter ipſe CAESAR *lib. I. c. 33. c. 1.* cauſas belli refert, dum ait: *multa res eum, Cæſarem, hortabantur, quare ſibi eam rem cogitandam & ſuſcipiendam putaret; imprimis, quod Æduos, fratres, conſanguineosque ſæpenumero a ſenatu appellatos, in ſeruitute atque ditione videbat Germanorum teneri, eorumque obſides eſſe apud Arioviſtum, & Sequanos, intelligebat, quod in tanto imperio populi Romani turpiſſimum ſibi & Reipublicæ eſſe arbitrabatur. Paulatim autem Germanos conſueſcere Rhenum tranſire, & in Galliam magnam eorum multitudinem venire, Populo Romano periculoſum videbat: neque ſibi homines feros ac barbaros temperaturos exiſtimabat, quin cum omnem Galliam occupaſſent, vt ante Cimbri Teutonesque feciſſent, in prouinciam exirent atque inde in Italiam contenderent.* Sed probe SVETONIVS

Gallos bono animo esse iubebat, eisque hanc rem sibi curæ fore pollicens, legatos ad Arioui-stum regem mittebat, qui ab eo postularent, vt aliquem locum medium vtriusque colloquio deligeret, velle se de Repub. & de summis vtriusque rebus cum eo agere. Ei legationi Arioui-stus respondit: si quid ipsi a Cæsare opus esset, sese ad eum venturum fuisse, si quid ille a se velit, illum ad se venire oportere. Præterea sibi mirum videri, quid in sua Gallia, quam bello vicisset, aut Cæsari, aut omnino populo Romano negotii esset. 66) His responsis ad Cæsarem relatis, iterum ad eum Cæsar legatos cum his mandatis mittebat: ne quam multitudinem hominum amplius trans Rhenum in Galliam transduceret, deinde obsides, quos haberet ab Æduis, redderet, Sequanisque permitteret, vt, quos illi haberent, voluntate eius reddere illis liceret, neue Æduos iniuria lacesseret, neue his, sociisue eorum bellum inferret, sin secus, se Æduorum cæterorumque amicorum populi Rom. iniurias non neglecturum. 67)

§. LXIV. Hisce omnibus cum abnueret Arioui-stus, bellum iam erat ineuitabile, Cæsar itaque ne si noua Sueuorum manus, quam centum pagis, Nasua & Cimberio fratribus & Ducibus, ad Rheni ripam aduenisse, a Treuiris audiuerat, cum veteribus copiis Arioui-sti sese coniunxisset, minus facile resisti posset, statim magnis itineribus ad Arioui-stum contendebat. Sed tantus in hoc itinere subito exercitum eius occupauerat timor, vt milites ex relatione Gallorum mercatorumque ingenti magnitudine corporum Germanos, incredibili virtute, atque exercitatione in armis, horrentes, testamenta passim in castris scriberent, & non nulli plane renunciarent, non fore dicto audientes, cum castra moueri mandarentur. 68) Hæc cum animaduertisset Cæsar, conuocato concilio, milites suos grauiter incusabat & exemplis Teutonum & Cimbrorum demonstrans, posse & Germanos vinci, trepidantes eorum animos non parum confirmauit. Quo peracto, a Vesontio, maximo Sequanorum oppido, ad Rhenum versus proficiscens, septimo die non intermissi itineris, occurrentem habuit Arioui-stum, a quo quatuor & viginti millibus passuum castra metabatur. Hic desiderati nunc quidem colloquii ab Arioui-sto Cæsar copiam fecit, sed irrito successu, Arioui-sto omnem Galliæ possessionem postulante. 69) Nec felicior exitus biduo post instituti, Arioui-sto Cæsaris legatos in catenas coniiciente. 70) Castra itaque iam castris opponebantur, & Cæsar quidem per quinque dies continuos copias suas pro castris eduxit, aciemque instructam habuit, vt, si vellet Arioui-stus prælio contendere, ei potestas non deesset; sed ille his omnibus diebus exercitum suum castris continuit, nulla alia ex causa, quam quod fatidicæ mulieres pugnam ante nouam lunam prohiberent. 71) Quod audiens Cæsar, triplici acie instructa, ad hostium vsque castra processit, eosque ad certamen prouocans, tum demum necessario obuios inuenit. Atrox committitur pugna, Germanis egregie se defendentibus; donec post multa illata ac accepta vulnera in fugam versi ad flumen Rhenum, millia passuum ex loco circiter prælii quinquaginta, peruenerunt, ibi perpauci, aut viribus confisi transnatare contenderunt, aut linтribus inuentis salutem sibi petierunt, inter quos & ipse Arioui-stus, qui nauiculam deligatam ad ripam nactus, ea profugit. Reliquos omnes equites consecuti Romani interfecerunt. Occisæ etiam in hoc prælio duæ Arioui-sti vxores, cum vna filia, altera inter fugientes capta. 72) Ipse Arioui-stus cladi huic per breue tempus superuixit, 73) magno Sueuorum dolori, qui iactura hac perterrefacti, a Rheno paululum retrocedere cœperunt. 74)

§. LXV. Cæsar hac victoria potitus, exercitum tum quidem transportare per Rhenum & Germanos Sueuosque in suis sedibus persequi non fuit ausus, satis habens in præsens, victos prælio Gallia expulisse; ast victis triennio post Tenecteris & Vsipetibus, Germanis,

TONIVS *in eius vita c.24.* Cæsar, inquit, in explebili gloriæ & proferendi imperii fines cupiditate incensus, nulla belli occasione data, nec iniuste quidem & periculose, abstinuit vnquam, tam fœderatis quam infestis ac feris gentibus vltro lacessitis, adeo, vt senatus quondam legatos ad explorandum statum Galliarum mittendos decreuerit, ac nonnulli dedendum eum hostibus censuerint. Eadem fere tradit Dio *L.XXXVIII. p.81.*

66) Ita successum huius legationis describit CAESAR *Lib. I. c. 34.* FLORVS *c.l. §. 11.* & Dio *L.XXXVIII. p.81.*

67) CAESAR *c.35. c. l.*

68) CAESAR *Lib. I. c. 39. de B.G.* PLVTARCHVS *c.l.* FLOR. *Lib. III. c.10. §. 12.* OROSIVS *Lib.VI. c.7.* & DIO *Lib.XXXVIII. p.81.*

69) CAESAR *c. 42. c. l. vsque ad c. 44.* DIO *c. l. p.90.*

70) CAESAR *c.47. c. l.*

71) Idem *c. l. c. 49.* & *c. 50.* PLVTARCHVS *c.l.* DIO *c. l.*

72) Hæc tradit CAESAR *c. 51. c. l. vsque ad fin.* vid. etiam PLVTARCH. *c. l.* qui cæsorum LXXX. hominum millia ex parte Germanorum fuisse perhibet. DIO CASSIVS *Lib. XXXVIII. p. 81. &c.* OROSIVS *Lib. VI. c.7.* qui *neque conici potuit*, inquit, *numerus Germanorum, vel quantus pugnæ affuerit, vel quantus fuerit occisorum.* Adde CELLARIVM *in Diatribe Histor. de bello Cæsaris aduersus Arioui-stum* & AVENTINVM *Lib. I. c.12. c. l.* Locum prælii describit B. RHENANVS *Lib. I. p.59. c. l.* dum ait: *Cæsar in Sequanis cum Arioui-sto confixit, qua pugna ad D. Apollinaris fuisse putatur, is locus milliario Germanico a Rheno & Basilea distat.* Sed dubia ei mouet CELLARIVS §.17. *c. l.* & CLVVERIVS *lib. II. c.8. c. l.* & ex eo CHIFFLETIVS *c. l.* qui locum huius prælii Vesontioni propinquiorem facit, vbi hodie vicus in Burgundiæ comitatu, vulgari vocabulo, Dampierre, quinque millibus passuum infra oppidum Montbeillard, situs, ad confluentem Dubis & Allii amnis, in Rauracorum confinio ex monte Vogeso profluentis.

73) CAESAR *Lib.V. c.29.* vbi Titurius Sabinus refert: *magno esse Germanis dolori Arioui-sti mortem.*

74) Idem *Lib. I. c.54. c. l.*

75) Histo-

manis, a Sueuis pulsis, & traiecto Rheno in Galliam Belgicam, maxime in Eburones, magno impetu & numero sese effundentibus, 75) iam anſam hanc arripiens, Rhenum ſibi transeundum eſſe ſtatuit, maxime cum & Vbii, Romani populi amici, quod grauiter a Sueſſis 76) premerentur, auxilium eius magnopere implorarent. Contracto itaque exercitu & ponte ſublicio intra decem dierum ſpatio facto, ipſum iam flumen tranſiit, Sueuis, 77) Sicambrisque omnia mala minitans. Sed hi, quam primum per exploratores pontem fieri comperiſſent, more ſuo conſilio habito, nuncios in omnes partes dimiſerant; vti de oppidis demigrarent, liberos, vxores, ſuaque omnia in ſiluas deponerent, atque omnes, qui arma ferre poſſent, vnum in locum conuenirent; hunc eſſe delectum medium fere regionum earum, quas Sueui obtinerent, ibi Romanorum aduentum exſpectare, atque ibi decertare conſtituiſſe. Quod vbi Cæſar comperit, vicis & ædificiis Sicambrorum incenſis, eorumque frumentis ſuccisis & diebus omnino XVIII. trans Rhenum conſumtis, ſeſe in Galliam recepit, pontemque reſcidit, ſatis & ad laudem, & ad vtilitatem profectum arbitratus, quod Germanis metum inieciſſet, Sicambros vltus, Vbios vero ab obſidione Sueuorum liberaſſet. 78)

§. LXVI. Altero abhinc anno, vrbis ſcilicet conditæ DCC. nouam iam Cæſar in Germaniam expeditionem ſuſcipiebat, dupplici de cauſa, quarum altera erat, quod Germani in communi illa Galliæ aduerſus Romanos conſpiratione, a Treuiris & Eburonibus ſollicitati, ſocialia cum his arma ſumſerant; altera, ne Ambiorix, præcipuus Eburonum belli Dux, receptum ad eos haberet. His enim conſtitutis rebus, paululum ſupra eum locum, quo antea copias traduxerat, pontem facere inſtituit, eoque confecto, omnem exercitum in agrum Vbiorum traduxit, vbi certior factus, Sueuos omnes in vnum locum copias agere, atque iis nationibus, quæ ſub eorum ſunt imperio, denunciare, vt auxilia peditatus equitatusque mittant, primum quidem adoriri eos ſimulauit, ſed mox, mutato conſilio, inopiam frumenti veritus, vel metu potius Germanorum aduentantium adactus, reducto exercitu, vltimam pontis partem, quæ ripas Vbiorum contingebat, in longitudinem pedum ducentorum reſcidit, atque in extremo ponte turri IV. tabulatorum conſtituto, præſidio magnisque eum locum munitionibus firmauit, ne vlterius Germani Galliam inuadendi tam facilem haberent copiam. 79)

§. LXVII. Orto paulo poſt Cæſarem inter & Pompeium de obtinendo in Rep. Romana principatu bello ciuili, Sueui quidem aliquandiu ab armis Romanorum erant liberi, ſed reſtituta per Auguſtum pace, cœptum bellum mox iterum recruduit, maxime cum Auguſtus, gloriæ cupidine & ambitione ductus, omnem Germaniam in prouinciæ 80) formam redigere penes ſe conſtituiſſet. Datum hoc negotium Agrippæ conſuli, ſupremo eius bellorum & conſiliorum moderatori. Hic, quod Germani Gallis denuo Romanis rebellantibus auxilia tulerant, ſubactis Gallis & ponte Rheno ſuperſtrato, cum exercitu, ſecundus Romanorum, eum quidem tranſiit; ſed Germanos in armis eſſe, ſuumque aduentum intrepide exſpectare, ab exploratoribus præmiſſis percipiens, mox inconſectis rebus, ſicut & Cæſar, retroceſſit. 81) . Abeuntem Agrippam Sueui Rhenum accolentes inſecuti, illo-

75) Hiſtoriam huius belli fuſius deſcribit CAESAR *Lib. IV. c. 4-15.* DIO CASSIVS *Lib. XXXIX. p. 112.* & PLVTARCHVS *c. l.*

76) CAESAR *Lib. IV. c. 3. & 16.* vbi & alias cauſas adducit, quæ eum commouerunt transire Rhenum, Germanosque in propriis ſuis ſedibus adoriri. Scilicet, quod cum videret, Germanos tam facile impelli, vt in Galliam venirent, ſuis quoque rebus eos timere voluit, cum intelligerent, & poſſe & audere populi Romani exercitum Rhenum transire. Acceſſerat etiam, quod pars equitatus Vſipetum & Tencthterorum, Galliam antea depopulantium, trans Rhenum ſe in fines Sicambrorum receperat, ſeque cum iis coniunxerat, quorum deditionem a renitentibus Sicambris fruſtra poſtulauerat Cæſar.

77) Quæ CAESAR hic de Sueuis profert, CLVVERIVS *Lib. III. c. 5.* & SCHATENIVS *in Hiſt. Weſtphal. Lib. I. p. 9.* de Chattis dicta intelligunt. Sed malo hic ſubſcribere Cæſari, qui populos agro Coloniæ Agrippinenſis vicinos non Chattos, ſed Sueuos, diſerte appellat, reique huius certitudinem vel ex propria experientia, vel ex relatione Vbiorum, quibus perpetuum fere cum Sueuis negotium fuit, habuit; neque obſtat Chattos a Scriptoribus Cæſarem ſubſecutis in hunc tractum collocari; eos enim a Rheno paululum antea remotos Sueuis demum maximam partem vna cum Marabouduo in Boiohemum conceſſis in his terris ſucceſſiſſe, veritati admodum conſentaneum eſt. Conf. etiam DIO CASSIVS *L. XXXIX. p. 113.* & STRABO *L. VII. p. 194.* qui Sueuos Rheni ripam accoluiſſe diſerte quoque tradunt.

78) Ita hanc expeditionem deſcribit ipſe CAESAR *Lib. IV. c. 17-19.* conf. etiam PLVTARCHVS *c. l. p. 718.* FLORVS *Lib. III. c. 10. §. 14.* OROSIVS *Lib. VI. c. IX.* DIO CASSIVS *Lib. XXXIX. pag. 139.* qui vel ſolum nomen Sueuorum, de quorum aduentu audiuerat, Cæſarem retrocedere coëgiſſe tradit. Adde B. CELLARIVM §. *33. & 34. c. l.* & AVENTINVM *Lib. I. c. 12. n. 23. c. l.* vbi pontem Cæſaris non longe infra eum locum, vbi adhuc hodie Colonia Agrippinenſis ſita, Rheno ſuperſtructum fuiſſe docet.

79) Ita hanc expeditionem deſcribit ſæpe laudatus CAESAR *Lib. VI. c. IX. X. & XXXIX.* cui iungendus FLORVS *Lib. III. c. 10. §. 15.* ſed longe aliter exitum huius belli deſcribunt SVETONIVS *in vita eius c. 25.* EVTROPIVS *Lib. VI. c. 14.* & DIO CASSIVS *Lib. XXXIX.* illi quidem, Cæſarem Germanos trans Rhenum aggreſſum immaniſſimis prœliis viciſſe perhibent; hic vero metu potius Germanorum, quam inopia frumentorum, tunc ipſo teſte *Lib. VI. c. 29.* vbique matureſcentium, trans Rhenum rediiſſe; cui vel ideo credere lubet, quod Cæſarem a Rheno fugiſſe teſtatur quoque Pompeius apud LVCANVM *in Pharſal. Lib. II.* dum ait:

- - *Rheni gelidis quod fugit abundis.*

80) FLORVS *Lib. IV. c. 12. §. 22.*

81) DIO CASSIVS *Lib. XLVIII. p. 398.* adde SCHATENIVM *in Hiſt. Weſtph. L. I. p. 35.* qui expeditio-

illoque amne aliquoties transgressi, spoliis ac populationibus vicinas Galliæ prouincias incursauere; nec Augustus, bello cum Antonio implicitus, furorem hunc restinguere tum potuit, donec tandem a C. Carino, Belgii præside, profligati, trans Rhenum sese recipere cogerentur. 82) Obtenta hoc modo victoria a Sueuis, Germani quidem ab incursionibus in Gallias aliquandiu abstinuerunt, sed obtruncantes homines Romanos, ipsorum regionem commercii gratia ingressos, M. Vinicius, Galliarum præses, iam in proprio solo, Rheno traiecto, A. V. C. 729. eos inuisebat, cædem gentilium suorum vlciscens. 83) Magnopere hæc gesta Vinicii extollere solent scriptores Romani, eumque magnam de Germanis stragem edidisse tradunt, adeo, vt triumphi plane honores ea propter Augusto a Senatu decreti fuerint; sed triumphatam etiam hac occasione Germaniam magis, quam victam fuisse, vel exinde patet, quod Vinicius, nulla alia re memorabili in Germania gesta, cum exercitu suo in Galliam statim regressus, Augustus vero vlterius eos lacessere non fuit ausus, satis in præsens habens, a Galliæ limite per filium Tiberium, dato ipsi directore Agrippa, 84) eos arcere, ne Gallis ad pristinam libertatem adspirantibus iuncti, Romanam rem turbare vel damnum aliquod inferre possent. Et Tiberii, imprimis vero Agrippæ auctoritate, etiam factum, vt Gallia Germaniaque aliquod tempus pacata conseruaretur; ast his, altero in Rhætiam & Vindelician, altero in Hispaniam discessis, & M. Lollio legato Galliis imposito, Germani ad pristinum morem reuersi, superato Rheno, prouinciis Romanis iam iterum imminebant, & vastando eas prædet opinionem a fugientibus Romanis ad ipsum Lollium præfectum pertracti, hunc quoque prælio vincebant; quo cladis nuncio Augustus excitus, ipse in Galliam festinauit, ad reprimendos hostium vlteriores conatus; sed bellum nullum gerendum ibi inueniens, Germanis iam ad sua regressis, mox demum quoque reuersus, 85) vindictam ab iis sumendam in aliud tempus distulit.

§. LXVIII. Lacessitus itaque Augustus tot & tam variis a Germanis in Gallias susceptis incursionibus, & sentiens, se hanc & conterminas prouincias tuto & quiete non posse tenere, domitis nisi Germanis, simul & in honorem patris sui Iulii Cæsaris, quem bis transuectum ponte Rhenum bellum quæsuisse sciebat, proposito animo semel conceptum iam vlterius exequi, & Germaniam in prouinciæ formam redigere constituit. Curam huius negotii Claudio Druso, priuigno suo, demandabat. Hic ingenti cum exercitu in Galliam profectus, rebellantem eam iterum Romanis, quod grauiter ab officialibus tributorum exactione premeretur, 86) ad officium primo reuocauit, & 87) postea Rhenum quoque quinquaginta munimentis nouiter extructis firmans, omni modo prohibere studuit, ne Germani, pro veteri prædandi libidine, prouincias Romanas incursarent. Sed his nihilominus superato ex improuiso Rheno, Gallias deuastantibus, prædatoribus repulsis, hunc quoque pontibus iunctum, secundum Batauorum insulam, transiit, A. V. C. 742. & cum exercitu Romano in interiora Germaniæ mouit. Primus impetus in Vsipetes factus, quos primos domuit; inde, Tencteros percurrens, & in Sicambrorum terram transgressus, magnam eorum agri partem vastauit, Frisios subegit, ac Chaucos quoque aggressus est, maiora moliturus, ni instans hyems Romam eum reuocasset. 88) Appropinquante autem vere, ad bellum rursus profectus, altera vice Rhenum superauit, Vsipetes subiugauit & Luppiæ ponte quoque superstrato, in Sicambros irrupit, perque eos in Cheruscorum regionem, vsque ad Visurgim, processit, hunc etiam transiturus, ni inopia eum alimentorum, ac hiemis propinquitas, præterea examen apum in castris visum deterruisset. Retrocedentem prosequentes Germani, per insidias frequenter lædebant, & angusto aliquando ac concauo in loco circumdabant, ita, vt haud parum absuerit, quin toto cum exercitu eum deleuissent: Sed temerarie omnes Romanos vno impetu deleri posse credentes Germani, &, nullo ordine seruato, eos aggredientes, ipsi victi ferociaque sua fracta discessere, Druso interim legiones suas in sociorum terris hyemandi causa dispononente, & munimenta quædam ad Luppiæ & Alisonis fluuiorum fontes inque Cattis exstruente, quo hoc modo hostiles eorum motus eo melius supprimere posset. 89) Sequenti anno bellum, quod hucusque contra Germanos gesserat, denuo resumsit Drusus, & Cattis, qui Sicambris sese iunxerant, partim vi, partim maleficiis, victis, maximam eorum partem trans Visurgim Albimque sese recipere coegit. 90) Sed quarta expeditio iam ipsi Druso fatalis. Duxerat exercitum Romanum iterum in Cattorum terras, & obuia quæque non sine magno labore subigendo, congressosque præliis 91) haud incruenta victoria superando, ad Sueuos

peditionem hanc Agrippæ in Germaniam susceptam ad A. V. C. 717. & 35. ante C. N. refert.

82) DIO *Lib. LI. §. 459.* incidit autem hoc prælium Carini cum Sueuis habitum ad A. V. C. 725.

83) DIO *Lib. LIII. p. 514.*

84) DIO *Lib. LIV. p. 525.* SVETONIVS *in vita Tiberii Cap. 9.*

85) DIO *Lib. LIV. p. 535.* VELLEIVS *Lib. II. c. 97.* SVETONIVS *in August. c. 23.*

86) DIO CASSIVS *lib. LIV. p. 535.*

87) FLORVS *Lib. IV. c. 12. §. 26.*

88) Ita primam hanc Druſi in Germaniam susceptam expeditionem describit DIO CASSIVS *lib. LIV. p. 544.* cui quoad hanc & sequentes iungendi FLORVS *lib. IV. c. 12. f.* VELLEIVS *L. II. c. 97.* & SVETONIVS *in vita Claudii c. 1.*

89) DIO *lib. LIV. p. 544.*

90) Idem *lib. LIV. p. 546.* Adde SCHATENIVM *in Hist. Westph. L. I. p. 40.*

91) DIO *lib. LV. p. 548.* FLORVS *lib. IV. c. 12. §. 24. &c.* vbi eiusmodi prælium Druſum inter, Sicambros, Sueuos & Cheruscos habitum hoc modo describit: *Inde validissimas nationes, Cheruscos, Sueuosque & Sicambros pariter aggressus est Drusus, qua*

uos 92) vsque peruenit, inde in Cheruſcos conuerſo itinere, Viſurgim transgreſſus, omnia ad Albim vsque populando, & hunc ſuperare contendit: ſed vel ſpectro quodam, vel mandato Auguſti, vel etiam ab ipſis Sueuis, trans eum incolentibus, prohibitus, 93) inconfectis rebus, trophæis tantum circa ripas eius extructis, cum exercitu Rhenum verſus remigrauit, in quo itinere equo ſuper crus eius collapſo, tricesimo, quam id acciderat die, magno Romanæ rei detrimento, oppetiit, 94) terror 95) ſane, dum viueret, plurium Germaniæ populorum.

§. LXIX. Mortuo hoc modo Druſo in Germania, moles deinde huius belli in fratrem eius Tiberium Neronem translata fuit. Hic reſumtis viribus, tranſito Rheno, exercitum ſtatim in Sicambros duxit, quos in deditionem accipiens, quadraginta eorum millia in Galliam tranſtulit, & iuxta Rheni ripam ſedibus aſſignatis collocauit, quo hoc modo Germanos Germanis opponens, Galliam eo melius ab incurſionibus eorum defendere poſſet. Inde ad Viſurgim quoque progreſſus, omnes Germaniæ partes inter hunc & Rhenum perluſtrauit & populis tributo impoſito, victor tandem domum regreſſus, ouans & triumphali habitu Romam vrbem intrauit. 96) Diſceſſum eius armiſtitium Romanos inter Germanosque ad annos aliquot ſequebatur, maxime cum Tiberius paulo poſt in Rhodum inſulam ſecederet, priuatam vitam agens: Sed illo iterum nouis motibus rupto, Tiberius Romam reuocatus, cum legionibus Romanis Germaniam denuo peragrauit & ſubactis Caninefatibus, Bructeris, Angriuariis, receptisque Cheruſcis gentibus, & amne quoque Viſurgi tranſito, in interiora penetrauit, cuncta vaſtans & depopulans. 97) Nec ſequenti anno ab armis aduerſus Germanos abſtinuit, quin potius repetita expeditione ad Albim vsque peruе-

viginti centurionibus incrematis, hoc velut ſacramento ſumpſerant bellum, adeo certa victoriæ ſpe, vt prædam in antecceſſum pactione diuiſerint. Cheruſci equos, Sueui aurum & argentum, Sicambri captiuos elegerant: Sed omnia retrorſum. Victor namque Druſus equos, pecora, torques eorum, ipſoſque, præda diuiſit, & vendidit. Quam maſcule vero Germani vna cum Sueuis contra Druſum ſeſe in his expeditionibus geſſerint & non niſi multo effuſo ſanguine in præliis Romanis ceſſerint, teſtatur præter DIONEM *c.l.* etiam TACITVS c. XXXVIII. §. 8. de M. G. *nec impune*, inquiens, *Druſus ac Nero & Germanicus in ſuis eos ſedibus perculerunt: &* CLAVDIANVS ad Honorium Imperatorem, dum canit:

Nobilitate veteres Germanica fœdera Druſos
Marte ſed ancipiti quoque multis cladibus emta.

92) DIO CASSIVS *c. l.* forſan autem hi Sueui, ad quos in hac expeditione cum exercitu perrexit Druſus, fuere Marcomanni, de quorum ſpoliis inſignibus, teſte FLORO *c.l.* editum quendam tumulum in trophæi modum excoluit. Conſentit nobis M. ALTINGIVS *in Commentario ad Ptolomæi Tab. Geogr. Germ. deſcriptioni ſuæ German. veter. infer. præfixo pag.* 7. vbi infuper locum, in quo trophæa hæc ex ſpoliis Marcomannorum iuxta Albim a Druſo poſita fuere, oſtendit: ſcil. hodiernam Marchiæ veteris Brandeburgicæ metropolim Stendaliam. Stendal enim ipſi diminutiuum a Stender, quod nobis denotat quicquid erectum ſtatuitur, vti hæc trophæa, & hanc rationem nominis huius vrbis eſſe omnino putat.

93) A ſpectro quodam Druſum prohibitum fuiſſe, quo minus Albim traiiceret, aut ad minimum hoc prætextu vſum teſtatur DIO *lib. LV. pag.* 548. dum ait: *etenim mulier quadam humana amplior forma ei obuiam factа, Druſe, inquit, quo tandem nullum cupiditati tuæ modum ſtatuens contendis? non tibi fatis conceſſum, hæc omnia videre: quin tu abi. Iam enim & operum tuorum & vitæ inſtat tibi terminus.* Eadem etiam tradit SVETONIVS *in vit. Claud. c. I.* Sed longe aliter hanc rem refert STRABO Lib. VII. p. 291. *ac fuiſſent*, inquiens, *vt apparet, plures etiam cognitæ* Germaniæ gentes, *ſi Auguſtus militibus permiſiſſet, vt transmiſſo Albi eo rebellantes proſequerentur. Sed protinus cenſuit Auguſtus, ſe bellum, quod erat pra manibus, confecturum, ſi populos vltra Albim ſitos ac nihil mouentes, neque irritatos maleficio ad ſocietatem cum hoſtibus ineundam inuitaret.* Imo & huic mandato Auguſti validiſſimam trans Albim habitantem Sueuorum nationem, Druſum a tranſitu eius arcentem, acceſſiſſe, vel illud potius produxiſſe, facile mihi perſuaderi patior.

94) Ita mortis genus Druſi refert Epitome LIVII *c.140.* Sed DIONI & SVETONIO *c. l.* morbo dicitur obiiſſe in æſtiuis caſtris, quæ ex eo Scelerata & inter Salam Rhenumque ſita eſſe tradit STRABO *Lib. VII. pag.* 291. Ab omnibus hiſce vero recedit M. MICHOVIVS *lib. I. Aſiæ Sarmatic.* Druſum in prælio cruentiſſimo cum Sueuis & Burgundis habito, victorem quidem, occubuiſſe contendens: ſed qua fide hæc referat, me fugit.

95) CRVSIVS P. I. Lib. II. pag. 45. Annal. Sueu. *Druſus quoniam magno malo ac terrori Germanis fuerat, ortum ab eo putatur dictum: daß dieſ dich die Drus beſtehe, peſtilentesque bubones & tumores hoc nomine appellantur.*

96) SVETONIVS. *in Tiber. c. IX.* TACITVS *lib. XII. Annal. c.39.* DIO *lib. LV. pag. 551.* EVTROPIVS *lib. VII. c. 5. Breuiar.* qui tamen numerum captiuorum & deditionem trans Rhenum collocatorum ad CCCC. millia extendit; & VELLEIVS *lib. II. c.97. §.4.* qui ſuperbe admodum hanc Tiberii in Germaniam ſuſceptam expeditionem deſcribit, *moles deinde*, inquiens, *eius belli translata in Neronem eſt, quod is ſua & virtute & fortuna adminiſtrauit, peragratusque victor omnes partes Germaniæ ſine vllo detrimento commiſſi exercitus, quod præcipue huic duci ſemper curæ fuit, ſic perdomuit eam, vt in formam pene ſtipendiariæ redigeret prouinciæ.* Licet non impune eum Germanos in ſedibus ſuis perculiſſe tradat TACITVS *c. XXXVII. §. 3. de M. G.* & irritum diſceſſiſſe illum inter Numina dicatum Auguſtum; illum delectum Tiberium, teſtetur in oratione ad ciues ſuos habita Arminius apud eundem *l. I. Annal. c.39. §. 3.*

97) Hanc expeditionem A. V. C. 758. factam ſuperbis admodum verbis deſcribit VELLEIVS *lib. II. c.105.* principi ſuo laudum in modum adulans, dum ait: *neque verbis exprimi & fortaſſe vix merori fidem poteſt, intrata protinus Germania, ſubacti Caninefates, Attuarii, Bructeri, retepti Cheruſci gentes; & annis, mox noſtra clade nobilis, tranſitus Viſurgis, penetrata vlteriora, cum omnem partem aſperrimi & periculoſiſſimi belli Cæſar vindicaret, in iis, quæ minoris erant diſcriminis, Semnum Saturninum, qui tum legatus eius in Germania fuerat, præfeciſſet. - - - Anni eius æſtiua vsque in menſem Decembrem peracta, immanis emolumentum fecere victoria.*

98) Hanc

peruenerit, & fractis Langobardis trans flumen illud eos quoque remouerit. 98) Ipſum autem Albim, inſtructiſſima licet omnibus rebus claſſis ei adſiſteret, ſuperare non fuit auſus, metu Sueuicæ iuuentutis, quam in vlteriori ripa ſtantem & armis inſtructam viderat; Sed variis prælliis ab inſequentibus Germanis tentatus, exercitum in hyberna reduxit, 99) triumphator magis, quam domitor Germanorum.

§. LXX. Dum itaque hoc modo Germani vndique pro libertate ſua aſſerenda cum Romanis decertarent, magna Sueuorum pars domeſticis malis eam amiſit. Auctor huius calamitatis Maraboduus erat. Hic genere nobilis, corpore præualens, animo ferox, natione magis, quam ratione barbarus, Romæ, vbi iuuenis & ab Auguſto beneficiis aſſectus fuit, dominandi artibus imbibitis, in patriam reuerſus, maximo facinore, e priuato ſtatu ad occupandam dominationem ſe contulit, ac præter Marcomannos, gentiles ſuos, ſibi etiam Luios, Butones, Mugilones, Sibinos, gentes iam incognitas, & ex ipſis Sueuis magnam nationem Semnonum ſubiiciens, principatum non fortuitum, neque mobilem, & ex voluntate parentium conſtantem, ſed certum & ſtabile inter eos imperium conſtituit. Hoc modo vim & poteſtatem regiam complexus, ſtatuit, procul auocata a Romanis gente ſua, eo progredi, vbi cum propter potiora arma refugiens ſua faceret potentiſſima. Placuit ad hoc imprimis campos Hercyniæ ſiluæ incinctos, velut ſecurum vallum, legere, quod inde Germaniam ad læuam & in fronte, Pannoniam ad dextram, a tergo ſedium ſuarum haberet Noricos, & tanquam in omnes ſemper venturus, ab omnibus timeretur. 100) Relictis itaque patriis ſedibus ad Rhenum, cum omnibus populis ſibi ſubiectis in Boiohemum immigrauit, 1) & pulſis Boiis, priſcis incolis, celebre ibi Marcomannorum regnum condidit, finitimos omnes aut bello domans, aut conditionibus ſui iuris faciens. 2) Mox corpus quoque ſium cuſtodium & imperium perpetuis exercitiis pæne ad Romanæ diſciplinæ formam redactum, breui in eminus & Romano quoque imperio timendum perduxit faſtigium, geſſitque ſe ita aduerſus Romanos, vt neque bello eos laceſſeret, &, ſi laceſſeretur, ſupereſſe ſibi vim ac voluntatem reſiſtendi declararet. Legati, quos mittebat ad Cæſares, interdum vt ſupplicem commendabant, interdum vt pro pari loquebantur. Gentibus, hominibusque a Romanis deſciſcentibus erat apud eum perfugium, totumque ex male diſſimulato agebat æmulum, exercitumque, quem LXX. millium peditum, IV. equitum fecerat, aſſiduis aduerſus finitimos bellis exercendo, maiori, quam quod habebat operi, parabat. Nec ſecuram iam incrementi ſui patiebatur eſſe Italiam, quippe cum a ſummis Alpium iugis, quæ finem Italiæ terminant, initium eius finium haud multo CC. millibus paſſuum abeſſet. 3)

§. LXXI. Hunc itaque formidabilem regem eiusque regionem anno poſt C. N. VIII. Tiberius Cæſar diuerſis e partibus, cum XII. legionibus, 4) aggredi ſtatuit. Sentio Saturnino mandatum, vt per Cattos, excifis continentibus Hercyniæ ſiluis, legiones Boiohemum duceret. Ipſe Tiberius a Carnunto, qui locus Norici regni proximus ab hac parte

98) Hanc rurſus expeditionem magnificis admodum verbis & nimia adulandi libertate, pro more ſolito, recenſet VELLEIVS *lib. II. c. 106.* dum ait: *proh dii boni, quanti voluminis opera in ſequenti æſtate, ſub Duce Tiberio Cæſare, geſſimus! Perluſtrata armis tota Germania eſt. Victæ gentes pene nominibus incognitæ. Receptæ Cauchorum nationes, omnis eorum iuuentus, infinita numero, immenſa corporibus, ſitu locorum tutiſſima, traditis armis, vna cum Ducibus ſuis, ſepta fulgenti armatoque militum noſtrorum agmine, ante imperatoris procubuit tribunal. Fratli Longobardi, gens etiam Germana feritate ferocior. Denique, quod nunquam antea ſpe conceptum, nedum opere tentatum erat, quadrageſimum milliarium, a Rheno vsque ad flumen Albim, qui Semnonum Hermunduroruмque fines praterfluit, Romanus cum ſignis perductus exercitus: & eodem, mira felicitate & cura Ducis, temporum quoque obſeruantia, claſſis, quæ Oceani circumnauigauerat ſinus, ab inaudito atque incognito ante mari flumine Albi ſubuecta, plurimarum gentium victoria, cum abundantiſſima rerum omnium copia exercitui Cæſarique ſe iunxit.* VELLEIO tamen non conſentit DIO CASSIVS Lib. LV. p. 567. *in Germanos*, inquiens, *expeditionem cum alii, tum Tiberius fecit, progreſſusque eſt primo ad Viſurgim, deinde ad Albim fluuios: nihil tamen magnopere memorandum actum eſt.*

99) VELLEIVS *lib. II. c. 107.* qui tamen & in hoc Tiberio ſuo perditiſſime adulatur, non hunc, ſed Sueuos, metu eius aduentu, in interiora auffugiſſe tradens.

100) Hactenus geſta Marabodui hoc modo narrat VELLEIVS *lib. II. c. 98. & 109.* cui iungendus STRABO *lib. VII. Geogr. pag. 290.*

1) TACITVS c. XLII. §. 1. de M. G. *præcipua Marcomannorum gloria viresque atque ipſa etiam ſedes, pulſis olim Boiis, virtute parta.* Adde VELLEIVM *c. l. c. 108. §. 1.* & STRABONEM *c. l.* Valeriam proximam, inter Drauum & Danubium ſitam, eos, relicta terra Rhenenſi, primum occupaſſe, & victos demum a Druſo, Octauii priuigno, pulſis Boiis, in Boiohemum immigraſſe, putat GOLDASTVS *lib. I. c. 5. de regno Bohem.* ſed absque ſufficienti ratione; cum dicti auctores, de hac re plane ſileant, &, quem ante oculum habuiſſe videtur, SEXTVS RVFVS *in breuiar. c. 8.* de temporibus expeditionem Bohemicam ſubſecutis potius ſit intelligendus. Ipſam migrationem Iulio Cæſare in Gallia adhuc agente ſuſceptam tradit B. RHENANVS *lib. I. rerum Germanicarum*, ſed refutatus ea propter a magno patriæ & orbis litterati decore M. WELSERO *l. II. p. 34. Annal. Boiorum*, qui eam ad VII. annum ante Chriſtum natum refert.

2) Inter hos a TACITO referuntur Langobardi *lib. II. Annal. c. 45. §. 1.* quibus addit STRATENIVS *lib. I. pag. 58. Hiſt. Weſtph.* Hermunduros & finitimos inter Viſurgim & Albim populos. B. RHENANVS vero *lib. III. c. 1.* præter iam memoratos etiam Chattos, Cheruſcos, Bructeros, & vicinas Sueuorum nationes.

3) VELLEIVS *lib. II. c. 109. c. l.*

4) TACITVS *l. II. Annal. c. 46. §. 3.*

5) Ita

parte erat, exercitum, qui in Illyrico merebat, ducere in Marcomannos orsus est. Et iam eo peruentum, vt vterque exercitus non nisi quinque dierum itinere ab hostibus Marcomannis abesset, cruentaque pugna expectarecur, cum rebellantre Pannonia & Dalmatia, præsidum Romanorum auaritia & fœuitia vexatis, Tiberius, ne vacuam tam propinquo hosti relinqueret Italiam, omne robur contra has prouincias vertere & pace cum Marabodno ex æquis conditionibus confirmata, a proposito concepto desistere cogeretur. 5)

§. LXXII. Dum hæc apud Marcomannos & finitimos Sueuiæ populos, quorum libertati insidias parabat Marabodnus, gerebantur, Germani Rhenum inter Albimque colentes egregie sese contra arma Romanorum defensabant. Victo enim Arminii Cheruscorum Ducis auspiciis Quintilio Varo, Germaniæ præside, eoque cum tribus legionibus & omnibus auxiliis in saltu Teutoburgensi ad internecionem cæso, 6) non solum intentatum ipsis a Romanis excutiebant iugum, sed & ipsum imperium, quod in littore Oceani non stererat, in ripa Rheni stare 7) cogebant, tanta armorum suorum & Arminii gloria, tantoque Romanorum terrore, vt Augustus, nunciata hac clade, excubias per vrbem, tanquam hoste præsente, indiceret; præsidibus prouinciarum, contra instituta maiorum, imperium propagaret, vt a peritis & assuetis socii continerentur; Ioui Opt. Max. magnos ludos, si Respubl. in meliorem statum vertisset, vouerer; & adeo consternatum se gerere, vt per continuos menses, barba capilloque summisso, caput interdum foribus illideret, vociferans: Quintili Vare! legiones redde. 8) Nec reuocatus ex Pannonia ad patrem Augustum & ingenti cum exercitu ab eo in Germaniam dimissus Tiberius desperatam ibi rem Romanorum restituere potuit, quin potius insigni, ne a Germanis obrueretur, sollicitudine in Germaniam penetrans, insaniæ magis absolendæ gratia, ob amissum Quintilium Varum, quam cupidine fines imperii proferendi, bellum ibi gereret, & vastatis agris, domibusque exustis, nulla alia re memorabili gesta, nisi quod & castella ad Rhenum præmunuerit, & discordias inter proceres Germaniæ seminauerit, Romam reuerteretur. 9) Tiberio paulo post Augusto, Germanicus quidem ab eo exercitui præfectus suscepto bellum prosecutus, & attritis Marsis, Chattis, Cheruscis & Agriuariis, ipsum Arminium, cum Segesto socero suo tum dissidentem, adortus fuit, sed non nisi ambiguis præliis cum eo decertans, a Tiberio, potentiam eius metuente, in Italiam tandem reuocatus, Germaniam, quam prouinciam Augustus facere constituerat, indomitam reliquit. 10)

§. LXXIII. Vacui hoc modo per Germanici discessum externo metu Germani, assuetudine gentis & gloriæ æmulatione, fortitudinem suam domesticis bellis corrumpere & arma, quæ in Romanos vertenda erant, instigarore Tiberio Augusto, in propria viscera detorquere incipiebant. Capita ciuilis huius belli Marabodnus erant atque Arminius. Ille quidem propter affectatam Monarchiam & fœdus cum Romanis initum gentilibus suis inuisus: Hunc vero pro libertate feliciter bellantem fumor habebat. Igitur non modo Cherusci sociique eorum, vetus Arminii miles, sumsere bellum, sed e regno etiam Marabodui Sueuæ gentes, Semnones & Langobardi, defecere ad eum, quibus additis præpollebat, ni Inguiomerus cum manu clientum ad Marabodnum perfugisset, non aliam ob causam, quam quia fratris filio, iuueni, patruus senex parere dedignabatur. Hæc belli ex vtraque parte præparatoria: Acie vero congressis, nunquam alias maiori mole concursum, neque ambiguo magis euentu, fusis vtrimque dextris cornibus. Sperabaturque rursus pugna, nisi Marabodnus castra in colles subduxisset; id signum perculli fuit, & transtugis paulatim nudatus, in Marcomannos concessit, misitque legatos ad Tiberium Cæsarem Augustum oratoros auxilia. Responsum est: non iure eum aduersus Cheruscos arma Romana inuocare, qui pugnantes in eundem hostem Romanos nulla ope iuuisset. 11) Missus tamen

5) Ita historiam huius expeditionis refert ipsius Tiberii in Germania legatus VELLEIVS *lib. II. c. 209. & 210.* conf. etiam TACITVS *c. I. & lib. II. Annal. c. 26. §. 4.* vbi Tiberius in litteris ad Germanicum datis ipse confitetur, se Sueuos & Marabodnum regem consilio magis & pace inita, quam vi illata, sibi obstrinxisse.

6) Hanc cladem Varianam fusius describunt VELLEIVS *lib. II. c. 118. & 119.* FLORVS *lib. IV. c. 12. §. 30. &c.* DIO CASSIVS *lib. VI. p. 582.* Annum notat XII. post C. N. SCHATENIVS *in Hist. Westph. lib. I. p. 59.* & campum huius prælii optime Paderbornam, Dethmoldiam & Hornam inter, Westphaliæ ciuitates, designat serenissimus princeps FERD. FVRSTENBERGIVS in monumentis Paderbornensibus *pag. 19. & pag. 25.* An Sueui quoque huic prælio interfuerint? certo asserere non audeo, licet hoc credendi coniecturam præbeant verba TACITI Lib. I. c. 60. Annal. §. 1. *conciti per hoc non modo Cherusci, sed & contermina gentes.* Sub his enim & Sueuos intelligi posse, a Cheruscis, non nisi Albi flumine separatos, quilibet facile largietur; maxime cum ipsis admodum solenne fuerit, tempore pacis finitimas gentes, quibus aliquod bellum, adeundi. Idem *c. XIV. §. 4. de M. G.*

7) Verba sunt FLORI *l. IV. c. 12. §. 39.*

8) Ita ingentem Augusti a Germanis metum describit SVETONIVS *in vita c. 23.*

9) Conf. hic DIO CASSIVS *l. LVI. p. 585.* qui hanc Tiberii expeditionem longe maiori fide & candore descripsit VELLEIO *lib. II. c. 120.* principi suo mirum in modum adulante. adde Dioni TACITVM *lib. I. Annal. c. 54. §. 6.*

10) De hisce Germanici expeditionibus in Germaniam suscepris fusius agit TACITVS Lib. I. Annal. c. 49. ad 51. & eod. Lib. c. 55-71. Lib. denique II. c. 5. ad 26. qui & in fine huius Libri c. 88. §. 3. de Arminio addit: *dolo propinquorum cecidit, liberator haud dubie Germaniæ, & qui non primordia populi Romani, sicut alii reges Ducesque, sed florentissimum imperium lacessierit, præliis ambiguus, bello non victus.*

11) Hactenus TACITVS *Lib. II. Annal. c. 45. & 46.* cui ex recentioribus iungendi AVENTINVS *lib. II.*

tamen Druſus filius, pacis firmator, qui illiciendis Germaniæ ad diſcordias non leue decus apud patrem quærebat, vtque fracto iam Maraboduo vsque in exitium eius inſiſteretur. Erat inter Gotones nobilis iuuenis, nomine Catualda, profugus olim vi Marabodui, & tunc dubiis rebus eius vltionem aufus. Is valida manu fines Marcomannorum ingrediebatur, corruptiſque primoribus ad ſocietatem, Regiam irrumpebat, caſtellumque iuxta ſitum deprædabatur. Maraboduo vndique deſerto non aliud ſubſidium, quam miſericordia Romanorum fuit. Transgreſſus itaque Danubium, qua Noricum præterfluit, ſcripſit Tiberio, non vt profugus aut ſupplex, ſed ex memoria prioris fortunæ: multis nationibus clariſſimum quondam regem ad ſe vocantibus, Romanam amicitiam prætuliſſe. Reſponſum a Cæſare: tutam ei honoratamque ſedem in Italia fore, ſi maneret; ſin rebus eius aliud conduceret, abiturum fide qua veniſſet. Hiſce blanditiis Maraboduus illectus, in Italiam conceſſit, nec vnquam remiſſus, per duo de viginti annos Rauennæ honorate habitus fuit, vt ſi quando inſoleſcerent Sueui, quaſi rediturus in patriam oſtenderetur. 12) Idem Catualdæ caſus, neque aliud perfugium; pulſus haud multo poſt Hermundurorum opibus, Iubillio Duce, receptusque a Romanis, Forum Iulium, Narbonenſis Galliæ coloniam, mittebatur. Germani vtrumque comitati, ne quietas prouincias immixti turbarent, Danubium vltra, inter flumina Marum & Cuſum locabantur, dato Rege Vannio, gentis Quadorum. 13)

§. LXXIV. Lætus hoc rerum ſucceſſu Tiberius Auguſtus, omnem porro eo intendebat neruum, vt, occultis artibus diſcordiæ malum inter Germaniæ gentes ſeminans, ad ciuilia bella eos alliceret & inuicem collideret, 14) quo ſic vnam gentem per aliam delens nationem, aut ſingulos diſtrahens, vniuerſis tempore neceſſitatis par eſſe poſſet. Neque ſpes hæc ab initio eum fefellit; accidit enim eodem imperante ingens illa Bructerorum 15) ad Rhenum a vicinis Germaniæ populis facta cædes: aſt omnibus Germanis ad frugem tandem reuerſis, reſumtis animi viribus, Rheno Danubioque traiecto, Gallias, Pannonias & Mœſias iam iterum incurſabant, vicos diripiebant, incendebant, pecora, captiuos abigebant, impune vltro citroque commeabant, & omnia ferro, flamma, præda deuaſtabant, magno dedecore Romani imperii, nec minori diſcrimine. 16) Nec qui Tiberio in imperio ſuccedebat, bellumque contra Germanos ſuſcipiens, Sueuiam ingredi 17) minabatur, C. Caligula, Germanos & Sueuos noſtros coercere potuit, quin potius non exſpectato eorum aduentu a Rheno aufugerit, ſtatimque vrbem repetierit, triumphum agens, re non alia memorabili geſta, niſi quod Gallias expilauerit, & Germanis ſe deridendum obtulerit, Hiſtrio magis, quam Cæſar. 18)

§. LXXV.

lib. II. c. 7. n. 9. & 10. WELSERVS *l. II. p. 62. c. l.* qui ciuile hoc bellum ad annum poſt C. N. 19. Marabodui fugam vero ad ſequentem XX. refert, GOLDASTVS *lib. I. c. 6. c. l.* & SCHATENIVS *lib. II. pag. 94. c. l.* adde CLVVERIVM *lib. III. c. 28. p. 109. Germ. antiqu.* qui locum prælii inter Maraboduum & Arminium commiſſi eundem eſſe, vbi nunc Zwicke & Chemnitz vrbes, & ex eo, amiſſa pugna, in illud montium iugum, quod hodie Miſniam a Bohemia dirimit, ſeſe recepiſſe Maraboduum coniicit.

12) Hæc rurſus TACITVS *lib. II. Annal. c. 62. & 63.* vbi inſuper ex oratione Tiberii ad Senarum, de conſiliis, quibus in deſtruendo Maraboduo vſus fuit, habita, hæc refert: *non Philippum Athenienſibus, non Pyrrhum aut Antiochum populo Romano perinde metuendos fuiſſe.* Conf. etiam, quoad fugam & detentionem Marabodui Rauennæ SVETONIVM *in vita Tiberii c. 37.* & VELLEIVM *lib. II. c. 129. §. 4.* adde ex recentioribus cit. auctores.

13) Verba ſunt TACITI *lib. II. Annal. c. 63. §. 6. & 7.* qui vlterius *lib. XII. c. 29. §. 1. c. l.* addit: Vannium hunc regem a Druſo impoſitum fuiſſe elicentibus Marabodui & Catualdæ. Vnde notandus GOLDASTVS, qui *lib. I. c. 7. p. 49. 54. c. l.* hanc regis impoſitionem ad integram Quadorum nationem extendit. Hoc tamen certum, Vibilium, quem hic Catualdam regno pepuliſſe tradit TACITVS, eundem eſſe cum Iubillio, Hermundurorum rege, quem poſtea Vannium quoque regno ſuo, ſociis Sidone & Italico regibus, priuaſſe, aſſerit idem *l. XII. c. 29. Annal.* Sed ante eum hoc iam ſuſpicatus eſt WELSERVS *lib. II. pag. 63. c. l.*

14) De ſtudio hoc Tiberii collidendi Germanos inuicem teſtantur ipſius litteræ, quibus reuocat fratris filium Germanicum ab exercitu in Germania, apud TACITVM *Lib. II. Annal. c. 26. §. 4.* in quibus ait: *ſe monies a Diuo Auguſto in Germaniam miſſum, plura conſilia, quam vi perſeciſſe*, & paulo poſt §. 5. pergit: *poſſe & Cheruſcos cæteraſque rebellium gentes, quando Romanæ vltioni conſultum eſt, internis diſcordiis reliquiſſe.* Idem teſtatur SVETONIVS *in vita eius c. 37.* dum ait: *hoſtiles motus, nullo poſtea expeditione ſuſcepta, per legatos compeſcuit - - regesque infeſtos fuiſſe ſtoicos commonitionibus magis & querelis, quam vi repreſſit.*

15) De hac cæde ita teſtatur ſuum gaudium TACITVS *c. XXXIII. de M. G. pulſi Bructeri ac penitus exciſi vicinarum conſenſu nationum, ſeu ſuperbia odio, ſeu præda dulcedine, ſeu fauore quodam erga nos deorum. Nam ne ſpectaculo quidem prælii inuidere. Super LX. millia non armis, telisque Romanis, ſed quod magnificentius eſt, oblectationi oculisque ceciderunt. Maneat quæſo, duretque gentibus ſi non amor noſtri, at certe odium ſui: quando virgentibus imperii fatis nihil iam præſtare fortuna maius poteſt, quam hoſtium diſcordiam.*

16) Ita hæc refert SVETONIVS *in vita c. XLI.*

17) Licet enim EVTROPIVS *lib. VII. c. 7.* ipſam Sueuiam Caligulam ingreſſum fuiſſe tradat, ſimulo tamen hic credere GLAREANO *ad h.l.* qui ex SVETONIO *c. 43. in vita Caligulæ* docet, Sueniæ loco hic ponendam eſſe Batauiam; cum vix verosimile, Caium in Sueuiam vsque, tunc remotiſſimam Germaniæ prouinciam, penetraſſe, maxime cum DIO *lib. LIX. pag. 656.* tradat: *vltra tranſitum a ſe Rhenum parumper progreſſus, inde ſtatim reuertiſſe*; & TACITVS *c. XXXVII. §. 8. de M. G.* de hac eius expeditione quoque dicat: *mox ingentes Caii Cæſaris minæ in ludibrium verſæ.* Inrentare itaque hoc quidem potuit, ſed ſtultitia ſua in Batauis & circa Oceani ripas detentus, mox ingentes eius aduerſus Germaniam conatus fruſtranei fuerunt.

18) Stultitias eius in hac expeditione commiſſas longa ſerie recenſet SVETONIVS *c. l. & c. 44.*

§. LXXV. Paulo ſecundiori cum fortuna Romanam rem per duces ſuos agebat Claudius imperator. Repreſſis enim Chaucis, prouinciis Romanas incurſantibus, & limite Romano reſtituto, Corbulo Dux, qui exercitui Romano in partibus Germaniæ præerat, expeditionem plane in Germaniæ interiora parabat, & caſtra iam in hoſtili ſolo moliens, procul dubio aliquid contra Germanos tentaſſet; niſi reuocatus a Claudio, propoſitum exequi impeditus fuiſſet. Tantus enim animum huius Imperatoris a Germanicis bellis occupauerat horror, vt, ne gentem hanc in ſe concitet, aduerſaque in Rempublicam Romanam caſura mala, omnem vim nouam in Germanias prohiberet, & referri cis Rhenum in Galliæ ripam præſidia copiasque Romanas iuberet, pacem magis, quam bellum, cum Germanis amans. 19) Inde præter dicta, durante ſuo regimine, nihil memoriæ dignum a Romanis cum Germanis fuit geſtum, niſi quod Cheruſcorum genti, amiſſis per interna bella nobilibus, Regem a Claudio petenti, Italum, qui paternum genus a Flauio, fratre Arminii, maternum vero a Catumere, principe Cattorum, ducebat, transmiſerint; cuius aduentus lætus primo Germanis, mox vero potentia eius ipſis ſuſpecta. Erant enim, qui, quod Romæ eſſet educatus, adimi Germaniæ veterem libertatem, dicerent, & Romanas opes inſurgere. Inde ciuile bellum, copiæque vndique cogebantur: Sed magno inter Germanos prælio victor rèx. Dehinc ſecunda fortuna ad ſuperbiam prolapſus, pulſusque ac rurſus Langobardorum opibus refectus fuit. Non eadem cum temporis fortuna Vannii ſupra memorati 20) ex Quadorum gente Sueuicis populis, Marabouum & Catualdam comitantibus, a Romanis pro Rege impoſiti. Prima enim imperii ætate clarus acceptusque popularibus, mox diuturnitate in ſuperbiam mutans, & odio accolarum, ſimul domeſticis diſcordiis circumuentus, Claudio imperante, ſolio deiectus fuit. Auctores fuere Iubillius, Hermunduroruin Rex, & Vangio ac Sido, ſorore Vannii geniti, quibus innumera vis Lygii aliæque gentes aduentabant, fama ditis regni, quod Vannius XXX. per annos prædationibus & vectigalibus auxerat. Ipſi contra manus propria pedites, eques e Sarmatis Iazygibus erat, impar multitudini hoſtium, coque caſtellis ſe defenſare, bellumque ducere ſtatuerat. Sed Iazyges, obſidionis impatientes, & proximos per campos vagi, neceſſitudinem pugnæ attulere, quia Lygius Hermundurusque illic ingruerat. Igitur digreſſus caſtellis Vannius funditur prælio, & ad claſſem legionesque Romanas, iuſſu Claudii ſecundum ripas ſubſidio victis & terrori aduerſus victores compoſitas, vna cum clientibus perfugiens, acceptis agris, beneficio Cæſaris, in Pannoniam conceſſit. Regnum victi Vangio ac Sido inter ſe diuiſere, egregia aduerſus Romanos fide 21) & Veſpaſiano imprimis vtiliſſimi in obtinenda imperii dignitate ſocii. 22)

§. LXXVI. Claudium in imperio excepit filius adoptatiuus Domitius Nero. Hic pacem potius quam bellum cum Germanis & Sueuis noſtris habere maluit, eorumque ope in ſubigenda Gallia & Iudæa, ipſi rebellantibus, proſperrimo cum ſucceſſu vſus fuit. 23) Libera itaque gens noſtra ab extraneo hoſte, cupidine gloriæ, arma ſua, pro more conſueto, in ſe ipſam conuertebat; imprimis autem Hermunduros inter Chattosque magno prælio certatum, dum flumen gignendo ſale fœcundum & conterminum vi trahebant. Sed bellum Hermunduris proſperum, Chattisque exitioſus fuit, quia victores diuerſam aciem Marti ac Mercurio ſacrauere, quo voto equi, viri, cuncta victa, occidioni dabantur. 24) Mortuo Nerone A. C. 68. & occaſione ciuilium armorum Galbam inter, Othonem, Vitellium & Veſpaſianum toto Rheni limite præſidiis Romanis, excepto Moguntiaco & Vindoniſſa, liberato, Batuui quidem, auaritia & luxu Romanorum exagitati, Ciuili Duce, contra eos inſurgebant, & excitata reliqua Germania, Romanæ rei extrema iam in Gallia minabantur. Sed Flauio Veſpaſiano imperium tandem obtinente, & Cerealem Ducem cum filio Domitiano in Germaniam mittente, habito cum Ciuili, cuius amicus Veſpaſianus adhuc priuatus fuerat, colloquio, omnis hic motus compoſitus 25) & Germania impoſterum quieta fuit; maxime cum ſæpe laudatus imperator, datis muneribus & præmiis, animos Germanorum quouis modo ſibi conciliare ſtuderet, & eorum quoque auxiliis, quæ contra Vitellium, vti dictum, Sidone & Vangione regibus Sueuorum magno ſuo

48. vbi inter alia refert: conuerſum eum ad curam triumphi, præter captiuos & transfugas Germanos, Galliarum proceriſſimum quemque ac nonnullos ex principibus legiſſe, ac ſepoſuiſſe ad pompam, coëgiſſeque non tantum rutilare, & ſubmittere comam, ſed & ſermonem Germanicum addiſcere & nomina Germanica ferre. Inde etiam de Germanis falſo triumphantem deridet eum PERSIVS *in Satyra vltima v. 43.* ita canens:

O bone, num ignoras? miſſa eſt a Cæſare laurus
Inſignem ob cladem Germanie pubis, & aris
Frigidus excutitur ignis, ac iam poſtibus arma,
Iam chlamydes regum, iam lutea gauſapa captis,
Eſſedaque ingentesque locat Cæſonia Rhenos.

19) TACITVS *lib. XI. Annal. c. 19. & 20.* vid. etiam *lib. XII. c. 29. §. 3. & 4. c. l.*

20) Hiſtoriam inteſtini huius belli refert TACITVS *lib. XI. Annal. c. 16. & 17.*

21) Hactenus TACITVS *lib. XII. Annal. c. 29. & 30.* cui iungendus GOLDASTVS *lib. I. c. 13. de regno Bohem.*

22) TACITVS *lib. III. hiſt. c. 5. §. 4. & c. 21. §. 4.*

23) AVENTINVS *lib. III. c. 10. ab init. Annal. Boior.*

24) TACITVS *lib. XIII. Annal. c. 57.* conf. etiam ſupr. §. 13. vbi, quinam locus ille, ſalis proueutui fœcundus, de quo inter vtramque gentem certatum, indicaui.

25) Hos motus Ciuiles eorumque compoſitionem fuſius deſcribit TACITVS *lib. IV. & V. Hiſtoriar.*

26) Ita

ſuo commodo expertus fuerat, contra quoscunque imperii hoſtes vereretur. Eadem quoque pax cum illis culta rerum potiente filio eius Tito. Aſt hoc dolo fratris Domitiani, vt quidam volunt, interemto, Germani vna cum Dacis fœdus cum ſuperioribus obſeruatum rurſus ſoluebant, auaritia Domitiani, quod ſolitis ſtipendiis defraudabantur, commoti, & tranſito Rheno Danubioque Galliam, Vindeliciam, Rhætiam, Noricum, Mœſiam & Pannoniam incurſabant, omnia igne, ferro & præda deuaſtantes. Nec Domitianus cum exercitu contra eos profectus vim eorum coërcere potuit, quin potius tot exercitus in hoc bello temeritate eius & ignauia deleti & oppreſſi, tot militares viri cum tot cohortibus expugnati & capti, vt iam non de libertate ſua, ſed de ſeruitute Romanorum Germani certarent, nec de limite imperii & ripa, ſed de hibernis legionum & poſſeſſione dubitatum ſit, ita, vt cum damna damnis continuarentur, atque omnis annus funeribus & cladibus inſigniretur, Domitianus tandem immenſis muneribus pacem ab iis emere & pacifci cogeretur. 26) Nec feliciorem exitum negotium eius cum Marcomannis & Quadis nactum. Hos enim vlturus, quod contra Dacos nulla ſibi ſubſidia miſiſſent, & alteros ipſorum legatos, pacis componendæ cauſa miſſos, contra datam fidem interficiens, ab ipſis quoque victus & in fugam coniectus fuit. 27) Nihilominus tamen quaſi re bene geſta, falſum de Germanis triumphum egit, emtis per commercia, quorum habitus & crines in captiuorum ſpeciem formarentur, & aſſumto Germanici cognomine, Septembrem menſem ex appellatione hac Germanicum transnominauit, imo eo vsque inſaniæ proceſſit, vt nummos plane cudi fecerit, cum ſuperba & ſtolida hac inſcriptione: Germania capta, 28) magno omnibus deriſui & Romanæ rei dedecori.

§. LXXVIII. Domitiano per Stephanum & reliquos coniuratos A. C. 96. interfecto, Cocceius Nerua, & hoc ſecundo regiminis ſui anno ad plures quoque abeunte, imperii inſignia apud Agrippinam, Galliæ vrbem, cuius tum præſes erat, ſumſit M. Vlpius Traianus. Hic Germania Trans-Rhenana in priſtinum ſtatum reducta, & vrbibus ſubuerſis reparatis, imperii fines in his partibus antiquos conſeruare, quam ampliare maluit. 29) Idem quoque ſtudium Adriano, eius in imperio ſucceſſori, licet enim omnes prouincias Romanas peragrans in Germaniam quoque tranſierit, pacis tamen magis, quam belli cupidus, milites tantum per munimenta diſpoſitos eduxit, & quaſi bellum imminueret, exercuit, cæterum amicitiam cum Germanis ſeruans, quos præmiis magis, quam armis vinci poſſe didicerat. 30) Nec alia mens Antonino Pio, quamuis enim hic ſub initio ſui regiminis Dacos & cæteros Germanos, prouincias Romanas inuadere conantes, per præſides & legatos, virtute ſua, contuderit, 31) ſtatim tamen conceſſa pace, auctoritate & æquitate ſua, ad fœdus eos & pacem ineundam illexit, ita vt viginti tres annos, ſine ſanguine ciuili & hoſtili imperauerit, & non niſi pax & quies in imperio Romano viguerit. 32)

§. LXXVIII. Hanc ſummam imperii Romani felicitatem M. Aurelio Antonino & L. Aurelio Antonino Vero, fratribus, imperii habenas moderantibus, haud minor poſtea calamitas inſecuta. Germani enim hactenus quieti & præmiis & muneribus Romanorum a vaſtatione prouinciarum retenti, reſumto veteri erga Romanos odio, a Marcomannis excitati, imperio iam rurſus imminebant, & traiecto Iſtro, pulſisque legionibus, Pannoniam, Mœſiam, Illyricum & Italiam igne, ferro & præda vaſtabant, vicos incendebant, vrbes diripiebant & victricibus ſuis armis Aquileiam vsque penetrabant, 33) tanto Romanorum terrori, vt vndique ſacerdotes acciti, peregrini ritus impleti, Romano ritu lectiſternia per ſeptem dies celebratæ, vrbs omni genere religionum luſtrata, 34) & Ducibus

26) Ita miſerum imperii Romani ſtatum occaſione belli Germanici & Dacici a Domitiano geſti deſcribunt TACITVS *in vita Agricolæ c. XLI. §. 2. & 3.* & PLINIVS *in panegyr. Traian. dicto. c. 11. & 12.* adde OROSIVM *lib. VII. c. 10.* qui, *bellum*, inquit, *aduerſum Germanos & Dacos per legatos geſſit, pari Reip. pernicie.* Et DIONIS fragmenta p. 760. vbi: *Domitianus profectus in Germaniam cum exercitu, hoſte nunquam viſo reuertit.*

27) v. DIONIS *fragment. ex Theodoſ. p. 761. & c.* inde metito deridenda adulatio STATII *lib. II. Siluar.* Domitiani clementiam erga victos Marcomannos prædicantis:

Qua modo Marcomannos poſt horrida bella vagosque
Sauromatas, Latio non eſt dignata triumpho.

28) Conf. hic TACITVS *in vita Agricolæ c. XXXIX. §. 2. & c. XXXVII. §. 9. de M. G.* SVETONIVS *c. XIII. in vita eius* & MACROBIVS *Saturnal. I. c. 12.* quo reſpexiſſe etiam videtur MARTIALIS *lib. IX. Epigr. 11.* ita canens:

Dum Lanus hiemes, Domitianus autumnos,
Auguſtus annis commodabit aſtates,
Dum grande famuli nomen aſſoreret Rheni
Germanicarum magna lux Calendarum.

Adde PLINIVM *c. l.* & IVVENALEM *Satyr. VI.* ad nummos Domitiani, cum inſcriptione Germanici cuſos, ita alludentem:

- - cum lance beata
Dacicus & ſcriptor radiat Germanicus auro.

29) EVTROPIVS *lib. VIII. breuiar. c. 2.* OROSIVS *lib. VII. c. 12.*

30) Conf. hic SPARTIANVS *in eius vita c. 10. & c. 17.* & A. VICTOR *c. 14. in Epitom.*

31) CAPITOLINVS *in vita Antonini Pii c. 5. in f.*

32) A. VICTOR *c. XV. c. l.*

33) CAPITOLINVS *c. 14. in vita Antonini Philoſophi*, XIPHILINI *fragment. Dion. lib. LXXI. pag. 802.* AMMIANVS *lib. XXIX. c. 6.* & LVCIANVS *in Pſeudomant.* qui Aquileiam vrbem a Germanis pene interceptam fuiſſe ait.

34) Ita quam vehementer ſibi Romani a Marcomannis & reliquis Germanis timuerint, & iratos Deos ſuos vario ſacrificiorum genere reconciliare ſibi ſtuduerint, quo furorem horum populorum ab

bus belli per litteras expreſſe iniunctum, vt quauis arte bellum traherent, & ſuſpenderent, donec finito Parthico cum Vologeſo rege, ambo Imperatores, vt ſumme neceſſarii, Germanico præeſſe poſſent. 35) Parthico itaque bello confecto, ambo Imperatores A. C. 171. contra Germanos proficiſcebantur, Marcomannis omnia conturbantibus, & aliis etiam gentibus ab ipſis pulſis, bellum, niſi reciperentur in ſolo Romano, Romanis minitantibus. Amiſſus eſt Furius Victorinus, præfectus prætorio, atque pars eius exercitus interemtus, & ambo Imperatores Aquileiam iam aduenerant, cum Germani ſeſe retraherent, & per legatos veniam præteritorum peterent, tumultus auctores interemtos, & ſeſe impoſterum pacem cum Romanis ſeruaturos promittentes. Placuit hæc declaratio Lucio Auguſto; at Marcus fingere Germanos exiſtimans & fugam & cætera, quæ deſiderium pacis oſtenderent, ob hoc, ne tanti apparatus mole premerentur, inſtandum eſſe dicebat. Vrgente tamen Lucio, Alpibus prius tranſcenſis & omnibus compoſitis, quæ ad munimen Italiæ atque Illyrici pertinebant, Romam reuertebantur. 36) Sed haud paulo poſt euenere, quæ iam antea iuſto metu ſuſpicatus erat Marcus. Mortuo enim in itinere Lucio apoplexia, omnes gentes ab Illyrici limite vsque in Galliam conſpirabant, vt Marcomanni, Nariſci, Hermunduri & Quadi, Sueui; Sarmatæ, Latringes & Buri, nec non Victouali, Soſibes, Sicobotes, Rhoxolani, Baſtarnæ, Alani, Peucini & Coſtoboni, Slauorum nationes, 37) & Romano imperio grauiſſimum, quantum nulla vnquam memoria extitit, inferebant bellum, Marcomannicum ab omnibus hiſtoricis dictum. 38) Hoc enim quam diu vixit Marcus abſoluere non potuit, 39) integri pene exercitus Romanorum in eo deleti, multi nobiles conſumti, & cum inſuper grauiſſima peſtis Romanas prouincias vexaret, ſerui plane, quemadmodum ſecundo bello Punico acciderat, in militiam conſcripti, gladiatores armati, & Germanorum quoque auxilia contra Germanos empta; imo cum omne ærarium hoc bello exhauſtum eſſet, Marcus denique, pecuniæ inopia ductus, auctionem ornamentorum imperialium in foro D. Traiani inſtituit, propriamque ſuppellectilem vendidit, quo exinde militibus victum parare eorumque neceſſitati ſubuenire poſſet. 40) Primus autem impetus a Romanis in Marcomannos factus, quos Iſtrum transeuntes attriuit 41) Marcus; inde Alexandro cuidam, homini impudentiſſimo, de oraculo fidem habens, quod geminos leones Danubio certis ritibus immittenti victoriam pollicebatur, Marcomannis per Danubium eos immiſit; ſed illi beſtias has non ſolum ſuſtibus interemerunt, 42) ſed & Romanos nihilominus ingens cædes, cæſis viginti circiter millibus, ſecuta eſt. Varia deinde fortuna ex vtraque parte certatum fuit, donec A. C. 177. Marcus in Quadorum vsque fines cum exercitu progreſſus, a Germanis, fugam ſimulantibus, in tantas inſidias locaque iniqua tractus, & a ſubito irrumpentibus circumuentus fuerit, vt omnis eius exercitus morbo, vulneribus, ardore ſolis ac ſiti deſatigatus pene interiiſſet, ni ad inuocationem nominis Chriſtiani, quam ſubito magna fidei conſtantia quidam milites, effuſi in preces, palam fecerunt, tanta vis pluuiæ effuſa, vt Romanos quidem largiſſime & ſine iniuria refecerit, Germanos autem, crebris fulminum ictibus perterritos, præſertim cum plurimi eorum occiderentur, in fugam coëgerit. 43) Tunc Quadi, qui poſtremi in prælio

ipſis auerterent, ingenue docet CAPITOLINVS *c. XIII. c. l.*

35) CAPITOLINVS *c. XIII. c. l.*

36) Ita primam hanc Marci Antonini cum fratre Lucio Antonino contra Germanos ſuſceptam expeditionem deſcribit CAPITOLINVS *c. XIV. c. l.* cui iungenda XIPHILINI *excerpta Dionis l. LXXI. pag. 802.* & ex recentioribus CRVSIVS *Tom. I. p. 82. Annal. Sueu.* & GOLDASTVS *lib. I. c. 8. p. 57. de regn. Bohem.*

37) Ita hos populos, ſocios huius belli, recenſet CAPITOLINVS *c. 22. l. c.*

38) Idem *c. XXIV. in f. c. l.* EVTROPIVS *lib. VIII. c. 6.*

39) Ita XIPHILINI *fragment. Dion. lib. LXXI. p. 802.* Licet enim Marcomannos eum in deditionem, plurimis in Italiam traductis, accepiſſe tradat CAPITOLINVS *c. 22. c. l.* & bellum hocce feliciter confectum aſſerat idem *c. XVII. c. l.* & EVTROPIVS *c. l.* imo ſubactos plane Marcomannos referant ipſius XIPHILINI *fragmenta p. 805. c. l.* prius tamen tantum de transfugis & captiuis intelligendum eſſe ex ſæpius citatis excerptis XIPHILINI *p. 807.* quam manifeſtiſſime conſtat, & quod ipſam belli confectionem & gentis Marcomannicæ ſub iugum miſſionem attinet, contrarium plane ex fruſtraneo Marci conatu, Marcomanniam & Sarmatiam prouinciam faciendi, cui immortuus, & admonitione eius ad filium Commodum, ne reliquias belli parui penderet, apparet. Interim, quamuis bellum non confectum, ſumſit tamen Marcus Germanici nomen, & cum filio de deuictis Germanis Romæ triumphum habuit, v. CAPITOLINVS *c. XVII. c. l.* AVRELIVS VICTOR *de Cæſar. c. XVI.* EVTROPIVS *lib. VIII. c. 6.* & XIPHILINI *excerpta Dionis lib. XXXI. pag. 803.*

40) Hæc omnia refert CAPITOLINVS *c. XXII. c. XXI. & c. XVII. c. l.* adde XIPHILINVM *p. 803. c. l.* EVTROPIVM *c. l.* & A. VICTOREM *c. XVI. in Epitom.*

41) CAPITOLINVS *c. XXI. c. l.*

42) LVCIANVS *c. l. & in Alexandr.*

43) Ita impetratam hanc Marci de Marcomannis, Quadis & reliquis Germaniæ & Sarmatiæ populis victoriam precibus Chriſtianorum in ipſius exercitu belligerantium aſſcribunt OROSIVS *lib. VII. c. 15.* XIPHILINVS *in excerpt. Dion. lib. LXXI. p. 805.* imprimis vero EVSEBIVS *lib. V. c. 5. Hiſt. Eccleſ. & in Chron. ad An. 177.* qui extare, ait, literas Marci, quibus ipſe Germanicam hanc ſitim Chriſtianorum militum precationibus, impetrato imbre, discuſſam conteſtetur; & quo vlterius veritatem huius rei adſtrueret, teſtes quoque adducit APOLLINAREM Græcum & TERTVLLIANVM, pene coæuos; hic enim L. ad Scapulam fin. inquit: *M. Aurelius in Germanica expeditione, Chriſtianorum militum orationibus ad Deum factis, imbres in ſiti illa impetrauit.* Conf. eundem *in Apologet. c. V. & aduerſ. Iudaos c. 7.* IVSTINVM MARTYREM *in Apol. II. & in Dial. cum Tryphon.* IRENAEVM *l. I. c. 3.*

prælio reſtiterant, magna clade ab inſequentibus Romanis affecti, pacem a Marco imperatore petierunt eamque etiam facili negotio obtinuerunt, quo ſcilicet a Marcomannis auellerentur, atque etiam quod equos & boues multos, ac transfugas omnes & captiuos, primum ad XIII. millia, dederant, poſt & cæteros ſe reddituros promiſerant. 44) Progreſſus poſtea Marcus contra Marcomannos, & hos armis coërcere & ſibi ſubiicere voluit; ſed nuncio de Caſſii in oriente excitata rebellione perterritus, arma ſua, relicto Sarmatico & Marcomannico bello, contra eum conuertit, 45) quo tamen ſtatim interfecto, ad conficiendum Marcomannicum bellum ſeſe rurſus accinxit, & triennium cum Marcomannis, Quadis & Sarmatis belligerans, omnium horum terras prouincias facere annitebatur; Sed repentina tandem morte in Pannonia præuentus, omnis ipſius conatus, & quem haſtenus ad ſubigendos Germanos impenderat labor, irritus & fruſtraneus fuit. 46)

§. LXXIX. Marco in imperio ſucceſſit filius Commodus. Hunc quamuis pater ante obitum ſedulo monuerat, vt bello contra Marcomannos & reliquos Germanos & Sarmatas ſuſcepto ſtrenue inſiſteret, nec reliquias eius contemneret; & amici inſuper monitis paternis conſilia ſua quoquo iungerent, validiſſimisque rationibus oſtenderent, indecorum non ſolum, ſed & periculoſum eſſe, inchoatum bellum relinquere, ab aulicis tamen & adulatoribus, crebro ipſi delicias urbis commemorantibus, corruptus, Sueuis circa Iſtrum accolentibus & diuturno bello ad tantas incitas redactis, vt nec alimenta, nec virorum amplius copiam, ob multitudinem eorum, qui perierunt, & ob agrorum vaſtationem perpetuam haberent, pacem non ſolum conceſſit, ſed ab eis plane, data pecunia, qua maxime abundabat, redemit, regibus Germanorum addictus & ab eis leges ſuſtinens. 47)

§. LXXX. Hac pace cum Commodo inita, Sueui, ab extraneo hoſte liberi, mox vires reſumebant & lapſui temporis nouum quid aduerſus Romanorum terras moliebantur, maxime cum ciuili inter Pertinacem, Iulianum, Peſcennium Nigrum & Seuerum orto bello, illudque ſub huius imperio inſecutis Parthicis & Britannicis motibus, Romanorum opes mirum in modum attritæ & diminutæ fuerint. Quemadmodum autem triſtiſſima experientia haſtenus didicerant, ſeſe, dum ſinguli pugnarent, omnes pene victos fuiſſe, & Romanos proſpero cum ſucceſſu debellari non poſſe, coniunctis niſi adorirentur viribus; ita iam varii Germaniæ populi, Rhenum inter, Mœnum & Danubium, 48) in vacuefacta a Marcomannis ſociisque eorum regione colentes, imprimis vero Sueuicæ nationes ex plagis ſeptentrionalibus ingenti multitudine prorumpentes, Antonino Baſſiano Caracalla imperante, vel paulo ante, in commune aliquod fœdus & perpetuam ſocietatem belli, ſub Alemannorum 49) nomine coibant, quos alii in Germaniæ inferioribus partibus imitantes,

l. I. c. 3. & NICEPHORVM *l. IV. c. 12. hiſt. Eccleſ.* eadem quoque tradentes. Diſſentiunt tamen citati auctores in circumſtantiis, dum EVSEBIVS & OROSIVS *c. l.* impetrationem huius miraculi precibus tantum quorundam militum alicuius legionis attribuit, XIPHILINVS contra c. l. integræ legioni, quam Melitenſem vocat. Sed in hoc rurſus conueniunt, quod dicta legio, pro inſignis facti miraculo, poſtea ab ipſo Marco κεραυνοβόλος, ſeu fulminea dicta fuerit. Idem factum quoque narratur quidem ab hiſtoricis gentilibus, ſed de Chriſtianorum precibus id impetratum fuiſſe, non referunt, quin potius ex inuetterato erga Chriſtianos odio vanis ſuperſtitionibus id tribuant. Sic CAPITOLINVS *c. 24. c. l.* Marcum fulmen de cœlo precibus ſuis contra hoſtium machinamentum extorſiſſe ait, ſuis pluuia impetrata, cum ſiti laborarent. Et LAMPRIDIVS *in Elioabalo c. IX.* carminibus magicis, quæ Marci iuſſu ante congreſſum prælii recitata fuerunt, id tribuit eique conſentit DIO *in fragment. Xiphilin. l. LXXI. pag. 805.* qui Magum plane indicat, Arnuphin Aegyptium, ſed refutatus eapropter a XIPHILINO *c. l.*

44) THEODOSII *fragmenta Dionis lib. LXXI. p. 807.*

45) CAPITOLINVS *c. XXIV. c. l.* THEODOSII *excerpt. Dion. p. 808. c. l.* qui Marcum quidem pacem cum Marcomannis & Sarmatis ante hanc contra Caſſium ſuſceptam expeditionem compoſuiſſe tradit; ſed de armiſtitio potius intelligendum eſſe, quæ ſubſequuntur, docent.

46) CAPITOLINVS *c. XXVII. c. l.* HERODIANVS *lib. I. c. 3.*

47) Conf. circa hactenus dicta HERODIANVS *lib. I. c. 6. Hiſtor.* & LAMPRIDIVS *c. 3. in vita Commodi*, quibus plus credendum puto OROSIO *lib. VII. c. 16.* & A. VICTORE *c. XVII. in Cæſaribus*, feliciter aduerſus Germanos bellum geſſiſſe Commodum, aſſerentes, & THEODOSII excerptis DIONIS *lib. LXXII. p. 817.* quæ hisce conditionibus pacem feciſſe cum Germanis aiunt Commodum: vt transfugas & captiuos reſtitueret, & frumentum quoddam certum quotannis penderent. Etiam ab ipſis arma quædam exegiſſe porro referunt; & XIII. millia militum a Quadis, pauciores a Marcomannis, addito mandato, vt neque pluribus in locis regionis ſuæ congregarentur, ſed ſemel duntaxat menſe quolibet, ac vnum in locum, centurione quodam Romano præſente; præterea, ne vel Iazyges, vel Vandilos, vel Buros bello peterent.

48) Primas ſedes Alemannorum inter Mœnum, Rhenum & Danubium fuiſſe, quodammodo colligi licet ex teſtimonio A. VICTORIS mox adducendo, & quæ vlterius id confirmant, tabula Peutingeriana, in qua Alamannia trans Rhenum, iuxta filuam Martianam, conſpicitur, & ſaltu Alemannico, Germanis, *der Allmanns-Wald*, circa flumen Craich, non longe ab oppido Bretten ſito. v. quoque B. RHENANVS *lib. I. pag. 40. Rer. Germ.* ALTHAMER *in German. veter. & nou. deſcript. pag. 5.* CLVVERIVS *lib. III. c. IV. pag. 10.* VORBVRGIVS *Tom. I. p. 477. verum Germanicarum* & B. HERTIVS *P. III. c. 2. §. 3. notit. veter. Germ. populorum.*

49) Primam eamque ahtiquiſſimam omnium Alemannicæ gentis ſub Caracalla mentionem facit AEL. SPARTIANVS *c.* dum in vita eius c. X. inquit: *Nam cum Germanici & Parthici & Arabici & Alemannici nomen adſcriberet (nam Alemannorum gentem deuicerat)* vbi conf. SALMASIVM & CASAVBONVM. Eadem quoque A. VICTOR *c. XXI. de Cæſaribus* refert, *Caracalla*, inquiens, *Alemannos, gentem populoſam, ex equo mirifice pugnantem, prope Mœnum amnem, deuicit*, quibus adde excerpta DIONIS COCCEIANI ab HENRICO VALESIO

tes, ſub aureæ quoque libertatis ſeſe recipiebant vexillum, & ſumto Francorum 50) nomine, communicatoque cum prioribus conſilio, Germaniam non tantum ab intentata ei a Romanis ſeruitute liberarunt, ſed & hiſce in prouinciis & terris propriis ſuperuenientes, victricia ſua arma intulerunt, tanto cum ſucceſſu, vt cæſis pene innumeris exercitibus Romanis, eorumque prouinciis vaſtatis & expilatis haud exiguam tandem imperii occidentalis partem raperent, ſuique iuris facerent, prout ex impoſterum dicendis luculentius patebit.

§. LXXXI. Quanquam vero, quæ hactenus de quorundam Germaniæ, imprimis Sueuicorum populorum, ſub Alemannorum nomine in communé fœdus coëundi occaſione attulimus, ſatis certa, neque ante tempora Caracallæ vllus veterum vel verbulo Alemannorum mentionem fecerit; fuere tamen nonnulli, 51) qui primordia gentis a Manno, Tuiſtonis filio, vel, quem ſibi in cerebro effinxerunt, Hercule Alemanno deduxerint, nulla alia ratione ducti, quam quod Beroſum, quem antiquiſſimum & infallibilem credunt, iam Herculis Alemannici mentionem facere & conuenientiam quandam vtrumque nomen intercedere viderent. Verum cum fraudes & impoſturæ 52) Beroſi eiusque commentatoris Annii Viterbienſis hodie in vulgus ſint notæ, merito detecta falſitate fundamenti, omnis quoque machina ei ſuperſtructa corruit. Nec firmiori ſtant talo, quæ de primordiis Alemannorum Cluuerius 53) refert. Hic enim apud Agathiam legens, iam Aſinium Alemannorum meminiſſe, & a Strabone 54) quoque Aſinium citari videns, argumento inde deſumto, vocabulum Alemannicum ante Geographica Strabonis celebratum, & ipſam gentem antiquiſſimam eſſe, exinde collegit. Verum confundere doctiſſimum alias virum Aſinium Quadratum, quem Agathias, de Alemannis differentem, intelligit, cum Aſinio Pollione, cuius Strabo meminit, & quem Rhenum & bina eius oſtia ante ſe iam deſcripſiſſe aſſerit, haud pauci eruditorum 55) ante me iam diu animaduerterunt. Certe hunc ne verbulo Alemannorum meminiſſe, vel exinde etiam colligere licet, quod Strabo in commentariis ſuis tam nobilem gentem omiſit, quod procul dubio non feciſſet, ſi vel vllam eius notitiam ex ſæpe laudati Pollionis libris haurire potuiſſet. Quadratus contra, ad quem prouocat Agathias, ſub Alexandri Seueri, vel Philippi potius Arabis imperio floruit, 56) & hiſtoriam Romanam conſcribens, de Alemannis eorumque origine vel ideo curatam noticiam habere potuit, quod ſuo ævo, vel paulo ante, ceu ſupra oſtendimus, Alemannorum nomen Romanis primum innotuit, & Germanicæ gentes commune hoc fœdus inierunt.

§. LXXXII. Quemadmodum autem, vbi quis ſemel a recto veritatis tramite aberrauit, non raro error errorem comitari ſolet; ita etiam Cluuerio hic accidit. Semel enim Alemannos gentem antiquiſſimam eorumque vocabulum ante Geographica Strabonis notum, falſo ſibi perſuadens, & Alemannos quoque eosdem fines inter Mœnum, Rhenum & Danubium coluiſſe obſeruans, quos Gallos, decumates agros exercentes, ex Tacito poſſedi-

edita p. 748. 756. vbi bella Alemannorum, ſeu vt eos vocat Ἀλαμβανῶν, cum Caracalla geſta, longa ſerie recenſet; & inſcriptionem monumenti, Tubingæ reperti, quam ex HERODI de Romanorum in Rhætia littorali ſtationibus libelli *c. 8.* adducit CRVSIVS *T. I. Lib. IV. c. 13. p. 89.* in qua milites, legionis VIII. Antonino Caracallæ tribununt titulum *Alemannici maximi.* Conſentiunt ex recentioribus nobis, & ex dictis auctoribus primordia Alemannici nominis ad tempora Caracallæ referunt B. RHENANVS *lib. I. pag. 40. rerum Germanicarum* CRVSIVS *Part. I. lib. IV. c. XI. pag. 88. Annal. Sueu.* SCHATENIVS *in Hiſtor. Weſtph. lib. II. pag. 137.* VORBVRGIVS *Tom. I. pag. 473. & Tom. III. pag. 372. c. l.* CELLARIVS *lib. II. c. 5. p. 449.* WERLHOFIVS *in notit. S. R. I. enucleata, Spec. II. lib. I. c. 2. §. 54.* HERTIVS *in notit. veter. Germ. populorum P. III. c. 1. §. 2.* & imprimis Magnif. Dominus Præſes *in Syntagm. I. Publ. Diſſ. III. §. 10.* qui multo ſtudio Alemannorum antiquitatem inueſtigat & primam originem ad tempora Caracallæ refert.

50) Hæc conuertit GOLDASTVS *in præfat. ad Script. Alem.* & Alemannos demum exemplo Francorum permotos in commune fœdus coiuiſſe tradit. Sed cum primus tantum Francorum ſub Valeriano meminerit VOPISCVS *c. VII. in Aurel.* quilibet facile falſitatem huius aſſerti deprehendit. conf. etiam SCHATENIVM *lib. II. p. 138. c. l.*

51) Sub hanc claſſem referri merentur FR. IRENICVS *lib. I. c. 45. exegeſ. Germ.* & H. BEBELIVS *de laudibus Germanor.* apud SCHARDIVM *pag. 102. Tom. I. S. R. G.* qui imprimis de laudibus Sueuorum apud GOLDASTVM *p. 31. Script. Sueuic.* grauiter in eos inuehitur, qui ex Agathia Alemannos genus aduentitium & ex varia gentium colluuie coortos eſſe tradunt, ſomniatores eos & neſcio quid appellans.

52) Has imprimis, quoad hoc caput detexit B. RHENANVS *lib. III. p. 40. c. l.*

53) *Lib. III. c. IV. Germ. antiq.*

54) HENRICVS & HADRIANVS VALESII *in annotationibus ad Ammiani l. XVI. c. XI. rer. geſt. Rom.* B. CELLARIVS *lib. II. c. 5. p. 449.* WERLHOFIVS *lib. I. c. 2. §. 54. not. (c).* HERTIVS *P. III. c. §. 2. c. l.* imprimis VETO PONTANVS *in Sylloge deſcript. Chorograph. præfat. ad lectorem*, qui nimis acerbe Cluuerii errorem ſequenti epigrammate perſtringit:

Qui Pollionem, quem vocat Aſinium Strabo,
Iſtum eſſe Aſinium, qui Quadratus Agathiæ eſt,
Contendit, ipſe ſit Quadratus Aſinius.

55) *Lib. IV. p. 193. Geograph.* præter Strabonem Aſinii Pollionis etiam meminerunt SVETONIVS *in I. Ceſare c. 30.* & VALERIVS MAXIMVS, cui dicitur *lib. VIII. c. 12.* haud poſtrema pars Romani ſtyli.

56) Aſinium Quadratum ſub Alexandro Seuero & Philippo Imperatoribus floruiſſe, conſtat ex SVIDA & STEPHANO BYZANTINO, voce Ἀσίνιος, qui ad dictum Alexandrum vsque, aut Philippum potius hiſtoriam ſuam eum perduxiſſe, & ille quidem eam χιλιαστηρίδα, hic vero Ῥωμαϊκὴν χιλιάδα idcirco inſcripſiſſe referunt. Laudat eum quoque ZOSIMVS *l. V. c. 27.* ad hiſtoriam eius, quam de Marco Imperatore

diſſe dedicerat; mox omnes Alemannos origine prima Gallos fuiſſe cenſet, 57) quos Romani in dubiæ has poſſeſſionis terras traduxerant & ad tutelam Rheni cum onere ſimul ſoluendi decimas conſtituerant. In qua præconcepta ſemel opinione non parum eum confirmant haud pauca teſtimonia 58) veterum, quos Alemannis noſtris Germanicam originem denegare, falſo arbitratur; imo cum Alemannica gens ex Agathia complures populi in vnum corpus interpretantur congreſſi, iam nouum inde & infallibile pro ſtabilienda ſua ſententia ſe inuenisse putat argumentum. Verum enim vero iam ſupra oſtendimus, prædicatam adeo a Cluuerio Alemannicæ gentis antiquitatem nonniſi turpi ſuperſtructam eſſe errori, quo debita cura remoto, hæc quoque ipſius ſententia ruit. Certe ſi Alemanni origine Galli, colonique ad tutelam Rheni ſepoſiti, cur tanto furore arma in Romanos induerunt? Fuere quoque in Cis-Rhenana Germania & partibus inferioribus Trans-Rhenanæ, haud procul a dicto fluuio, decumatium agrorum cultores, nec tamen Alemanni dicti. Et Galli, quorum Tacitus in his regionibus meminit, dubio procul non diu ibi commorati; ſed potius a Germanis, continuas expeditiones in Gallias facientibus, ſtatim deletos, aut trans Rhenum in priſtinam patriam pulſos fuiſſe, omnino credibile. Neque etiam patrocinium ipſius cauſæ afferunt, quæ anxie corraſit, veterum Scriptorum teſtimonia; neque enim hi Alemannis Germanicam originem denegant, ſed Francis tantum, quos proprie Germanos vocant, opponunt. Et quæ vlterius de etymologia nominis profert, errorem magis produnt, quam ſententiam ſtabiliunt: Neque enim hæc Gallicam, ſed Germanicam potius originem oſtendit, cum Alemanni, viri collectitii, Germanico, nunquam vero Gallico ſermone ſonent, quod nomen certe ſibi non ſumſiſſent, ſi initia ſua habuiſſent a Gallis. Contra omnes veterum, qui vel aliquam Alemannorum mentionem fecere, eos non ſolum Germanos 59) eſſe, ſed plerique ex Sueuicis 60) populis, maximam partem, in vnam gentem coaluiſſe tradunt: quo factum, vt poſteriori ætate nobiliſſimæ huius gentis nomen Germaniæ vniuerſæ ciusque populis inditum, 61) & vel hodie adhuc apud exteras quasdam gentes & Germaniæ & Germanis tribuatur.

§. LXXXIII.

ratore conſcripſerat prouocans. conf. omnino VOSSIVM *de hiſt. lat. lib. I. c. 17.*

57) *Lib. III. c. 4. c. l.* Cluuerio in omnibus adſtipulatur IO. GVLERVS *lib. IV. pag. 40.* Rhetiæ, Gallos hos ex Sequanis, Rauracis, Heluetiis aliisque a Romanis conſcriptos, & ad Rheni cuſtodiam in dictos agros ſepoſitos fuiſſe tradens, eandemque, quod Hermundurorum finitimi, per errorem quendam, appellatos Sueuos. B. CELLARIVS *lib. II. c. 5. p. 483. not. orb. antiqu.* Alemannos quoque a Gallis, decumates agros exercentibus, initia cepiſſe coniicit; & qui omnes anteceſſit Monachus Vlmenſis, FELIX FABER, apud Goldaſtum p. 30. inter Scriptores rerum Sueuicarum, populos iuxta lacum Lemannum habitantes, cum nimis creſcerent, nec terra circa hunc lacum omnes amplius capere poſſet, collecto grandi exercitu, natali ſolo derelicto, emigraſſe, & vltra Rhenum venientes, in regionibus Rheno & Danubio interclusis conſedisſe & deſerta illa loca colere cœpiſſe tradit, ita vt terra illa, perenni nomine, a priſca ipſorum patria & lacu Lemanno Alemannia fuerit dicta.

58) Hæc, quæ pro confirmanda ſua ſententia adducit veterum teſtimonia, ſequentia ſunt: ex STEPHANO, qui Lexicon Geographicum ex variis auctoribus compilauit: Αλαμανοι ἔθνος Γερμανικὸν πρόσφατον, i. e. *Alemanni, gens eſt Germanis finitima.* Ex FL. VOPISCO in vita Probi: *teſtes Germani & Alamanni, longe a Rheni ſubmoti littoribus*, & tandem ex EVSTATHIO in Dionyſium Alexandrinum: Τοὺς Γερμανοὺς, οἷς οἱ Αλαμανοι πρὸς ἑῴας λυπὴ λάχε φῦλαι, i. e. *Germanos, quibus Alemanni ſunt contermini, candidas ait eſſe gentes.* Sed omnia hæc de Francis, Alemannorum finitimis, & qui haud raro Scriptoribus Germani proprie dicuntur, interpretari poſſe, quilibet, qui vel leuiter ſaltim rem ſcrutatur, facile deprehendet.

59) C. XXIX. §. 5. de M. G. *non numerauerim inter Germaniæ populos, quanquam trans Rhenum Danubiumque conſederint, eos, qui decumates agros exercent. Leuiſſimus quisque Gallorum & inopia audax dubiæ poſſeſſionis ſolum occupauere. Mox limite auſto, promotisque præſidiis, finus imperii & pars prouincia habentur.*

60) Sic XIPHILINVS ex Dionis *lib. LXXVII.* Alemannos Κελτικὸν ἔθνος, i. e. Celticam gentem, appellat, quo vocabulo in hiſtoriis ſuis conſtanter vbique, ipſo Cluuerio teſte, Germanos inſignire ſolet. Clarius adhuc hoc explicat VOPISCVS in vita Proculi c. XIII. vbi: *Alemannos*, inquit, *qui tunc adhuc Germani diecbantur, non ſine gloriæ ſplendore contriuit.* Et licet hic locus & Caſaubonum & Salmaſium mirum in modum torſerit, genuinus tamen ſenſus non alius eſt, quam, Alemannos, tunc adhuc ſub Germanorum gente comprehenſos, licet proprio nomine vterentur, viciſſe Proculum. AMMIANVS quoque *lib. XXVII. c. X.* quos modo Alemannos vocauerat, nunc Germanos appellat: *inde horrenda circumſonantibus Alemannis, id conſilium ratio celeritatis admiſit, vt arctoam mouimi partem, quam clementer diximus eſſe proclivem, Sebaſtianus cum ſuis occuparet, fugientes Germanos, ſi fors ita tuliſſet, leui negotio conſecuturus.* Et *Chronicon Hieroſolymitanum* Lib. I. c. I. eadem ratione Germanis eos accenſet: *Qua ſedbat Baioariis, Alemannis, ceterisque Teutonicis.* Adde ALTHAMERVM *in German. veter. & nou. deſcript. p. 116.* SCHATENIVM *lib. II. p. 137. c. l.* VORVRGIVM *Tom. I. pag. 363. c. l.* HERTIVM *Part. III. c. 1. §. 1.* & WERLHOFIVM *lib. I. c. 2. §. 36. c. l.*

61) Alemannos Sueuos, aut ad minimum maximam eorum partem ex hac gente initia cepiſſe, exinde colligi poteſt, quod promiſcue a Scriptoribus nunc Alemanni, nunc Sueui dicuntur. Sic AVSONIVS ih lepidiſſimo illo carmine, quo Danubius Nilum alloquitur & victoriam ipſi Valentiniani patris & Gratiani filii Auguſtorum de Alemannis reportatam annunciat, inter alia ſic canit:

Nuncius Enxino iam nunc volo currere Ponto,
Vt ſciat hac ſuperum cura ſecunda Valens
Cæde, fuga, flammis ſtratos periſſe Sueuos,
Nec Rhenum Gallis limitis eſſe loco.

Et CLAVDIANVS ad Stiliconem inquit: v. 390.

Non Marte Sueuos
Contudimus, qucis iura damus.

Apud eundem quoque in Eutrop. L. I. v. 394. Roma gratias agit Honorio Auguſto, ob oppreſſos Francos & Alemannos:

Ante pedes humili Franco triſtique Sueuo
Perfruor & noſtrum video Germanice Rhenum.

Sed

§. LXXXIII. Quemadmodum autem de origine gentis non eadem omnium opinio; ita nec de etymologia nominis inter omnes conuenit. Lepida sane & ridicula est eorum traditio, qui Alemannos ab ala magna, 63) dictos fuisse perhibent, quam Romanus quidam fecisse dicitur Pontifex, Germanos contra Turcas exhortaturus ad bellum. Neque felicius eorum excogitata opinio, qui Alemanniam ab aula 64) magna, & sic Alemannos quoque ab eadem appellatos fuisse somniant. Nunquam enim eiusmodi nugatores demonstrabunt, omnes Alemannos fuisse aulicos, eorumque nomen Turcico esse recentius. Inde alii iam altius rem repetentes, nomen gentis a Manno, Tuistonis filio, aut ab Hercule Alemanno 65) deduxerunt: Sed improspero quoque successu, cum nomen Alemannicum longe recentius, & quæ de Hercule Alemannico referunt, non nisi fabulis & figmentis superstructa. Alii porro opinati sunt, Alemanniam dici a copia alimentorum, 66) quasi alimenta habens immania, i. e. maxima, vel quod eam inhabitantes indigeant magnis & multis alimentis. Sed non nisi lusum in terminis esse, quilibet facile videt. Eodem se habent modo tradita eorum, qui Alemannorum nomen ab Alanis 67) Scythico populo, vel ab Hebraica voce, Elam, 68) quod adolescentem significat, aut a verbo Græco ἀλάομαι, 69) quod Græcis significat vagari atque errare, quasi Alemanni sint ἀλήμονες, vagabundi aut errantes, deducere tentarunt. Probe enim obseruat Strabo Geographus, in appellationibus gentium Barbararum Etymologias Græcas non esse quærendas, quod & de Hebræis intellectum volumus. Quid enim Germanis adeo ex Græca, vel

Sed regerit CLVVERIVS *c. l.* Poetæ vsi fuerunt poetica licentia, ac forte per ignorantiam, quod Sueuia esset a tergo Alemanniæ simul ac Franciæ, eos ita appellarunt. Itaque iam alia veterum Scriptorum testimonia adducenda, quibus Sueuica Alemannorum origo comprobatur. Inquit autem GREGORIVS TVRONENSIS Lib. I. c. 2. *Vandalos secuti Sueui, id est Alemanni, Galliciam apprehendunt.* Et iam ante eum AMMIANVS *lib. XVI. c. 10.* de Constantio Imperatore, quem rumor Aleuannorum in Rhætiam irruinpentium Romam coegit relinquere, *cupiens itaque*, inquit, *augustissima omnium sede morari diutius imperator, vt otio puriore frueretur & voluptate, assiduis nunciis terrebatur, & certis indicantibus, Suenos Rhætias incursare.* Porro P. DIACONVS *lib. III. c. 18. de gest. Longob.* de Droctulfo Longobardorum Duce scribens: *iste*, ait, *ex Sueuorum, hoc est, Alemannorum gente oriundus, inter Longobardos creuerat.* & Lib. II. c. XV. c. l. *inter hanc* Ligutiam, inquit, *& Suauiam, hoc est, Alemannorum patriam, quæ versus Septentrionem est posita, duæ prouinciæ, id est Rhætia prima, & Rhetia secunda, consistunt.* Nec ab auctoribus iam allegatis dissentit WALAFRIDVS STRABO de vita B. Galli in præfat. apud GOLDASTVM Tom. I. Script. rer. Alem. p. 143. *igitur*, inquiens, *quia mixti Alamannis Sueui partem Germaniæ vltra Danubium, partem Rhetiæ inter Alpes & Histriam, partemque Galliæ circa Ararim obsederunt, antiquorum vocabulorum veritate seruata, ab incolis nomen patriæ deriuemus, & Alamanniam vel Sueuiam nominemus*, quod paulo post ita confirmat: *Duo sunt vocabula vnam gentem significantia.* Eadem fere tradit ANONYMVS RAVENAS, qui circa seculum VII. floruit Lib. IV. Geogr. §. 26. *propinqua ipsius Thuringiæ adscribitur Sucuorum, quæ & Alemannorum patria*, & prisca *tabula Peutingeriana*, quæ beneficio M. WELSERI in lucem edita, Alemanniam quoque Sueuiam interpretatur. Adde quæ habet PROCOPIVS Lib. I. Histor. Goth. *super Thuringos Sueui & Alemanni, nationes validæ, agunt, vetustis in finibus ac libertate.* Et imprimis IORNANDES Cap. LIV. de reb. Getic. vbi: *Nam regio illa Sueuorum ab oriente Baiobaros habet, ab occidente Francos, a meridie Burgundiones, a Septemrione Thuringos. Quibus Sueuis tunc iuncti Alemanni etiam aderant.* Confer etiam EGINHARDVM *in vita Caroli M. p. 437.* apud FREHERVM *inter Script. rer. Franc.* Lycum amnem Baioarios ab Alemannis separare referentem, quem tamen Baioariæ & Sueuiæ terminum esse, inter omnes constare. Et *Chronicon vetus Francorum* ad An. DCCXLI. quod Pipinum primogenito suo Carolomanno Sueuiam, quæ nunc Alemannia dicitur, tradidisse refert.

62) Hoc imprimis testatur MONACHVS ERPHESFORDIENSIS hist. Landgrau. Thuring. c. VI. *nota, quod partes viciniores Italicis, sicut sunt Bauaria, Sueuia, dictæ fuerint, ab Italicis primo Alemannia, & homines ducebantur Alemanni, nota secundum Orosium & Solinum, quod tunc temporis Germania & Alemannia habebantur pro vno & eodem. Nam Vngaria dicebatur Pannonia & ab Vngaria vsque ad Rhenum dicebatur Germania vel Alemannia.* conf. etiam OTTONEM FRISINGENSEM *de Gest. Frid. Barbarossæ. c. III.* qui per errorem hoc factum fuisse indicat, & GOBELINI PERSONAE *Cosmodrom. ætat. I. c. V.* adde quoque GOLDASTVM *in præfat. ad Script. rer. Alem.*

63) Hanc opinionem refert B. RHENANVS *lib. I. Rer. Germ. p. 40.*

64) Ita IASON apud FR. IRENICVM *in exegesi German. lib. I. pag. 45.*

65) Occasionem huic opinioni dedit consarcinator BEROSI, qui apud Tacitum legens, Germanos dicere Herculem apud se fuisse, cum forte ipsi in consarcinanda veterum Germaniæ principum Genealogia rex deesset, adsersisit: apud Tuiscones regnat Hercules Alemannus. Hinc ANNIVS in commentario suo ad eundem nugas nugis cumulans, ab eo Alemannos nomen accepisse tradit, & si Diis placeat Etymologiam ex Talmudistarum scitis, ait, affert. Ale enim Scythice & Alue alueum interpretari, & Mannum esse Rhenum, proinde Alemannes dictos fuisse, quod ad alueum Rheni habitarunt. Sequuntur Annium FR. IRENICVS *lib. I. p. 45. c. l.* nomen Alemannorum inquiens deducunt *probatissimi a Manno, cuius meminit Perottus supra Martialem in primo, vel ab Alemanno rege, vt libro II. c. 1. explicabimus.* Et imprimis H. BEBELIVS *de laud. Germ.* apud SCHARDIVM *p. 102. Tom. I. S. R. G. & de laudib. Sueuorum* apud GOLDASTVM *inter Script. rer. Sueuic. p. 31.* vbi acerbe nimis in eos inuehitur, qui Alemannicum nomen ab eo, quod sit gens collectitia, deducunt. Adde ALTHAMERVM *in Schol. ad Tacit. p. 5.* apud SCHARDIVM *c. l.* & qui fabulas has ex instituto refutat B. RHENANVM *lib. I. pag. 40. c. l.*

66) Conf. hic FELICEM FABRVM *in Hist. Sueuor. lib. I. c. V.* apud GOLDASTVM, *c. l.*

67) Refert hæc idem *c. l.* GVLERVS *L. IV. p. 40.* Rhetiæ.

68) Hæc adducit GVLERVS *c. l.*

69) Conf. de hac significatione ab aliis prodita iterum GVLERVM & B. RHENANVM *c. l.*

70) Ha-

vel Hebræa lingua petendum? Aliis porro Alemanni idem audiunt, ac animosi, 70) viri intrepidi, & magnanimi, qui forti pectore omnia sustinuerunt, & data occasione nihil non ausi fuerunt. Nec desunt, qui a Germanica voce *Adelmann* 71) nomen gentis confectum fuisse credunt, quasi omnes essent nobiles & ingenui. Sed & hos non leuiter errare, quilibet facile deprehendet, qui modo consideret, præter nobiles & ingenuos etiam deterioris conditionis homines, numero non paucos, inter eos habitasse. Walafrido 72) teste, nonnulli quoque fuerunt, quibus Alemannia Altimannia, ab alto situ, appellata fuit; vt sic Alemanni essent, qui edita & excelsa loca inhabitant: Quocum conuenit eorum coniectura, qui eos ab Alpibus, 73) quos pars eorum postea inhabitauit, nuncupatos putant. Verum hæc quoque non procedere; vel exinde colligi licet, quod Alemannorum nomen longe antea celebratum, antequam in edita hæc loca immigrarunt & perpetuas in Alpibus occuparunt sedes; quod & obseruare debuisset ab iis, qui a Limago 74) amne, qui e lacu Turegiensi profluit, aut ab Heluetiæ Lemanno 75) lacu nomen gentis deriuare haud dubitarunt. Non enim Lemannus lacus, aut Limagus fluuius in Germania, vbi tamen primum Alemannorum nomen auditum, sed apud Heluetios & in Gallia conspiciuntur, quare etiam nec nomen suum Alemanni nostri ab eis accipere potuerunt.

§. LXXXIV. Ingeniosa sane est coniectura B. Schilteri, 76) qui cum Alemanni publicos fundos, agros, siluas & lacus, Germanis *Allmænnig* & *Allmende* dictos, possederint, nomen eorum ab hoc more profectum fuisse auguratur. Verum cum commune hoc omnium 77) Germaniæ gentium institutum fuerit, proprii nihil habere agri, sed per vices potius occupare, quicquid magistratus ac principes in singulos annos gentibus cognationibusque hominum, qui coiuerunt, attribuebant agri, non sine ratione doctissimo alias viro subscribere dubitamus, cum hoc modo omnes Germani fuissent Alemanni. Haud ita pridem B. Iunckerus 78) Alemannos quoque ab Almona, hodie *Altmühl*, Nordgouiæ fluuio, qui quibusdam 79) auctoribus Alemannus dicitur, deriuare voluit. Verum cum prout iam supra de Sueuo flumine ostendimus, ignobile aliquod flumen nunquam integræ alicui genti, sed hæc potius illi nomen indiderit, & Annales 80) quoque dictum flumen non Alemannum, seu Almonam vocent, merito & hanc sententiam reiicimus, accedentes potius partim Asinio Quadrato, 81) scriptori probo & rerum Germanicarum exacte gnaro,

70) Habet hæc FR. IRENICVS *c. l.*

71) Hanc opinionem recitat GVLERVS *c. l.*

72) In præfat. ad vitam B. Galli apud GOLDASTVM Tom. I. S. R. A. pag. 142. in f. *inueni ab auctore eiusdem conscriptionis terram, quam nos Alamanni vel Sueui incolimus, Altimani sæpius nominari. Sed ipsius nominis originem quærens, apud nullum Scriptorum, quorum adhuc notitia nos respersit, eius reperi mentionem. Nisi fallor enim ab alto situ prouinciæ idem vocabulum a modernis conuictum est.*

73) Coniectura est LATZII *lib. VIII. pag. 495. de Migr. gent.* qui tamen addit, se nec reiicere eorum opinionem, qui *Alemannos* dicunt, quod *omnes viri.*

74) Sic OTTO FRISINGENSIS *de gest. Frid. I. lib. I. c. VIII.* Tigurinorum ciuitatis iuxta Limagum fluuium, quem tamen vt probe obseruat STVMPFIVS *lib. VI. c. 14. Chronic. Heluet.* perperam Lemannum vocat, situm describens, *a prædicto etiam Lemanno*, inquit, *fluuio vnde Lucanus:*

Defertere cauo tentoria fixa Lemano.

Tota illa prouincia Alemannia vocatur: quare quidam totam Teutonicam terram Alemanniam dictam putant, omnesque Teutonicos Alemannos vocare solent, cum illa tantum prouincia, i. c. Sueuia, a Lemanno fluuio vocetur Alemannia, populique eam inhabitantes solummodo vocentur Alemanni. Eadem fere habet GVNTHERVS Ligurino *lib. III. p. 305.* notatus quoque capropter a STVMPFIO *c. l.* adde HADRIAN. VALESII *notit. Galliar. voc. Alamanni.*

75) De situ Lacus Lemanni ipsi auctores, qui ab eo nomen Alemannicæ gentis deriuant, dissentire solent. Sic IO. BOEMO AVBANO *in Sueuia p. 24.* & FEL. FABRO *p. 54.* vtrique apud GOLDASTVM *c. l.* idem & recte quidem est, qui adhuc hodie Lemannus, Lausannensis vel Gebenensis dicitur. ALBERTVS MAGNVS contra de natura locorum, Sueuos Alemannos a lacu Lemanno, maximo stagno, quod ante radices Alpium effunditur & per ciuius medium Rhenus transit nomen habere dicit: quo ipso non alium, nisi Bodamicum intelligit. Adde GOBELINI Cosmodr. ætat. I. c. 5. vbi: *iidem dicuntur Alemanni a lacu Lemanno, qui est in Sueuia in Diœcesi Augustensi; quia habitantes circa lacum illum inter vrentes lingua Teutonica, Romanis irrumpentibus alpes, primo forte cogniti sunt, & sic eos a lacu, quem habitabant, Alemannos Romani nominabant.* Et H. BEBELIVM *de laudib. Sueuor. pag. 31. c. l.* cui insuper hic lacus ab Hercule Alemanno nomen accepisse dicitur.

76) *Exercitat. ad ff. IV. §. XIII.*

77) TACITVS *c. XXVI. de M. G.* CAESAR *l. VI. c. 22. de B. G.*

78) *Part. II. c. 2. p. 126. Seiner Anleitung zur Geograph. mitl. Zeiten.* vbi insuper Alemannos primas fedes circa hunc amnem habuisse, postea demum vero in decumates agros, Mœnum, Rhenum & Danubium inter, immigrasse, ibique Romanis prima vice innotuisse, tradit. Sed non noua hæc opinio est Iunckeri; iam ante eum enim idem quoque nonnullos statuisse ex GVLERI Rhetia *l. IV. p. 40.* & CRVSII *Annal. Sueuic. P. I. l. I. c. 1. p. 6.* constat, ita tamen, vt dictum fluuium ab Hercule Alemanno, ab hoc vero Alemannos nostros nomen accepisse putarint: nec coniectura illa improbabilis quoque visa IO. ISAAC. PONTANO, cuius conf. *orig. Francic. l. II. c. 2. in f.*

79) ABR. ORTELIO *in German. veter.* cui iungendi ANDR. ALTHAMERVS *in German. veter. & nou. descript. p. 60. & 121.* & C. STEPHANVS *in Diction. Histor. Geograph. voc. Alemannus.*

80) *Annal. Franc. Fuldens. ad An. 793.* conf. etiam POETAM SAXONEM *de gestis Caroli M. l. II. ad An. 793.*

81) Apud AGATHIAM lib. I. Hist. Goth. vbi: *Alemanni, si Asinio Quadrato fides, viro Italo & Germanicarum rerum exacto scriptori, communes sunt variis e nationibus collecti, id ipsum apud eos consignificante vocabulo.* Consentiunt eidem ex recentioribus B. RHENANVS *l. I. p. 40. rer. Germ.*

(H) ALTHA-

gnaro, cui Alemanni gens collectitia, ex variis nationibus commixta, *allerley Mann* audiunt; partim eis, quibus ita a fortitudine, quasi omnes 82) viri, toti viri, viri fortes, *All Mannen, alle Manner*, & propter corporis robur, & animi ferocitatem, quod nulla parte effœminati, dicuntur. Primum enim, ex variis gentibus, Sueuis maximum, in vnum corpus confluxisse, & eapropter forte fortuna a vicinis ita appellatos fuisset, hactenus dicta, & imprimis sæpe laudatus Agathias, testis σύγχρονος, manifeste testantur. Et, a virtute quoque hoc nomen sibi sumsisse, vel ideo credibile, quod reliquis Germaniæ gentibus, Hermunduris puta, Marcomannis, postea & Francis, solenne admodum fuit, desumta sibi a virtute militari imponendi nomina, quos imitans hæc turba vndique coeuntium, Alemannos quoque sese appellauit, glorioso quidem nomine, sed formidabili consanguineis populis, & imprimis Romanis, quorum non tantum iugum potentiamque ferre recusabant, sed & in propriis terris debellare constituerant, omnem hactenus illatam ipsis ab eis iniuriam, vt viros fortes & intrepidos decet, vlturi: quod & eo facilius exequi poterant, quod validissima & numerosissima erat ciuitas, in plures gentes diuisa, quarum notissimæ Lentienses, Bucinobantes & Iuthungi. 83)

§. LXXXV. Primus itaque Imperatorum Romanorum, cui, prout supra ostendimus, negotium aliquod cum Alemannis intercessit, Antoninus erat Bassianus Caracalla. Hic enim Rhætiam & Vindeliciam vastantes adoriens, turpi dolo, prope Mœnum amnem deuicit, 84) & sumto eapropter Alemannici cognomine, superbum Romæ de iis egit triumphum. Proficiscens postea quoque ad Danubium, reliquos Sueuos, data pecunia, institutis ludis & spectaculis, & quod Germanico haud raro vteretur cultu, sibi adiunxit, atque auxilia ab eis accipiens, & custodes corporis fortissimum & pulcherrimum quæmque, in amicitiam conciliauit, 85) exceptis tantum Marcomannis, quos cum Vandalis, amicis antea & sociis commissa, seueras suæ erga se repugnantiæ pœnas dare coegit. 86) Caracalla paulo post in Parthica expeditione interfecto, cædis auctor Macrinus in imperio succesit, & hoc quoque talionis iure, a militibus suis, primo regiminis anno, interempto, Heliogabalus quidem, monstrum illud potius, quam homo, solium imperatorium conscendens, remissum hactenus a temporibus Marci Marcomannicum bellum resumere gestiebat, quod responsum fuisse audiuerat, ab Antonino quodam, cuius nomen sibi sumserat, bellum esse finiendum; ast carnina & consecrationes, quibus per Chaldæos & Magos Antonium Marcum id egisse, fama erat, vt Marcomanni populo Romano deuoti semper & amici essent, metu, ne ea dissiparet, Senatu supprimente, omnis ipsius in ludibrium versus, vel magno potius exitio Romanæ fuit Reipublicæ conatus. 87) Excitati enim rei huius nuncio Sueui cum Alemannis, tutius fore rati præuenire, quam præueniri, Rheno & Danubio superato, Romanorum prouincias & in ripis disposita præsidia, non sine vicinæ Italiæ & Illyrici periculo, depopulabantur, & licet, qui Heliogabalo in imperio successerat, Alexander Seuerus, mirando apparatu, & ingenti centum & quinquaginta millium contracto exercitu, in eos moueret, & Germanos ad sua reuersos, ponte prope Moguntiam facto, trans Rhenum quoque persequeretur, strenue tamen nihil contra eos gessit,

ALTHAMERVS *p. 115. c. l.* STVMPFIVS *lib. II. c. 2. p. 19. Chron. Heluet.* GVLERVS *l. IV. p. 40. c. l.* CLVVERIVS *lib. III. c. 4. c. l.* Auctor monumentor. monasterior. Würtebergens. *p. 130. not. (c)* LAMBECIVS *lib. II. Bibl. Vindobonens. c. 6. p. 503.* SCHATENIVS *l. II. p. 138.* WERLHOFIVS *l. IV. c. 2. §. 54. c. l.* & HERTIVS *P. art. III. c. 1. §. 2. notit. veter. Germ. populor.* CRVSIVS quidem *P. I. l. IV. c. 11. p. 88. c. l.* his quoque accedit, sed mox sententiam suam mutans *p. 3.* & *p. 6.* ita dicuntur ei a Manno Tuistonis filio, vel Hercule Alemanno, quasi omnes viri fortes & inuicti.

82) Vid. GOTFRIDVS VITERBIENSIS, qui *P. IX. Chron. p. 192.* ita canit:

Alle, sonat totum, Man vir, si Teuthona lingua
Hæc duo coniugat, totum vir litteræ signat,
L. geminata satis nomina clara facit.

Adde AVENTINVM *l. II. annal. Boior. c. 35. §. 11.* WILLICHIVM *ad Tacit. p. 44.* apud SCHARDIVM *c. l.* ALTHAMERVM *p. 14. c. l.* GVILLIMANNVM *l. II. c. 3. n. 16. in Helvetic.* & imprimis quoque ill. COCCEIVM *in prudent. Iur. publ. §. 7. prolegom.*

83) De hisce Alemannorum gentibus vid. AMMIANVM *lib. XV. c. 4. l. XVII. c. 6. l. XXIX. c. 4.* & *l. XXXI. c. 10.* ibique VALESIVM & LINDENBROGIVM *in not.* quibus adde VORBVRGIVM *Tom. II. p. 454. c. l.* CLVVERIVM *c. l.* cui Lentium istud, a quo vniuersus populus Lentiensium nomen habuit, vicus Leitz est, in ripa Danubii infra oppidum Friding situs, & CRVSIVM *P. I. l. VII. c. 1. p. 156. c. l.* cui Lentienses populi locum, quem hodie Germanice *das Linzgaw* appellamus, inhabitasse, Iuthungi vero *l. VI. c. 7. p. 149.* gens Italicis tractibus conterminans dicuntur. Quod ita limitat GVLERVS *l. IV. p. 45.* Rhetiæ, vt Lentienses hunc Rheticæ pagum, hac demum occupata prouincia insedisse, & recte quidem, puret, antea trans Danubium, in ripa eius, vbi laudatus vicus Leitz, habitantes. B. RHENANO vero *l. I. p. 46. c. l.* Iunthungi insuper, quod Trebellio Pollioni Virtingi dicuntur. Würtenbergicæ hodiernæ ditioni nomen dedisse videntur. adde infr. dicenda §. 97.

84) A. VICTOR *c. XXI. de Cæsar.* SPARTIANVS *in vita Caracallæ c. V.* & *c. X.* Doli autem, quo Alemannos vicit, meminerunt excerpta DIONIS COCCEIANI, quæ edidit HENR. VALESIVS *p. 748.* ita, vt, conuocata Alemannorum iuuentute, quasi eam inter auxilia conscripturus esset, ipsum cum clypeo agmen ducentem, vniuersam circumdedisse, & concidisse, reliquos circummissis equitibus comprehendisse, tradant. Quam male sed vera nihilominus tamen sese defenderint Alemanni, testatur XIPHILINVS ex eiusdem DIONIS *lib. LXXVII.*

85) Ita hæc gesta Caracallæ cum Sueuis refert HERODIANVS *lib. IV. c. 7. histor.*

86) Excerpta DIONIS COCCEIANI *p. 756.*

87) LAMPRIDIVS *in vita eius c. IX.*

88) De

geſſit, quin potius pace, quantum poſcerent auro, a Germanis emta, a propriis militibus, hoc factum indignantibus, paulo poſt in caſtris interfectus, reliquum huius belli negotium Maximino, Tyronum præfecto, & cædis auctori, relinquere cogeretur. 88) Hic, ipſe natione Germanus, Alexandri apparatu vſus & multa quoque addens, rupto priori fœdere, protinus Germaniam ingreſſus, CCC. aut CCCC. millia paſſuum longe lateque Germanorum vicos incendit, greges abegit, prædas ſuſtulit, hoſtium plurimos interemit, innumeros cepit, & militem quoque diuiterem reduxit, maiora auſurus, ni Germani relictis campis & lucis arborum expertibus, in ſiluas ſeſe abdidiſſent, & circa paludes ſe tenentes, grauiſſima ei per inſidias ex locis commodis & ſibi tantum cognitis intuliſſent damna. 89) Tunc igitur reducto exercitu Danubium verſus deſcendens, & in Pannonia in hybernis agens, ad nouam & vernam ſeſe comparabat expeditionem, excifurum ſubacturumque minitans Oceano tenus omnes Germaniæ nationes: 90) Verum hoſtis paulo poſt a Senatu declaratus, & cum exercitu in Italiam tendens iuxta Aquileiam a militibus in caſtris diſcerptus, omnia ipſius cogitata vna cum ipſo interierunt. Neque etiam, qui Maximino in imperio ſucceſſerunt, certatim illud inuadentes, & alii ſemeſtribus, alii annuis, plerique per biennium, aut ad ſummum per quinquennium imperantes, Balbinus, Pupienus, Gordiani, Philippus Arabs, Decius, Gallus & Voluſianus, ſtrenue aliquid aut memoria dignum, contra Sueuos & reliquos Germanos geſſerunt; quin potius, inteſtinis bellis & ſeditionibus agitati, inuicem ſeſe conſumerent, & alter alterum ſpoliaret vita, ſatis interim ad Germanici nominis affectationem victoriamque reputantes, ſi Rhenum & Danubium imperii limites defenderent, & repulſis Germanis conſeruarent. Solus Gordianus tertius, iuuenis adhuc, cum Gothis, 91) tunc bello primum Romanis innoteſcentibus, pugnauit, & manibus horum Decius quoque, cruentiſſimo prælio, paludis gurgite hauſtus periit: 92) Cæteri timidiores pacem haud raro auro argentoue a Germanis emerunt, & Voluſianus plane, cum patre Gallo, eo vsque formidinis proceſſit, vt non ſolum, pro more, pacem ab eis mercaretur, ſed & tributa 93) quoque, vt quieſcerent, penderet annua, magno Romani nomini dedecore & detrimento apud poſteros relicto.

§. LXXXVI. Hactenus igitur Alemanni & Sueui, pecunia & muneribus illecti, pacem cum Romanis colebant & ab omni erga eos hoſtilitate ſibi temperabant: Aſt Valeriano communi Romani orbis ſuffragio Imperatore facto, &, adſcito ſibi in conſortium regiminis Gallieno filio, inmaniſſime admodum in Chriſtianos eorumque cultum ſæuiente, mox omnes Germaniæ aliique populi, permiſſu & vltrice Dei manu excitati, procellæ inſtar, communi conſilio, Romano imperio imminebant, laxatisque habenis in fines eius irrumpebant. Siquidem Sueui Alpibus, Rhætia totaque Italia penetrata, Rauennamque vsque peruenerunt; Alemanni Galliam vaſtantes etiam in Italiam tranſierunt; Perſæ orientem vaſtarunt; Græcia, Macedonia, Pontus, & Aſia Gothorum inundatione deleta; Quadi, Marcomanni & Sarmatæ Pannoniam depopulati; & Franci denique vniuerſam Galliam infeſtis armis peragrarunt. 94) Nec Valerianus, tot malis vndiquaque circumſtantibus, hos motus vnquam componere potuit; quin potius experientiſſimos belli Duces ſingulis occidentis prouinciis, directore Gallieno filio, imponens, & orientem ſibi aduerſus Gothos, Scythas & Perſas tutandum ſumens, paulo poſt a Sapore, Perſarum Rege, dolo circumuentus, & cute detracta fœde laniatus, miſerrima morte interierit. 95) Eadem pene fortuna belli filii ipſius Gallieni: Licet enim hic magno ſtrepitu & ingenti apparatu demandatum ſibi a parte bellum aduerſus Germanos ſuſciperet, nihil tamen aliud egit, quam vt modo tranſitu hoſtes interdum arceret, interdum tranſeuntibus legiones ſuas opponeret. 96) Vltimum, cum ingenti multitudine Germanorum obruereтur, co-

piis

88) De hac facta Sueuorum & Alemannorum in prouincias Romanas irruptione, & infecuta eam irrita Alexandri contra eos ſuſceptæ expeditione vid. LAMPRIDIVS *in vita eius c. LIX.* HERODIANVS *lib. VI. c. 7.* & A. VICTOR *de Cæſaribus c. XXIV.* quibus adde CAPITOLINVM *in vita Maximini c. 7.*

89) Fuſius hanc expeditionem Maximini Germanicam deſcribunt HERODIANVS *lib. VII. c. 2.* & CAPITOLINVS *in vita eius c. XII.* & Maximinum aliquando Germanos perſequentem ingensque ſtagnum equo ingreſſum ab hoſtibus pene interceptum fuiſſe tradunt. Capitolinus inſuper exhibet litteras, quibus Senatui populoque Rom. hanc de Sueuis reportatam victoriam indicat, quarum hæc fuit ſententia: *Non poſſumus tantum P. C. loqui, quantum fecimus: Per CCCC. millia Germanorum vicos incendimus, greges abduximus, captiuos abſtraximus, armatos occidimus, in palude pugnauimus. Peruenisſemus ad ſyluas, niſi altitudo paludum nos tranſire non permiſiſſet.* Imo tanta ipſius iactantia & ſuperbia fuit, vt integram huius belli hiſtoriam, maximis imaginibus in tabulis depictam, Romæ in te curiam publicari mundaret, quo non tam audirej quæ geſta forent, quam eiam ſubiicere oculis Romani poſſent. vid. HERODIANVS *c. l.* adde quoque A. VICTOREM *c. XXV. c. l.* EVTROPIVM *lib. IX. c. I.* & OROSIVM *lib. VII. c. 19.* qui omnes bellum a Maximino proſpere in Germania geſtum fuiſſe tradunt.

90) HERODIANVS *c. l.* CAPITOLINVS *c. XIII. c. l.*

91) CAPITOLINVS *in vita eius c. XXXIV.*

92) A. VICTOR *c. XXIX. c. l.* ZOSIMVS *lib. I. c. 23.*

93) ZOSIMVS *lib. I. c. 24.*

94) vid. de hiſce irruptionibus gentium ſub Valeriano in imperium Romanum factis EVTROPIVS *lib. IX. c. 6.* ZOSIMVS *lib. I. c. 29.* TREBELLIVS Pollio in vita eius *c. III.* OROSIVS *lib. VII. c. 22.* FL. VOPISCVS *in vit. Aureliani, c. VII.*

95) TREBELLIVS POLLIO *in vita eius c. III.*

96) ZOSIMVS *lib. I. c. 30.* Paulo aliter A. VICTOR *c. l. Gallienus*, inquiens, *tum a Gallis*

piis Romanis impar & in anguſtias redactus, coactus fuit, cum Attalo, Marcomannorum rege, data ipſi Pannoniæ ſuperioris parte & accepta ipſius filia Pipara in vxorem, 97) fœdus & pacem inire, quo minuto ex aliqua parte periculo, auxilio & patrocinio eius reliquos Germanos arceret, ne tam facili negotio tranſirent Rhenum. Et huius etiam principis auctoritas & potentia ad retinendos ad tempus aliquod Germanos, quo minus tranſito, vt conſueuerant, Rheno & Danubio, prouincias vaſtarent, multum valuiſſe videtur. Aſt Gallieno breui poſt in Italiam reuerſo, otio & voluptatibus ſe dante, & libidini, helluationibus & ludibriis vacante, non aliter rempublicam regente, quam cum pueri fingunt, ludi cauſa poteſtates; viliſſimis inſuper hominibus imperii faſces & dignitatem certatim arripientibus: Germani ignauum & in omnem laſciuiam diſſolutum hominem contemnentes, communi conſpiratione facta, prouinciis Romanis iam iterum ſuperueniebant, & Gothi 98) quidem occupatis Thraciis Macedonas, Achæos, Pontum & Aſiæ finitima vaſtabant; Franci 99) Gallias, Hiſpaniam & Africam incurſabant; Alemanni Gallis quoque depopulatis 100) in Italiam penetrabant; Quadi 1) & Sarmatæ in Pannoniam deprædatum exibant, nullam harum prouinciarum partem immunem relinquentes, & Marcomanni 2) denique longiſſimis in ſolum Romanum factis irruptionibus, & Theſſalia obſeſſa, ingenti terrore omnem Græciam concutiebant, ita, vt pro auertendis tot & tantis malis Romæ pax Deum quæſita, inſpecti Sybillæ Libri, factum quoque ſalutari Ioui, vt præceptum fuerat, ſacrificium. 3) Et certe, iam tunc finem ſuum Romanum imperium tot malis afflictum attigiſſet, ni Odenatus in oriente, in Gallia vero primum Poſthumius, deinde Lollianus, Victorius deinceps poſtremo Tetricus, omnes inter Tyrannos connumerati, aſſertores Romani nominis exſtitiſſent, & Romanam rem contra irruptiones harum gentium vtcunque ſuſtentaſſent. Hi enim, imprimis Poſthumius, Alemannos & Francos ex Gallia repulerunt, & Rhenum transgreſſi in hoſtili ſolo noua munimenta exſtruxerunt, collapſaque reſtaurarunt, ad comprimendum eorum furorem, & ne vlterius per Rhenum in Gallias irrumperent. 4) Et licet Poſthumio a militibus ſuis occiſo, Alemanni cum Francis, ſubita irruptione facta, caſtella hæc facile expugnarent, deſtruerent & incenderent, mox tamen a Lolliano repreſſis omnia in priſtinum ſtatum reformata & a ſucceſſoribus in tyrannide, Victorino & Tetrico, conſeruata fuerunt. 5)

§. LXXXVII. Gallieno tandem peſte illa Romanæ Reipublicæ a militibus in caſtris ad Mediolanum A. C. 268. interemto, Claudius ex ſententia ipſius deſignatus Cæſar in imperio ſucceſſit. Hic miſera hac rerum Romanarum conditione conſultans, Germani ne, an Tyranni forent oppugnandi? primum ſibi illos depoſcit, quod Reip. eſſent hoſtes, hi vero duntaxat principum. Gothis igitur eorumque ſociis variis, ſed atrociſſimis præliis deuictis, victricia ſua arma in Alemannos quoque Italiam populantes conuertebat, eisque non procul a Benaco lacu ſuperueniens, manibus conſertis, tanta affecit clade, vt vix dimidia pars fuga ſibi conſulere triſtemque iacturæ ſuæ nuncium domum perferre poſſet. 6) Eadem fortuna Sueuos quoque & Sarmatas per duces ſuos fuit adortus, & vehementis-

Germanos ſtrenue arceret, in Illyricum properans deſcendit.

97) A. VICTOR c. XXX. in epitom. *amori dicuerſo pellicum dediſſe, Saloninæ coniugis, & concubinæ, quam per pactionem conceſſa parte ſuperioris Pannoniæ, a patre, Marcomannorum rege, matrimonii ſpecie ſuſceperat, Pipam nomine.* conf. eundem de Cæſarib. cap. XXXIII. vbi Pipæ, vel vt eam TREBELLIVS POLLIO *c. 3.* in vita Salonini Gallieni vocat Piparæ, parentem Attalum appellat. adde ZOSIMVM *c. l.*

98) AVR. VICTOR *de Cæſar. c. XXXIII.* EVTROPIVS *lib. IX. c. 6.* OROSIVS *lib. VII. c. 22.* & imprimis ZOSIMVS *lib. I. c. 31. — 37.*

99) A. VICTOR *c. XXXIII. de Cæſarib.* qui direpta Gallia Hiſpaniam eos poſſediſſe, vaſtatoque ac pene direpto Tarraconenſium oppido, nactisque nauigiis partem eorum in Africam vsque penetraſſe, ait. adde EVSEBIVM *in Chron. ad An. 266.* OROSIVM *lib. VII. c. 22.* & ex recentioribus SCHATENIVM *lib. III. p. 160. c. l.*

100) A. VICTOR c. XXXIII. de Cæſarib. *Alemannorum tunc equi Italiam - - poſſiderent.* EVTROPIVS *lib. IX. c. 6.* (οἱ Ἀλαμανοὶ, ὑπερβάντες τοὺς Ἄλπεις ὄρη, ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν ἐλθόντι. i. e.) *Alemanni tranſlatis Galliis in Italiam irruperunt.* OROSIVS lib. VII. c. 22. *Alemanni Gallias peruagantes etiam in Italiam tranſeunt.* adde EVSEBIVM *c. l.* ad An. 264. PROSPERVM AQVITANVM *in Chron.* apud LABBEVM *Tom. I. Bibl. nov. p. 37.* GREGORIVM TVRONENSEM *lib. I. hiſt. Franc.* & ex recentioribus AVENTINVM *lib. II. c. 38. §. 3. Annal. Boior.* cui Rege ſuo Chroco Moguntiaci Rhenum traiecisse & Chabillionem, Arelas, Auguſtam Treuerorum & Mediomatricum Galliæ vrbes in hac expeditione funditus deuaſtaſſe dicuntur. Sed negat hoc & Francis ſuis hæc geſta attribuit SCHATENIVS *p. 160. c. l.* Rhætiam interim temporibus hiſce turbulentis non minori maleficio Galliæ ciuitatibus ab Alemannis & Sueuis affectam fuiſſe, diſcimus ex *Eumenii Panegyrico filio Conſtantini M. dicto*, c. X. vbi inter alia: *principe Gallieno - - amiſſa Rhætia.*

1) EVTROPIVS Lib. IX. c. 6. *Pannonia a Sarmatis Quadisque populata eſt.* vid. etiam EVSEBIVM *c. l.* ad An. 266. & OROSIVM *lib. VII. c. 22.*

2) ZOSIMVS *lib. I. c. 29.* conf. etiam TREBELLIVM POLLIONEM *in vita Gallieni c. 6.*

3) TREBELLIVS POLLIO *c. V. c. l.*

4) Idem in vita Poſthumii *c. 3.* A. VICTOR *c. XXXIII. de Cæſarib.* EVTROPIVS *lib. IX. c. 7.* & EVSEBIVS *in Chron. ad An. 270.*

5) TREBELLIVS POLLIO *de Lolliano c. V.* EVSEBIVS *c. l.*

6) A. VICTOR c. XXXI. in epitom. *receptis legionibus aduerſum aciem Alamannorum haud procul a lacu Benaco dimicans, tantam multitudinem fudit, vt agre pars dimidia ſuperfuerit.* Conf. hic etiam CRVSIVM *Tom. I. lib. V. c. 4. pag. 111.* qui Benacum lacum, ſtagnum illud, iuxta Veronam ſitum, Germanis hodie Garderſee appellatum interpretatur.

7) Vid.

mentissime cum iis dimicans, florentissimam reportauit victoriam. 7) Læta igitur secundo hoc successu rerum Resp. Romana: Aſt Claudio breui poſt e vita decedente, mox noua calamitas hoc gaudium inſecuta. Vix enim Aurelianus, princeps Romanis neceſſarius magis, quam bonus, conſenſu militum, imperii frena ſuſceperat, cum Marcomanni, ruptis imperii limitibus, Vindelico peruagato & Rhetia direpta, ingenti multitudine, Italiam irrumperent, & Mediolanum vsque obuia quæque igne, ferro & præda vaſtantes, tanto omnia terrore ſui nominis complerent, vt tempora Marci & Gallieni rediiſſe non pauci crederent, Aurelianus quoque prælio cum iis congredi non auderet, pacatis niſi Diis. Conſulti itaque iuſſu eius Sibyllini libri, proditi verſus, luſtrata vrbs, cantata carmina, amburbium celebratum, ambarualia promiſſa, atque omnis, quæ in ſummo discrimine iubebatur, expleta. Verum dum, ſacris iſtis nondum penitus peractis, Aurelianus, cœco impetu ductus, prope Placentiam, omnibus ſimul exercitus ſui conſtipatione facta concurrere vellet, Marcomanni in fluuis latentes, & ſub veſperam improuiſe in Romanos irruentes, tanta eos ſtrauerunt clade, vt ea imperium ſolui crederetur. Victi tamen poſtea, mutato fortunæ curſu, Marcomanni, atque omni Italia eiecti, ad ſua rediere. 8) Liberati quoque Vindelici ab obſidione Sueuorum, 9) & Bonoſus, ingens helluo, Rhetico limiti, data ipſi in matrimonium Hunila, Gothicæ gentis virgine regali, ab Aureliano præfectus, quo hoc modo a Gothis cuncta per eum cognoſceret, & ſi quando legati Germanorum vndecunque gentium veniſſent, ipſis propinaret, eosque inebriando, ſecreta cordis per vinum exploraret. 10)

§. LXXXVIII. Sublato A.C. 275. Aureliano dolo Amicorum, Tacitus & Frater Florianus imperium deguſtarunt, & his quoque animam reddentibus, omnium applauſu Aurelius Valerius Probus in principatu ſucceſſit. Hic ſub initium ſtatim ſui regiminis ingenti cum exercitu Gallias petens, quæ omnes occiſo Poſthumio turbatæ fuerant & interfecto Aureliano ab Alemannis & Francis poſſeſſæ, tanta illic prælia feliciter geſſit, vt ab Alemannis Francisque ſexaginta ciuitates reciperet nobiliſſimas. Et cum iam in Romana ripa, imo per omnes Gallias ſecuri vagarentur, cæſis prope quadringentis millibus, qui Romanum occupauerant ſolum, reliquos vltra Nicrum 11) fluuium & Albim remouit, tantum his prædæ tulit, quantum ipſi Romanis abſtulerant. Contra vrbes Romanas & caſtra in ſolo Germanico poſuit, atque illic milites collocauit. Agros & horrea & domos, annonam Transrhenanis omnibus fecit, iis videlicet, quos in excubiis collocauit: nec ceſſatum eſt vnquam pugnari, quum quotidie ad eum Germanorum capita deferrentur, iam ad ſingulos aureos ſingula, quamdiu reguli nouem ex diuerſis gentibus venirent, atque ad pedes Probi iacerent: quibus ille primum obſides imperauit, qui ſtatim dati ſunt; deinde frumentum, poſtremo etiam vaccas atque oues. Dicitur iuſſiſſe his acrius, vt gladiis non vterentur, Romanam expectaturi defenſionem, ſi forent a quibus vindicandi eſſent. Sed viſum eſt id non poſſe fieri, niſi ſi limes Romanus extenderetur, & fieret Germania tota prouincia. Maxime tamen ipſis regibus conſentientibus, in eos vindicatum eſt, qui prædam fideliter non reddiderunt. Accepit præterea ſedecim millia tironum, quos omnes per diuerſas prouincias ſparſit, & compoſitis omnibus rebus, poſt hæc Illyricum petens, Rhætias in tranſitu ſic pacatas reddidit, vt illic nec ſuſpicionem quidem vllius terroris relinqueret. 12) Pacata itaque omnia: aſt Probo paulo poſt a militibus, quos moleſto ſemper

7) Vid. FL. VOPISCVS *in vita Aureliani c. 18.* cuius auſpiciis hæc victoria de Sueuis & Sarmatis fuit obtenta.

8) Conf. hic omnino FL. VOPISCVS *in vita Aureliani c. 18 - - 21.* vbi inter alia: *Quum autem Aurelianus vellet omnibus ſimul falſa exercitus ſui conſtipatione concurrere, tanta apud Placentiam clades accepta eſt, vt Romanum pene ſolueretur imperium. Et cauſa quidem huius periculi perfidia & calliditas barbarici fuit motus. Nam quum congredi aperto Marte non poſſent in ſyluas ſe denſiſſimas contulerunt, atque ita noſtros veſpera iucumbente turbarunt. Denique niſi diuina ope poſt inſpectionem librorum ſacrificiorumque curæ, monſtris quibusdam ſpeciebusque diuiuis impliciti eſſent barbari, Romana victoria non fuiſſet.* adde ZOSIMVM *lib. I. c. XLIX.* & A. VICTOREM *c. 35. d. Cæſar.* quibus tamen Marcomanni Alemanni dicuntur.

9) FL. VOPISCVS *c. XXXV. c. I.*

10) Idem in vita Bonoſi *c. XIV. & XV.*

11) Ita emendant textum VOPISCI & loco Nigri Nicer vel Neccarus legunt CASAVBONVS & GRVTERVS in notis ad eundem eisque conſentiunt B. RHENANVS *lib. I. pag. 9. rer. Germ.* AVENTINVS *lib. II. c. 42. n. 1. Annal. Boi.* CRVSIVS *P. I. lib. V. c. 6. p. 117. c. I.* & CLVVERIVS *lib. III. c. 4. Germ. antiqu.* Et licet SCHATENIVS *lib. III. p. 189. Hiſt. Weſtph.* ſub Nigro Vopiſci Viſurgim intelligat, VALESIVS vero *lib. V. rer. Francic.* Vicrum interpretetur, prioribus tamen vel ideo accedere, & Probum in hac expeditione Alemannos trans Nicrum, Francos vero trans Albim remouiſſe crederem malo, quod teſte B. RHENANO *c. I.* & LAZIO *lib. I. c. 8. de migr. gent.* mira adhuc in Nicri ripa antiquitatis Romanæ veſtigia cernuntur, a militibus Romanis procul dubio in hac expeditione Probi relicta; & Vopiſcus inſuper indicat, Probum poſt hæc circa Nicrum geſta Illyricum petiiſſe, & priusquam ibi aduenerit, Rhætias ſic pacatas reliquiſſe, vt illic ne ſuſpicionem quidem vllius terroris reliqueriit, Rhætia enim Nicro proxima quam ab hoc flumine Illyricum tendens Probus peragrare omnino neceſſe habuit.

12) Hactenus hanc Probi expeditionem contra Francos Alemannosque ſuſceptam verbis FLAVII VOPISCI in vita eius *c. XIII. - - XVI.* recenſuimus. Ipſe etiam Probus tales de hac obtenta victoria ad Senatum dedit Litteras: *Ago Diis immortalibus gratias P. C. quia veſtra in me iudicia comprobarunt. Subacta eſt omnis qua tenditur late Germania: nouem reges gentium diuerſarum ad meos pedes, imo ad veſtros, ſupplices ſtratique iacuerunt. Omnes iam barbari vobis arant, vobis iam ſerunt, & contra interiores gentes militant. Supplicationes igitur*

ſemper fatigaret labore, Sirmii in patria interemto, Alemanni vna cum Francis cognita Probi morte, reſumtis armis & propugnaculis in ſolo ſuo ab eo poſitis ſubuerſis, Gallicas incurſiones repetebant; & licet Carus, tum ſceptro potiens per filium Carinum, adiunctis ipſi fortiſſimis viris, belli Ducibus, aliquoties eos reprimeret, impedire tamen haud potuit, quo minus ſemper redirent, & cuncta igne præda & ferro, omnium terrore, vaſtarent. 13)

§. LXXXIX. Caro in expeditione Perſica fulminis tactu conflagrato eiusque filiis Numeriano & Carino altero dolo ſoceri Apri, altero in prælio cum Domitiano habito interemtis, Diocletianus quidem A. C. 284. imperii inſignia ſumſit, ſed remp. vndique concuſſam, & ſe tantæ molis imparem ratus, Maximianum Herculium adoptans, regiminis ſocium fecit, eique inter alia Germaniam, Galliam & Britanniam pacandam dedit. Prima itaque Maximiano cura, quomodo pacem & tranquillitatem in Gallia, a Bagaudis turbatam, reſtitueret; ſed vix miſerum illum furorem ſopiuerat, cum omnes Germaniæ nationes excidium vniuerſæ Galliæ minarentur, neque ſolum Burgundiones & Alemanni, ſed etiam Chaibones Erulique, viribus primi Germanorum, locis vltimi, præcipiti impetu in has prouincias irruiſſent. Contracto igitur contra eos exercitu, Maximianus Treuiris ad Rhenum proceſſit, & conſilio prius, quam vi bellum gerendum ratus, Burgundiones & Alemannos locis anguſtis intercluſos fame & ex fame orta peſtilentia confecit, Chaibones vero Erulosque aperto Marte aggrediens, ingenti ſtrage affecit. 14) Victi itaque Germani aſtutia Maximiani & fortunæ iniquitate, ſed non adeo attriti, quin vulnere hoc ſtimulum addente, vires adhuc ſupereſſent, quibus hanc cladem vlciſcerentur. Rheno enim ſequenti anno glacie congelato, tranſito hoc flumine, Gallias denuo vaſtabant & ipſo die, quo Maximianus Treuiri inter ſolennia ſacra & feſtiuos ludos plauſusque conſulatum inibat, agris ſæpe laudatæ vrbis imminebant. Sed par exitus huius expeditionis priori. Victi namque a Maximiano Alemanni, e Gallia non tantum diſturbati, ſed & inſtanti vere in propriis ſedibus ab ipſo aggreſſi, milite Romano prælii, cædibus, ferro igneque cuncta replente, feuerißimas ſuæ temeritatis dederunt pœnas. 15) Quies hinc ad tempus aliquod prouinciis Romanis ab Alemannis: aſt Diocletiano & Maximiano Iulium Conſtantium Chlorum & Galenium Maximianum Armentarium, creatos Cæſares, in affinitatem & conſortium imperii vocantibus, & priori quidem Britanniam & Rheni limitem contra irruptiones hoſtium tutandum concedentibus, Alemanni, priſtinis cladibus ad iram & vindictam laceſſiti, pace cum Burgundionibus, quibus cum ipſis hactenus negotium fuerat, facta, 16) bellum cum Romanis renouare tentarunt. Superatoque itaque glacie indurato Rheno, in Gallias ſe effundebant, & in Lingones delati, agros eorum non ſolum populabantur, ſed & Conſtantium Cæſarem cum exercitu obuium proſpera acie cædebant, ita vt ipſe faucius ex prælio cum exercitu ſuo ad Lingonum vrbem aufugiens, & poſtremum militum agmen ducens, portis metu hoſtili clauſis, in manus eorum viuus deueniſſet, ni ſune per mœnia demiſſo, in vrbem fuiſſet ſublatus. Ingens ex hac victoria Alemannis gaudium, ſed eadem, qua obtenta, die, in maiorem dolorem verſum, caſtris enim temere poſitis, cum mox longe lateque prædandi cauſa diuagarentur, & prouidus hoc videret Conſtantius, militibus & ciuibus congregatis, factaque apertis portis, poſt quinque horarum ſpatium, eruptione, incautis ſuperuenit eosque primum in campis Lingonum, poſt & iuxta Vindoniſſam adoriens, non ſolum ingenti clade affecit, ſed & omnem Galliam, dupplici hac deportata victoria, ab vlteriori eorum furore exemit. Cæſa in his prœliis ſupra ſexaginta millia Alemannorum memorantur, 17) & quo acrius eorum prædandi caſtigaret

veſtro more decernite. Nam & quadraginta millia hoſtium cæſa ſunt, & ſeptem millia armatorum nobis oblata, & ſeptuaginta vrbes nobiliſſimæ captiuitate hoſtium vindicatæ. - - Præda omnis recepta eſt, capta etiam alia & quidem maior, quam fuerat ante direpta. Arantur Gallicana rura barbaris bobus, & iuga Germanica captiua prebent noſtris colla victoribus: paſcuntur ad noſtram Alimoniam gentium pecora diuerſarum: equinum pecus noſtro iam fœcundatur equitatui: frumento barbarico plena ſunt horrea. Quid plura? illis ſola relinquimus ſola, nos eorum omnia poſſidemus. Volueramus P. C. Germaniæ nouum præſidem facere; ſed hoc ad pleniora vota diſtulimus. Quod quidem credimus conferre, quum diuina prouidentia noſtras vberius fœcundarit exercitus. Hactenus magnifice Probi litteræ, quas ex FL. VOPISCI *c. XV. c.l.* exſcribere placuit. conf. etiam de hoc bello EVSEBIVS *in Chron. ad An. 280.* EVTROPIVS *lib. IX. c. 11.* OROSIVS *lib. VII. c.24.* & ZOSIMVS *lib. I. c. 67. Hiſtor.*

13) Vid. FL. VOPISCVS *in vita Cari c. VII.* A. VICTOR *c. XXXVIII. de Cæſarib.* & EVTROPIVS *lib. IX. c. 12.*

14) MAMERTINVS *in Panegyrico Maximiano dicto c. V.*

15) Idem *c. VI. & VII. c.l.*

16) De hoc Alemannorum cum Burgundionibus ratione finium geſto bello ita MAMERTINVS in Genethliaco Maximiano dicto c. 17. *Burgundiones Alamannorum agros occupauere, ſed ſua quoque clade quæſitos. Alamanni terras amiſere, ſed repetunt.*

17) Hanc Conſtantio ab Alemannis illatam cladem, & reparatis viribus ab ipſo de Alemannis obtentam victoriam omnium optime his verbis deſcribit EVTROPIVS Lib. IX. c. 15. *per idem tempus a Conſtantio Cæſare in Gallia pugnatum eſt circa Lingones: die vna aduerſum & ſecundam fortunam expertus eſt. Nam cum repente barbari ingruentibus, intra ciuitatem eſſet coactus tam præcipiti neceſſitate, vt clauſis portis in murum ſumibus tolleretur, vix quinque horis mediis aduentante exercitu, ſexaginta fere millia Alamannorum cecidit.* Cui iungendi OROSIVS *lib. VII. c. 25.* EVSEBIVS *ad An. 300. c. l.* CASSIODORVS *in Chron.* & IORNANDES *de regn. & temp. Succeſſ. p. 114.* Alterius vero Conſtantii

ſtigaret licentiam, Conſtantius paulo poſt trans Rhenum quoque aduerſus eos ſuſcepit expeditionem. Capta in ea rex quidam Alemannorum, inter ipſas, quas moliebatur inſidias, ipſa Alemannia a ponte Rheni Moguntiacenſi ad Danubii tranſitum Guntienſem penitus vaſtata atque exhauſta, 18) & limes quoque Germaniæ Rhætiæque ad Danubii vsque caput porrectus: 19) vnicum in hac calamitate afflictis Alemannis ſolatium, ſocios habere malorum, Quados ſcilicet & Marcomannos, quos tunc temporis quoque a Romanis cæſos & proſligatos fuiſſe, annales eorum paſſim docent. 20)

§. XC. Mortuo A. C. 306. Conſtantio, & Conſtantino M. filio eius, auxiliis Eroci Alemannorum regis, 21) imperii habenas occupante, Alemanni quidem, ſuaſu & auctoritate huius regis, pacificos ſe & quietos ſub initium eius regiminis Romanos erga gerebant: Aſt Conſtantino paulo poſt præliis aliquot Francorum vires frangente, eorumque reges & reliquos captos, diris, inaudito exemplo, cruciatibus interficiente, & beſtiis quoque ad dilaniendum obiiciente, 22) Alemanni vna cum vicinis populis, diritate horum ſuppliciorum, quibus nemo veterum imperatorum liberam gentem vnquam tractauerat, commoti, & metuentes, ne Francis penitus deletis, iam ordo ipſos quoque tangeret, hæc mala præuertere & deteſtandum hoc facinus vleiſci conſtituerunt. Primum igitur Chamaui, Cheruſci, Vangiones, Tubantes & Alemanni ſigillatim, deinde pariter armati, conſpiratione fœderatæ ſocietatis, Romanis arma inferre tentabant: aſt tranſito nondum ab ipſis Rheno, Conſtantinus de hiſce conſiliis edoctus, & tutius fore ratus, præuenire, quam præueniri, incautis & nec tale quid metuentibus ex improuiſo ſuperuenit, eosque in propriis ſedibus adoriens, tanta affecit clade, vt cæſi pene innumerabiles, carti plurimi, quicquid pecoris fuit, interceptum aut trucidatum, vici omnes igne combuſti, & reges & puberes, qui viui in manus victorum venerant, ad pœnas ſpectaculi dati, ſæuientes beſtias ſua multitudine fatigarent. 23) Attriti itaque hac clade Alemanni, & videntes, ſe rem cum bellicoſo & vigilanti imperatore habere, pacem non ſolum, quam diu vixit Conſtantinus, cum eo coluerunt, ſed & negotium cum Maxentio & Licinio, imperii æmulis, habenti, diſſimulato internecino odio, perpetui adfuere ſocii, 24) domi interim amiſſas vires reparantes, quo maiori impoſterum impetu, data occaſione, Romanos adoriri, & illatas ſibi iniurias vindicare valerent.

§. XCI. Conſtantino igitur A. CCCXXXVII. fatis concedente, & grauiſſima inter filios ipſius Conſtantinum, Conſtantem & Conſtantium de diuiſione imperii orta altercatione, Alemanni commodam hanc occaſionem rati, priſtinas ſibi a Romanis illatas iniurias vindicandi, communi conſilio, vna cum Francis, quaſi claſſico dato ſigno, Rhenanas ripas tranſcenderunt, & hi quidem inferiores, Alemanni vero ſuperiores Galliæ prouincias incurſurant. 25) Sed nondum aderat fatalis ille terminus, quo Gallia in prædam harum gentium cederet: igitur a Conſtantino victæ & trans Rhenum pulſæ, inconfectis rebus, ad ſua redierunt. Interemto paulo poſt Conſtantino inſidiis fratris Conſtantis, & hoc quoque dolo Maxentii tyranni occiſo, Alemanni cognito horum principum interitu, & omnem Rheni limitem Magnentii cum copiis in Italiam diſceſſu a præſidiis pene nudatum cernentes, expugnationem Galliæ denuo tentarunt, maxime cum ipſe Conſtantius, quo Magnentii in Gallia vires diſtringeret, precibus & muneribus ad bellum hocce ſuſcipiendum eos concitaret. 26) Tranſito igitur Chnodomari regis auſpiciis Rheno, Decentium Cæſarem, a Magnentio ad tuendas Gallias relictum, & a tranſitu eos prohibere tentan-

ſtantii de Alemannis reportatæ victoriæ meminit EVMENIVS in panegyr. Conſtantino dicto: c. VI. *quid commemorem Lingonicam victoriam etiam imperatoris ipſius vulnere glorioſiorem? quid Vindonis campos, hoſtium ſtrage completos, & adhuc oſſibus repertos?*

18) EVMENIVS *in Panegyrico Conſtantio Cæſari dicto. c. II.* vbi vid. CELLARIVM *in not.* qui tranſitum hunc Guntienſem ad confluentes Guntiæ ponit, quod iam ante eum obſeruarunt B. RHENANVS *lib. I. p. 42. rer. Germ.* cui inſuper lectionem Guntienſem debemus, cum prior Continenſem & Continentem haberet, & WELSERVS *in Annal. Auguſtan. lib. III. p. 216.* hucusque itaque Alemanniæ limes orientalis tum temporis fuit extenſus. Adde de Rege in hac expeditione capto CRVSIVM *Tom. I. lib. V. c. 3. p. 122. c. l.* cui Erocus dicitur, idem ille, cuius auxiliis, A. VICTORE *in epitom. c. 36.* teſte, Conſtantinus M. poſtea imperium cepit.

19) EVMENIVS *c. III. c. l.* conf. etiam MAMERTINVS *in Panegyrico Maximiano dicto c. IX.* & in Genethliaco eidem Auguſto dicto *c. V.* qui tamen gloriam promoti huius limitis Rhætiæ Maximiano tribuit.

20) A. VICTOR. c. XXXIX. de Cæſarib. *Ceſi Marcomanni.* EVMENIVS c. l. c. X. *Quadi, Carpitotes proſligati.*

21) A. VICTOR *in epitom. c. XXXVI.*

22) V. NAZARIVS *in Panegyrico Conſtantino M. dicto c. XVI.* & qui hæc ſuſius recenſet EVMENIVS *in Panegyrico in honorem eiusdem Auguſti conſcripto c. 21.*

23) NAZARIVS *c. l. c. XVIII.* EVMENIVS *c. l. c. XII.* imprimis vero EVTROPIV. *L. X. c. 2.*

24) ZOSIMVS *lib. II. c. XV.*

25) De ſuſcepta hac Conſtantini iunioris aduerſus Alemannos expeditione obtentaque de iis victoria vid. SCHATENIVS *lib. IV. p. 201. Hiſt. Weſtph.* qui quod priores Ammiani libri, hoc bellum procul dubio referentes, iniuria temporis perierunt, reſtes huius rei adducit Conſtantini nummos percuſſos, in quibus victoriæ huius trophæa, cum laureato titulo: Alemanniæ deuictæ. conf. etiam SPANHEMIVS *de præſtant. & vſu numiſmat. Diſſ. VIII. p. 750.*

26) SOCRATES *in Hiſt. Eccl. lib. II. c. 1.* SOZOMENVS *lib. V. c. 1. & 2. Hiſt. Eccleſ.*

27) ZOSI-

tentantem, æquo marte congressi, non solum superarunt, 27) sed & deuicto eo, longe lateque diuagantes, dirutis vrbibus, vicis incensis, agrisque direptis, non exiguum Galliæ occuparunt tractum, quasi iure perpetuo possidendum. Gratus partim Constantio, partim ingratus hic nuncius: debellato itaque Magnentio Victor Galliam intrans, omniaque fœdum in modum ab Alemannis expilata & deuastata cognoscens, bellum contra eos, quos modo in auxilium aduersus Magnentium euocauerat, decernit. Magna tum temporis Guadomadi & Vadomarii fratrum & regum inter Alemannos auctoritas: hos, quod crebris excursionibus Gallias vastabant, armis primum adoriri, præter alios Constantius statuit. Omnibus igitur ad hoc bellum necessariis comparatis, exercitum primum prope Rauracos trans Rhenum tentat ducere; verum a resistente multitudine Alemannorum, grandinis instar ex vlteriori ripa tela in transituros emittente, prohibitus, alio in loco, indice regionum gnaro de vado edoctus, transitum nocturno tempore, nullo id opinante hoste, suscipit; nec Alemanni de hoc commonefacti vndique concurrentes, vlterius illum impedire potuerunt, sed reges eorum, discordiis internis laborantes, dirimentibus quoque auspiciis, vel congredi prohibente auctoritate sacrorum, missis ad Constantium legatis, delictorum potius veniam & pacem petierunt eamque facili quoque obtinuerunt negotio, Constantio fortunam belli experiri detrectante, quam semper aduersam erat expertus. 28) Rebus itaque ab hac parte compositis, Constantius Lentiensibus Alemannorum pagis, Rhætiam vastantibus, bellum quoque indicebat. Gloriosum hoc ab initio Alemannis; fuso enim Arbetione, magistro equitum, iuxta lacum Brigantinum in loca occulta & iniqua delato, non mediocrem de Romanis reportarunt victoriam: ast hac, vt fieri solet, elati, & ferocibus animis ipsa munimenta Romanorum incaute adorientes, a præsidiariis, eruptionem facientibus, repulsi, partam antea gloriam fœda fuga non parum contaminarunt. 29) His in Alemannia a Constantio perpetratis, Mediolanum ad hyberna ouans & lætus reuertit; sed vix ibi aduenerat, cum omnes Germaniæ, & Sarmatiæ nationes, noua conspiratione facta, Romanis vbique subiectas prouincias iteratis incursionibus vexarent. Franci enim, Alemanni & Saxones quadraginta ad Rhenum sitas expugnabant ciuitates, eisque prorsus deuastatis, ciues & incolas, infinitæ multitudinis, cum innumerabili spoliorum copia, secum abducebant; Quadi cum Sarmatis magna licentia & securitate per Pannonias perque Mysiam superiorem grassabantur, & Sueui denique Rhætiis molesti esse non desinebant. 30)

§. XCII. His igitur calamitatibus ad animum reuocatis, & quodnam ipsis remedium adhiberet, Constantius ambigens, fusu tandem Eusebiæ Coniugis, Iulianum, patruelem, e Philosophiæ scholis Athenis euocat, eumque Cæsarem & consortem imperii declarans, Germanico bello in Galliis, dum ipse in Pannoniam Mœsiamque, ad sedandas ibi Quadorum 31) Sarmatarumque motus proficiscitur, præficit. Hic superatis Alpibus ad Gallicas nationes, attributas sibi, peruenientes, Germanos omni licentia grassari, & obsidioni Augustodunensis vrbis intentos esse deprehendit. Contractis igitur copiis Romanis sub initium veris anni CCCLVI. Augustodunum primum, per veteranos milites, felici omine, recipit: ast postea in Alemannos per Decem Pagos mouens, eosque nubilo cœlo aggrediens, parum abfuit, quin hi, tramite obliquo per eius terga discurso, legiones duas arma cogentes adorti pene deleuissent, si subito concitus clamor sociorum auxilia non coegisset. Hinc maiori cura & prudentia progrediens, & ab exploratoribus edoctus, Argentoratum, Brocomagum, Tabernas, Salisonem, Nemetas & Vangiones & Moguntiacum ciuitates earumque territoria ab Alemannis habitari, primam omnium Brocomagum occupare decernit, eique iam appropinquanti, cum Alemannorum manus pugnam intentaret, captis nonnullis reliquos in fugam agit. 32) Recuperata postea quoque Colonia Agrippinensis, & licet sequenti hyeme Germanorum manus Iulianum, apud Sennones commorantem, per triceſimum diem, spe capiundi oppidi, oppugnaret, inedia tamen oppressi, inconfectis rebus, discedere cogebantur. 33) Exacta sic hyeme & Vere anni 357. redeunte, Iulianus dupplici exercitu contra Alemannos mouebat, quo fœuientes vltra solitum vagantesque fusius, multitudine geminata, forcipis specie trusi in anguſtias, cæderentur. Verum dum hæc meditatur Iulianus, Alemanni, intra vtriusque exercitus castra

27) ZOSIMVS *lib. II. c. 45.* AMMIANVS *lib. XVI. c. 12. Rer. gest. Roman.*

28) De hac Constantii aduersus Alemannos suscepta expeditione vid. AMMIANVS *lib. XIV. c. X. c.l.*

29) De hoc bello Constantii cum Alemannis Lentiensibus gesto vid. iterum AMMIANVS *lib. XV. c.4. c.l.*

30) Desumta hæc sunt ex ZOSIMI *lib. III. c.1.* cui iungendi EVTROPIVS *lib. X. c.7.* & AMMIANVS *lib. XVI. c. 10. & lib. XV. c. 8.* vbi inter alia refert: *Coloniam Agrippinam, ampli nominis vrbem in secunda Germania pertinaci barbarorum obsidione reseratam magnis viribus & delectam:* adde MAMERTINVM in Panegyrico Iuliano dicto c. IV. vbi: *florentissima quondam antiquissimaque vrbes barbari possidebant, Gallorum illa celebrata nobilitas aut ferro occiderat, aut immitibus addicta Dominis seruiebat.* Ipsum quoque imperium, teste EVTROPIO *c. l.* dubia iam calamitate nutabat.

31) De hac Constantii aduersus Quados suscepta expeditione fusius agit AMMIANVS *lib. XVII. c. 12.* fusos ab ipso, & ad obsides dandos, & captiuos reddendos, compulsos fuisse tradens.

32) Hæc gesta Iuliani refert AMMIANVS *lib. XVI. c. 2.*

33) AMMIANVS *lib. XVI. c.3. & c.4.*

34) Hæc

ſtra occulte transgreſſi, Lugdunum inuaſere incautam, eamque populatam niſu valido concremaſſent, ni clauſis aditibus repercuſſi, quicquid extra oppidum potuit inueniri vaſtaſſent. Qua clade contegi, redeuntibus quidem turmas aliquot equitum obuiam miſit Iulianus, aſt non niſi paucis interceptis, reliqui intacti & ingenti præda onuſti, ad ſua redierunt. Nec paulo poſt felicem hunc ex partibus Alemannorum ſucceſſum nouus excepit longe ſecundior. Præerat alteri exercituum Iuliani parti Barbatio magiſter peditum, hunc in terris Alemannorum frumento colligendo operam nauantem, improuiſo impetu pars Alemannorum aggreditur, ſequensque fugientem ad vsque Rauracos, & vltra, quoad potuit, rapta farcinarum & iumentorum, cum calonibus parte maxima, redit ad ſuos. 34) Quo nuncio de hac obtenta victoria ad reliquos Alemannos perlato, Reges eorum Chnodomarius, Veſtralpus, Vrius & Vrſicinus, cum Serapione, Suomario, Hortarioque in vnum, robore virium ſuarum omni collato, prope Argentoratum conuenere, extrema iam Romanis in Gallia minantes, ciuſque agris Iulianum abſcedere iubentes, quos virtute ſibi & ferro acquiſitos aſſerebant. Hic nihil territus, extrema experiri quam cedere maluit & contracto quoque omni exercitus ſui robore, Alemannis prope Argentoratum prælii copiam fecit. Magno in eo vtrimque furore concurſum, equites Romani, dextrum cornu tenentes, vulnerato rectore, in fugam acti, & iam integra Romanorum acies nutabat, cum Bataui ipſi Germani, celeri concurſu Romanis laborantibus opitulatum concurrerent, & Alemannos vndique Romanorum ordines turbantes, reprimerent, tunc demum tot ærumnis feſſi Alemanni, multitudini hoſtium terga dederunt & ad Rhenum vsque profligati, pars eorum fluctibus ſeſe commiſit. Cæſa dicuntur in hoc prælio ſex Alemannorum millia, plurimis inſuper armorum pondere in Rheno merſis: captus quoque Rex Chnodomarius cum ducentis comitibus & omnis denique Alemannorum turba Gallia ejecta. 35)

§. XCIII. Exultans hac victoria Iulianus, Alemannos iam in propriis ſedibus requirere decernit. Ponte igitur iuxta Moguntiam Rheno inſtrato, exercitu transmiſſo, proximas hoſtiles terras petit. Qua re territi Alemanni, primum, ſimulata pacis petitione, miſere legatos, cum verbis compoſitis, quæ denunciarent concordem fœderum firmitatem: aſt mutato conſilio, reſumtis armis & animo acerrimum Romanis minabantur bellum, ni finibus eorum exceſſiſſent. Quo comperto, Iulianus, prima noctis quiete octingentos milites nauigiis quibusdam impoſuit, cum mandato, vt ſecundum Rhenum vecti regionemque hoſtilem ingreſſi, obuia quæque ferro violarent & armis. His mandata exequentibus, cum Alemanni ex incendiis vicorum cognoſcerent, perruptas terras a Romanis vaſtari, deſertis inſidiis, quas per arcta loca & tenebroſa ipſis inſtruxerant, trans Mœnum ad opitulandum ſuis neceſſitatibus concurrerunt, & ſiluarum latebris, ſemitisque robore & cæſis abiectibus conſtratis impeditos ab vlteriori populatione retinuerunt. Neque enim amplius quid a Iuliano in hac expeditione geſtum, quam vt munimentum a Traiano quondam conditum, ab Alemannis vero deſtructum, tumultuario ſtudio repararet, & tres Alemannorum Reges, qui apud Argentoratum victis auxilia miſere, per decem menſes in fœdus reciperet, præſtito antea patrio ritu ſacramento, nihil inquietum acturos, ſed fœdera ad præſtitutum vsque diem cum munimento ſeruaturos intacto, frugesque portaturos humeris, ſi deſeciſſe ſibi doeuerint defenſores. His peractis milites trans Rhenum in hyberna reduxit. 36)

§. XCIV. Iuliano ſequenti anno CCCLVIII. bello contra Francos, Germaniam ſecundam populantes, immorante, Iunthungi Alemannorum pars, Italicis conterminans tractibus, Rhætias turbulente vaſtabant, adeo, vt etiam oppidorum tentarent obſidia, præter

34) Hactenus dicta iterum narrat ſæpe laudatus AMMIANVS *lib. XVI. c. 11.*

35) Memorant atrociſſimi huius apud Argentoratum prælii plerique Scriptores Romani, & inter hos imprimis AMMIANVS *lib. XVI. c. 12.* qui omnium accuratiſſime & magnificentiſſime illud deſcribit, LIBANIVS *in oratione funebri de laudibus Iuliani*, EVTROPIVS *lib. X. c. 7.* OROSIVS *lib. VII. c. 29.* & HIERONYMVS *in continuat. Chron. Euſeb. ad A. 361.* addi poſſunt CASSIODORVS *in Chron.* MAMERTINVS *in Panegyrico Iuliano dicto c. IV.* cui vna hac acie Germania vniuerſa deleta dicitur, vno prælio Alemannia debellata & A. VICTOR *in epit. c. 39.* vbi ſuperbe fatis, inquit: *iſte* Iulianus *in campis Argentoratenſibus apud Gallias cum paucis militibus infinitas hoſtium copias deleuit. Stabant acerui mortium ſimiles, fluebat cruor fluminum modo, captus Rex nobilis Chnodomarius, fuſi omnes opinantes, redditus limes Romanæ poſſeſſionis.* De numero cæſorum in hoc prælio Alemannorum Romani ſcriptores non conueniunt, ZOSIMVS enim *lib. III. c. 3.* gloriæ Iuliani plus æquo ſtudens, ſeraginta Alemannorum millia in campo conſtrata, totidemque vi fluminis abſumta fuiſſe tradit, cum contra AMMIANVS *c. l.* non niſi XXXV. millia Alemannorum conueniſſe referat, ex quibus VI. millia corporum inuenta fuiſſe in campo conſtrata, & inæſtimabiles mortuorum aceruos per vndas flumium ſublatos, quod & LIBANIVS *c. l.* confirmat. Campum prælii prope Argentoratum fuiſſe, omnes ſcriptores vnanimi ore referunt; inde locum non inuenit coniectura CLVVERII *lib. II. c. 12. Germ. antiqu.* tradentis, hanc pugnam Argentoratenſem dictam fuiſſe, non quod ſub ipſis Argentorati mœnibus pugnatum ſit, ſed quod notiſſima eius tractus vrbs eſſet Argentoratum, quæ tamen XV. millibus inde abfuerit. Contigit autem inſignis hæc Iuliani victoria in campis Argentoratenſibus Conſtantio IX. & Iuliano II. Coſſ. Anno Domini CCCLVII.

36) AMMIANVS *lib. XVII. c. 1.* conf. etiam hic B. RHENANVS *lib. I. p. 45.* qui munimentum Traiani, a Iuliano in hac expeditione reparatum, non procul a Mœno Rhenoque ſitum, & hodiernum Cronburgum eſſe tradit.

ter ſolitum. Miſſus ad eos repellendos cum valida manu Barbatio, qui, licet multos acerrime proſtrauiſſet, 37) reliquos tamen hac clade inflicta longe ferociores reddidit, vt pro ea vindicanda, non quiduis non aduerſus Romanorum prouincias machinarentur. Qua re comperta, Iulianus, præſtare ratus, vt non Romano, ſed Alemannico in ſolo, bellum gereretur, hoſtiles hos conatus præuenire ſtatuit. Deuictis igitur Francis, in ſuperiorem Germaniam cum exercitu mouens, ſuperato Rheno, Alemanniam denuo ingreditur, ibique obuiam habet Suomarium regem, pacem & præteritorum veniam orantem: qua quidem, ea tamen lege, conceſſa, vt captiuos redderet, & ſi opus, militibus alimenta præberet, ad Hortarii regis pagos pergit, eisque incenſis, pecoribus abductis, captis obtruncatisque incolis, hunc quoque ad conditiones pacis, paulo difficiliores adegit, ita, vt dimiſſis captiuis, carpenta quoque & materias ex fuis ſuorumque opibus præbere promitteret, quorum ope oppida & vrbes, priſtinis incurſionibus in Germania prima ſubuerſas, reſtaurare decreuit. 38) Victi hoc modo quidem Suomarius & Hortarius Reges, aſt non cæteri reges & populi vicini: Hos itaque cum vi aperta vincere non auderet Iulianus, Tiberium imitans, dolo adoriri conſtituit. Miſſus ea propter Hariobaudus, tribunus, ſpecie legationis ad Hortarium regem, vt dictum, iam pacatum, vt inde facilius ad collimitia progreſſus eorum, in quos erant arma protinus commouenda, ſcitari poſſit, quid molirentur, ſermonis Germanici perquam gnarus. Hoc iuſto tempore redeunte, & quæ ſcire deſiderauerat, Iulianum edocente, ipſe cum exercitu Moguntiam verſus mouebat, Rhenum ibi tranſiturus. Aſt Alemanni cognito imminenti periculo, Suomarium regem, amicum Romanorum ex pactione præterita, cuius pagi Rheni ripis adhærebant, monuerunt minaciter, vt a tranſitu Romanos arceret. Quo teſtante, reſiſtere ſolum non poſſe, in vnum cuncta omnis multitudo venit prope Moguntiacum, prohibitura magnis viribus Romanos, ne transmitterent flumen, videns hoc Iulianus, pontem non niſi magno multorum diſcrimine iungi poſſe, aliud conſilium capit. Iuſſus Lupicinus, trecentis militibus, quadraginta nauibus curſoriis impoſitis, obſcura nocte, per flumen tacite decurrere, & in vlteriorem ripam loco opportuno tranſitum tentare. Accidit tunc forte fortuna, an dolo Iuliani, ignotum, vt Hortarius rex, Reges omnes, & regales & regulos, ad conuiuium corrogatos, ad vsque vigiliam tertiam huius noctis retineret. His conuiuantibus Romani milites per flumen deuecti ex improuiſo ſuperueniebant, omnesque pene cepiſſent, ni tenebrarum equorumque adiumento periculo ſeſe ſubtraxiſſent. Tranſito hoc modo Rheno a parte Romanorum, hoc nuncio perculſi Reges eorumque populi, qui pontem, ne ſterneretur, ſtudio ſeruabant intento, retrocеſſerunt & neceſſitudines opesque ſuas transferre longius feſtinantes, Iuliano copiam fecerunt, vt difficultate omni depulſa, ponte conſtrato, cum reliquo exercitu, Alemanniam quoque ingredi poſſet. Tunc miles Romanus longe diuagabatur & vrens rapiensque omnia per medium infeſtorum regum ſolum, ad regionem vsque, cui Capellatii vel Palus nomen eſt, & vbi terminales lapides Alemannorum & Burgundionum confinia diſtinguebant, graſſabatur. Ibi Macrianus & Hariobaudus, fratres & reges, propinquare ſibi perniciem ſentientes, pacem precaturi aduenerunt, eosque ſecutus Rex Vadomarius, pacem quoque pro ſe & pro Vrio Vrſicino & Veſtralpo, regibus, obſecrans, 39) qua conceſſa, cum cœli rigor vlteriora prohiberet, Iulianus Pariſios reuerſus, exercitum quoque trans Rhenum in Gallias in hyberna reduxit. Hic paulo poſt Iuliano a militibus Gallicanis, quos inuitos ipſi Conſtantius dedi trahi & in orientem aduerſus Perſas transferri iuſſerat, per vim, Auguſto appellato, & nec litteris, nec legationibus Conſtantii, vt in ſtatum priſtinum nomenque reuertatur, commoto, Conſtantius magis magisque dolore ardens, atque talium impatiens, Alemannos mox pacatos, & imprimis Vadomarium, regem, contra eum denuo concitauit, quo, dum vicina ſibi vexarent collimitia, Iulianus, quem cum exercitu aduerſus ſe moturum audiuerat, hoc metu detentus, nusquam a tutela Rheni diſcedere poſſet. Commorante igitur vere anni CCCLX. propinquante Iuliano, vt diximus, Pariſiis, nuncio inopino diſcit, Alemannos a pago Vadomarii, iuxta Rauracos ſito, egreſſos, confines Rhætiis vaſtare tractus, nihilque ſinere intentatum manus prædatorias fuſius discurrentes. Ingratus hic nuncius Iuliano: hos tamen motus quo celerius ſedaret, Libinonem comitem cum expedita manu contra eos mittit. Hic, cum mature prope oppidum Sanctionem veniſſet, longe viſus ab Alemannis, qui iam certamina meditantes, ſeſe per valles abdiderant, inconſulte eos aggreditur, interque dimicandi initia ipſe primus concidit, & copiæ ipſius ab Alemannis in fugam aguntur. Territus hac clade adhuc magis Iulianus ad priſtinas artes conuerſus, quæ aperto marte non poterat, dolo iam exequi ſtatuit. Inuitatum igitur eis Rhenum

37) AMMIANVS *lib. XVII. c. 6.*

38) Idem *lib. XVII. c. 10.* cui quoad pacis conditiones a Iuliano cum Hortario pactas iungi poteſt LIBANIVS *c. l.* eadem fere referens. Adde quoque ZOSIMVM *lib. III. c. 4.* qui tamen principi ſuo mirum in modum adulari videtur, dum ingenti eum Alemannos prælio in hac expeditione ſuperaſſe, & ad ſaltus Hircynios vsque, capto filio Vadomarii Ducis, fugientes perſecutum fuiſſe memorat.

39) AMMIANVS *lib. XVIII. c. 2.* LIBANIVS *c. l.* adde de omnibus hiſce expeditionibus Iuliani Transrhenanis orationem eius ad S. P. Q. Athenienſem habitam, ex qua iudicare licet, an Iulianus plus damni in hac expeditione Alemannis intulerit, an hi illi.

40) AM-

num ad conuiuium Vadomarium & nil tale quid metuendum comprehendi & ad Hiſpanias mitti iubet; eoque feliciter ex voto peracto, ipſi alto ſilentio noctis Rhenum quoque transgreditur, & incautos ex improuiſo circumueniens Alemannos, quosdam occidit, orantes alios prædamque offerentes dedititios capit, reliquis, qui remanſere, pacem precantibus dedit, quietem pollicitis firmam. 40) Hoc ſucceſſu elatus omnibus in Germania compoſitis, quam iam diu meditatus aduerſus Conſtantium expeditionem, orientem verſus, ſuſcipit, & hoc paulo poſt apoplexia extincto, ipſe totius Imperii Romani moderator, Perſis quoque bellum vltro inferre ſtatuit. Aſt paranti hanc expeditionem, triſtes litteræ 41) Saluſtii, Galliarum præfecti, offeruntur, orantis, ſuſpendi expeditionem in Perſas, obteſtantisque, ne ita intempeſtiue hoc bellum ſuſciperet, ingentem enim Galliis ab Alemannis Francisque imminere procellam, quam niſi præſentia ſua auerteret, prouincias has in prædam harum gentium ceſſuras. Prudens hoc erat monitum, eoque tamen poſthabito, cum Iulianus nihilominus cœptis inſiſteret, & paulo poſt in ipſa hac expeditione extingueretur mox euenere, quæ prouida ſuſpicione Saluſtius prædixerat.

§. XCV. Cognita enim morte Iuliani, Germani, malorum memores, quæ ſub ipſo paſſi fuerant, quaſi claſſico exciti, perruptis limitibus, proximas ſibi vndiquaque prouincias incurſabant, & Sarmatæ quidem Quadique Pannonias, Franci Gallias, Alemanni vero easdem Gallias Rhætiasque ſimul populabantur, 42) hi etiam hac ex cauſa præter iam dicta, ſolito infeſtius moti, quod cum legatis eorum, miſſis ad aulam imperatoriam, certa & præſtituta ex more munera præberi deberent, minora & vilia ſunt attributa, quæ illi furenter agentes, vt indigniſſima, proiecere, tractatique aſperius ab Vrſacio, tunc magiſtro officiorum iracundo, ad ſuos reuerſi, factumque exaggerantes, vt contumelioſe deſpectos gentiles ſuos concitarunt. 43) Vbique itaque imperii limitibus a Germanis perturbatis, Valentinianus, qui poſt exceſſum Iuliani & Iouiani, principatum obtinuerat, tot hoſtibus occurrere ſe ſolum imparem videns, fratrem Valentem in conſortium regiminis adſciſcit, eoque ad tutandum orientalem limitem ordinato, ipſi occidentalem ſibi reſtituendum ſumſit. Miſſus ad hoc Dagalaiphus, militiæ rector, cum expedita militum manu, vt Alemannos, omnium tremendos, primum coerceret: Sed hic vaſtatis longius propinquioribus locis incruentos diſcedere permiſit. 44) Paulo poſt, cum per glaciales tractus hiemis rigidum inhorreſceret ſidus, turmatim egreſſa multitudo Alemannorum licentius per Gallias vagabatur & Chariettonem Séuerianumque comites Romanos cum aliquot cohortibus ſibi obuiam euntes nacta, Comitibus cæſis, copias eorum in fœdam quoque agebat fugam. 45) Qua clade cum vltimo mœrore percepta, Valentinianus denuo Dagalaiphum miſit, eoque vero diu cunctante, Iouinum, equitum magiſtrum, aduerſus eos ablegat. Hic Alemannos in tria agmina diuiſos ſecurius agere videns, incautis ex improuiſo ſuperuenit, & primum quidem prope Scarponna locum ad internecionem extinguit; poſt ad alterius globi perniciem mouens, hunc quoque iuxta flumen quoddam, otio & epulis vacantem adoritur & funditus delet; nec tertius cuneus manus ipſius aufugit, maturato enim itinere prope Catalaunos ad congrediendum promtiſſimum inueniens, hunc quoque inuadit, & Alemannis a primo auroræ exortu ad veſperum vsque concertatione protenta, aliquot Romanis cohortibus repulſis, egregie ſe defendentibus, amiſſis IV. millibus fauciorum & VI. aliis interfectorum, tandem in fugam agit. Captus in hoc prælio rex quidam Alemannorum, &, fœdo Romanæ crudelitatis exemplo, patibulo ſuffixus, quaſi ſuppliciorum acerbitate vincendi, qui virtute bellica plane non vel ſaltim difficile poterant frangi. 46)

§. XCVI. Occupato poſtea A. C. 368. Valentiniano bello contra Francos ſuſcepto, Rando, Regalis quidam, priſtinis cladibus excitatus, easque vlciſci flagrans, Moguntiacum,

40) AMMIANVS *lib. XXI. c. 3. & 4.* LIBANIVS *c. l.* & SOCRATES *lib. II. c. 1.* Hoc Sanctionem vero oppidum, iuxta quod Libino ab Alemannis cæſus, hodiernum oppidum Seckingen, in dextra Rheni ripa, ex aduerſo Rauraci agri ſitum, eſſe, tradit CLVVERIVS *lib. III. c. 4. c. l.* Captus Vadomarius, Dux poſtea Phœniciæ, AMMIANVS *c. l.* vtiles Romanis, Valente imperante, contra Perſas præſtitit operas. Idem *lib. XXIX. c. 1.*

41) AMMIANVS *lib. XXIII. c. 5.*

42) AMMIANVS *lib. XXVI. c. IV.* & ZOSIMVS *lib. IV. c. 3. & 9.*

43) AMMIANVS *lib. XXVI. c. 5.*

44) AMMIANVS *lib. XXVI. c. 5.*

45) AMMIANVS *lib. XXVII. c. 1.* Cladis huius Romanorum meminit quoque ZOSIMVS *lib. IV. c. 9.* inſuper addens: Valentinianum accepto hoc nuncio adeo exarſiſſe, vt Batauorum legionem, quæ prima hoſtibus terga dedit, exauctorare voluerit, exoratum tamen ab amicis ei tandem peperciſſe.

46) De triplici hac accepta clade Alemannorum vid. AMMIANVS *lib. XXVII. c. 2.* & ZOSIMVS *c. l.* qui Victoriam iſtam Batauorum legioni, quam, vt mox indicauimus, Valentinianus exauctorare voluit, imprimis tribuit, nouo argumento, Romanos, non niſi Germanis, Germanos vincere voluiſſe, adde quoque IDATIVM *in faſtis Conſular.* apud LABBEVM *Tom. I. Bibl. nov. Mstorum.* Scarponnæ autem loci, circa quam primam cladem Alemanni acceperunt, meminit itinerarium Antonini Imp. inter Diuidnrum - - Tullum & Diuodurum, & in Tabula Peutingeriana conſpicitur in leua Moſellæ ripa, non longe a fontibus huius fluminis, Tullii e regione verſus ortum. Inde ORTELIVS *in theſ. Geogr.* & CHIFFLETIVS *in H. V. cap. 5. p. 47.* illum interpretantur Scarpaigne, caſtrum ad Moſellam olim munitiſſimum nunc vicum Montioni ſeu ponti Montionenſi proximum. Nec incognitus Scarponnenſis pagus ab hoc caſtro ita appellatus, de quo vid. HADR. VALESIVS *in not. Galliar. h. v.* Geſta ſunt hæc omnia A. C. 367.

cum, cum expedita manu, irrepſit, eamque præſidiis vacuam, per inſidias expugnauit. Miſere hac occaſione in Chriſtianos fœuitum, quos more ſuo ſolennitatem quandam celebrantes, Alemanni partim iugularunt, partim in duriſſimam ſeruitutem ſecum abduxere. Nec iniuria hac irritatus Valentinianus hos motus ſtatim reprimere potuit, bello, vti diximus, aduerſus Francos adhuc intentus; cognoſcens tamen, Vithicabium regem, Vadomarii regis filium, primarium huius irruptionis eſſe auctorem, & nouos inſuper in Romanos bellicos ardores ſuccendere nunquam non allaborare, hunc ſibi præcipue perdere propoſuit, tentatumque aliquoties, cum nullo genere ſuperari & prodi potuit, fraude tandem alicuius miniſtri enecare curauit. Qua nece patrata, & Francico interim bello confecto, ad ipſam expeditionem in Alemanniam ſuſcipiendam ſeſe quoque accinxit, eamque, neceſſariis omnibus comparatis, tranſito Rheno, cum filio Gratiano ex improuiſo ingrediens, cuncta ibidem non leui terrore compleuit. Exploratis enim accelſibus, per medias Alemannorum terras exercitum ducebat, & cuncta tectorum ſatorumque per militum manus depopulans, ad locum vsque, cui Solicinio nomen, nemine reſiſtente, penetrabat. Hic demum Alemannos, præruptum & excelſum montem occupantes in armis reperiebat, quos poſtquam cum paucis ſpeculatum aduolaret, parum abfuit, quin viuus in eorum manus veniſſet. Collatis autem poſtea ſignis, cum eos in dicto monte, a fronte & a tergo, per arctoam partem, procliuem admodum, adoriretur, Alemanni, ingenti animi ardore, maſcule diu reſiſtentes, multitudini hoſtium victi tandem ceſſere, & diſperſi per ſiluas, earum latebris ſeſe amandarunt; Nec auſus Valentinianus vlterius eos proſequi, ſed Treuirem reuerſus, exercitum ſuum per hyberna quoque diſpoſuit. 47)

§. XCVII. Edoctus itaque hac expeditione Valentinianus, quam difficile ſit, Alemannos viaperta in propriis ſedibus debellare, & metuens inſuper, ne, viribus reſumtis, vindictæ cupidine, in Galliam redirent, omnem impoſterum eo intendebat neruum, vt ſecuritati huius proſpiciendo, illos ſimul occultis artibus attereret, & fractos tandem penitus ſubiugaret. Hoc fine Rhenum omnem a Rhætiarum exordio ad vsque Oceanum, magnis molibus communiebat, caſtra extollens altius & caſtella, turresque aſſiduas per habiles locos & opportunos, qua Galliarum extenditur longitudo, nonnunquam etiam vltra flumen ædificiis poſitis ſubradens Germanorum fines, quod imprimis circa Nicri ripas tentauit, vbi, loco commodo occupato, munimentum celſum & tutum exſtruxit. Nec Alemanni conſiliorum eius ignari, id impedire ab initio e re ſua duxerunt; verum cum & in Piri monte nouum moliretur opus, fraudem iam ſuſpicantes, per preces primum & ſupplicationes, poſtea vero, cum nec audirentur, nec quietum aliquid, vel mite, referri ſentirent, per arma quoque illud auertere contenderunt. Romanis itaque a cœpto opere, poſthabitis omnibus precibus, non deſiſtentibus, hoſtilis globus, ex abdito collis propinqui proſiliens, ſuperuenit, nudosque & humum geſtantes milites adoriens, tanta affecit ſtrage, vt cæſis quoque duobus primariis ducibus, ne vnus quidem præter Syagrium notarium, ſupereſſet, qui cladis huius ad Valentinianum perferret nuncium. 48) Hic mœſtus infelici hoc ſucceſſu rerum, & anxia ſollicitudine agitatus, quibus nouis commentis Alemannos coerceret, & Macriani imprimis regis faſtum frangeret, ſine fine vel modo rem Roma-

47) Hactenus dicta refert AMMIANVS *lib. XXVII. c. 10.* Triumphales vero ludos ob reportatam hanc de Alemannis victoriam Triuiris a Valentiniano inſtitutos, imprimis celebrat AVSONIVS in Moſella, ſub fin. Alemannos inſuper in hac expeditione vltra Nicrum Danubiique fontes remotos fuiſſe docens:

- - Auguſtæ veniens quod mœnibus vrbis
Spectauit iunctos ratique patrisque triumphos:
Hoſtibus exactis Nicrum ſuper & Lupodunum,
Et fontem Latiis ignotum annalibus Iſtri.

Adde B. RHENANVM *lib. I. p. 6.* & LATZIVM *de Rep. Rom. lib. I. c. 8. p. 55.* quibus Luppodunum, vltra quod, ſecundum Auſonium, in hac expeditione Alemannos propulit Valentinianus, eadem eſt arx, non procul a Danubii & Nicri fontibus ſita, quam maiores noſtri Lupffen dixere, & a qua nobiliſſima olim tractus eius comitum familia nomen ſortita, ſecus ac FREHERO, qui *in originib. Palat. Part. I. c. IV. & VII.* & in libro, quem priuatim de Lupoduno conſcripſit, nomen hoc ad oppidum Ladenburg, Nicro amni impoſitum, pertinere contendit. vid. CLVVERIVS *lib. III. cap. IV. Germ. antiqu.* De Solicinio loco etiam inter omnes non conſtat, CRVSIO enim *lib. VII. P. I. c. 2. p. 159. c. l.* dicitur hodiernum Sulz inter Moguntiam & Treuirim ſitum & B. RHENANVS *l. III. c. l.* locum eſſe putat Hercyniæ ſyluæ confinem, nec longe ab Heidelberga remotum, forte Billickeim. Sed omnium veroſimillima opinio CLVVERI, qui *lib. III. c. 4.* oppidum illud Sulz ad Nicrum amnem, olim forte Sulzen dictum interpretatur.

48) De conſiliis hiſce Valentiniani, Alemannos per munimenta, in ſolo eorum exſtructa, coercendi & ſubiugandi, deque illata ipſi eapropter ab Alemannis clade, fuſius, pro more, agit AMMIANVS *lib. XXVIII. c. 2. & lib. XXX. c. 8.* Ipſi autem munimenta a Valentiniano in Alemannia exſtructa quod attinet, de eo, quod circa Nicrum condidit, inter auctores non conuenit, WELSERO enim *lib. II. rer. Auguſt. p. 321.* eſt ipſum Lupodunum, haud ita procul a Nicri fontibus ſitum. CRVSIVS *P. I. lib. VIII. c. 3. p. 161.* illud Ladenburg, quod ad dextram huius amnis ripam conſpicitur, interpretatur, & SCHATENIVS plane *lib. IV. pag. 230. Hiſt. Weſtph.* Mannheim habet, ad confluentes Nicri & Rheni poſitum. Aliud vero dicendum de caſtro in Pirimonte conſtructo, hoc enim communiter de hodierna Heidelberga interpretantur, vid. FREHERVS *in orig. Palat. Part. I. cap. VIII. & X.* niſi quod HEROLDVS *de ſtat. legion. in veter. Germ. c. 19. de ciuitate* SPIRA, vbi iam S. Guidonis fanum exſtat, illud intelligit, ſed absque ſufficienti ratione, cum AMMIANVS *c. l.* hoc caſtrum non eis Rhenum, in territorio Romano, ſed in ſolo Alemannico, trans Rhenum, a Valentiniano exſtructum fuiſſe, expreſſe tradat.

49) Ha-

Romanam inquietis motibus confundentis, consilia alia, post alia probans, vltimum tandem decreuit, Burgundiones in eorum excitare perniciem, bellicosos & pubis immensæ viribus affluentes, ideoque metuendos finitimis vniuersis. Scripsit proinde frequenter ad eorum reges per taciturnos quosdam & fidos, vt Alemannis tempore statuto superuenirent, pollicitus ipse quoque transito Rheno se occursurum pauidis, pondus armorum vitantibus insperatum. Grataenter hæ litteræ acceptæ, maxime cum Burgundionibus perpetuæ fere lites salinarum finiumque causa cum Alemannis intercederent. Missæ igitur ceteræ lectissimæ, quæ cum antequam milites Romani, exstruendis munitionibus adhuc intenti, in vnum congregarentur, ad vsque ripas Rheni progressi, Romanis ipsis terrori fuere vel maximo. Hic paulisper morati, cum neque Valentinianus, vt spospondérat, die prædicto aduenisset, nec promissorum aliquid aduerterent factum, ad Romanos misere legatos, poscentes admonicula dari sibi redituris ad sua, ne nuda hostibus exponerent terga. Quod vbi negari per ambages sentirent & moras, mœsti exinde discesserunt & indignati, Regesque eorum hoc comperto, vt ludibrio habiti, fœuientes, captiuis omnibus interfectis, genitales terras repetierunt. 49) Alemannos interim, gentis ante dictæ metu dispersos, aggressus per Rhætias Theodosius, magister equitum, plurimisque cæsis, quoscunque cepit, ad Italiam, iussu Valentiniani, misit, vbi fertilibus agris acceptis, tributarii, Padum circumcolere iubebantur. 50)

§. XCVIII. Contusis hoc modo Alemannis, pax & quies biennio abhinc prouinciis Romanis, aft, hoc elapso, Macriano rege caput iterum extollente, iamque in Romanos adultis viribus exsurgente, Valentinianus, his curis discruciatus, aut viuum capere, aut per insidias e medio tollere, denuo tentare constituit. Prouisis itaque omnibus, quæ negotium poscebat, & ponte occulte, quam maxime potuit, Rheno superstrato, præmisso Seuero, magistro militum, cum pedestribus copiis, ipse cum reliquo exercitu Alemanniam quoque ingreditur, & iunctis viribus Mattiacas versus aquas vlterius pergebat. Hic militibus incendiis & rapinis contra mandatum imperatoris indulgentibus, ignium crepitu dissonisque clamoribus discursantium satellites Macriani exciti, idque quod acciderat, suspecti, carpento veloci impositum regem angusto aditu, circumfractis collibus, abdiderunt. Hac fuga Valentinianus defraudatus, ad vsque quinquagesimum lapidem terris hostilibus inflammatis, Treuiros rediit mœstus. Hic in Macriani locum Bucinobantibus Alemannis, qui iuxta Moguntiam incolebant, Fraomarium regem ordinauit, Bitheridem vero & Hortarium Reges, Tribunos in militiam conscripsit, e quibus Hortarius, proditus relatione Florentii, Germaniæ Ducis, contra Remp. Romanam quædam ad Macrianum scripsisse, Alemannosque optimates, veritate tormentis expressa, conflagrauit flamma pœnali. 51)

§. XCIX. Dum autem hæc a Valentiniano contra Alemannos peraguntur, nouus a Quadorum gente, orientem versus, oritur motus, nec sine iusta belli ratione. Iusserat Valentinianus nimia, vt iam antea monuimus, muniendorum limitum imperii cupidine incensus, Romana quædam præsidiaria castra, trans flumen Histrum, in ipsis Quadorum terris, quasi Romano iuri iam vindicatis, ædificari. Hoc cum accolæ, indigne ferentes, precibus & legatione missa, impedire haud possent, & Gabinius quoque eorum rex, ne quid nouaretur, modeste petens, a Marcelliano, Valeriæ Duce, vt adsensuro, humanitate simulata, cum aliis ad conuiuium corrogatus inter ipsas epulas, hospitalis officii sanctitate nefarie violata, secutus trucidaretur, atrocissima hac iniuria efferati Quadi & circumpositæ Sarmatiæ gentes, in vnum coactæ, prædatorias manus misere, quæ Danubium transgressæ Pannoniam & Mœsiam vastarunt, duas legiones Romanas funditus deleuerunt, & multis quoque incolarum trucidatis non paucos domum, cum multitudine varii pecoris, secum abduxerunt, quid? quod etiam parum abfuit, quin & in hac expeditione Constantii Imperatoris filiam, Gratiano Augusto nupturam & in Pistrensi villa cibum capientem viuam cepissent, & Sirmium quoque, Pannoniæ vrbs nobilis, præsidiis nuda, in manus eorum venisset, ni hæc Probi, præfecti Prætorio vigilantia conseruata, illa vero Messalla, prouinciæ rectore, prospero casu, periculo fuerit exemta. 52) Nuncio igitur huius cladis ad Valentinianum perlato, grauissimis curis tortus, anxius diu hæsit, in quos arma sua prius conuerteret, Quados an Alemannos, nondum pacatos: postremo demum, omnibus probe ponderatis, bellum aduersus Quados decernit. Ne autem, dum a tutela Rheni discederet, Gallia interim in prædam vicinarum gentium, & præcipue Macriani regis cederet, hunc

49) Hactenus AMMIANVS *lib. XXVIII. c.5.* Numerum vero exercitus Burgundionum exprimit HIERONYMVS in continuat. Chron. Euseb. ad An. 374. *Burgundionum LXXX. fere millia, quot nunquam ante, ad Rhenum descenderunt.* adde CASSIODORVM & PROSPERVM AQVITANVM *in Chron.* secundum quos & AMMIANVM accidit hæc Burgundionum aduersus Alemannos suscepta expeditio Valentiniano & Valente III. Coss. i. e. A. C. 370.

50) AMMIANVS *c.l.* cui iungi potest LACTANTIVS *in Panegyrico Theodosio Augusto dicto c.5.* vbi inter bellicas laudes huius Theodosii, qui pater erat Augusti, recensetur: *Compulsus in solitudines auias omnis Alemannus.*

51) Hæc omnia refert sæpe laudatus AMMIANVS *lib. XXIX. c. IV. & lib. XXX. c.5.* adde SCHATENIVM *c.l. p. 232.* cui Bucinobantes a siginis illuis Buchoniæ incolæ audiunt.

52) AMMIANVS *lib. XXIX. c.6.*

hunc prope Moguntiam ad colloquium amicum inuitare curat, eoque comparente perpetuum, & quoad viueret Macrianus, firmum cum ipſo pangit fœdus; quo ſolenni ritu conſummato, ipſe Treuiros ad hyberna conuerſus, maiori cura ad expeditionem aduerſus Quados ſuſcipiendam ſeſe accinxit, Macrianus vero in Francia, dum eam interneciue vaſtando perrumperet, paulo poſt vndique Mellobaudis, bellicoſi regis, indiis circumuentus, oppetiit. 53) Pubeſcente itaque vere anni CCCLXXV. Valentinianus a Treuiris motus, per nota itinera, celeri gradu, in Quadorum & Sarmatarum terras contendit ibique adueniens, ſtatim Sarmatas, cladibus aliquot a Theodoſio, Mœſiæ Duce, poſtea imperatore, attritos, pacem & præteritorum veniam, per legatos orantes, occurrere ſibi vidit, quorum precibus cum annuiſſet, contabulato, celeri ſtudio, ponte, Hiſtrum traiecit, Quadis illaturus bellum; verum his in editos & diruptos montes ſeſe recipientibus, agris eorum vaſtatis, vicis incenſis, & ætate, quæcunque inueniri poterat, promiſcue iugulata, incolumibus omnibus, quos ſecum duxerat, in hyberna Bregitionem rediit. Ibi cum Quadorum legati, de pace obtinenda acturi, paulo poſt adueniſſent, & inter alia ſuperbius adfeueraſſent: nihil ex communi mente procerum ſuæ gentis delictum in Romanos, ſed per extimos quosdam amnique confines euenisſe, quæ inciuiliter geſta; etiam id quoque, vt ſufficiens ad facta purganda addentes: munimentum exſtrui cœptum nec iuſte, nec opportune, ad ferociam animos non parum accendiſſe; Imperator ad hæc ira vehementi perculſus, ſanguinis impetu voce amiſſa, ſenſu integer repente exſpirauit. 54)

§. C. Inopina hæc Valentiniani mors inſignium calamitatum, quæ poſtea Romanum vndique concuſſerunt imperium, fatale fuit primordium. Vix enim rumor eius ad circumiacentes Germaniæ & alias gentes peruenerat, cum Hunni, Alani Gothique in oriente, Alemanni vero in occidente arma hactenus ægre ſepoſita, in manus reſumerent, & hi quidem violato fœdere, confertis globis, ſuperato glacie concreto Rheno in Gallias irruerent, & non niſi prædis onuſti ad ſua redirent. Ibi cum Lentienſes Alemanni a milite Romano, ſuæ gentis, negotio quodam ad lares reuocato, perdiſcerent, arceſſitu Valentis patrui Gratianum, qui cum fratre Valentiniano, patri Valentiniano in imperio ſucceſſerat, orientem verſus mox ſigna moturum, vt duplicatis viribus repellerentur Gothi & alii plagarum vicinarum accolæ, ad Romanorum excidium coniurati; Commodam hanc occaſionem rati, Gallia tota, cui per aliquot Secula auide inhiauerant, potiundi collectis omnium pagorum incolis, ad quadraginta bellatorum millia, Rhenum proruperunt & prope Argentoratum caſtra metati, obuia quæque ſuæ dicioni ſubiicere cœperunt. Quibus Gratianus cum formidine magna compertis, reuocatis cohortibus, quas in Pannonias præmiſerat, conuocatisque aliis, quas in Galliis retinuerat, omnibus Nannienum Ducem præfecit, eique Mallebaudem pari poteſtate collegam, regem Francorum, adiunxit. Iamque in conſpectum Alemannorum hi Duces cum exercitu Romano venerant, cum ſubito inter eos orta diſſenſione, milites ad prælium iam inſtructi ab eo retinerentur, hoc alta cupiditate pugnandi accenſo, in hoſtem absque mora ruendum, illo vero bellum trahendum, dum hoſtilis furor langueſceret, tutius aſſerente. Prævalvit tandem intrepidus Mallobaudis ardor, & manibus conſertis, tanta vtrinque virtute pugnatum, vt Alemanni non niſi milite Romano prius diſperſo, poſtea vero reſumtis viribus fidentius inſiſtente, in fugam agerentur, ac in hac quoque reſiſtentes, nunquam aliquid vltimæ rationis omitterent. Cæſi itaque maximam partem, ita, vt ex prædicto numero, non plus quam quinque millia, vt æſtimabatur, euaderent, denſitate nemorum tecta, inter plures alios audaces & fortes, rege quoque Priario interfecto, exitialium concitore pugnarum. Proſperi hac ſucceſſus fiducia Gratianus erectus, tranſito Rheno, vniuerſam delere ſtatuit turbarum auidam gentem. Sed Lentienſes, vrgentibus aliis fuper alios nunciis hoc cognito, impetu celeri obſeſſos petiuerunt inuiis cautibus colles, abruptisque per ambitum rupibus inſiſtentes, rebus caritatibusque ſuis, quas ſecum duxerant, omni virium robore propugnabant. Qua difficultate perpenſa, Imperator quingentos per ſingulas legiones lectos milites hos montes ſcandere iubebat; verum a meridie ad ſummam vsque noctem egregie ſe defendentibus Alemannis, multis quoque Romanorum cæſis & vulneratis, mutato conſilio, circumuallari eos placuit, inedia fatigandos. Sed nec hoc fracti, ſimili pertinacia reſiſtentes, peritiue locorum alios montes petentes, his, quos ante obſederant, altiores, Gratianus tandem pacem petentibus, eam conceſſit, & oblata iuuentute valida tyrociniis Romanis permiſcenda, reliquos ad genitales terras innoxios ire permiſit. 55)

§. CI.

53) Idem *lib. XXX. c. 10.*

54) De hoc bello Valentiniani cum Quadis geſto ſuſius agit modo laudatus AMMIANVS *lib. XXIX. c. 6. & lib. XXX. c. 5. & 6.* cui iungi merentur ZOSIMVS *lib. IV. c. 6.* A. VICTOR *c. 41. in epit.* OROSIVS *lib. VII. c. 32.* SOCRATES *lib. IV. c. 31. Hiſt. Eccleſ.* & HIERONYMVS *in Chron. ad An. 378. & epiſt. V. de contemtu Seculi.*

55) Hactenus dicta deſumta ſunt ex AMMIANI *lib. XXXI. c. 10.* de prælio vero ad Argentariam habito conferri merentur A. VICTOR *in epit. c. 43.* OROSIVS *lib. VII. c. 33.* HIERONYMVS *ad An. 378. c. l.* CASSIODORVS *in Chron.* qui illud ad conſulatum Gratiani IV. & Merobaudis, i. e. ad A. C. 377. refert, & IORNANDES *de regn. & tempor. ſucceſſ. p. 119.* Argentaria autem, iuxta quam hoc prælium commiſſum, & cuius itinerarium Antonini, tabula Peutingeriana & Ptolomæus in Tribocois meminit, hodie Colmar, vrbs clara Alſatiæ, dicitur, vt putat CLVVERIVS *lib. II. c. 12.* vel potius, vti cenſet

B. AME-

§. CI. His ita feliciter transactis, & dispositis omnibus, quæ pro temporum captu per Gallias res rationesque poscebant, Gratianus exinde digressus, ad opitulandum Valentio porrectis itineribus in Pannoniam ire tendebat; verum illo non exspectato eius aduentu infeliciter cum Gothis dimicante, & in fuga in casa quadam, igne ab hostibus supposito, concremato, Gratianus, se rebus administrandis cum fratre non sufficere videns, barbaris nationibus imperio vndique imminentibus, regiminis socium Theodosium delegit, eumque limiti orientali tutando præficiens, ipse Rhenum, quem se absente Alemannos Francosque denuo transiisse, & prædabundos in Gallias irruisse, per nuncios didicerat, repetiit; quo cum incredibili celeritate aduenisset, expeditionem statim aduersus vtramque gentem suscepit, bellumque, incertum qua fortuna ad Annum vsque 483. prosequens, 56) vltimo tandem a propriis militibus, se præ Alemannis & aliis Germanis, quorum more aliquando vestitus incedebat, despici suspicatis, & ea propter Maximum tyrannum e Britannia in Gallias euocantibus, proditus & desertus, prope Lugdunum profugus, iussu huius tyranni, violenta morte interiit. Qua cognita, Alemanni Iunthungi Rhætias, aut Maximo impulsore, aut fiducia ciuilium armorum illecti, incursarunt, eosque vt reprimeret, Valentinianus prudenti & felici Bautonis Franci consilio, Hunnos eis & Alanos, a fratre in subsidium aduersus Maximum euocatos, oppositi, quorum ope victoria potitus, eu tamen noluit vti, ne Maximo suspicionis ansam præberet, eiusque in se concitaret iram. 57) Hic vero non ex dignitate res sibi succedere putans, si solis imperaret iis nationibus, quæ Gratiano prius paruerant, de Valentiniano quoque regno deiiciendo cogitabat, deceptisque, insigni fraude, quos pro firmanda pace Valentinianus ad eum miserat, legatis, ingenti celeritate, nemine resistente, exercitum suum in Italiam ducebat, & fugato Valentiniano Aquileia quoque potiebatur. Verum ibi commoranti, nec tale quid metuenti, Theodosius, orientis imperator, precibus Valentiniani excitus, ex improuiso superuenit, proditumque a militibus suis Maximum, capite plecti iussit. Qua de tyranno debita sumta pœna, Valentinianus in patrium imperium restitutus, summa cum laude per aliquot annos illud administrauit, vsque dum A. C. 392. Arbogastis, magistri militum, cui ob summam erga se arrogantiam magistratum abrogauerat, dolo interemtus, imperium simul cum vita amitteret. Subrogatus occisi in locum, artibus huius Arbogastis, Eugenius Grammaticus, qui cum in Italiam progressurus, imperium orbis ibi stabilire vellet, prius sibi Alemannorum & Francorum reges per fœdera conciliare studuit, ne, se ex Galliis discedente, superato Rheno, hostiliter eas deuastarent; quod cum datis muneribus facile impetraret, 58) multosque ex eorum iuuentute legionibus suis adscripsisset, 59) his viribus auctus, ipsam expeditionem suscepit. Sed par eius, qui Maximi, exitus, victus enim a Theodosio ad Frigidum flumen & capite truncatus, meritas perfidiæ suæ dedit pœnas.

§. CII. Debellato itaque Eugenio tyranno, vniuersus orbis Romanus iterum in vnius Theodosii iura concessit, quo vero fato quoque A. C. 395. fungente, voluntate ipsius iterum inter filios eius fuit partitus, ita vt Areadius septendecim annorum puer orientem, Honorius vero, decimum annum agens, occidentem regendum obtineret, nomine quidem tenus, reuera autem totius principatus potestas per orientem penes Rufinum, Gallum, per occidentem in arbitrio Stiliconis, Vandali, esset, quos Theodosius parens, in testamento suo, his filiis suis minoribus curatores reliquerat. Primum hoc decrescentis imperii malum, cui mox alterum successit, longe funestius, discordia nempe & æmulatio curatorum eorumque erga minores suos perfidia: Cum enim omnia ex libidine sua gubernarent, dissidia & discordias inter fratres imperatores fererent, vterque, alius sibi, alius filio, affectaret imperium, &, quo facilius id obtinerent, certatim hostes vel immitterent, vel fouerent, factum, vt imperium, tanto sanguine hactenus defensum, in prædam exterarum gentium, communi consilio illud irruentium, tandem cederet, & sensim discerperetur. Vix itaque Honorius in occidente regale solium conscenderat, cum primis statim annis ingens exterarum gentium procella immineret; quippe Rufinus, structas sibi a Stilicone, vtriusque imperii tutelam affectante, insidias timens, quo eas euitaret, Alaricum Gothorum regem, pecunia sollicitatum, cum innumeris copiis Gothorum, Quadorum,

B. RHENANVS *lib. I. & III. rer. Germ.* Horburgum hodie est vicus non magnus, Ello flumini imminens & agro Colmariensi finitimus, adde STVMPFIVM *lib. III. c. 48. Chron. Helvet.*

56) Mortuo Valente, Gratianum nouam aduersus Alemannos Francosque Galliam incursantes, suscepisse expeditionem, constat ex AVSONII Panegyrico eidem dicto *c. 37.* hoc etiam bellum ad dictum vsque annum & mortem Gratiani protractum fuisse, disci potest ex SOCRATIS *lib. V. c. 11.* & SOZOMENI *lib. VII. c. 13. Hist. Eccles.* quæ vero ex vtraque parte hoc bello gesta fuere, plane ignoramus, quod Ammianus in his rebus gestis historiam suam abrumpit, reliqui vero scriptores ea quoque alto silentio prætereunt.

57) De hac incursione Rhætiarum ab Alemannis facta, vid. AMBROSIVS *resp. Sym. relat. & epist. 27.* vbi: *in medio Romani imperii sinu Iuthungi populabantur Rhætias.* Idem auctorem huius incursionis Maximum appellat in epist. ad eundem: *Tu fecisti incursari Rhætias*; & Valentinianum victoria sua vti nolisse, metu, ne concitaret in se Maximum, testatur idem *aduersus Iuthungum Hunnus asciitus est: Idem tamen, quia de finitimo proterebat Alemanniam, etiam de vicinia mali vrgebat Gallias, coactus est, triumphos suos deserere, ne tu timeres.*

58) GREGORIVS TVRONENSIS *ex Sulpitii Alexandri Historia lib. II. c. 9. Hist. Franc.*

59) OROSIVS *lib. VII. c. 35.*

60) Hanc

dorum, Marcomannorum aliorumque in Græciam immiſerat, 60) & Alemanni quoque Francique, cognita Theodoſii morte, perrupto Rheni limite, Rhætias & Gallias incurſabant, hi quidem inferiores, illi vero ſuperiores poſterioris partes. Igitur tam ſubito vndique imperii ruinæ imminentis nuncio perterritus Honorius, Stiliconem Ducem cum exercitu ad ſedandos hos motus ablegabat, qui per Rhætiam profectus, Rhenum flumen pernauigans, primum Alemannos, poſt & Francos quoque ad petendam pacem, mira felicitate, adegit, 61) & inde in Græciam, ad debellandos Gothos conuerſus, hos quoque armis ſuis coercuiſſet, ni ſubdolis Rufini artibus conſilia eius penitus ſuiſſent interuerſa. 62) Qua fraude poſtea cognita, Stilico ea laceſſitus, Rufinum, lateri principis hærentem, per orientales milites, Roma domum redeuntes, interfici curat, 63) & videns inſuper eos, qui Arcadianum imperium adminiſtrabant, animis erga ſe infeſtis eſſe, adiuncto ſibi Alarico, quem Italiam tum vaſtantem, tribus ad Haſtam, Pollentiam & Veronam vicerat prælijs, 64) ſocio, cunctas in Illyriis nationes ab Arcadio auertere, & Honorii regno adiicere cogitat. 65) Verum ea de re cum Alarico contrahenti, & non niſi commodam pacta exequendi exſpectanti occaſionem, inopinus adfertur nuncius: Radagaiſum Gothorum regem, adiunctis ſibi ex Tranſiſtrianis & Transrhenanis Germanicis nationibus, ducentis millibus, repentino impetu, Italiam inundaſſe, & deuaſtatis Tuſciæ agris, haud procul Roma, ſpe potiundæ vrbis, caſtra locauiſſe. Igitur abrupto hoc cum Alarico negotio, nouo huic & formidabili hoſti, ſine mora occurrere ſtatuit; ſed ſe ſolum tantæ multitudini imparem videns, Vldin & Sarum, Alanorum & Hunnorum Duces, ingenti mercede conductos, vna cum copiis ſuis in ſocietatem belli traxit, eorumque auxiliis Radagaiſum in aſpero & arido Feſulani montis iugo cum exercitu concluſum, & ſæua fame & ſiti laborantem eo vsque ad incitas redegit, vt ipſo in fuga capto & interfecto, reliqua eius plebs ad internecionem funditus deleretur. 66)

§. CIII. Inflatus hac incruenta victoria Stilico, altiores ſpiritus gerebat, neque contentus, quod ſub imperatore, genero, imperaret, iam Eucherium filium in imperio ſubſtituere, magno perfidiæ ſcelere, nitebatur. Quam ob rem Alaricum non ſolum, cunctamque Gothicam gentem datis magnis muneribus, occulto fœdere fouebat, ſed & Alanos, Sueuos, Burgundiones & Vandalos, vnde ipſe genus ducebat, magnis quoque donis illectos, clam ad incurſandas Gallias euocabat, ſperans, turbato rerum ſtatu milites neceſſario, a ſceleris conſciis incitatos, contemta Honorii ignauia, filium ſuum Eucherium ad imperium vocaturos, ſeque omnes has gentes vti excitaſſet, ſic in medio armorum curſu facile repreſſurum. 67) Igitur Alani, Reſpendiale Duce, per mediam Germaniam impune

60) Hanc gentium in Græciam & adiacentes prouincias factam irruptionem his verbis conſignat HIERONYMVS, teſtis horum temporum fide dignus epiſt. 3. ad Hel. *viginti & eo amplius anni ſunt, cum inter Conſtantinopolim & Alpes Iulias quotidie Romanus ſanguis effundatur, Scythiam, Thraciam, Macedoniam, Dardaniam, Daciam, Theſſaliam, Actiam, Epiros, Dalmatiam, cunctasque Pannonias Gothus, Sarmata, Quadus, Alanus, Hunni, Vandali, Marcomanni vaſtant, rabunt, rapiunt,* adde ZOSIMVM *lib. V. c. 5. &c.* cui auctor horum malorum & concitator dicitur Rufinus.

61) Sueuos ſub Honorio Rhætiam oppugnaſſe, colligi licet ex CLAVDIANO bellum Geticum deſcribente v. 280.

Non ſi perfidia nactli penetrabile tempus
Irrupere Getæ, noſtras dum Rhætia vires
Occupat - -

Et Alemannos quoque eodem fere tempore Gallias incurraſſe, poſtea vero Stilicone ibi aduentante ad patrios Lares reuerſos, teſtatur idem de IV. Honorii conſulat. v. 438.

Hunc tamen imprimis populos lenire feroces
Et Rhenum pacare iubes; volat ille citatis
Veltus equis, nullaque latus ſtipante caterua,
Aſpera nubiferæ qua Rhætia porrigit Alpes
Pergit, & hoſtiles, tanta eſt fiducia, ripas,
Incomitatus adit. Totum properare per amnem
Attonitos reges humili ceruice videres.
Ante Ducem noſtrum flauam ſparſere Sicambri
Cæſariem, pauidoque orantes murmure Franci
Procubuere ſolo. Iuratur Honorius abſens,
Imploratque tuum ſupplex Alemannia nomen.

conf. eundem *de Laudib. Stilic. lib. I. v. 222.* & in Eutrop. *lib. I. v. 394. ſeqq.* vbi plura de hac Stiliconis victoria, magnificentius licet & inflatius, quam verius, refert.

62) ZOSIMVS *lib. V. c. 7.* CLAVDIANVS *de IV. Honorii conſulat. v. 458. ſeqq.* & IORNANDES *de regnor. & tempor. Succeſſ. p. 121.*

63) ZOSIMVS *lib. V. c. 7.* IORNANDES *c. l.*

64) CLAVDIANVS *de bello Getico.* OROSIVS *lib. VII. c. 37.*

65) ZOSIMVS *lib. V. c. 26.* IORNANDES *c. l.* & P. DIACONVS *lib. XIII. c. 1.*

66) De hisce geſtis Stiliconis conferri poteſt OROSIVS *c. l.* AVGVSTINVS *lib. III. de Ciu. Dei c. 23. & Serm. 29. in Lucam*, IORNANDES *p. 122. c. l.* & P. DIACONVS *in Hiſt. miſc. lib. XIII.* eisque conſentit ZOSIMVS *lib. V. c. 26.* niſi quod numerum exercitus Radagaiſi ad quadringenta millia extendat & Stiliconem, non exſpectato eius in Italiam aduentu, contractis copiis, iſtroque traiecto, cum nec opinantem adgreſſum & ad internecionem cecidiſſe tradat. Sed probe pro ἑξήκοντα legendum eſſe ἄγων, cum LEVNCLAVIO obſeruat CELLARIVS *ad h. l.* hoc enim Italiæ flumen non longe a Ticino, Liguriæ vrbe, remotum, qua Stilico cum copiis ſuis aduerſus Radagaiſum, eodem Zoſimo teſte, profectus; & ſic reſtituto hoc textu, reliqua Zoſimi, ſi numerum Radagaiſi exercitus excipias, cum ſupra laudatis auctoribus in omnibus conueniunt. Adde CASSIODORVM & P. AQVITANVM *in Chron.* qui irruptionem Radagaiſi in Italiam ad conſulatum Stiliconis & Aureliani, victoriam vero Stiliconis, ad eius II. & Anthemii, i. e. ad A. C. 400. & 405. referunt.

67) De his artibus & perfidia Stiliconis, quibus plutimas gentes ad excidium imperii Romani concitauit, ita loquitur OROSIVS, ſcriptor probus & fide dignus Lib. VII. cap. 38. *quamobrem Alaricum, cunctamque Gothorum gentem pro pace optima & quibuscunque fœdibus ſuppliciter & ſimpliciter orantem, occulto fœdere fouens, publice autem, & belli & pacis*

pune vagantes, adiunctis sibi partim metu direptionis aut cædis, partim libidine prædæ in belli societatem Quadis, Marcomannis, Alemannis, Gepidis, Burgundionibus, Herulis & Saxonibus aliisque vicinis populis, ad Rhenum perrexerunt, eosque secuti Vandali, Godegisilo rege; qui, cum per Franciam vi tentarent iter, a Francis id prohibentibus, ad internecionem pene deleti fuissent, ni Respendial, cum agmine suo prægressus, laborantibus auxilio venisset, & profligatis Francis, de salute iam desperantes ab imminenti periculo opportune liberasset. 68) Obtenta itaque hac de Francis victoria, nemine amplius resistente, Alani Respendiale Rege, Vandali Gunderici, filii Godegisili in prælio cum Francis cæsi, auspiciis, Sueui Hermerico Duce & Burgundiones ductu Gundicarii, Rhenum, glacie obduratum, & Stiliconis dolo præsidiis nudatum, pridie Calendas Ianuarias A. C. 406. traiecerunt, & quicquid inter Alpes & Pyrenæum est, quidquid Oceano & Rheno clauditur occupantes, vniuersas Gallias fœdum in modum deuastarunt; capta enim Moguntiacum, & multis hominum millibus interfectis, euersa, Vangiones longa obsidione delecti, Remorum & Rauracorum vrbes præpotentes expugnatæ & excisæ, Ambiani, Attrebatæ, Morinique, Tornacum, Nemetes & Argentoratum in Germanicam ditionem redactæ, & Aquitanniæ quoque, Nouemque populorum, Lugdunensis item & Narbonensis prouinciæ, præter paucas ciuitates, populatæ. 69)

§. CIV. Quemadmodum autem nulla calamitas sola, ita misere afflicto imperio iam noua imminebat ab aquilone tempestas: Territi enim memorata gentium in Gallias irruptione Britanni milites & veriti, ne iis penitus subactis, vlterius progrederentur, concitata seditione, quo id sub Ducis auspiciis eo facilius auerterent, Marcum primum, & post eum Gratianum, Augustos salutarunt, eisque vero moribus suis non respondentibus statim enecatis, vltimum demum Constantinum, gregarium militem, nudi nominis ominisque causa, in imperio substituerunt. 70) Is ordinatis omnibus, quæ ad securitatem huius insulæ pertinere videbantur, ea relicta, hostili animo in Galliam traiecit, 71) & conciliatis sibi legionum Gallicarum animis, illectisque in societatem belli Francis Alemannisque, 72) omnes hos populos, Gallias turbantes, eis disturbare decreuit. Acri itaque

cis copia negata, ad terendam, terrendamque rempubliçam refrenauit; præterea gentes aliat copiis viribusque intolerabiles, quibus nunc Galliarum, Hispaniarumque prouinciæ premuntur, hoc est, Alanorum, Sueuorum, Vandalorum, ipsoque simul motu impulsorum Burgundionum, vltro in arma follicitans, deterso simul Romani nominis metu, sustinuit; eas interim Rheni ripas quatere, & pulsare Gallias voluit, siperans miser sub hac necessitatis circumstantia, quia & extorquere imperium genero posset in filium, & gentes barbaras tam facile comprimi, quam commouiri valerent. Orosio in omnibus contestit eiusque fere verbis vtitur P. DIACONVS *lib. XIII. c. l.* & qui iam ante hunc claruit IORNANDES *p. 122. c. l.* adde HIERONYMVM *in ep. II. ad Ageruchiam*, qui, calamitates, quibus sua ætate imperium Romanum afflictabatur, non vitio principum, Honorii & Arcadii, sed scelere semihabti proditoris, vti Stiliconem appellat, accidisse tradit.

68) De clade hac Vandalorum a Francis, transitum eis per terras suas prohibentibus, accepta, ita loquitur RENATVS PROFVTVRVS FRIGERIDVS apud GREGORIVM TVRONENSEM Lib. II. c. 9. *interea Respendial Rex Alanorum, Goare ad Romanos transgresso, a Rheno agmen suorum conuertit, Vandali Francorum bello laborantibus, Godigisilo Rege absumto acie, viginti ferme millibus ferro peremtis, cunctis Vandalis ad internecionem delendis, ni Alanorum vis in tempore subueniisset.* Francos vero postea superuentu Alanorum quoque cæsos & fugatos fuisse, testatur. OROSIVS Lib. VII. c. 40. *interea ante biennium Romana irruptionis, excitata per Stilichonem gentes Alanorum, vt dixi, Sueuorum, Vandalorum multæque cum his aliæ, Francos proterunt, Rhenum transeunt, Galliasque inuadunt, directoque impetu Pyrenæum vsque perueniunt, cuius obice ad tempus repulsæ, per circumiacentes prouinciat refunduntur.*

69) Hos gentium motus & irruptiones, instigante Stilicone, in Gallias institutas, omnium optime describit & Occidentis simul ruinam deplorat, HIERONYMVS, teste σύγχρονῳ, cit. epist. ad Agerauch. *innumerabiles & ferocissimæ nationes vniuersas Gallias occupauerunt. Quicquid inter Alpes & Pyrenæum est, quod Oceano & Rheno includitur, Quadus, Vandalus, Sarmata, Alani, Gepides, Erulj, Saxones, Burgundiones, Alemanni, & ô lugenda Respublica! hostes Pannonii vastarunt. Etenim Asfur venit cum illis. Moguntiacum nobilis quondam ciuitas capta, atque subuersa est, & in Ecclesia multa hominum millia trucidata. Vangiones longa obsidione deleti. Remorum vrbs præpotens, Ambiani, Atrebata, extremique hominum Morini, Tornacum, Nemeta, Argentoratus, transtulæ in Germaniam. Aquitaniæ, Nouemque populorum, Lugdunensis & Narbonensis prouinciæ, præter paucas vrbes populata sunt cunctæ; quas & ipsas foris gladius, intus vastat famet. Nec possum absque lacrimis Tolosæ facere mentionem, quæ vt hucusque non ruerat, sanctæ Episcopi Exsuperii merita præstiterunt. Ipse Hispaniæ iam iamque perituræ, quotidie contremiscunt, recordantes irruptionis Cimbricæ; & quidquid alii sæcul passi sunt, illa semper timore patiuntur. Olim a mari Pontico vsque ad Alpes Iulias, quæ erant nostra, non nostra sunt: & per annos XXX. fracto Danubii limite in medijs imperij Romani regionibus pugnatur.* Cui iungendus SALVIANVS *lib. VI. & VII. de prouidentia Dei*, qui Vandalos cæterosque barbaros per prouinciam Germaniam, cognomine primam, deinde per Belgicam & Aquitaniam iter fecisse, hisque regionibus igne & ferro vastatis, singula Galliarum membra lacerauisse & Moguntiacensium atque Basiliensium ciuitates ab eisdem excisas atque deletas fuisse, commemorat, & P. AQVITANVS *in Chron.* qui cum CASSIODORO *c. l.* hanc gentium in Gallias irruptionem ad Consulatum Arcadii VI. & Probi i. e. ad A. C. 406. refert. adde OROSIVM & P. DIACONVM *c. l.*

70) Vid. ZOSIMVS *lib. VI. c. 3.* OROSIVS *lib. VII. c. 40.* IORNANDES *p. 123. c. l.* & P. DIACONVS *lib. XIII. c. l.* Annum vero cœptæ huius rebellionis indicat P. AQVITANVS *in Chron.* scilicet 407. post C. N. Honorio VII. & Theodosio II. consulibus.

71) ZOSIMVS & OROSIVS *c. l.*

72) SOZOMENES *in hist. Eccles. lib. IX. c. 13.*

que prælio commisso, victoria quidem potitus est, sed quod fugientes non esset insecutus, scopum suum nullo modo obtinuit. Resarcita enim, quam acceperant, clade, & collecta nova gentilium multitudine, omnes hi populi mox rursus Constantino pares euaserunt: 73) quod ille cernens, iam alia via incedendum ratus, quouis modo eos sibi deuincire contendit; verum incertis semper illusus fœderibus, 74) posthabita eorum amicitia, vltimo demum ad Hispaniarum occupationem sese accinxit, sperans hac reportata, se non solum structas sibi ab Honorio insidias euasurum, sed & vlteriores Germanorum motus maiori impetu repressurum. Igitur, liberatus a Valentiæ, qua paulo ante a Ducibus Honorii cingebatur, felicissimis Ducum suorum Edobinchi & Gerontii auspiciis, obsidione, 75) dum ipse Rheni limites Alpiumque claustra præsidiis validis munit, 76) filium Constantium, habitu Cæsaris indutum, cum barbaris quibusdam, Honorianis cognomine, aduersus Dydimum & Verinianum, fratres & propinquos Honorii, in Hispaniam mittit, qui ambobus in Lusitania acie superatis, captis & interemtis, omnem quidem prouinciam obtinuit, 77) sed remota rusticorum fideli & vtili custodia, & temere Honorianis Pyrenæi montis clausturorumque concredita cura, cunctis simul gentibus, Gallias tunc peruagantibus, commodam occasionem dedit, eam irruendi & nemine resistente occupandi. Vix enim his peractis a patre euocatus in Galliam redierat, cum milites Honoriani prædæ & rapinis dediti, quo magis scelus impunitum foret, atque ipsis sceleris plus liceret, prodita Pyrenæi custodia clausturisque patefactis, Vandalos, Sueuos, Alanosque per Gallias effusos, inuitarent, vt iunctis sibi viribus Hispaniarum possessiones inuaderent sibique vindicarent. 78) Grata his gentibus hæc militum inuitatio; igitur relicta Gallia, superatis sine mora montibus Pyrenæis auide eam ingrediuntur, & occupatis longe lateque agris eos ita inter se diuidunt, vt Sueui & Vandali Bæticam, & Gallicianı, Alani vero Lusitaniam cum Carthaginensi tractu fortirentur, sola Tarraconensi prouincia Romano populo relicta, quæ fortiter defensa ad breue tempus ægre fuit conseruata. 79)

§. CV. Hactenus itaque indulgentia & perfidia Stiliconis summa imis, ima summis vndique in imperio commixta, ast non diu post A. C. 408. proditor ille, iusto Dei iudicio, debitas luit pœnas. Mortuo enim Arcadio in oriente, cum Honorius eo proficisci, & qui Arcadio succederat, res Theodosii constituere cuperet, Stilico vero idem illud iter suscipere & quæ stabiliendo huius pupilli imperio facerent, ordinare cogitans, sub vario prætextu, principi suo illud dissuaderet; hic ægre hoc ferens & ab aulicis insuper, interque

73) ZOSIMVS *lib. VI. cap. 3. c. 1.*
74) OROSIVS *lib. VII. c. 40.*
75) ZOSIMVS *lib. VI. c. 2.*
76) ZOSIMVS *lib. VI. c. 3.*
77) De hac Hispaniarum occupatione per Constantium, filium Constantini tyranni, consulendi ZOSIMVS & OROSIVS *c. l.* eisque iungendus SOZOMENES *c. l.* vbi Franci & Alemanni socii eius in hac expeditione expresse recensentur.

78) Ita hanc Hispaniarum iacturam imprudentiæ Constantii & perfidiæ militum Honorianorum tribuit OROSIVS *lib. VII. c. 40.* secus ac ZOSIMVS, qui ne quam Stiliconis sui memoriæ notam inurat, *lib. VI. c. 5.* vt recte obseruat VALESIVS *lib. III. rer. Franc. p. 167.* a Gerontio, Constantino infenso, quod alium, quam se Ducem, cum Constante filio in Hispaniam misisset, barbaros Transrhenanos accersitos in Galliam, post & in Hispaniam transisse tradit.

79) De hac Hispaniarum per Alanos, Vandalos & Sueuos occupatione, præter iam allegatum OROSIVM & ZOSIMVM *c. l.* omnino videndus ISIDORVS HISPALENSIS *in Historia Vandalorum & Sueuorum* apud LABBEVM *Tom. I. Biblioth. nov. MStorum*, vbi inter alia ad Æram 446. hist. Sueu. inquit: *Sueui principe Hermenrico cum Alanis & Vandalis simul Spanias ingressi sunt, atque omnem Galliciam cum Wandalis occupant.* Eique ex veteribus iungendi GREGORIVS TVRONENSIS *lib. II. c. 2. c. 1.* P. DIACONVS *lib. XIII. in f. hist. miscell.* CASSIODORVS & P. AQVITANVS *in Chron.* & IDATIVS *in fast. Consul.* qui posteriores omnes hanc irruptionem ad Honorii VIII. & Theodosii III. consulatum, i. e. ad A. C. 409. referunt; nec euoluere ex recentioribus pœnitebit ROD. SANCTIVM *P. I. c. 7. & 10. Histor. Hisp.* ALPH. A CARTHAGENA *in anacephal. Reg. Hisp. c. VI. p. 253.* L. MARINVM SICVLVM *de reb. Hisp. memorabil. lib. VI. p. 353.* FR. TARAPHAM *de orig. ac reb. gest. Reg. Hisp. sub Honorio pag. 539.* IO. VASAEVM *in Chron. ad An. 415.* & IO. MARIANAM *lib. V. c. 1.* qui omnes extant inter scriptores rerum Hispanicarum, qui A. C. 1603. ex bibliotheca ANDR. SCHOTTI Francofurti in IV. Tom. in fol. coniunctim prodierunt. De diuisione vero terrarum Hispanicarum inter has gentes, ita loquitur iam semel laudatus ISIDORVS, Aera 449. *tandem barbari ad pacem ineundam Domino misericorditer conuersi, sorte in possessionem sibi eius prouincias diuidunt. Galliciam enim Sueui occupant, Alani Lusitaniam & Carthaginensem prouinciam, Wandali autem cognomine Silingi Bæticam sortiuntur. Spani autem per ciuitates & castella refidua plagis afflicti barbarorum dominantium se seruituti subiiciunt.* Quibus iungenda, quæ habet ad æram 446. *Wandalis autem in Africam transfretantibus, Galliciam sibi Sueui sortiti sunt.* Cum ex his constet, Sueuos non statim ab initio integram Galliciæ prouinciam obtinuisse, sed ad tempus aliquod cum Vandalorum parte, communi fœdere, ibi regnasse, vsque dum, his in Africam traiicientibus, reliquis quoque potirentur; his postea Rex Rechila virtute sua Bæticam, nec non Carthaginensem prouinciam adiecit. ISIDORVS ad æram 470. Quæ vero facta eorum heroica & bella cum Alanis, Vandalis, Romanis & ab his contra eos in Hispaniam euocatis Wesigothis gesta attinet, de his, quod longum foret, omnia secundum ordinem recensere, præter iam allegatos auctores conferri merentur, IORNANDES *de rebus Geticis*, R. TOLETANVS *in Hist. Alan. Vandal. Siling. Sucuor.* & præcipue *in Hist. Ostrogothor.* MICH. RITIVS *de regib. Hispan.* & GARCIAS nec non LAMBERTINVS *in Hist. Hisp.* Hoc tantum adhuc monendum, Sueuorum hunc in Hispania dominatum per CLXXVI. annos, ad annum vsque DLXXXV. durasse, quo Leuigildus Gothorum rex eo fuit potitus, atque vltimo eorum rege Audica capto & monasterio mancipato, omnem potestatem & iura transiuit in suos Gothos.

80) Ita

que eos præcipue Olympio, ſplendido Palatino munere fungente, vndique diuulgantibus: Stiliconem non aliam ob cauſam iter illud in orientem ſibi demandari curaſſe, quam vt Theodoſio minori morte per inſidias ſtructa, regnum Eucherio filio ſuo traderet, excitatus, miſerum Rauennæ commorantem, & Eccleſia, quo conſeruandæ vitæ gratia aufugerat, extractum, per milites ablegatos interfici iuſſit: 80) qua quidem morte auctor & promotor omnis mali, imperium Romanum afflictis, extinctus. ſed non ipſæ quoque calamitates ſublatæ: quippe qui maximam Hiſpaniarum partem ſibi ſubiecerant, Alani, Sueui & Vandali, vaſtationes & neces cruentis excurſibus in reliquas Romanæ ditionis terras continuo exercere non intermittebant, 81) cum interim, qui prioribus annis eorum ſocii ad Rhenum ſubſtiterant, Burgundiones, firmas in ſuperioribus Galliarum partibus ſedes figerent, 82) & qui hactenus eas quoque turbauerat Conſtantinus tyrannus, purpuram plane ac Auguſtalem dignitatem, turpe dictu, Honorio extorqueret. 83) Nec temperabant ſibi antiqui imperii hoſtes, Alemanni Francique in viſcera eius ſæuire: perpetui enim laudati modo tyranni in bellis ſocii, Gallias quoque percurſabant & ruinæ proximis ferales inferebant manus; 84) ipſæ harum prouinciarum & Britannicæ inſulæ incolæ & nationes, non paucæ numero, furori barbarorum a Romanis relictæ, ab ipſis deficiebant, & horum Legibus non amplius obedientes, in priſtinam libertatem ſeſe vindicabant; 85) & ne Italia quoque ab his cladibus intacta maneret, Alaricus, qui hactenus quiete ſe geſſerat, eam non ſolum igne & ferro vaſtabat, ſed & adiunctis ſibi triginta barbarorum millibus, quorum neceſſarios a Stilicone per præſidia Italiæ diſpoſitos, deteſtabili exemplo, contra datam fidem Romani trucidauerant, 86) & capta ac direpta vrbe Romana, 87) quæ totum olim orbem cepit, collocatoque Attalo præfecto huius vrbis in Auguſtali ſolio, purpura coronaque cincto, tantum Honorio, Rauennæ latenti, incuſſit metum, vt ipſe, miſſis legatis, Attalo ſocietatem imperii offerret; hoc vero reſpondente: Honorio niſi priuato, relegatoque in inſulam & manibus & pedibus truncato, vitam ſe non conceſſurum, ad fugam in orientem, relicto occidente, iam capeſſendam ſeſe præpararet, 88) eaque procul dubio ſalutem quæſiuiſſet, ni Heraclianus interim, Africæ præfectus, ipſi tum adhuc fidelis, peſſimam eius rem vtcunque reſtituens & occupatis Africæ portibus, diſpoſitisque in littoribus eius cuſtodiis, frumentum aliasque res ad victum neceſſarias Romanum portum inuehi vetans, Alaricum cum Pſeudo-Auguſto ſuo Attalo fame & inopia laborantes ad tantas angustias redegiſſet, vt ille relicta vrbe, Attaloque ante eam imperii inſignia deponere iuſſo, celeri gradu in Campaniam recederet, eaque cum proxima Lucania igne, ferro & præda vaſtata, cum tranſitum in Siciliam meditaretur, Conſentiæ morbo correptus, paulo poſt animam exhalaret. 89)

§. CVI. Extincto itaque Alarico, hoſtium Romanorum omnium maxime tremendo, & Honorio vtcunque in imperio, Heracliani virtute, confirmato, a graui iam, cui hucusque ſumma ſecuritate indulſerat, ſopore excitatus, paulo maiori cura imperium adminiſtrare & deſperatis rebus medelam aliquam adferre incipiebat. Comparatis igitur hoc intuitu omnibus, quæ ad arduum hoc negotium exequendum videbantur neceſſaria, Conſtantium Naiſitanum, rei bellicæ diſciplinæque militaris exercitatiſſimum magnique animi Ducem, exercitui præponit 90) & ſine vlla mora in Galliam ad opprimendum Conſtan-

80) Ita occaſionem mortis Stiliconis recenſet ZOSIMVS *l. V. c. 31 - - 34.* cui quoad genus eius conſentiunt OROSIVS *lib. VII. c. 38.* IORNANDES *pag. 122. de regnor. & tempor. ſucceſſ.* & P. DIACONVS *lib. XIII. p. 421. hiſt.* Annum vero huius necis ad annum XIV. regiminis Honorii, i. e. ad A. C. 408. refert chronicon, quod a pleriſque P. AQVITANO, vel alii eiusdem nominis tribuitur, apud LABBEVM *Tom. I. Bibliothe. nou. MStor.*

81) ISIDORVS æra 446. *Vandali, Alani & Sueui Spanias occupantes, neces vaſtationesque cruentis diſcurſibus faciunt, vrbes incendunt, ſubſtantiam direptam exhauriunt, ita vt humanæ carnes vi famis deuorarentur a populis, edebant filios ſuos matres, beſtiæ quoque morientium gladio, fameque pe ſſe cadaueribus adſuetæ, etiam in viuorum efferebantur exitium.* adde auctores §. præced. cit.

82) P. AQVITANVS in Chron. Lucio V. C. Coſ. i. e. A. C. 413. *Burgundiones partem Galliæ propinquam Rheno obtinuerunt.* h. e. partem ſuperioris, ſeu primæ Germaniæ, ripæ fluminis appoſitam. adde CASSIODORVM *in Chron.* eadem tradentem, nec non SIDONIVM APOLLINAREM *lib. II. epiſt.* GREGORIVM TVRONENSEM *lib. II. c. 9. hiſt. Franc.* & ex recentioribus CHIFFLETIVM *P. I. c. 46. p. 192. de Veſontio*, VIGNIERIVM *in Chron. ad An. 413.* & B. SCHVRTZFLEISCHIVM *in hiſt. vet. regn. F. Q. Burgund. c. II. §. 1.*

83) ZOSIMVS *lib. V. c. 43.*

84) SOZOMENES *lib. IX. c. 13.* adde dicta §. præced. & mox dicenda §. ſubſequenti.

85) ZOSIMVS *lib. VI. c. 5.* vbi inprimis inter alias Galliarum a Romanis deficientes prouincias tractus Armoricorum expreſſe meminit.

86) ZOSIMVS *lib. V. c. 35.*

87) Fuſius hanc obſidionem, qua ſic dicta vrbs æterna ab Alarico cincta fuit, eamque ſubſecutam expugnationem deſcribit ſæpius laudatus ZOSIMVS *lib. VI. c. 6. &c.* cui iungendi OROSIVS *lib. VII. c. 39.* IORNANDES *c. 30. reb. Getic. & de ſucceſſ. regnor. & tempor. p. 125.* PROCOPIVS *lib. I. Hiſt. Vandal. ab init.* & PAVL. DIACONVS *lib. XIII. p. 419. c. 1.* Ipſa autem expugnatio ſecundum P. AQVITANVM & CASSIODORVM *in Chron. Flau. Vitrane V. C. Cos.* & quem hic addit. Tertullo, accidit, vel vt P. DIACONVS *c. l.* tertio, anno M CL XIV. V. C. qui annus eſt CCCCX. poſt Chriſtum natum.

88) ZOSIMVS *lib. VI. c. 8.*

89) Hactenus dictorum fides collecta ex ZOSIMO *lib. VI. c. 11. & 12.* OROSIO *lib. VII c. 42.* PROCOPIO *lib. I. ab init. c. 1.* & P. DIACONO *lib. XIII. p. 418.*

90) Factum hoc Theodoſio Aug. IV. co ſule, i. e. A. C. 411. colligi licet ex P. AQVITANI hr nico.

Constantinum tyrannum mittit, quo sic domestico hoste, iam exteras quoque gentes, imperii quietem perturbantes, maiori cum successu disturbari & debellari possent. Accidit tunc forte fortuna, vt Gerontius, Constantino antea addictus, & quem filius eius Constantius omnibus Hispaniis præfecerat, cum valido quoque exercitu Galliam ingrederetur, eiusdem sibi, clientis sui, Maximi Anti-Cæsaris nomine, affectans imperium: quod vbi Constantino relatum, Edobinchum Francum, a quo ante, fuso fugatoque circa Valentiam Honorii exercitu, obsidione liberatus fuerat, trans Rhenum ad gentiles suos misit, eorum Alemannorumque rogatum auxilia. Hic dum mandata sibi exsequitur, Gerontius primum Viennam iuxta castra metatur, eaque capta, Constanteque filio tyranni ibi deprehenso, occiso, iam ipsi Arelatæ, in quam salutis causa Constantinus sese receperat, hostilia infert arma. Acriter hic ab vtraque parte pugnatum, Gerontio fortiter vrbem oppugnante, Constantino vero pari virtute hostium insultus sustinente; Vltimo tamen Gerontius, nuncio de aduentu Constantii territus, militibus suis vndique dispersis, inconfectis rebus in Hispaniam recessit, ibique etiam a reliquis suis copiis contemtus, desperata salute, violentas sibi intulit manus. 91) Quo extincto, & Maximo quoque, deposita purpura, ad Germanos, qui per Hispanias effusi erant, confugiente, hostis quidem Constantini erat immutatus, sed non simul immutata fortuna; quippe Constantius cum exercitu Honoriano Gallias ingressus, Arelatem non solum acriter obsidebat, sed & non quidquis non ad eam expugnandam tentabat. Comperiens itaque Edobinchum cum magnis Francorum Alemannorumque copiis obsessis auxilio aduentare, transito Rhodano proxime appropinquanti obuiam processit, dimisoque exercitu & altera præmissa eius parte, cui Vlphilam Gothum præfecerat, cum mandato, vt Edobincho progresso, cum ipse a fronte prælium committeret, a tergo eum adoriretur, incautius incedentem & quasi forcipe in angustiis inter vtrumque exercitum inclusum, tanta affecit strage, vt eo vix solo fuga elapso, in ea tamen ab hospite Ecdicio, violatis hospitalitatis priuilegiis, occiso, reliqua eius plebs vt pecora caederetur. 92) Nec caruit hæc victoria felicissimo quoque successu, quippe Constantinus hac clade fiorum & morte Edobinchi cognita, vbi per quatuor adhuc menses obsidionem sustinuisset, spe omni abiecta, purpuram deponebat, & templum ingressus habitum presbyteri induens, tradita vrbe, gratiæ victoris sese committebat, a quo in Italiam deportatus, missis ab Honorio obuiam percussoribus, iuxta Mincium flumen interfectus, debitas paulo post fuæ tyrannidis soluit pœnas. 93)

§. CVII. Extortis hoc modo vigilantia & virtute Constantii Galliarum prouinciis e manibus bellicosissimi tyranni, pax quidem & tranquillitas ibi videbantur renasci, sed non multo post omnia rursus in pristinum statum redacta. Quippe hoc tempore adeo fœcundæ tyrannorum Galliæ, vt resectis aliorum atque aliorum capitibus, vt Hydræ Lernææ, in exitium sui illico plures renascerentur. Vix igitur motus Constantini compositus, cum repente ex vlteriori Gallia nuncius adferretur: Iouinum, virum nobilem inter Auernos, imperatoris nomen sumsisse, adscitoque Sebastiano fratre suo in consortium regiminis, cum ingentibus Alemannorum, Francorum, Burgundionum & Alanorum copiis Arelatem, spe potiundæ eius, aduolare. Perturbatus primum inopino hoc nuncio Constantius, mox vero, vt subita bella poscunt, consilio ex arena capto, sine mora, cum exercitu suo in hostem mouere decreuit, ne huius interim cum Ataulfi, qui, relicta Italia, spoliis eius & Romanæ vrbis onustus, cum Gothis suis in Narbonensem Galliæ prouinciam, sedium causa, migrauerat, 94) viribus iunctis, victoria sibi difficilior redderetur. Consertis itaque manibus, Iouinum non solum, vndique diffluentibus Alemannis, Francis & Burgundionibus, ad vltima compulsum in fugam egit, sed & paulo post vtriusque tyranni capita ab Ataulfo, quem Dardanus præfectus Galliæ interim ab eorum amicitia & societate auerterat, in certissimum victoriæ suæ signum transmissa accepit, quæ præfixa hastilibus Rauennam postea ad Honorium perferri iussit. 95) Grata hæc Ataulfi Romano

91) De hac Gerontii a Constantino defectione eamque inter vtrumque subsecuto bello, conferri possunt OROSIVS *lib. VII. c. 42.* & P. DIACONVS *lib. XIV. p. 422. histor.* imprimis vero RENAT. PROFVTVRVS FRIGERIDVS apud GREGORIVM TVRONENSEM *lib. II. c. 9.* SOZOMENES *lib. IX. c. 15.* & NICEPHORVS *lib. XIV. histor.* qui, inter alia, etiam Edobinchum trans Rhenum ad accersenda Alemannorum Francorumque auxilia a Constantino ablegatum fuisse, expresse referunt. add. P. AQVITANVM *in Chron.* qui hæc gesta sub Consulatu Theodosii Aug. IV. i. e. A. C. 411. recenset.

92) De clade hac Alemannorum Francorumque, sub Edobinchi auspiciis, a Constantio accepta, consulendi SOZOMENES & NICEPHORVS *c. l.*

93) Ita exitum vitæ huius tyranni describunt OROSIVS *c. l.* R. PROFVTVRVS FRIGERIDVS *c. l.* SOZOMENES *c. l.* & P. DIACONVS *lib. XIV. p. 422.* Annum vero, quo hic motus compositus, Constantinique caput in conto fixum ad Honorium perlatum fuit, indicant IDATIVS *in fast. consul.* nec non P. AQVITANVS & MARCELLINVS *in Chron.* scilicet A. C. 411. quo Theodosius Aug. Consulatum IV. gerebat.

94) Hanc Gothorum in Galliam, Ataulfi auspiciis, immigrationem ad consulatum Honorii IX. & Theodosii V. i. e. ad A. C. 412. refert PROSPER AQVITANVS *in Chron.* cum quo etiam consentit CASSIODORVS *c. l.* & PROCOPIVS *in Histor. Vandal. lib. I. ab init.*

95) Hanc Iouini rebellionem in Galliis excitatam paucis verbis ita describit R. PROFVTVRVS FRIGERIDVS l. c. *vix dum quartus obsidionis Constantini mensis agebatur, cum repente ex vlteriori Gallia nuntii veniunt, Iouinum assumsisse ornatus regios & cum Burgundionibus, Alamannis, Francis,*

no populo opera: cum vero ad priſtinas artes couerſus Gallias nihilominus hoſtiliter vaſtaret & Narbone capta, Burdigalaque direpta, Attalum quoque ad imperii inſignia reſumenda inſtigaret, Conſtantius lauiſſimi hominis pertæſus, bellum tandem contra eum quoque decreuit, & Narbonæ incluſum arcta obſidione & exinde orta fame ita fatigauit, vt ea cum Gothis ſuis vi expulſus, in Hiſpaniam diſcedere, ibique efferato eius animo Placidiæ, quam ab Alarico Romæ captam, fratris Honorii conſenſu, vxorem duxerat, blanditiis & verbis non parum mitigato, pacem tandem & quietas ſedes per legatos ſuos petere cogeretur. Quibus facile quoque ab Honorio impetratis, cum Barcinone moraretur, a ſuis paulo poſt dolo interemtus, hac ſua morte Romanis ad non breue tempus exoptatum otium a bellis Gothicis fecit: 96) quippe qui poſt obitum eius ſceptrum inter Gothos obtinuit, Segericus, pacem & perpetuam amicitiam cum eis coluit, 97) & licet qui in regno ei ſucceſſerat, Wallia, primis regiminis ſui annis eam iterum tollere & aliquid aduerſus eos in Africa tentare meditaretur, mox tamen damnato hoc conſilio, reddita Placidia apud ſe honeſte habita Honorio fratri, paceque cum eo, datis lectiſſimis obſidibus, pacta, Romanorum in gratiam bellum contra Vandalos, Sueuos Alanosque, Hiſpaniam tunc adhuc tenentes, ſuſcepit, quos, & Alanos imprimis in Luſitania conſidentes, funditus delens, Vandalos vero in Bætica ad internecionem cædens, victimum tandem ob egregias has de his gentibus obtentas victorias, præmii loco omnes terras, a Garumna flumine ad oceanum vsque vergentes, h. e. Nouem populos, & prouinciam Aquitaniam, cognomine ſecundam, ac clariſſimam Galliæ Narbonenſis vrbem, Toloſam Tectoſagum, Gothorum poſtea per LXXXVIII. annos regiam, ab Honorio ſibi conceſſas meruit, 98) quas, quam diu vixit, ſocius Romanorum quiete rexit.

§. CVIII. Collapſis itaque Galliarum rebus virtute & induſtria Conſtantii vndique reſtitutis, niſi quod Burgundiones 99) præter Gothos terras quasdam in citeriori Rheni ripa, ex permiſſu eius tenerent, Franci vero, his deterioris conditionis eſſe nolentes, violato Rheni limite, interdum eas incurſarent, & capta exciſaque aliquoties Treuirorum metropoli, ſedes quoque perpetuas ibi figere tentarent, 100) Honorius tot beneficiorum, ſibi & imperio præſtitorum, memor, Conſtantio Placidiam, germanam ſuam, diu promiſſam, matrimonii titulo copulauit, 1) cernensque inſuper, ſe vbique virtute & ingenio eius, ſiue in belli, ſiue in pacis negotiis ſubleuari, cunctis applaudentibus, ſanguine ſibi iunctum tandem quoque in conſortium imperii admiſit. 2) Grati hoc ex parte Honorii luculentum erga Conſtantium animi erat indicium, licet non diu huic ſummæ huius dignitatis fructus percipere licuerit: faſtidiente enim Theodoſio, orientis rectore, imagines eius, vt noui hominis, ad ſe miſſas, & pro more eas accipere recuſante, hac ſibi illata iniuria ira ita exeanduit, vt lateris dolore oppreſſus ſeptimum cum vita ſimul regiminis ſui finiret menſem. 3) Grauis hic Conſtantii caſus occidentis imperio, aſt longe fatalior, qui eum A. C. 423. infecutus, inopinus Honorii interitus; 4) quippe eo in hoc tempus incidente, quo Placidia Auguſta, neſcio quam ob cauſam, a fratre pulſa cum filio paruulo & legitimo eius in his partibus ſucceſſore in oriente morabatur, 5) milites Palatini

priſti-

cis, Alanis, omnique exercitu immincre obſidentibus. Diſſentiunt vero ab eo quoad tempus IDATIVS & PROSPER AQVITANVS *c. l.* cum initia huius motus non ad tempora Conſtantini tyranni, ſed potius ad ſecundum poſt obitum eius annum i. e. ad A. C. 413. Lucio conſulatum tenente referant: quibus quoad integram hiſtoriam tumultus etiam iungi poſſunt Chronicon PROSPERI Pithœanum ad XIX. regiminis Honorii annum, apud LABREVM *Tom. I. Bibl. nou. MStor. p. 58.* OROSIVS *lib. VII. c. 42.* SOZOMENES *lib. IX.* NICEPHORVS *lib. XII.* IORNANDES *p. 123. de regn. & tempor. ſucceſſ.* & P. DIACONVS *lib. XIV. p. 423. Hiſtor.*

96) Quæ hactenus de geſtis Ataulfi cum Romanis eiusque A. C. 415. ſubſecuta morte narrauimus, deſumta ſunt ex OROSII *lib. VII. c. 43.* ISIDORI *origg. & geſtis Gothorum, æra 448.* IORNANDE *de reb. Get. c. XXXI.* P. DIACONI *lib. XIII. p. 420. hiſtor.* & P. AQVITANI *Chronico*, qui hæc geſta ſub conſulatu Conſtantii, nec non Honorii X. & Theodoſii VI. recenſet.

97) OROSIVS, ISIDORVS & P. DIACONVS *c. l.*

98) De hoc ſtudio pacis Walliæ erga Romanos & eorum nomine aduerſus Germanos, Hiſpaniam inſidentes, ſuſcepto bello, omnino videndi OROSIVS *c. l.* ISIDORVS *ad æram 454. c. l.* & P. DIACONVS *lib. XIII. p. 420. & lib. XIV. p. 424.* Aquitaniæ autem cum eiusdem prouinciæ ciuitatibus vicinis ab Honorio ipſi factæ donationis, præter iam allegatos auctores, meminit PROSPER AQVITANVS *in Chron.* Monoxio & Plinta conſulibus i. e. A. C. 419.

99) *v. ſupr. §. CV. not. 82.)*

100) De hisce Francorum in prouinciis Romanas incurſionibus & Treuirorum imprimis quarta vice ab eis capta & direpta metropoli, agit SALVIANVS *lib. VI. de gubernat. Dei.* cui ex recentioribus iungi poſſunt BROWERI *annales Treuirenſes lib. V. p. 282.* VALESII *rer. Franc. lib. III. p. 211. &c.* & SCHATENIVS *in Hiſt. Weſtph. lib. IV. p. 260. &c.*

1) Contractum hoc matrimonium Theodoſio VII. & Palladio conſulibus, i. e. A. C. 416. teſtibus PROSPERO AQVITANO & CASSIODORO *in Chron.*

2) Facta hæc Conſtantii in conſortium imperii admiſſio, teſtibus modo laudatis PROSPERO AQVITANO & CASSIODORO *in Chron.* ſub conſulatu Theodoſii IX. & eiusdem Conſtantii III. i. e. A. C. 420.

3) Agricola & Euſtathio Coſs. i. e. A. C. 421. cit. Chronologi.

4) Mariano & Aſclepiodoro conſulatum gerentibus, i. e. A. C. 423. CASSIODORVS & P. AQVITANVS *c. l.*

5) Cauſam huius diſcordiæ inter Honorium eiusque ſorores Placidiam indicat CASSIODORVS *in Chron.* ſcilicet, ſuſpicionem inuitatorum hoſtium. Ipſa autem electio facta, eodem & PROSPERO

priſtina ſibi vindicantes iura, commoda hac occaſione arrepta, Iohannem, ſcribarum magiſtrum, Auguſtum appellabant, & purpura coronaque indutum, ceu principem, ſolito ſatellitio comitabantur. Cruentæ hinc vndique in imperio turbæ; Theodoſio enim orientis moderatore, a quo in conſortium imperii ſuſcipi impudenter nimis Iohannes petierat, poſtulata eius generoſo animo reiiciente, &, legatis eius carceri incluſis, in gratiam amitini ſui Valentiniani bellum contra tyrannum declarante, hic ſe viribus eius longe inferiorem videns, Aetium, tum præfectum prætorio, ad Hunnos auxiliares copias petitum, proficiſci iuſſit; quo eas conducente, Theodoſius interim Valentinianum, octo duntaxat annorum natum, Cæſarem renunciatum, cum exercitu ſuo, Ducibus Ardubario & Aſpare, in Italiam mittit, eorumque ope non ſolum Aquileia primo, ſed & breui poſt Rauenna, ibique leui pugna commiſſa, Iohanne ipſo, primo regiminis ſui anno, a ſuis prodito & capto, fuit potitus, cui, Aquileiam poſtea deportato, dextram præcidi & in aſino contumelioſe circumducto caput tandem irata Placidia amputari iuſſit. Ingens hæc Theodoſianorum victoria, ſed reſtabat adhuc Aetius, hoſtium omium formidoloſiſſimus, qui LX. Hunnorum millibus, pecunia conductis, tertio poſt obitum tyranni die in Italiam irruerat, quemque Aſpar poſt commiſſum atrox prœlium iterum aggredi non audebat. Igitur hunc quo ſibi quoque conciliaret, eiusque minas auerteret, Placidia, cui a Theodoſio tutela filii tradita, data venia, ad comitis dignitatem euexit, diſtributaque inter Hunnos ingenti pecunia, his quoque per eundem domum redire perſuaſit, 6) quo remigrantibus, & reliquis tumultus auctoribus pro meritis punitis, omnis quidem a Iohanne excitatus motus quam feliciſſime ſedatus, ſed hac ipſa rerum compoſitione non leuia quoque nouorum malorum ſemina, præter ſpem, vbiuis fuere relicta.

§. CIX. Vicerat Aetius, in gratiam receptus, Theodoricum, Gothiorum regem, Arelas oppidum circumfuſo exercitu prementem, 7) eoque datis legibus fœdere ſibi adſtricto, Francos quoque, Galliarum partem, Rheno proximam, poſſidentes, multis eorum cæſis, trans flumen in priſtinas ſedes repulerat. 8) His ſecundis ſucceſſibus elatior, eum iam antea immodica ambitione parem habere nequiret, ægre ferebat, quod Bonifacio, ſuo æmulo, in remunerationem fidelium aduerſus Iohannem in Africa officiorum præſtitorum, prouinciæ huius cura a Placidia demandaretur. Quo igitur occultis eum e medio tolleret inſidiis, profectum iam in Africam apud tutricem criminari cœpit, vt regni appetitorem, & ipſi & imperatori Africam erepturum. Neque rem exploratu difficilem; ſi enim Romam Bonifacium vocaret, non venturum. Traditis his fœmina fidem facile adhibens, & Aetii inſuper conſilium ſequens, Bonifacium ex Africa reuocauit. At hunc iam litteris clam ſcriptis Aetius præoccupauerat: matrem imperatoris inſidias in ipſius exitium ſtruere, eiusque rei indicium præmonſtrauerat: ſore, vt ſine cauſa ſubito ex Africa reuocaretur. His igitur litteris neutiquam ſpretis, Bonifacius negauit, ſe aut imperatori, aut matri eius pariturum, Aetii monita ſilentio premens; quod vbi Placidia intellexit, tam Aetium fideliſſimum principi credidit, quam ſuſpectum Bonifacium habuit. Miſſo itaque Mauortio & Gallione Ducibus cum exercitu in Africam, & his a Bonifacio interemtis, Sigisuulto etiam cum nouis copiis eo ablegato, Carthagine commorantem obſidere iubet; quod ille ſentiens, non leue ſibi periculum inſtare, cernensque, ſe imparem eſſe imperatoriæ potentiæ, nec ſalutem ſperans, ſi Romam proficiſceretur, miſſis in Hiſpaniam legatis, Vandalorum opem implorat, eosque LXXX. millibus, Genſerico rege, fretum Gaditanum traiicientes, Africæ immittit. Imprudens hoc & longe perniciioſiſſimum & ipſi Bonifacio & toti imperio factum: igitur vix aſſignatas ſibi in Mauritania ſedes occupauerant, cum huius eum rurſus pœniteret, impetratoque commiſſorum, interpoſitis amicorum precibus, a Placidia venia, quos modo, ſub variis promiſſis, ſocios ex Hiſpania in Africam acciuerat, iam ea quoque blanditiis expelli allaboraret. Verum his dicta eius non modo non probantibus, ſed & in contumeliam ſuam interpretantibus, res tandem a verbis ad verbera veniebat. Victus in hoc bello primo ſtatim commiſſo prœlio Bonifacius, & licet transmiſſo ſibi Roma & Byzantio nouo exercitu belli fortunam denuo tentaret, mox tamen iterum ſuperatus, Africa diſcedere, eamque in harum gentium manibus relinquere ſuit coactus. Gratus huius cladis nuncius Aetio, aſt ingratiſſima noua beneuolentiæ declaratio, qua Romam ſeſe recipientem Bonifacium, · conceſſa ei militum magiſtri dignitate, Placidia ſuſceperat. Dolo igitur & occulta fraude, qua fortunam eius hactenus ſubuertere

AQVITANO teſtibus, Mariano & Aſclepiodoro Coſſ. vide etiam P. DIACONVM *lib. XIV. p. 426.*

6) Quæ hactenus de hoc Iohannis motu eiusque compoſitione dicta, auctoritate PROSPERI AQVITANI *in Chron.* GREGORII TVRONENSIS *in hiſtor. Franc. lib. II. c. 8.* PROCOPII *lib. I. hiſt. Vandal. ab init.* IORNANDIS *p. 124. de regn. & tempor. ſucceſſ.* & PAVLI DIACONI *lib. XIV. p. 427.* nituntur.

7) Accidit hoc ſecundum P. AQVITANVM *in Chron.* Theodoſio XI. & Valentiniano Cæſare Coſſ. i. e. A. C. 425. hiſtoriam vero huius belli referunt ISIDORVS *ad aram 457. de orig. & geſt. Gothor.* & PAVLVS DIACONVS *lib. XIV. pag. 428.*

8) Ita enim in chronico ſuo, vno velut ore, cum P. AQVITANO, CASSIODORVS, Felice & Tauro Coſſ. i. e. A. C. 428. *pars Galliarum propinqua Rheno, quam Franci poſſidendam occupauerant, Aetii comitis armis recepta.* cui etiam iungi poſſunt BROWERVS *lib. V. p. 284.* & VALESIVS *lib. III. p. 126. c. l.*

9) Ha-

uertere fruſtra tentauerat, ſe ei haud nocere poſſe videns, iam vi aperta eum aggredi ſtatuit, aſt pari rurſus, quo prioris conatus, ſucceſſu; victus namque a Bonifacio prælio cominſſo, nec ſe tutum in ſolo Romano fore putans, ad Rugilam Hunnorum regem aufugit, nec antea in Italiam reuerſus, cognita niſi Bonifacii ex vulnere in hoc prælio accepto morte: Tunc enim in gratiam Placidiæ, mobilis animi fœminæ, denuo admiſſus, priſtinos non ſolum recuperauit honores, ſed & ordini patriciorum adſcriptus, rei militari, ſub militum magiſtri titulo, ab ea fuit præfectus. 9)

§. CX. Dum itaque occidentis, vt dictum, primarii Duces, Aetius & Bonifacius, malo publico ambitione & æmulatione concitati, de primatu obtinendo inuicem certarent, & in exteros hoſtes conuertenda arma in ſe ipſos detorquerent: Hi commoda hac occaſione pro viribus vtentes, dilaceratum iam alias imperium vndique inuadebant & veluti Gallieni & Honorii temporibus accidit, obuia quæuis, nemine reſiſtente, in prædam rapiebant. Vandalos enim, Africam vaſtantes, vt taceam, miſera Hiſpania ſub Gothorum Sueuorumque gemebat dominatu, Galliam ciuiles motus & rebelles Bagaudarum, Armoricorumque factiones, conuolantibus ſimul ad arma Gothis, Francis, Alemannis & Burgundionibus affligebant, & Pannonia inſuper a barbaris vexata, Vindelici quoque hoc turbato rerum Romanarum ſtatu iugum eorum ſibi moleſtiſſimum excutiebant, ſeque Alemannis, inito fœdere, iungebant. Permixtis itaque omnibus in imperio ſpoliis & incurſionibus hoſtium & perduellium ſubditorum armis, vnicum aduerſus tot calamitates remedium inopina, vt diximus, mors Bonifacii videbatur; quippe hoc extincto, Aetius ab æmulo, longe ſibi moleſtiſſimo, liber, imperii res, maiori cura, procurare, & omni virium ſuarum neruo, quem hactenus contra illum intenderat, vnice in hoſtes imperii conuerſo, iam longe proſperiori cum ſucceſſu eos debellare & prouinciis vbique diſturbare aggrediebatur. Interceſſerat iam cum Bonifacio adhuc de primatu litiganti, non leue cum Iunthungis, Alemannis, Noricum & ſecundam Rhætiam depopulari ſolitis, negotium, quos vna cum ſociis eorum Noricis & Vindelicis, ab imperio deficientibus, proſperis armis vicit, & ad priſtinam partim obedientiam reduxit. 10) Igitur inita quoque cum Vandalis, conceſſa ipſis non exigua Africæ portione, pace, 11) primum impetum in Burgundiones faciebat, quos non contentos agro prouinciæ Germaniæ primæ, quem ante annos XXII. occupauerant, Rege Gundicario in Belgiæ fines ſeſe inferentes, non ſolum repreſſit, ſed & bis adeo fregit, vt non iam de proferendis finibus, ſed de ſola ſalute cogitarent, miſſisque legatis pacem ſupplices orarent, quam aſſignatis ſibi nouis in Gallia interiori ſedibus, ne Rheno proximi Transrhenanis denuo ſeſe iungerent, & ſic parua ex ſcintilla maius oriretur incendium, facile quoque obtinuerunt. 12) His, vt dictum, debellatis, ordo iam tangebat Bagaudes, quos cum Armoricis rebellibus caſtigandos dedit Euchario Alemannorum regi. Hic magno impetu ad eos exſcindendos raptus, ſine mora imperata feciſſet, ni precibus Germani, Antiſiodorenſium præſulis, motus, miſeris adhuc peperciſſet, & Aetius quoque iam clementior iram ſuam ad pacis fœdera reprimi fuiſſet paſſus. 13)

Tunc

9) Hactenus dicta deſumta ſunt imprimis ex PROCOPII *hiſtor. Vandal. lib. I. ab init.* & P. DIACONI *lib. XIV. p. 430. &c. hiſtor.* quibus etiam iungi poſſunt IORNANDES *de reb. Getic. c. XXXIII. & de regnor. & tempor. ſucceſſ pag. 225.* nec non qui annum inſtituæ migrationis Vandalorum in Africam ad conſulatum Hierii & Ardaburis i. e. ad A. C. 427. in Chron. ſuis referunt PROSPER AQVITANVS & CASSIODORVS Senator. Durauit autem hoc bellum inteſtinum ad A. C. 432. Aetio & Valerio conſulatum gerentibus, quo in prælio cum Aetio habito Bonifacius vulneratus vitam cum morte commutauit. c. auctores.

10) Expeditionis huius Aetii aduerſus Iunthungos Alemannos & rebelles Noricos Vindelicosque ſuſceptæ meminit SIDONIVS APOLLINARIS in panegyrico Auito Augusto Socero dicto, quem comitem in hac expeditione Aetius habuit. verſ. 234.

Nam poſt Iuthungos & Norica bella, ſubacto
Victor Vindelico, Belgam, Burgundis, quem trux
Preſſerat, abſoluit.

Nec hanc Alemannorum cladem, licet ſub generali Sueuorum nomine & paulo magnificis verbis, tacere etiam videtur IORNANDES c. XXXIV. de reb. Getic. ſcribens: Aetium *ſuperbiam Sueuorum Francorumque barbariem imminentis cadibus feruire Romano imperio cogiſſe.* Annum vero huius expeditionis indicat Chronicon, quod communiter PROSPERO AQVITANO tribuitur apud LABBEVM *c. l. pag. 59.* Scilicet VII. poſt obitum Honorii annum i. e. A. C. 429.

11) Hanc neceſſariam magis, quam vtilem vocat PAVLVS DIACONVS *lib. XIV. p. 432.* adde PROCOPIVM *lib. I. Hiſt. Vandal. ab init.* & qui ſub conſulatu Theodoſii XV. & Valentiniani IV. i. e. A. C. 435. eius quoque mentionem faciunt, PROSPERVM AQVITANVM & CASSIODORVM *in Chronic.*

12) Hæc geſta Aetii cum Burgundionibus ad conſulatum Theodoſii XV. & Valentiniani IV. referunt P. AQVITANVS & CASSIODORVS *c. l.* qui A. C. eſt 435. quibus addi poſſunt IDATIVS *in chronic.* P. DIACONVS *lib. XIV. p. 432.* & ex recentioribus NIC. VIGNIERIVS *in chron. Burgund. ad An. 435.* & B. SCHVRTZFLEISCHIVS *in Hiſt. veter. regn. P. Q. Burgund. c. II.* §. 2. qui inſuper ex SOCRATIS *lib. VII.* & NICEPHORI *lib. XIV. hiſt. Eccleſ.* præter iam dicta, deuictis poſtea ab Aetio Hunnos immiſſos, eorumque ope omne pene Burgundionum nomen ac ſtirpem deletam fuiſſe oſtendunt. Annum vero, quo reliquiis eorum in interioribus Galliæ partibus, i. e. Sabaudia, ſedes aſſignatæ, indicat Chronicon PROSPERI Pithœanum apud LABBEVM *c. l.* cum XX. poſt obitum Honorii anno, qui 442. poſt C. N. eſt, dicitur: *Sabaudia Burgundionum reliquiis datur cum indigenis diuidenda.*

13) Cauſas huius Armoricorum & Bagaudarum rebellionis indicat SALVIANVS *lib. VI. de gubernat. Dei.* Scilicet inſatiabilem Romanorum præſidum & magiſtratuum auaritiam & ſuperbiam. Ipſum autem motum auxiliis Alemannorum & in-

ſeruentu

Tunc Tibatone rebellionis huius principe & cæteris eius asseclis partim vinctis, partim enecatis, victricia sua arma Aetius in Gothos conuertit, iunctisque sibi Hunnorum auxiliis, ad eos coercendos Litorium Comitem cum valida manu ablegauit, qui Aquitaniæ regno non contentos pleraque Romanæ ditionis oppida vicina sibi occupantes, & Narbonam vrbem longa obsidione fatigantes, primo quidem concursu non sine magna eorum clade repulit, mox vero hac inflatus victoria, cum Aetii gloriam superare contendens, regni Gothici caput, Tolosam, obsideret, & haruspicum fallacibus responsis nimium fidens, temere denuo cum pacem petentibus consligeret, ab his quoque fœde cæsus & captus, misere in vinculis eorum contabuit. Iusta hæc stolidæ huius Ducis temeritatis pœna, ast non leuis simul hac clade Aetii iam partæ gloriæ macula contracta: quippe hac obtenta victoria ad fœdera iam rigidiores Gothi, Gothiæ suæ fines in Ligerim Rhodanumque, qua lubitum, proferentes, nec precibus, nec pecunia, inflecti poterant, ad pacem ineundam, vsque dum Auiti, præfecti Prætorio, perpetui Aetii in his expeditionibus socii, literis non parum mitigato regis eorum Theodorici animo, iam proniores ad eam, adeo desideratum a Romanis fœdus tandem pangerent, & datis dextris, illud confirmarent. 14) Quo facto, hoc successu lætus Aetius, nouam contra Francos expeditionem suscepit, quos supra dicta ab ipso apud Rhenum accepta clades adeo non terruit, vt potius reparatis viribus in Gallias rursus irruerent, captisque Tornaco & Cammeraco oppidis, omnibusque inde ad vsque Suminam flumen perpetuæ possessionis causa occupatis, iam Attrebates quoque suæ ditionis facere tentarent. Hos igitur labori huic immorantes tumultuaria quidem vicit pugna, sed Hunnis interim imperio Romano, interitum minantibus, vt his occurreret, a Valentiniano in Italiam reuocatus, amissas semel ab eis prouincias recuperare haud potuit, quin potius contentus, quod transito Sumina flumine, in interiora Galliæ non penetrabant, pacem cum eis, ante discessum suum, fecit, occupatas Galliæ prouincias, ab omni vectigalium onere solutas, in manibus eorum relinquens, ea tamen lege, vt quietos imposterum se gererent & aduersus Hunnos, si res poscret, socialia coniungerent arma. 15) Nouum hoc occidentis detrimentum, cui mox aliud successit, amissio nempe Britanniæ partis ad meridiem vergentis. Cum enim incolæ eius, continuis Pictorum Scotorumque incursionibus vexati, diu frustra a Romanis, aliis bellis implicitis, auxilia petiissent, & non nisi responsum accepissent: suis ipsi rebus consulerent, deliberentque ex gente sua aut Ducem, aut Regem, qui eos contra iniurias vicinorum defenderet, 16) his miseriis oppressi, desperata salute, Saxones tandem vna cum Anglis Sueuis in subsidium vocarunt, qui, læto animo in Britaniam profecti, dictos quidem Pictos Scotosque repressserunt, mox vero, nescio quam causam prætendentes, quasi parce sibi. ac maligne, depensum stipendium, in Britannos ipsos arma verterunt, totamque pene ab oriente ad occidentem insulam, igne ferroque vastatam, in suam potestatem redegerunt, 17) iuculento posteris exemplo, quam periculosum, tempore necessitatis, auxilia a potentiori expetere.

§. CXI. Hactenus igitur Valentiniani regimen non nisi continuum cum Germanicis populis bellum; cum præter Sueuos, Burgundiones, Gothos, Francos & Saxones, haud exiguam Hispaniæ, Galliæ & Britanniæ portiones vastantes, Vandali quoque fracta paulo ante cum eo inita pace Carthaginem A. C. 437. expugnarent, & Siciliam inuadentes, hanc quoque sibi subiecissent insulam, ni transitu Sebastiani Ducis cum exercitu Romano in Africam reuocati, confirmata pace, executionem huius conatus in tempus magis commodum differre fuissent coacti. 18) Ast iam præcedentium tempestatis fluctuum

teruentu precum Germani præsulis sedatum fuisse, ex vita beati huius Germani comprobat SCHATENIVS *lib. V. p. 274. hist. Westph.* cui insuper addi potest Chronicon, quod communiter P. AQVITANO tribuitur *c. l.* vbi compositio huius motus ad annum XIV. post mortem Honorii, i. e. ad A. C. 436. refertur.

14) De hoc bello Gothico ab Aetii II. & Sigisvulti ad Theodosii XVII. vsque & Festi consulatum, i. e. ab A. C. 437. ad 439. per tres annos gesto, videri possunt P. AQVITANVS, CASSIODORVS & IDATIVS *in chronic.* imprimis vero SALVIANVS *lib. VII. de gubernat. Dei*, ISIDORVS *de orig. & gest. Goth. ad aram 457.* P. DIACONVS *lib. XIV. p. 432. & 437. c. l.* & qui omnium elegantissime non minus quam vere, quam anxie & humiliter Romani pacem a Gothis poposcerint, recenset, SIDONIVS APOLLINARIS *c. l. vers. 297.*

15) Huius Francorum in Belgium & Galliam, Clodionis regis auspiciis, susceptæ expeditionis imprimis meminit GREGORIVS TVRONENSIS *lib. II. c. 9.* AIMOINVS *lib. I. c. 5. de gestis Franc.* MARIANVS SCOTVS *in chron. ad A. C. 438.* & qui hunc sequitur, SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *in chronograph.* nisi quod hæc gesta ad annum decimum 445. referat. Victoriam autem Aetii de iis, nuptialibus epulis effusius se hilarantibus, reportatam, Maioriano iam Augusto gratulatus, carminice celebrauit SIDONIVS APOLLINARIS, *vers. 212.* cui ex recentioribus iungi possunt SCHATENIVS *lib. V. p. 275. c. l.* & H. VALESIVS *lib. III. p. 130. c. l.*

16) PAVLVS DIACONVS *lib. XIV. p. 439. c. l.*

17) De hac Anglorum Saxonumque in Britanniam A. C. 441. migratione, eamque infecuta maxima huius insulæ partis ab eis occupatione, præter iam supra ad §. XII. allegatos auctores, conferri possunt, GVILIELMVS MALMESBVRIENSIS *lib. I. de gest. reg. Anglor.* GALFREDVS MONVMETENSIS *de orig. & gest. reg. Britan. lib. VI. c. 15.* ASSERIVS *in Annal. ad An. 449.* NENNIVS *in Hist. Britan. c. 42.* ROB. SHERINGAMVS *de Anglor. gent. orig. c. II. p. 14.* H. VALESIVS *lib. III. p. 142. c. l.* & SCHATENIVS *lib. V. p. 282. c. l.*

18) Conf. de hactenus dictis P. DIACONVS *lib. XIV.*

um omnium ei ab Hunnis imminebat maximus. Præbuit materiam huius belli Honoria, soror ipsius natu maxima, quæ cum ob aulæ decus ac castitatem teneretur metu eius inclusa, vltionis ac licentiæ peccandi cupida, nec dolore minus, quam libidine accensa, Attilam eorum Regem, tunc cum Bleda fratre orientis deuastationi inhærentem, per eunuchum sibi fidum clanculum inuitauit, vt, superatis Italiæ Alpibus, miseram se a potestate fratris liberaret, acceptaque dotis loco occidentis dimidia parte, quam a patre Constantio relictam sibi debitamque crederet, duceret in vxorem. 19) Grata hæc barbaro regi inuitatio, qui prosperis in oriente succesibus elatior, & sublato Bleda fratre, structis a se insidiis, opibus quoque & potentia auctior, Scythiæ, Pannoniæ Daciæque terras, præ orbis terrarum imperio, genti suæ angustos nimis terminos esse, iam diu reputauerat. Ambabus igitur eam amplectens manibus, ingentes faciebat armorum apparatus, innumera populorum agmina contrahens, & bello quoque necessaria vndique conquirens. Stabant siquidem in hoc bello a partibus eius subiectæ ei gentes Hunni, Ostrogothi & Gepides, hi Ardarico Regi, illi Valamiro, Theodomiro & Vindemiro, fratribus & Ducibus, Hunnorum tributariis, parentes: nec qui eiusdem conditionis, Quadi, Marcomanni, Sciri, Eruli, Rugi, Geloni, Neuri, Bastarnæ, Turcilingi, Alani, Bellonoti & Burgundiones Sarmatæ, ab hac quoque expeditione immunes, quid? quod & in itinere, partim spe prædæ opulentissimæ, partim odio erga Romanos, partim denique metu adactæ plurimæ Germanicæ gentes ei sese iungerent, & communem facerent causam, quas inter Thuringi imprimis & Bructeri cum Francorum parte a scriptoribus numerantur. 20) Ingens hæc ferocissimarum gentium in excidium occidentis excitatarum multitudo: cum vero Attila pro ea, qua pollebat, sagacitate, nihilominus non satis sibi promissum intelligeret, si Wesigothi, gens belli gnara, cum Romanis arma iungerent, & coniunctis sibi resisterent viribus, ad dolum conuersus, omnem impendit operam, vt consilii fallacia dissociatos vinceret, quos coniunctos armorum fortitudine aggredi haud audebat. Missis itaque dupplicibus legatis, altero ad Theodoricum, Gothorum regem, altero ad Valentinianum Augustum, huic persuaderi contendit; non sibi cum eo, quo cum factam pacem incorrupta fide custodiret, & cui Galliæ Hispaniæque prouincias, dudum amissas, armis restituere pararet, sed cum Theodorico, communi vtrorumque hosti, esse certamen. Illum vero pari fraudis obrentu admonet, vt quantocyus a Romanorum societate discederet, memorque pristinæ iniuriæ a his sibi illatæ, tale quid non metuentes in Gallia aggrederetur, se eodem tempore in Italiam irrupturum. 21) Solers hæc barbari regis astutia, qua cum odiis internis hostes suos collidere studeret, currenti iam in expeditionem non leue quoque addidere calcar litteræ Genserici Vandalorum regis & Clodionis regis Francorum filii natu maioris, sibi transmissæ, quibus vterque eum quoque in Galliam inuitaret; hic quidem vt Regnum Franciæ sibi asereret, a quo per Merouæum erat deiectus; ille vero vt aduersus Theodoricum Vesigothum se præmuniret, cuius filiam, Hunnerico filio suo nuptam, ob suspicionem parati ab ea veneni, naribus auribusque amputatis, decore naturali spoliatam, Tolosam remiserat, & ne pater puellæ iniuriam vlciscereturur, non immerito timebat. 22)

§. CXII. Tot igitur litteris & nunciis, præter insignem, qua ipse occidente potiundi flagrabat cupidinem, inuitatus Attila, necessariis omnibus ad tam longam profectionem comparatis, cum exercitu quingentorum, 23) vel vt aliis placet, septingentorum 24) millium, ex Pannonia mouit, diu meditatum iter in Galliam suscipiens. Dubium adhuc, an per Quados, Marcomannos, suæ ditionis tunc populos, & inde Thuringorum, Catrorum, Bructerorum, Francorumque agris etiam emensis, ad Rhenum tenderit, 25) an per Romanas

lib. XIV, Histor. p. 437. & 438. & lib. XV. p. 443. & P. AQVITANVS *in Chron.* qui Carthaginis expugnationem ad Theodosii XVII. & Festi, expeditionem Vandalorum in Siciliam, ad Valentiniani V. & Anatolii, pacis vero conclusionem ad Diosc ori & Eudoxii consulatum, i. e. ad A. C. 439. 440. & 442. refert.

19) IORNANDES *c. XLII. de reb. Getic. in f. & de succeff. regnor. & tempor. pag. 125.* conf. etiam, qui hunc in omnibus sequitur, CONRADVM VRSPERGENSEM *in Chron. p. m. 105.*

20) Harum gentium, quibus innumerabilis Attilæ exercitus compositus, meminerunt SIDONIVS APOLLINARIS in Panegyrico Auito dicto, *carm. VII. verf. 319.* P. DIACONVS *lib. XV. p. 443.* IORNANDES *c. 38. c. l.* & qui hunc exscripsit CONRADVS VRSPERGENSIS *c. l.* quibus insuper AVENTINVS *lib. II. c. 53. n. 23. Annal. Baior.* Alemannos addit, rege suo Gibuldo.

21) IORNANDES *c. XXXVI. c. l.* PAVLVS DIACONVS *pag. 444. c. l.* & CONRADVS VRSPERGENSIS *c. l. p. 103.*

22) Huius inuitationis Genserici Vandalorum regis & Clodionis regis Francorum filii natu maioris mentionem faciunt IORNANDES *c. XXXVI. c. l.* & PRISCVS PANITES, *in excerptis*, quæ hodie de historiis eius, in quibus Attilæ gesta omnium optime confignauit, superfunt.

23) Hunc numerum exercitus Attiliani definiunt IORNANDES *c. 35. c. l.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *in Chron. ad An. 453.* & CONRADVS VRSPERGENSIS *p. 103. c. l.*

24) Sic numerum Hunnorum & socialium populorum, Attila Duce, prouincias Romanas Cis-Rhenanas irruentium, extendit P. DIACONVS *lib. XV. p. 443.*

25) Hæc putat CRVSIVS *in Annal. Sueu. Part. I. lib. VII. c. 10. p. 183.* Rhætiæ autem Vindelicæ & Norici ciuitates, quarum integrum *p. 185. seq.* exhibet catalogum, ab Attila ex Gallia domum redeunte demum vastatas & excisas fuisse arbitratur. Consentiunt ei VALESIVS *lib. IV. p. 138. rer. Franc.* & SCHATENIVS *lib. V. p. 286. hist. Westph.*

manas prouincias, Noricum, Vindeliciam & Rhætiam ad Lacum Brigantinum & Raturacorum Basilexque fines iter tenuerit; 26) cum negligentia veterum id nobis scire prohibeat, eorum posteri vero temere hac, illac, qua suspicionum aura impelleret, coniecturis sint diuagati. Hoc certum, Attilam ad Rhenum perlatum, arboribus ex Hercynia desectis, 27) & singulis scapharum instar excauatis, hoc flumen, eorum ope, inter initia 28) A. C. 451. traiecisse, fingensque primum, se Valentiniani nomine belli Vesigothis inferendi causa in Gallias venisse, non paucas quoque earum vrbium, partim dolo & simulatione pacis, partim vi, cepisse & expugnasse. Capta enim Hunnico hoc tumultu Diuodurum Mediomatricum ciuitas, magnaque inde egesta prius præda, incolis quoque partim in captiuitatem abductis, partim ritu victimarum mactatis, ipsa misere incensa tota in fauillis suis fuit consepulta; 29) destructum quoque Scarboniæ castrum, non longe inde dissitum & Alemannorum olim clade famosum, 30) excisa ac direpta Augusta Treuirorum, 31) Durocortorum Rhemorum diruta, Aduaca Tungrorum solo æquata, eiusque territorium fœde vastatum, 32) ac, vt quidam referunt, celeberrimæ Germaniæ primæ ciuitates, Argentoratum, Nemetes, Vangiones, Maguntiacum & Antenacum fœuitiam Hunnorum satis manifeste etiam fuerunt expertæ, 33) omnisque denique Rhenum inter & Ligerim regio spoliis, rapinis, necibus & incendiis repleta, nulli ætati, honori & sexui parsum & vbique innumera barbaræ feritatis, auaritiæ & libidinis exempla edita, donec in Aurelianos delatus Attila, gradum iam ibi fisteret, & oppugnationi huius vrbis inhærens, Romanis interim occasionem præberet respirandi, & de remediis, quomodo prouincias suas a tam immani hoste liberarent, cogitandi.

§. CXIII. Missus hoc fine Aetius, columen tunc imperii, cum exercitu Italico in Galliam; qui ibi adueniens, iunctis sibi Vesigothorum, Theodorico rege, auxiliis, 34) Aurelianos primum ab obsidione liberauit, 35) inde adscitis sibi insuper Francis, Sarmatis, Armoricis, Litianis, Burgundionibus, Saxonibus, Ripuariis & Brionibus, aliisque Galliæ & Germaniæ nationibus in commilitium, 36) ad communem hostem depellendum, auersum iam ab huius vrbis obsidione Attilam tandem quoque in campis Catalaunicis ingenti prælio superauit. Atrox hoc, immane, multiplex & pertinacissimum, cui simile nunquam memorat antiquitas, prælium, eiusque initium Gepides inter & Francos factum, qui noctu ante congressionem publicam sibi inuicem occurrentes, adeo pertinaciter

26) Mens hæc AVENTINI est *lib. II. c. 53. n. 23. Annal. Baior.* Longe vero ab hac & præcedente opinione recedit WELSERVS *in Annal. Augest. lib. VIII. p. 331.* numerosissimas Attilæ copias vtramque Danubii ripas in itinere suo oppleuisse & secundum eas migrationem in Gallias instituisse, haud incongrue coniiciens. De Romanis enim prouinciis fidem facit PROCOPIVS *de ædif. Iustin. lib. IV.* cum Attilam, ait, subuertisse propugnacula ab Impp. olim huic fluuio imposita & Germaniam magnam partem eius exercitus etiam peruagasse, testantur copiæ eius auxiliares, Thuringi, Catti, Bructeri, Franci &c.

27) SIDONIVS APOLLINARIS *in panegyr. Auito Aug. dicto carm. VII. vers. 325.*

28) Hanc enim Attilæ irruptionem in Gallias inter initia propemodum Anni 451. contigisse, persuadet, quod GREGORIVS TVRONENSIS *lib. II. c. 6. hist.* de excidio Metensis vrbis narrat: Hunnos *in ipsa Sancta Paschæ vigilia ad Metensem vrbem, reliqua depopulando, peruenisse*; & quod hanc Galliæ cladem P. AQVITANVS & CASSIODORVS *in Chron.* ad consulatum Matciani Augusti & Adelphii referant, qui incidit in annum Christi 451.

29) GREGORIVS TVRONENSIS *c. l.* AIMOINVS *lib. I. c. 6. de gest. Franc.*

30) P. DIACONVS *in libello de Episc. Metens. Eccles. p. 173.* apud FREHERVM *T. I. Rer. Fr.*

31) AIMOINVS *c. l.*

32) AIMOINVS & SIGEBERTVS *c. l.* adde ROBERTVM, monachum cœnobii S. Mariani, apud ALTISSIODORVM *in Chron.*

33) Tradita hæc sunt SCHATENII *c. l.* & qui iam ante eum, vt diximus, catalogum excifarum ab Attila circa Rhenum vrbium compositi, CRVSII *c. l.* nisi quod hic iam memoratis adhuc Basileam, Vindonissam, Coloniam Agrippinam, & Victoriacum addat: quæ, si Coloniam, ex rationibus, a Schatenio allegatis, excipias, vel ideo verosimilia, quod SIDONIVS dicere Attilam *hostem Rheni* lib. VII. epist. 12. appellat, & IDATIVS quoque in Chron. Attilam Germaniæ primæ non pepercisse tradit. Confirmant dicta vlterius, quæ de hac prouinciatum Romanarum per Attilam vastatione in medium producunt BEDA *in hist. Eccles. lib. I. c. 13.* & SIGIBERTVS *c. l.* hoc enim teste, *per totas Gallias per eos*, Hunnos, *tanta effebrabit DEI indignatio, vt nullam omnino ciuitatum, castellum, vel oppidum aliqua à furore eorum potuerit tutari munitio.* & illo referente: *adeo intolerabilis reipublicæ remansit hostis*, Attila, *vt totam pene Europam, excisis inuasisque ciuitatibus atque castellis corroderet.* Inde iam dictis CHIFFLETIVS quoque *de Vesontio Part. I. c. 5. p. 203.* ex Roberti chronico Vesuntium annumerat, qui & ipse Lingonum & Tulli oppidorum ab Attila euersorum meminit. Et Wirtenbergensem denique agrum ab eius exercitu, vel in itinere in Galliam, vel in reditu in Pannoniam, conculcatum fuisse, haud incongrue coniicit fæpe laudatus CRVSIVS *p. 183. c. l.* quod & de dulcissima patria scriptores domesticos vnanimi ore tradere, testatur historiæ eius scriptor grauissimus, nunquam laudibus satis euehendus, VELSERVS *lib. VIII. p. 332. c. l.*

34) SIDONIVS APOLLINARIS *in Panegyrico Auito facto dicto vers. 330.* Huius enim interpositione Gothos sibi adiunxerat Aetius.

35) De hac liberatione Aurelianensis vrbis ab obsidione Hunnica imprimis videndi sæpe laudatus SIDONIVS APOLLINARIS *lib. VIII. epist. 15.* qui eo tempore viuens has Gallicæ calamitates sensit, & peculiari insuper libro hanc obsidionem & reliqua gesta Attilæ conscribere in animo habuit, sed magnitudine operis victus, tandem conticuit. GREGORIVS TVRONENSIS *lib. II. c. 7.* AIMOINVS & SIGEBERTVS *c. l.*

36) Ita Aetii copias auxiliares in hac expeditione contra Hunnos recensct IORNANDES *c. 36. c. l.* & qui eum, vt iam sæpius monitum, communiter sequitur, CONRADVS VRSPERGENSIS *c. l.*

37) Hu-

citer pugnarunt, vt XC. Gepidarum & Francorum millia, mutuis vulneribus, concide-
rint, his pro Romanorum, illis pro Hunnorum parte certantibus. 37) Secuta hunc con-
flictum altera die ipsa decretoria pugna. Licet enim haruspices, exta victimarum in-
tuentes, infausta quæuis Attilæ prædicerent, decertare tamen, quam longius recedere ma-
luit, quod simul hoc adderent solatii, summum hostium ductorem de aduersa parte in hoc
prælio casurum, relictaque victoria sua morte fœdaturum; quod cum de Attii nece in-
terpretaretur, quam etiam sua cum pernicie duceret expetendam, circa nonam diei horam
copias suas trepidus in prælium eduxit, sperans, si non secus cederet, noctem imminen-
tem laboranti sibi subuenturam. 38) Regebat dextrum eius exercitus cornu Ardaricus,
rex Gepidarum, & læuo quoque Walamere Gotho præfecto, ipse mediam cum Hunnis
suis tenebat aciem. Contra ex parte Romanorum Theodoricus, Rex Gothorum, dextro
cornu præerat, & Alanis, cum Sangibano eorum rege, vt suspectis, ne fugere possent, in
medio agmine constitutis, Actius læuum sibi ducendum sumserat. Erat inter vtramque
aciem spatiosus collis, quem qui possideret, opportunitate loci victor futurus videbatur:
Hunc dum a dextra parte Hunnus, a sinistra vero Gothus cum Romano milite superare
contenderet, & alter alterum præuenire studeret, res a tumultuaria pugna in apertum le-
gitimumque bellum exarsit, Thorismundo, Theodorici regis filio, cacumen montis tan-
dem occupante & præsidio valido firmato, Hunnos eo deiiciente. Tunc Attila exerci-
tum suum hac iactura non parum perturbatum videns, habita ad eum oratione, animos
militum confirmare studet, datoque signo, prælium denuo restaurare iubet. Atrox sit
concursus, Hunnis de gloria, Romanis de libertate, multis datis & acceptis inuicem vul-
neribus, pugnantibus; cadit inter primos Theodoricus Rex Vesigothorum, ordines suorum
obequitans & ad fortitudinis specimina edenda cohortans; tanta etiam de reliqua plebe
ab vtraque parte edita strages, vt integri cadauerum aggeres in medio acierum exporrecti
starent, riuulusque, prælii campum secans, cruore humano auctus, in modum rapidissimi
torrentis inundaret, quo sitis vehementiam non pauci postea sedarunt. Cæsa enim vtrim-
que fuisse referuntur centum octoginta millia hominum, 39) & nisi nox intempesta eru-
entum hoc diremisset prælium, exitio foret atque internecione copiarum vtrinque certa-
tum. Tunc vero Attila a Visigothis, ab Alanis sese separantibus, magno impetu aggres-
sus & pene trucidatus, desperans de victoria, receptui cani iussit, copiasque suas reliquas,
in castra reducens, ilico intra ea, Germanorum more, rhedis & plaustris sese communiuit;
quæ cum Thorismundus, qui cum Aetio collem anticipans hostes de superiori loco detur-
bauerat, sua ratus, cœca nocte, accessisset, a sagittariis, intra septa castrorum collocatis,
crebris ictibus arcitus, & fortiter dimicans a quodam in capite vulneratus equoque deie-
ctus, in manus hostium pene vius venisset, ni suorum adhuc prouidentia ab hoc cum pe-
riculo liberasset. Similiter Aetius noctis confusione diuisus, cum inter hostes medios
vagaretur, trepidus, ne quid aduersi accidisset Gothis, inquirens, tandemque ad socia ca-
stra perueniens, scutatorum custodiis vndique dispositis, reliquum noctis sub armis trans-
egit. 40) Postera die, luce illucescente, cum cadaueribus plenos campos adspicerent
Aetius & Thorismundus reliquique eorum socii, & Hunnos non audere e castris suis mu-
nitis erumpere, tunc demum vicisse se intellexerunt, iustisque Theodorico in conspectu
hostium persolutis, filioque eius Torismundo in locum eius a suis surrogato, quid age-
rent cum superato Attila, armorum sonitu, tubarumque cantu eiuciam & eruptionis fa-
ciendæ consilium simulante, deliberarunt. Placuit Vesigothis Francisque castris inclu-
sum arcta obsidione fatigare, omnique commeatu intercepto, orta inde fame, ad dedition-
em cogere: Et certe, dubio procul Attilæ sanguine manibus genitoris sui parentasset To-
rismundus: ferunt enim, eum, desperatis omnibus, iam pyram ex equinis sellis construi
iussisse, cui se hostibus castra expugnantibus iniiceret, flammis prius absumendus, quam
in hostium potestatem ludibriumque veniret. 41) Ast longe in alia abiit Aetius: veritus
enim, ne Hunnis funditus interemtis, remotoque bellicosissimi hostis metu, Franci ac Ve-
sigothi æque ac illi imperio pernicioſi forent, vel vt alii volunt, pristinorum ab Hunnis,
cum

37) Huius Gepidarum & Francorum cladis meminit præter alios IORNANDES *c. 41. c. l.*

38) Superstructa hæc quoque auctoritati IORNANDIS *c. 37. c. l.* & CONRADI VRSPERGENSIS *c. l.*

39) Differunt auctores in numero cæsorum: IORNANDES enim *c. 41.* CLXII. tantum eorum habet millia, cum contra SIGEBERTVS *c. l.* eum ad CLXX. P. DIACONVS vero *lib. XV. p. 445.* ad CLXXX. millia extendant: quibus tamen plus fides habenda IDATIO *in Chron.* & ISIDORO *de orig. & gest. Goth. ær. 457.* qui CCC. plane interfectorum connumerant; nisi quis dicere velit, eos Gepides simul & Francos, qui præcedente nocte, ante initium prælii, mutuis vulneribus conciderunt, sub hoc numero quoque comprehendisse.

40) Quæ hactenus de cruentissimo hoc inter Hunnos Romanosque, eorumque confœderatos habito prælio dicta, desunta sunt ex IORNANDIS *c. 38. 39. & 40. c. l.* CONRADO VRSPERGENSI & SIGEBERTO *c. l.* P. AQVITANO, *in Chron. Marciano Aug. & Flauio Adelfio Coss.* ISIDORO *c. l.* & PAVLO DIACONO *lib. XV. p. 445.* quibus ex recentioribus imprimis iungi potest H. VALESIVS *lib. IV. rer. Franc. p. 162. &c.* & in notitia Galliarum, artic. Catalauni, vbi in Campos huius prælii inquirit, eosque olim in prouincia Belgicæ secundæ sitos, hodie non longe ab vrbe, quæ communiter Chalons dicitur, & Campaniæ prouinciæ ciuitas est, remotos esse fusius ostendit.

41) Hactenus IORNANDES *c. XL. XLI. c. l.* & CONRADVS VRSPERGENSIS *c. l.*

cum ad eos ſeſe recepiſſet, beneficiorum acceptorum memor, eos funditus delere nolens, quo, ſi res poſceret, penes eos ſemper ſibi refugium eſſet, & in imperium receptis Romanos quoque oppugnare poſſet, Torismundo perſuaſit, vt ad proprias ſedes remearet, regnumque, quod pater reliquerat, arriperet, ne germani eius, domi relicti, opibus paternis ſumtis, illud prius inuaderent & præoccuparent; 42) idem etiam cum Meroueo, rege Francorum, ſimili agens dolo effecit, vt conſeſtim ad ſuos rediret. 43) Ipſe vero, lectis & diſtributis inter milites ſuos ſpoliis, Arelatum rediit, & hoc ſuo diſceſſu Attilæ ſimul occaſionem dedit, ſecure ſeſe ad Rhenum recipiendi, & ab hoc flumine vlterius quoque in Scythiam remigrandi, 44) vnde reparatis viribus mox ipſi Italiæ hoſtilia ſua arma erat oſtenſurus.

§. CXIV. Vix igitur ver, anni pars melior, A. C. 452. redierat, cum Attila copiis ſuis de integro maiorem in modum auctis, accepta Catalaunica clade, ceu fera beſtia, iaculis venatoris vulnerata, longe furentior, traiecto Danubio & Alpibus Iuliis ſuperatis, in Italiam, omnium imperii prouinciarum opibus florentiſſimam, irrumperet, & extrema quæuis minaretur. Primum impetum Aquileia, Venetum metropolis experta, quam captam, direptam, atque incenſam ſolo æquauit, ita, vt vix eius veſtigia reliquerit. Inde victor fulminis inſtar reliqua quoque perrumpens, Veronam, Mantuam, Brixiam, Cremonam, Bergamum, Ticinum & Mediolanum, aliasque Italiæ vrbes, fœda ſtrage attriuit, Actio interim nunc a tergo, nunc a latere eius hærente, nunquam vero ſummam rei prælio experiri auſo. Poſtremo Attila ad Mincium amnem caſtra fuit metatus; vbi dum cum ſuis deliberabat, Romæ ne infeſta inferat ſigna? hi eum ab hoc propoſito ſunt dehortati, Alariei Veſigothorum regis exemplum allegantes, quem ideo tam protinus rebus humanis exceſſiſſe iudicabant, quod æternam vrbem ceperit. Igitur dum hic a ſuperſtitione retentus anceps diu animum in vtramque partem de Romana expeditione verſaret; id ipſum metuens Valentinianus Imp. cui ad prohibendum deerant vires, communi Senatus populique Romani conſilio Leonem, Epiſcopum Romanum, cum Auieno conſulari & Trigetio præfectorio viro, legatos ad eum miſit, qui pacem & fœdus a rege Potentiſſimo precibus & muneribus impetrarent. Non ingratus hic legatorum aduentus Attilæ, maxime quod præter litteras imperatoris etiam munera & pecuniam, quibus vnice vinci poterat, ad ipſum deferebant. Itaque his magis, quam precibus & auctoritate maieſtateque pontificis, animo eius feroci lenito, ſupplicibus pacem conceſſit, ſuosque ab omni cæde & deuaſtatione abſtinere iubens, tandem per eandem, qua venerat viam, in Daciam Transdanubianam receſſit; 45) vbi cum nuptias cum excellentis formæ virgine, Ildico cognomine, celebraret, vino ſomnoque grauatus, animam paulo poſt euomuit, ſanguine, qui e naribus ei largiter effluebat, dum ſupinus iacebat, in fauces delapſo, eumque ſuffocante. 46) Hic miſer vitæ potentiſſimi huius regis, qui ſe ipſum flagellum Dei appellabat, exitus, quem ei turpis temulentia accelerauit, quemque ingentes breui poſt bellici motus & ipſa denique variarum gentium ab Hunnico imperio defectio ſubſecuta. Cum enim filii eius, quos incredibili numero reliquerat, inuicem de hæreditate acerrime nimis contenderent, & ſubiectas ſibi gentes cum bellicoſiſſimis regibus, ad inſtar familiæ, in ſortem mittere & diuidere conarentur; Hoc ægre ferens Ardaricus, Rex Gepidarum, tot validiſſimas gentes viliſſimorum mancipiorum conditione tractari & ex vſu ſuo hoc ciuile Hunnorum bellum fore ratus, primus omnium cum Gepidis ſuis contra eos inſurrexit, mox vero iunctis ſibi Oſtrogothis, Marcomannis, Quadis, Alanis, Erulis, Rugis, Sciris atque aliis gentibus, quæ eodem premebantur ſeruitutis iugo, hos quoque in priſtinum libertatis ſtatum reſtituere tentauit. Atrox inde inter vtramque partem bellum, & variis, iisque grauiſſimis hinc inde datis & acceptis cladibus notabile, quod non niſi cruentiſſima in campis Sicambriæ, ad Danubium, habita pugna decretoria & totali vaſtiſſimi imperii Hunnici interitu tandem fuit diremtum. Victis enim in hoc prælio Hunnis, & XXX. fere eorum millibus cum Ellace, filio Attilæ natu maiore, gladio Ardarici & ſociorum interemtis, reliqui, qui ab hac clade ſuperſtites erant, ſe tot hoſtium coadunatis viribus

42) IORNANDES *c. l.* GREGORIVS TVRONENSIS *lib. II. c. 7. c. l.* & CONRADVS VRSPERGENSIS *c. l.*

43) GREGORIVS TVRONENSIS *c. l.*

44) IORNANDES & CONRADVS VRSPERGENSIS *c. l.*

45) Ita hanc Attilæ in Italiam ſuſceptam expeditionem deſcribunt IORNANDES *c. 42.* P. AQVITANVS *in Chron. Herculano & Sporatio Coſſ.* PROCOPIVS *lib. I. hiſt. Vandal. ab init. p. m. 15.* P. DIACONVS *lib. XV. p. 445.* GREGORIVS TVRONENSIS *lib. II. c. 7.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad An. 454.* & CONRADVS VRSPERGENSIS *p. 104. c. l.* omnes vero dicere puduit, Romanos pacem ab Hunnis pacto ſtipendii penſionis emiſſe, vnicum ſi excipias IORNANDEM; apud hunc enim *c. 49.* equites Hunni in exequiis Attilæ cantu funereo eius laudes ita celebrant: *præcipuus Hunnorum rex Attila, Patre genitus Mundzuco, fortiſſimarum gentium Dominus, qui inaudita ante ſe potentia ſolus Scythica & Germanica regna poſſedit, nec non vtraque Romanæ vrbis imperia captis cinctatibus terruit, & ne præda reliqua ſibi derent, placatus precibus, annuum vectigal, accepit.* adde ex recentioribus H. VALESIVM *lib. IV. p. 166. c. l.*

46) IORNANDES *c. 49.* CONRADVS VRSPERGENSIS *c. l.* & qui annum emortualem indicat, P. AQVITANVM *in Chron. Opitione Coſſ.* qui A. C. eſt 453. Quæ IORNANDES *c. XLIII. c. l.* de altera Attilæ in Galliam aduerſus Alanos ſuſceptam expeditionem refert, conſulto omittimus, ex rationibus a VALESIO allegatis *lib. IV. p. 171. c. l.*

47) De

viribus impoſterum reſiſtere impares videntes, relictis ſedibus Iſtrianis, celeri fuga, ad littora maris Pontici ſeſe receperunt, ibique priſtinas Oſtrogothorum ſedes occupantes, his interim & ſupra laudatis populis hoc ſuo diſceſſu commodam occaſionem dedere, quæ feliciſſimis Ardarici auſpiciis ceperant, ad optatum tandem perducendi finem, & penitus excuſſo importuno iugo Hunnico, in priſtinæ ſeſe libertatis ſplendorem vindicandi, 47) quam maiores eorum adeo adamarunt, & pro ea aſſerenda non quiduis non ſemper fuere auſi.

§. CXV. Mortuo ſic Attila, terrore orbis Romani, eiusque vaſtiſſimo regno in varias, vt diximus, partes diſtracto, qui ſolus rem Romanam haćtenus aduerſus eum, aliasque barbaras gentes, vtcunque ſuſtentauerat Actius, occidentalis imperii ſalus, & ſingularis ſpes populi Romani, 48) nec diu quoque ſuperſtes vixit, ſed eodem dolo, quo in Bonifacium Comitem peccauerat, punitus, debita naturæ, cruenta morte, A. C. 454. exſoluit. Cauſa huius cædis, præter falſam Heraclii Spadonis delationem, ingens vindictæ cupiditas Maximi, Senatoris primi ordinis, & indomita ipſius Valentiniani imperatoris libido. Cum enim hic amore illius coniugis, excellentis formæ fœminæ, turpiter exardeſceret, & inſigni dolo in palatium ſuum inuitatam vi ſtupraſſet, Maximus atroci hac illata ſibi excitatus iniuria animum ſtatim in ipſius Cæſaris exitium induxit; ſed videns, ſe Actio, ſummo Duce, viuo, ſcopum ſuum nullo modo obtinere poſſe, hunc prius quoque e medio tollere ſtatuit, ſretusque ſpadonum aulæ in ſe beneuolentia, eorum & Heraclii imprimis artibus imperatori perſuaſit, Actium nouis rebus intentum Galliæ dominatum affectare: Nec quicquam magis Valentinianum mouit, vt crimini fidem haberet, quam inuidia eius gloriæ; itaque in palatium venire iuſſum propria manu & circumſtantium gladiis non ſolum interemit, ſed & amicos eius pari fœuitia crudeli morte mulćtauit. 49) Sapientiſſime tunc pereunćtanti Imperatori, an non recte feciſſet, quod Actium e vita ſuſtuliſſet, a Romano quodam reſponſum: rećtene id factum eſſet, nec ne, ſibi ignarum, id certum ſibi, Imperatorem eo facto manum ſibimet dextram altera manu abſciſſiſſe. 50) Præterquam enim quod ipſe Valentinianus dolo Maximi, ab amicis Actii, quos imprudenter ſibi cuſtodes corporis legerat, in campo Martio trucidatus alterum annum non ſuperuixerit, 51) omnis quoque Romana fortitudo & felicitas cum Actio videbatur ſepulta, cum poſt mortem eius occidentis imperium, quod ab Auguſto inde ſteterat, iam funditus corrueret & vbique variis malis afflićta miſere tandem diſcerperetur. Inteſtina enim bella & arma plusquam ciuilia vt taceam, quibus vmbræ illæ Cæſarum, qui poſt obitum Valentiniani, nouem numero, paucorum menſium vel annorum ſcenam egere, & quorum vires non multum vltra Italiæ regnum porrectæ, ſe ipſos inuicem conficiebant, ferociſſimæ quoque gentes, veluti repagulo ſoluatæ, imperium certatim irruebant & ad ſpolia eius vndique concurrentes obuia quæque armorum vi rapiebant. Siquidem præter Britanniam Scotos inter & Anglo-Saxones partitam & Hiſpaniam ſub Sueuorum Gothorumque dominatu iam diu gemiſcentem, Vandali ex Africa, ab Eudoxia Auguſta, Maximo inſeſta & commiſſum facinus in Valentinianum vlciſci cupida, in Italiam inuitati, Romam diripiebant, Campaniam vaſtabant & in reditu in Africam ipſam Auguſtam ſecum abducebant. 52) Saxones totum illud Armoricæ & occidentalis Galliæ littus occupabant, Franci, Gothi & Burgundiones reliquas Galliarum, Germaniæ ſecundæ & vtriusque Belgii prouincias inter ſe diuidebant, & vt alias gentes in imperii viſcera ſæuientes omittam, qui de confirmandis opibus ſuis & finibus, aliarum gentium exemplo, proferendis æque ſolliciti Alemanni, perrupto Rheni limite, Germaniam primam, Maximam Sequanorum & vicinos ad caput huius fluminis tractus, 53) antea ſæpe tentatos, ſibi quoque vindicabant, & cum latis-

47) De hac inter filios Attilæ de ſucceſſione in regna orta contentione, eamque inſecuta variarum gentium, & imprimis Matcomannorum Quadorumque, defectione, Hunnorumque ad littora maris Pontici fuga, inter alios videndi IORNANDES *c. 50.* P. AQVITANVS *c. l.* ISIDORVS *ad an. 457. de orig. & geſt. Goth.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad An. 456.* & CONRADVS VRSPERGENSIS *c. l.* adde CAROLI STEPHANI *diſſ. Hiſt. Geogr. voce Sicambria*, vbi Sicambriam, circa quam dictum prælium decretorium commiſſum, Buda vetus, ex Lazio, interpretatur, ita appellatam a legione Sicambrorum, quæ hic præſidio collocata, hanc vrbem ædificauit, & a ſuo nomine Sicambriaro vocauit, vti apparet ex lapide antiquo, tempore Matthiæ regis in Buda veteri effoſſo, cum fundamenta ædium Beatricis reginæ iacerentur.

48) Hisce elogiis virtutem Actii prædicant MARCELLINVS *in Chron.* P. DIACONVS *lib. XV. p. 445.*

49) De hac cæde Actii vid. PROCOPIVS *lib. I. hiſt. Vandal. ab init.* GREGORIVS TVRONENSIS *lib. II. c. 8.* P. AQVITANVS & CASSIODORVS *in Chron.* Actio & ſtudio Coſs. SIDONIVS *carm. VII. p. 359.* & IORNANDES *de ſucceſſ. regn. & tempor. p. 127.*

50) Vid. modo de cæde Actii allegati auctores, quibus addi poteſt NICEPHORVS *lib. XV. c. 1.*

51) PROCOPIVS *lib. I. p. 15. c. 1.*

52) Vid. PROCOPIVS *lib. I. p. 16. c. 1.* ISIDORVS *in hiſt. Vandal. era 467.* IORNANDES *p. 127. c. 1.* SIDONIVS *in Panegyr. Maiorano dicto v. 385.* P. DIACONVS *lib. XV. pag. 446.* & qui hanc Romanæ vrbis per Vandalos expilationem ad A. C. 455. Valentiniano VIII. & Anthemio Coſs. referunt P. AQVITANVS & CASSIODORVS *in Chron.*

53) Alemannos iam ſub Honorii principatu ſedes fixas in Cis-Rhenano, maxime Heluetico agro, habuiſſe, putat quidem H. VALESIVS *lib. V. p. 257. rer. Franc.* auctoritate *Seruii Mauri Honorati Grammatici*, Honorii coæui, ſeductus, qui lib. IV. verſ. 278. Georgic. *populos, habitantes iuxta Lemannum ſtuuium* (quem lacum dicere debuerat) *Alemannos vocari*, tradit. Verum cum SOZOMENES

latissima Rhætiæ primæ, 54) ab Oeni fluminis ortu ad Danubii fontes vsque, parte, perpetuo iure possidenda, nemine id prohibente, sumebant. Prima hæc, quantum ex illius seculi caligine compertum, Alemannorum trans Danubium & Rhenum fixarum sedium fundamenta, quos impotentia Romanorum impositorum expellere haud potuit. Quamuis enim Mœcilius Auitus, peditum equitumque magister, a Maximo Augusto laborantibus Galliæ prouinciis suppetias ire iussus Alemannos Cis-Rhenanos vel sola nominis sui fama, vt Sidonius, ipsius gener, more poetarum, magnifice nimis loquitur, ad pacis conditiones accipiendas adegerit; 55) & Burto quoque, quem Maioranus ante sumtam purpuram, militum adhuc magister, in Rhætiam, ad coercendos Alemannorum motus, miserat, Caninam eius regionem occulte populantes repressit; 56) nunquam tamen eos ab vllo horum

lib. IX. c. 13. qui breui interuallo post Honoratum, scilicet sub Valentiniano III. vixit, Constantinum tyrannum, Honorio rebellantem, Edobinchum Francum trans-Rhenum, ad imploranda Francorum Alemannorumque auxilia missse, expresse referat; quod non opus habuisset, si iam hoc tempore in Gallia nidulati: & Honoratus insuper Alanos, Goare Duce, sub Honorii imperio, in Galliam transgressos & postea in agro Valentino ad Rhodanum sedem figentes (vid. Chron. PROSPERI Pithœanum ad Annum XVII. post obitum Honorii) cum Alemannis confundere videatur, merito hoc casu Honorati fides nobis suspecta, & a Valesio recedentes, SIDONIO APOLLINARI potius subscribimus, qui omnium sui æui Galliarum calamitatum testis oculatus, hanc Galliæ tractus circa ripas Rheni per Alemannos occupationem, in Panegyrico Auito Augusto dicto, ita tum ad Aetii mortem, nec non initio reginiis Maximi, ceu temporum ordine proximam, coniungit, & veluti rem nouam & antea inauditam commemorat, quando vers. 359. ita canit:

Actium placidus mactauit semiuir amens,
Vixque tuo impositum capiti diadema Petroni,
Ilico barbaries: nec non sibi capta videri
Roma Getis, tellusque suo cessura furori,
Raptores ceu forte lupi, queis nare fugaci
Monstrat odor pinguem clausis ab ouilibus aurum:
Irritant, accuunque famem, portantque rapinæ
In vultu speciem, pauulo ieiunia victu
Fallentes. Iamiamque tener sue frangitur agnus,
Atque albens auido crepitat iam præda palato.
Quin & Aremoricus piratam Saxona tractus
Sperabat, cui pelle salum sulcare Britannum
Ludus & assuto glaucum mare findere lembo.
Francus Germanum primum, Belgamque secundum
Sternebat: Rhenumque ferox Alemanne bibebas
Romanis ripis, & veroque superbus in agro
Vel cuius, vel victor eras. - -

Inde etiam B. RHENANVS *lib. I. rer. Germ. p. 116.* hæc verba Sidonii explicans, postquam antea migrationes Francorum in Gallias institutas recensuisset, rectissime concludit: *Nec Alemanni cunctantur, posteriores minime laturi, vbi de imperio Galliarum diuidendo ageretur. Mors Aetii certam & duraturam prouinciarum possessionem spondebat. Igitur ruinas vrbium verint, quam vrbes, quas sæpe suis ipsi manibus, sed post Attilam fundatas exciderant, occupare pergunt. Transgressi Rhenum Germaniam primam inuadunt & Maximæ Sequanorum partem vsque ad Burgundiones, qui prius transcenderant: item superiores ad Rhenum agros, & Turgauiam ac vallem Pœninam, quam Vallesiam vulgus nominat. Trans Danubium vero latissimam illam Rhætiam primam, & hanc ante sæpe tentatam, nunc tandem sibi vindicant.* Et GVILLIMANNVS c. III. de Episc. Argent. inquit: *sed ab hoc fane tempore* (Attilianæ scil. Galliarum vastatione) *& interfecto etiam Valentiniano III. Imp. easdem quoque prouincias & vrbes* (Cis Rhenum) *retinuere, inferiores Franci, Alemanni superiores.* Licet hanc suam sententiam mutasse videatur *lib. II. c. V. n. 8. p. 81. de reb. Heluetic.* primam originem Dominatus Alemannici in Helue-

tia ad tempora Gratiani Imp. referens, quem captiuos ex hac gente in Heluetiam & Rauracos traduxisse, agrisque confignatis terram colere, riparum curam tenere & vacua complere iussisse tradit. adde BVCHERIVM. *lib. XIX. c. 11. Belg. Rom.* vbi cum Galliarum tractum, qui Auentico ad orientem obtenditur, nec non omnem Triboccorum agrum, Argentoratum fere vsque, Alemannos statim post Attilæ in Gallias irruptionem occupauisse, sibique perpetuo iure possidendos vindicasse scribit.

54) Alemannis breui post obitum Aetii Valentinianique interuallo haud exiguam Rhætiæ primæ portionem paruisse, omnium luculentissime ex IORNANDE *de reb. Getic. c. 55.* constat. Hic enim cum Sueuos, Leone in oriente (ab A. C. 457. ad 476.) regnante a Theodemiro Ostro-Gothorum rege cruento bello victos fuisse commemoret, his eis quodammodo ditionis suæ fines assignat: *regio illa Sueuorum, ab oriente Baioharos habet, ab occidente Francos a meridie Burgundiones, a septentrione Thuringos, quibus Sueuis tum iuncti Alemanni etiam aderant, ipsique alpes erectas omnino regentes, vnde nonnulla fluenta Danubio influunt, nimio cum sono vergentia.* Nec dictu difficile, quænam illa regio, quam Rhætiam irruentes Alemanni primum insederunt: Scilicet omnis illa a fontibus Danubii, secundum Brigantinum lacum ad Oeni vsque ortum latissime patens tractus. Ex hoc enim nonnulla flumina, quæ inter ipse Oenus, Lycus & Ilarus nobilissimi sunt, profluere & tandem Danubio immergi, in Geographicis docemur. Et ex his etiam iudicare licet de coniectura GOLDASTI *lib. I. c. 3. p. 65. de reg. Bæh.* quasi scil. Theodoticus, Ostro-Gothorum rex, subiectos sibi Marcomannos & Quadorum gentem in societatem belli, aduersus Odoacrum, Herulorum in Italia regem, traxerit, & bene merentibus tandem iam laudatas in Rhætia sedes, præ suis Bohemicis, per Hunnos & Gothos miserrime vastatis atque euersis, præmii loco incolendas concesserit. Sicut enim, quæ de obsequio harum gentium erga Gothos ex Iornande, Bonfinio, Cureo & Velsero adducit, aut nihil plane probant, aut non nisi de Alemannorum parte, post præsium Tolbiacense ad Theodoricum confugiente, intelligenda, ita e contra ex allegato Iornandis testimonio Alemannos non demum a Theodorico, præmii loco, in sepe laudatas Rhætiarum sedes immissos, sed iam ahrea, sub parente eius Theodomiro, eas possedisse, omnino constat.

55) SIDONIVS APOLLINARIS c. I. vers. 375.

- - *Sed perdita cernens*
Terrarum spatia, princeps iam maximus, vnum
Quod fuit in rebus peditum equitumque magistrum,
Te sibi Auite legit. - -

Et paucis interiectis v. 318. pergit:

Vt primum ingesti suscepit pondus honoris,
Legas, qui veniam poscant, Alemannus, furori.

56) SIDONIVS APOLLINARIS in Panegyrico Maiorano Augusto dicto vers. 373.

- - *Consenderat Alpes,*
Rhætorumque ingo per longa silentia ductus,
Romano exierat populato tutus Alemannus.

Perque

rum Ducum prouinciis his, quas bello ceperant, penitus eiectos & trans Rhenum Danubiumque ad priſtinas ſedes remeare compulſos fuiſſe, vel ideo credibile, quod quo minus ad extrema eos Romam adigerent, multis aliis implicabantur bellis, & Auitus quoque, relicta Gallia, mox Romam remigrabat, ad capeſſendum imperium, quod per obitum Maximi rectore carere, fama vbique vulgauerat.

§. CXVI. Miſeræ itaque Germania prima, Maxima Sequanorum & vicini tractus Alemannici furoris & crudelitatis ſcenæ. Vix enim in cis Rhenano agro noui hi hoſpites nidos locauerant, cum veriti, ne rurſus occupatis ſedibus, vt antea ſæpius, redintegratis Romanorum viribus, eiicerentur, & ne repulſis forte æque difficilis impoſterum tranſitus redderetur, obuia quæque Romanorum caſtra & munimenta, quæ rabies immaniſſimi illius Rheni hoſtis Attilæ intacta reliquerat, funditus ſubuerterent & dirutis mœnibus ſolo vndique æquarent. 57) Nec melior quoque Rhætiarum conditio: quippe qui a borea eas attingebant & non niſi Danubio diſterminabantur Alemanni, regum ſuorum Gibuldi & Hunnimundi auſpiciis Rhætiam ſecundam, ad Quintana vsque & Bataua, contiguis incurſionibus vexabant, oppida pleraque capiebant, capta diripiebant & vbique barbaræ ſuæ crudelitatis ſpecimina edebant: 58) & licet de Rhætiæ primæ calamitatibus in tantis priſcorum monumentorum tenebris certum & diſtinctum quid definiri haud poſſit, vix tamen credibile, eam, & tractum imprimis circa Auguſtam coloniam, ab his miſeriis penitus fuiſſe immunem, cum quos modo circa lacum Brigantinum ſedes fixiſſe memorauimus Alemanni quotidie inde proſerperent, & omnem cis Lycum amnem prouinciam poſtea fuerint adepti. 59) Hoc certum, Auguſtulo, vltimo occidentis imperatore, vel rege potius, A.C. 476. ab Herulis deuicto, & Italiæ regno ad horum regem Odoacrum, qui ſe omnium Germanorum Romanorum regem in Italia primus dicebat delato, Alemannos cum Rhæticis Noricisque populationibus haud contenti Italiam quoque inuaderent, & obuia quæque deuaſtarent, ab hoc, adiuncto ſibi Childerico, Francorum rege, belli ſocio, graui clade affectos & ad ſua quoque fuiſſe repreſſos. 60)

§. CXVII. Iam ante hæc geſta atrox quoque Oſtrogothos inter & Transiſtrianos Sueuos interceſſerat bellum, quod non niſi exitiabili horum pernicie tandem fuit finitum. Auctor & incentor eius rex Hunnimundus, quem paulo ante rem Romanam in Rhætia ſecunda quoque turbaſſe diximus. Hunc magnum armenti Gothici ex Pannonia numerum abigentem Theodomir, Walameri, Gothorum regis, frater, circa Peiſſodis lacum haud leui pugna victum, cum omni exercitu ſuo, in poteſtatem ſuam redegerat, ſed mox clemencia inorus ſibi prius in filium adoptatum cum omnibus captiuis ad ſua remiſerat, 61) ſperans, ſe hoc beneficii genere ferocem eius erga ſe animum non parum mitigaturum & ad pacis quoque ſtudia compulſurum. Verum hic gratiæ huius immemor, & infamiæ acceptæ cladis abolendæ cupidine flagrans, omnem contra Gothos Scyrorum gentem, Danubium iuxta conſidentem, ad arma concitabat, eorumque ope ſecuros, nec tale quid metuentes, ex improuiſo denuo adoriebatur. Cruentum itaque inter vtramque partem committitur prœlium; cæſus in eo Walamir, rex Gothorum, dum ante aciem, equo vectus,

Perque cani quondam dictos de nomine campos,
In prædam centum noues dimiſerat hoſtes.
Iamque magiſter eras, Burconum dirigis illo
Exigua comitante manu: ſed fiſſicit iſtud,
Cum pugnare iubes, certa eſt victoria noſtris
Te mandaſſe acies; peragit fortuna triumphum,
Non populo, ſed amore tuo.

Adde CELLARIVM *in notis. orb. antiqu. lib. II. c. VII. p. 533. & c. IX. p. 677.* qui dubitat, an campi illi Canini, per quos Alemanni prouincias Romanas inuadere conſueuerant, in finibus Rhætiæ & Mediolanenſis agri iuxta flumen Ticinum & Verbanum lacum, cum Cluuerio, Sirmondo & Iac. Gothofredo, qui hoc auctoritate Gregorii Turonenſis ſubnixi ſtatuunt, ſint quærendi, an cum aliis, qui hoc ex Ammiani Marcellini *lib. XV. c. 6.* demonſtrare fatagunt, Griſonibus dandi, & non longe a ciuitate Curia ponendi, quod vltimum inter alios exiſtimat indeque etiam Griſones *Graupünder* dictos fuiſſe, conicit GRVSIVS *Part. I. lib. VI. c. 4. pag. 139. c. l.*

57) Ita enim B. RHENANVS lib. III. p. 264. c. l. *Itaque quum primum Alemanni labente tam imperio Romano, dictas regiones ad Gallicam Rheni ripam vergentes inuaſiſſent, quicquid erat munimentorum, & qui quid erat vrbium, exciderunt, veriti, ne redintegratis viribus reuerterentur Romani, & ipſos depellerent, quod ante ſæpiſſime contigerat, reuperatisque arcibus & oppidis, terras eas rurſus facerent inexpugnabiles. Tum igitur concordia munimentum Romanorum, & alterum cui Tribonis nomen fuit, in tractu Argentoratenſi, Argentoratum Saletio, Brocomagus, Elcebus, Argentuaria Vindoniſſa, Forum Tiberii, Auenticum & iſta noſtra Auguſta (ſc. Rauracorum) ſed & interiores aliquot vrbes, vt Diuodurum in Mediomatricis, Tullum & Nauſium in Leucis & ſimiles cuerſæ ſunt; præcipuam tamen violentiam iis experti, quæ in ripa Rheni, vel proximis Rheno locis ſitæ erant, quo vſit per vim Romanorum repulſis facilior in futurum eſſet tranſitus:* adde STVMPFIVM *lib. IV. c. 26. Chron. Heluet.* & GVILLIMANNVM *de Epiſc. Argent. c. 3.* eadem fere tradentes; licet negandum non ſit, multarum vrbium excidium, quod his Alemannis tribuit Rhenanus ab aliis Attilæ populatori adſcribi. *vid. ſupr. §. 113. not.*

58) EVGIPPIVS *in vita S. Seuerini*, quam ex Mſto bibliothecæ S. Emerani Reg noburg. primum edidit VELSERVS *c. 19. 22. 25. 27. 31.*

59) Coniectura haec eſt ſæpius laudati VELSERI *lib. VIII. Annal. Auguſt. p. 335.*

60) GREGORIVS TVRONENSIS Lib. II. c. 19. *Adouacrius cum Chrilderico ſæuas tenit, Alemannoſque, qui partem Italiæ peruaſerant, ſubiugarunt.*

61) IORNANDES *Cap. LIII.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *in Chron. ad An. 459.* Poſſo autem lacus, iuxta quem hoc prœlium commiſſum, idem eſt, quem hodie dicimus *den Neuſiedler-See.* CELLARIVS *in not. orb. antiqu. lib. II. c. VIII. p. 553.*

62) IOR-

ctus, cuncta conluſtrans, ſuos ad edenda fortia ſpecimina factis potius quam verbis adhortaretur: ad victimum tamen Scyri funditus deleti, vt vix ex tota gente remanſerint, qui cum dedecore gererent nomen. 62) Quod videntes Sueui, & eadem quoque fata a Gothis metuentes, Sarmatarum reges, Beugam & Babaim ſibi conciliarunt, & reliquiis Scyrorum, vindictæ cupidine, Edico & Vulſo Ducibus, iam acrius pugnaturis, cum ingenti Gepidarum, Rugorum, aliarumque gentium multitudine, ſibi quoque adiunctis, caſtra regum ſuorum, Hunnimundi & Alarici, auſpiciis ad Bolliam amnem in Pannoniis ſunt metati, extrema, his ſtipatis auxiliis, hoſtibus ſuis, Gothis, iam minantes. Hi defuncto, vt diximus, Walemire, fratrem eius Theodemir regem ſibi elegerant, qui licet dudum cum fratribus regnaret, tamen iam auctioris poteſtatis inſignia ſumens, belli curas cum Widemire fratre fuit partitus, & neceſſariis cunctis ad hanc expeditionem comparatis, tandem quoque ad arma proſiliit. Conſerto itaque prœlio, ſuperior extitit Gothus, tanta de Sueuis eorumque ſociis edita ſtrage, vt campus cæſorum ſanguine madefactus, rubrumque pelagus appareret, & armorum cadauerumque colles extruerentur, eorum plus decem millibus cæſis 63) Tunc appropinquante hyemali frigore & glacie, vtramque Danubii ripam iungente, Theodemir, victoria parta vſus eum pedeſtri exercitu ipſas quoque Sueuorum ſedes perluſtrauit, & cuncta depopulans, magnam eorum partem ſuæ ditioni pene ſubiecillet, 64) ni a ſuis, ſumma interim omnium rerum inopia laborantibus, reuocatus, derelicto hoc bello, noſtum aduerſus Romanos, quo ſuis ex raptu viuentibus victum pararet, decreuiſſet, ſibi longe vtilius. 65) Hoc feliciter quoque finito, Theodemirus fatali tandem ægritudine occupatus, regnum Theodorico filio reliquit, qui Zenonis, orientis imperatoris, auctoritate adiutus, relicta Pannonia, poſtea cum omni ſuo populo Italiam immigrauit, victoque & interemto Odoacro Herulorum ibi rege, omnem eius poſſeſſionem ſibi vindicauit, & ſub regio titulo cum ſucceſſoribus ſuis per LX. fere annos tenuit. 66) Tunc Slauis Sarmatiæ populis, Zeccho Duce in Germania interiore inualeſcentibus & cuncta ſibi ſubiicientibus, Marcomanni, cum ſociis populis Hercyniæ campos cum adiacenti tractu incolentes, ab his quoque pulſi, & relictis his ſedibus ad partes magis occidentales, & agros, Rheno Danubioque vicinos conceſſiſſe videntur; quo vero hæc acciderit migratio tempore, accurate definiri nequit, cum nobis ſcriptorum negligentia huius rei ſcientiam inuiderit. 67)

§. CXVIII. His igitur nouis aduenis aucti Alemanni in cis-Rhenano & Rhætico tractu conſidentes, terras Romanis ſemel ereptas continuis acceſſionibus quotidie augere, & ſuæ ditionis terminos mirum in modum quaqua verſum extendere pergebant. Licet autem ob frequentes eorum migrationibus limitum mutationes nihil fere perpetuum in finium ratione conſtitui poſſit, videntur tamen ex communi illa occidentis præda ante infelix illud ad Tolbiacum prœlium omnem fere illum ad ſe rapuiſſe tractum & florentibus rebus ſuis poſſediſſe, quem Vangiones olim, Nimetes, Mediomatrices, Tribocci, Sequani, Leuci, Lingones & Heluetii inhabitarunt, & linea a Vangionum 68) ciuitate per oppida Altzey & Kirn 69) ad Theodonis villam 70) vsque & inde rurſus per Nanceium

62) IORNANDES *c. l.* SIGEBERTVS *ad An. 461.*

63) IORNANDES *c. LIV. c. l.* SIGEBERTVS *ad An. 462.*

64) IORNANDES *c. LV.* SIGEBERTVS *ad An. 463. c. l.*

65) IORNANDES *c. LVI. c. l.*

66) IORNANDES *c. LVII. c. l. & de ſucceſſ. regnor. & tempor. p. 132.* PROCOPIVS *lib. I. de Hiſt. Gothic. v.* DIACONVS *lib. XV. p. 447.* & CASSIODORVS *in Chron.* qui initia expeditionis Theodorici ad conſulatum Probini & Euſebii, mortem Odoacri vero ad conſulatum Albini i. e. ad A. C. 489. & 493. refert.

67) Inde mirum in modum litigant auctores, quo tempore hæc Slauorum in Boiohemum irruptio, & Sueuorum contra in partes Germaniæ occidentaliores accideriit migratio? Ad Attilæ enim tempora eas refetunt CROMERVS *lib. I. c. vlt. rer. Pol.* SPANGENBERG *cap. 50. in Chron. Saxon.* & qui hiſce ſubſcribunt, WELSERVS *lib. II. p. 66. rer. Boiicar.* & GOLDASTVS *lib. I. c. IX. §. 3. pag. 69. de Regno Bohem.* ita tamen, vt nec eorum opinionem reprobent, qui Attila demum mortuo, quum vnius regni interitu multa paſſim orirentur, Sarmaticis primum in Germaniam irruptionibus viam patefiſſe malunt, quod imprimis ſtatuit AVENTINVS *lib. III. c. t. p. 214. Annal. Boi.* dum hanc Slauorum in Boiohemum expeditionem ſtatim poſt Attilæ mortem eamque ſubſecuta Sueuos inter & Oſtrogothos diſſidia & bella recenſet, ſecus ac MACHIAVELLVS, *in tractat. de migrat. popul. Septentr. & ruina Rom. imperii*; & qui eum ſequitur P. ALBINVS *in Chron. Miſnenſ. tit. VI. f. 70.* aut conſentiunt B. RHENANVS *lib. I. p. 149. rer. Germ.* LATZIVS *lib. VIII. p. 506. de Migrat. gent.* & D. CHYTRAEVS *in Saxon. lib. I. f. 32.* qui omnes hæc geſta ſub Mauritio, aut Heraclio Impp. circa finem ſec. VI. aut initium VII. contigiſſe affirmant. Et certe, ſi dicendum, quod res eſt, ſententia Auentini omnium eſt veroſimillima, poſt Attilæ enim mortem ſec. V. Sueuos adhuc Boiohemum incoluiſſe, docent, quæ paulo ante de bello Theodemirum, Gothorum regem, inter & Hunnimundum Alaricumque, Sueuorum reges, geſto, diximus. Ante finem autem huius ſeculi, relictis his ſedibus, ad interiora magis Germaniæ iam receſſiſſe, nomen eorum poſthæc in Boiohemo funditus extinctum, nec vnquam renatum, luculenter oſtendit.

68) Hanc vltimam Alemannorum ad Rheni ripam in confinio Francorum fuiſſe ciuitatem, docet ANONYMVS RAVENNATENSIS *lib. IV. §. 26. Geograph.* dum air: *Item iuxta ſupra ſcriptum Rhenum ſunt ciuitates, i. e. Gormetia, quæ confinalis eſt cum prænominata Moguntia ciuitate Francorum.*

69) Has conterminales vrbes cum Francis Alemannis quoque attribuit modo laudatus ANONYMVS RAVENNATENSIS *p. inſr.*

70) Hanc Theodoricopolim ANONYMI RAVENNA-

ium 71) ad Lingones 72) & Ararim 73) vsque ducta, hoc ipso flumine, Rhodano 74) & lacu Leman-

VENNATENSIS esse, quousque etiam ab hac parte Alemannorum fines extendit, infra ostendemus.

71) Ita idem auctor Nanceium, Lotharingiæ metropolim, Alemannis quoque, labente occidentis imperio, in prædam cessisse, affirmat. *v. infr. not.*

72) Horum quoque ciuitatem, Langres hodie dictam, Alemannis, patriam eorum describens, attribuit, modo citatus ANONYMVS.

73) Ab hoc enim flumine non multum distat Vesontium, quam Alemannos quoque possedisse ex auctore hactenus allegato discimus. Inde cum Dubis amnis, ad quem hæc vrbs ædificata, postea infra eam Arari, hodie Saone dicto, immergatur, facile credibile, Alemannos secundum eum progressos, quicquid inter vtrumque flumen, sibi quoque vindicasse, & ad Araris vsque inferiores partes ditionis suæ terminos promouisse, maxime cum & in superioribus partibus hoc flumen transgressi Lingonum ciuitatem sibi quoque subiicerent, & per aliquot tempus potirentur.

74) Alemannos prouincias Romanorum cis-Rhenanas, maxime Heluetiam irruentes, in his partibus meridiem versus suæ ditionis terminos ad Rhodanum vsque protulisse, opinium optime ex iis patet, quæ supra de sedibus, Burgundionibus ab Actio in Sabaudia assignatis, obseruauimus, & quæ IORNANDES, Rauennatensium Episcopus, sub Theodorici, Ostrogothorum regis, principatu in Italia florens de finibus Sueuorum & vicinis eorum populis *c. LV. de reb. Getic.* refert: *regio illa Sueuorum, inquiens, ab oriente Baiobaros habet, ab occidente Francos a meridie Burgundiones, a Septentrione Thuringos.* Cum enim secundum hunc Burgundiones Sueuorum finitimi, & Sabaudia, quam inhabitabant Burgundiones, Rhodanum Septentrionem versus attingat, necesse est, Sueuos eo vsque se extendisse. Hoc iam olim obseruasse videtur B. RHENANVS *lib. II. pag. 152.* cum ab Alemannis omnem Heluetiam occupatam tradat, cuius fines meridiem versus Rhodano & lacu Lemanno a CAESARE *lib. I. c. 1. de B. G.* terminantur: & haud ita pridem eadem quoque B. HERTIVS *P. III. cap. 1. §. 3. in notit. veter. Germ. pop.* B. IVNCKERVS *in seiner Anl. zur mittl. Geograph. Part. II. c. 3. p. 155.* & GVIL. TVRCKIVS *in Disp. de Geogr. med. æn. §. 21.* docuerint. Postea vero Sueuorum in his partibus potentia & auctoritas non parum fuit imminuta: Inualescentibus enim Burgundionibus & diuionis suæ pomœria quaqua versum amplificare anniteentibus, omnis ille tractus, qui Rhodano, Iura Monte, Rheno, Arola & Vrsa amnibus includitur, in horum prædam cessit & ab ipsis fuit occupatus. Iuræ enim deserta suo æuo Alemanniam & Burgundiam disterminasse, disertis verbis asserit GREGORIVS TVRONENSIS, dum in vitis patrum C. I. de Lupicino & Romano stratibus in eremo, iuxta hunc montem tria monasteria exstruentibus inter alia inquit: *Hi communi consensu eremum petunt & accedentes simul inter illa Iurensis deserti secreta, quæ inter Burgundiam Alemanniamque sita Auenticæ adiacent ciuitati tabernacula figunt.* Conf. hic quoque FREDEGARIVS *in Chron. lib. V. c. 37.* & Arolam quoque, vbi Rheno immergitur, limitem occidentalem, Burgundiones versus, constituisse, WALAFRIDVS STRABO *in præfat. ad vit. B. Galli apud* GOLDASTVM *T. I. S. R. A. p. 143.* testatur, *partemque*, inquiens, *Galliæ circa Ararim* (melius dixisset Arolam, Germanice *die Aar*) *obsiderunt Alemanni.* Sic Viudonissam porro, nobilem olim ad confluentem Vrsæ ciuitatem, ambitu Burgundiæ postea comprehensum & ab Alemannia auulsam fuisse, patet ex catalogo Episcoporum, qui concilio Epaonensi A. C. DXVII. sub Sigismundo penultimo, Burgundionum rege, subscripserunt, horum enim numero Bubulcus, Vindonissensis Episcopus, etiam comprehendebatur; V. VALESIVS *in notit. Galliar. voce Vindonissa. p. 612.* Et ipsum denique amnem Vrsam hunc Comitem inde Alemannos inter & Burgundiones continuasse, ex variis monasterio Murensi ab Impp. concessis priuilegiis & diplomatibus, quæ STVMPFIVS *lib. IV. c. 25. 26. & 54. Chron. Helvet.* & GVILLIMANNVS *lib. IV. c. 3. p. 195. & lib. V. c. 3. pag. 262.* Habspurgic. passim adducunt, facile liquet: Cum in his omnibus comitatus Rore, qui Vrsæ flumini proxime adiacet, in pago Argoia, & prouincia Burgundiæ expresse ponatur. Conf. VALESIVS *c. l. voce Alemanni pag. 8. & voce Helvetia p. 244.* nec non B. REGIZERVM *c. III. pag. 16. in Teutschen Regent- und Ehren-Spiegel*, qui etiam posteriori tempore Vrsam amnem Burgundiones inter & Alemannos terminum statuunt. Et ab hac migratione Burgundionum deriuandum, quod incolæ Vrsam inter & Iuram montem a Francis Transiurani aut Vltrajurani, ipsa vero regio Burgundia Transiurensis, aut Burgundia minor dicerentur v. STVMPFIVS *lib. IV. c. 26. c. l.* IODOC. COCCIVS *in Dagoberto c. VII. p. 67.* & VALESIVS *voce Helvetia c. l.* Quo autem casu, & quo tempore hunc tractum obtinuerint, & regioni suæ adiunxerint, in tanto Scriptorum silentio res dicta difficilis. STVMPFIVS quidem *c. l.* per modum cessionis, inito inter vtramque gentem fœdere, has terras ad Burgundiones deuolutas fuisse refert, sed vnde hæc hauserit, non addit. Inde longe verosimilius, deuictis ad Tolbiacum a Clodouæo Alemannis, & magna eorum parte, derelictis sedibus suis, ad Theodoricum, Ostrogothorum regem, in Italiam concedente, Burgundiones commoda hac occasione vtentes, vacuas has terras occupauisse, sibique asseruisse. Hoc interim certum, iam Agapeto Cos. i. e. A. C. DXVII. non solum sæpe nominatam regionem, sed & omnem simul inter Iuram montem & Ararim tractum Burgundiones tenuisse. Numerantur enim in actis supra laudati concilii Epaonensis, sub Sigismundo, penultimo Rege Burgundionum, habiti, inter XXVIII. ciuitates, quæ tunc regnum Burgundiæ constituebant, expresse quoque Viudonissa, Auenticum, Basilea, Vesontium & Lingonum ciuitates, & ab omni Alemannorum eximuntur potestate. vid. VALESIVS *voc. Burgundia c. l.* Relictum igitur ab omni Heluetiæ præda Alemannis non nisi exiguum segmentum, pagi scilicet Tigurinus & Turgouiensis, quos Rheno & Vrsa amne circumflui videmus, & quorum in medio æuo in diplomatibus antiquis, sub omniuni Turgouiæ nomine, (quod vt probe obseruat STVMPFIVS *lib. IV. cap. 54. c. l.* omnis ille a Rheno ad Vrsam vsque tractus vulgari vocabulo ita quoque appellatus fuit) frequens fit mentio, ita tamen, vt simul ducatui Alemannico annumerentur. Sic in litteris, quibus Ludouicus, Germaniæ rex, Turegum & Vraniam Hildegardi filiæ suæ donat, inter alia inquit: *Curtim nostram Turegum, in ducatu Alemannico, in pago Turgaugensi, & pagellum Vrania - tradimus - dilectissimæ filiæ nostræ Hildegardæ* v. GVILLIMANNVS *lib. I. p. 119. c. l.* & in diplomate Gyneceo Tigurino ab eodem Ludouico dato, dicitur: *nostram iurisdictionem & præfecturam in Turego, in Ducatu Sueuiæ seu Alemanniæ, quæ est in circuitu Turgoiæ - - donationis dominarum monasterio* v. CRVSIVS *lib. II. Part. II. c. 7. pag. 46.* & STVMPFIVS *lib. IV. c. 54. c. l.* Tigurum insuper castrum Ducum aliquando Sueuiæ sedes & residentia erat, GOLDASTVS *lib. I. c. VIII. p. 66. §. 25. de regn. Bohem.* Lacus, cui adiacet hæc vrbs, a WALAFRIDO *lib. I. c. 11. c. l.* in Alemannia po-

Lemanno, 75) Alpibus Penninis 76) ad fontes vsque Rheni protensis, & ipso denique hoc flumine circumdatum fuisse docemur. Quæ regio hodie Palatinatus Rhenani imprimis Ducatus Bipontini, Episcopatuum Spirensis & Wormatiensis, Lotharingiæ item haud leues portiones, nec non integram Alsatiam 77) & Campaniæ portiunculam, qua oppidum Langres, cum maxima comitatus Burgundici & Heluetiæ omnis fere parte comprehendit. His ex spoliis Rhætiæ ingens quoque ille ab ortu Danubii ad Oeni vsque fontes accedebat tractus, 78) qui hodie Comitatum Bondorfensem, Landgrauiatus Sultz & Nellenburg, partem ditionis Fürstenbergicæ & Episcopatus Constantiensis, terras aduocatiæ Austriacæ, comitatum Montfortensem, particulam Episcopatus Augustani, nec non comitatus Tyrolensis & Grisonum rerum publicarum haud leues portiones constituere solet. Vltra quod & in Germania magna quicquid Danubio, Rheno, Lona 79) amne, monte, qui dicitur

nitur, & ipse denique Limagus fluuius GVILLIMANNO *lib. IV. c. 1. n. 6.* inter Alamanniæ partes dicitur situs. Adde AIMOINVM *lib. I. c. 5. de gest. Franc.* & HVGONEM FLORIACENSEM *in Chron.* qui Heluetiorum pagum ab Alemannis inhabitari quoque tradunt: quod recte non de tota Heluetia, sed de parte tantum eius nimirum de Tigurino & Turgouiensi pago interpretatur sæpe laudatus GVILLIMANNVS *lib. I. c. 2. c. 1.*

75) Hunc lacum Alemannis quidem metidiem versus terminum quoque assignat ISIDORVS *lib. IX. in orig.* verum cum Honoratum Grammaticum exscripsisse videatur, quem supra Alemannos cum Alanis confudisse ostendimus, consulto eius testimonium non. præc. allegare omisimus.

76) Hucusque nimirum Alemannorum fines extendit WALAFRIDVS STRABO pag. 143. c. 1. *nam iuxta scriptores authenticos*, inquiens, *pars Alemannie vel Sueuie inter Alpes Penninas & meridianum latus Danubii Retia dicitur.* Quæ verba GOLDASTVS, qui integrum ad hunc locum de Alemannia commentarium promisit, *in præfat. ad script. rer. Alem.* ita illustrat: *Alemannicum his finibus circumscribunt ac definiunt: quicunque regiones ab vtroque Rheni latere Alpibus includuntur, ab ortu eius, vsque ad Rauracos, comprehensis ad Acronii dextram Alpigonia & in Rheni desluxu continentibus terris, qua parte fisc Brisgouia extendit ac finit: ad sinistram vero pleraque Heluetia & bona Burgundiæ partæ.*

77) Alsatiam Alemannos quoque habente occidentis imperio ad se rapuisse, extra omnem controuersiam positum. Satis enim hoc innuunt Sidonii verba, supra a nobis allata, quibus Alemannos vtramque Rheni ripam, cui cohæret Alsatia, insedisse, expresse testatur: præterea quæ paulo infra de ciuitatibus, ab ipsis in agro cis-Rhenano possessis, dicturi sumus, hanc rem vlterius declarabunt. Hæc prouincia cum Tigurino & Turgouiensi pago vnica postea fuit, quæ deinceps ad Tolbiacum a Clodoueo Alemannis ex cis-Rhenanis Romanorum prouinciis sub Merouingis regibus Ducatui Alemannico fuit adscripta, reliquis, quæ circum circa Alemannis quoque parebant, terris penitus ab ipsis ausfis & partim Burgundiæ, partim Franciæ attributis. Inde etiam WILLELMO BRITIONI *in lib. X. Philippid.* Alsatia Alemannia vocatur hoc versu:

Lingones & Vagesos tangens Alemannia fines.

Et licet sub Carolingis a Suenia separata peculiares rationes habuerit, mox tamen post horum discessum cum Alemanniæ seu Sueuiæ Ducatu iterum vnitam & perpetuo ad fatalem vsque familiæ Hohenstauffenæ interitum fuisse coniunctam, fusius docet rerum Alsaticarum catalectissimus scriptor VLRIC. OBRECHTVS *vol. I. c. X. p. 207. &c. prodrom. rer. Alsatic.*

78) Præter iam dicta Alemannis quoque omnem illum a Rauracis & fontibus Danubii ad Oeni vsque fontes patuisse tractum, ex iis, quæ supra de primis eorum in Rhætia sedibus retulimus, liquido patet, & ex situ vrbium *(Bracantia, Brara, Dueborn, Puzinis, Turigoburge, Alcapha & Vburzia)* quas ipsis GEOGRAPHVS RAVENNATENSIS, attribuit, nos vero *Bregantz, Pfullendorff, Fussen, Rezuns, Turberg, Schaffhausen und Vberlingen* reddidimus, pago itidem *Algæw* vel *Almansgæw*, ab ipsis dicto, & vicis *Allmannsbach & Allmannsdorff*, non procul ab insula Meinau iacentibus, vlterius comprobatur. Reliquæ autem Rhætiarum prouinciæ, ceu clausura & propugnacula Italiæ, Gothi, Theodorico rege, tenebant, sibique vindicabant; quod imprimis ex laudati regis & successoris eius Athalurici ad Rhætiæ Duces datis litteris apud CASSIODORVM *lib. I. ep. 21. lib. VII. ep. 4. & lib. IX. epist. 8. & 9.* variar. apparet: vsque dum Gothis Italici belli cum Iustiniano Imp. cura præpeditis, Transalpinis prouinciis animum adiicere non valentibus, Alemanni, exoptatissima hac occasione vtentes, omnem quoque, quæ cis Lycum prouinciam est, tanquam vacuam possessionem arripuerit & postea quiete possiderent, ceu hoc egregie, vt solet, ex monumentis historicis deducit VELSERVS *lib. VIII. p. 327. &c. rer. Augustan.* conf. etiam GVLERVM *p. 62.* Rhætiæ.

79) Septentrionale Alemannorum latus ex parte Franci tegebant: vbi, vtrum Mœnus, an Nicer, an Lona amnis, limites fuerint? inter auctores adhuc controuertitur. Prius statuit B. RHENANVS *lib. II. p. 152.* Nicrum autem Alemannis terminum assignant, & eo vsque vel ad Hercyniam plane siluani Francorum vel Bructerorum sedes sec. IV. extendunt CONRINGIVS *de fin. imp. c. II. & de orig. Iur. Germ. c. VII. p. 24.* FREHERVS *in orig. Palat. P. II. c. 3. p. 9.* & M. ALTINGIVS *in descript. Germ. veter. infr. p. 21. p. 69. & 70.* his scilicet rationibus inducti: quod, primo, Bructeri hoc situ in Tabula Peutingeriana litteris pedalibus conspiciuntur, secundo, apud CLAVDIANVM Honorii IV. consulatu.

- accola siluæ
Bructerus Hercyniæ. - -

dicitur. Tertio, SIDONIO, Auernorum Episcopo *carm. VII. v. 325.* Nicri accolarum nomine expresse veniunt:

Bructerus vltroſæ vel quem Nicer abluit vnda
Prorumpit Francus - -

quarto, Probus Imperator in iis paludibus prostratos Francos, testante VOPISCO *in Aurel.* Tacito & Probo, & vltra Nicrum & Albim remouit. Quinto, Gratianus Alemannos quoque circa eiusdem Nicri ripas deuicit, vbi secundum AVSONIVM, eandem victoriam in precatione consulari describentem, Francorum Alemannorum confinia:

Hoſtibus edomitis, qua Francia mixta Sueuis.

Sexto, AGATHIAS *lib. I. histor. Francorum* mentionem faciens, eos vtrinque Rhenum accolentes Italiæ finitimos facit. Et septimo denique, HIERONYMVS in vita Hilarionis Monachi inquit: *inter Saxones & Alemannos gens extat non tam lata, quam valida, apud historicos Germania, nunc vero Francia vocatur.* Ex his itaque & ex vltimo imprimis adducto loco FREHERVS concludit: quicquid gentium, ne Hermunduris quoque & Norisci exceptis, Oceanum inter, quem Saxones accolebant, & Rhæ-

citur *der Vogels-Berg*, 80) indeque linea ad Werræ & Salæ vsque fontes 81) ducta, montibus

& Rhætiis imminentes Alemannos, in Francorum transiisse nomen, & ad Nicrum vsque suæ ditionis protulisse fines. Tempus, quo hoc factum, definit ALTINGIVS, scilicet mox post Maximi in Germaniam transhenanam susceptam expeditionem, insuper in mappa Geographica, vbi Bructeros a Luppia flumine ad Martianam siluam vsque habitantes depingi curauit, addens: *Bructeri Francorum antesignani, Alemannis, Mattiacis, Vsppiis, Tenctersisque eiectis.* Verum si dicendum, quod nobis videtur: falsum primo, Bructeros hoc situ in Tabula Peutingeriana reperiri; qui enim laudatam mappam vel leui saltim inspicit oculo, facile deprehendit, Bructeros ibi non Nicro terminari, sed sedes eorum non vltra Mosellæ confluentem extendi. Secundo, Hercynia silua olim non tam angustis limitibus circumscripta, vt illum tantum comprehenderit tractum, quem hodie Hercyniam dicimus, sed CAESARE *lib. VI. c. 11. de B. G.* tesle, tanta vbique eiusdem vastitas, vt longitudo plusquam LX. dierum iter, latitudo vero IX. dierum expleuerit spatium. Igitur nil impedit, quo minus Bructeri siluæ huius sint accolæ, etiamsi, & recte quidem in Tencterorum, Cattorumque derelictis collocentur agris. Tertio iam olim VALESIVS *lib. V. rer. Francic.* & HERTIVS *c. l. §. IV. in not. veter. Franc. regn.* probe obseruauerunt, locum ex Sidonio allegatum libratiorum incuria corruptum & pro Nicer, Vicer esse legendum, qui Franciæ trans-Rhenanæ amnis, & oppidum sui nominis attingens, tandem in Oceani ingentem sinum, siue æstuarium, vulgo Zugdersee, hoc est Paludem australem, dictum, influit, & Vectus hodie nuncupatur. Quarto, iam supra ostendimus, duplex Probo cum Germanis intercessisse bellum, alterum cum Francis, alterum cum Germanis; hos trans Nictum, illos vero trans-Albim remouisse, circumstantiæ docent. Quæ quinto ex Ausonio afferuntur, integra adduci, nec mutilata proferri debuisset, quæ enim sequuntur verba: *certat ad obsequium Latiis vt militet armis*, satis manifeste indicant, poetam non dicere voluisse, hostes fuisse edomitos, vbi Francia misceatur Suevis, sed vt probe monet CLVVERIVS *lib. III. c. 20. c. l.* postquam hostes edomiti, certasse Francos cum fuisse Suevis ad eius obsequium, vel, vt placet SCHATENIO *lib. IV. p. 237. c. l.* Gratianum moribus vtriusque gentis captum & Francos & Alemannos in castra & aulam recepisse, inque intimam familiaritatem admissos, militiæ adscripsisse. Quæ porro sexto ex Agathia, Francos vtrinque Rhenum accolentes Italiæ fuisse proximos in medium producuntur, de temporibus infelix ad Tolbiacum prœlium subsecutis intelligenda, quibus Alemanniæ fines minus quantum mutari & ipsa Alemannica gens, haud raro quoque scriptoribus sub Francorum nomine venit. Hieronymi denique verba generalia admodum sunt, & non nisi Alemanos Saxonesque antiquæ Franciæ vicinos fuisse ostendunt. Ex dictis itaque luculentissime patet, quam falso Francorum fines Sec. IV. ad Nicrum vsque extendantur, cum contra ex AMMIANO MARCELLINO, scriptore graui, & qui ipse in his oris hoc æuo militauit, constet, Alemannos non ad Nicrum modo, sed ad ipsum Mœnum, & vltra hunc quoque ad Lonam vsque amnem, vti egregie hoc docet CLVVERIVS *lib. III. c. 20. p. 84. c. l.* incoluisse. Primo etiam AMMIANVS *lib. XVIII. c. 2.* Suomarii Alemannorum regis meminit, cuius pagos ripis vlterioribus Rheni, e regione Moguntiæ, adhæsisse dicit. Deinde bella Iuliani cum Alemannis gesta describens *lib. XVII. c. 1.* munimentum Traiani in prima eius expeditione reparatum refert, quod, vti supra ad §. 93. ostendimus, communiter de Cronburgo, non procul a Mœno Rhenoque sito intelligunt. Hinc postea alteram expeditionem *lib. XVIII. cap. 2.* subiungit, qua ponte iuxta Moguntiam Rheno instrato, Iulianus quidem denuo in Alemanniam transire constituit, sed ab Alemannis prohibitus, cogitata prius exsequi non potuit, præmissis nisi secundum flumen militibus nauibus impositis, & his clanculum in hostilem ripam penetrantibus. Tunc Iulianus hoc transitu territos, ad regionem vsque, cui Capellatii vel Palas nomen erat, & vbi terminales Burgundionum & Alemannorum lapides, fuit perfecutus, & victor tandem ad sua trans-Rhenum recessit. Vbi autem terminalis hic lapis, cuius nomen a Germanica voce Palantz, Palatium, CLVVERIVS *lib. III. c. 36. p. 149. c. l.* a Palis vero Germanis termini regionum dictis recte deriuat SCHATENIVS *lib. IV. pag. 220. c. l.* situs? auctores adhuc litigant: R. RHENANO enim *lib. III. pag. 235.* CRVSIO *P. I. lib. VI. cap. 8. p. 151.* aliisque Palatinatus, Heidelbergæ, & via montana dicitur, cum contra Capellatium, vbi hodie oppidum Steina, CLVVERIVS *c. l.* & recte quidem, collocet. Trans Mœnum enim situm eius esse quærendum, non solum allatæ circumstantiæ docent, sed & quæ idem AMMIANVS *lib. XXVIII. cap. 5.* de eodem Burgundionum Alemannorumque confinio refert, hanc rem vlterius declarant. Scilicet in hoc conspiciebantur quoque Salinarii fontes, quorum ratione perpetuæ lites vtramque gentem intercedebant, & quos CLVVERIVS *c. l.* & CHIFFLETIVS *de Vesont. P. I. c. 46. p. 195.* ad Salam amnem, qui in Mœnum sese exonerat, ponunt, vbi hodie vicus Saltz, sub *Vogelsberg* monte. Adde SCHVRTZFLEISCHIVM *in Hist. veter. Regn. P. Q. Burgund. c. l. §. 4. not. f.* qui Salæ quoque hos fontes proximos facit. Nec multum quoque inde aberant Matthiacæ aquæ, quo vsque, AMMIANO *lib. XXIX. c. 11.* teste, Valentinianus Imp. aduersus Macrianum, Alemannorum regem, mouens eum exercitu penetrauit, quasque hodiernum Weisbaden, ex aduerso Moguntiaci esse, CLVVERIVS *lib. III. c. VII. pag. 25.* fusius docet. Eodem Valentiniano imperante, Bucinobantes quoque Alemannorum gens e regione Moguntiæ collocantur a sæpe laudato AMMIANO *c. l.* & Iouino denique iuxta vix nominatam vrbem tyrannidem sub finem imperii Honorii occupanti studium operamque præter alios Germanos etiam Alemannos vicinos attulisse, ab OLYMPIDORO apud PHOTIVM *in excerptis p. 183.* & RENATO PROFVTVRO FRIGERIDO apud GREGORIVM TVRONENSEM *lib. I. c. IX.* docemur. Quæ omnia hactenus dicta manifeste satis ostendunt, Alemannos florentibus suis rebus non ad Mœnum tantum, sed ad Lonam plane vsque fluuium, qui in Hassiæ superioris parte oriens, a Rheno supra Confluentem abforberetur, suæ ditionis pomœtia protulisse, quod præter allegatum CLVVERIVM iam olim quoque agnouerunt CHIFFLETIVS *P. I. c. 46. p. 195. c. l.* SCHATENIVS *lib. IV. p. 216. c. l.* VALESIVS *in notis. Galliar. voc. Francii, p. 200.* & haud ita pridem HERTIVS *P. III. c. 1. §. 3. notit. veter. Germ. pop.* & Cl. TVRCKIVS *in Geograph. Germ. med. aui §. 32.*

80) Sub hoc enim monte in Hassia fontes Salæ, & iuxta eos vicus Salz consicitur, vbi Salinorii fontes, de quibus finitimque causa Burgundiones Alemannosque sæpius inuicem iurgasse, vix antea diximus. Conf. HERTIVS *in notit. veter. Germ. pop. lib. III. c. 1. §. 3. in not.*

81) Hos terminos ideo Alemannis nostris Septentrionem versus assignamus, quod teste IORNANDE *c. LV. de reb. Getic.* regio eorum a Septentrione Thuringos habebat & referente PROCOPIO *lib. I. hist. Goth. p. m. 174.* super Thuringos Sueui &

tibus denique Bohemicis & Naba 82) flumine includitur, antiquas ſedes, poſſidebant, vbi hodie præter reliquam circuli Sueuici, læuæ Danubii ripæ connexam partem, & omnem fere Franconiam, 83) etiam Electoratus Moguntini, Landgrauiatus Haſſiaci, comitatuum Naſſouienſis & Hanouienſis, Abbatiæ Fuldenſis, ducatus Neoburgici & Palatinatus ſuperioris haud exiguas partes florere videmus: quæ omnia de potentia & incredibili amplitudine Sueuicæ gentis ſatis manifeſte teſtantur; quemadmodum gloriam bellicam iam diu partam, non parum quoque auxiſſe videntur innumera caſtra & ciuitates Romanis vi armorum extortæ, quas inter ab ipſis poſtea poſſeſſas, Lingones 84) imprimis, Bizuntia, 85) Nantes, 86) Mandroda, Gormetia, 87) Altripe, 88) Sphira, 89) Porca, 90) Argentaria,

Alemanni, nationes validæ, agunt, vetuſtis in finibus ac libertate. Quod & GEOGRAPHVS RAVENNATENSIS *lib. IV. §. 24. pag. 68.* vlterius affirmat: iterum propinqua ipſius Thuringiæ adſcribitur patria Sueuorum, quæ & Alemannorum patria, confinalis exiſtit Italiæ. Thuringia autem meridionalis olim omnem illum comprehendit tractum, quem dicti amnes cum fluuio Vnſtrut, docente IVNCKERO *P. II. c. V. p. 285. c. l.* circumfluunt, vel VT SAGITTARIVS *lib. II. c.12. §. 29. de antiqu. regn. Thuring.* loquitur: hodiernam Thuringiam appellamus, cum parte fortaſſis Franconiæ adiacente, quam Cl. TVRCKIVS *§. 48. c. l.* Hennebergicum comitatum fuiſſe coniicit.

82) Limes Alemanniæ orientalis omnium obſcuriſſimus. Ante irruptionem Slauorum in Boiohemum, & ſubſecutam Sueuorum in partes Germaniæ occidentaliores, Rhenum & Danubium verſus, migrationem, hunc limitem adhuc extra Boiohemum ſe extendiſſe, quæ ſupra de prælio Theodoricum Gothum inter & Hunnimundum Sueuorum regem, a Dalmatica vaſtatione reditum in patriam parantem, iuxta Pefoldem lacum (hodie *Neuſiedler-See*) in Pannonia commiſſo retulimus, nos credere mouent; quis autem poſtea terminus eorum orientalis, æque difficile dictu, ac habitationes Boiorum definire, quos quidem IORNANDES *c. LV. de reb. Getic.* Sueuis finitimos facit, VELSERVS vero, inter Boiorum ſcriptores facile Princeps, *lib. II. p. 73.* quos de eorum rebus geſtis conſcripſit, vtrum ſub finem ſeculi V. adhuc in Hercyniæ campis, ab ipſis iam olim cognominibus, quærere, an a Slauis cum Marcomannis hac ſilua iam electos ad Danubium, qua inferiorem Rhætiæ partem, Noricumque præterfluit, & vbi hodie Transdanubiana Bauaria conſpicitur, collocare debeat, non fine ratione ambigit. Videtur tamen, ſi coniecturis indulgendum, poſterior ſententia, quod & ipſe VELSERVS *c. l.* obſeruat, vel ideo veritati propior, quod Boiorum ſors, irruentibus in Boiohemum Slauis, dubio procul Marcomannorum, ſub quibus, eodem teſte, per aliquod tempus latuerunt, fortuna haud fuit melior, & illorum inſuper in Noricum & Rhætiam, mortuo Theodorico Oſtrogothorum rege, inſtitutæ migrationes, eos non longe a Danubio remotos fuiſſe teſtantur. His igitur rationibus inducti, Alemannis Nabam amnem, orientem verſus terminum poſuimus, quod eo vsque aut Boios habitaſſe, aut his in Noricum & Rhætiam concedentibus, Thuringos aliquando tractum inter Nabam & Regam amnes incoluiſſe credimus, inquit enim ſæpe laudatus GEOGRAPHVS RAVENNATENSIS §. *25. c. l.* quem ſupra quoque Alemannos Thuringis vicinos feciſſe oſtendimus: *per quam Thuringorum patriam transeunt plurima flumina, inter cætera quæ dicuntur Bae & Reganum, quæ in Danubium merguntur.* Et Bae Nabam, Reganum vero Regen flumina, quæ non procul a Ratisbona Danubio influunt, interpretatur HERTIVS, quem conf. *in not. vetter. Germ. pop. P. III. c. IV. §. 2. in not.*

83) Ex iis, quæ not. (79) de confiniis Thuringorum Alemannorumque Septentrionem verſus diſſeruimus, præter iam dicta facile quoque colligere licet, quam infirmo ſtet talo, & omni plane hiſtoricæ veritati eorum repugnet opinio, qui cum TRITHEMIO *in orig. gent. Franc.* apud SCHARDIVM *Tom. I. ſcript. rer. Germ. p. 151.* ex ſpuriis iſtius Hunnibaldi commentis aliis perſuadere volunt, Francos aduerſus Sueuos a Thuringis in auxilium euocatos, iam Sec. IV. ab his præmii loco illum obtinuiſſe tractum, quem hodie Franconiam appellamus, & circulum Imperii conſtituere videmus. Nunquam enim eiusmodi homines ex vllo ſcriptore probo fideque digno comprobabunt, Franconiæ vocabulum, ante famoſum illud ad Tolbiacum prælium, eodem ſenſu fuiſſe notum, vt illam comprehenderit regionem, quæ hodie ſub Franconiæ nomine nobis venit: Sed veritati longe ſimilius, Alemannos a Clodouæo deuictos ad demulcendum victorem, abiecto proprio nomine, ſe poſtea Francos dixiſſe, vid. HERTIVS *P. III. c. I. §. 4. in not. veter. Franc. regn.* vbi citat HACHENBERGII *colleg. hiſtor. diſſ. III. §. 10.* aut, vt malunt VALESIVS *in not. Galliar. voc. Francia p. 208. in f.* & WERLHOFIVS *lib. I. c. 2. §. 85. not. (t) in notis. S. R. I.* prouinciæ huic circa vtramque Mœni ripam nomen impoſitum a Francicis coloniis, eo deductis, in quibus eminuit Franconofurdum, aut Francofordia, originem ſuam vel vna appellatione præferens, villa regia, ad Mœni ripas poſita; adde quoque GVIL. TVRCKIVM §. *32. c. l.* eadem referentem, & SCHATENIVM, qui Lib. III. pag. 149. H. W. *Sero tandem*, inquit, *cum Francia orientali id nomen* Franconiæ *innaluit, ex quo prouincia illa in Francorum poteſtatem conceſſit, quod vel Honorio Imperatore factum volunt, quando perrupto Rheni limite Franci vna cum Vandalis ac cæteris barbaris Germaniam interiorem inuaſerunt, vel quod veri ſimilius eſt, Clodouæi auo poſt victoriam ad Tolbiacum cæſis Alemannis, qua clade tributarii facti perhibentur, ceſſiſſeque in partem Francici regni, vel quod multo certius reputo, a Theodorico, Clodouæi filio, Francorum rege, id nomen vna cum armis importatum eſt, quando ille circa annum 524. ſubacta Thuringia eam defertam Alemannæ regionem inter Mœnum & Nicrum nouis Franciæ incolis impleuiſſe fertur. Vt vel inde in D. Kiliani vitæ Franconiæ regio noua Francia appelletur. Ab illis demum ſeculis Francia orientalis & pars eius Franconia, Francofurtum, Franckendalium, ſimiliaque nomina a victoribus Francis innaluerunt.*

84) Hodie Langres, vrbs Campaniæ Gallicæ, ferme in confinio comitatus Burgundici ſita. vid. VALESIVS *in not. Galliar. voc. Lingones p. 278.*

85) Veſontium, metropolis comitatus Burgundici V. CHIFFLETIVS *in peculiari tractatu de h.ac ciuitate Lugduni 1618. in IV. edito.*

86) Hodie Nancy, primaria ciuitas Ducis Lotharingiæ. VALESIVS *in not. Galliar. voc. Nanceium p. 368.*

87) Hodie Worms, ciuitas imperialis V. VALESIVS *c. l. voc. Borbetomagus p. 92.*

88) Alta ripa, hodie Altrip, vrbs paulo infra confluentem Nicri, inter Spiram & Wormatiam poſita V. CELLARIVS *in not. orb. antiq. Lib. II. c. 3. p. 311.*

89) Hodie Speier, vrbs imperialis, cuius hiſtoriam & antiquitates in elegantiſſimo opere, Chronico Spirenſi explicat C. LEHMANNVS.

90) Ho-

ria, 91) Brececha, 92) Bazela, 93) Augusta, 94) Carstena, Cassangita, Wreacha, 95) Constantia, 96) Rugium, Bodungo, 97) Arbor felix, 98) Bracantia, 99) Alaia, 100) Chorust, 1) Ziaberna, 2) Frincina, 3) Aon, 4) Laguirion, Brara, 5) Albiso, 6) Ziurichi, 7) Duebon, 8) Crino, 9) Stasulon, 10) Cariolon, Theodoricopolis, 11) Vermegaton, 12) Augusta noua, Rizinis, 13) Turigoberga, 14) Ascis, Ascapha, 15) Vburzis 16) & Soliſt 17) memorantur. 18)

§. CXIX.

90) Hodie Pforzheim, vrbs Marchionatus Badenſis.

91) Hanc ANONYMVS RAVENNATENSIS falsò Strasburgum interpretatur, dum ait: *Argentaria, quæ modo Stratisburgo dicitur.* Strasburgum enim Romanis non Argentariam, quæ teste CLVVERIO *lib. II. c. 8. p. 31. Germ. antiqu.* hodierna Colmaria, vel vt manuit B. RHENANVS, *lib. III. p. 283. rer. Germ.* Horburgum eſt, vicus non adeo magnus, Ello flumini imminens, ſed Argentoratum dictum fuiſſe, certo certius. conf. VALESIVM *voc. Argentouaria & Argentoratum p. 41. c. l.*

92) Forſan Briſach, fortalitium munitiſſimum, ad dextram Rheni ripam ſitum, veteribus mons Briſiacus dictus, quæ coniectura eſt B. HERTII *Part. III. c. 1. §. 5. in not. veter. Germ. pop.* licet vir alias doctiſſimus Braccum Saccum ibidem, caſtrum in tractu Andegauenſi Galliæ, vulgo Briſſac nuncupatum, cum monte Briſiaco confundere videatur. conf. VALESIVS *voc. Braccum Saccum p. 93. & Mons Briſiacus p. 345. c. l.*

93) Baſilea, *Baſel*, vrbs præpotens, ad læuam Rheni ripam, quæ hodie fœderi Helueticо adſcripta.

94) Hodie Augſt, vicus exiguus, infra Baſileam, ad læuam Rheni ripam ſitus, olim ſub Auguſtæ Rauracorum titulo vrbs celeberrima. v. VALESIVS *voc. Rauraci, pag. 466. c. l.*

95) Hæc dicitur HERTIO *c. l.* Aurach, oppidum & caſtrum ditionis Würtebergicæ.

96) Hodie Conſtantia, Coſtantz, Auſtriacæ ditionis vrbs, ad lacum Bodanicum.

97) Forſan Potamum, Bodmen, iuxta modo laudatum lacum ſitum. Vrbs olim imperatoria tempore Carolingorum. v. GOLDASTVS *Tom. I. ſcriptor. rer. Alem. in not. pag. 108.*

98) Hodie Arbon, ad lacum Brigantinum poſita. B. RHENANVS *lib. III. pag. 244.* & GVILLIMANNVS *lib. I. c. XI. n. 12. p. 41. de reb. Helvet.*

99) Brigantium Bregentz, quæ ripæ huius lacus quoque adiacet, eique inſuper nomen dedit. GVILLIMANNVS *lib. I. c. XI. n. 10. p. 41.*

100) Hodie Altzen, vel Altzus, HERTIVS *c. l.* quod oppidum cum caſtro non longe a Wormatio ſitum paret Electori Palatino.

1) HERTIO *c. l.* dicitur Kirn.

2) Hodie Elſas-Zabern, olim reſidentia Epiſcopi Argentoratenſis.

3) Hodie Freinsheim in Palatinatu, HERTIVS *c. l.*

4) Forſan Aw, ad dextram Rheni ripam inter Lauterburg & Hagenbach.

5) Forſan Bragodurum Romanorum; quam BILLIB. PIRCKHEYMER *in deſcript. Germ. Pfullindorff.* interpretatur; conf. etiam mappam Geographicam, quam Annal. ſuis Auguſtanis inſeri curauit VELSERVS, vbi & in eodem regionis tractu, vbi hodie Pfullindorff floret, Bragodurum collocat.

6) Hodie Albich, non procul Altzin, HERTIVS *c. l.*

7) Hodie Tigurum, Zürich, VALESIVS *voc. Tigurini p. 553. c. l.*

8) Forſan Abudiacum, quæ hodierna vrbs Füſſen, Lyco appoſita. CLVVERIVS *in Vindelic. & Noric. p. 16.* & ZEILER *p. 268. in Schwab. Oertber-Beſchr.*

9) Hanc Grünſtad interpretatur HERTIVS *c. l.* quod oppidum ad illuſtriſſimos comites de Leiningen ſpectat, & paulo infra Wormatiam, ſiniſtram verſus ſitum.

10) Hanc Panzenheim reddit GVILLIMANNVS *lib. II. c. 6. p. 71. Habspurg.* dum ait: *Panzenheim, nunc prope Othmarsheim, a Cambete (Kempt) P. M. VIII. via militari. Ibi, ſi vertatur ſolum, antiquitatis plura monumenta reperiri ceruicique dicuntur, ſarcophagi etiam erui lapidi & marmoris barbari. Obſeruatum, loca Romanos ad deuerendum maxime idonea, ſtabula, aut ad ſtabula, vocauiſſe, qualia in Rhætia, Vindelicia, Gallia, Italia quoque recenſet plura idem itinerarii auctor.*

11) Hodie Diedenhoſen, ciuitas munitiſſima ad Moſellam VALESIVS *p. 551. voc. Theodonis villa.*

12) An Germersheim? HERTIVS *cit. loc.*

13) Forſan Rezuns, caſtrum Rhætiæ, quod integræ familiæ Dynaſtarum nomen dedit. STVMPFIVS *lib. X. Chron. Helvet.*

14) Forſan Turberg in Türgouia, a qua olim Barones de Turberg dicti. STVMPF. *lib. V. c. l.*

15) Forſan Scaphuſia, Schaffhauſen, ciuitas, hodie in fœdus Helueticum recepta.

16) Forſan Vberlingen, ad lacum Podamicum, ciuitas imperialis, olim ſedes Ducum Sueuiæ. CRVSIVS *Part. I. lib. IX. c. 2. p. 291.*

17) Forſan Selz, ciuitas Alſaticæ, inter fortalitium Ludouici & Lauterburgum ſita.

18) Omnium harum ciuitatum meminit GEOGRAPHVS RAVENNATENSIS, Scriptor Gothus, qui Sec. VII. floruit & ſua, maximam partem, ex ſcriptis Anaridi & Eldebaldi, Gothorum Philoſophorum, vt ipſe fatetur, hauſit Lib. IV. §. 24. *Iterum propinqua ipſius Turingiæ adſcribitur patriæ Suauorum, quæ & Alamannorum patria, confinalis exiſtit Italiæ. Quam Alamannorum patriam pluriui deſcripſerunt Philoſophi, ex quibus ego legi prænominatos Anaridum & Eldebaldum, Gothorum Philoſophos; ſed non aqualiter præfatam deſignauerunt patriam, ſed & alius dixit aliter, alius vero alio modo. Ego autem ſecundum præfatum Anaridum prænominatæ patriæ ciuitates nominaui. In qua patria plurimas ciuitates fuiſſe legimus, ex quibus aliquantas deſignare volumus, i. e. Ligonat, Bizuntia, Nimtes, Mandroda. Item iuxta ſupra ſcriptum Rhenum ſunt ciuitates, i. e. Gormetia, quæ confinalis eſt cum prænominata Mogontia ciuitate Francorum. Item ciuitate Altripe, Sphira, Porca, Argentaria, quæ modo Stratisburgo dicitur, Bracacha, Bazela, Auguſta, Carſtena, Caſſangita, Wreacha, Conſtantia, Rugium, Bodung, Arbor felix, Bracantia. Item iuxta ſupra ſcriptam ciuitatem Stratisburgo, i. e. ciuitas, quæ dicitur Alaia, Chorust, Ziaberua, Frincina, Aon, Laguirion, Brara, Albiſi, Ziurichi, Duebon, Crino, Stafulon, Cariolon, Theodoricopolis, Vermeguton. Item ad aliam partem ſunt ciuitates, i. e. Auguſta noua, Rizinis, Turigoberga, Aſcis, Aſcapha, Vburzis, Soliſt ex Alimannorum patria.* Huic Anonymum primus in lucem ex MSto regio edidit notisque illuſtrauit PLACIDVS PROCHERON 1688. in 8. & deinde cum MSto Lugdunenſi collatum editioni ſuæ P. Melæ 1696. in 8. adiecit IAC. GRONOVIVS. Licet autem egregia multa, quæ Geographiæ medixæ ætatis non parum lucis affundunt, afferat, ea tamen a pleriſque, qui Geographicæ rei illuſtrandæ operam dederunt, B. Hertio excepto, hactenus neglecta fuiſſe, probe obſeruauit CL. IVRCKIVS *c. l. §. 15. n. (c.)*

§. CXIX. Hactenus itaque Alemannis omnia ex voto cedebant, vt, quocunque modo victricia sua arma vertebant, victores semper discederent, & obuia quæque virtute sua subiugarent. Ast quemadmodum res humanæ perpetuæ semper vicissitudini subiectæ, & nimiam felicitatem haud minor calamitas plerumque excipere solet, ita secundas has Alemannorum res breui post atrocissimum cum vicinis Francis subsecutum bellum, quod non nisi subuersione integræ illorum Reipublicæ formæ tandem fuit determinatum. Ipsi verum sua culpa hoc malum sibi contraxerint, an Franci, de quibus prouerbium illud iam olim inualuit: Francum amicum habeas, non vicinum; primi aggressores? res valde dubia, 19) cum scriptores huius æui hoc annotare omiserint: id certum, amicitiam eorum vel ideo quoque diu stabilem esse haud potuisse, quod idem vtriusque gentis Reipublicæ scopus, arma scilicet & bellum, & suæ ditionis fines quaqua versum quam latissime proferendi. His igitur rationibus inducti, aut a Francis antea lacessiti Alemanni, 20) bellum aduersus eos decernebant & tutius fore rati copias in hostilem terram educere, quam aduentum hostis domi exspectare, arma primum in Sigebertum, Agrippinensium regulum conuerterunt, 21) quo hoc deuicto, iam liberior ipsis aditus ad Francias interiora pateret. Præerat huic tunc temporis Clodouæus, princeps quidem iuuenis, sed natura ferox, & deletis tum Romanorum in Gallia reliquiis, tum Thuringis quoque victis, animo adhuc elatior. Hic vix nuncium de Alemannorum in Franciam irruptione acceperat, cum coactis vndique copiis, euocatisque ad se Sigeberto & reliquis Francorum proceribus, magna celeritate, consestim ad hostem contenderet, huic, si non recusaret, pugnandi copiam facturus; quod cum Alemanni quoque eadem animi alacritate expeterent, castris ad Tolbiacum, 22) quod Vbiorum non incelebre oppidum est, positis, res tandem

19) Alemannos primos in hoc bello aggressores fuisse, plerique rerum Francicarum scriptores, & inter hos imprimis VALESIVS *lib. V. p. 256. Rer. Franc.* & P. G. DANIEL, *dans son histoire de France, sous Clouis, pag. 16.* existimant, hac scilicet ratione inducti, quod apud CASSIODORVM *lib. II. var. ep. 41.* Alemannorum regem perfidiæ notari deprehendunt. Exinde enim colligunt, Alemannos fœdus antea cum Clodouæo initum rupisse, & violata fide prouincias Francorum irruisse. Contra alii, maxime AVENTINVS *lib. III. cap. 1. n. 5. & 6. Annal. Boi.* & BROWERVS *lib. V. p. 303.* Alemannos a Clodouæo in fedibus suis armis primum appetitos, mox vero vindictæ cupidine copias suas Francorum terris immisisse statuunt. Et nec hoc quidem absque ratione: quanta enim instigabili regnandi, cunctaque ad se rapiendi libidine Clodouæus flagrauerit, ita, vt omnem occasionem promouendorum imperii finium, quamuis iniustam, auide semper arripuerit, ex scriptoribus mediæ ætatis, qui gesta eius scriptis consignarunt, satis manifeste apparet. Nec defuisse quoque putat B. RHENANVS *lib. II. p. 153. rer. Germ.* qui frigidam sustinderent, quibus publice & priuatim expedire videbatur, alterutram gentem exscindi; & inter hos imprimis magistratus Romanorum, qui insignes aliquot in Gallia vrbes adhuc defendebant, nondum spe omni amissa restituendi imperii Romani: quod & a Burgundionibus & Gothis quoque clanculum factum fuisse conijcit.

20) Alemannis socios in bello Boios quoque cum AVENTINO *lib. III. c. 1. num. 5. 6. c. l.* adiungunt plurimi Iuris publici Scriptores, & hos amisso Adalgerione suo rege in prælio Tolbiacensi, perpetuum quoque fœdus societatemque cum Francis fecisse, tradunt. Sed vtrumque, quod scriptores antiqui ne verbulo quidem vlla ex parte id attingant, rectissime negat ANDR. BRVNNERVS *in lib. IV. Annal. Boior.* insuper addens: Boios *victricium Francis armorum admiratione, vel eorundem, cum proximus arderet pariet, prudenti metu post Theodorici Gothi mortem rebus suis voluntaria deditione consultum iuisse, cumque in Theodorici successoribus nihil spei esset, maluisse orientem fortunæ Francicæ sedem, quam Gothicum, iam in occasum vergentem, adorare; cum præsertim haud quaquam conjiciuerit Franci viderentur, quam diu superesset, quod vincerent, facile inuenta causa, quæ bellum amantibus semper est obuia.* Conf. etiam VELSERVM, hæc tradita Auentini *lib. II. p. 73. rer. Boiic.* ex instituto refutantem.

21) Alemannos decreto aduersus Francos bello, Sigeberto regi arma prius, quam Clodouæo, intulisse, indicat Tolbiacum, pugnæ locus, quod a Colonia Agrippina XVI. tantum leugas aberat, cuius regulus tum temporis hic Sigebertus. GREGORIVS TVRONENSIS *lib. II. c. 42. Hist. Franc.*

22) Locus, iuxta quem celebre hoc prælium commissum, Tolbiacum erat, vt diximus, in finibus Vbiorum, ab horum metropoli, Colonia Agrippinensi, XVI. leugas, siue XXIV. passuum millibus, distans: hodie Zulpich, Zullich, vel contracto nomine Zulg, & Zulck dictum, in Ducatu Iuliaco, & regiuncula Eifia vel Eiffia, *die Eifel*, non procul a flumine Rura, situm. Et hæc hactenus communis opinio fuit, tot testimoniis veterum superstructa, qui historiam huius prælii describerunt. Ast in alia longe superiore seculo abiit OLIVORIVS VREDVS Ictus Brugensis, in sua Flandria Christiana, vbi p. 2. ita inquit: *Tulbiacum illud, iidem scriptores interpretantur Zullich, vicum, aut pagum, non procul a Rheno, atque vrbe Bonna, inter Mosam & Mosellam, prope fontem Rure, quod nulla ratione potest subsistere, cum clare oppidum nominet Gregorius, Zullich vero non sit, nisi pagus. Deinde Alemanni Rhenum transgressi, non poterant attingere Tulbiacum (si Zullich ita fuerit vnquam appellatum) cum longe superius sedes suas habuerint, intra Rhenum videlicet, Danubium & Mœnum, vt constat apud vmnes autores. Præterea cum certum sit, victoria obtenta Clodouenm statim Tullum aduenisse, atque inde properasse Rhemos, ad suscipiendum baptisma, non potuit id fieri a Tulbiaco ad fontem Rure, quod Rhemis propius abest, quam Tullo.* Proinde in Gregorio Turonensi legendum putat, apud Tulliacense aut Tullense oppidum, quo scilicet transito Rheno inter Nemetes & Triboccos Alemanni peruenerint. Sed si dicendum, quod res est: primum argumentum Vredi vel ideo nil probat, quod modo oppidum vocat Tolbiacum Gregorius, Æthicus Cosmographus, mox vicum appellat (v. VALESIVS *poc. Tulbiacum in not. Gall.*) communi Veterum loquendi modo, quo vicus ipsis aut oppidum haud raro pro Synonymis veniebant. Secundo, Alemanni iam ante hanc pugnam angustis illis inter Mœnum, Rhenum & Danubium sedibus non amplius continebantur, sed fines suæ ditionis, vti ex superioribus patet, vltra Rhenum, mirum quantum quoque extende-

tandem ad decretorium & cruentiſſimum, quo fœnoris nulla vnquam hiſtoria meminit, prælium deuenit. 23) Acriter illo inter duas has belliciſſimas & potentiſſimas nationes certatum, & primo quidem pari animo, æquaque ſpe vincendi, donec multis vtrinque cæſis, feſſo iam & langueſcente exercitus ardore, & Sigeberto quoque, quem Clodouæus peditatui præfecerat, grauiter in genu vulnerato, 24) ex quo vulnere poſtea ſemper claudus fuit, & inde quoque nomen ſortitus, peditatus Francorum, impetum Alemannorum haud amplius ſuſtinere valens, loco tandem cedere & hoc fugato, reliqua quoque acies inclinare cœpit. Tum Alemannis tergo fugientium hærentibus & latiſſime hoſtes ſuos cædentibus & fundentibus, Clodouæus ſilurem nullam nec in armis, nec in fuga eſſe videns, fidei Clotildæ vxori olim in pactionem nuptiarum datæ, & monitorum eiusdem quoque, quibus ſæpius, fruſtra tamen, ad veritatem Chriſtianam ampleclendam ipſum exhortata fuerat, memor, oculis in cœlum ſublatis, lacrymabundus in acie vouiſſe dicitur, ſe, ſi victoriam ab hoſte reportaſſet, cum vniuerſo ſuo populo fidem Chriſtianam, quam hactenus reſpuerat, ſuſcepturum, quoniam Deos ſuos patrios fruſtra inuocaſſet; ſtatimque exauditæ ſunt ſupplicis preces, nam & Francis redüit animus, & diſperſis conglobatis, ordinibusque reſtitutis, reiteratæ, Ducum cohortatione, de integro pugna, Alemanni, re noua attoniti, & infeſto quaſi fulmine percuſſi, primum conſtitere, mox vero priori cæde fatigati, & fortuna quoque ſe deſtitutos videntes, Francis tandem terga dedere, 25) maxi-

tenderunt, & licet ii Tolbiacum non attingerent, in ipſas tamen Francorum terras fuerunt progreſſi. Tertium denique argumentum, Clodouæum poſt obtentam victoriam Tullum veniſſe, etiam nil probat, niſi quod Tullum primum a loco, quo vsque Alemannos fugitiuos perſecutus fuit, palatium fuerit. Hinc omnibus, quæ pro ſtabilienda ſua ſententia Vredus adducit, poſtpoſitis, communi potius ſubſcribimus opinioni.

23) De tempore cruentiſſimi huius prælii inter auctores non conuenit; BARONIVS enim *Tom. VI. Annal. Eccleſ.* & cum eo VELSERVS *lib. II. p. 75. rer. Boiic.* CRVSIVS *P. I. L. VIII. c. IX. p. 210.* LEHMANNVS *in Chron. Spir. lib. III. c. 2. p. 181.* & CONRINGIVS *de ciuit. imp. th. 22.* illud ad A. C. 499. referunt, quæ opinio hactenus communis fuit: aſt ab ea longe recedit P. G. DANIEL *p. 16. c. l.* vbi A. C. 495. ponit, & iam ante eum DIONYSIVS PETAVIVS *P. I. lib. VII. c. 2. Rat. temp.* BROWERVS *lib. V. p. 303. Annal. Treuirenſ.* VALESIVS *lib. VI. p. 255. Rer. Franc.* SCHATENIVS *lib. V. p. 294.* WERLHOF *lib. I. c. 2. §. 85. not. S. R. I. Spec. I.* & HERTIVS *not. veter. Franc. Regn. c. I. §. 12.* inter geſta anni 496. poſt C. N. & rectiſſime illud recenſuerunt. Commiſſum enim fuit, vti ex GREGORIO TVRONENSI *lib. II. c. 30. hiſt. Franc. p. 287. geſtis Francor. c. XV. p. 701. & fragmentis de reg. Franc. reb. pie geſtis, ex vita S. Remigii, Remorum ciuitatis Epiſcopi pag. 524.* apud du CHESNEVM *inter ſcript. hiſt. Franc.* apparet, anno XV. regiminis Clodouæi, & ſi, vti ex Valeſio, Labbeo, Cointio & Mabillonio obſeruat HERTIVS *c. VII. §. 6. c. l.* Clodouæus A. C. 511. cum XXX. annos imperaſſet, ex hac vita migrauit, neceſſe eſt, hoc prælium in annum Chriſti 496. incidiſſe.

24) Ita enim GREGORIVS TVRONENSIS Lib. II. c. 37. c. l. *Hic Sigebertus pugnans contra Alemannos apud Tulbiacenſe oppidum perciſſus in geniculo claudicabat.*

25) Hiſtoriam atrociſſimi huius prælii GREGORIVS TVRONENSIS, fideliſſimus Francorum hiſtoricus, qui Turonenſem cathedram A.C. 572. conſcendit, & A.C. 596. e vita exceſſit, hoc eſt, iuſto ſeculo poſt reportatam Francorum ab Alemannis victoriam, *lib. II. c. 30. Hiſt. Franc. p. 82.* editionis optimæ, doctiſſimi Benedictini Monachi Galli, *Theodorici Ruinarti*, ita deſcribit: *factum eſt autem, vt conſligente vtroque exercitu vehementer cæderentur, atque exercitus Chlodouechi valde ad interuecionem ruere cœpit. Quod ille videns, eleuatis ad cælum oculis compunctus corde, commotus in lacrymis, ait: Ieſu-Chriſte, quem Chrotechildis prædicat eſſe filium DEI viui, qui dare auxilium laborantibus, victoriamque in te ſperantibus tribuere diceris, tuæ opis gloriam deuotus efflagito, vt ſi mihi victoriam ſuper hos hoſtes indulſeris, & expertus fuero illam virtutem, quam de te populus tuo nomini dicatus probaſſe ſe prædicat, credam tibi & in nomine tuo baptizer. Inuocaui enim Deos meos, ſed, vt experior elongati ſunt ab auxilio meo. Vnde credo, eos nullius eſſe poteſtatis præditos, qui ſibi obedientibus non occurrunt. Te nunc inuoco, & tibi credere deſidero; tantum vt eruar ab aduerſariis meis. Cumque hæc diceret, Alamanni terga vertentes, in fugam labi cœperunt. Cumque regem ſuum cernerent interemtum, Chlodouechi ſe ditionibus ſubdunt, dicentes: Ne amplius, quæſumus, pereat populus: iam tui ſumus. At ille prohibito bello, coarctatoque populo, cum pace regreſſus, narrauit reginæ, qualiter per inuocationem nominis Chriſti, victoriam meruit obtinere.* Aliter paulo rem narrat Gregorii Epitomator FREDEGARIVS SCHOLASTICVS cap. 21. *Cumque bellum contra Alamannos Chlodoueus rex moueret, ſuadente regina, vouit, ſi victoriam obtineret, efficeretur Chriſtianus. Cumque vtraque phalanges certamina iungerent, & ſtrages ingentes eſſent, dixit Chlodoueus: DEVS Manuoco, quem Chrotechildis regina colit: ſi me iuuaret in hoc prælio, vt vincam hos aduerſarios meos, ero illi fidelis. Alamanni terga vertentes in fugam lapſi ſunt. Cumque regem ſuum cernerent interemtum, nouem annis exſules a ſolibus eorum, nec vllam potuerunt gentem comperire, quæ eis contra Francos auxiliaret, tandem ſe in ditionem Chlodoueo tradunt.* Sed generaliter hæc nimis dicta, & de parte tantum Alemannorum, ad Theodoricum, Oſtrogothorum regem, in Italiam profugientium, intelligenda, infra videbimus. Gregorio contra in omnibus adſtipulatur ANONYMVS, Theodorico II. coæuus c. XV. cuius geſta regum Francorum ad hunc regem vsque perducta extant apud du CHESNEVM *p. 701. c. l.* & iisdem fere verbis vtitur, niſi quod Clodouæum, monitu amici ſui Aureliani, in prælio opem Chriſti imploraſſe tradat & circa finem quoque hæc verba addat: *Tunc iaſſit rex immuientem plagam ceſſare; Alemannos cepit, ipſos terræmque eorum ſub iugo tributarios conſtituit.* Eadem quoque habent & iisdem inſuper verbis hanc rem referunt fragmenta, quæ ex vita MSta ſancti Remigii, Remorum ciuitatis Epiſcopi, quam partim ex vetuſtiſſima hiſtoria de ortu ac vita & virtutibus illius, quæ & a Gregorio Turonenſi Epiſcopo citatur, partim ex aliis hiſtoriis, pitatiolis, ac vſitata præcedentium relatione, Hincmarus eiusdem ciuitatis Epiſcopus, ſe deſcripſiſſe teſtatur, inter fragmenta *de reg. Franc. reb. pie geſt. ſcriptoribus Hiſtor. Franc. Tom. I.* inſeruit ſæpe laudatus du CHESNEVS *p. 526.* ibi enim in fine: *Tunc iaſſit Rex immuientem plagam ceſſare & Alemannos*

maxime cum & rex 26) eorum exſus caderet, & hac ſua morte terrorem adaugeret. Tunc Clodoueus hac parta victoria vtens, fugitiuos hoſtes in Alemanniam vsque ſuit perſecutus, & cuncta depopulans, cædibus quoque non prius abſtinuit, quam Theodoricus, Oſtrogothorum in Italia Rex, ad quem ingens Alemannorum multitudo profugerat, 27) pro vitæ interceſſione, 28) & ne totam hanc gentem exſcinderet, per litteras eum admoneret. Hiſce enim exaſperato eius aduerſus Alemannos animo aliquatenus lenito, & ipſis Alemannis *mannos cepit, ipſosque ac terram eorum ſub iugo tributarios conſtituit.* Nec contrariantur, imo dicta potius confirmant, quæ de Chlodoueo I. ex antiqua & rudi vita MS. ſancti Vedaſti, Atrabatenſis Epiſcopi & confeſſoris, quam poſtea Alcuinus, petente Radone abbate, emendauit, apud modo nominatum du CHESNEVM extant p. 523. c. l. *euenit, vt quodam tempore inter intentiua bellorum aduerſum Alamannos gentem ferocem bellaturus pergeret* Clodoueus. *Quo cum veniſſet ab vtroque acies, & niſi obuiam hoſtem habuiſſet Rheni, tam Franci, quam Alamanni ad mutuam cædem inhiarent: commiſſo prælio, ita vehemens terror Chlodouei animum obrepſerat, vt in ea pugna ſe viuendi finem horrenda anxietate truciuaret. Cumque ergo ſuos pene ad interneciouem opprimi cerneret, tandem diuino fultus auxilio in animo, oculosque in cælum elenatos attollit: vnice, inquit, poteſtatis ac maieſtatis DEVS, quem Chrotildis collatertanea mea confitetur, quæmque humili prece die noctuque ſupplicare non ceſſat, tu mihi hodie de his hoſtibus concede victoriam: vt & ego te deinceps corde credendo teneam, & adorem. Cumque his huiusmodi precibus rerum auctorem pulſaret, ceſſit tandem hoſtis, tergа vertendo, victoriam Clodoueo. Victor deinde Alamannos cum rege in ditione cepit, quousque ad patriam feſtinus redieut, ad Tullum oppidum venit. Rorico* etiam monachus, in geſtis Francorum, ab ipſius gentis origine, ad obitum vsque Clodouæi I. Regis *lib. II.* poſtquam votum Clodouæi iisdem fere verbis, quibus Anonymus, ſub Theodorico II. viuens, recenſuiſſet, hæc ſubnectit: *Et cum hæc ita peroraſſet, ac nomen Domini cum interno rugitu cordis inclamaſſet, defeſſis viribus terga dederunt Alamanni, vita ſtem ſuga credentis. Sed cum & Regem ſuum cerneret interfectum, retrouerſi Clodoueo ſupplicant, vt tantam ſtragem ceſſare præciperet, ſua omnia, ſeque dedenies. Qui cum imminentem plagam ceſſare feciſſet, terras eorum nimia populatione vaſtatit, & eos ſub tributo conſtituit.* Et auctor excerptarum Chronici veteris ab init. regn. Franc. ad An. 819. apud eundem du CHESNEVM *p. 132. Tom. IV. c. l.* inquit: *Similiter* Clodoueus *Alamannos tributarios fecit.* Adde etiam AIMOINVM, qui *lib. I. c. XV. de geſt. Franc.* inquit: *verum rege in infidelitate permanente, tandem commouetur exercitus: bellumque a Francis & Alamannis, totis regnorum viribus exeitur. Tunc vero Clodoueus, ſigno ſuis dato, bellum aggredi imperat. Sed inter prælianlum ſuos grauiter hoſtium mucrone ſterni conſpiciens, in hanc vocem prorupit: Chriſte inquit, potentiſſime DEVS, quem Crotbildis coniux mea colit pura mente, trophæum mea tibi voueo fidei, tribuas ſi his ex hoſtibus triumphum victoriæ. His peroratis Alamannos inuadit timor: Francos accendit virtutis ardor. Igitur hoſtes terga vertentes victoriam Clodoueo relinquunt: demum regem ſuum gladio cæſum conſpicientes iure tributario Francis ſe fore ſeruituros libentiſſime ſpondent.* Et RHEGINONEM *in Chron. ſub An. 421.* vbi: *Clodoueus Alemannos tributarios fecit.* Quibus ex recentioribus iungi poſſunt: BROWERVS *lib. V. p. 303.* SCHATENIVS *lib. V. p. 294.* DANIEL *p. 16.* & VALESIVS *lib. VI. p. 255. c. l.* Hæc autem ſcriptorum teſtimonia, maximam partem integra vel ideo adducere placuit, quo ex iis falſi & abſurditatis illi eo melius conuinci poſſent, qui originem ſeruitutis in Sueuia a prælio hoc Tolbiacenſi deducere fuerunt conati, cum tamen ſcriptores, qui proxime ab his temporibus vixerunt, ne verbulo quidem mentionem hac de re faciant.

26) Cecidiſſe in hoc prælio Alemannorum regem, ex teſtimoniis ſcriptorum modo adductis luculentiſſime apparet; quodnam vero illius nomen? non prodiderunt. Alaricum quidem eum vocat AVENTINVS *lib. III. c. 1. n. 6. c. l.* ſed, vnde hæc hauſerit, non addit. Inde longe verosimiliter coniectura P. DANIELIS *c. l.* cui idem Sibuldus eſt, cuius meminit EVGIPPIVS *in vita Seuerini c. 19.* Idem etiam *c. 22.* mentionem facit Chunnimundi, quem Hunimundum, Sueuorum Regem, IORNANDES *c. 53. de rebus Getic.* appellat, & de quo, ſicut & de Sibuldo, quædam quoque retulimus ſupra §. CX. Sed an hic vel ille in hoc prælio occubuerit, definire non audet HERTIVS *in not. veter. Germ. pop. P. III. c. 1. §. 7. in not.*

27) Magnum Alemannorum numerum, imperium Francorum auerſantes, poſt infelix ad Tolbiacum prælium ad Theodoricum, Oſtrogothorum regem, in Italiam profugiſſe, ex iis, quæ not. 25) ex FREDEGARIO adduximus, & quæ AGATHIAS *lib. I. hiſt. Goth.* habet, ſatis manifeſte apparet, inquit enim hic poſterior: *Ilos*, Alemannos, *quondam Theuderichus, Gothorum rex, cum omnem Italiam teneret, in obſequio habuerat, ſub tributi lege.* Et licet hi ſcriptores infinite hoc de omnibus ſcripſerint, finite tamen id intelligi debere, quæ ſupra eodem loco de geſtis Clodouæi poſt reportatam victoriam recenſuimus, & infra quoque ex Procopio monebimus, ſatis luculenter oſtendunt. Tenuerunt in hac ſua fuga per Noricum iter v. CASSIODORVS *lib. III. var. ep. 50.* & amice primum a Gothis recepti, & in Rhætia, quæ confinalis eſt Italiæ, vti putat VALESIVS *c. l.* collocati, mox vero hoſtiles in terras eorum impreſſiones facientes, ab his bello victi, Gothico iugo colla ſua ſubdere fuerunt coacti v. CASSIODORVS lib. XII. var. ep. 9. qui, *additur*, inquit, *Alemannorum nuper fugata furreptio, quæ inprimis conatibus ſuis ſic probatur oppreſſa, vt ſimul aduentum ſuum iunxiſſet, & exitum, quaſi ſalutaris ferri execatione purgata: quatenus & male præſumentium vindicaretur exceſſus, & ſubiectorum non omnino graſſaretur interitus.* Et ENNOMIVS in panegyrico, vbi: *quid quod a te Alemannia generalitas intra Italiæ terminos ſine detrimento Romanæ poſſeſſionis incluſa eſt? cui euenit habere Regem, poſtquam meruit perdidiſſe. Facta eſt Latiaris cuſtos imperii ſemper noſtrorum populatione graſſata. Cui feliciter ceſſit, fugiſſe patriam ſuam, nam ſic adepta eſt ſoli noſtri opulentiam, adquiſita eſt iis, quæ nouerit, ligonibus tellus adquieſcere.* Paruerunt itaque Gothis per XL. annos, Theodorico, Athalarico, Theodato & Nitige regibus, vsque dum hic aut adulando Francis, vt eorum auxiliis, contra Iuſtinianum Imp. quocum ipſi atrocisſimum interceſſerat bellum, adiuuaretur, aut quod eos amplius defendere, aut ſub poteſtate ſua retinere haud poterat, omnes tandem domum remitteret, & Theodeberto, Francorum regi, Clodouæi nepoti, traderet, eius impoſterum imperio cum reliquis populatibus parituros. AGATHIAS & FREDEGARIVS *c. l.* conf. etiam omnino hic VELSERVM *lib. VIII. p. 337.*

28) Hæ litteræ extant apud CASSIODORVM *lib. II. var.* earumque tenor ita ſe habet: *gloriosa quidem veſtræ virtutis affinitate gratulamur, quod gentem Francorum priſco more reſidem, feliciter in*

mannis enixe quoque gratiam eius implorantibus, miseris tandem pepercit, & concessa eis pace, maximam 29) eorum ditionis terræ partem, sub promissione annui tributi, 30) in verba sua iurare coegit. Et hoc modo vnico fatali prælio prisca Alemannorum gloria & virtus, ipsi Imperio Romano olim formidabilis, concidit. Quæ vero post initam hanc pacem, quoad reliqua, Sueuiæ sub Francis conditio, & vtrum abrogatis legibus patriis & magistratibus propriis, fisco regio immediate adscripta, an per Duces a Francorum regibus constitutos recta fuerit? an Seruitutis quoque origo ab hoc tempore in Sueuia petenda? vti plerique scriptores hactenus falso crediderunt, & quæ sunt alia, de his, quod formulam Sueuiæ liberæ, de qua in præsenti nobis tantum sermo erat, non concernunt, sed potius statum Sueuorum sub Francis, de quo peculiari Dissertatione agere constituimus, plura nunc addere supersedemus. Deo interim T. O. M. gratias, quas possumus, humillimas agimus, quod hucusque vires vitamque nobis concesserit, quo, quæ de statu Sueuiæ liberæ dicenda nobis propositeramus, ad finem tandem perducere potuerimus; faxit summum Numen, vt omnia hæc cedant in sui nominis gloriam, proximi commodum, nostrum denique proprium emolumentum.

noua prælia concitaſtis, & Alemannicos populos, cauſis fortioribus inclinatos, victrici dextra ſubdidiſtis. Sed quoniam ſemper in auctoribus perfidiæ reſecabilis videtur exceſſus motus veſtros in feſſas reliquias temperate: quia iure gratiæ merentur cuadere, quos ad parentum veſtrorum defenſionem reſpicitis confugiſſe. Eſtote illis remiſſi, qui noſtris finibus celantur exteriti. Memorabilis triumphus eſt, Alamannum acerrimum ſic expauiſſe, vt tibi eum cogas de vitæ nomine ſupplicare. Sufficiat, illum regem cum gentis ſuæ ſuperbia cecidiſſe. Sufficiat innumerabilem nationem partim ferro, partim ſeruitio ſubiugatam. Nam ſi cum reliquis confligis, adhuc cunctos ſuperaſſe non erederis. &c.

29) Veritas dictorum luculenter apparet ex iis, quæ not. (25) disseruimus.

30) Non integrum Sueuorum populum post reportatam hanc victoriam Clodouæum sibi subiecisse, ex iis, quæ supra not. (27) de migratione non minimæ huius gentis partis ad Theodoricum, Ostrogothorum in Italiam regem, disseruimus, & PROCOPIVS *lib. I. Hiſt. Goth.* vlterius refert: *Super Thuringos Sueui, & Alemanni, nationes validæ, agunt vetuſtis in finibus ac libertate*, luculenter satis apparet. Inde etiam his rationibus procul dubio inductus OBRECHTVS *c. X. prodrom. rer. Alſat.* Gregorii verba supra a nobis allegata, adducens, in margine addit: *omnes Alemannos ſubactos hinc non recte concludunt vulgo*, & VELSERVS quoque *lib. VIII. pag. 336.* tria Alemannorum genera statuit, dum inquit: *Neque tamen, quod plerique Gregorium parum caute interpretati exiſtimant, victoria Alemanni omnes ceſſere, ex Procopio quippe vidimus, Alemannos adhuc Iuſtiniani ætate liberos, & vt huic quantum quisque volet, tribuat, illud certis teſtibus compertum, quod paulo poſt ex Agathia viſuri, Theoderico quosdam fuiſſe ſubditos. Nam quamuis tam Procopius, quam Agathias de omnibus inſuite ſcripſerint, (niſi interpretes fallunt) rerum tamen diuerſiſſimarum natura cogit vtrumque ſimile de aliquibus accipere. Theoderico paruere, qui Rhætiam incolebant, & in vicinia fortaſſe, qui Danubium prætexebant nonnulli: Clodoueo tum ii, qui cis Rhenum in Gallia Argentoratenſem tractum occupauerant (cuius rei multa ſunt indicia) tum, ſi quid coniecturæ in rebus dubiis licet, qui proximam Thuringis oram tenebant, quam Franconiæ eo nomen acceptiſſe credimus.*

II.

SYNODVS FRANCICA,

A. DCCXLII.

SVB

CAROLOMANNO

HABITA.

PRAEFATIO.

Pud Gallos superiori anno viuere desiit IOHANNES MABILLONVS, Vir, ob summam, qua excellebat, eruditionem nunquam satis laudatus, & qui doctissimis suis scriptis permagnam nominis celebritatem non in Gallia solum, sed & in Germania, quin in vniuerso literatorum orbe, ex merito est adeptus. Sane excellentissimo Opere, quo *Rem Diplomaticam*, quanta par fuit diligentia enodauit pariter atque illustrauit, de orbe erudito ita est promeritus, vt nihil supra possit esse. Vnde & doctorum quisque huius *Mabilloniani* libri non sine encomio meminisse soleat, tantoque magis mihi probantur summi Viri verba, quibus in eo de *Francofurto*, patria mea exoptatissima, *lib. IV § LX. f. 283.* vtitur, scribendo: *Francofurtum ſeu Franconofurt ad Mœnum inter vetuſtiſſima Regum Francorum palatia numerandum puto, tametſi nulla eius mentio fiat apud verum noſtrarum Scriptores antiquos ante annum 794. quo tempore celebris hoc loco Synodus Epiſcoporum habita eſt.* Equidem si *Bartholomæi Germonii*, societatis, quæ *Ignatium Loiolam* auctorem patremque agnoscit, haud indocti sodalis, auctoritati plus iusto tribuerem, iste *Mabillonii* liber, adeo-

que illa etiam, quæ ex eo modo adduxi, tanti abs me non eſſent facienda; quando is ante paucos annos *Mabillonio* in Gallia vehementer eſt aduerſatus, & quæ Celeberrimus Vir de *Re Diplomatum Veterum*, cum inſigni eruditorum applauſu, edidit, publicatis aduerſus illum ſcriptis, ſubruere & conuellere eſt conatus, de qua literaria controuerſia inter *Mabillonium & Germonium*, atque illius Aduocatos, & huius aſſeclas legi cumprimis merentur, quæ Celeberrimus Belgarum BERNARDVS collegit, edendo *les Nouvelles de la Republique des lettres* A. 1706. *Nouembr.* p. 589. ſſ. & A. 1707. *Mars* p. 335. *Avril* p. 364. ſſ. *Mai* p. 499. ſſ. *Septembr.* p. 244. ſſ. & *Octobr.* p. 363. ſſ. Gallicam linguam, qui non callet, Latinis verbis informari de toto hoc negotio poteſt ex *Actis Eruditor. Lipſienſ.* A. 1707. menſ. *Iulio* p. 290. ſſ. A. 1708. menſ. *Iulio* p. 335. ſeq. & cumprimis menſe *Auguſto* A. 1708. legi meretur elegantiſſimum epitaphium, quod *Mabilloniano* honori *Guilielmus Rouſſel*, eiusdem cum demortuo *Mabillonio* Congregationis ſodalis, erexit. Eius quicquid ſit, manet manebitque ſua laus libro *Mabillomiano*, quem ea propter merito concelebrat Excellentiſſimus Diſſertationis huius Præſes, DN. STRVVIVS, *in Actis literariis ex MSS. cimitis Faſcic. I. p. 3.* & ante eum Celeberrimus Gieſſenſium IC. HERTIVS *in parte II. Commentationum & Opuſculorum p. 589.* Minimum de veritate aſſerti *Mabilloniani* in præclaro illo opere: *nullam Francofordienſis ciuitatis apud rerum Francicarum* (forte non peccabis, ſi addes, *in vniuerſum omnes Veteres*) *ſcriptores mentionem fieri ante A. 794. quo tempore celebris ibi ſynodus Epiſcoporum eſt habita*, haud eſt quod dubites, dicas quin potius, ſpectare ad vulgi errores & absque auctoritate Veterum hinc inde a recentioribus Scriptoribus de *Francofurto* commemorari, quaſi multo ante dictum tempus notum fuerit, & priusquam hoc nomine inſigniretur, vel *Helenopolis* audierit, vel ex aliorum pariter falſa traditione *Teutoburgum*. Quam autem prioribus octo poſt Chriſtum natum ſeculis *Francofurtanæ* ciuitatis hiſtoria pauper admodum eſt atque inops, tam conſtat certiſſime, quod inſecuto tempore *Francofurtum* magis magisque inclaruerit, & inprimis varia ibi Concilia ac Comitia fuerint habita, quæ DN. LERSNERVS *in Chronic. Francofurt. lib. I. c XXIII. f. 305. & lib. II. c. IV. f. 11.* diligenter ſatis recenſuit. Illa inter Concilia *Francofurtenſia* vt primum, ſic & præcipuum fuit iſtud, in quo an. 794. *Carolus M.* auctoritate ſua effecit, vt congregati tum Epiſcopi, quæ de imaginum cultu ad verbi diuini normam ſtatuenda eſſent, publica ſanctione edicerent. Quod illuſtre *Francofurtenſe Concilium* tanto pluris omnino eſt faciendum, quanto certiores de eius veritate ſumus, quantoque minus fides illis eſt habenda, qui eius Acta, vna cum libris, ſeu *Capitularibus Carolinis de non adorandis imaginibus*, incerta reddere ne quiquam ſunt conati. Quibus poſt alios Venerandus meus ex Matre Auus, *Iob. Grambſius*, Vir haud exigui nominis, & cuius merita etiamnum ſuos habent cultores atque æſtimatores, ſatisfecit, dum an. 1650. Argentorati ſub præſidio ſoceri ſui, *D. Dorſchei*, at quanti Theologi! *Concilium* iſtud *Francofordienſe* in Diſputatione ſolemni aſſeruit ac defendit. Meum quidem non eſt, iſtum *Dorſcheo-Grambſianum* laborem hac in re cæterisque prædicare, ceu alios doctos Viros voce ſcriptisque poſt *Dorſcheanam*, *Grambſianam* quoque virtutem ac diligentiam laudibus extuliſſe inuenio, ſicut inter alios fecere DAN. FRANCVS *de Papiſtar. Indicibus libror. prohibitorum*, cum in præfatione, tum *p. 733.* nec non DN. SERPILIVS, Verbi Diuini apud Ratisbonenſes Miniſter celeberrimus, *in denen zufælligen Lieder-Gedancken p. 23.* Id tamen mearum partium eſſe autumo, vt ad exemplum illius mei laudatiſſimi Aui in inquirenda atque excolenda patriæ hiſtoria, maxime quod res ſacras concernit, nonnihil laboris ac ſtudii impendam. Quam ob rem mecum conſtitui, hac diſſertatione pro ingenii viribus oſtendere, *ante iſtam celebratiſſimam vexatiſſimamque ſynodum aliam Francofurti non fuiſſe habitam, ceu quidem nonnullis placuit aſſerere, inſtitutam ibidem an. 742. ſynodum, in eademque ſpeciatim veterum Germanorum ignes, communi voce Nodfyr dictos, fuiſſe damnatos ac reprobatos.* Et quidem in *prima ſectione* monſtrabo, tum temporis omnino celebratum fuiſſe in Germania Epiſcoporum conuentum, in quo præter alia de nominatis modo ignibus *Nodfyri* tractatio inſtituta; negabo tamen, & pernegabo in *ſecunda ſectione*, factum id omne eſſe in vrbe *Francofurto*, cuius alias ſalutem ciues mecum omnes repetitis ſemper votis a DEO exoptabunt. *Beneuolus Lector*, vt ſpero rogoque, laborem hunc meum exiguum, induſtriæ Academicæ ſpecimen benigne interpretabitur, & quæ minus erudite abs me elaborata putabit, adoleſcentiæ meæ, cumque ea coniunctæ ingenii imbecillitati hoc potius tribuet, quam vt rei veritati quidpiam inde detrahatur. Si non quod debui, feci tamen per ſummi Numinis gratiam, quod potui. Neque diffiteor, ſed honori mihi duco, me *Ampliſſimi Dn. Præſidis* ſcholis præclaris hæc & illa debere: Tum & *optimi Parentis mei* ſchedis atque collectaneis in nonnullis ſingulariter ſui adiutus, queis ſine Diſputatio hæc inprimis citatione quorundam rariorum auctorum fuiſſet caritura. DEVS T. O. M. cœpta mea per Spiritum ſuum S. velit ſecundare quam clementiſſime!

SECTIO

SECTIO PRIMA.

SVMMARIA.

§. I. Synodus sub Carolomanno 742. celebrata. §. II. Probatur hoc ex actis Conciliorum. §. III. Probatur ex epistolis Bonifacii & Papæ Zachariæ. §. IV. Probatur ex statu illorum temporum. §. V. Bonifacii Zelus pro religione Christiana. §. VI. Ignes pagani modo Nedfratres modo Nedfri dicuntur. §. VII. Ista synodus a Liptinensi a. 743. celebrata probe distinguenda. §. VIII. In synodi istius indiculo varie scribitur Nedfri. §. IX. Variæ sententiæ Eruditorum de significatione Nodfyr. §. X. Originem debet Gentilismo cultus ignium Nedfri. §. XI. Reliquias ostendit huius ignis in hodierno igne Nedfri, igne Paschali & Iohannæo. §. XII. Descriptionem ignis Nodfyr continet. §. XIII. Laudat synodum Francicam, quod ignes illos vetuerit.

§. I.

CErtissimum est, & pro veritatis historicæ ratione certo certius, Anno post Seruatoris nostri natiuitatem DCCXLII. synodum in Germania habitam fuisse atque coactam, in qua cum alia, quibus Christianæ religionis commoda promouerentur, fuerunt proposita, tum præcipue cultus superstitiosus ignium sacrilegorum, *Nedfri* tunc vocatorum, a Patribus istius Concilii damnatus est atque reprobatus. Vide Iesuita EROWERVS *lib. I. Fuldenſ. Antiq. p. 11.* non abs re illam vocat *celebrem Germaniæ synodum*, vbi & ex temporum calculis apte & conuenienter ostendit, alium quam quadragesimum secundum annum supra septingentesimum ei non esse assignandum; quocum transigat CAROLVS LE COINTE, qui *in Annal. Eccleſ. Tom. V. ad an. 742. n. 2. f. 59.* mendum credit irrepsisse in chronologicos synodi characteres, adeoque pro Anno 742. substitui debere Annum 743. Neque dubito in Magni HERMANNI CONRINGII *Supplementa Antiqq. Academ. p. 290.* typotheræ incuria mendum irrepsisse, quando illic legitur: *Ducem Austraſiæ Carolomannum An. DCCLII. synodum Franciæ coëgiſſe.* Quam enim facilis lapsus inter numeros DCCLIII. & DCCXLII. contingere possit, nemo non videt.

§. II. Dubitare nos de habita ista synodo non sinunt *Acta* illius, quæ eruditissimi Conciliorum Collectores summo studio collegerunt, quæque assensum tamdiu merentur, donec reperientur, qui fidem istorum Collectorum in hoc capite audeant ex vero reddere dubiam. Cur enim non eodem iure, quo aliarum synodorum acta, etiam huius synodi recipiemus collectionem? maxime cum historia illorum temporum doceat, Papam *Gregorium III.* (qui habendarum hinc inde synodorum auctor semper suaforque extitit, ceu epistolæ eius ad *Siagrium*, Augustodunensem Episcopum, nec minus *Brunichildam*, Francorum Reginam, aliosque Franciæ Reges apud ANDR. DV CHESNE *Tom. I. Scriptor. hiſt. Franc. f. 901. 902. 907. & 908.* indicare possunt) Bauariæ Sueuiæque Episcopos fuisse adhortatum, vt, quo illis loco *Bonifacius* ad celebranda concilia conuenire mandaret, pro nomine Christi parati reperirentur, prout hæ literæ *Tom VI. Conciliorum*, a LABBEO & COSSARTIO editorum *f. 1472.* & apud BARONIVM *Tom. IX. Annal. Eccleſ. ad an. 738. n. 5. f. 136.* nec non WELSERVM *lib. 5. Rerum Boicar. ab* Arnoldo *editarum f. 141.* exhibentur.

§. III. Ipse etiam *Bonifacius*, Concilii summus Promotor, paulo post in literis ad Anglorum Episcopum *Guthbertum* de eiusmodi habita synodo expresse & sigillatim commemorauit, quæ eius epistola apud SVRIVM *in Epiſtol. Bonifacian. n. 105.* & BARONIVM *l. c. ad an. 740. n. 4. f. 142.* legentium oculis expolita reperitur. Vt taceam mandatum Principis *Carolomanni*, quod de habenda synodo iam dicto *Bonifacio* significauit, cuius hic expressam apud ZACHARIAM, *Gregorii III.* in Pontificatu successorem fecit mentionem, quando ad eum scribit: *Notum similiter ſit paternitati Veſtræ, quod Carolomannus, Dux Francorum, me accerſitum ad ſe rogauit, vt in parte regni Francorum, quæ in ſua eſt poteſtate, faciam ſynodum congregari, & promiſit, ſe de Eccleſiaſtica religione, quæ iam longo tempore, i. e. non minus, quam per 60. vel 70. annos calcata & diſſipata fuit, aliquid corrigere & emendare velle*, vid. SAGITTARII *Antiqq. Gentilism. & Chriſtianism. Thuringic. lib. 3. c. 20. n. 2. p. 268.* vbi & *pag. ſeq.* ZACHARIAE responsum *Bonifacio* hanc in rem datum reperitur. Quæ sane argumenta omnem nobis de hac re dubitandi adimunt rationem, persuadentque contra, ad credendum certissime: an. 742. iussu atque auctoritate *Carolomanni* synodum in *Germania* fuisse coactam.

§. IV. Tum & obseruari meretur, quod pessima illorum temporum ratio omnino exegerit, vti piorum ac doctorum Episcoporum conuentus aliquis in *Germania* existeret, in quo de Ecclesiæ Christi salute prudenter consultaretur. Res enim Christiana apud Germanos permultas hinc inde patiebatur aduersitates, nec, qui gregi Seruatoris nostri præerant, curæ sibi ac cordi esse sinebant, vt malis, ceu debebant, mederentur; inordinato contra ac pessimo vitæ exemplo iidem suis præibant auditoribus, atque sic reliquias, quæ ex paganismo passim in pagis vicisque cum magna summi Numinis contumelia reperiebantur, extirpare susque deque habebant. Vno verbo: Tum temporis ita erant omnia deprauata in Ecclesia Christi, vt lacrymæ non sufficerent, quæ ea satis deplorarent. Vid.

ex *Mezeræo* SPANHEIMVM *Histor. Eccles. p. 656.* & ex vtroque ARNOLDVM *in der Kirchen- und Ketzer-Historie part. I. lib. IIX. c. II. f. 293.* Qua rei peruerſitate, & inprimis ſacerdotum ſocordia permotus fuit Rex, 31) ſeu Dux Francorum, *Carolomannus*, vt illo tempore, defuncto Patre *Carolo Martello*, & partitis inter ipſum & fratrem *Pipinum* prouinciis (ex quibus *Auſtraſia*, *Alemannia* ac *Touringia* illi obtigerat, vid. GERVASIVS Tilberienſis *Otiis Imper. dec. 2. n. 18. p. 940. ed. Leibnit.*) velut Medicus morbo medicinam pararet, eorumque nihil omitteret, quæ facere ipſi viderentur ad rem Chriſtianam purgandam, ſtabiliendam, ac promouendam. Quo nomine a MATTHAEO RADERO, Ieſuita in Antiquitatibus Eccleſiaſticis ſatis verſato, *Vol. II. Bauar. Sanct. f. 72.* impenſe laudatur *Carolomannus*, quin & titulo *Sancti* honoratur, *qui merito in cenſum Bauariæ Sanctæ veniat*, vt verba *Raderi* ibi ſonant: adde, quæ in laudem *Carolomanni* ſcripſit Ieſuita BROWERVS, *Antiqq. Fuldenſ. lib. I. c. IV. p. 19.* quod *Princeps religioſiſſimus iure connumeratus ſit inter Beatos.*

§. V. Qui illo tempore vixit *S. Bonifacius*, dictus antea *Vinfridus*, vel *Bonefridus* & *Wunefridus* (vid. CHRISTOPH. PHILIP. *de* WALDENFELS *in Antiqq. ſelect. lib. 12. c. 27. p. 449.*) ex Anglia in Germaniam veniens, *Francos*, *Thuringos*, vt *Heſſos*, populos *Francofurto* vicinos, & cum illis, vt non dubito, *Francofurtanæ* etiam ditionis incolas (quippe qui etiam annumerandi ſunt illi Germaniæ genti, *quæ Orientalem Rheni ripam adcolit*, quamque *Bonifacio* ſacrorum emendationem debere ex antiquis documentis ELIAS MARTIN. EVRINGIVS in diſſertatione *de Ortu & progreſſu Religionis Chriſtianæ in Francia Orientali* euicit, quæ habetur ſub finem vitæ *Erneſti Pii*, ab eodem An. 1704. Lipſiæ editæ p. 241.) doctrina ſanctiore emendauit, ac proinde *Germanorum Apoſtolus* communi omnium voce vocatur, quo de *Bonifacii* titulo lege MICHAEL. HERTZII *Bibliothec. German. part. I. ſect. X.* & obſerua, quod MORNAEVS *lib. I. de Euchariſt. c. IIX. p. 224. Bonifacium* iſto titulo plane indignum iudicet, eiusque loco p. 245. ipſum nominet: *inſignem nugarum Romanarum apud Germanos præconem.* Iſte *Bonifacius*, ſicut alias religionem Chriſtianam ſummo ſtudio promouere cupiebat, 32) de quo tot, quibus præſuit, ſynodi, tantus inſidelium,

31) *Maiores* enim *domus Francorum*, tametſi regia dignitate reuera non fuerint gauiſi, tamen ob exercitium regiæ poteſtatis paſſim apud Scriptores *Reges* audiunt. vid. CHIFFLETIVS *in Origin. Auſtriac. illuſtrat. p. 51.* it. TOLNERVS *in Hiſtor. Palatin. c. 4. p. 109.* Quin & *Imperatores* fuerunt vocati. Loca colligit GOLDASTVS *in Replicat. pro Imperio c. 31. p. 321.* MABILLON. *lib. 2. c. 3. §. 7. f. 72.* duo exhibet diplomata, vbi *Carolomannus* ſemetipſum vocat *gratia DEI, Regem Francorum, Virum Inluſtrem.* Inprimis notari merentur verba IOHAN. a LEIDIS *in Chronic. Belgic. lib. 3. c. 5. f. 42.* (apud FRANCISC. SWERTIVM *Tom. I. Annal. Rer. Belgic. Francofurt. 1620. edit.*) vbi ita ſcribit: *nam & opes & potentia regni penes palatii præfectos, qui Maiores domus dicebantur, & ad quos ſumma Imperii pertinebat, tenebantur. Nam Regi nihil aliud relinquebatur, quam vt Regio tantum nomine contentus, crine profuſo, barba prolixa, ſolio reſideret, ac ſpeciem dominatûs effingeret, legatos vndecunque venientes audiret, eisque abeuntibus reſponſa, quæ erat edoctus, vel etiam iuſſus, ex ſua velut poteſtate redderet.*

32) Non tamen negandum eſt, eum *Papiſtarum* ſuperſtitionibus nimis fuiſſe deditum, quas proinde ſummo propagare ſtuduit labore. Id quod B. D. MISLERVM, celebrem ſuo tempore Gieſſæ Theologum, mouit, vt *in ſpeculo Anti-Ieſuitico* c. II. ſect. VI. p. 187. de *Bonifacio* ſcriberet: *eum eccleſias iam pridem conuerſas plus deformaſſe, quam reformaſſe: Romanas ceremonias & ſplendidas inceptias inſtituendo, ſuperſtitiones confirmando, & doctrinæ corruptelas propagando, ſingulis ſub velamine pietatis & vtilitatis peractis.* Scilicet iusiurandum, quod Papæ *Gregorio II.* præſtitit, aliter eum agere non permiſit. Exhibet illud poſt alios PHIL. MORNAEVS *in Myſter. Iniquitat. p. 137.* his verbis: *Promitto ego Bonifacius, gratia DEI Epiſcopus, Vobis beato Petro, Apoſtolorum Principi, vicarioque tuo beato Gregorio ſecundo &c. fidem & puritatem meam, atque concurſum Tibi & vtilitatibus Tua eccleſiæ &c. Et ſi agnouero, Antiſtites contra inſtituta antiqua ſanctorum conuerſari, cum eis nullam habere coniunctionem aut communionem: Quodſi contra huius promiſſionis ſeriem aliquid facere quodlibet modo vel occaſione tentauero, reus inueniar in æterno iudicio, vltionem Ananiæ & Saphiræ incurram.* Ineptus fuit ſane, ridiculam quæſtionem Pontifici proponendo, *an & quando Germanis lardum eſſet comedendum?* cui *Zacharias* Papa apud BARONIVM *ad an. 751. n. 12. T. IX. Annal. f. 218.* reſpondit. Ob hæc & alia, cumprimis ſuſpectum amorem cum Moniali *Liebа*, paſſim nec immerito *Bonifacius* vapulat, vt apud GOTHOFRED. ARNOLDVM *in der Kirchen- und Ketzer-Hiſtorie part. I. lib. IIX. c. 1. §. 7. f. 291. ff.* legere eſt, qui eum mox vocat: *den Anti-Chriſtiſchen Pfaffen*, item *den beſchbrienen Land-Betrieger, den offgedachten Leut-Betrieger, und Idioten, den großen Apoſtel, oder vielmehr Ertz-Ignoranten &c.* vnde nec dignatus eum eſt, in libro illo referre, quando & quo mortis genere obierit; quod hiſtoriæ membrum, quo illuſtrius eſt, & calamum Hiſtoricorum ſigillarim ſolet occupare, eo magis mirum, quod ARNOLDVS illud ſilentio prætexerit, perinde vt & *lib. cit. c. IV. f. 299. & 300.* in commemoratione Conciliorum, tum temporis Eccleſiæ bono habitorum, de ſynodo noſtra atque actis in illa obliuioni ſtuduit, quem omnino decuiſſet, in tam inſigni Hiſtoriarum opere huius rei meminiſſe. Quando inſuper *& in hoſte virtus laudanda eſt*, nemo *Bonifacium* iure priuabit laude, qua eum alias noſtræ partis Theologi & Hiſtorici mactant, quos inter DAV. CHYTRAEVS, Theologus ob pietatem atque eruditionem bonis omnibus commendatiſſimus, haud ſibi duxit religioni *in oratione de Weſtphalia*, (quæ cum aliis opuſculis *de Weſtphalia* A. 1668. a *Ioh. Goes*, Weſtphalo, Helmſtadii edita, & cum notis illuſtrata eſt,) p. II. *Bonifacium* appellare *Germanorum Euangeliſtam & Apoſtolum, qui Euangelium docuerit in Bauaria, Francouia, Thuringia, Haſſia, Friſia.* Patria cum *Chytræo* facit SCHVRZFLEISCHIVS, Vir non minore laude de bonis litteris meritus, in *Volum. Diſput.* n. IIX. §. XI. *Bonifacius, antea Winfridus, non ſolum Francos, Thuringos & Heſſos, ſed etiam Saxones doctrina ſanctiori emendauit, quem non immerito Germanorum Apoſtolum dicamus.* adde num. X. p. 43. & n. XVII. §. IV. vbi hæc leguntur: *De religione Thuringorum Heſſorumque laborа-*

delium, ab eo conuerſorum, numerus, nec pauci, quos exterminauit, teſtantur hæretici. Vid. IOH. *de* POLDA *in Chron. Eccleſ. Hamelenſ.* apud MEIBOMIVM *T. 2. Rer. German. f. 513.* ſic & præcipue hac in parte ſuum pro grege Dei Zelum omnibus manifeſtauit: Non enim ſatis habebat, quod an. 741. per literas apud *Zachariam* Papam de luxu Epiſcoporum & Presbyterorum Galliæ eſſet queſtus (vnde Pontifex iſte eum Biſontinæ aliisque Gallicis Eccleſiis luſtrandis, cauſisque Epiſcoporum & Clericorum auctoritate Apoſtolica præfecit, eique Apoſtolici per Gallias legati munus detulit; vid. IOH. IACOB. CHIFFLETIVS *P. 2. Veſontion. p. 163.*) ſed & poſtea eodem modo de corruptis Clericorum moribus, & frequenti diuinarum humanarumque rerum abuſu atque inſcitia ad *Carolomannum* retulit. Quibus hic permotus, communicato cum *Bonifacio* conſilio, Epiſcopos iuſſit in ſynodum coire, vt, quam poſſent matura, laboranti rei Chriſtianæ opem adferrent. Quod a congregatis Epiſcopis præclare factum eſſe, cum Concilii Acta quam certiſſime teſtentur, ſpeciatim, ferente ſic occaſione, nonnulla de illis ignibus hic proferam, qui ſub nomine *Nodſyr* vel *Nedſri* in iſta ſynodo ex numero reliquarum paganarum ſuperſtitionum cumprimis fuere allegati atque damnati.

§. VI. Varia vocis illius eſt ſcriptura, & varia eius origo ab eruditis annotatur. Sub notione *Nedſry* inuenitur in CAROLI DV FRESNE *Gloſſario T. II. f. 734.* quamuis *Doctiſſimus Vir f. 744.* etiam proponat vocabulum *Nodſyr*, pro quo forte legendum *Nodſyr*, quemadmodum hac voce in Germanico idiomate vtitur SCHOTTELIVS, *de Singularibus quibusdam & antiquis in Germania Iuribus & obſeruatis c. XIV. §. 6. p. 339.* dum ſcribit *Nothfeur*, *Nothfur*, & paulo poſt *Nodſyrs*. In dicta *ſynodo Francica*, quæ primam huius facit mentionem, legitur, *Nedſratres*; ſic enim habent verba: *ſiue illos ſacrilegos ignes, quos Nedſratres vocant, ſiue omnes, quæcunque ſunt, paganorum obſeruationes diligenter prohibeant.* vid. BALVZIVS *T. I. Capitular. f. 148.* Idemque in *collectione Anſegiſi libro V. Capit. c. 2.* repetitur apud BALVZIVM *f. 825.* Reiicit vero hanc vocis ſcriptionem FRIDER. LINDENBROGIVS *in Gloſſar. ad Codicem LL. Antiqq f. 1445. a. edit. Francof. 1613.* monetque, quæ ſequuntur: *Male* (*pro* Nodſyrs) *in aliis libris legitur: Nedſratres ignes. In tomis Conciliorum, vita B. Bonifacii, & Burchardo: ſiue illos ſacrilegos ignes, quos Nedſri vocant.* Vbi ſilentio præterire nequeo, quod SERARIVS *lib. III. Rerum Mogunciac. c. XLII. p. 364.* ſynodum dictam ſecundum omnia decreta exhibeat, omiſſis autem modo citatis verbis: *ſiue illos ſacrilegos ignes, quos nedſratres vocant*; ſed qui collationem inter *Serarii* recenſionem inſtituet cum iis, quæ apud *Baluzium* l. c. nec minus apud *Collectores Conciliorum* inueniuntur, multum diſcriminis deprehender, quando apud *Serarium* dictæ ſynodo, vel adiecta quædam reperiuntur, vel in illa omiſſa. Præferimus igitur *Serario* illos, qui ex antiquis & non fucatis codicibus verba iſta retulerunt. Idem dicendum ſtatuendumque, quando in *Othloni Fuldenſis Vita S. Bonifacii Tom. IV. Antiqq. Lection.* HENRIC. CANISII *lib. I. p. 436. ſſ.* habentur: *Karolomanni ſtatuta Conuentus ſynodalis A. 742. XI. Cal. Maii edita*, nulla tamen mentione facta ignium *Nedſri*. Scilicet rari nihil eſt, ſed ſapiſſime accidit, codices MSS. veteres in permultis variare, atque ab inuicem discrepare, vbi cum plures codices conferuntur, quid deſit, quidue legendum, plerumque patefcere ſolet. Inde etiam deriuo, quod GVILIELM. CAVE *in Hiſtoria Literar. Scriptor. Eccleſ. part. II. ſecul. IIX. f. 150.* memorat; Canones, qui in Concilio, ſub *Carolomanno* A. 742. habito, conditi ſunt, extare apud OTHLONVM Presbyterum *in Vita S. Bonifacii lib. 1. c. 42.* & notis eruditis illuſtrari apud CAROLVM LE COINTE *Annal.* ad An. DCCXLIII. n. XXXIV. Tom. V. f. 92. *qui vero tria poſtrema capitula ab Othlono memorata prætermiſerit*; cuius rari libri *Cointiani* vſus, nuper beneficio *Ampliſſimi mei Præſidis* ex diuite *Bibliotheca Buddeana*, mihi ad aliquot dierum ſpacium factus eſt, inuenique vera eſſe, quæ de eo *Caueus* prædicauit.

§. VII. Similiter dignum notatu eſt, quod An. 743. apud *Liptinas* in Gallia, vel, vt quidam malunt, in Germania inferiori, (vid. HADRIAN. VALESIVS *notit. Gall. p. 281.* & SCHILTERVS *de Libert. Eccleſ. Germ. lib. 2. c. 8. §. 8. p. 187.*) alia ſynodus a *Carolomanno* fuerit habita, in qua *Germanica*, quæ A. 742. præceſſit, fuit confirmata, eiusque canones communi omnium conſenſu recepti fuere atque approbati, ſicut apud SIRMONDVM *Tom. I. Concil. Gall f. 539.* videre eſt, apud quem propterea eadem vox *Nedſratres* repetita inuenitur; qui & in ſubiectis notis f. 621. monet, *duo ſub Karolomanno Concilia extitiſſe, quæ probe diſtinguenda ſint, vnum in Germania, cuius locus non prodatur, celebratum Anno 742, alterum anno ſequenti apud Liptinas in Gallia.* Has *Sirmondi* notas vide repetitas apud BALVZIVM *Tom. II. Capitular. f. 749.* Meminit cæteroquin eiusdem *Liptinenſis* ſynodi HINCMARVS, Carolo M. coæuus, *Oper. Tom. I. p. 657.* BLONDEL *de la primauté en l'egliſe f. 755. & 758.* FRIDER. LINDENBROGIVS *lib. V. Capitul. Karoli & Ludou. Impp. §. II. & III. Codic. LL. An-*

laborauit & optime meritus eſt Bonifacius, Præſul animi ſanctitate præſtantiſſimus; tamen etſi ſimul vi veritatis adacti haudquaquam inficiamur, cætera *Bonifacium* quædam docuiſſe atque egiſſe, quæ probari nunquam poſſunt. Vide, qui de vtroque Lectorem plenius informauit, D. SAGITTARIVM *in Antiqq. Gentiliſm. & Chriſtianiſm. Thuring. lib. II. c. 1. p. 33.* & *f. VI. p. 60. ſſ.* Inde excuſandus eſt celeberrimus apud Belgas IC. atque Hiſtoricus, VLRIC. HVBERVS, quod in *Hiſtor. Ciuil. part. I. lib. 4. ſect. 5. c. 6. p. 140.* nonnulla in laudem *Bonifacii* ſcripſit, contra atque Auctori videtur nuper admodum Germanico idiomate editæ *Hiſtoria Sileſiorum Eccleſiaſtica c. III. p. 94.*

I.L. Antiqq. f. 925. PETRVS *de* MARCA *de Concord. sacerdot. & Imper. Tom. 2. lib. 6. c. 24. f. 259. b.* MATTHIAS CHEFNEVX *in Speculo Chronograph. Eccles. Catholic. post natum Christum Part. I. sec. 8. c. 4. f. 360.* FRANCISC. LONGVS a CORIOLANO *in Summa Concilior. f. 580.* SIMON STAROVOLSCIVS *in Epitom. Concilior. f. 143.* MATTHAEVS RADERVS *Vol. II. Bauar. Sanctae f. 72.* IOACHIMVS IOHANN. MADERVS *in praefat. ad Chronic. montis Sereni pag. 7.* aliique docti viri, & cumprimis Conciliorum editores. Cuius perperam obliuiscuntur, qui duas haesce synodos confundunt, ex iisque vnam faciunt, quod miror feciſſe doctiſſimum MABILLONIVM *de Re Diplomat. lib. 2. c. 24. f. 187.* vbi *Liptinenſis ſeu Germanicae* ſynodi velut vnius eiusdemque meminit. Perinde audiendus non eſt DANIEL PAPEBROCH, Vir caeteroquin praeter morem ſuorum ſodalium cordatus & accuratus, qui *in Prolegomen. ad Tom. 2. April. de Actis Sanctorum f. 7.* Acta horum duorum Conciliorum pro genuinis non agnoſcit, & leuibus admodum argumentis ea deſtruere conatur, quae vero nullius momenti eſſe oſtendit Vir ſummus STEPHANVS BALVZIVS in notis *ad Capitular. Reg. Franc. f. 1200.*

§. VIII. Modo dictae *Synodo Liptinenſi* inuenitur inſertus *Indiculus ſuperſtitionum & paganiarum*, a quibus populus Epiſcoporum ſolicitudine ſit reuocandus. Vetuſtiſſimum illud Germanicae antiquitatis monumentum, IX. ſecula ſuperans, ex antiquo MS. codice Palatino Bibliothecae Vaticanae bona fide erutum Romae publicauit Eminentiſſimus Paderbornenſis Epiſcopus, & Princeps in literis absque pari, FERDINANDVS FVRSTENBERGIVS, in ſecunda editione *Monumentorum Paderbornenſium p. 336.* In illo *Indiculo* §. XV. haec habentur verba: *de igne ſi'icato de ligno i. e. Nodfyr.* SIMON PAVLLI *in Miſcellis Antiquae Lectionis*, publicatis Argentorati A. 1670. eundem *Indiculum* edidit, *p. 72.* cum hac praefatione: *In alio vetuſto MS. Palatino ſubiungitur Concilio Liftinenſi Anni DCCXLIII. abrenuntiatio Diaboli operumque eius, & breuis profeſſio fidei, veteri lingua Theotiſca, cum Indiculo ſuperſtitionum, a quibus populum Epiſcoporum ſollicitudine reuocandum ſynodus illa ſtatuit, parte I. can. 5. quo vix vllum antiquitatis Germanicae monumentum vetuſtius extat: annos enim ſuperat DCCC.* Idem editor autem praeced. *p. 55.* videtur indicare, quod hic *Indiculus paganarum ſuperſtitionum* primam lucem aſpexerit, *edente ſummo Viro Luca Holſtenio.* Quod & innuit FRIDER. SPANHEMIVS *in Hiſtor. Eccleſ. ſec. 8. Tom. 1. Opp. f. 1323.* ſcribens: *In his editus eſt ex antiquiſſimo Codice MS. Palatino, de quo Lucas Holſtenius, Indiculus Superſtitionum & Paganiarum.* Alia eſt editio, cuius CAROL. LE COINTE *Tom. V. Annal. Eccleſ. ad an. 744. f. 107. n. 8.* meminit, quando ibi exhibet *Indiculum ſuperſtitionum & paganiarum*, prout a PETRO *de la* LANDE inter *ſupplementa Conciliorum Antiquorum Galliae* A. 1666. editus eſt. Ieſuita LABBEVS cum ſocio COSSARTIO *Tom. VI. Concilior.* ad marginem *Synodi Germanicae f. 1535.* adnotat, codicem Palatinum pro *Nedfratres* legere *Niedfyr.* BALVZIVS *Tom. II. Capitular.* ſubiecit FRANC. PITHOEI *Gloſſarium ad libros Capitular.* vbi *f. 733.* ignes iſti triplici exprimuntur nomine, *nefratres ignes, neidfri, & neidfres.* Celeberrimus SAGITTARIVS *in Antiqq. Gentilism. & Chriſtianiſm. Thuringic. lib. 1. c. 3. §. 5. p. 22.* ex *Othloni* vita *Bonifacii* allegat vocem *Niedfeer*, & ex *Bonifacii* Epiſtolis *Rietfeuer.* Qui BARONII *Annal. Eccleſiaſt. Tom. IX. ad an. 742. §. XXIV. f. 166.* euoluerit, item IOH. PHILIPP. VORBVRG. *Hiſtoriar. Volum. IX. f. 395. b.* inueniet vocem *Metfres.* Tam varie hoc vocabulum apud Scriptores legitur expreſſum.

§. IX. Sicut autem varie vox illa ſcribi ſolet, ita etiam circa eius originem in diuerſas Viri eruditi abeunt ſententias. FRIDER. LINDENBROGIVS, haud infimum Germaniae decus, hanc de eius natalibus tulit ſententiam, in paulo ante citato *Gloſſario ad LL. Antiqq. f. 1445.* Ignes illos vocari Germanico idiomate *das Nothfeuer*, quaſi *neceſſarius ignis*, eo quod Germani eiusmodi ignes quam maxime neceſſarios credant ad mala nonnulla propellenda. Eodem modo VOSSIVS *de Vitiis Sermon. lib. 2. c. 13. p. 262.* ſentit, ſcribens: *plane adſentio doctiſſimis Viris, qui NEDFYRS vel NODFYRS legunt. Id notat neceſſarium ignem, a nood, ſiue vt Anglicana profert Dialectus, need, i. e. neceſſitas, & fier, hoc eſt, ignis.* Adde CAROL. DV FRESNE *Tom. 2. Gloſſar. f. 734.* qui ex *Spelmanno* memorat, vocem *Nedfri* apud Saxones Anglicos non eſſe omnino alienam ab iſta ſignificatione; *ned* enim *neceſſarium* ſonare, & *fri, ignem*; quamuis SPELMANNVS *in Gloſſar. f. 428.* aliam voci originem tribuat, ductam a priſco Saxonum *neod*, quod *obſequium* denotat, putatque *Nodfier ignes* eſſe, in *obſequium* numinum ethnicorum accenſos; ſed recte ſubiecit DV FRESNE l.c. *haec ſane omnia valde incerta ſunt.* Similia habet MATTH. MARTINIVS *in Lexic. philol. ſub voce Neidfri.* Apud MARTIN. LIPENIVM *in Hiſtor. ſtrenar. ciuilium cap. 2. ſect. 4. §. 41. p. 113. f.* duplicem eius inuenies originationem: Primo enim putat, voce *Neidfri* poſſe ſignificari innoxiam ſeu *illaeſam ſaltationem* per ignem, ex *not* ſeu Thuringica dialecto *net*, & *frey*, ſeu *frei*, quia ſuper eos ignes ſaliebant illaeſi & innoxii (quanquam non ſaltatio illa innocua, ſed rogus, ſeu ignis ipſe *Netfri* ſit dictus.) Trahit eo decretum, quod in *Quini-Sexta Synodo Trullana* can. 65. ita eſt definitum: *Qui in nouilunio a quibusdam ante ſuas officinas & domos accenduntur, rogos, ſuper quos etiam antiqua quadam conſuetudine ſaltare inepte ac delire ſolent, iubemus deinceps ceſſare.* Quem canonem dum MONTACVTIVS *Part. prior. Origin. Eccleſiaſt. f. 130.* refert, haec addit verba: *Quos nos Angli Bonefires appellamus, & in publica laetitia & gaudiis adhibemus, non obſtante iſto canone.* Deinde exiſtimat *Lipenius*, ignem illum *neidfri* poſſe etiam dici quaſi *neid-fier*, i. e. *ein genaethigtes*

und

und erbetenes Feuer, moris enim olim fuisse, vt quisque domi suæ ignem accenderet, & cuique petenti focum de domo sua concederet.

§. X. Statuat quisque quod volet de scriptura atque originatione vocis *Nodfyr* & *Nedfri*, id a nemine in dubium vocari poterit, ignes illos, hac voce significatos, veteri Gentilismo suos debere natales, in quo, post *Persas* aliasque gentes, *Germani* etiam ignem in maximo & tantum non diuino habuere pretio. Post alios eruditissimus VOSSIVS *in Theolog. Gentil. lib. II. c. 64. 65. & 66. p. 648. ff.* id more suo quam solidissime probauit, qui instar omnium hic esse potest. Adde tamen si lubet KORTHOLTVM *de calumniis Paganor. c. II. §. 13. p. 25.* HACHENBERGIVM differt. IIX. *de Germ. med. n. 17. p. 271.* ARNKIEL *de Cimbrorum religione lib. I. c. XVIII. p. 150. seqq.* Plures auctores congerere superuacuum duco. Non possum tamen non monere, ritum colendi ignis vltimato ab Hebræis deriuandum, nec aliunde, si primum eius initium repetas, arcessendum esse. Scilicet Diabolus, vaferrimus generis humani hostis, omni studio in id incubuit semper, vt leges de ritibus sacris diuinitus latas improba æmulatione imitaretur, quem ea propter DEI simiam non inepte dixeris; conferendo cætera, qui pluribus hoc executus est, DESIDERIVM HERALDVM, *ad Apologet. Tertull. p. 260. ff.* Vere igitur aduersus *Apionem* prædicat *Iosephus*, cum alios ritus plerosque a Iudæis accepisse gentes propemodum vniuersas, tum maxime λεχνυν ἀναπαύσεις libro II. *contra Apionem*, ad quem *Iosephi* locum illustrandum faciunt egregie, quæ ex variarum gentium scriptoribus congessit PETR. DAN. HVETIVS in doctissimo opere *Demonstrationis Euangelicæ, Propos. IV. c. V. §. II. p. m. 138.* quem & confer *lib. II. Alnetan. Quæst. c. XII. §. 21. p. 215.* vbi, quæ de ignibus a DEO fæpe e cœlo superne delapsis, in codice S. legimus, eleganter ostendit, gentes a DEO alienas præue sibi vendicasse, indeque diuinum ac religiosum ignis cultum ad posteros impie propagasse. Ex Theologis nostris Veterum Germanorum detestandam idolomaniam pluribus & ostendit & deplorauit Dn. D. DORSCHEVS *in septenario Admirandor. Christi p. 14.*

§. XI. Vtinam vero sacrilegus illorum ignium vsus penes solos remansisset Gentiles, cumque Paganismo postea inter Christianos penitus fuisset extinctus! Ast, proh dolor! superstitiosus ille peruersissimusque cultus hinc inde adhuc in Germania apud falsos Christianos cum summa diuini Numinis contumelia superstes inuenitur. Imo quod mireris, apud illos quoque eiusmodi superstitiosus atque impius ignis cultus reperitur, qui cæteroqui Euangelici volunt audire, & præ aliis ab omni falsa Numinis veneratione esse alieniores. Reprehendimus ideo omni merito & iure inculpamus Pontificios, quod in multis ritibus cum gentilium conueniant superstitione, de quo IOH. VALCKENIER *in Roma Paganizante, B. Hunnii Apostasia Eccles. Roman.* hac in materia c. 4. §. 434. & PFEFFERKORN *in denen merckwürdigen und auserlesenen Geschichten von Thüringen c. 12. p. 65. ff.* aliique euolui merentur. Et hinc tanto magis nostræ Ecclesiæ membra gentilismum in his atque cæteris odisse deberent, quanto remotiora a Papatu eiusque abominationibus esse volunt debentque. Sed & hic locum habet querela MAGNI GEIERI, qui *in Disquisit. Theol. de superstitione c. 2. §. 18.* scribit: *Vti a Papistis ad nostrates dimanauerunt quamplurima, ita non negauerim æque multa ad eosdem ex gentilium prosluxisse institutis.* Sic gentilis Veterum Germanorum mos, quo ignes *Nedfri* accenderunt, in nonnullis Germaniæ locis impulit agrum colentes, vt adhuc hodie præter ignem *Nedfri*, vel vt Germanice sonat, *Nothfeuer*, *ignem Paschalem*, *das Oster-Feuer*, atque *ignem Iohannæum*, *das S. Iohannis-Feuer*, in deliciis habeant, & maximopere venerentur. Discrimen, quod inter triplicem istum ignem versatur, peculiari de eo A. 1696. edito libello satis erudite ostendit *Ioh. Reiskius*, scholæ Guelpherbytanæ Rector clarissimus. Titulus libri est: *Vnterfuchung des beym alten Teutschen gebräuchlichen Heydnischen Nodfyrs, und des daher aufgekommenen heutigen Noth-Feuers, ingleichen des Oster- und Iohannes-Feuers.* Miror tamen, *Virum doctissimum* in ista commentatiuncula synodi Germanicæ, A. DCCXLII. coactæ, de qua hæc mea agit dissertatio, nullam plane inicisse mentionem, cum tamen in illius decretis primum vox *Nedfratres* vel *Nodfry* occurrat. Addi possunt, quæ celeberrimus Polyhistor PAVLLINI *Part. I. derer Philosoph. Lust-Stunden §. XXXI. p. 224.* ad collationem ignium a Pseudo-Christianis peruerse cultorum, cum iis, qui ab impiis & non Christianis gentibus olim religioso cultu affecti fuerunt, diligenter admodum congessit.

§. XII. Ad pleniorem definitionem seu descriptionem in synodo nostra Francica damnati ignis *nedfri* faciunt, quæ Cl. REISKIVS in ante commemorato libello *p. 6.* docet, esse scilicet eiusmodi idolomaniæ speciem, qua superstitiosa rusticanorum plebs ignem ex pilosa vel sulphurea quadam materia vi torqueat, per quem armenta cum gregibus tertia vice traducant, vt a rabido morbo, *das wilde Feuer* vocant, liberentur; neque hoc satis, sed igne extincto titionem quisque præsepi imponit, vt stabulum quoque a pessima ista lue purgetur. O inanem hominum superstitionem! Sane, nisi quotidiana experientia testis huius rei nobis existeret, nemo piæ mentis, cuique vera cordi est religio, persuadere sibi poterit ad credendum, homines, quos Christus sanguine suo redemit, quique ab eius nomine Christiani vocantur, & verum religionis cultum iactitant, in tam detestandam prolabi posse superstitionem, hacque pessimos Gentilium fieri imitatores: Ab his enim idolatricum ignium cultum recte deriuari, iam §. X. monui. Speciatim vero cum ignibus istis conuenit mira quædam gentilibus vsurpata, ignis eliciendi ratio, quam FESTVS his addu-

adducit verbis: *Mos erat, tabulam felicis materiæ tamdiu terebrare, quousque exceptum ignem cribro æneo virgo in ædem ferret.* Nec discrepant verba SIMPLICII, veteris in *Aristotelem* commentatoris, quæ ita se habent: *ἀπὸ ξύλων δὲ αὖθις ἐκβάλλεσι, θάτερον τῶν ξύλων, ὡς τέρετρον, ἐν θατέρῳ περιστρέφοντες, ignem e ligni excutiunt, alterum lignorum, tanquam terebram, in altero circumuertentes.* Vid. LIPSII *Syntagma de Vesta & Vestalibus c. IIX. p. m. 25.* Notari etiam merentur verba B. THEOD. THVMMII, qui in tractatu *de Festis Iudæor. & Christianor. p. 145. de festo S. Iohan.* ita scribit: *Solent in quibusdam locis pueri ossa & immunda aliqua colligere, & igne cremare, vt fumus mangus excitetur. Manauit hic mos procul dubio a Gentilibus. Antiquitus enim Dracones hoc tempore ad libidinem propter calorem excitati, volando per aërem prurientes in puteos semen demittebant, vnde aqua inficiebatur, & ex hac bibentes non sine fummo vitæ discrimine discedebant. Hoc igitur animeaduertentes Medici, ignes inserum hinc inde circa fontes fieri, quo per nimium ossium fœtorem & fumum abigerentur Dracones. Hunc morem etiammum hodie hinc inde per vrbes & pagos esse videmus. Accenduntur enim hinc inde per plateas ignes, hos circumcirca saltatur, cantentur, sicut apud Romanos in palatiis.* Pro qua voce typographus forsan ponere debuit *palilis:* Nam sane videtur, ignem *Nedfridi* omnino conuenire cum Gentilium igne, qui apud Romanos in *Palilium* festo accendebatur, perque cuius medias flammas populus salire solebat ad superos colendos, & morbos a pecore pellendos. Vid. DIONYSIVS HALICARNASSENS. *Antiqq. Roman. lib. 1. f. 41.* LYL. GREGOR. GYRALDVS *in Histor. Deor. Syntagm. XVII. f. 562.* Egregie hac de re canit PROPERTIVS *lib. 4. eleg. 4. v. 73. ff.*

Vrbi festus erat, dixere Palilia Patres,
Hic primus cœpit mœnibus esse dies.
Annua pastorum conuiuia, lusus in vrbe,
Quum pagana madent fercula diuitiis.
Quumque super raros fœni flammantis aceruos,
Traiicit immundas ebria turba dapes.

TIBVLLVS quoque *lib. II. eleg. 5. v. 87.*

At madidus Baccho sua festa Palilia pastor
Concinet. a stabulis tunc procul este lupi.
Ille leuis stipulæ folemneis ponis aceruos
Accendet, flammas transilietque sacras.

Robur huic meæ sententiæ addit CASAVBONVS, qui *in notis ad Tibulli loc. cit.* in editione ex musco *Simonis Abbes Gabbema*, Traiecti ad Rhenum 1659. procurata, p. 342. expresse ignem hunc, in *Palilium* festo accensum, cum *igne Iohannæo* (qui parum ab igne *Nedfri* discrepat) confert. Postquam enim *p. 341.* THEODORITI sequentia verba ex *Glycæ Annalibus* attulisset; *ἐγὼ δίμαι, τὸ μέχρις ἡμῶν Φθάσαν τῆς πλάνης εἰδῶ τὸν λόγον ἀνιέσθαι· εἶδον γὰρ ἔν τισι πόλεσιν ἅπαξ τῶ ἔτους ἐν ταῖς πλατείαις ἀπτομένας πυρᾶς, καὶ τάυτας τινὰς ὑπεραλλομένους καὶ πηδῶντας, ἢ μόνον παῖδας, ἀλλὰ καὶ ἄνδρας· τὰ δὲ γε ξρέθη παρὰ τῶν μητέρων ξρέφεια διὰ τῆς ζλογὸς· ἔοικε δ' ἀποτερπιασμός τις εἶναι κάθαρσις*; (quæ verba paulo aliter habentur in editione *Annalium* MICH. GLYCAE *P. 2. f. 192.* quæ Parisiis 1660. prodiit, quamque ex *splendida bibliotheca Danziana* videre nuper mihi licuit) tandem hæc subiungit: *Sed & hos* (christianos) *morem illum πατροπαράδοτον vsurpasse constat, atque vt Palilium catharsi exemte vere, aut ineunte æstate agitabantur a Rusticis Romanis: Sic isti Iunii die XXIII. aut XXIV. in quam Ioannis Baptistæ natalis incidit, ignem e sano excitatum transsiliebant.* Plura de Paliliis vide in Cl. PRAESIDIS *Synt. antiqq. c. IX. p. 435.*

§. XIII. Quanto igitur magis patet, ignes illos suam ex gentilismo trahere originem, tanto etiam magis laudanda erit sæpius allegata *Synodus Francica*, quod *præ aliis paganorum superstitionibus* (ita habent verba synodi) *ignes illos sacrilegos, quod Nedfratres vocant*, præcipue vetuerit, quos procul dubio præ aliis paganorum superstitionibus inter Germanos tum cumprimis viguisse ac obtinuisse, Patres synodi obseruauerunt. Vnde factum esse arbitror, quod in *Concilio Francofurtensi* an. 794. celebrato, *Capitul.* XLI. arbores & luci & omnes paganæ superstitionis reliquiæ præcipiantur destrui. Vbi non est de nihilo, quod magnus BALVZIVS *in Capitularib. Reg. Francor. Tom. I. f. 259.* obseruat, istud *Francofordiensis Concilii* capitulum respicere Capitulare Caroli M. *Aquisgranense*, quod an. 789. publicatum est, vbi cap. LXIII. hæc continentur verba: *Item de arboribus vel patris vel fontibus, vbi aliqui stulti luminaria vel alias obseruationes faciunt, omnino mandamus, vt iste pessimus vsus & Deo execrabilis, vbicunque inuenitur, tollatur & destruatur.* Hinc mirari satis non possum, quod TIMEVS apud *Reiskium lib. cit. p. 101.* dicat, *ignem paschalem* tempore *Caroli M.* qui idola Saxonum destruxit, exortum fuisse atque cultum, cum tamen ex iam dictis pateat, *Carolum M.* omnes paganæ superstitionis reliquias destruendas curasse; insuper etiam paulo ante tempora *Caroli M.* cultus ignium *Nedfri*, quibuscum ignis *Nedfri* eiusdem est originis, in *synodo Francica* fuerit damnatus.

SECTIO SECVNDA.

SVMMARIA.

§. *I. Synodum Francofurti habitam non fuiſſe probat ſilentium Veterum Scriptorum.* §. *II Probatur ex epiſtola Gregorii III.* §. *III. refutat eos, qui Moguntiæ ſynodum habitam eſſe dicunt.* §. *IV. Quidam Auguſtam Vindelicorum Concilii ſedem faciunt.* §. *V. Alii Ratisbonam.* §. *VI. Nonnulli in genere Germanicam ſynodum vocant.* §. *VII. Coniectura de origine erroris, quod Francofurti ſynodus ſit habita.* §. *VIII. Alios ſynodi titulos refert.* §. *IX. Francofurtum olim Teutoburgum vel Helenopolim audiiſſe negat.*

§. I.

SVfficere iſta, quæ in priori ſectione adduxi, poſſe video, vt certi reddamur, reuera A. 742. habitam eſſe a *Carolomanno* in Germania Synodum, qua cumprimis ignes Veterum Germanorum ſacrilegi, *Nedſri* dicti, fuerint condemnati. Sequitur nunc, vt promiſſi memor, haud dubiis argumentis euincam, falli eos & fallere plurimum, qui falſo ſibi perſuadent, iſtam Epiſcoporum congregationem 33) *Francofurti* Anno 742. fuiſſe celebratam. Et primo quidem ante omnia confidenter prouoco ad conſtans ſilentium Veterum Scriptorum, ex quibus, quotquot iſtius ſynodi meminerunt, id facere absque vlla additione *vrbis Francofurtenſis*. Quæ autem & quanta argumenti vis ſit in hiſtoricis, quod a ſilentio eorum auctorum deſumitur, qui illo aut mox inſecuto tempore vixerunt, quo aliquid contigit, quique rem noſſe poterunt, & ad poſteros propagare omnino debuerunt, nemo eruditorum eſt, qui neſciat. Præter alios id docet SCHOOCKIVS *de Fabul. Hamelenſ. P. III. c. 1. p. 178. ſſ.* & quem primo loco nominare debuiſſem, *Optimus Parens meus* in commentatione *de morte Henrici VII. Imp. ſect. II. p. 153. 164. & 244.*

§. II. Neque hoc tantum, ſed quod magis adhuc obſeruari meretur, ſilent non modo Auctores ad teſtandum de hac re idonei, verum etiam eius contrarium inde ſit veroſimile, quod Papa *Gregorius III.* in Epiſtola, qua Bauariæ & Sueuiæ Epiſcopos ad celebrandum Concilium inuitat, expreſſis verbis dicit, quod vrbs Epiſcoporum congregationi ad Concilium dicata ad Danubium ſita eſſe debeat. Vide Epiſtolam apud BARONIVM *in Annal. Eccleſiaſt. Tom. IX. ad an. 738. n. 5. f. 136.* & inter *Concilia* a LABBEO & COSSARTIO publicata *Tom. VI. f. 1472.* Perinde vt idem *Gregorius* ſcribens ad *Bonifacium*, Concilium vt *iuxta ripam Danubii celebrandum* depinxit. Vid. SIRMONDI *Concilia Galliæ Tom. I. f. 528.* Quis autem vnquam ſanæ mentis in dubium vocauit, *Francofurtum Mœno* non vero *Danubio* allui. Præterea videtur hæc cauſa fuiſſe, cur præciſe *Bauariæ & Sueuiæ* Epiſcopi Concilio iſti intereſſe iuſſi fuerint, quandoquidem hi *Danubio* aliis erant viciniores, & tanto facilius

33) Huc referendi etiam illi, qui apud FLORIANVM *Chronic. Francof. P. I. p. 11. & 227.* haud verentur aſſerere, quod *Pipinus*, Pater *Caroli M.* A. 753. *Francofurti* comitia celebrauerit, eodemque tempore ibi templum honori *Scrutatoris* extruxerit, quod poſtmodum nomen a *S. Bartholomæo* adeptum. Aſt nullum idoneum auctorem ex veteribus Scriptoribus, quique hoc expreſſis verbis referat, teſtem allegant, adeoque tenentur aſſerto huic ſuo maiorem fidem atque auctoritatem conciliare. Quod ſibi quoque dictum putet FRIDER. LVCAE *in dem vbralten Fürſten-Saal des Heil. Rœmiſchen Reichs pag. 246.* eodem aſſerto eruditis moleſtus. Quæ ædem *D. Bartholomæo* ſacram *Francofurti* ſpectant, referrem ego, ſecutus antiqua diplomata, quorum SERARIVS *de Reb. Mogunt. lib. I. c. XXIX. p. 100. & lib. IV. p. 663.* meminit, ad *Ludouicum Germanicum*, eiusque filium *Carolum Craſſum*; Num vero antea *Francofurti* templum aliquod extitetit, in quo ſacra Chriſti fuerint peracta, vt facile quidem crediderim, tamen ad id probandum haud potuerim ſcriptorem illius temporis allegare. Et de *Ludonico Germanico* interpretor quoque verba MONACHI SANGALLENSIS *lib. II. de rebus geſtis Caroli M. ad Carolum Craſſum ſcriptis §. XVI. f. 128.* (apud ANDR. DV CHESNE *Tom. II. ſcriptor. hiſtor. Francic. edit. Pariſ. an. 1636.* & HENR. CANISIVM *Tom. I. Antiq. Lection. p. 410.*) quod *oratoria noua ad Frankenoford & Regenesburg admirabili opere conſtruxerit*, tametſi MABILLONIVS in ſæpius citato libro *de Re Diplomatica lib. IV. f. 283.* hæc de *Carolo M.* intellexerit. Mihi ſufficit, non extare indicium ſatis exploratum atque extra omne dubium poſitum, quod ante celebre *Concilium Francofordienſe* A. 794. habitum de *Francofurto* quicquam fide dignum reperiatur. Id quod me etiam mouet, vt, quæ in *Codice MS.* illuſtris *Iungianæ Bibliothecæ Francofurti* aſſeruato, & in Chronico FLORIANI *p. 270.* vt & DN. LERSNERI *Chronic. Francofurtenſ. lib. I. c. II. f. 3.* memorato, contrariari reperiuntur, non attendam, quando de codicis illius cum antiquitate tum fide certo non conſtat. Quod certis documentis euinci nequit, id ſicut non auſim præpropere & cum temeritate affirmare, ita nolim etiam præfracte ac pertinaciter inficiari, propterea, quod multa olim contigerunt, quæ vel literis non fuere mandata, vel ſaltem poſteris non innotuere. Quoad interea hæc ſufficienter probentur, eadem facilitate negantur, qua affirmantur. Quod non obſeruauit CASPAR ENS, quando *in Deliciis Apodemicis per Germaniam p. 158.* de *Francofurto* dicit, non vero probat, *quod conſtet etiam ante Caroli M. tempus iam olim Francofurti nomen obtinuiſſe.* Nec meliori nititur fundamento HENRIC. AMMERSBACH. *in Chronico der alten Marck edit. Magdeburg. A. 1684. p. 51.* ſcribens: *hoc tempore conditum Francfurtum An. 774. ad Mœnum, da Sachſenhauſen gegen über zuvor gebauet geweſen.* Stat manetque firma *Mabillonii* in præloquio huius diſſertationis allegata ſententia: nihil de *Francofurto* certi apud Scriptores Veteres ante Annum 794. reperiri, & concidunt adeo, quæ hinc inde a recentioribus ſcriptoribus referuntur, ante iſtud tempus *Francofurti* contigiſſe.

cilius in vrbe, *Danubio* adiacenti, congregari poterant; *Francofurtum* autem Episcopi cumprimis vocandi fuissent, qui suas ad *Rhenum Mœnumque* haberent diœceses.

§. III. Nisi ex historia illorum temporum certum esset, Anno 745. (adeoque tertio post habitam synodum) demum *Bonifacium* Archi-Episcopatui Moguntinæ Ecclesiæ fuisse præfectum, dicerem, eum, cuius in synodo ista maximæ fuerunt partes, *Moguntiam* suam *Francofurto* omnino fuisse prælaturum, si quidem in hac vicinia Concilium fuisset habendum. Confer quæ aduersus *Trithemium* & *Bruschium* de tempore, quo Archi-Episcopatus Moguntinus cœpit, disputat NIC. SERARIVS *Rer. Mogunt. lib. I. c. XXII. p. 77.* vbi signat annum 746. & *lib. III. p. 579.* vbi ponit annum 745. qui posterior etiam hac in re placet SCHILTERO *de Libertat. Eccles. German. lib. II. c. IIX. §. XII. p. 190.* Fallitur inde CHRISTOPH. LEHMANN, quando in *Chronico Spirensi lib. II. c. XXXIII. p. m. 127. it. 137. 168.* Synodum nostram vocat *den Synodum zu Mainz.* Sane si Moguntiæ fuisset habita isthæc synodus, modo memoratus SERARIVS *lib. cit. c. XXXIII.* vbi Moguntina Concilia recensuit, eiusdem omnino feciſſet mentionem. Aſt primum Concilium Mogunticnense, cuius SERARIVS ibi meminit, habitum eſt A. 813. ſub *Richolpho* Archi-Epiſcopo, & imperio *Caroli M.* vbi tamen adde, quæ SERARIVS poſt *lib. III. p. 508. & 509.* huc facientia monuit; & nota ſimul, quam imperite ANGELOCRATOR *in Epitome Concil. p. 43. Synodum Moguntinam* allegauerit, quam *A. D. 723. Bonifacius orthodoxæ religionis corruptor & hypocrita Moguntiæ celebrauerit, idque auctoritate Pontificis Romani & armis Caroli Martelli munitus, eo fine, vt Principes ac Episcopos Germaniæ & Galliæ ab Imperatoris fide abductos, tyrannidi & ritibus Romanæ ſedis ſubiiceret, ſub eo autem nomine ac ſpecie, ac ſi populos iſtos a paganiſmo ad Chriſtianismum conuerteret.* Quod ſi doctiſſimi Ieſuitæ *Iohannis Gamansii* promiſſæ notæ atque obſeruationes cum ſupplemento ad *Serarii* Moguntiaca prodiiſſent in publicum, vel poſthac prodirent, forſitan exinde lucis nonnihil huic rei affulgeret: Minimum gente atque eruditione illuſtris *Boineburgius*, dum in literis ad *Dieterichium* huius *Gamansiani* ſcripti meminit, præclare admodum de eo ſenſit. Vide 34) *Epiſtolas Boineburgii ad Dietericum exaratas*, editasque Norimbergæ A. 1703. p. 185. Et *Leibnizius*, non minore gloria apud eruditos notus, poſtquam in præfatione ad *Mantiſſam Codicis Iuris Gentium Diplomatici*, Hannoueræ A. 1700. editam, conqueſtus eſſet, neminem adhuc *Germaniæ Concilia* coniunctim edidiſſe, ſigillatim de Moguntia, & quæ *Gamanſus* illi illuſtrandæ meditatus eſt, hæc profert: *Vel ſola Metropolis Moguntina (quam inſigni collecto apparatu illuſtrare voluerat optimus & diligentiſſimus Vir, Ioh. Gamanſius, ex Soc. Ieſu, mihi olim amicus) quam multa daret, digna quæ ab interitu vindicentur.* Quæ *Gamanſii* mors orbi erudito inuidit, forte vita Excellentiſſimi apud Treuirenſes Antiquarii atque Archiatri *Ioh. Craft. Hiegelii* reddet. TENZELIVS enim *in denen monatl. Unterredungen A. 1698. menſ. Iul. p. 648.* de eo refert, ipſi ſimiliter propoſitum eſſe, *Serarii* Res Moguntiacas & continuare, & præſertim numis atque inſcriptionibus illuſtrare. Qua occaſione non poſſum non monere, quod doctiſſimus TENZELIVS lapſus memoria ſit, dum *lib. cit. p. 693.* Manuſcriptum Hiſtoriæ Moguntinæ memorat, cuius poſſeſſor laudatus modo *Hiegellus* ſit, & auctorem agnoſcat *F. Martinum Dieffenbach*, qui illud A. 1633. ſub titulo: *Epitome Chronicorum antiquiſſimæ Ciuitatis Moguntinæ*, conſcripſerit: Nam *Dn. D. Hiegell*, ope inſignis cuiusdam amici, a *Parente meo* ob nominis ſimilitudinem hac de re conſultus, ſignificauit verum nomen iſti Moguntino Hiſtorico eſſe *Matthiam* non vero *Martinum Dieffenbach*; Idem amicus paulo poſt Moguntia ex monaſterio Ordinis *S. Benedicti*, quod ibidem in monte *S. Iacobi* exiſtit, edoctus eſt, iſtum *Matthiam Dieffenbach* (ortum Vilmaria non procul Limburgo) Sub-Priorem & Cantorem in dicto Monaſterio fuiſſe, ibidemque A. 1635. d. X. Octobr. vita deceſſiſſe. Quæ cum notitiæ Auctorum & MSS. codicum inſeruiant, nolui hæc prætermittere.

§. IV. Non eſt de nihilo, quod plerique eruditorum malint *Auguſtam Vindelicorum* vel *Ratisbonam*, locum & ſedem iſtius in Germania habiti Concilii allegare, ſicut pro *Auguſta* quidam apud BARONIVM *Tom. IX. Annal. ad An. 740. n. 11. f. 141.* pronuntiant, quam & ſententiam CAROLVS STENGELIVS *in Commentar. Rer. Auguſtan. Vindelic. P. II. c. 5. n. 1. p. 64.* fouet, dum ſcribit: *Bonifacium Synodum Auguſtæ in Baſilica S. Afræ iuſſu Zachariæ Papæ celebraſſe*; item P. MATTHIAS CHEVNEVX, *in Speculo Chronographico eccleſ. catholic. poſt Chriſtum natum P. I. ſec. 8. c. 4. f. 360. Auguſtanum* (Concilium) *in Vindelicia ſub S. Bonifacio Germaniæ Apoſtolo & Archiepiſcopo ad mores recte componendos.* Quibus omnibus præiuit LVITPRANDVS, qui *in Chronico ſuo ad An. 732. f. 399.* ſynodum noſtrum dixit *collectam Auguſtæ in Germania a S. Bonifacio.* Sic & M. IOH. TÖTTIGER *in Iſagoge hiſtorica lib. I. ſect. 3. period. 2. cent. 8. p. 253.* Concilium *Auguſtanum* vocat, in eo tamen lapſus, quod ſynodum *Francicam* & *Auguſtanam* pro diuerſis habeat, quæ tamen pro vna eademque eſt habenda. Pari errore IOH. STVMPFF *in Chronic. Helvetic. lib. 2. c. 12. f. 35. a.* Synodum *Francicam* & *Auguſtanam* pro diuerſis habuit, ſcribit enim: *Bonifacius hat zu Augſpurg einen Synodum gehal-*

34) Nobiliſſimus in Gieſſenſi Academia Anteceſſor I. NICOL. HERTIVS produxit quoque epiſtolam a *Boineburgio ad Dietericum* perſcriptam, in qua iſtius *Gamanſiani* operis mentio fit. vid. HERTII *Comment. & opuſcula T. II. p. 46.* Aſt qui vtriusque epiſtolæ editionem conferet, toto fere cœlo alteram ab altera inueniet differre; vtra autem editio rectior ſit, me fugit.

gehalten; & paulo post: *er hielt auch auff begeren des Künigs von Franckreich Carolomanni, Pipini Bruders, ein Synodum in Gallia:* quamuis etiam dici possit, *Stumpfium* hic *Synodum Liptinensem* indigitare, quæ apud *Liptinas* in Gallia A. 743. fuit habita, & de qua supra in Sect. I. §. VII. a nobis actum est. Eadem reprehensione dignus est LVDOV. AVREL. PERVSINVS, qui *in Epitom. Annal. Baron. lib. 9. p. 597. ad an. 740.* dicit, *Bonifacium* ex *Gregorii* præscripto Synodum *Augustæ Vindelicorum* coëgisse; & p. 600. ad an. 742. tradit, celebratam fuisse apud *Germaniam* synodum a *Bonifacio*. Nec minus in reprehensionis notam incurrit RICCIOLVS, qui *in Chronologia Reformata Tom. 2. f. 104. b. ad an. 742. & Tom. 3. f. 140. b.* ad eundem annum meminit *Synodi Germanicæ* seu *Francicæ; Tom. 3.* tamen *f. 140. ad an. 740.* refert *Germanicum Concilium Augustæ, vt creditur, a S. Bonifacio celebratum.* Quasi vero hoc peculiare & ab illo diuersum sit Concilium. Ceu etiam inter synodos istas male distinxit DAN. ANGELOCRATOR *in Epitom. Concil. p. 44.* vbi prius *Augustanæ* a *Bonifacio* auctoritate *Gregorii III.* & post *Francicæ* a *Carolomanno* iussione Apostolica per *Bonifacium* habitæ mentionem fecit.

§. V. Contra *Scrarius* Iesuita non minus doctus ac celebris in erudita sua de *S. Kiliano* commentatione c. 9. & in notis ad vitam *Bonifacii* n. 31. item *lib. 3. Rer. Mogunt. notation. XXXI. p. 506.* aliquot adductis rationibus firmare studuit, *Ratisbonæ*, vbi nunc Comitia Imperii celebrantur, Concilium istud vendicandum esse, quam & sententiam suo approbauit calculo SAGITTARIVS, excellens quondam apud nos Historicus ac Theologus, *in Antiqq. Gentilism. & Christianism. Thuring. lib. 3. c. 20. p. 267.* non obstante scrupulo, quem ex SERARIO *lib. cit. p. 509.* CAROL. LE COINTE *in Annal. Eccles. Tom. V. ad an. 743. n. 36. f. 93.* mouit, ob absentiam quorundam tum viuentium Boioariæ Episcoporum, videlicet *Gotwiboldi* Episcopi Ratisbonensis, *Iohannis* Episcopi Salisburgensis, *Erimberti* Frisingensis, & *Wiuilonis* Passauiensis Episcoporum. Scilicet variæ potuerunt esse causæ, cur Concilio isti tum non interfuerint; neque satis constat, illos non interfuisse, tametsi non reperiuntur subscripsisse synodo, cuius omissæ subscriptionis non minus atque absentiæ variæ potuerunt esse causæ. Vt taceam, quam facile fieri potuerit, vt vnum atque alterum nomen olim a scribis librorum & hodie a typographis omitteretur. Cæterum eadem mens de *Ratisbona* est RADERO *in Bauar. Sanct. Volum. II. f. 72.* item SIMONI STAROVOLSCIO, qui *in Epitom. Concil. lib. 12. f. 142.* synodo isti hanc concedit inscriptionem: *Primum Concilium sub Zacharia Papa Ratisbonense, Authoritate S. Bonifacii celebratum, permissu Carolomanni Regis;* item ARNOLD. BVCHELIO *in not. ad Iohan. de Beka de Episcopis Vltraiectin. f. 17.* COELESTINO *in Mausoleo S. Emmerani c. 26. p. 97.* (qui & addit, interfuisse synodo *S. Willibaldum* & *Wunibaldum*, *S. Burcardum*, primum Episcopum Herbipolitanum, *S. Viuilum* Episcopum Lorcensem) & tandem ita opinatur AVBERT. MIRAEVS *in Auctar. Scriptor. Eccles. f. 222.* Sunt & quidam, vt VRSINVS *de Origin. Germau. lib. I. c. XI. n. 8. p. 105.* item FRANCISC. LONGVS *a* CORIOLANO *in summa Concilior. f. 380. a.* qui vtramque ciuitatem, *Augustam Vindelicorum* & *Ratisbonam* hac in re ita coniungunt, vt incertum relinquant, vtra harum expresse & præ altera sit nominanda. Cuius & sententiæ videtur fuisse P. BERTIVS scribens *Commentar. Rer. Germ. lib. I. c. 17. p. 80. Augustæ vel alibi ad Danubium totius Boioariæ & Alemanniæ Episcoporum Synodum fuisse celebratam.* Adde B. D. KORTHOLTVM, qui *in Histor. Eccles. N. T.* nuper ab eius Filio edita *sec. 8. sect. 2. c. 3. §. 2. p. 306.* meminit *Synodi Germanicæ, a Bonifacio vel Augustæ Vindelicorum vel Ratisbonæ an. DCCXLII. habitæ, quæ multa ad Ecclesiæ morumque reformationem spectantia sanciuerit.*

§. VI. Plures locum Concilii aliter non definiunt, quam quod in genere *Germaniam* allegant, eoque fine *synodum* istam vocant *Germanicam*, quod certum sit in vrbe aliqua *Germaniæ* eam esse habitam, tametsi non satis pateat, quæ *Germaniæ* vrbs sigillatim hic veniat nominanda. Ita IOHAN. SCHILTERVS, Vir si quisquam Veteris Germanorum & linguæ & historiæ probe gnarus, in eruditissima sua *de Libertate Ecclesiæ. German.* tractatione *lib. II. c. IIX. §. VII. p. 186.* isti synodo titulum *Germanicæ* tribuit. Similiter CAROL. LE COINTE *Tom. V. Annal. Eccles. ad an. 743. f. 93. n. 63.* scribit: *Omnium igitur rectissime loquuntur, qui concilium hoc, quoniam loci nomen non proditur, nec Ratisponense, nec Augustanum, sed Germanicum vocant.* Neque aliter hac in re opinatur, qui nunc ex ordine Dominicanorum in Sorbona Parisiensi excellit NATALIS ALEXANDER, *in Histor. Eccles. Tom. V. sec. IIX. c. IV. f. 639. a. edit. in fol.* vbi sic loquitur: *Hanc synodum quidam Ratisbonæ, alii Augustæ Vindelicorum habitam coniciunt, sed cum loci nomen in vita Bonifacii ab Othlono scripta, in epistolis Zachariæ, in Capitularibus, aut alibi non prodatur, rectius appellatur Germanica.* Vocatur etiam *Concilium Germanicum I.* in inscriptione, quæ Tom. VI. *Concilior.* a LABBEO & COSSARTIO Iesuitis Lutetiæ Parisior. A. 1671. procurata est, *f. 1533.* Perinde vt celeberrimus Anglus GVIL. CAVE *Part. II. histor. literar. Scriptor. Ecclesiast sec. IIX. f. 150.* scribit: *Germanicum I. Ratisponæ an Augustæ Vindelicorum, Wormaciæ, vel vbicunque alibi loco sane incerto A. 742. celebratum.* Eodem modo GABR. BVCELINVS *in Aquila Imperii Benedictina p. 15.* tradit, *Gregorium III. S. Bonifacium Concilio Germanico* interesse iussisse: Itidem PETR. *de* MARCA *de Concord. Sacerdot. & Imper. Tom. II. lib. 8. c. XI. f. 401. b.* dicit, *Carolomannum concilium coegisse in Germania, præsente Bonifacio legato Papæ.* Mutatis contra atque inuersis nonnihil verbis HERNIC. SPONDANVS *in Epitom. Annal. Baron. ad an. 742. f. 148.* dicit: *Bonifacium A. 742. XI. Cal. Mai. synodum celebrauisse præsente Carolomanno.*

lomanno. Scilicet *Spondanus* auſpicium ac præſidium iſtius Concilii mauult *Bonifacio* Papæ Legato tribuere, quam *Carolomanno* Duci ſeu Pari Franciæ, cuius contra auctoritatem hic PETRVS *de* MARCA iure præfert. De cætero BLONDEL quoque *de la primauté en l' egliſe f. 758.* noſtram ſynodum vocat *le Concile de Germanie.* Eodem nomine ornat FRIDER. SPANHEMIVS in *Hiſtor. Eccleſ. c. 9. Tom. 1. opp. f. 1318.* RICCIOLVS in *Chronolog. Reformat. ad an 742. Tom. 2. f. 104. b.* PHILIPPVS LABBE in *Abregé chronologique de l' hiſtoire ſacrée & profane Tom. 3. p. 511.* qui ſcribit: *Concile tenu en quelque endroit de l' Allemagne.* Tandem notari meretur, quod in Tomo 2. *Concilior.* Coloniæ an. 1538. apud P. QVENTEL excuſorum *f. CXI.* absque vlla additione aut mentione terræ vbiſue hæc, generaliſſima ſane, habeatur inſcriptio: *Synodus quædam ſub Zacharia Papa iuſſione Apoſtolica a ſancto Bonifacio & Francorum epiſcopis ſub Carolomanno Duce habita anno incarnationis Domini DCCXLII.* Adde, qui eodem generali modo hac de re loquitur, ELIAM MARTIN. LYRINGIVM in Appendic. *Vitæ Erneſti Pii* §. XVII. p. 253. *Nec minorem pietatem Carolomannus Dux Francorum A. C. DCCXLII. omnibus bonis declarauit, cum Præſules ſacros, Epiſcopos ac Preshyteros ad ſynodum conuocauit, vt conſulterent, quomodo diuinæ legis auctoritas, cultusque purior reſtitueretur, & Chriſtianorum vera æternaque ſalus procuraretur.* Et ex antiquioribus euoluc, quæ *Willibaldus* & *Othlonus Fuldenſis* apud CANISIVM *Tom. IV. Antiq. Lection. p. 373. & 436* huc ſpectantia nobis reliquere, quo poſteriore loco absque vlla loci ſignificatione habentur; *Karolomanni ſtatuta conuentus ſynodalis A. 742. XI. Kal. Maii edita.*

§. VII. Qui euoluerit Tom. II. *Conciliorum* Coloniæ A. 1551. editorum f. 456. ſynodo illi hanc deprehendet præmiſſam epigraphen: *Synodus Francica ſub Zacharia Papa iuſſione Apoſtolica a S. Bonifacio & Francorum Epiſcopis ſub Carolomanno Duce habita Anno incarnationis Domini DCCXLII.* quæ iisdem verbis occurrit in Tom. III. *Concil.* Venetiis an. 1585. editorum f. 437. Priorem illum librum dum allego, venit mihi in mentem ſuſpicari, annon erroris, quem hac refuto diſſertatione, origo ex libri illius praua & ſuperficiaria inſpectione peti debeat, dum vocabulum *Francica* pro *Francofurtenſis* 35) videtur fuiſſe lectum, ſicut errare ab hominibus nullo modo eſt alienum, & παροράματα non raro doctiſſimis inter homines obuenire ſolent. Sane PETR. GREGOR. THOLOSANVS, ICtus alias magni nominis, & quem primum inuenio *Francofurtenſis* vrbis in hac re meminiſſe, *in Syntagm. Iuris lib. I. c. 7. n. 3. p. 6. a.* expreſſe & conceptis verbis Lectorem ad modo citatum Tom. II. Conciliorum Coloniæ editorum ablegat, quaſi ibi dicatur: *Carolum M. An. 742. Francofurti Concilium habuiſſe,* quo tamen παροράματι duplicem commiſit errorem, dum pro voce *Francica* ſubſtituit *Francofurtum*, & quando vice *Carolomanni* legit *Carolum Magnum*, ceu & poſtuiſſe deprehendo B. CHEMNITIVM in *Examin. Concil. Tridենt. Part. 3. ſeſſion. 8. de celibatu ſacerdotum f. m. 508. b.* Quadrat in iſtam *Tholoſani* citationem iudicium, quod de illo eius ciuis GABR. NAVDAEVS in *Bibliogr. polit. p. 63.* tulit: *Tholoſanus omnia ingerit, & pauca digerit.* Quod iurisperitiam ſpectat, Illuſtris BOINEBVRGIVS in *Epiſtolis ad Dietericum* p. 126. *Tholoſani Petri Gregorii Syntagma iuris vniuerſi omnibus ex æquo commodare* iudicat, non item ſic exiſtimabit, quæ in illo hiſtoriarum ſtudium concernunt. Interim doctiſſimi illius Viri aſſertum absque iuſto examine arripuit, ſeque eo decipi paſſus eſt *Henric. Petrei. Herdeſianus*, Vir alioquin non ignotus, & Gymnaſii *Francofurtenſis* 160. ab hinc annis Rector bene meritus, niſi quod *Flacii Illyrici* (cuius defuncti vxorem duxerat) erroribus nimis fuit deditus. Is enim in Biographia *Iohan. Fichardi*, Patritii nobilis, & Syndici *Francofurtenſis* longe meritiſſimi, huius *Francofurti* A. 1590. editis *Conſiliis* præfixa, *Francofurtum* tanto magis ab antiquitate commendaturus, expreſſe commemorat: *Sane & antequam Carolus ad Imperatoriam dignitatem eueheretur, præcipuæ erat exiſtimationis illud Francorum vadum, & (vt refert* PETR. GREGOR. THOLOSANVS *IC. in ſyntagm. Iur. Vniu. Part. I. lib. 1. c. 7. ex Tom. 2. Concil. A. 1551. Coloniæ edit.) ſub Zacharia Pontifice A. 742. ſynodus ibidem habita eſt, & damnati ſunt, qui vetitis artibus & ſuſurris magicis elementa turbare niterentur, & ignes facerent ſacrilegos, quos Nedſri vocabant.* Inconſideratius autem egit vir alias doctus, quod infirma nitatur *Tholoſani* auctoritate, nec conſideret, alios eosque longe vetuſtiores auctores fuiſſe hic allegandos, quorum fides non ſic atque *Tholoſani* in dubium potuiſſet vocari. Quod & dictum ſibi putent MARTIN. ZEILERVS *in Topograph. Haſſiæ, f. 50.* & pſeudonymus GEBHARD. FLORIAN. *in Chronic. Francofurt.*

35) Apud HINCMARVM Rhemenſem Archiepiſcopum in *opuſculis & epiſtolis a Iacobo Sirmondo Lutetiæ Pariſior. A. 1645.* publicatis, *opuſc. LV. capit. XX. p. 457. concilium Francofordienſe A. 794.* habitum nonniſi ſub nomine *generalis ſynodi in Francia celebratæ* intimatur; neque fallit Ieſuita VASQVEZ, dum *Tom. I. in III. part.* THOMAE *Diſp. CVII. c. III. f. 817. b.* HINCMARI *ex Alano* citatis verbis: *tempore Caroli M. Imperatoris generalis ſynodus in Francia celebrata*, ſequentem explicationem ſubdit: *cum inquit Hincmarus concilium in Francia congregatum, plane intelligit Francofordienſe: Francofurtum enim ciuitas eſt in orientali Francia ſita.* Fortaſſis eodem modo *Petr. Gregor. Tholoſanus* arbitratus eſt exponi debere verba *ſynodus Francica* pro *ſynodus Francofurtenſis.* Aſt, quam *Hincmarus* dixit in Francia eſſe celebratam ſynodum, hanc apud alios *Hincmaro* æquales ſcriptores expreſſis verbis reperimus *Francofurti* fuiſſe habitam; quale quid ſi de *ſynodo* iſta *Francica* apud Veteres Hiſtoricos ac Chronologos legeretur, faciles quoque foremus per *Francicam ſynodum* eam intelligere, quæ *Francofurti* habita ſit ac celebrata.

furt. P. 1. p. 13. Vterque enim eodem errore *Tholosanum* incaute de ista re citat & sequitur FRIDER. LVCAE *in dem vhralten Fürsten-Sahl des H. Röm. Reichs p. 245.* tametsi *Tholosanum* non citet, tamen eius errorem hac in re suum fecit, scribendo: *A. 742. stellte Papst Zacharias in Franckfurt einen Synodum an, und verdammte die heidnische Vberbleibsel vom Aberglauben, insonderheit alles Zauberwesen.*

§. VIII. Cautius egit LVC. OSIANDER, qui in *Epitom. Hist. Eccles. Cent. IIX. lib. II. c. 7. p. 70.* generali descriptione *synodum Francicam* appellauit, additoque *eam a Carolomanno in Francorum prouincia celebratam fuisse*, hoc vno lapsus, quod annum numerat 743. pro quo ponere debuisset 742. Similis lapsus occurrit apud auctorem *compilationis Chronologic.* a PISTORIO inter *Scriptor. Rer. Germ.* A. 1613. Francofurti editæ, scribentem f. 728. ad ann. Christi 744: *Sanctus Bonifactus cum Carolomanno Rege magnam synodum celebrauit.* Sed solenne est, dicto auctori *compilationis chronologic.* in numerandis annis errare; sicut id in alia etiam historiæ parte obseruatum est a B. SAGITTARIO in *Antiqq. Gentilism. & Christianism. Thuring. l. 3 c. 19. p. 265.* Rectius igitur LAMBERT. SCHAFNABVRGENSIS in eod. *Pistorii* Tom. f. 152. ad ann. 742. ponit scribitque: *Sanctus Bonifacius cum Carolomanno magnam synodum habuit.* IOH. NAVCLERVS *Vol. 2. chronograph. generatione 25. f. 603.* in margine appellat: *concilium prouinciale sub Bonifacio.* PHIL. MORNAEVS *in myster. iniquit. p. 197.* vocat *generale Carolomanni ditionum synodum*, & in margine dicit: *Synodus Francica sub Carolomanno Anno 742.* Eodem titulo meminit istius Concilii IOACH. IOH. MADERVS in præfat. *ad Chronic. Montis Sereni p. 6.* RICCIOLVS *in chronolog. reform. Tom. 3. f. 140. b. ad an. 742.* ALSTEDIVS *in Thesaur. Chronol. p. 364.* vid. quoque H. MVTIVS *in Chron. Germ. lib. 7. f. 50.* apud PISTORIVM *Tom. alter. Scriptor. Germanicor. Gallus* quidam ANONYMVS *in l'estat de l'egliſe auec le diſcours des temps* (edit. an. 1581.) *p. 195.* ad An. 742. & DAN. ANGELOCRATOR *in Epit. Concil. p 44.* vbi hæc habet: *CAROLOMANNVS Dux iuſſione Apoſtolica per Bonifacium ſynodum habuit II. Cal. Maii anno Chriſti 742. Hic omnium primum in Tomis Concilior. annus ab incarnatione Chriſti reperitur.*

§. IX. Et sic habes, *Lector Benevole*, quæ ad *synodum Francicam A. 742. sub Carolomanno habitam & minus recte Francofurtenſem dictam*, conferenda existimaui. Sufficit mihi hac in re illud, licet incertum sit, nec inter eruditos adhuc conueniat, vbi locorum in Germania, & in qua speciatim eius ciuitate, *synodus* nostra *Francica* fuerit congregata, multo tamen incertius esse, & temere adeo fieri, quando absque vlla dubitatione *Francofurtum* illius sedes esse scribitur, & sic in re admodum dubia certi quid, absque vllo veteris Scriptoris testimonio, definitur. Sine idoneo teste in historicis asseri non debet, quod sine eiusmodi teste sciri nequit. Repero igitur præclarum MABILLONII assertum in præfatione huius Dissertationis plenius firmatum atque enucleatum: *nullam Francofurti & simul rerum illic gestarum mentionem apud Veteres ſcriptores, maxime rerum Francicarum, fieri ante A. 794. quo primum tempore celebris ibi ſynodus Epiſcoporum eſt habita.* Et sicut l. c. illorum traditionem paucis reieci, qui multo ante seculum IIX. *Francofurtum* sub *Helenopoleos & Teutoburgi* nomine innotuisse scripserunt magis quam probarunt, ita hic, quasi coronidis loco, prolixius quædam adiicere operæ puto precium, queis traditio illa falsitatis omnino arguitur. Nomine *Helenopoleos* insigniunt *Francofurtum*, qui *Helenum*, Sicambrorum Regulum, eius conditorem facere solent; sed, quis ille *Helenus* fuerit, & quo idem vixerit tempore, demonstrare nondum valuerunt. Alii ab *Helena*, matre *Conſtantini M.* nomen istud deriuant, quasi illa vrbem exædificarit, nomineque suo condecorarit. Hæc qui dicunt, audiendi ante non sunt, quam ostenderint, *Helenam* illam ex Græcia in hanc Germaniæ partem ad Moganum venisse, atque aliquamdiu hic esse commoratam. IOH. IAC. CHIFFLETIVS quidem *P. 2. Veſontionis p.* 34. 35. dicit, *Helenam* Vesontione fuisse, atque ingentem pecuniæ vim ad augustioris atque amplioris basilicæ in honorem *S. Stephani* extructæ, ædificium contulisse, nuspiam autem legi, eam in istas Germaniæ oras venisse. Perinde, vt *Helenam* nonnulli perperam tradunt *Treuiris* in Germania fuisse natam, meliora docendi a Celeberrimo 36) SCHVRZFLEISCHIO, qui in dissertatione, quam *Venerandus meus Pareus* sub illius Præsidio A. 1679. *de primi Chriſtianorum Imperatoris Antiquitatibus* Wittenbergæ desendit, & quæ in præstantissimo *Volumine Diſputationum Schurzfleiſchianarum* num. LXIII. exhibetur, p. 12. suis nixus testimoniis euicit, ex Anglia eam ortum traxisse. Consentiunt cum *Schurzfleiſchio* AEGIDIVS BVCHERIVS *in Belgio Romano lib. 6. c. 15. f. 219.* & RICHARD. SMITHEVS *in floribus hiſtor. eccleſ. Anglican. lib. 2. c. 7. ſect. 3. f.* 136. Causas item prius allegent necesse est, cur ad Mœnum *Helena* vrbem ex-

36) Excellens *Schurzfleiſchii* nomen dum modo allegaui, ab *optimo meo Parente* erga illud in me deriuata Veneratio mihi imperat, vti illis me omnino assocerem, qui nuperum tanti Viri e vita decessum seriis lacrymis deplorant. Sane in Schurzfleischio euentu non caruit, quod Illustris *Baro de Boineburg* in epistola quadam ad Giessensem Professorem *Dieterieum* exarata, de eo, quum Giessæ adhuc huius informatione fruebatur, quasi vaticinatus est, scribendo: *Ecquid Schurzfleiſchius tuus, Waldeccus ille? Eſt egregius Iuuenis ac magnæ ſpei. Te duce ſine dubio maſcule perget in Antiquitatum ſtudio, quod eius ingenio videtur optime reſpondere. Poſt fata noſtra magnum aliquando in literarum dignitate tuebitur nomen.* Vid. *Epiſtolas* BOINEBVRGII *ad Dieterieum a Meelſubrero* A. 1703. Norimbergæ vno fasciculo editas, num. LXXXI. p. 296.

extrui fecerit, tanto ſpacio ab vrbe *Byzantina*, vbi illa alias vixit, remotam? In Aſia quidem *Helenopolis* olim extitit, ſicut LIPSIVS *Opp.* Tom. III. l. IV. *de Magnitudine Romana c. XI. p. 212.* itemque FERRARIVS *in Lexic. Geograph.* T. I. f. 342. *Helenopolim* allegant, vrbem Bithyniæ, apud oram Propontidis & oſtia Draconis fluuii, ſic a *Conſtantino M. in Helenæ* matris honorem dictam; de vrbe vero, quæ in Germania nomine *Helenopoleos* appellata ſit, altiſſimum apud Veteres Hiſtoricos & Geographos ſilentium. Idem dicendum, quod *Teutoburgum* ſpectat, quando ANDR. ALTHAMERVS in Comment. ad *Tacitum de morib. Germ.* p. 40. vrbis Hungaricæ ſub hoc nomine mentionem facit, quæ nunc vocetur *Erdet*; vel vt apud BERTIVM *in Comment. Rer. Germ. lib. I. p. 126. 158.* quidam opinantur, *eſſe oppidulum Quinqueccleſienſe, Fünffkirchen.* Similiter *Teutoburgi* apud Veteres Cheruſcos meminit PHIL. CLVVERIVS, *in German. Antiq. lib. 3. c. 15. p. 556.* & *c. 19. p. 580.* hoc autem nomine *Francofurtum* intelligi poſſe vel debere, quis ſanæ mentis vnquam dixerit? Auctoribus igitur ſuis hæc relinquuntur defendenda, quæ ſane multis impediuntur difficultatibus. Recte hinc de *Francofurto* IOHAN. FRIDER. FAVST *ab* ASCHAFFENBVRG., doctus quondam *Francofurtenſis* Patricius ſcribit & iudicat, in *MS. Chronico Francofurtenſi: Francofurtum antea Helenopolim dictam, quidam, vt Münſterus & eius aſſecle, aſſerunt, nullis autem & rationibus & cauſis additis.* Ante *Fauſtum ab Aſchaffenburg Francofurti* vixit atque obiit IOHAN. LATOMVS, Ædis D. Bartholomæi Decanus, qui non minus ac ille 37) MS. quoddam de vrbe *Francofurto* reliquit, in quo haud procul ab initio, hæc quoque verba leguntur: *Alius neſcio quis Græciſmus Helenopoleos nomen illi* (Francofurto) *affingit, nec dum auctorem aliquem hac de re citans.* Silere extremo non poſſum, ad profligandam *Helenopoleos* in Germania appellationem, doctam obſeruationem B. SAGITTARII *in Antiqq. Gentiliſm. & Chriſtianiſm. Thuring. lib. 3. c. 7. p. 143.* Veteres Germanos villis atque oppidis ſuis nulla indidiſſe Latina nomina, multo minus Græca. Peruidit hæc P. BERTIVS *Comment. Rer. Germ. lib. 3.* vnde *p. 531.* non immerito his verbis vtitur: *Neſcio quid viris bonis in mentem venerit, vt putarint, Francofordiam vnquam vocatam Helenopolim; & tamen in hac credulitate video etiam fuiſſe Henr. Stephanum.* Eadem peruidere debuiſſet PAVLLINI *part. 3. Amenitat. Curioſ. §. 35. p. 255.* neque ceu ibi fecit, in dubio relinquere, an ab *Heleno*, Sicambrorum Regulo, an vero *Helena, Conſtantini M.* matre, *Francofordia* dicta olim fuerit *Helenopolis.* Et ſic hiſce finio, ſummo atque æterno Numini Diſſertationis huius ſucceſſum euentumque, perinde, vt me meaque in vniuerſum ſtudia ſeriis ac deuotiſſimis precibus commendans. Ei ſit laus, nunc & in omne ævum!

37) Hæc duo MSS. cum multis notis atque additamentis patriam hiſtoriam illuſtrantibus, *Venerandus Parens meus* in Bibliotheca ſua aſſeruat, vnde illa ſum mutuatus. Poſteriùs MS. typis vulgatum exhibet GEBHARD FLORIANI *Chronic. der Weit-beruhmten freyen Reichs- Wahl- und Handels-Stadt Franckfurt am Mayn, P. I. p. 220. ſſ.* Suſpicor autem, hoc nonniſi compendium eſſe maioris operis, cuius HENNING WITTE *Tom. 2. Diar. Biogr. p. 3.* mentionem iniecit, quando ait: *Ioh. Latomum Francofurtanum* (quem neſcio, quo innixus fundamento, ibi *Eccleſiaſtem in patria* vocat, forte quia eum Euangelicæ Religioni addictum fuiſſe credidit, qui tamen Pontificiæ Eccleſiæ ſacra profitebatur) *an. 1600. ætat. 76. offic. 50. diem ſuum obiiſſe, & præter alia MSS. reliquiſſe Antiquitates Francofurdiæ in commentaria redactas.* Addc PAVL. FREHERI *Theatr. Viror. nobil. P. I. ſect. 3. f. 311.* & nota, quod etiam GOLDASTVS *in Polit. Imp. p. 360.* Annales Francofurtenſes MSS. IOH. LATOMI, Decani ad D. Bartholom. alleget; apud quem quoque in *Rationali Conſtitution. Imperial. P. I. p. 17.* inuenio mentionem *Phil. Schurgii*, Canonici Francofurtenſis, qui *collectanea de vrbe Francofurtenſi* ſcripſerit, mihi nondum viſa. Perinde, vt nec noti mihi ſunt *VII. libri*, quos de *Francofordia Entrandius, quidam Diaconus*, teſte FRANCISC. IRENICO *in Exegeſi Germaniæ lib. XI. p. 392. edit. Francof. 1570.* ſcripſit, quosque *Irenicus* ſe in monaſterio quodam vidiſſe teſtatur. Ad extremum neceſſe habeo commemorare, quod quoque VOSSIVS *de ſcient. Mathem. c. XXI. p. 91.* & ante eum SPELMANNVS *in Gloſſar. ſub voce Frigidoræ f. 249. Petri Herp*, Dominicani Monachi, *Chronicon MS. Francofordienſe* allegent; dubium tamen lectorem relinquunt, ſpectetne eius argumentum *Francofurtum ad Oderam*, an ſuauiſſimam meam patriam *Francofurtum ad Mænum.* Aſt dubio omni priuatus mihi videor, quando in DN. LERSNERI *Chronic. Francofurtenſ. lib. II. c. XLV. p. 127.* vbi Catalogum *Priorum* Monaſterii Dominicanorum, quod *Francofurti* eſt, exhibet, etiam adducitur *Petrus Herpp*, Sub-Prior, qui A. 1515. vita exceſſerit.

FINIS.

Notitia Sueuiæ antiquæ, Ortum & Progreſſum Sueuorum ad tempora infelicis cum Francis ad Tolbiacum commiſſi prælii exhibens 3

Synodus Francica, A. 742. ſub Carolomanno habita 97

Aot - 16, 370